



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>







**302515888/**








**DIGESTA SEU PANDECTAE**

**IUSTINIANI AUGUSTI**




4/0 A'S





**302515888/**



1





**DIGESTA SEU PANDECTAE**

**IUSTINIANI AUGUSTI**



**DIGESTA**  
**IUSTINIANI AUGUSTI**

**RECOGNUIT**

**ADSUMPTO IN OPERIS SOCIETATEM PAULO KRUEGERO**

**TH. MOMMSEN**

**UOL. II**

**ACCEDUNT TABULAE DECEM**

---

**BEROLINI**

**APUD WEIDMANNOS**

**MDCCCLXX**



118 JUN 1951

W79/900A

## LIBER TRIGESIMUS.

q. 47 f. 1

### R DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS R

S

- 1 **ULPIANUS** libro sexagesimo septimo ad edictum. Per omnia exae- BS. 29, 5, 28 sch. 4 \*E  
 quata sunt legata fideicommissis. 4
- 2 **IDEM** libro primo fideicommissorum. Sciendum est eos demum fideicommissum posse relinquere, qui testandi ius habent. B. 44, 1, 2 \*P
- 3 **IDEM** libro quarto ad Sabinum. Haec uerba testatoris: 'quisquis mihi ex supra scriptis heres erit' aut 'si heres erit Seius' uel 'si hereditatem adierit' subiectum legatum uel fideicommissum non faciunt conditionale. B. 44, 1, 3 S
- 4 **IDEM** libro quinto ad Sabinum. Si quis in fundi uocabulo errauit et Cornelianum pro Semproniano nominauit, debetur Sempronianus: sed si in corpore errauit, non debetur. quod si quis, cum uellet uestem legare, suppellectilem adscribit, dum putat suppellectilis appellatione uestem contineri, Pomponius scribit uestem non deberi, quemadmodum si quis putet auri appellatione electrum uel aurichalcum contineri uel, quod est stultius, uestis appellatione etiam argentum contineri. rerum enim uocabula immutabilia B. 44, 1, 4 S  
 15 sunt, hominum mutabilia. Si quis heredes instituerit et ita legauerit: 'quisquis mihi Gallicanarum rerum heres erit, damnas esto dare', ab omnibus heredibus uideri legatum, quoniam ad omnes eos res Gallicanae pertinent.
- 5 **PAULUS** libro primo ad Sabinum. Serui electione legata semel dumtaxat optare B. 44, 1, 5 S  
 1 possumus. Labeo ait, cum certa res aut persona legatur ita: 'qui meus erit cum moriar, heres dato' et communis sit, totum deberi. Trebatium uero respondisse partem deberi Casius scripsit, quod et uerius est. Cum fundus communis legatus sit non adiecta portione, sed 'meum' nominauerit, portionem deberi constat. 20
- 6 **IULIANUS** libro trigesimo tertio digestorum. Stichum, qui meus erit cum moriar, heres meus dato: magis condicionem legato iniecit quam demonstrare uoluisse patrem familias apparet eo quod, si demonstrandi causa haec oratio poneretur, ita concepta esset 'Stichus qui meus est', non 'qui meus erit'. sed condicio talis accipi debet 'quatenus meus erit', ut, si totum alienauerit, legatum extinguatur, si partem, pro ea parte debeat, quae testatoris mortis tempore fuerit. B. 44, 1, 6 S\*  
25

#### FWDE(QICK)

2 post fideicom. add. I siue primus EQIC<sup>o</sup>K  
 3 auctoris nomen solum praescribunt hic et deinceps paucis locis exceptis DEQIC | paulus E | septimo] F<sup>2</sup>, decimo F<sup>1</sup> 4 sint D | fideicommissa W 7 ex supra scriptis mihi D 8 au't F | si erit heres W 9 fidei om. E<sup>o</sup> 10 si quid W 11 debebatur sempronianum W | errabit F 12 ascribit D, ascripserit C 13 scribit] scribit DIC 14 uel quod ... 15 contineri om. W | estultius F 15 enim om. W 16 mutalia E, om. C | ueredes F<sup>o</sup> | gallicarum DQC 17 dare ab] FE, ab (om.

dare) W, dare tot ab D, tot dare ab IQC 18 res gallicanae' F<sup>2</sup>, gregaliciani E<sup>o</sup>, res galiciani E<sup>4</sup> 20 poss. opt. D | certa res aut persona (p'e'rsona altero loco F<sup>2</sup>) ... cum bis F<sup>o</sup> 21 partum F<sup>o</sup> 22 et om. EQ | uerius] iuris D | non] FDICK, et non WEQ 23 nominauit DQIK | constat deberi D 24 iulianus] idem E, ulpianus I 25 iniecitisse W 26 appellaret F | demonstrandi] FE<sup>2</sup>ICK, monstrandi WDE<sup>o</sup> 27 stichus] stichum WQC | condicio talis] FDIK, conditionalis WEQC 29 fuit DE

- 7 PAULUS libro secundo ad Sabinum. Legatum seruo delatum dominus potest B. 44, 1, 7 S  
repudiare.
- 8 POMPONIUS libro secundo ad Sabinum. Si ex toto fundo legato testator par- B. 44, 1, 8 S  
tem alienasset, reliquam dumtaxat partem deberi placet, quia etiam si adiecisset aliquid ei  
1 fundo, augmentum legatario cederet. Si ita scriptum sit: 'Lucius Titius heres meus aut 5  
'Maeuius heres meus decem Seio dato', cum utro uelit, Seius aget, ut, si cum uno actum  
sit et solutum, alter liberetur, quasi si duo rei promittendi in solidum obligati fuissent.  
quid ergo si ab altero partem petierit? liberum cui<sup>1</sup> erit ab alterutro reliquum petere.  
2 idem erit et si alter partem soluisset. Si ita legatum sit: lecticiarios octo aut pro his in  
'homines singulos certam pecuniam, utrum legatarius uolet', non potest legatarius partem 10  
seruorum uindicare, pro parte nūmmos petere, quia unum in alterutra causa legatum sit,  
quemadmodum si olei pondo quinquaginta aut in singulas libras certum aes legatum sit:  
ne aliter obseruantibus etiam uno homine legato diuisio concedatur. nec interest, diuisa  
ea summa an iuncta ponatur: et certe<sup>2</sup> octo seruis aut pro omnibus certa pecunia legata  
non posse inuitum heredem partem pecuniae, partem mancipiorum debere. 15
- 9 IDEM libro tertio ad Sabinum. Id quod apud hostes est legari posse Octa- B. 44, 1, 9 S  
uenus scripsit et postliminii iure consistere.
- 10 ¶ PAULUS libro secundo ad Sabinum. Iulianus nec a filio familias sine iussu B. 44, 1, 10 S  
patris optari posse nec ante aditam hereditatem putat, quod est uerum. 19
- 11 PAPIANUS libro nono quaestionum. Cum filio familias uel seruo alieno lega- B. 44, 1, 11 \*F  
tum uel hereditas datur, fidei committi patris uel domini potest ac<sup>3</sup> tunc demum ex per-  
sona ipsorum fideicommissum uires capit, cum ipsis, per quos commodum hereditatis uel  
legati patri dominoue quaeritur, fideicommissum relinquitur. denique Iulianus non insuptili 23  
FWDE(QICK)

<sup>1</sup> cui] utique?    <sup>2</sup> certum est?    <sup>3</sup> aut scr. at pro ac aut ante ac secundum Grascos (u. i.)  
inserere talia: ceterum fideicommissum extraneo ita relictum uires capit non ex ipsorum per-  
sona, quorum fidei commissum est, sed ex persona filii familias uel serui

1 legata seruo delata E 2 rep. potest D  
4 deberi] deberet F<sup>o</sup> 5 accederet DE 7 et  
solutum] FEK, soluto W, et si solutum D,  
et si solutum sit Q, et sit solutum IC | li-  
beraretur WC | si om. DQI | rei i F<sup>1</sup> | pro-  
mittendi] promittendum F<sup>1</sup> 8 petierat W |  
cui erit] F, ei erit WDEIC, erit ei Q,  
erit K | alterutro] altero W 9 et om. D | sit  
om. W | lecticiarios] DC, lectigarios F, lecti-  
ciarios FK, lectionarios WE<sup>o</sup>Q, lectionarios  
E<sup>o</sup>, lectionarios I<sup>o</sup> 10 singulos homines D,  
singulos om. K<sup>o</sup> | partem] uolet patrem E<sup>o</sup>  
12 olei o'pondo F 13 uno] in uno E 14 iuncta]  
iuncta ea D | certe] certe est W | seruis] le-  
gatis seruis D | pro omnibus certa] certa pro  
omn. D, pro hominibus certa WQ 17 scripsit  
et postliminii iure consistere] sic f (m. saec. XV  
uel XVI, sed litterae limin hodie euanuerunt:  
errauit Augustinus adnotans litteris barbaris  
super scriptum esse in F et postum in se in  
iure consistere), scripsit postliminii iure  
consistere F (mediis obscuratis scriptura illa saec.  
XV uel XVI euanidae antiquae superposita),  
scripsit et postliminium consistere W? (unde  
non enolatur nisi abesse iure) DEQICK<sup>2</sup>, scrip-  
sit et postumum commune consistere K<sup>o</sup>, et  
postumum commune esse ex Pisana margo E,  
scripsit et postliminium iure consistere Poli-  
titanus teste Augustino, qui idem sibi agnoscere  
uius est: τὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις καλῶς ληγά-

τεύεται B (Tipuc.) 19 hered. ad D | uerum  
est D 20 nono] non F | ἐάν ληγάτον ἢ κλη-  
ρονομία ὑπεροχῆ παιδὶ ἢ δοῦλῳ κατελείφθῃ  
(= cum filio familias uel seruo legatum uel  
hereditas datur), λυγατόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ πατρὸς  
ἢ τοῦ δεσπότου καταλιμπάνεσθαι (= fidei com-  
mitti patris uel domini potest). καὶ λοιπὸν εἰ  
μὲν ἐξωτικῶ κατελείφθῃ (= ceterum cum fidei-  
commissum extraneo relinquitur), τότε ἐκ προ-  
σώπου τῶν ὑπεροχῶν ἰσχὺν τοῦτο λαμβάνειν  
δοκεῖ (= uires capere uidetur ex persona filii  
familias uel serui): εἰ δὲ τοῖς ὑπεροχῶν κατε-  
λείφθῃ τὸ φιδεικόμισσον (= cum ipsis ...  
fideicommissum relinquitur) τοῖς καὶ προσπο-  
ρισάσι τὸ ληγάτον ἢ τὴν κληρονομίαν τῷ πατρὶ  
ἢ τῷ δεσπότῃ (= per quos commodum here-  
ditatis uel legati patri dominoue quaeritur),  
τότε δοκεῖ ἐκ προσώπου αὐτῶν τῶν πατέρων  
ἢ τῶν δεσποτῶν τὴν ἰσχὺν τὸ φιδεικόμισσον  
λαμβάνειν (= tunc demum ex persona ipso-  
rum fideicommissum uires capit). φησὶν οὖν  
ὁ Ἰουλιανός κ. τ. λ. (= denique Iulianus cet.)  
BS seruatum quidem in Synopsi sola, sed re-  
liquum ex uersione plena et accurata Dorothei  
opinor, certe Dorotheo digna 21 patri uel  
domino DE | personam E 22 ipsorum fideic.]  
eorum commissum W, temporum commis-  
sum K | caput W | ipsius W 23 legati d'  
patri F | fideicommissum] fideicommissum he-  
reditatis DEC

ratione motus patrem, cuius filius heres institutus est, extero quidem habita ratione legis Falcidiae restituere hereditatem respondit, quoniam ex persona filii teneretur, ipsi uero filio non admissa Falcidia, quoniam ex persona sua sibi filius obligari non posset ac pater non ut heres, sed ut pater rogari uideretur. et ideo si filio rogatus sit pater post mortem suam, quod ad se peruenit ex legato uel hereditate filio relictis, restituere isque uiuo patre de-  
cedat, omnimodo patrem id retenturum, quoniam fideicommissum ex persona patris uires acceperit.

- 12 POMONIUS libro tertio ad Sabinum. Si mihi et tibi eadem res legata fuerit, [B. 44, 1, 12] S deinde die legati cedente heres tibi exstitero, liberum mihi esse Labeo ait, ex meo legato an ex eo, quod tibi heres sim, adquiram legatum: si uoluero, eam rem ex meo legato ad  
1 me pertinere, ut tota mea sit, <sup>1</sup> ex hereditario legato petere eam posse. Proculus ait, si quis seruos quos Gadibus habet eo testamento, quod Romae moriens fecerit, triduo quo mortuus fuerit heredem dare mihi damnauerit, ratum esse legatum et angustias temporis  
2 nihil legato nocere. Regula iuris civilis est, quae efficit, ut quibus ipsis legare possumus,  
3 eorum quoque seruis legare possumus<sup>2</sup>. In legatis nouissimae scripturae ualent, quia mu-  
tari causa praecedentis legati uel die uel condicione uel in totum ademptione potest. sed  
si sub alia et alia condicione legatum ademptum est, nouissima ademptio spectanda  
est. interdum tamen in legatis non posterior, sed praecedens scriptura ualet: nam si ita  
scripsero: 'quod Titio infra legauero, id neque do neque lego', quod infra legatum erit,  
non ualebit. nam et eum sermonem, quo praesentia legata data in diem proferuntur, ad  
postea quoque scripta legata pertinere placuit. uoluntas ergo facit, quod in testamento  
scriptum ualeat.
- 13 IDEM libro quarto ad Sabinum. Cum incertus homo legatus tibi esset, heres [B. 44, 1, 13] S Stichum seruo tuo tradidit. Neratius respondit, si uoluntate domini tradidit uel ratum hoc dominus habuerit, perinde eum liberatum, atque si Stichus legatus esset. 25
- 14 ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum. Si ita sit adscriptum: 'si cui [B. 44, 1, 14] S legauero bis, semel heres ei dato' uel 'ut semel debeatur', et eidem duas quantitates ad-  
scripserit uel duos fundos, an utrumque debeatur? et ait Aristo unum uideri legatum: nam  
quod ademptum est, nec datum uideri secundum Celsi et Marcelli sententiam, quae uera  
1 est. Sed Papinianus libro nono decimo quaestionum ait etsi post legata saepius adscripta so  
idem hoc subiecit semel praestari uelle et hoc ante impletum testamentum fecerit, ipso  
iure uideri cetera legata adempta. sed quo<sup>3</sup> magis erit ademptum? non enim apparet.  
et ait posse dici exiguius esse praestandum.
- 15 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Qui quartam partem bonorum legare uoluit, [B. 44, 1, 15] S dimidiam scripsit. Proculus recte ait posse defendi quartam legatam, quia inesse<sup>1</sup> dimidiae. 35

## FWDE(QICK)

<sup>1</sup> sed et *ins.*    <sup>2</sup> possimus (u. i.)?    <sup>3</sup> quod (u. i.)?

1 extero] F<sup>o</sup>=K cum BS: εἰ μὲν ἐξωτικῶ τοῦτο ἴστωσε δοθῆναι, extero F<sup>o</sup>, ex trebelliano WDE (in marg. al. extraneo) I, ex trabelliano Q, extero ex trebelliano C | legis] uel leg. WK<sup>o</sup> 2 quoniam] quia D | tenetur WI, tenentur QC | ipso W | filio uero E 3 obligare E<sup>o</sup> | posse W 4 rogari] rogare WQK<sup>o</sup> | uideretur WE 5 hereditatem filio relictis E 6 patris] patres F<sup>o</sup>, patris sui WE<sup>o</sup>K 7 accepit WDE<sup>o</sup>C, excepit E<sup>o</sup>, receperit I 8 tibi et mihi D | legata] leg. coniunctim E<sup>o</sup> | fuerit] sit D 9 extitit E, extiterit Q 10 sum WC<sup>o</sup> | si] FK<sup>o</sup>, et si WDE<sup>o</sup>QICK<sup>o</sup>, et sin E<sup>o</sup> 11 eam posse] FP<sup>o</sup>, eam me posse D<sup>o</sup>, eam me non posse WD<sup>o</sup>EFCK, me eam non posse Q 12 gadi-  
bas] gatus DEQC<sup>o</sup> | haberi W 13 herede W 14 legato om. W | est] non est K<sup>o</sup> | legare possumus] legare non possumus E (marg.

al. deest non) Q 15 possimus DI | quia] quia et D 16 totum] tota D, toto EI 18 es'tt interdum F | si] etsi WEC 20 non ualebit] F<sup>o</sup>, non ualeuit non ualebit F<sup>o</sup>, ex ualebit fecit ualebit, deinde non ualebit induxit F<sup>o</sup> | eum] in eum W 21 legata scripta E 22 scriptum] scr. est D, om. K 23 homo] hunc W | tibi legatus D 24 tuo] suo W | tradiderit D | uoluntatem W | tradiderit D 25 dominus hoc D | stichus F | esset] hoc esset D 27 bis] his W | uel ut] ut uel ut E<sup>o</sup>, ut uel Q | eide] idem W | quantitas E<sup>o</sup> 28 et om. D 30 libro] uel WE<sup>o</sup> | nono decimo] xiiii E, om. D 32 quo] FK<sup>o</sup>, quod WDEQI (in marg. P[isis] quo) CK<sup>o</sup> 33 et] etiam WC, om. E<sup>o</sup> | exiguius] F, exiguum WDEI (in marg. P[isis] exiguius) CK 34 partem om. F<sup>o</sup> 35 inesset] WEICK<sup>o</sup>, inesse FDK<sup>o</sup>

- idem erit et si quinquaginta uoluit ¶ legare et centum scripta sint: quinquaginta enim de- f. 2  
 1 bebuntur. sed et si plus legare uoluit et minus scripsit, ualebit legatum. Si quis unam  
 summam filiabus legauerit, ut etiam de postuma sentiret, si ea non est nata, superstiti  
 solidum debetur. 4
- 16 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Si duobus res coniunctim legata sit, B. 44, 1, 16 S  
 quamuis alter in rerum natura non fuerit, alteri solam partem deberi puto uerum esse.  
 1 Heres adiecto ei nomine cuiusdam, qui heres non sit, dare damnatus totum legatum debet:  
 nam et si duos ex heredibus suis nominatim quis damnasset et alter hereditatem non adis-  
 set, qui adisset totum deberet, si pars eius qui non adisset ad eum qui adisset peruenerit.  
 2 Si Titio et postumis legatum sit, non nato postumo totum Titius uindicabit. sed et si 10  
 testator Titio et postumis uiriles partes dari uoluisset uel etiam id expressisset, totum lega-  
 tum Titio debetur non nato postumo.
- 17 ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum. Qui filiabus legauit, si mentio- B. 44, 1, 17 S  
 nem aliqua parte testamenti postumae fecit, uidetur in filiarum legato et de postuma sen-  
 1 sisse. Si quis ita legauerit: 'si qua filia mihi genitur, ei heres meus centum dato', pluribus 15  
 natis uidetur singulis tantundem legasse: quod ita accipiendum est, nisi euident sit con-  
 2 traria sententia testatoris. Si uni ex heredibus fuerit legatum, hoc deberi ei officio iudicis  
 familiae herciscundae manifestum est: sed et si abstinerit se hereditate, consequi eum hoc  
 legatum posse constat 19
- 18 IULIANUS libro trigesimo primo digestorum. et quidem totum legatum petere B. 44, 1, 18 S<sup>o</sup>  
 potest, quamuis a semet ipso inutiliter ei legatum fuisset.
- 19 ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum. Legata inutiliter data Papi- B. 44, 1, 19 S  
 nianus putat libro quaestionum confirmari per repetitionem, id est per hanc scripturam  
 postea forte in codicillis factam: 'hoc amplius ei heres meus dato', et diuersum esse in  
 illa scriptura: 'quas pecunias legauit, quibus dies adpositus non est, annua bima trima, die 25  
 'heres meus dare damnas esto': non enim hoc egisse testatorem, ut confirmaret quae inutilia  
 1 sunt, sed ut diem utilibus prorogaret. Idem eodem loco et in substituto impuberis scribit,  
 ut, si fuerit ab impubere inutiliter legatum, substitutus hoc debeat, si 'hoc amplius legatum  
 2 ab eo sit relictum aliquid nec ille patri heres exstiterit et decesserit. In legato pluribus  
 relicto si partes adiectae non sunt, aequae seruantur. 30
- 20 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. 'Qui duos seruos haberet, unum ex B. 44, 1, 20 S  
 his legasset, ut non intellegeretur quem legasset, legatarii est electio.

*FWDE(QICK, in quo libro inscriptiones plenas deficiunt inde a l. 20)*

<sup>1</sup> si *ins.*

1 legare uoluit *D* 2 et *om. E<sup>o</sup>IC* | uolue-  
 rit *D* | scripserit *D* | ualeuit *F<sup>o</sup>* 3 ea]  
 ei *D* | est] *FP<sup>o</sup>*, esset *WDEQ<sup>o</sup>ICK* 4 debe-  
 tur *WC* 5 coniuncti *E* 6 quambis *F<sup>1</sup>* |  
 in rerum] uirorum *W* | *post* non fuerit (fuis-  
 set *W*) *ins.* sed tamen speratur esse interim  
 pars debetur sed cum certum fuerit non nasci  
 totum debetur (in *margin. m. recentiore*: qui-  
 dam non habent litteram istam) *D* | solam  
 partem deberi] *F<sup>1</sup>C*, partem solam deberi  
*F<sup>2</sup>W*, deberi solam partem *DEQIK* | puto]  
*F<sup>2</sup>E<sup>o</sup>*, et hoc puto *F<sup>2</sup>WDE<sup>o</sup>ICK* | berum *F<sup>2</sup>*  
 7 ei nomine *F<sup>1</sup>*, eo nomine *E*, nomine *W* |  
 cuiusdam *W* 8 suis heredibus *D* 9 par's  
 eius *F* | ad eum qui adisset *om. F<sup>1</sup>* 10 po-  
 stumis] *FK<sup>o</sup>*, postumo *DEQICK<sup>o</sup>* | uindicauit  
*F<sup>2</sup>*, uendicabis *W* 11 postumo *DEQICK<sup>o</sup>* |  
 etiam *om. D* | 'id expres'sisset *F<sup>2</sup>* 13 de-  
 cimo *om. F<sup>2</sup>* 14 aliquam *D* | et *om. W*  
 15 legauit *D* | genitur] *FK<sup>o</sup>*, genita sit *DICK<sup>o</sup>*,  
 gingnitur *W*, genita erit *EQ* | ei heres

meus] heres meus ei *D*, heres meus (*om. ei*)  
*W*, heres (*om. ei et meus*) *K* 16 natis]  
 datis *W* | tantundem *Taur. errore* 17 sen-  
 tentia] uoluntas *WQC* | si] cum *D* 18 fami-  
 liae' *F<sup>2</sup>* | et *om. DE<sup>o</sup>* | abstinent *W*, absti-  
 nuit *E* 20 e's't quidem *F<sup>1</sup>* 21 ei legatum  
 fuisset] leg. fuisset *WK*, leg. fuisset ei *E*  
 22 legata ... papinianus *om. F<sup>1</sup>* 23 replen-  
 tionem *D* 24 ampli'u's *F<sup>2</sup>* | ei heres meus]  
 h. m. ei *WQK<sup>o</sup>*, heres ante ei *K<sup>o</sup>*, ei h. m. ei *C*  
 25 'legauit *F<sup>2</sup>* | adpositum *F<sup>o</sup>*, oppositum *W* |  
 non est *om. K* | trina *K*, et trima *E* 26 testa-  
 tor is'em *F<sup>1</sup>* 27 ab idem *l. inc. F* | eodem]  
 in eodem *E* | in *om. WQ* | impuberis] puberis  
*F*, puberi *K*, impuberibus *WDC*, impuberi  
*EQI* 28 substitus *F* | si hoc] hoc si *E* | leg-  
 atum *om. D* 29 patribus *E<sup>o</sup>* | exstitit *EK*  
 30 abiecta *DE<sup>o</sup>PI* | aequa'e *F* 31 haberet]  
*FE<sup>o</sup>P<sup>o</sup>*, habet et *WDQC*, haberet et *P<sup>o</sup>K*, *inc. E<sup>o</sup>*  
 32 est] *FK*, esset *WDEQIC<sup>o</sup>*, esse *C<sup>o</sup>*

- 21 ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum. Grege legato et quae postea B. 44, 1, 21 *S* accedunt ad legatarium pertinent.
- 22 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Si grege legato aliqua pecora uiuo B. 44, 1, 22 *S* testatore mortua essent in eorumque locum aliqua<sup>1</sup> essent substituta, eundem gregem uideri: et si deminutum ex eo grege pecus esset et uel unus bos superesset, eum uindicari posse, *S* quamuis grex desisset esse: quemadmodum insula legata, si combusta esset, area possit uindicari.
- 23 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Si quis bonorum partem legauerit, ut B. 44, 1, 23 *S* hodie fit, sine fructibus restituitur, nisi mora intercesserit heredis. *S*
- 24 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Quod in rerum natura adhuc non B. 44, 1, 24 *S* sit, legari posse, ueluti quiddid illa ancilla peperisset, constitit: uel ita 'ex uiuo quod in 1 'fundo meo natum est' uel 'fetus tantum dato'. Si usum fructum habeam eumque lega- 2 nerim, nisi postea proprietatem eius<sup>2</sup> nactus sim, inutile legatum est. Si quis post testa- *f. 2'* mentum factum fundo Titiano legato partem aliquam adiecerit, quam fundi Titiani desti- naret, id quod adiectum est exigi a legatario potest (et similis est causa alluionis) et 15 3 maxime si ex alio agro, qui fuit eius cum testamentum faceret, eam partem adiecit. Quod si post testamentum factum ex fundo Titiano aliquid detraxit et alii fundo adiecit, uiden- dum est, utrumne eam quoque partem legatarius petiturus sit an hoc minus, quasi fundi Titiani esse desierit, cum nostra destinatione fundorum nomina et domus<sup>3</sup>, non natura con- 4 stituerentur. et magis est, ut quod alii destinatum est ademptum esse uideatur. Si B. 53, 4, 2 *S* 20 nanam legauero et specialiter meam adscripsero eamque per partes totam refecero, carina eadem manente nihilo minus recte a legatario uindicaretur.
- 25 PAULUS libro tertio ad Sabinum. A filio herede etiam pure patri legari B. 44, 1, 25 *S* potest nec interest, an die cedente legati in patris potestate sit: igitur et si iussu patris adita sit hereditas, imputabitur ei in Falcidiam. *S*
- 26 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Non amplius legatorum nomine ad B. 44, 1, 26 *S* quemquam pertinere uidetur quam quod deducto eo, quod explendae condicionis causa 1 datum esset, superesset. Si certum corpus heres dare damnatus sit nec fecerit, quo minus ibi ubi id esset traderet, si id postea sine dolo et culpa heredis perierit, deterior fit lega- 2 tarii condicio. Cum bonorum parte legata dubium sit, utrum rerum partes an aestimatio *S* 30 debeat, Sabinus quidem et Cassius aestimationem, Proculus et Nerua rerum partes esse legatas existimauerunt. sed oportet heredi succurri, ut ipse eligat, siue rerum partes siue aestimationem dare maluerit. in his tamen rebus partem dare heres conceditur, quae sine damno diuidi possunt: sin autem uel naturaliter indiuisae sint uel sine damno diuisio 35 earum fieri non potest, aestimatio ab herede omnimodo praestanda est. *S*
- 27 PAULUS libro nono ad Plautium. Potest autem heres uel<sup>4</sup> paucioribus uel B. 44, 1, 27 *S* in una re relictam partem legatario dare, in quam uel legatarius consenserit uel iudex aestimauerit, ne necesse haberet legatarius in omnibus rebus uindicare portionem.

FWDE(QICK)

<sup>1</sup> alia (Hal.)? <sup>2</sup> eius] rei? <sup>3</sup> et domus] idem Graeci (οὗ κατὰ φύσιν γάρ ἐστι τὰ ὀνόματα τῶν ἀγρῶν καὶ τῶν οἰκῶν Synops.): et modus? <sup>4</sup> in ina.

1 libro xi *W* 2 pertinent non est a correctore in *F* 3 nlp. *E* 4 m. essent] m. fuerint *WQC* | substituta *F* 5 pecus esset et (et om. *ECK*) uel ... superesset eum (eundem *D*) | pecus eum esset (esset ... super om.) *W* 6 dedisset *WK* | si om. *F* | possit] *FI*, posset *DEQCK* 8 tertio responsorum ad *F*, iiii ad *W* 9 fit] sit *WICK* 10 pap. *W* 11 peperisset *F*, peperisse *DC* 12 fetu tantu *E* 13 eius ... legatum bis *F* 14 partem *F* | adiecerat *WB* | fundi titiani] *FE* *C*, fundo titiano *DE* *IK*, titiano fundo *Q* | destinauerat *W*, destinauerit *C* 15 illuionibus *E* 17 aliquod *W*, aliquo *K* | detraxerit et alii

fundo adiecerit *D* 18 sit] sit tantum *E* 20 quod ut *D* | si] *FDK*, et si *WEQIC* 21 eam adscr. *E*, ascr. meam *K* 22 nihil h'ominus *F* 23 libro ii *WQ* | a om. *W* 24 leg. ced. *D* 25 hereditas] hereditam *F* 27 quam quod] quam quid *K*, qui *D* | condic. causa] causa condic. *DI*, causa cognitionis *K*, condic. *Q* 28 datum om. *D* | corpus *F* 29 ubi] ubique *E* | fit] *FEK*, sit *WDICK* 32 succurri *F* 33 partes *EQ* | dare om. *D* | concedi *W* 34 indiuisae] etiam ind. *D* | sunt *DQ* 35 eorum *D* 38 ne] nec *DE* *C*, om. *IK*, inc. *E* | portionem uendicare *WC*

- 28 ULPIANUS libro nono decimo ad Sabinum. Si creditori meo, tutus aduersus [B. 44, 1, 28] S eum exceptione, id quod ei debeo legem, utile legatum est, quia remissa exceptio uidetur, sicut Aristo ait id quod honoraria actione mihi debetur si legetur mihi, legatum ualere, 1 quia ciuillis mihi datur actio pro honoraria. Marcellus libro uicesimo octano putat rem quam ex stipulatu mihi debes si legaueris, utile esse legatum, ut neque Falcidia hoc 5 minuat:
- 29 PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. sin autem neque modo [B. 44, 1, 29] \*E neque tempore neque condicione neque loco debitum differatur<sup>1</sup>, inutile est legatum.
- 30 ULPIANUS libro nono decimo ad Sabinum. Talis scriptura: 'quas pecunias [B. 44, 1, 30] S 'legauit, quibus dies adpositus non est, eas heres meus annua bima trima die dato', ad [B] 10 1 corpora legata non pertinet, sed ad ea quae pondere numero mensura continentur. Et ad ea tantum legata pertinet, quibus dies non est adpositus: proinde si forte pure legatum 2 est, ex hac adiectione prorogabitur. Quid si forte centum mihi legata sunt praesentia, utrum annua die dabuntur an uero praesentia? et ait Seruius et Labeo praesens deberi. 14 quamuis igitur superuacua sit haec adiectio, quantum ad uim et effectum | legati pertinet, f. 3 3 tamen ad hoc proficiet, ut praesenti die legatum debeatur. Sed si in annos singulos aut singulos menses sit legatum relictum, cessabit ea scriptura, quia hoc legatum et initium 4 et finem habet. Sed et si sub condicione sit legatum relictum, potest dici cessare annuam 5 adiectionem, quia dies incertus appellatur condicio. Cui congruit quod Trebatius existimat, 6 si cui legetur, quando annorum uiginti erit, unguem hanc clausulam cessare. Item si 20 legetur pecunia quae in arca est uel unum quod in apothecis est, dicendum est cessare 7 clausulam, quoniam quotiens species legetur, cessare diximus. Hanc autem scripturam non solum ad praecedentia sola legata, sed ad uniuersa quae testamento adscripta sunt, extendi Gallus Aquilius, Ofilius, Trebatius responderunt idque uerum est. 34
- 31 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Sed etiam ad ea, quae codicillis confirmatis postea S legata fuerint, haec clausula pertinet.
- 32 ULPIANUS libro uicesimo ad Sabinum. Si quis a filio pupillo herede insti- [B. 44, 1, 31] S tuto, cum is in tutelam suam uenisset, pecuniam legauerit et a substituto herede legata re- petierat, impubere filio mortuo secundus heres legatum non debet. quod ita uerum esse tam Sextus quam Pomponius putant, si repetitio legatorum ad eum modum concepta sit 30 ueluti: 'quae a filio meo legauit quaeque eum dare inssi, si mihi heres esset, id heres 'meus isdem diebus dato': sed si ita repetita fuerint: 'quae a filio meo legauit, heres meus 'dato', pure repetita uidebuntur legata et dumtaxat demonstratio eorum facta: igitur et 1 hoc ipsum legatum de quo quaeritur praesens debetur. Si quis plures Stichos [BS. 44, 1, 20] 34

## FWDE(QICK)

<sup>1</sup> differatur] *idem Graeci* (ὑπέθεσιν ἔχει): differat (*Heineccius*)?

1 libro xiiii W | tutus] titius WC<sup>o</sup>? 2 eum] tum F<sup>o</sup> | utile om. E<sup>o</sup> | remissa] F<sup>o</sup>, remissa ei F<sup>o</sup> WDEICK 3 deberetur D | legatur WE<sup>o</sup>, legata E<sup>o</sup> 5 debes] deberes EIK | legaueris] FD, legaueris mihi WEQICK 7 sin] si W 8 neque cond.] cond. E<sup>o</sup> 9 'decimo' nono dec. F<sup>o</sup>, uiiii Q | quas] qua W, quam K 10 legam W 11 pertinent D, attinget C | continetur F 12 pertinent DK<sup>o</sup> | proinde si forte] perinde si f. C, si f. perinde D | puere E 13 prorogantur F<sup>o</sup> | quid] quod WDEICK, qui Q | mihi centum DIK | praesenti W 14 praesentia] praesenti WK<sup>o</sup> 15 superuacua F | uim et effectum] uim et ad effectum C, reri et ad affectum W, inc. K<sup>o</sup> 16 proficietur F<sup>o</sup> | sed] sed et EQIK, et C | aut] FIK, aut in WDEQC 17 hoc] et hoc WEQK 18 sit relictum legatum W,

relictum sit legatum sit legatum C 19 quia's] dies F | existimabat E 20 quando] qui non D<sup>o</sup> | hanc] hac E | cessare] cess. diximus D 21 legatur W | 'arca F<sup>o</sup> | dicendum] et dic. DE<sup>o</sup> 22 species legetur] F<sup>o</sup>, spec. legatur F<sup>o</sup> WDEICK, legatur spec. Q | dicimus DC 23 scripta E, scriptura K 24 gallius D | respondere W | idque] id quidem D 25 etiam] et EQ 27 pupillo om. D 28 t'eutelam suam F, suam tut. W | repetierit WDEICK 29 impuber a'e F | heres om. E<sup>o</sup> 30 modo F<sup>o</sup> | sit] sunt F: 'P(isis) sunt' ad fuerint u. 32 margo E 32 isdem] iste D | quae] FIK, legata quae WDEC | filios W 33 uidebantur F<sup>o</sup>, uideantur K | demonstratio] F, demonstratione DEICK, demonstrare Q 34 qu'a'etur F<sup>o</sup>

habens Stichum legauerit, si non apparet, de quo Stichus sensit, quem elegerit<sup>1</sup> debet praestare. Si parti civitatis aliquid sit relictum, quod ad ornatum vel compendium rei [B. BS.] publicae spectat, sine dubio debebitur.

33 PAULUS libro tertio regularum. Si pluribus eadem res legata fuerit, si qui- [B. 44, 1, 32] S<sup>o</sup> dem coniunctim, etiamsi alter undecim, alter ex testamento agat, non plus quam partem 5 habebit is qui ex testamento agat: quod si separatim, si quidem evidentissime apparuerit ademptione a priore legatario facta ad secundum legatum testatorem conuolasse, solum posteriorem ad legatum peruenire placet: sin autem hoc minime apparere potest, pro uirili portione ad legatum omnes uenire: scilicet nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus est utrumque eorum solidum accipere uoluisse: tunc enim uni pretium, alii ipsa res ad- 10 signatur electione rei uel pretii seruanda ei, qui prior de legato siue fideicommisso litem contestatus est, ita tamen, ut non habeat licentiam altero electo ad alterum transire.

34 ULPIANUS libro uicesimo primo ad Sabinum. Plane ubi transferre uoluit legatum in S nouissimum, priori non debebitur, tametsi nouissimus talis sit, in cuius persona legatum non constitit. at si coniuncti disiunctive<sup>2</sup> commixti sint, coniuncti unius per- [B. 44, 1, 33] 15 1 sonae potestate funguntur. Si eadem res saepius legetur in eodem testamento, amplius 2 quam semel peti non potest sufficitque uel rem consequi uel rei aestimationem. Sed si duorum testamentis mihi eadem res legata sit, bis petere potero, ut ex altero testamento 3 rem consequar, ex altero aestimationem. Sed si non corpus sit legatum, sed quantitas eadem in eodem testamento saepius, diuus Pius rescripsit tunc saepius praestandam sum- 20 mam, si evidenti[sim]is probationibus ostendatur testatorem multiplicasse legatum uoluisse: f. 3<sup>o</sup> idemque et in fideicommisso constituit. eiusque rei ratio euidentis est, quod eadem res sae- 4 pius praestari non potest, eadem summa uolente testatore multiplicari potest. Sed hoc ita erit accipiendum, si non certum corpus nummorum saepius sit relictum, ut puta centum, quae in arca habet, saepius legauit: tunc enim fundo legato esse comparandum credo. 25 5 Sed si pondus auri uel argenti saepius sit relictum, Papinianus respondit magis summae 6 legato comparandum, merito, quoniam non species certa relicta uideatur. Proinde et si quid aliud est quod pondere numero mensura continetur saepius relictum, idem erit di- 7 cendum, id est saepius deberi, si hoc testator uoluerit. Quod si rem emissem mihi lega- 8 tam, usque ad pretium quod mihi abest competet mihi ex testamento actio. Et multo 30 magis hoc dicendum est, si duobus testamentis mihi eadem res legata sit, sed alter me restituere rogauerit uel ipsam rem uel aliud pro ea, aut si sub condicione legasset dandi 9 quid pro ea: nam hactenus mihi abesse res uidetur, quatenus sum praestaturus. Si con- iunctim res legetur, constat partes ab initio fieri. nec solum hi partem faciunt, in quorum

FWDE(QICK)

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): is cui Stichus legatus erit ins.    <sup>2</sup> disiunctive?

1 habent F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>) | legauit W | appereat EI | sentit DK | quem elegerit] F idemque Legisse Graecos inde colligitur quod uertunt: ὃν ἂν ἐπιλέξῃται ὁ κληρονόμος, τοῦτον λαμβάνει ὁ ἀγαθάρχιος uel ὁ κληρονόμος ἔχει τὴν ἐπιλογὴν: quem heres elegerit WDE (in marg. heredem Pi[sis]) QIC<sup>o</sup>K, quem heres ego elegerit C<sup>o</sup> 3 diuio F<sup>o</sup> 5 coniunctum WC, coniunctari Q | agat] F<sup>2</sup> WDEQICK, agat F<sup>2</sup> 6 agit W 8 peruenire] uenire W | si DEC | uirili F<sup>2</sup> 9 uenire] peruenire D | scilicet om. E 10 est] FD, esset WEICK | solidum] solum W 11 legat'a o F<sup>2</sup> 13 boluit F<sup>2</sup> 15 at (atque K) si coniuncti (coniunctim D-EICK, coniunctum W) disiunctive (disiunctim IC, disiunctuarie Q) ... sint (sunt D)] ἕαν οἱ μὲν συνεγγεμένοι εἰσιν, οἱ δὲ διεγγεμένοι B (Syn.) | coniunctim WD<sup>o</sup>C, disiunctim K<sup>o</sup> 17 uel

iu. W 18 bis] his W | ex] et ex W 21 ostenditur W | multiplicasse] FCK, multiplicare se D, multiplicare EQI 22 et om. EIK | constitit D | 'eius'que F<sup>2</sup> | quod om. E<sup>o</sup> 23 praestare] F, praestare I | summa eadem D | uoluntate testatore W, uoluntate testatoris D, testatore uolente K 24 nummorum corp. D 25 esse] esset E<sup>o</sup> 27 legato] legatum E<sup>o</sup>, om. Q | merito] meritoque E<sup>o</sup> | species non certa WE, non certa species K 28 mensurae DQCK | idem om. E<sup>o</sup> 30 usqu'a e ad praetium F | quod] quo W | competet WEQK 32 rogauit W | uel al.] al. E<sup>o</sup> | dandi legasset DEQK<sup>o</sup> 33 quid] quod WDC, inc. K<sup>o</sup> | abesse res] res abesse W, abesse I | coniunctum F<sup>o</sup> 34 legitur E | hi partem] mihi partes hii quoque W, mihi hii partem D, hii (om. partem) C



- persona constitit legatum, uerum hi quoque, in quorum persona non constitit legatum, ut  
 10 puta si Titio et seruo proprio sine libertate. Sed si in pupillari testamento alii eandem  
 legauerit, quam mihi in suo testamento legauit, Iulianus scribit concursu partes nos habere:  
 11 interim igitur partem habebit is, cui in suo testamento legauit. Si duobus sit legata, quo-  
 rum alter heres institutus sit, a semet ipso ei legatum inutiliter uidetur, ideoque quod ei 5  
 12 a se legatum est ad collegatarium pertinebit. Inde dicitur, si duo sint heredes, unus ex  
 uncia, alter ex undecim unciis, et eis fundus legatus sit, unciarum heredem undecim  
 13 partes in fundo habiturum, coheredem unciam. Plane si alter ex legatariis heres extiterit  
 heredi, a quo legatum erat relictum, non ideo minus partem collegatario faciet: retinet  
 14 enim pro parte legatum. Si ita Titio legetur: 'fundum Seianum uel usum fructum eius 10  
 15 'sibi habeto', duo esse legata et arbitrio eius esse, an uelit usum fructum uindicare. Sed  
 et si quis ita leget Titio: 'fundum do lego, ut eum pro parte habeat', mihi uidetur posse  
 dici partem habiturum: uideri enim fundi appellatione non totum fundum, sed partem ap-  
 14 pellaase: nam et pars fundi fundus appellatur.
- 35 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Si heres alienum hominem dare damnatus [B. 44, 1, 34] S  
 sit et hic a domino manumissus sit, nihil ex hoc legato debetur.
- 36 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Titiae textores meos omnes, praeter- [B. 44, 1, 35] S  
 'quam quos hoc testamento alii legauit, lego. Plotiae uernas meos omnes, praeterquam quos  
 'alii legauit, lego'. Cum essent quidam et<sup>1</sup> uernae idem et textores, Labeo ait, quoniam  
 nec quos Titiae textores non legauerit, aliter apparere possit, quam si cognitum fuerit, 20  
 quos eorum Plotiae legauerit, nec quos Plotiae uernas non legauerit, possit<sup>2</sup>, neutrius le-  
 gato exceptos esse eos de quibus quaeritur et ideo communes ambobus esse: hoc enim  
 1 iuris est<sup>3</sup> et si neutrius legati nomine quicquam esset exceptum. Quod si hoc modo esset  
 legatum 'textores omnes praeter uernas' et rursus 'uernas omnes praeter textores', qui et 24  
 2 uerna et textor esset, neutri fuisse legatum. ¶ Nihil distat, utrum ita legetur 'Titio et Maenio' f. 4  
 3 an ita 'Titio cum Maenio': utrobique enim coniunctim legatum uidetur. Si alteri Stichum  
 heres dederit, quem duobus dare damnatus fuerat, et antequam interpellaretur ab altero  
 Stichus mortuus est, heres non tenetur, quia nihil per eum factum intellegitur.
- 37 ULPIANUS libro uicesimo primo ad Sabinum. Legato generaliter relicto, [B. 44, 1, 36] S  
 ueluti hominis, Gaius Cassius scribit id esse obseruandum, ne optimus uel pessimus<sup>4</sup> acci- 30  
 FWDE(QICK)

<sup>1</sup> et del. <sup>2</sup> nec quos Plotiae uernas non legauerit [intellegi aliter, quam si cognitum fuerit quos eorum Titiae legauerit,] possit? <sup>3</sup> esset? <sup>4</sup> uel pessimus] idem Graeci (οὐτὸς ὁ χείριστος): del.

1 constitit legatum uerum hi quoque in quo-  
 rum (quorum altero loco) persona bis F (em.  
 F<sup>2</sup>), uerum ... non const. legatum om. DE<sup>2</sup>C,  
 const. leg. ... persona om. I 2 et om. W | pro-  
 prio r' F | libertate] F, lib. .... K<sup>2</sup>, lib. legetur  
 WDEQICK<sup>2</sup> | eandem] F, eandem rem  
 WDEICK 3 concursu partes nos habere]  
 cursu non habere D 4 sit legata] FC, sit  
 leg. res D, res sit leg. WEQK, sit res leg. I  
 5 legatum] legat. sit D, legata E 6 inde]  
 idem WK<sup>2</sup>? | sunt WK 7 eis] ei DI | uncia-  
 rum DEICK 8 unciam] uncias F<sup>2</sup> | he-  
 re'd's F<sup>2</sup> | 'ext'iterit F 9 collegatario] cum  
 leg. W, leg. C | faceret W, om. K<sup>2</sup> 10 titio]  
 uno W 11 sibi hab.] FE<sup>2</sup>ICK, tibi hab. W,  
 hab. sibi D, alias tibi sibi hab. E<sup>2</sup> 13 par-  
 tem] eum partem DK, partem eum Q | ha-  
 bitum E 14 fundi fundus] F<sup>2</sup>1 WDEQICK  
 cum B: καὶ τὸ μέρος γὰρ τοῦ ἀποῦ ἀπὸς λέ-  
 γεται B (Tyruc.), fundus F<sup>2</sup> 15 hominem]  
 hom. quem E<sup>2</sup> 16 debebitur E 17 pompo-  
 nius] pap. W 18 plotiae] plone W, ploti D |

uernas F<sup>2</sup>, urnas et sic fere deinceps Q, uer-  
 uas et sic fere deinceps C | praeterquam] prae-  
 ter W 19 et om. DQK | uernae F<sup>2</sup> | idem  
 et] et idem E, eidem et I 20 titiae] titioe  
 F<sup>2</sup> | textores] testatores W, textores I<sup>2</sup> 21 plo-  
 tiae] plone W | legauit E | nec ... legauerit  
 om. WQ, habet in textu, sed ante nec inserit  
 p(isis) et in marg. add. huic commati: P(isis) hoc  
 totum, E | uernas non add. F<sup>2</sup> | legauit D |  
 possit] F<sup>2</sup>, intellegi non (tamen pro non C)  
 potest F<sup>2</sup>DEIC, non potest intelligi K, intel-  
 legi (om. non potest) W, om. Q 22 eos  
 de] eosdem W 23 esset ru' legatum F, leg.  
 esset D 24 uernas F<sup>2</sup> | uernas F<sup>2</sup> | praeter  
 | textores F 25 uerna (berna F<sup>2</sup>) et textor  
 esset] FC, uerna et textores essent DK, urne  
 et textores etiam sed Q, uernae (uernes E<sup>2</sup>)  
 et textores sunt EI | fuisse legatum] fuis-  
 set legatum D, fuisset quamuis legatum W,  
 esse legatum C | ita] et ita WD | legatur E  
 26 utruisque F<sup>2</sup> | coniunctum WDCK 28 per  
 om. W 30 casius F | id] et id D

piatur: quae sententia rescripto imperatoris nostri et diui Seneri iuuatur, qui rescripserunt  
 1 homine legato actorem non posse eligi. Si de certo fundo sensit testator nec appareat de  
 quo cogitauit, electio heredis erit, quem uelit dare: aut<sup>1</sup> si appareat, ipse fundus uindica-  
 bitur. Sed et si lancem legauerit nec appareat quam, aequae electio est heredis, quam  
 uelit dare.

38 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Legatarius pro parte acquirere, pro B. 44, 1, 37 S  
 parte repudiare legatum non potest: heredes eius possunt, ut alter eorum partem suam  
 1 adquirat, alter repudiet. Si legatum nobis relictum constituerimus nolle ad nos pertinere,  
 pro eo erit, quasi nec legatum quidem sit: et ideo dicimus nec confusas seruitutes, si forte  
 praedium mihi legatum praedio meo debuerit seruitutes, et integra furti actio manebit, si  
 10 seruus legatus sit ei<sup>2</sup>, cuius nomine furti agere poterit legatarius.

39 ULPIANUS libro uicesimo primo ad Sabinum. Cum seruus legatus in fuga B. 44, 1, 88 S  
 'esset uel longinquo absens exigatur, operam praestare heres debet, ut eam rem requirat  
 et praestet, et ita Iulianus scribit. nam et sumptum an<sup>4</sup> in hanc rem facere debet,  
 Africanus libro uicesimo epistularum apud Iulianum quaerit utatque sumptum praestan- 15  
 1 dum, quod et ego arbitror sequendum. Fructus autem hi deducuntur in petitionem, non  
 quos heres percepit, sed quos legatarius percipere potuit: et id in operis seruorum uel  
 uectaris iumentorum uel nautis nauium dicendum. quod in fructibus dicitur, hoc et in pen-  
 sionibus urbanorum aedificiorum intellegendum erit. in usurarum autem quantitate mos  
 regionis erit sequendus: index igitur usurarum modum aestimabit et statuere. ipsius quoque 20  
 rei interitum<sup>5</sup> post moram debet, sicut in stipulatione, si post moram res interierit, aesti-  
 matio eius praestatur. item partus ancillarum et, si seruus fuerit legatus, et hereditas uel  
 2 legatum uel quid<sup>6</sup> per eum acquisitum sit heres praestare debet. Si Titius a me rem  
 emisisset et eandem mihi legasset antequam ei traderem, mox ei tradidero et pretium rece-  
 pero, uidetur quidem is prima facie rem mihi meam legasse et ideo legatum non con- 25  
 sistere. sed ex empto actione liberatus utique per legatum rem uindicare potero quam  
 tradidi. sed si nondum erat solutum mihi pretium, Iulianus scribit ex uendito quidem me  
 acturum, ut pretium exsequar<sup>7</sup>, ex testamento uero, ut rem quam uendidi et tradidi re-  
 cipiam. idem subiungit, si pretium quidem mihi erat solutum, rem autem nondum tradi-  
 3 deram, ex testamento me agentem liberationem consequi. Idem Iulianus scribit, si fundum 30  
 testator, quem ab alio emerat, mihi legauit, heredem cogendum mihi actionem ex empto  
 4 praestare, scilicet si nondum res tradita fuerit uel defuncto uel heredi. Si quis alicui le-  
 gauerit licere lapidem caedere, quaesitum est, an etiam ad heredem hoc legatum transeat.  
 5 et Marcellus negat ad heredem transmitti, nisi nomen heredis adiectum legato fuerit. Heres

*FWDE(QICK)*

<sup>1</sup> at?    <sup>2</sup> ei del. (Hal.)    <sup>3</sup> qui ins.    <sup>4</sup> num et sumptum (Krueger)?    <sup>5</sup> praestare ins.  
 (Krueger)    <sup>6</sup> quidquid?    <sup>7</sup> consequar (u. i.)?

1 seneris iubatur F<sup>o</sup> | qui] quod W 3 he-  
 redis q' erit F | aut si] aut W 7 legatum non  
 potest] non pot. leg. W, non potest C 8 per-  
 tineret E<sup>o</sup> 9 pro eo] perinde WE<sup>o</sup> 10 ser-  
 uitates a' et F, seruitutes sed C, seruitutem  
 sed D 12 ulpianus] F<sup>o</sup> W? DCK, paulus  
 F<sup>o</sup> EQI 14 praestat F<sup>o</sup> | sumptum an] an  
 sumptum I, sumptum WDQK | debet WDQK,  
 debeat C 15 ab africanus l. inc. FWDEQICK |  
 apud iulianum qu'a' erit F, ap. iul. quaeritur  
 WDEQICK | putatq' a' e F, putat quod DI,  
 putat quia que C<sup>o</sup> 16 deducuntur hii WDK |  
 petitione WQK 17 heres om. D | percepit  
 EI | sed quod F<sup>o</sup> | id] FC, ideo WD, idem  
 KIK | operis bis W 18 nautis nauium] nau-  
 ium nanium (sic) W, nautis nauium I,  
 nauium (om. nautis) K | dicendum] FC, dicen-  
 dum est DEQI, edicendum est K, deducen-

dum est W 19 quantitate DEC 20 seq.  
 erit DIK | aestimauit F<sup>o</sup> 21 inter. rei D |  
 stipulatione m' si post moram rem re's F  
 23 adquis'itum F 24 eadem DI | recipero  
 FK 25 is quidem EQ | rem meam mihi DI,  
 mihi rem meam EQ, rem mihi C<sup>o</sup> 26 ex  
 empto] excepto E | uindicare potero rem E  
 27 tradidi sed] tradidissem W, tradidissem  
 et K, tradidissem sed D, tradidisset si Q,  
 tradi sed I | erat] est erat D, era K<sup>o</sup> | solu-  
 tum mihi] mihi solum W, mihi legatum D<sup>o</sup>,  
 mihi solum D<sup>o</sup> K, solum in E<sup>o</sup>, solum  
 E<sup>o</sup> | iulianus] uel D | scriuit F<sup>o</sup> 28 ex're-  
 quar F<sup>o</sup> C, consequar WDEQK, consequatur I  
 29 mihi quidem DK | a' utem F 30 ab idem  
 l. inc. F | iulius W 31 legauerit D | ex epto E  
 32 res nondum tradita WD, res tradita non K |  
 'uel' heredi F<sup>o</sup> 34 adiunctum D

- cogitur legati praedii soluere uectigal praeteritum uel tributum uel solarium uel cloacarium  
 6 uel pro aquae forma. Scio ex facto tractatum, cum quidam duos fundos eiusdem nominis  
 habens legasset fundum Cornelianum et esset alter pretii maioris, ¶ alter minoris et heres f.  
 diceret minorem legatum, legatarius maiorem: uolgo fatebitur utique minorem eum legasse,  
 7 si maiorem non potuerit docere legatarius. Constat etiam res alienas legari posse, utique 5  
 8 si parari possint, etiamsi difficilis earum paratio sit. Si nero Salustianos hortos, qui sunt  
 Augusti, uel fundum Albanum, qui principalibus usibus deseruit, legauerit quis, furiosi est  
 9 talia legata testamento adscribere. Item campum Martium aut forum Romanum uel aedem  
 10 sacram legari non posse constat. Sed et ea praedia Caesaris, quae in formam patrimonii  
 redacta sub procuratore patrimonii sunt, si legentur, nec aestimatio eorum debet praestari, 10  
 quoniam commercium eorum nisi iussu principis non sit, cum distrahi non soleant.  
 40 IDEM libro secundo fideicommissorum. Sed si res aliena, cuius commercium B. 44, 1, 89 ¶ f  
 legatarius non habet, ei cui ius possidendi non<sup>1</sup> est per fideicommissum relinquatur, puto  
 aestimationem deberi. 14  
 41 IDEM libro uicesimo primo ad Sabinum. Cetera igitur praeter haec uidea- B. 44, 1, 40 S  
 1 mus. et quidem corpora legari omnia et iura et seruitutes possunt. Sed ea quae aedibus  
 iuncta sunt legari non possunt, quia haec legari non posse senatus censuit Auiola et Pansa  
 2 consulibus<sup>2</sup>. Tractari tamen poterit, si quando marmora uel columnae fuerint separatae  
 ab aedibus, an legatum conualescat. et si quidem ab initio non constitit legatum, ex post  
 facto non conualescet, quemadmodum nec res mea legata mihi, si post testamentum factum 20  
 fuerit alienata, quia uires ab initio legatum non habuit. sed si sub condicione legetur,  
 poterit legatum ualere, si existentis condicionis tempore mea non sit uel aedibus iuncta  
 non sit, secundum eos, qui et emi rem meam sub condicione et promitti mihi stipulanti  
 et legari aiunt. purum igitur legatum Catoniana regula impedit, condicionalis non, quia  
 3 ad condicionalia Catoniana non pertinet. Item quaeri potest, si quis binas aedes habens 25  
 alteras legauerit et ex alteris aliquid iunctum ei cui aedes legauit, an legatum ualebit?  
 mouet quaestionem, quod ex senatus consulto et constitutionibus licet nobis ab aedibus  
 nostris in alias aedes transferre possessoribus earum futuris, id est non distracturis: et ita  
 imperator noster et diuus Seuerus rescripserunt. numquid ergo et legari possit ei, cui  
 aliam domum legem? sed negandum erit, quia cui legatum est non est possessor futurus. 30  
 4 Si duobus domum legauerit Sempronianam et ex ea alteri eorum marmora ad exstructionem  
 domus Seianae quam ei legauerat, non male agitabitur, an ualeat, quia dominus est  
 utriusque legatarius. et quid si quis domum deductis marmoribus legauerit, quae uoluit  
gestorum scribit om. W, dig. om. K | muni-  
cipium sit DC, sit municipum W 3 quia]  
qua E<sup>2</sup> | balere F<sup>2</sup> | sed et] sed DC 5 uecti-  
galibus F<sup>2</sup> 6 legauit D 7 quae F<sup>2</sup> | mor-  
tis eius tempore] m. t. e. K, tempore in ortis  
eius D, uel in ortis supra mortis E<sup>2</sup> | legata W  
9 paulus DK | ad ed. praet. om. W, urbani  
add. F<sup>2</sup> 10 lucius centum habeat] FC, lu-  
cius titius centum habeat K, lucius centum  
habeam W, ego lucius centum habeam E,  
ego lucius titius centum habeam D, ego cen-  
tum habeam I | e'st F<sup>21</sup> | heres est K, est  
(om. heres) D 13 iulianus D | libro iii W  
14 rescripserit] F<sup>2</sup>DK, rescripsit F<sup>2</sup>EIC | uo-  
luntate] ex uol. DE<sup>2</sup>IC, uoluntatem K | quae  
ab instituto om. F<sup>2</sup> | fuerant] fuerat DQK,  
fuant E, fuerit I 15 erit ita D | fuit] fue-

rit WICK 16 colligitur DC, colligeretur E<sup>2</sup> |  
noluerit a substituto F<sup>2</sup> 17 relinquit F | le-  
gataro uel fideic. WDICK 18 ab instituto  
non (que pro non F<sup>2</sup>) a substituto D<sup>2</sup> | re-  
linquerat FE | quid] quod W | fuerit DK |  
'instituto F<sup>2</sup> | relinquerat F, reliquerat DICK,  
dereliquerat WE<sup>2</sup>, derelinquerat Q? 19 in]  
FI, a DQCK, ab E | uel quid] uel quod W,  
om. I | fideicommissarium] fideicommissum D  
22 sit om. D<sup>2</sup> 23 comprobauerit F<sup>2</sup> 24 de-  
b'eb'itu m'r F<sup>2</sup> | est] sit D | mea uoluntate D  
26 est 'si' nullum F<sup>2</sup> 27 debebitur] FDICK,  
mihi debebitur (debitor W) WEQ | quid]  
quod D<sup>2</sup>EQC 28 ei] et ei D | legatum nul-  
lum esse D 29 debeo (debeam E, dederi I,  
om. D) ... titio om. W 30 ut in legato] ut  
in in legata W, uti in legato K 32 quae<sup>2</sup> F  
34 actionem WIC, accione E | hereres W |  
meus] meum F, om. K

- 3 praestare cogeretur. Si quis ita stipulatus: 'Stichum aut decem, utrum ego uelim' legauerit quod ei debebatur, tenebitur heres eius, ut praestet legatario actionem electionem
- 4 habituro, utrum Stichum an decem persequi malit. Proinde si Stichum legauerit, cum ille ei Stichum aut decem deberet, incerti actio legatario aduersus heredem competit, ut scripsit Iulianus libro trigesimo tertio digestorum, per quam actionem compellat heredem experiri: 5 et, si Stichum consecutus fuerit, praestabit ei, si decem, nihil consequetur. secundum quod erit | in arbitrio debitoris, an sit legatarius is cui Stichus legatus est. f. 9
- 76 IULIANUS libro trigesimo quarto digestorum. Quod si quis Stichum aut [B. 44, 1, 72] S\* Pamphilum stipulatus Sempronio Stichum legasset, Maenio Pamphilum, oneratus heres intellegitur, ut necesse habeat alteri actionem suam, alteri aestimationem Stichi aut Pam- 10 phili dare.
- 77 ULPIANUS libro quinto disputationum. Si pecunia fuit deposita apud aliquem [B. 44, 1, 78] S eiusque fidei commissum, ut eam pecuniam praestet, fideicommissum ex rescripto diui Pii debebitur, quasi uideatur heres rogatus remittere id debitori: nam si conueniatur debitor ab herede, doli exceptione uti potest: quae res utile fideicommissum facit. quod cum ita 15 se habet, ab omni debitore fideicommissum relinqui potest.
- 78 IDEM libro octauo disputationum. Fideicommissum, quod a legatario relin- [B. 44, 1, 74] S quitur, ita demum ab eo debetur, si ad legatarium legatum peruenerit.
- 79 IULIANUS libro quinto digestorum. Si quis testamento suo Titio et Seio [B. 44, 1, 75] S decem dari iusserit, nullam haec uerba recipiunt ambiguitatem, ut dena dixisse uideatur, 20 qui decem dixit.
- 80 Apud IULIANUM libro trigesimo secundo digestorum MARCELLUS notat. Is, [B. 44, 1, 76] S qui sola triginta reliquerat, Titio triginta legauit, Seio uiginti, Maenio decem. Massurius Sabinus probat Titium quindecim, Seium decem, Maenium quinque consecuturos, ita tamen, 25 ut ex his pro rata portionis Falcidia satisfiat.
- 81 IULIANUS libro trigesimo secundo digestorum. Si fundum sub condicione [B. 44, 1, 77] S legatum heres pendente condicione sub alia condicione alii legasset et post existentem con- dicionem, quae priore testamento praeposita fuisset, tunc ea condicio, sub qua heres lega- 30 uerat, exstittisset, dominum a priore legatario non discedit. Si seruo communi res legata fuisset, potest alter dominus agnoscere legatum, alter repellere: nam in hanc causam seruus 35 communis quasi duo serui sunt. 'Stichum Sempronio do lego: si Sempronius Stichum intra annum non manumiserit, eundem Stichum Titio do lego'. quaesitum est, quid iuris esset. respondi Sempronium interim totum habiturum et, si quidem intra annum manumississet, 40 liberum eum effecturum: sin autem hoc non fecisset, totum ad Titium pertinere. Qui fundum excepto aedificio legat, appellatione aedificii aut superficiem significat aut solum 45 quoque, cui aedificium superpositum est. si de sola superficie exceperit, nihilo minus iure legati totus fundus uindicabitur, sed exceptione doli mali posita consequetur heres id, ut
- FWDE(QICK)*

1 stipulatum *F*<sup>o</sup> | uelim] uolam *W* 2 debeant *W*, debeatur *QI* 3 habituro] habebito. *E*<sup>o</sup> 4 ei stichum] et stichum *D*, stichum ei *C*, stichum *W* | debet *WQ* 5 iul. xxxi *D*, iul. l. xxxiii *K* | compelli *W*, compellitur *F*, compellit *PC* 6 consequeretur *W*, consequitur *Q* 7 erit] erunt iam *W* | aruitrio *F*<sup>o</sup> | is] ius *W* 8 libro iii *W* | quis] quid *D* 9 pamphilium *E* | semproniano *W* | intelligitur *EQ*, intelligeretur *K* 10 habet *D* 13 pec. eam *D* | ex] et *D* 14 debetur *W* | quasi *F* | remittere] ei mittere *E*<sup>o</sup> | deuitori *F*<sup>2</sup> 16 ab] etiam ab *WC* 17 octauo *om. W* 19 suo] *F*<sup>o</sup>, *om. F*<sup>2</sup> *WDEQICK* 20 dare *FIGK* | dena] dixisse *F* (*suppl. F*<sup>2</sup>) | uidetur *W* 21 dixit *x D*, *x* dixisset *K* 22 apud (apud *om. F*<sup>2</sup>) iulianum] *F*<sup>2</sup> *IC*, apud iulius *E*, am-

plius *W*, amp. *K*, pap. *D*, ulp. *Q* | trigesimo secundo] xxxiii *I*, trigesimo (*om. secundo*) *D*, *om. K* | marcellus notat *om. W* 23 relinquerat *F*, reliquerit *W* | seio *om. W* 24 consecuturus *W* 26 digestorum *om. W* 27 et *om. E*<sup>o</sup> 28 proposita *EC*, apposita *I* | fuerit *D* | sub] quae sub *D* 29 exstittissem *F* 30 legatum 'alter' rep. *F*<sup>2</sup> | in hac causa *W* 31 do lego] delege *F*<sup>o</sup> *C* 32 esset] est *WDIC* 34 eum] eum esse *D* | effecturum] effectum *WC* | sin] si *WK* | qui] quod *E* 35 cepto *W* | legata *E*<sup>o</sup> | significata aut *F* 36 quoque solum *W* | de sola (soli *F*<sup>2</sup>) superficie] *FD*<sup>o</sup> *EQICK*, solam superficiem *D*<sup>2</sup>: ei ὑπερείλον τὸ ὑπερφὼν μόνον *Tipuc.* 37 mali *om. WK* | posita] opposita *WDEQICK*

sibi habitare in uilla liceat: in quo inerit, ut iter quoque et actum in ea habeat. si uero solum quoque exceptum fuerit, fundus excepta uilla uindicari debebit et seruitus ipso iure uillae debebitur, non secus ac si duorum fundorum dominus alterum legauerit ita, ut alteri seruiret. sed inclinandum est testatorem etiam de solo cogitasse, sine quo aedificium stare non potest. Si libertas patronum ex septunce heredem scripserit, alios ex ceteris et ita legauerit: 'quisquis mihi alius ex supra scriptis cum patrono meo heres erit, seruos illum et illum Titio lego, quos aestimo singulos uicenis aureis', intellegendum erit a coherede patroni dumtaxat legatum datum et ideo Titium non amplius quincuncem in seruis uindicare posse. adiectio autem illa 'quos aestimo singulos uicenis aureis' non mutat legati condicionem, si legis Falcidiae rationem habere oporteat: nihilo minus enim uerum pretium seruorum in aestimationem deducetur. 'Titio fundum do lego, si heredi meo decem dederit'. si decem heres Titio debuisset et ea Titius accepta ei fecisset, fundum uindicare potest. Si Titius, cui Stichus legatus fuerat, antequam sciret ad se legatum pertinere, decesserit et eundem Seio legauerit et heres Titii legatum non repudiauert, Stichum Seius uindicabit. Si pater familias ab impubere filio Titio fundum legauerit et a substituto eundem Titio et pupillus patri heres exstiterit: siue uindicauerit Titius legatum siue repudiauert, quamuis filius impubes decesserit, a substituto uindicare non poterit. hoc enim, quod rursus a substituto legatur, perinde habendum est ac si repetita legata essent. quare et si pure a filio, sub condicione a substituto legatum fuerit, perinde omnia seruabuntur ac si tantum a filio legatum fuisset: contra autem si a filio sub condicione, a substituto pure legatum fuerit et pupillus pendente condicione decesserit, ex substitutione sola legatum ualebit. His uerbis Lucio et Titio eorumue cui fundum do lego utiliter legatur et, si utrique uixerint, utrique, si alter, alteri debebitur. Cum statuliber sub condicione legatus est et pendente condicione legati condicio statutae libertatis deficit, legatum utile fit: nam sicut statuta libertas tunc peremit legatum, cum uires accipit, ita legatum quoque non ante peremi potest, quam dies cesserit eius. A filio impubere legatus et a substituto liber esse iussus, si quidem pupillus ad pubertatem peruenerit, ab eo cui legatus fuerat uindicabitur: mortuo uero pupillo libertas competit. longe magis hoc seruari conueniet, si idem seruus sub condicione ab impubere legatus fuerit et pendente condicione filius intra pubertatem decesserit. IDEM libro trigesimo tertio digestorum. Non quocumque modo si legatarii res facta fuerit die cedente, obligatio legati exstinguitur, sed ita, si eo modo fuerit eius, quo anelli non possit. ponamus rem, quae mihi pure legata sit, accipere me per traditionem die legati cedente ab eo herede, a quo eadem sub condicione alii legata fuerit: nempe agam ex testamento, quia is status est eius, ut existente condicione discessurum sit a me dominium. nam et si ex stipulatione mihi Stichus debeatur et is, cum sub condicione alii legatus esset, factus fuerit meus ex causa lucratiua, nihilo minus existente

FWDE(QICK)

<sup>1</sup> cesserit. Seruus a filio?    <sup>2</sup> facta *ine*.    <sup>3</sup> ex causa lucratiua *del*.

1 in] et in *E* | quo] qua *D* | ut] ut et *WC*  
4 stare] constare *WC*    5 septem untiis  
*WDEQIK*, untiis *C*    6 legauit *E* | mihi  
alius] malis *W*, mihi *K* | seruum *DIK*    7 et  
illum *om. F* | erit] esset *D*    8 ticius *D* |  
quincuncem] *FDCK*, quincunce *WEQI*    10 leg-  
is] legisset *E* | oportet *W* | pr'a etium *F*  
11 estimacione *E* | meo] modo *WK*, *om. D*  
12 debuit *D* | titi'o'us *F* | ei] esse *D*    13 si  
*om. D* | ad se] a se *E* | legatum *om. D*    14 uin-  
dicauit *F*    15 ab] uel ab *D* | legauit *D*  
16 uindica'bit'uerit *F*    17 rursus *WDEK*  
18 ab *E* | esset *D* | si 'pure *F*    19 per-  
inde ... 21 fuerit *om. D*    20 a filio tantum  
*EK*    22 lucio et] lucio *F* | *CK* | eorumue]  
eorum ut *D* | legatum *D* | utrique] utrisque

*WE* | utrisque *E*, *om. C* | uixerit *D*    23 alter  
*om. D* | totum *post* alteri *add. F* | *WDEQICK* |  
debetur *D* | pendente's *F*    24 deficit *DEC*  
statuta] stata *E*    26 eius cesserit *F* | *WDE*  
*QICK*    27 pubertatem] libertatem *DK* | uin-  
dicauit *F*    28 uero] *FI*, autem *WDEQCK* |  
pupilla *F* | seruare *EK*    29 ab impub. ...  
condicione *om. F*, ab impubere *ante* filius in-  
tra *repetit E* | decessit *E*    30 digestorum  
*om. W* | non quocumque] *F* | *EICK*, num quo-  
que *F*, non quoque *D*    32 *post* sit *ine*. per  
damnationem *WE* | traditionem] emptionem *W*  
33 eadem sub] sub eadem *DICK*    34 status]  
factus *D*    35 ex *om. D* | debebatur *D* | cum  
*om. D* | condicionem *E*    36 lucr. causa *D* |  
nihil'ho *F*

- 1 condicione ex stipulatu agere potero. Si ex bonis eius, qui rei publicae causa aberat, rem  
 2 usu adquisierim et ea antequam euinceretur mihi legata sit, deinde postea euincatur, recte  
 3 ex testamento petam eam mihi dari oportere. Fundus mihi legatus est: proprie- [I. 2, 20, 9  
 tatem eius fundi redemi detracto usu fructu: postea uenditor capite minutus est et usus  
 fructus ad me pertinere coepit. si ex testamento egero, iudex tanti litem aestimare de- 5  
 3 bebit, quantum mihi aberit<sup>1</sup>. MAROELLUS. Idem erit et si partem redemero, pars mihi [11  
 4 legata est aut donata: partem enim dumtaxat petere debebo. IULIANUS. Quod si legatum  
 mihi est quod ex Pamphila natum erit, ego Pamphilam mercatus sum et ea apud me pe-  
 perit, non possum uideri partum ex causa lucratiua habere, quia matrem eius mercatus  
 5 sum: argumentum rei est, quod euicto eo actio ex empto competit. Qui Gaium et Lucium 10  
 eiusdem pecuniae reos habebat si ita legauerit: 'Quod mihi Gaius debet, id heres meus  
 Sempronio damnas esto dare: quod mihi Lucius debet, id heres meus Maeuio damnas  
 esto dare', eam conditionem heredis sui constituit, ut is necesse habeat alteri actiones  
 suas, alteri litis aestimationem praestare. si tamen uiuus testator Gaius acceptum fecit,  
 6 necesse est, ut Sempronii et Maeuui legatum inutile sit. Cum mihi Stichus aut Pamphilus 15  
 legati fuissent duorum testamentis et Stichum ex altero testamento consecutus fuissem,  
 ex altero Pamphilum petere possum, quia et si uno testamento Stichus aut Pamphilus  
 legati fuissent et Stichus ex causa lucratiua meus factus fuisset, nihilo minus Pamphilum f. 10  
 petere possem. 19
- 83 MAROELLUS libro tertio decimo digestorum. Titius Stichi partem tibi legauit: [B. 44, 1, 79 \*E  
 eiusdem Stichi partem Seius tibi legauit: ex utriusque testamento consequeris.
- 84 IULIANUS libro trigesimo tertio digestorum. Huiusmodi legatum: 'Si Titius [B. 44, 1, 80 S  
 heredi meo cauerit centum Maeuio se daturum, et heres meus Titio<sup>2</sup> centum dato', utile  
 legatum est, quemadmodum quod alicui legatum<sup>3</sup> ex causa fideicommissi restituatur.
- 1 Eadem ratione hoc quoque legatum utile sit<sup>4</sup>: 'Si Titius heredi meo cauerit se in muni- 25  
 cipio ex centum aureis opus facturum, tum ei centum aureos heres meus dare damnas  
 2 esto'. Si Sempronius Titium heredem instituerit et ab eo post biennium fundum dari  
 iusserit Maeuio, Titius deinde ab herede suo eundem fundum Maeuio praesenti die lega-  
 uerit et Maeuius pretium fundi ab herede Titii acceperit: si ex testamento Sempronii fun-  
 3 dum petere uelit, exceptione repelli poterit si pretio fundi contentus non erit<sup>5</sup>. Si cui 30  
 homo legatus fuisset et per legatarium stetisset, quo minus Stichum, cum heres tradere  
 4 uolebat, acciperet, mortuo Sticho exceptio doli mali heredi proderit. Aedes, quibus heredis  
 FWDE(QICK)

<sup>1</sup> Si cui fundus alienus legatus fuerit et emerit proprietatem detracto usu fructu et usus fructus ad eum peruenerit et postea ex testamento agat, recte eum agere et fundum petere Iulianus ait, quia usus fructus in petitione seruitutis locum obtinet, sed officio iudicis contineri, ut deducto usu fructu iubeat aestimationem praestari Inst. <sup>2</sup> et heres meus Titio] ei heres meus? <sup>3</sup> legatur ut? <sup>4</sup> est? <sup>5</sup> si pretio ... erit del. (Krueger)

1 condicione] causa D | agere potero ex stipulatu D | aberat] habeat D, aberit C, inc. K<sup>a</sup>  
 2 adquisierim F, adquisierit DE<sup>a</sup>, inc. K<sup>a</sup> | euinceretur D 3 dare F<sup>a</sup> EK 4 imminutus D |  
 est et usus fructus] et usus est fructus E<sup>a</sup>  
 5 coepit] ceperit EC | tanti litem] utilitatem E  
 6 redemero] emero DE 7 est aut donata] esset aut donata W, aut donata esset EK,  
 esset aut donata C, sit aut donata esset D |  
 enim dumtaxat] emendum taxat W | petero F<sup>a</sup>  
 8 mercatus sum pamph. D | sum] est sum E<sup>a</sup> |  
 apud me ea D | 'peperit F, pepererit EI  
 10 ex empto actio DQ | qui] quod WE<sup>a</sup> | et] ut F<sup>2</sup> 11 habebat si ita om. E<sup>a</sup> | id] idem D  
 12 sempronio ... debet id (idem D) ... maeuio damnas esto (damn. esto maeuio E) dare] sempronio et meuo damnas esto dare W  
 13 hered' escicon'is' sui constituit F<sup>2</sup>, here-

dibus suis (suis om. K) const. DK | ut hii necesse habeant D 14 acceptum feco. gaio D  
 16 fuissent] essent D 17 uno] uiuo D | sti-  
 c'h'us F 18 pamphilu's'm F<sup>a</sup> 19 possum F<sup>2</sup>K, possunt D<sup>a</sup>, possim D<sup>a</sup>, posse E 20 libro xxx W | titius] si titius DEIC | tibi] tuii F<sup>a</sup>  
 21 parteseius E 23 m'a'euio F | et om. WE<sup>a</sup>IC 24 quod] quis D, si C | legatum] leg. est E<sup>a</sup>IK 25 utile legatum EK | sit] fit WD  
 26 ex] in K, om. D | factorum F<sup>2</sup> | tum ei] tunc enim D, tunc ei I, cum ei C, om. K  
 27 instituerat W 28 iusserat meuium D<sup>a</sup> | titius ... maeuio om. E<sup>a</sup>Q 29 m'a'euus F | ab herede titii pretium fundi DE | si] sed D  
 30 conceptus non est W 31 cum] quem DE (marg. P[isis] cum) QIC, nel eum quem K  
 32 accipiet D | heredi proderit] prod. her. IC, proderit WD<sup>a</sup> | heredis heredes D



aedes seruebant, legatae sunt traditae legatario non imposita seruitute. dixi posse legatarium ex testamento agere, quia non plenum legatum accepisset: nam et eum, qui debilitatum ab herede seruum acceperit, recte ex testamento agere. Qui seruum testamento sibi legatum, ignorans eum sibi legatum, ab herede emit, si cognito legato ex testamento egerit et seruum acceperit, actione ex uendito absolui debet, quia hoc iudicium fidei bonae est et continet in se doli mali exceptionem. quod si pretio soluto ex testamento agere instituerit, hominem consequi debet, actione ex empto pretium recipere, quemadmodum reciperet, si homo euictus fuisset. quod si iudicio ex empto actum fuerit et tunc actor comperit legatum sibi hominem esse et agat ex testamento, non aliter absolui heredem oportebit, quam si pretium restituerit et hominem actoris fecerit. Cum pater pro filia sua dotis nomine centum promississet, deinde eidem centum eadem legasset, doli mali exceptione heres tutus erit, si et gener ex promissione et puella ex testamento agere instituerit: conuenire enim inter eos oportet, ut alterutra actione contenti sint. Si ita cui legatum esset: 'Si tabulas chirographi mei heredi meo reddiderit, heres meus ei decem dato', huiusmodi condicio hanc uim habet 'si heredem meum debito liberauerit'. quare et, si tabulae existant, non intellegitur condicioni satisfecisse creditor, nisi acceptum heredi fecerit, et, si tabulae in rerum natura non fuerint, existimabitur implese condicionem, si heredem liberauerit, nec ad rem pertinebit, iam tunc cum testamentum fiebat tabulae intercederint antea uel mortuo testatore. Si Titio et Maenio legatus fuerit Stichus, qui Titii erat, debetur pars Stichi Maenio: nam Titius, quamuis ad legatum non admittatur, partem faciet. Stichum aut Pamphilum, utrum heres meus uolet, Titio dato'. si dixerit heres Stichum se uelle dare, Sticho mortuo liberabitur. cum autem semel dixerit heres, utrum dare uelit, mutare sententiam non poterit. Legatum est ita: 'Fundum Cornelianum et mancipia, quae in eo fundo cum moriar mea erunt, heres meus Titio dato'. ancilla, quae in eo fundo esse consueuerat, mortis tempore cum in fuga esset, enixa est: quaero, an uel ipsa uel partus eius legato cedat. respondi: ancilla quamuis in fuga sit, legata uidetur et, licet fugitiua erat, perinde habetur ac si in eo fundo fuisset moriente patre familias: huic consequens est, ut partus quoque matrem sequatur et perinde legato cedat, ac si in fundo editus fuisset. Si Titio Stichus aut Pamphilus, utrum eorum malet, legatus est, deinde Pamphilum testator Titio donauit, Stichus in obligatione remanet. Quibus ita legatum fuerit: 'Titio et Maenio singulos seruos do lego', constat eos non concursuros in eundem seruum, sicuti non concurrunt, cum ita legatur: 'Titio seruum do lego: Maenio alterum seruum do lego'. Si is cui legatum fuerat antequam constitueret, qua actione uti uellet, decessit duobus heredibus relictis, legatum accipere simul uenientes, nisi consenserint, non possunt: quare quamdiu alter rem uindicare uult, alter in personam agere non potest. sed si consenserint, rem communiter habebunt: consentire autem uel sua sponte debent uel iudice imminente.

*FWDE(QICK)*

1 seruebant *F*<sup>2</sup> | legatae] lega *E*<sup>2</sup> | traditae legatario] et trad. leg. *WEICK*, et leg. trad. *DQ* | posse] non posse *W* 2 et eum qui] et quod *W*, eum qui *E* 3 qui] quod *WE* 4 siui l. i. *F*<sup>2</sup> 5 deberet *E* | bonae fidei *WDEQICK* 7 instituit *DQ*<sup>2</sup> | homine *E* | actione] et act. *I*, et tunc actione *D*, actionem *K*<sup>2</sup> | reciperant *F*, recuperabit *WDEQICK* 8 recuperaret *WEQICK*, recuperat et *D* | ex epto *FE* | actor *om. D* 9 comperit *WDEK* | siui *F*<sup>2</sup> | heredem absolui *WDEQICK* 10 quam si] quasi *WK* | auctoris *D* | pro filia sua] pro filia *DCK*, filie sue *E*<sup>2</sup>, inc. *E*<sup>2</sup> 11 eidem] ei *D*, eidem filie *E*, ei dum *K* 12 si et] sed et *D* | genere ex *E* | puella] *FI*, pupilla *WDECK* 13 enim *om. D* | inter eos oportet] oportet eos *E* 14 mei *om. D* 15 habeat *E*<sup>2</sup>, habeat *C* | et *om. D* | ex tabant *F*<sup>2</sup> 16 fecerit]

fecit *W*, id fecerit *DEK* 17 in rerum natura] iterum nate *D*<sup>2</sup> | implese *F*<sup>2</sup> | liberaueri n't *F*<sup>2</sup>, liberauit *D* 18 intercederent *D*, intercederit *E*, inciderint *K* 19 titi'i erat *F*<sup>2</sup>, erat titii *E* 20 pars' *F*<sup>2</sup> | admittatur *om. W* 21 se stichum *WC* 22 dixerit (dixit *D*) semel *DEK* 23 mancipia] in antiqua *D* 24 cum] *FEICK*, dum *WD*, cum al. dum *E*<sup>2</sup> | data *W*<sup>2</sup>, *om. D* 26 fuga] fugu *F*<sup>2</sup> | sit] esset *EK* 27 habeatur *D* 28 matrem *om. D* | ac *om. F*<sup>2</sup> 29 malet] *FDEK*<sup>2</sup>, mallet *WQICK*<sup>2</sup> 30 testator titio donauit] ticio dampnauit *D* 31 singulos seruos (seruos singulos *D*) ... 32 sicuti (secuti altero loco) non ... maenio bis *F*<sup>2</sup> 33 fuerit *E* 34 consenserit *DI* 35 poterint *WC* | uindicare *om. W* | in persona agere *E*, agere in persona *D* 36 consenserit *DI* | debet *EI*



si pluribus filiis institutis *inter eos uerbis legatorum bona diuiserit, uoluntatis* ratione legatorum actio denegabitur ei, qui non agnouerit hereditatem.

- 91 IULIANUS libro trigesimo sexto digestorum. Quaesitum est, si filius familias, [B. 44, 1, 87] S qui filium habebat, heres institutus fuisset, cum esset uterque in potestate aliena, an ab eo filio eius legari possit. respondi, cum possit a filio patri legari, consequens est, ut uel 5  
1 fratri ipsius uel filio uel etiam seruo patris sui legetur. Praesenti quidem die data libertate seruo legari uel pure uel sub condicione poterit: cum uero libertas sub condicione data fuerit, alias utiliter, alias inutiliter pure legabitur. nam si ea condicio libertatis fuerit, ut patre familias statim mortuo<sup>1</sup> possit ante aditam hereditatem existere condicio, ueluti: 'Stichus si decem Titio dederit' (uel 'Capitolium ascenderit'), 'liber esto', utile legatum est: 10  
huiusmodi autem condiciones: 'si heredi decem dederit', 'si post aditam hereditatem Capitolium ascenderit', inutile legatum efficient. necessario autem ex asse herede scripto etiam hae condiciones, quae ante aditam hereditatem impleri possunt, inutile legatum efficient.
- 2 Duobus heredibus institutis alteri Stichum legauerat et eidem Sticho decem. cum Stichus uino testatore ad libertatem peruenisset, totum legatum ei debebitur: nam in solidum constituisse causam legati in eius persona hoc quoque argumento est, quod, si heres, cui legatus 3 fuerat, hereditatem non adisset, solidum ab altero herede consequi possit. Seruo legato 4 legatum datum est: si alienatus a testatore fuisset, legatum ad emptorem pertinebit. Cum seruus Titio et eidem seruo aliquid legatur, fideicommiti potest, ut aut seruum alicui restituat uel ea quae seruo legata sunt: hoc amplius etiam ipsi seruo, cum liber erit, fidei- 20  
5 commissum a Titio dari potest. Si quis Stichum legauerit et eundem alienauerit uel manumiserit, deinde codicillis eidem legatum dederit, legatum uel manumisso uel emptori 6 debebitur. Si mihi seruus a te herede<sup>2</sup> legatus fuerit et eidem seruo aliquid legauerit et uino eo qui mihi seruum legauerat dies legati seruo dati cesserit, confestum id legatum hereditati<sup>3</sup> adquiritur: et ideo, quamuis postea moritur is qui seruum mihi legauerat, ad 25  
7 me id quod seruo legatum est non pertinebit. Cum homo ex testamento petitus est, causa eius temporis, quo lis contestabatur, repraesentari debet actori et, sicut partus ancillarum, sicut fructus fundorum interim percepti in hoc iudicium deducuntur, ita quod seruo legatorum uel hereditatis nomine interim obuenerit praestandum est petitori. 30
- 92 IULIANUS libro trigesimo nono digestorum. Si fundum per fideicommissum [B. 44, 1, 88] S relictum unus ex heredibus, excusso pretio secundum reditam eius fundi, mercatus sit propter aes alienum hereditarium praesente et adsignante eo, cui fideicommissum debebatur, FWDE(QICK)

<sup>1</sup> mortuo statim?    <sup>2</sup> a te herede *del.*    <sup>3</sup> hereditati *del.* (u. i.)

1 inter eos uerbis legatorum bona diuiserit uoluntatis] WD<sup>4</sup> (m. rec.) EQICK cum *Tipucito*: εἰ τοὺς παῖδας ἐντῆσάμενος κληρονόμους διὰ τῆς μεταξὺ αὐτῶν ὡς ἀπὸ ἀληθοῦς τὴν οὐσίαν (*reliqua desunt*) et *Hugolino* (cuius in cod. Lips. 874 haec legitur glossa ad uerba bona diuiserit: non omnia, sed maiorem partem, alia indiuisa reliquit) om. FD<sup>5</sup> 2 ei den. E 3 est om. D 4 esse t' (t. add. F<sup>6</sup>) uterque esset DC | aliena an] alienam E<sup>7</sup> 5 patri] uel patri E | elegari D | ut om. D 6 etiam om. DI | sui] uel sui D 7 poterit ... condicione om. F<sup>8</sup> 8 alias utiliter om. DE | alias inut.] alias .. inut. E<sup>9</sup>, alias non inut. E<sup>10</sup> | legantur F<sup>11</sup> | fuit E 10 si stichus decem titio C, titius si decem sticho W | uel cap. (in cap. F<sup>12</sup>EQK) ascenderit om. W | liber esto ... 12 ascenderit om. D<sup>13</sup> 11 cap.] in cap. F<sup>14</sup>EK 12 efficietur D, efficiet E | post efficient *ins.* quia dies huius legati ab adita hereditate uenire debent quod hic esse non potest Q | <sup>15</sup>necessario F<sup>15</sup>, necessariam (m *del.*) W | ex

asse (ex se E<sup>16</sup>) herede (heredem D) scripto] her. scr. ex asse W 14 legauit WC, legauerit DEK | st'icho F<sup>17</sup> 15 debeuitur F<sup>18</sup> | nam] nam etiam D 16 causa W | cui] cuius W 17 possit] FE, posset WDICK 18 datum est] est d. est E<sup>19</sup>, est d. Q 19 aliquod W | fidei] FD, fidei titii WIC, titii fidei K, fidei titio E | aut om. W 20 etiam] et D 21 dare E 22 deinde cod.] et cod. et D | legatum dederit] leg. dedit W, dederit D 23 debitor E<sup>24</sup> | seruus] stichus D | ab D<sup>25</sup> | 'a'f'uerit F<sup>26</sup> | eidem] idem D | aliquid WQCK 24 seruum mihi DC | legauerat] legauerit DQ (non F) | dato D | id om. D 25 hereditati] idem *Graeci*: τῷ κληρονόμῳ σοῦ (*scilicet eius qui seruum legauit*) ἀρμόζει *Tipuc.* | moritur] FK, moriatur WDEIC | mihi seruum WDEIK | legauerit D 27 contestabitur WDQCK | actori debet D, deberet actori E | partus] aut partus D 29 obuenerit E, obuenerat I 30 iulianus] idem WDEICK | per om. E<sup>31</sup> 32 aes] os W

- placet non fundum, sed pretium eius restitui deberi. MARCELLUS notat: si fundum restituere malit heres, audiendum existimo. IULIANUS. Si Titio pecunia legata fuerit et eius fidei commissum, ut alienum seruum manumitteret, nec dominus eum uendere uelit, nihilo minus legatum capiet, quia per eum non stat, quominus fideicommissum praestet: nam et si mortuus fuisset seruus, a legato non summoneretur. Sicuti conceditur unicuique ab eo, ad quem legitima eius hereditas uel bonorum possessio peruentura est, fideicommissum f. 11<sup>1</sup> dare, ita et ab eo, ad quem impuberis filii legitima hereditas uel bonorum possessio peruentura est, fideicommissa recte dabuntur.
- 93 ULPIANUS libro primo fideicommissorum. Quod fideicommissum hactenus, [B. 44, 1, 89] \*P quatenus impubes decedat, ualebit: ceterum si pubes factus decesserit, euanescit fideicommissum.
- 94 IULIANUS libro trigesimo nono digestorum. Plane si filium impuberem ex [B. 44, 1, 90] S heredauerit, fideicommissum legitimus heres praestare cogendus non erit, nisi idem et patri heres fuerit. Qui rogatus erat hereditatem, ex qua seruus eius heres institutus erat, restituere, cum alii seruum uendidisset, quaesitum est, an hereditatem restituere cogendus est is, ad quem hereditas ex emptione serui heredis scripti peruenerit. dixi compellendum esse ad fideicommissum restituendum eum, qui seruum suum heredem scriptum uendidit, cum pretium hereditatis, quam restituere rogatus est, habeat. is autem, ad quem hereditas ex emptione serui heredis scripti peruenerit, ex causa cogendus erit fideicommissum praestare, id est si dominus serui heredis scripti soluendo non erit. Si cui Stichus aut Dama legatus esset electione legatario data et fidei eius commissum esset, ut Stichum alteri praestaret: si Damam uindicare maluerit, nihilo minus Stichum ex causa fideicommissi praestare debet. siue enim plurius est Dama, compellendus est Stichum redimere, siue minoris, aequae Stichum inste dare cogetur, cum per eum steterit, quo minus ex testamento haberet quod fideicommissum fuerit<sup>1</sup>. Qui testamento manumittitur et neque legatum neque hereditatem capit, fideicommissum praestare cogendus non est, ac ne is quidem, qui seruum legatum rogatus fuerit manumittere: is enim demum pecuniam ex causa fideicommissi praestare cogendus est, qui aliquid eiusdem generis uel similis ex testamento consequitur.
- 95 ULPIANUS libro primo fideicommissorum. Uidendum tamen est, numquid, si [B. 44, 1, 91] \*P uice operarum rogauerit eum aliquid, debeat hoc fideicommissum ualere: quod nequaquam dicendum est, quia nec operae inponi huiusmodi liberto possunt nec impositae exiguntur, quamuis testator ita cauerit.
- 96 IULIANUS libro trigesimo nono digestorum. Quidam testamento uel codi- [B. 44, 1, 92] S FWDE(QICK)

<sup>1</sup> fuit?

1 restituere E<sup>2</sup> | debere DE<sup>2</sup>I, deberet C, inc. E<sup>2</sup> 2 pecunia F<sup>2</sup> | et eius] et (ut D) eiusdem DIK 3 alienum seruum m. n. dominus eum uendere uelit nihil h'o (sic F<sup>2</sup>) minus (eum ... minus om. altero loco F) l. c. quia (quod W) ... praestet (prestat F<sup>2</sup>, prestat F<sup>2</sup> altero loco, prestat D, praestari C) nam et (et om. D) si ('p' ina. F altero loco) mortuus fuisset seruus (sic utroque loco F<sup>2</sup>, seruus altero F<sup>2</sup>) a l. n. summoneretur (summo- uetur DC) ... 6 peruentura est fideicommissum bis F<sup>2</sup> 6 quam WK<sup>2</sup> 9 ulpianus in spatio uacuo om. F<sup>2</sup>, iul. D | libro ii W 10 impubes W | euanescit F<sup>2</sup> 12 iulianus om. in sp. uac. F<sup>2</sup>, idem WDC | plane] sane E | si om. E<sup>2</sup> 13 cogendus non erit] non erit cogendus C, non cogitur D 14 hereditatem ... uel om. D 15 cum om. FWDEQICK: ἐὰν ... καὶ τὸν δοῦλον B (Tyruc.) | alii seruum

uendidisset bis D<sup>2</sup>, a. s. uendidit IC 16 is] is ei D | scripti u' peru. F | dixit W 17 suum om. E | heredem] haec item D<sup>2</sup>, heredum E<sup>2</sup> | uendidit DEK 18 quam om. D | habet WDIC 20 id est] idem WC, om. D | serui dom. D | heredi' a' F<sup>2</sup> | cui] cui quid W | damas D, dammas C, damnas Q 21 et om. D 22 praestet D | damam] dampnum D, damnam E, damma Q<sup>2</sup>, damna Q<sup>2</sup> | nihil h'o F<sup>2</sup> 23 dam' a' F<sup>2</sup>, dampna DQ, damas K 24 aequa' e F<sup>2</sup> | dare] eum dare D 25 habeat DIC | que testamenti F<sup>2</sup>, quod testamento W | et om. DC 28 simile EQCK | testamento] testamentus F<sup>2</sup> 29 consequetur D 30 ulpianus om. in sp. uac. F<sup>2</sup> | 'e' st F<sup>2</sup> | namquid F<sup>2</sup> 31 uice operarum] uicooperarum F<sup>2</sup> | 'a' eum F<sup>2</sup> | quod] que D 32 inponi F<sup>2</sup> 33 testamento E 34 iulianus om. in sp. uac. F<sup>2</sup>



in hostium potestate est legatum fuerit et is apud hostes decesserit, nullius momenti legatum erit, quamvis postliminio confirmari potuit.

102 IDEM libro octagesimo primo digestorum. Si minor quam viginti annis dominus seruum *S* causa non probata manumiserit et postea legatum ei dederit isque alienatus ad libertatem perductus fuisset, legatum non capit: nam perinde nullius est momenti legatum, ac si sine libertate datum fuisset.

103 IDEM libro octagesimo tertio digestorum. In tacitis fideicommissis fraus legi B. 44, 1, 98 *S* fieri uidetur, quotiens quis neque testamento neque codicillis rogaretur, sed domestica cautione uel chirographo obligaret se ad praestandum fideicommissum ei qui capere non potest.

104 IDEM libro primo ad Urseium Ferozem. Ab omnibus heredibus legatum ita B. 44, 1, 99 *S* erat: 'quisquis mihi heres erit, damnas esto Titio dare centum': deinde infra comprehensum erat, ne unus ex heredibus ei daret: quaeritur, reliqui heredes utrum tota centum dare deberent an deducta unius illius hereditaria portione. respondit uerius esse reliquos heredes tota centum debere, cum et significatio uerborum non repugnet huic sententiae et uoluntas *15* testatoris congruat. In testamento sic erat scriptum: 'Lucio Titio, si is heredi meo tabellas, quibus ei pecuniam expromiseram, dederit, centum dato': Titius deinde antequam tabellas heredi redderet, decesserat: quaesitum est, an heredi eius legatum deberetur. Cassius respondit, ¶ si tabulae fuissent, non deberi, quia non redditis his dies legati non *12'* cessit. IULIANUS notat: si testamenti faciendi tempore tabulae nullae fuerunt, una ratione *20* dici potest legatum Titio deberi, quod ΔΔΥΝΑΤΟC condicio pro non scripta habetur. Etiam rem hostium posse legari Sabinus ait, si aliquo casu emi possit. Si Attio ita legatum fuerit: 'quisquis mihi heres erit, damnas esto Attio heredi decem dare', deducta sua parte *25* Attius decem petet. Item si iussus fuisset heres decem dare et fundum sibi habere, deducta sua parte decem dabit. Denique constitit, cum ita legatum fuisset: 'quisquis mihi *30* heres erit, damnas esto heredi meo decem dare', exaequari omnium heredum partes eo, quod unusquisque et sibi et coheredi suo dari damnatus uidetur. Cum quidam heredem instituit, quandoque mater eius decessisset, deinde secundus heres scriptus fuisset et ab eo legata ei, qui sub condicione heres institutus fuisset, relicta essent isque uina matre decessisset, postquam dies legati cesserit, quaesitum est, an heredi eius legata deberentur. *30* uerius est legatum heredi deberi, siue pure a substituto legatum datum est primo heredi siue sub hac condicione 'si heres non fuerit', quia moriente eo condicio impletur. Si socero a genere suo herede instituto pars hereditatis alii legata fuisset, deducta dote eum *35* FWDE(QICK)

1 potestate hostium *W* 2 erit legatum *E* 3 idem *om. in sp. uac. F<sup>1</sup>* | uiginti *F<sup>2</sup>* 4 causa *m' F* 5 perductus] profectus *D* | leg. non] non leg. *EK* | momenti est *W* | si *om. E<sup>1</sup>C* 7 idem *om. in sp. uac. F<sup>2</sup>* | tacitus *E* | legis *EK* 8 sed] et si *D* 11 idem *om. in sp. uac. F<sup>2</sup>* 12 compr'ehensum *F* 13 erat] fuerit *E*, *om. Q<sup>1</sup>* | ne] neque *D* 14 deberent] deberet *D*, debent *EK*, communi *C* 15 et uol.] uol. *D* 16 is *om. W* | tabulas *DECK* 17 expromiseram] meam promiseram (promisam *W*) *WE*, expromiserat *K* 18 tabulas *DECK*, tablas *I* | heredi redderet] heredi daret *W*, heredibus redderet *F<sup>1</sup>I*, heredi ..deret *E<sup>1</sup>*, heredi redderet *C* | decesserit *FEQ*, decessit *WDICK* | est *om. D* | deberetur] debetur *F<sup>2</sup>K* 19 fuisset *E* | quia non] qui ante *W* 20 iulius *WK* | tempor'a'e tabulae *F*, tabulae temp. *D* | una] *F*, uera *DEICK* 21 ΔΔΥΝΑΤΟC condicio] *adnato* (*supra u. id est graeco*) cond. *QK*, *gr<sup>1</sup>E* (*marg. conditio*), *greca conditio D, om. in sp. uac. W, om. IC* | habentur *WE<sup>1</sup>*, ha-

beat *DE<sup>1</sup>IC* 22 leg. posse *D* | emi] redimi *DK*, redemi *E* | attio] a titio *Q<sup>1</sup>K*, attitio *I*, titio *WDEC* 23 attio] *F<sup>2</sup>Q<sup>1</sup>*, attitio *F<sup>2</sup>I*, a titio *Q<sup>1</sup>K*, titio *WDEC* | heredi] her. meo *D* | dece'm' *F<sup>2</sup>* 24 attius decem petet] *FI*, titius decem petet *E*, titius decem petiit *W*, attitius x dare petiit *K*, attius dare x petet *C, om. D* (*cf. ad u. 25*) 25 decem dabit] titius x petet *D* | constat *WE<sup>1</sup>CK*, constiterit *D* | cum ita legatum] eum legatum ita *W* 26 'h'eredi *F<sup>1</sup>* | heredium *W* 27 et sibi] sibi *EIK, om. W* | dare *WDEQI* *CK* | uidetur *om. W* | quidam] quia dam *E<sup>1</sup>* | instituit heredem *D* 28 quandocumque *E*, quandoque cum *C* | decessisset] decesserit set *E<sup>1</sup>*, decesserit *DE<sup>1</sup>K*, decessit *Q* 29 ce'sent' *F<sup>2</sup>*, fuissent *E* | isqui *E* 30 debentur *EK* 31 uerus *E* | heredi legatum deberi *DI*, leg. deb. her. *C* 32 siue] deberi siue *D*, siue pure *K<sup>1</sup>* | heres si *D* | quia] quis *W* | socera *W* 33 genere *W* | legati *F<sup>2</sup>*

debiturum esse partem hereditatis legatam Sabinus respondit, quemadmodum, si pecunia ex crediti causa socero debita fuisset, ea deducta partem hereditatis daturus fuisset.

- 106 IDEM libro primo ex Minicio. Legatum ita erat: 'quae Lucius Titius mihi [B. 44, 1, 100] S<sup>o</sup> debet, ea heres meus Cornelio dare damnas esto'. nihil amplius ex hoc legato quam actiones suas heres praestare debet. 5
- 106 ALFENUS UARUS libro secundo digestorum a PAULO epitomatorum. Si in [B. 44, 1, 101] S<sup>o</sup> testamento scriptum esset: 'heres meus aureos centum Licinio damnas esto' neque adscripsisset 'dare', deberi legatum constat.
- 107 AFRICANUS libro secundo quaestionum. Si a pluribus heredibus legata sint [B. 44, 1, 102] S<sup>o</sup> eaque unus ex his praecipere iubeatur et praestare, in potestate eorum, quibus sit legatum, 10 debere esse ait, utrumne a singulis heredibus petere uelint an ab eo, qui praecipere sit iussus: itaque eum qui praecipere iussus est cauere debere coheredibus indemnes eos praestari. Si quis seruum, cui aliquid sine libertate legauerit, cum morietur ipse seruus, leget, minime dubitandum, quin utile legatum futurum sit, propterea scilicet, quod moriente seruo id quod ipsi legatum erit ad eum cui ipse legatus fuerit peruenturum sit. 15
- 108 IDEM libro quinto quaestionum. Si seruus legatus uiuo testatore fugisse [B. 44, 1, 103] S<sup>o</sup> dicatur, et impensa et periculo eius cui legatus sit reddi<sup>1</sup> debet, quoniam rem legatam 1 eo loco praestare heres debeat, in quo a testatore sit relicta. Si id quod ex testamento mihi debes quilibet alius seruo meo donauerit, manebit adhuc mihi ex testamento actio et maxime, si ignorem<sup>2</sup> meam factam esse: alioquin consequens erit, ut etiam, si tu ipse 20 seruo meo eam donaueris, inuito me libereris: quod nullo modo recipiendum est, quando 2 ne solutione quidem inuito me facta libereris. Cum homo Titio legatus esset, [BS. 44, 1, 20] quaesitum est, utrum arbitrium heredis est quem uelit dandi an potius legatarii. respondi uerius dici electionem eius esse, cui potestas sit qua actione uti uelit, id est legatarii. (BS)
- 3 Huiusmodi legatum 'illi aut illi, uter eorum prior Capitolium ascenderit' utile esse euidenti 25 argumento probari ait, quod constet usum fructum libertis legatum et<sup>3</sup> qui eorum superuixerit proprietatem utiliter legari. idque et de herede instituendo dicendum existimauit.
- 4 Stichum, quem de te stipulatus || eram, Titius a te herede mihi legauit: si quidem non f. 1 ex lucratiua causa stipulatio intercessit, utile legatum esse placebat, sin e duabus<sup>4</sup>, tunc magis placet inutile esse legatum, quia nec absit quicquam nec his eadem res praestari 30 possit. Sed si, cum mihi ex testamento Titii Stichum deberes, eundem a te herede Sempronius mihi legauerit fideique meae commiserit, ut eum alicui restituam, legatum utile erit, quia non sum habiturus: idem iuris erit et si pecuniam a me legauerit: multo magis, si in priore testamento fideicommissum sit. item si in priore testamento Falcidia locus 34

*FWDE(QICK)*

<sup>1</sup> reduci (u. i. et D. 31, 8 pr.)?    <sup>2</sup> rem ins. (Hoffmann)    <sup>3</sup> usu fructu libertis legato ei?  
<sup>4</sup> sic fere suppl: sin e[um habiturus sum ex causis lucratiuis] duabus

1 esse] dotem esse D | pecuniam DI 2 crediti] conditicia D | ea] eadem DE | parte E  
3 idem om. in sp. uac. F<sup>1</sup>: sola nomina auctorum habet hinc usque ad finem tituli W | mihi om. F<sup>o</sup> 6 alfenus om. in sp. uac. F<sup>1</sup>, affr. DC, ulp. EIK (ubi repetitur l. 106 post l. 107 praescribiturque ibi idem) 9 africanus om. in sp. uac. F<sup>1</sup> | sunt D 10 equi F<sup>1</sup> | percipere DC | iubetur DCK 11. ait] aut E | an] ante E | percipere DQ<sup>1</sup>IC | sit iussu W, iussus sit DIC 12 percipere DQ<sup>1</sup>IC | coheredibus] et heredibus W, heredibus I 14 quin utile] FEK, qui inutile DEQ, quod inutile C | sit futurum WI 16 idem om. in sp. uac. F<sup>1</sup> | testore E | fuisse D 17 ducatur F<sup>o</sup> | et periculo] per. DK | legatum E | reddi debet] ἐπανάρξεται B (Synopsis. et Tipuc.), quasi legerint Graeci redibit | legata'm' F<sup>2</sup> 18 eo

om. E<sup>o</sup> 19 deberes E<sup>1</sup> | testamento] testator E<sup>o</sup> 20 etiam om. D 21 me inuito D | est] erit E, om. DQ | quando ne] quando nec EIC, quoniam D 22 liberaberis D | esset] est E 23 quem] quam W 24 uti om. E 25 eorum] orum E, horum K | prior] primo D 26 constet] constat C<sup>o</sup>K, constat ut D | usum fructus W | libertis legatum et] legauerat libertis D 27 idque et] id quod DC | instituendo] instituto EC | existimaui EI, existimaui C 28 de te] dede F<sup>o</sup> | restipulatus W | legauerit D 29 ex] est E | sin] si D, sin uero ICK<sup>o</sup>, si uero E | e] F<sup>1</sup>, ex F<sup>2</sup> WDEQICK 30 bis] his WD 31 titi' F<sup>2</sup> 32 mihi sempronius W | legauerat D | fideiqu'a'e F 33 sum] solum W 34 si in] si E | item si in priore] item superiore D, item si priori I

6 sit, quod inde' abscedit ratione<sup>1</sup> Falcidiae, ex sequenti testamento consequar. Item si domino heres exstitero, qui non esset soluendo, cuius fundum tu mihi dare iussus esses, 7 manebit tua obligatio, sicut maneret, si eum fundum emissem. Si ita scriptum erit: 'amplius quam Titio legani heres meus Seio decem dato', dubitandum non erit, quin et Titio suum legatum maneat et Seio nihil ultra decem debeatur: nam et usitatum fere est 8 sic legare: 'Lucio Titio tot et hoc amplius uxori et liberis eius tot'. Si ei cui nihil legatum est cum hac adiectione 'hoc amplius' aliquid legetur, minime dubitandum est, quin id quod ita legauerit debeatur: multoque minus dubitandum, si ab eo qui nihil mihi debet ita stipulatus fuero: 'amplius quam mihi debes decem dare spondes'? quin decem debeantur. 9 Si seruus alienus liber esse iussus et legatus sit, peti eum ex legato posse ait: nam cum 10 libertas nullius momenti sit, absurdum esse per eam legatum infirmari, quod alioquin ualeret, et<sup>2</sup> si solum datum fuisset. Qui quinque in arca habebat ita legauit uel stipulanti promisit 'decem quae in arca habeo': et legatum et stipulatio ualebit, ita tamen, ut sola quinque uel ex stipulatione uel ex testamento debeantur. ut uero quinque quae deerrunt ex testamento peti possint, uix ratio patietur: nam quodammodo certum corpus, quod in 15 rerum natura non sit, legatum uidetur. quod si mortis tempore plena summa fuerat et 11 postea aliquod ex ea deperierit, sine dubio soli heredi deperit. Si seruus legatus sit et moram heres fecerit, periculo eius et uiuit et deterior fit, ut, si debilem forte tradat, nihilo 12 minus teneatur. Cum quid tibi legatum fideiue tuae commissum sit, ut mihi restituas, si quidem nihil praeterea ex testamento capias, dolum malum dumtaxat in exigendo eo legato, 20 alioquin etiam culpam te mihi praestare debere existimant: sicut in contractibus fidei bonae seruat, ut, si quidem utriusque contrahentis commodum uersetur, etiam culpa, sin 13 unius solius, dolus malus tantummodo praestet. Qui margarita Titio pignori dederat, filium heredem instituit et filiam exheredauit, deinde ita cauit: 'te, Titi, rogo fideique tuae committo, uti margarita, quae tibi pignori dedi, uendas et deducto omni debito tuo quod 25 'amplius erit id omne filiae meae restituas'. ex ea scriptura filiam a fratre fidei commissum petere posse, ut is actiones suas aduersus debitorem ei praestaret: hoc enim casu eum, qui creditor fuisset, debitorem intellegendum eius scilicet, quod pretium pignoris summam debiti excedat. Non autem mirandum, si, cum alius rogatus sit, alius fidei commissio obstringatur: nam et cum in testamento ita scribatur: 'te, Titi, rogo, ut acceptis centum 30 'illum seruorum manumittas' uel 'Sempronio quid praestes', parum quidem apte scribi, uerum aequae intellegendum heredis fidei commissum, ut pecuniam Titio praestet: ideoque et ipsum

*FWDE(QICK)*

<sup>1</sup> ratio?    <sup>2</sup> et *del.*

1 rationem *DK* | consequitur *D* 2 iussus esse dare *DI* 3 emissem] amississem *W*, emissem *E* 4 dubitatum *D* | erit] erunt *W* | et *om.* *D* 5 'legatum *F*<sup>2</sup> | manet *D* | debeantur *D* | usitat' eum *F* 6 delegare *D* | uxoris *E* 7 hac adiectione] *WDEICK*, hoc actione *F*: μετὰ ταύτης τῆς προσθήκης *Typic.* | dimitandum *F*<sup>2</sup>, dubitandus *E*<sup>2</sup> | quin id] quid *D* 8 multoqu'a'e *F*<sup>2</sup>, multo qui *D*, multo *I* 10 iussus] uersus *E*<sup>2</sup> | a'lit *F* 11 sit 'absurdum *F*, sit ita absurdum *K* | ualet *W* 12 habebat in arca *D* | stipulati *E* 13 quae] et quae *D* | arc'h'a *F* | inter habeo et et legatum *ins.* legatum uel (et *pro* uel *F*<sup>2</sup>) stipulanti promisit decem quae in arca habeo *F*<sup>2</sup>, et ante legatum *addidit*, *mor. omnia delimit* *F*<sup>2</sup> 14 debeantur ... 15 testamento *om.* *F*<sup>2</sup> 16 fuerit *F*<sup>2</sup> *WDEQICK* | et *om.* *E*<sup>2</sup> 17 aliquid ex ea *D*, ex ea aliquid *WECK* | deperit] *F*<sup>2</sup>, deperit *F*<sup>2</sup> *Q*, deperit *WDEIC*, debet *K* 18 fecerit heres *D*, heres erit fecerit *E*<sup>2</sup> | sit] sit *QIC* | si] di *F*<sup>2</sup> 19 teneatur

debeatur *D* | quid] aliquid *WDEIK* | fideiue] fidei *WD*, fideique uel *C* | tuae *om.* *DIC* | restituae *F*<sup>2</sup> 20 malum] molum *F*<sup>2</sup> 21 existimant] *DQICK* | fides bona *W*, bona fides *E*, bone fidei *DIK*, bona fidei *C* 22 seruat] seruantur *D*, praestatur *I* | contrahentis] testamenti *E*<sup>2</sup> | culpa sin] *F*<sup>2</sup>, culpa si *F*<sup>2</sup> *WEC*, si culpa *DI* *similiterque* *K* 23 dolus malus tantummodo praes'tetur *F*<sup>2</sup>, tantum. praestatur *d. m. E* | qui] quod *W* | margarito *F*<sup>2</sup>, margaritam *DEIC*, margaritas *QK* | titii *F*<sup>2</sup> 24 te *om.* *W* | titii *D*, titio *E*<sup>2</sup> | fideiqu'a'e *F*<sup>2</sup> 25 ut *W* | margariti *F*<sup>2</sup>, margaritam *WDEICK*, margaritas *Q* | quam *DEICK*, quas *Q* 26 id omne] donne *W* | ex] et ex *D* 27 ut is] uti *D*, ut id is *C* | debitorem] debitores *WQC*, debitorem concreditorum *E*<sup>2</sup> 28 scilicet *om.* *D* 29 si cum] fiscum *W*, sicut *C* | sit alius] sit aliud *W* | astringatur *DI* 30 testamento] testor *E* | ita] cum ita *W* | te titi rogo] *FC*, rogo te titi *EI*, rogo te titii *WDK* 31 apte] aperte *WDEQICK* 32 aequ'a'e *F*<sup>2</sup>



- Titium cum herede acturum et libertatem seruo uel Sempronio quod rogatus sit praestare cogendum. Anidius filii sui fidei commisit, ut certam pecuniam quattuor | libertis suis f. mutuat daret et usuras leuiiores taxauerat: placuit hoc fideicommissum utile totum esse.
- 109 IDEM libro sexto quaestionum. Si quando quis uxori suae ea, quae uiuus [B. 44, 1, 104] S donauerat uolgari modo, leget, non de aliis donationibus uideri eum sentire ait, quam de his quae iure ualiturae non sunt: alioquin et frustra legaturus sit<sup>1</sup> atque si ita exprimat: 'quae uxori iure donauero' uel ita: 'quae uxori manumissionis causa donauero, ea ei lego':  
 1 nam inutile legatum futurum est. Heres, cuius fidei commissum erat, ut mihi fundum aut centum daret, fundum Titio uendidit: cum electio ei relinquatur utrum malit dandi, ut tamen alterum solidum praestet, praetoris officio conuenire existimo, ut, si pecuniam Titius 10 offerat, inhibeat fundi persecutionem. ita enim eadem causa constitueretur, quae futura esset, si alienatus fundus non fuisset, quando etiam aduersus ipsum heredem officium praetoris siue arbitri tale esse deberet, ut, si fundus non praestaretur, neque plurius neque minoris quam centum aestimaretur. 14
- 110 IDEM libro octauo quaestionum. Si heres generaliter seruum quem ipse uo- [B. 44, 1, 105] S luerit dare iussus sciens furem dederit isque furtum legatario fecerit, de dolo malo agi posse ait. sed<sup>2</sup> quoniam illud uerum est heredem in hoc teneri, ut non pessimum det, ad hoc tenetur, ut et alium hominem praestet et hunc pro noxae dedito relinquat.
- 111 MARCIANUS libro secundo institutionum. Etiam si partis [B. 44, 1, 106. BS. 38, 1, 27 sch. 2] S bonorum se excusanerit tutor, puta Italicarum uel prouincialium rerum, totum quod testamento datum est ei auferetur, et ita diui Seuerus et Antoninus rescripserunt. 30
- 112 IDEM libro sexto institutionum. Si quis inquilinos sine praediis quibus ad- [B. 44, 1, 107] S haerent legauerit, inutile est legatum: sed an aestimatio debeatur, ex uoluntate defuncti  
 1 statuendum esse diui Marcus et Commodus rescripserunt. Cum seruum suum [L. 2, 30, 16] heres damnatus dare eum manumiserit, tenetur in eius aestimationem, nec interest, scierit an ignorauerit legatum. sed et si donauerit seruum heres et eum is cui donatus est manumiserit, tenetur heres, quamuis ignorauerit a se eum legatum esse<sup>3</sup>. Si ita legatum [D] fuerit Titio cum Seio do lego', utrisque legatum est, sicut utrumque legatum est, cum  
 3 fundus cum domo Formiana legatus est. Si quis scripserit testamento fieri, quod contra ius est uel bonos mores, non ualet, ueluti si quis scripserit contra legem aliquid uel contra  
WDE (marg. P. roget) ICK<sup>a</sup> 13 ei cui] ei qui  
F<sup>2</sup>, ei que F<sup>2</sup> WDEQIC, eius K: ἐὰν τὸ ἐξ ἐπε-  
ρωτήσεως χρεωστὸν μὲν μοι ληγάτω B (Tip.)  
16 committi] committere me F<sup>2</sup> WDEQICK |  
sed] F<sup>2</sup> WDEQIC, sed et F<sup>2</sup> K | 'habenti F<sup>2</sup>

18 ex'stingui F<sup>2</sup> 19 liberauero F 21 sentia-  
rum F 28 debero F<sup>a</sup> 29 roga F<sup>2</sup> | lucii F  
31 seii] FECK, heres W, seii heres DI  
32 rogo det] δότω Παῦλος (= Seius) B (Tip.)  
33 inerari F<sup>a</sup> | est] esse F<sup>a</sup> 36 ui'uo F<sup>2</sup>  
37 deb'eb'it F<sup>2</sup> 38 carere FQK, carcere ex  
P(isano) marg. I: καὶ ὁ περιορισμένος λαμ-  
βάνει ληγάτων B (Syn.) 41 condicione F  
42 fideicommiss'oum F<sup>2</sup>

datum est, petierit legatum, id tantum, quod per iudicem exegerit, praestare fideicommissario cogetur uel, si non exegerit, actione cedere: ad eum enim litis periculum spectare iniquum est, si non culpa legatarii lis perierit. Sermo heredis fideicommissum utiliter non relinquitur, nisi fidei eius commiserit, ut seruum manumittat. Cum ita petisset testator, ut quidquid ex bonis eius ad patrem peruenisset, filiae suae ita restitueret, ut eo amplius haberet, quam ex bonis patris habitura esset, diuus Pius rescripsit manifestum esse de eo tempore sensisse testatorem, quod post mortem patris futurum esset.

MAECIANUS libro primo fideicommissorum. Si ita fuerit fideicommissum relictum: 'ad quemcumque ex testamento meo uel ab intestato' uel ita: 'ad quemcumque quoquo iure bona mea perueniant': hac oratione et eius, qui postea natus erit inue familiam uenerit et eius, qui postea cognatus esse coeperit, fidei commissum uidetur: eius quoque, quae nondum nupta erit, sed postea eo casu, quo ex edicto ad uxorem bona mariti intestati solent pertinere.

VALENS libro secundo fideicommissorum. Si tibi et ei, qui ex tribus liberis meis in funus meum uenerit, centum aureos legauero, non minuitur in tua persona legatum, si nemo uenit.

ULPIANUS libro secundo fideicommissorum. Fideicommissa quocumque sermone relinqui possunt, non solum Latina uel Graeca, sed etiam Punica uel Gallicana uel alterius cuiuscumque gentis. Quotiens quis exemplum testamenti praeparat et prius decedat quam testetur, non ualeat quasi ex codicillis quae in exemplo scripta sunt, licet uerba fideicommissi scriptura habeat: et ita diuum Pium decreuisse Maecianus scribit. Si ita quis scripserit: 'illum tibi commendo', diuus Pius rescripsit fideicommissum non deberi: aliud est enim personam commendare, aliud uoluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare. Cum esset quis rogatus restituere portionem accepta certa quantitate, responsum est ultro petere ipsum fideicommissum ab herede posse. sed utrum, si uolet, praecipiet restituere portionem, an uero et si noluerit, cogatur accepta quantitate portionem restituere, propriae est deliberationis. et sane cum quis rogatur accepta certa quantitate portionem restituere, duplex est fideicommissum, unum, ut possit petere quantitatem paratam portionem cedere, aliud, ut et si non petet, tamen cogatur fideicommissario restituere paratam praestare quantitatem. Si quis ita scripserit: 'sufficiunt tibi uineae uel fundus', fideicommissum est, quoniam et illud fideicommissum esse arbitramur: 'contentus esto illa re'. Sic fideicommissum relictum: 'nisi heres meus noluerit, illi decem dari uolo' quasi conditionale fideicommissum est et primam uoluntatem exigit: ideoque post primam uoluntatem non erit arbitrium heredis dicendi noluisse. Hoc autem 'cum uoluerit' tractum habet, quamdiu uiuat is, a quo fideicommissum relictum est: uerum si antequam dederit, decesserit, heres eius praestat. sed et si fideicommissarius, antequam heres constituat, decesserit, ad heredem suum nihil transtulisse uidetur: conditionale enim esse legatum nemini dubium est et pendente conditione legati uideri decessisse fideicommissarium. Quamquam autem fideicommissum ita relictum non debeatur 'si uolueris', tamen si ita adscriptum fuerit: 'si fueris arbitratus' 'si putaueris' 'si aestimaueris' 'si utile tibi fuerit uisum' uel 'uidebitur', debebitur non enim plenum arbitrium uoluntatis heredi dedit, sed quasi uiro bono commissum relictum. Proinde si ita sit fideicommissum relictum: 'illi, si te meruerit', omnimodo fideicommissum debebitur, si modo meritum quasi apud uirum bonum collocare fideicommissa-

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> nondum nupta postea nupserit?    <sup>2</sup> percipiet?    <sup>3</sup> et del.    <sup>4</sup> de ins. (Hoffmann: ἐὰν ὀφελῆς σε ὁ λεγατάριος Τίμ.)

<sup>4</sup> fidei eius F<sup>2</sup>    <sup>5</sup> restituere F    <sup>9</sup> ita del. F<sup>2</sup>    <sup>10</sup> familiae uenerit F<sup>2</sup>    <sup>11</sup> qui postea ... uidetur om. F<sup>2</sup>    <sup>14</sup> ualens F    <sup>20</sup> ualet FWDEQICK | exempla F<sup>2</sup>    <sup>21</sup> habeat F<sup>2</sup> | quis] WDEICK, qui F    <sup>22</sup> tui F<sup>2</sup> | commendum F<sup>2</sup>    <sup>24</sup> r' responsum F<sup>2</sup>    <sup>26</sup> an om. F<sup>2</sup>    <sup>27</sup> propriae F<sup>2</sup>    <sup>29</sup> parato F<sup>2</sup>    <sup>30</sup> post quantitatem add. uel fundum WD<sup>2</sup>    <sup>33</sup> et prima'm F<sup>2</sup>    <sup>34</sup> hoc autem] hoc autem legatum F<sup>2</sup>DEICK    <sup>36</sup> eius] F<sup>2</sup>, ipsius F<sup>2</sup>WDEQICK    <sup>40</sup> putaberis F<sup>2</sup> | tui F<sup>2</sup> | uidebitur F<sup>2</sup>    <sup>42</sup> proinde si ita sit fideic. relictum om. F<sup>2</sup> | si te meruerit (meruerint Q<sup>2</sup>) FWDEQICK | fideicommissorum F<sup>2</sup>

rins potuit: et si ita sit 'si te non offenderit', aequè debetur: nec poterit heres causari  
 9 non esse meritum, si alius uir bonus et non infestus meritum potuit admittere. Haec uerba:  
 'te, filii, rogo, ut praedia, quae ad te peruenerint, pro tua diligentia diligas<sup>1</sup> et eorum eo-  
 rum agas, ut possint ad filios tuos peruenire', licet non satis exprimunt fideicommissum,  
 sed magis consilium quam necessitatem relinquendi, tamen ea praedia<sup>2</sup> in nepotibus post  
 10 mortem patris eorum uim fideicommissi uidentur continere. Si filio a patre herede instituto  
 fideicommissum relictum fuerit, etsi uerbis non sit ita relictum 'cum pater moreretur', sed  
 intellegi hoc possit, puta quia sic relictum est 'ut relinquat filio' uel 'uolo eum habere' uel  
 'uolo ad eum pertinere', defendetur in id tempus fideicommissum relictum, quo sui iuris  
 11 filius efficitur. Si cui ita fuerit fideicommissum relictum: 'si morte patris sui iuris fuerit  
 'effectus' et emancipatione sui iuris factus sit, non uideri defecisse condicionem: sed et<sup>3</sup>  
 12 cum mors patri con|tingat, quasi exstante condicione ad fideicommissum admittetur. Si f.  
 rem suam testator legauerit eamque necessitate urgente alienauerit, fideicommissum peti  
 posse, nisi probetur adimere ei testatorem uoluisse: probationem autem mutatae uoluntatis  
 13 ab heredibus exigendam. Ergo et si nomen quis debitoris exegerit, quod per fideicommis-  
 sum reliquit, non tamen hoc animo, quasi uellet extinguere fideicommissum, poterit dici  
 deberi: nisi forte inter haec interest: hic enim extinguitur ipsa constantia<sup>4</sup> debiti, ibi res  
 durat, tametsi alienata sit. cum tamen quidam nomen debitoris exegisset et pro deposito  
 pecuniam habuisset, putari fideicommissi petitionem superesse, maxime quia non ipse exe-  
 gerat, sed debitor ultro pecuniam optulerat, quam offerente ipso non potuit non accipere.  
 14 paulatim igitur admittemus, etsi ex hac<sup>5</sup> parte pecuniae rem comparauerit, quam non hoc  
 animo exegit, ut fideicommissarium priuaret fideicommisso, posse adhuc fideicommissi peti-  
 tionem superesse. Si quis illicite aedificasset, id est hoc quod dirui constitutiones iubent,  
 an fideicommissum relinquere ex eo quid possit, uideamus. et puto posse: cum enim dirui  
 15 necesse sit, nulla dubitatio est, quin senatus consultam impedimento non sit. Si heres ro-  
 gatus sit certam summam usuris certis faenori dare, utile est fideicommissum: sed Mae-  
 cianus putat non alias cogendum credere, quam idonee ei caueatur: sed ego procliuor  
 16 sum, ut putem cautionem non exigendam. Si seruo alieno militia relinquatur, an domino  
 quaeratur legatum, quaeritur. et aut scit seruum esse, et dico aestimationem deberi: aut  
 ignorauit, et denegari fideicommissi persecutio debet, quia, si scisset seruum, non reli-  
 17 quisset. Ex his apparet, cum per fideicommissum aliquid relinquatur, ipsum praestandum  
 quod relictum est: cum uero ipsum praestari non potest, aestimationem esse praestandam.  
 18 Si quis decem alicui per fideicommissum reliquerit et, si perdidisset id quod testamento  
 relictum est, rursus ei reliquerit, quaerebatur, an sequens fideicommissum ualeat uel an  
 exigere heres debeat cautionem salua fore decem, ne cogatur ad praestationem, et an, si  
 19 saepius perdidisset, saepius ei sarciretur fideicommissum. diuus Pius re- cf. D. 36, 3, 1, 11  
 scripsit neque cautionem exigendam et non amplius quam semel, postquam perdidisset,  
 praestandum: non enim onerandum est heres, ut in infinitum, quotiens perdidit, restituere  
 ei tantundem debeat, sed ut per fideicommissum posterius duplicata eius legata uideantur  
 nec amplius ad periculum heredis pertineat, si quid postea is consumpserit exsoluto et  
 20 posteriore fideicommisso. Item si quis certam quantitatem cui reliquerit et addiderit faci-  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> requiritur custodias uel simile uocabulum (diligas natum ex uoc. praecedente)    <sup>2</sup> relinquendi  
 ea praedia, tamen?    <sup>3</sup> et del.    <sup>4</sup> substantia (Bartolus)?    <sup>5</sup> hac del.

1 et om. F<sup>o</sup> | aequi's'e F<sup>2</sup>    2 uonus F<sup>2</sup>  
 4 peruen'e'ire F<sup>4</sup>    7 berbis F<sup>o</sup>    8 intellegi ...  
 ut bis F<sup>2</sup> | relinquat ... uel uolo (bolo F<sup>o</sup> al-  
 tero loco) ad eum bis F<sup>2</sup>    10 filii F<sup>2</sup>    14 mu-  
 tatae add. F<sup>2</sup>: cf. D. 22, 3, 3. 22. 31, 22 f. |  
 uoluntat'e'is F<sup>4</sup>    15 deutoris F<sup>2</sup>    16 ex-  
 s'tinguere F<sup>2</sup>    17 ex s'tinguitur F<sup>2</sup>    19 pu-  
 ta' b'ui F<sup>2</sup>    20 non potuit non] WDEICK, non  
 potuit F<sup>2</sup>    22 enim F<sup>o</sup>    24 quid] F<sup>2</sup>Q, quis  
 F<sup>2</sup>DEICK: ἂν τις παρανόμως οἰκοδομήσῃ ...

τὰς ἴλας δύναιαι ἀγαγεῖν B (Typ.)    25 du-  
 uitatio F<sup>2</sup>    27 idone's'e' ei F<sup>2</sup>    28 relinqua-  
 tur 'elinquatur' F<sup>2</sup>    29 quaeratur F<sup>o</sup>    30 re-  
 linquisset F<sup>2</sup>    31 aliquid] reliquit F<sup>o</sup>    34 re-  
 lic't'o'um F<sup>4</sup>    38 heres 'ut in ... restituere F<sup>2</sup>  
 40 pertineat] F<sup>2</sup>WDEQICK cum l. gem., per-  
 tineant F<sup>2</sup> | is 'consumpserit exsoluto et po-  
 steriore fideicommisso F<sup>2</sup> | et] F, ei WQEIC<sup>o</sup>  
 cum l. gem., ex D, ei et G<sup>o</sup>

- lius hanc summam posse compensari, cum debitor sit fideicommissarius ex causa hereditatis Gaii Seii, nec uelit ille hereditatem adire Gaii Seii, sed petat fideicommissum: imperator noster contra uoluntatem eum testantis petere fideicommissum rescripsit, cum in fideicommissis praecipue spectanda seruandaque sit testatoris uoluntas. Plerumque euenit multorum interesse id quod relinquitur, uerum testatorem uni uoluisse honorem habitum, et est haec sententia Marcelli uerissima. Sic euenit, ut interdum<sup>1</sup> si pluribus testator honorem habere uoluit et de pluribus sensit, quamuis unum legatum sit, tamen ad persecutionem eius plures admittantur. ut puta si decem fuerunt eiusdem rei stipulandi et heres uel fideicommissarius rogatus est, ut eis solueret: hic enim si omnium interest et de omnibus sensit testator, fideicommissum relictum omnes petere potuerunt<sup>2</sup>. sed utrum in partem agent an in solidum, uideamus: et credo, prout | cuiusque interest, consequentur: unus igitur qui occupat agendo totum consequitur ita, ut caueat defensu iri aduersus ceteros fideicommissarios eum qui soluit, sine socii sunt siue non. Interdum alterius nomen scribitur in testamento, alteri uero fideicommissi petitio uel legati competit, ut puta si fidei heredis committatur, ut ipse publicum pro Titio praestet, fideicommissum hoc uel legatum non publicum petit, licet ei sit adscriptum, sed ipse petere poterit, pro quo legatum relictum est. multum autem interesse arbitror, cui uoluit prospectum cuiusque contemplatione testator fecerit<sup>3</sup>. plerumque autem intellegendum est privati causa hoc fecisse, licet emolumentum publicano quaeratur. Si in opere ciuitatis faciendo aliquid relictum sit, unumquemque heredem in solidum teneri diuus Marcus et Lucius Uerus<sup>4</sup> Proculae rescripserunt: tempus tamen coheredi praestituerunt, intra quod mittat ad opus faciendum, post quod solam Proculam uoluerunt facere imputatam coheredi sumptum pro parte eius. Ergo et in statua et in seruitute ceterisque, quae diuisionem non recipiunt, idem diuus Marcus rescripsit. Si quis opus facere inensus paratus sit pecuniam dare rei publicae, ut ipsa faciat, cum testator per ipsum id fieri uoluerit, non audietur: et ita diuus Marcus rescripsit.
- 1 2** UALENS libro primo<sup>5</sup> fideicommissorum. 'Stichus liber esto: et ut eum heres [B. 44, 8, 12] P<sup>2</sup> artificium doceat, unde se tueri possit, peto'. Pegasus inutile fideicommissum esse ait, quia genus artificii adiectum non esset: sed praetor aut arbiter ex uoluntate defuncti et aetate et condicione et natura ingenioque eius, cui relictum erit, statuet, quod potissimum artificium heres docere eum sumptibus suis debeat.
- 1 3** MARCIANUS libro secundo fideicommissorum. Si sic locutus erit testator: [B. 44, 3, 13] P<sup>2</sup> 'heres meus illi fundum dato: Seio hoc amplius decem', non erit dubitandum, quin Seius et fundi partem et decem ex testamento percipere debeat.
- 1 4** GAIUS libro primo fideicommissorum. Non dubium est, quin, si uxori legatum sit 'si non nupsit' idque alii restituere rogata sit, cogenda est, si nupsit, restituere. Heres [B. 44, 8, 14] 35 quoque, cui iuristurandi condicio remittitur, legatum et fideicommissum debet. Sed si cui legatum relictum est, ut alienam rem redimat uel praestet, si redimere non possit, quod dominus non uendat uel immodico pretio uendat, iustam aestimationem inferat<sup>6</sup>.
- 1 5** MARCIANUS libro secundo fideicommissorum. Hae res testatoris legatae quae [B. 44, 8, 15] P<sup>2</sup> in profundo esse dicuntur, quandoque apparuerint, praestantur.
- 1 6** POMPONIUS libro primo fideicommissorum. Saepe legatum plenius restituetur [B. 44, 3, 16] P<sup>2</sup>

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> sic euenit ut interdum] sicut interdum, ut? <sup>2</sup> poterunt (edd.)? <sup>3</sup> fecerit] fidei commiserit (= fecerit?) <sup>4</sup> diui (sic W) Marcus et Uerus? <sup>5</sup> secundo (cf. l. 10 h. t.)? <sup>6</sup> inferit?

4 praecipue spectanda's seruandaque a'e F<sup>2</sup>  
6 uerissima F<sup>2</sup> 9 ut eis solueret] FEIK, ut  
solueret eis C, ut eisdem solueret D, eisdem  
soluere W, soluere eisdem Q: ΚΑΤΑΒΑΛΕΙΝ ΑΥΤΟΙΣ  
B (T<sup>ip</sup>) 10 potuerunt] F<sup>2</sup>EK, potnerum F<sup>2</sup>,  
possunt WQIC 14 here's dis F<sup>2</sup> 15 publi-  
cum] F, publicano DEICK 16 ipse] in se F<sup>2</sup>  
17 uoluit] uolet F<sup>2</sup> 18 plerumque in F<sup>2</sup>  
19 faciendi F<sup>2</sup> | heredum F<sup>2</sup> 20 rescripse-

rerunt F 21 coherede F<sup>2</sup>W | praestituerunt]  
F<sup>2</sup>C, praestiterunt F<sup>2</sup>WDEIK<sup>2</sup>, praestituerunt  
K<sup>2</sup> 29 optissimum FE<sup>2</sup> 34 diuuium F<sup>2</sup>  
39 marcianus F<sup>2</sup> | secundo] primo F<sup>2</sup> | h'a'e  
F<sup>2</sup>: τὰ ἐν τῷ βυθῷ λεγόμενα B (T<sup>ip</sup>uc.)  
41 pomponius] papinianus F<sup>2</sup> | restituetur]  
WQ, restituitur F, restituitur DE<sup>2</sup>C, resti-  
tuatur E<sup>2</sup>IK

fideicommissario quam esset relictum, ueluti si alluione ager auctus esset uel etiam insulae natae.

- 17 MAECIANUS libro secundo fideicommissorum. Etiam ea quae futura sunt legari B. 44, 3, 17 P  
 1 possunt, ut insula uel in mare uel in fluminibus enata: Seruitus quoque seruo<sup>1</sup> praedium  
 habenti recte legatur. 5
- 18 POMPONIUS libro primo fideicommissorum. Si iure testamento facto fidei- B. 44, 3, 18 P  
 commissum tibi reliquero, deinde postea aliud fecero non iure, in quo fideicommissum re-  
 lictum tibi uel aliud quam quod priore testamento uel omnino non sit relictum<sup>2</sup>, uidendum  
 est, mens mea haec fuerit facientis postea testamentum, ut nolim ratum tibi sit priore  
 testamento relictum, quia nuda uoluntate fideicommissa infirmarentur. sed uix id optinere 10  
 potest, || fortassis ideo, quod ita demum a priore testamento nelim recedi, si posterius f. 32  
 ualiturum sit et nunc ex posteriore testamento fideicommissum ei<sup>3</sup> non debetur, etiamsi  
 idem heredes utroque testamento instituti ex priore exstiterunt.
- 19 VALENS libro quinto fideicommissorum. Si tibi legatum est uel fideicommis- B. 44, 3, 19 P  
 sum relictum, uti quid facias, etiamsi non interest heredis id fieri, negandam tibi actionem, 15  
 si non caueas heredi futurum, quod defunctus uoluit, Nerua et Atilicinus recte putauerunt.
- 20 ULPIANUS libro sexto fideicommissorum. Si res mihi per fideicommissum B. 44, 3, 20 P  
 relicta eadem tibi legata uel per fideicommissum relicta sit non communicandi animo, sed  
 utrique in solidum, ambigendum non est, si alteri sit soluta, alterum nullum quidem ius  
 in ipsam rem habere, sed actionem de pretio integram eum habere. 20
- 21 PAULUS libro quarto sententiarum. Nutu etiam relinquatur fideicommissum, B. 44, 3, 21 P  
 dummodo is nutu relinquat, qui et loqui potest, nisi superueniens morbus ei impedimento  
 1 sit. Fideicommissum relictum et apud eum, cui relictum est, ex causa lucratiua inuentum  
 2 extingui placuit, nisi defunctus aestimationem quoque eius praestari uoluit. Columnis aedium  
 uel tignis per fideicommissum relictis ea tantummodo amplissimus ordo praestari uoluit 25  
 nulla aestimationis facta mentione, quae sine domus iniuria auferri possunt.
- 22 HERMOGENIANUS libro quarto iuris epitomarum. Si quis in principio testa- B. 44, 3, 22 P  
 menti adscripserit: 'cui bis legauero, semel deberi uolo', postea eodem testamento uel codi-  
 cillis sciens saepe eidem legauerit, suprema uoluntas potior habetur: nemo enim eam sibi  
 potest legem dicere, ut a priore ei recedere non liceat. sed hoc ita locum habebit, si spe- 30  
 cialiter dixerit prioris uoluntatis sibi paenituisse et uoluisse, ut legatarius plura legata ac-  
 1 cipiat. Miles in eum ex militari delicto capitali dicta sententia, permittente eo in ipsa  
 sententia qui damnauit, sicut testamenti faciendi ita fideicommissi relinquendi potestatem  
 2 consequitur. Mortis damnum per fideicommissum serui relictis, antequam mora fiat, fidei-  
 commissarius solus patitur, licet alienus relinquatur. 35
- 23 PAULUS libro quinto sententiarum. Ex imperfecto testamento legata uel fidei- B. 44, 3, 23 P  
 commissa imperatorem uindicare inuerecundum est: decet enim tantae maiestati eas ser-  
 uare leges, quibus ipse solutus esse uidetur.
- 24 NERATIUS libro secundo responsorum. Creditori ita potest legari, ne inde B. 44, 3, 24 P  
 bitum ab eo repeteretur. 40
- 25 PAULUS libro primo ad Neratium. 'Ille aut ille heres Seio centum dato': B. 44, 3, 25 P  
 1 potest Seius ab utro uelit petere. Cum in uerbis nulla ambiguitas est, non debet admitti  
 uoluntatis quaestio.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> seruo] scilicet (= SCILIC.: u. i.)?    <sup>2</sup> relictum *del.*    <sup>3</sup> ei] tibi?

3 marcianus *F*<sup>1</sup> | lega'ta'ri *F*<sup>6</sup> 4 seruitus  
 quoque seruo] *FEIK cum B (Tip.):* οικέτη ἔχοντι  
 ἄρπον, seruitus quoque *WQ<sup>2</sup>C*, seruitus autem  
*Q<sup>2</sup>* (*margin.* ex aut[entico] seruo), seruo quo-  
 que *D* 5 'lega'tur *F*<sup>5</sup> 7 relinquo *F* |  
 fideicommissum *F* 11 recedi] *redeci F<sup>2</sup>*  
 13 priori *F*<sup>1</sup> 14 clemens *F*<sup>1</sup> 15 fieri *F*

17 ulpianus] papinianus *F*<sup>1</sup> 18 relicta eadem]  
 relicta sit eadem *F*<sup>2</sup> 19 alterum] alteri *F*<sup>2</sup>  
 22 ei 'imped. *F* 23 eum *om. F*<sup>1</sup> 24 ex-  
 's'tingui *F* 26 n'is'ulla *F*<sup>6</sup> | ment'ione *F*<sup>1</sup>  
 29 pot'ior *F*<sup>6</sup> 30 recidere *FE*<sup>2</sup>, cedere *W*  
 31 siui *F*<sup>1</sup> 34 ante'quam *F*<sup>6</sup> 35 relin-  
 qua'tur *F*<sup>6</sup> 36 legato *F*<sup>2</sup> 42 amitti *F*

- 26 IDEM libro secundo ad Neratium. Is qui fideicommissum debet post moram [B. 44, 3, 26] P non tantum fructus, sed etiam omne damnum, quo adfectus est fideicommissarius, praestare cogitur.
- 27 IDEM libro secundo decretorum. Paula Callinico ex parte herede instituto [B. 44, 3, 27] P filiae eiusdem Iuuentianae, cum in familia nupsisset, decem testamento legauit: deinde post 5 tempus codicillis factis centum eidem Callinico reliquerat non adiecto 'hoc amplius'. pronuntiauit utramque summam deberi, maxime cum in codicillis filiae Callinici nihil legatum 1 fuisset. Pompeius Hermippus filium Hermippum ex dodrante, filiam Titianam ex quadrante heredes instituerat et praedia cer[ita] singulis praelegauerat: praeterea, si sine liberis Her- f. 32 mippus moreretur, aliam possessionem filiae dari iusserat: post testamentum factis codi- 10 cillis filiae certa praedia dederat eamque his contentam esse uoluit pro omni hereditate et his, quae in testamento reliquerat: Hermippi bona ad fiscum peruenerant: Titiana soror fideicommissum petebat. quaerebatur, utrum pro hereditate tantum an et pro his, quae 15 post mortem frater rogatus erat restituere, pater eam uoluisset accipere ea quae codicillis reliquerat. mihi ab omni uoluntate recessum uidebatur. placuit<sup>1</sup> humanius interpretari ea 20 sola, quae uiuente fratre acceptura erat, adempta uideri, non etiam quae post mortem eius reliquerat, si sine liberis decederet, et ita pronuntiauit. Iulianus<sup>2</sup> Seuerus decedens insti- 25 tutis quibusdam heredibus alumno suo quinquaginta legauerat eaque a Iulio Mauro colono suo ex pensionibus fundi debitis ab eo praestari uoluerat eidemque Mauro quaedam lega- uerat: cum de hereditate fisco quaestionem mouisset, iussu procuratoris Maurus pecuniam 30 fisco soluerat: postea heres scriptus optinuerat fiscum: alumno autem mortuo heres eius fideicommissum ab herede Mauri petebat. placuit imperatori non uideri eius fidei commis- sum, sed demonstratum, unde accipere posset: et ideo heres Seueri haec praestare debet.
- 28 IDEM libro singulari ad senatus consultum Tertullianum. Si fidei meae com- [B. 44, 3, 28] P mittatur, ut, quod mihi relictum fuerit supra quod capere possum, alii restituam, posse me 25 id capere constat.
- 29 LABEO libro secundo posteriorum a IAUOLENO epitomatorum. Qui concubi- [B. 44, 3, 29] A nam habebat, ei uestem prioris concubinae utendam dederat, deinde ita legauit: 'uestem, 5 'quae eius causa empta parata esset'. Cascellius Trebatius negant ei deberi prioris concubinae causa parata, quia alia condicio esset in uxore. Labeo id non probat, quia in 10 eiusmodi legato non ius uxorum sequendum, sed uerborum interpretatio esset facienda idemque uel in filia uel in qualibet alia persona iuris esset. Labeonis sententia uera est. 15 Cum ita legatum esset, ut Titia uxor mea tantandem partem habeat quantulam unus heres, si non aequales partes essent heredum, Quintus Mucius et Gallus putabant maximam par- tem legatam esse, quia in maiore minor quoque inesset, Seruius Oflinius minimam, quia cum 20 heres dare damnatus esset, in potestate eius esset, quam partem daret. Labeo hoc probat idque uerum est. Cum ita legatum esset: 'quanta pecunia ex hereditate Titii ad me per- uenit, tantam pecuniam heres meus Seiae dato', id legatum putat Labeo, quod acceptum 25 in tabulis suis ex ea hereditate testator rettulisset: ceterum negat cauendum heredi a lega- tario, si quid forte postea eius hereditatis nomine heres damnatus esset. ego contra puto, 30 quia non potest uideri peruenisse ad heredem, quod eius hereditatis nomine praestaturus esset: idem Alfenus Uarus Seruio placuisse scribit, quod et uerum est. Si heres tibi seruo generaliter legato Stichum tradiderit isque a te euictus fuisset, posse te ex testamento 35 agere Labeo scribit, quia non uidetur heres dedisse, quod ita dederat, ut habere non possis: et hoc uerum puto. sed hoc amplius ait debere te, priusquam iudicium accipiat, 45

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> imperatori *ins.*    <sup>2</sup> Iulius (*edd.*)?

5 iuuentianae F<sup>2</sup> 6 'hoc F<sup>2</sup> 8 'hermip-  
pus F<sup>2</sup> 12 reliquerat F 14 ea] eam F<sup>2</sup>  
15 reliquaerat 'qu' mihi F | interpretaari F  
17 reliquaerat F | decederit F 18 eaque a]  
DQIK, eaque F<sup>2</sup>, eaque F<sup>2</sup>IC: ΔΟΘΗΝΑΙ ΕΚ  
ΤΩΝ ΧΡΕΩΣΤΟΥΜΕΝΩΝ ΜΟΙ ΠΑΡΑ ΠΕΤΡΟΥ B (Tip.)

19 'm'aur'o'us F<sup>2</sup> 27 posteriorum] ex post.  
F<sup>2</sup>W 28 habebat eiuestem F<sup>2</sup> 31 inter-  
praetatio F 33 esset] esse F 36 p'c'ar-  
tem F<sup>2</sup> 38 seiae] F, seio WDEQICK 39 le-  
gat'o'ario F<sup>2</sup> 41 praesta'taturus F<sup>2</sup> 44 pos-  
sis's et F<sup>2</sup>

denuntiare heredi: nam si aliter feceris, agenti ex testamento opponetur tibi doli mali ex-  
4 ceptio. 'Si Stichus et Dama serui mei in potestate mea erunt cum moriar, tum Stichus et  
'Dama liberi sunt et fundum illum sibi habent'. si alterum ex his post testamen|tum f. 3:  
factum dominus alienasset uel manumississet, neutrum liberum futurum Labeo putat: sed  
Tubero eum, qui remansisset in potestate, liberum futurum et legatum habiturum putat. 5  
Tuberonis sententiam uoluntati defuncti magis puto conuenire.

- 30 LABEO libro secundo posteriorum a LAUOLENO epitomatorum. Qui quattuor [B. 44, 3, 80] A  
pocula oleaginea habebat, ita legauit: pocula oleaginea paria duo. respondi unum par  
legatum esse, quia non ita esset: bina paria neque ita: poculorum paria duo: idem et  
1 Trebatius. Qui hortos publicos a re publica conductos habebat, eorum hortorum fructus 10  
usque ad lustrum, quo conducti essent, Aufidio legauerat et heredem eam conductionem  
eorum hortorum ei dare damnauerat sinereque uti eum et frui. respondi heredem teneri  
sinere frui: hoc amplius heredem mercedem quoque hortorum rei publicae praestaturum.  
2 Cum testamento scriptum esset: 'Sticho seruo meo heres quinque dato et, si Stichus he-  
'redi meo biennium seruierit, liber esto', post biennium legatum deberi existimo, quia in id 15  
3 tempus et libertas et legatum referri deberet: quod et Trebatius respondit. Si fundum  
mibi uendere certo pretio damnatus es, nullum fructum eius rei ea uenditione exceipere tibi  
4 liberum erit, quia id pretium ad totam causam fundi pertinet. Qui fundum mandatu meo  
in societate mihi et sibi emerat, deinde eum finibus diuiserat et prinsquam mihi traderet,  
ita eum tibi legauerat 'fundum meum illi do'. negaui amplius partem deberi, quia ueri- 20  
simile non esset ita testatum esse patrem familias, ut mandati heres eius damnaretur.  
5 'Uxori meae, dum cum filio meo Capuae erit, heres meus ducenta dato': filius a matre mi-  
grauit. si ambo Capuae habitassent, legatum matri debitu iri putari, quamuis una non  
habitassent: sin autem in aliud municipium transissent<sup>1</sup>, unius anni tantummodo debitu iri,  
quo una habitassent quantolibet tempore: <sup>2</sup>Trebatius ait. uideamus, an his uerbis 'dum 25  
'cum filio Capuae erit' non condicio significetur, sed ea scriptura pro superuacuo debet  
haberi: quod non probo. sin autem per mulierem mora non est, quo minus cum filio ha-  
6 bitet, legata ei deberi. Si aedes alienas ut dares damnatus sis neque eas ulla condicione  
emere possis, aestimare iudicem oportere Ateius scribit, quanti aedes sint, ut pretio soluto  
heres liberetur. idemque iuris est et si potuisses emere, non emeris<sup>3</sup>.

- 31 IDEM libro primo pithanorum a Paulo epitomatorum. Si cui aedes legatae [B. 44, 3, 81]  
sint, is omne habebit id<sup>4</sup> aedificium, quod<sup>5</sup> solum earum aedium erit. PAULUS: hoc tunc  
demum falsum est, cum dominus aedium binarum aliquid conclaue, quod supra concama-  
rationem alterarum aedium esset, in usum alterarum conuertit atque ita his usus fuerit:  
namque eo modo alteris aedibus id accedet, alteris decedet.

- 32 SOABUOLA libro quarto decimo digestorum. Sextiam filiam ex quadrante, ex [B. 44, 3, 32]  
reliquis Seium et Marcium sororis filios scripsit heredes: Sextiam substituit Marcio et Mar-  
cium Sextiae, dedit autem per praeceptionem Marcio certas species: Marcium partem here-  
ditatis, ex qua scriptus erat, omisit et eo intestato defuncto bona eius ad fratrem<sup>6</sup> legiti-  
mum Seium deuoluta sunt. quaesitum est, an Sextia ex substitutione etiam haec, quae  
praelegata Marcio erant, iure substitutionis a legitimo herede defuncti sibi uindicare possit.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> transisset? <sup>2</sup> quod et *ins.* <sup>3</sup> et si, cum potuisses emere, non emeris (*edd.: u. i.?*)  
<sup>4</sup> id *del. (male gem.)* <sup>5</sup> quoad (*Hoffmann*)? <sup>6</sup> heredem *ins.*

1 'heredi F<sup>1</sup> 3 sibi F<sup>2</sup> 4 manumis'sis-  
set F<sup>2</sup> 5 tabero F<sup>2</sup> 7 labeo] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup>. |  
qui] quo F<sup>2</sup> 8 oleagine'a' habebat F<sup>2</sup>EK<sup>2</sup>,  
oleagina habebat WDEQICK<sup>2</sup> | 'oleagine paria  
F<sup>2</sup>W, oleagina paria DEQICK 10 hortho-  
rum F 13 praetium F 19 sibi] tibi F:  
κοινόν ἐμοὶ καὶ αὐτῷ B (Tip.) 24 transissent  
'in' unius F<sup>2</sup> 26 superuacuo F<sup>1</sup> 28 dederi F<sup>2</sup>

29 aestimare] aestimari F<sup>2</sup> 30 si potuisses]  
FE; sic pot. K, si cum potuisses WDQIC:  
ἐὰν ... ἀγνάμενος ἀγοράσαι μὴ ἀγοράσω B (Tip.)  
32 is omne habebit *seq.*] πάν οἰκοδόμημα αὐτοῦ  
(τοῦ οἴκου) λαμβάνω B (Tip.) | quod solum]  
FDECK, quod (quos I<sup>o</sup>) supra solum I |  
aedium] eadum F<sup>2</sup> 33 e's't F<sup>2</sup> 34 his] is F  
39 qua] quo F<sup>2</sup> 40 deboluta F 41 sibi F<sup>2</sup>

respondit secundum ea quae proponerentur Sextiam in legatis, quae Marcio data sunt, substitutam non esse.

IDEM libro quinto decimo digestorum. Uxori suae inter cetera ita legauit: [B. 44, 3, 38] A  
 'et domus eam partem, in qua morari consueuimus'. quaesitum est, cum tam testamenti f. 33  
 faciendi tempore quam mortis totam domum in usu habuerit nec quicquam ex ea locatum, s  
 an ea tantummodo uideatur legasse cubicula, in quibus dormire consueuerat<sup>1</sup>. respondit  
 eam omnem partem, in qua morari cum familia sua consueuisset. Uxori suae inter cetera  
 ita legauit: 'uxori meae quidquid uini dedi donauit usibusue eius comparari, concedi uolo':  
 quae, an quod post testamentum factum ei donatum est, id quoque concessum uideatur.  
 respondit uerba quae proponerentur nihil pro futuro tempore significare. Cum Seius pro 10  
 uxore centum aureos creditori soluerit et ornamentum pignori positum luerit, postea autem  
 testamento facto uxori suae legauit, quidquid ad eum<sup>2</sup> inue stipulatum eius concessit et  
 hoc amplius uicenos aureos annuos: quaesitum est, an hos centum aureos heredes uiri ab  
 uxore uel ab heredibus eius repetant. respondit, si donationis causa creditori soluisset,  
 tamen heredes ex causa fideicommissi, si repetant, atque etiam petentes [BS. 29, 5, 26 sch. 2] 15  
 exceptione summoneri: quod praesumptum esse debet, nisi contrarium ab herede approbetur.

34 IDEM libro sexto decimo digestorum. Nomen debitoris in haec uerba legauit: [B. 44, 3, 34] A  
 Titio hoc amplius dari uolo decem aureos, quos mihi heredes Gaii Seii debent, aduersus  
 quos ei actionem mandari uolo eique eorumdem pignora tradi'. quaero, utrum heredes tan-  
 tum decem dare debeant<sup>3</sup> an in omne debitum, hoc est<sup>4</sup> in usuras debeant mandare. re- 20  
 spondit uideri uniuersam eius nominis obligationem legatam. item quaero, cum ignorante  
 matre familias actores in prouincia adiectis sorti usuris decem stipulati sint, an ex causa  
 fideicommissi supra scripti etiam incrementum huius debiti ad Titium pertineat. respondit  
 1 pertinere. Filio ex parte heredi scripto praeeptionem dedit inter cetera his uerbis: 'Titio  
 filio meo nomina ex calendario, quae elegerit filius meus sibi, uiginti dare damnas sunt 25  
 sine dolo malo': eidem filio uiuus omnium rerum suarum administrationem permisit: qui  
 post testamentum factum ante mortem patris annis decem, quibus procurabat patri, contra  
 ueterem consuetudinem patris, quae calendarium exercebatur<sup>5</sup>, nouos debitores ampliarum  
 pecuniarum fecit et in priores<sup>6</sup>, quos pater exiguarum fortunarum habebat, maius creditum  
 contulit ad hoc, ut uiginti nominibus prope omnis substantia calendarii esset<sup>7</sup>. quaesitum 30  
 est, an huic filio eorum nomina, quae ipse fecit, praeeptio permittenda est. respondit  
 2 ex his electionem habere, quae testamenti tempore testator in calendario habuit. Uni ex  
 heredibus per praeeptionem reliquit ea, quae ex patrimonio uiri sui Arethonis ei super-  
 erant, eiusque fidei commissit haec eadem restituere pronepoti, cum erit annis sedecim, in  
 quibus haec uerba adiecit: 'item rogo, uti reliquum aes alienum, quod ex bonis Arethonis 35  
 debetur, omnibus creditoribus ex redbibus eorum bonorum soluas reddas satisque facias'.  
 quaesitum est, an, si probauerit heres non sufficere redbiturum bonorum ad totius debiti ex-  
 solutionem, nihilo minus tamen ipse debet adgnoscerere onus aeris alieni. respondit man-  
 feste proponi ex redbibus bonorum eorum iussum aes alienum exsoluere, non de proprio.  
 3 Pater filio et filia heredibus institutis cum singulis certa praedia et kalendaria praelegasset, 40  
 ita cavit: 'a te autem, fili carissime, peto<sup>8</sup>, quaecumque legauit, praestari uolo, et si quid  
 fuerit aeris alieni, si || quod in tempus pro mutuo acceperam et debuero, a te solui f. 38'

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> consueuerant? <sup>2</sup> eam (*Scip. Gentilis: u. i.*)? <sup>3</sup> decem dare debeant] in decem? <sup>4</sup> et  
 in. (*u. i.*) <sup>5</sup> exercebat (*Krueger*)? <sup>6</sup> quosdam in. <sup>7</sup> inesset? <sup>8</sup> peto *del. (Hal.)*

1 sextum F<sup>1</sup> 4 consueuimus F<sup>1</sup> 6 uide-  
 tur] uideatur F<sup>2</sup> 12 ad eum inue stipula-  
 tum eius concessit] *Idem Graeci: εἰ τι περιήλ-  
 θεν εἰς ἀγρὸν ἐξ ἀγρῶν B (Tip.)* 13 est' F<sup>3</sup>  
 18 seii] seu F<sup>1</sup> 20 d'o'are F<sup>4</sup> | ho's'c F<sup>4</sup> |  
 in] FD, est in WEQICK | usu'm ras F<sup>4</sup> | re-  
 spondi uideri f. om. W 24 herede F 25 siui  
 F<sup>4</sup> | damnos F<sup>2</sup> 26 eidem u' F<sup>4</sup> 27 annis]

F<sup>2</sup>, annos F<sup>4</sup> 28 ueteram F<sup>1</sup> 29 quas F<sup>2</sup>  
 31 est' h'an F<sup>4</sup> | 'fecit F<sup>4</sup> 32 testamenti] in  
 testamenti F<sup>2</sup> WDEQICK 33 aretonis F<sup>2</sup>  
 34 eiusquae F | commis'sit F<sup>2</sup> 35 uerua F<sup>2</sup> |  
 aretonis F 37 probaberit F<sup>1</sup> 40 singulas F<sup>2</sup> |  
 et c'kalendaria prae dia legasset F 42 mu-  
 tu'o F<sup>4</sup>



'uolo, ut quod sorori tuae reliqui, integrum ad eam pertineat'. quaesitum est, an quod ex quacumque causa debuit pater, a filio sit praestandum. respondit posse filiam ex fideicommissis consequi ut lenaretur, quo magis<sup>1</sup> integrum, quod testator dedisset, ad eam peruenisset.

- 35 IDEM libro septimo decimo digestorum. Patronus liberto statim tribum emi [B. 44, 3, 35] petierat: libertus diu moram ab herede patroni passus est et decedens heredem reliquit clarissimum uirum: quaesitum est, an tribus aestimatio heredi eius debeatur. respondit deberi. idem quaesit, an et commoda et principales liberalitates, quas libertus ex eadem tribu usque in diem mortis suae consecuturus fuisset, si ei ea tribus secundum uoluntatem patroni sui tunc comparata esset, an uero usurae aestimationis heredi eius debeantur. respondit, quidquid ipse consecuturus esset, id ad heredem suum transmittere. Sempronio ita legauit: 'Sempronius sumito praedia mea omnia, quae sunt usque ad praedium, quod uocatur 'Gaas, finibus Galatiae, sub cura uilici Primi, ita ut haec omnia instructa sunt'. quaesitum est, cum in eodem confinio praediorum unum sit praedium non Galatiae, sed Cappadociae finibus, sub cura tamen eiusdem uilici, an etiam id praedium cum ceteris ad Sempronium pertineat. respondit et hoc deberi. Libertis, quos nominauerat, ita legauit: 'fundum Trebatianum, qui est in regione Atellata, item fundum Satrianum, qui est in regione Niphana, cum taberna dari uolo'. quaesitum est, cum inter fundos, quos supra legauit, sit quidem fundus uocabulo Satrianus, in regione tamen Niphana non sit, an ex causa fideicommissi libertis debeatur. respondit, si nullus esset Satrianus in regione Niphana et de eo sensisset testatorem certum sit, qui alibi esset, non idcirco minus deberi, quia in regione designanda lapsus esset. Codicillis confirmatis ita cauit: 'Tiburtibus municipibus meis amantissimisque scitis<sup>2</sup> balineum Iulianum iunctum domui meae, ita ut publice sumptu heredum meorum et diligentia decem mensibus totius anni praebetur gratis'. quaesitum est, an et sumptus refectionibus necessariis heredes praestare debeant. respondit secundum ea quae proponerentur uideri testatorem super calefactionis et praebitionis onus<sup>3</sup> de his quoque sensisse, qui ad cottidianam tutelam pertineant, quibus balineae aut instruuntur aut denique inter solitas cessationum uices parari purgarique, ut habiles ad lauandum fierent, sint solitae.
- 36 Apud SCAEUOLAM libro octauo decimo digestorum CLAUDIUS notat. Nec fideicommissa ab intestato data debentur ab eo, cuius de inofficioso testamento constitisset, quia crederetur quasi furiosus testamentum facere non potuisse, ideoque nec aliud quid pertinens ad suprema eius iudicia ualet.
- 37 SCAEUOLA libro octauo decimo digestorum. Cum quis decedens Seiae matri [B. 44, 3, 86] fundum, qui proprius matris erat, legauerat, ab ea petierat, ut eundem cum moreretur Flauiae Albinae coniugi suae restitueret. post mortem testatoris mater apud magistratum professa est nihil se aduersus uoluntatem filii sui facturam paratamque se fundum Flauiae Albinae tradere, si sibi annua bina praestarentur redituum nomine: sed neque possessionem tradidit neque annua bina accepit. quaesitum est, an iure fundum alii uendere possit. respondit, si de legati iure fideique commissi quaereretur, secundum ea quae proponerentur nec ualuisse, quod matri suum legabatur, neque onus fideicommissi processisse, si modo nihil praeterea mater cepisset. Quia<sup>4</sup> testamento heredem scripserat, Maenio ducenta [B.] legauit et fidei eius commisit, ut centum daret Glauce, Tyche Elpidi<sup>4</sup> autem quinquaginta: postea Maenius uolente testatore litteras emisit ad eas secundum uoluntatem testatoris restitutum: postea testator fecit codicillos, quibus et hoc praecepit, ut praeter hos codicillos

<sup>1</sup> minus? <sup>2</sup> amantissimis, quod scitis (edd.)? <sup>3</sup> onus del. <sup>4</sup> Elpidi del. uel scr. Tycheelpidi

1 reliqui] relinui F<sup>2</sup> 3 lebaretur F 9 a'i'ei F<sup>4</sup>  
10 respondi't' F<sup>2</sup> 12 mea] WDEQICK cum  
B (Typ.): τὰ κτήματα μου, ea F 17 atel-  
lata'ta F<sup>2</sup>, utilata WEC, atelata DK, atellatia  
Q, atelladia I | niphani F<sup>2</sup> 18 quosupra F  
20 sansisse F<sup>2</sup> 22 ciuit F<sup>2</sup> 23 public'a'e F<sup>2</sup>  
25 praestar'e' F<sup>2</sup> 27 instruantur F<sup>2</sup> 28 la-

bandum F<sup>2</sup> 29 nec] neo F<sup>2</sup> 30 constitisset]  
DC, constituisset FBK 32 supr'a'ema F<sup>2</sup>  
34 legaberat F<sup>4</sup> 35 coniungi FD<sup>2</sup> 37 alui-  
nae F | ann'is'ua F<sup>4</sup> 38 posset F<sup>2</sup> 39 iure  
legati F<sup>2</sup> 40 legauatur F | si modo 'si' ni-  
hil F<sup>2</sup> 42 elpidi] elpidiae F<sup>2</sup> 44 praep'ce-  
pit F

si quid aliud prolatum esset, non valeat. quaesitum est, an Maenius, qui ducenta accepit, quia<sup>1</sup> mutauit uoluntatem de ea epistula testator, a mulieribus conueniri ex causa fideicommissi possit. respondit secundum ea quae proponuntur frustra Maenium conueniri, siue  
 2 ducenta siue praedium pro his accepit. Seiam et Maenium libertos suos aequis partibus heredes scripsit: Maenio substituit Sempronium pupillum suum: deinde codicillos per fideicommissum confirmauit, quibus ita cauit<sup>2</sup>: 'Lucius Titius Seiae heredi suae, quam pro  
 parte dimidia institui, salutem. Maenium libertum meum, quem in testamento pro parte  
 dimidia heredem institui, eam partem hereditatis ueto accipere, cuius in locum partemne  
 eius<sup>3</sup> Publium Sempronium dominum meum heredem esse uolo', et Maenio, ad quem hereditatis  
 portionem noluit peruenire, cum hoc elogio fideicommissum reliquit: 'Maenio liberto  
 meo de me nihil merito dari uolo lagynos uini uetusti centum quinquaginta'. quaesitum  
 est, cum uoluntas testatoris haec fuerit, ut omnimodo perueniat portio hereditatis ad Sempronium  
 pupillum, an fideicommissum ex uerbis supra scriptis ualere intellegatur et a quo  
 Sempronius petere possit, cum ad certam personam codicillos scripserit. respondit posse  
 3 fideicommissum a Maenio peti. Pater emancipato filio bona sua uniuersa exceptis duobus  
 seruis non mortis causa donauit et stipulatus est a filio in haec uerba: 'quae tibi mancipia  
 quaeque praedia donationis causa tradidi cessi, per te non fieri doloue malo<sup>4</sup> neque per  
 eum ad quem ea res pertinebit, quo minus ea mancipia quaeque ex his adgnata erunt  
 eaque praedia cum instrumento, cum ego uolam uel cum morieris, quaeque eorum exst-  
 4 bunt neque<sup>5</sup> dolo malo aut fraude factoue tuo eiusque ad quem ea res pertinebit in rerum  
 natura aut in potestate esse desissent, si uiuam mihi aut cui ego uolam reddantur resti-  
 tuantur, stipulatus est Lucius Titius pater, spondit Lucius Titius filius'. idem pater de-  
 cedens epistulam fideicommissariam ad filium suum scripsit in haec uerba: 'Lucio Titio  
 filio suo salutem. certus de tua pietate fidei tuae committo, uti des praestes illi et illi cer-  
 tam pecuniam: et Lucrionem seruum meum liberum esse uolo'. quaesitum est, cum filius  
 patris nec bonorum possessionem acceperit nec ei heres exstiterit, an ex epistula fidei-  
 commissa et libertatem praestare debeat. respondit, etsi neque hereditatem adisset neque  
 bonorum possessionem petisset et nihil ex hereditate possideret, tamen nihilo minus et ex  
 stipulatu ab heredibus patris et<sup>6</sup> fideicommisso ab his quorum interest quasi debitorem  
 4 conueniri posse, maxime post constitutionem diui Pii, quae hoc induxit. Nuptura duobus  
 50 filiis suis, quos ex priore marito habebat, mandauit, ut uiginti, quae doti dabat, stipula-  
 retur in omnem casum, quo solui posset matrimonium, ut etiam alterutri ex his tota dos  
 soluatur: constante matrimonio uno ex filiis mortuo uxor per epistulam petiit a superstite  
 filio, uti quandoque partem dimidiam dumtaxat dotis exigeret et ea contentus erit<sup>7</sup>, alte-  
 ram autem partem apud maritum eius remanere concedat. quaesitum est postea in matri-  
 monio muliere defuncta, an maritus, si de tota dote conueniatur a filio, doli mali exceptione  
 se tueri possit et an ultro ex causa fideicommissi actio ei competat, ut de parte obliga-  
 tionis accepto ei feratur. respondit et exceptionem utilem fore et ultro ex fideicommisso  
 peti posse. idem quaerit, an de reliqua dimidia parte mandati actio utilis sit heredibus  
 mulieris aduersus filium eius. respondit secundum ea quae proponerentur, maxime post  
 40 litteras ad filium scriptas non fore utilem. CLAUDIUS: quoniam in his expressit, ut con-  
 tentus esset partis dimidiae dotis. quibus uerbis satis fideicommissum filio relinqui placuit.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> quia] quamuis? <sup>2</sup> fuit sic fere: deinde per fideicommissum confirmatis codicillis ita cauit  
 (cf. L 41 § 2 h. t. et 33, 1, 18 pr.) <sup>3</sup> eius del. <sup>4</sup> tuo ins. <sup>5</sup> neque] quaeue? <sup>6</sup> ex ins.  
<sup>7</sup> nit (Kriegelii)?

3 ea que F | maenium conueniri] FE, maenium  
 causa fideicommissi conueniri WC, maenium  
 conueniri fideicommissi D, maenium conue-  
 niri causa fideicommissi QK, maenium conue-  
 niri ex causa fideicommissi sui I 4 mae-  
 nium F<sup>2</sup> 6 cabit F<sup>2</sup> 7 dimidia e' F<sup>2</sup> 9 ad]  
 et F<sup>1</sup> 10 reliqui e't F<sup>2</sup> 11 ne's'tusti F<sup>2</sup>  
 14 codicillo's' scripserit F<sup>2</sup> 16 serbis F<sup>2</sup> |

tui F<sup>2</sup> 19 eaque F | quaeque F 20 in re-  
 rum] K<sup>2</sup>, earum FWDECK<sup>2</sup>, ea etiam rerum I  
 21 potestate 'e'sse F<sup>1</sup> | disissent F<sup>2</sup> 22 sti-  
 pula'n'tus F<sup>2</sup> 23 fideicommissariam epistu-  
 lam F<sup>2</sup> 26 acce'p'erit F<sup>1</sup> 28 nihil'ho' F<sup>2</sup>  
 29 stipulat'o'u F 31 filiis 'suis quos F<sup>2</sup>  
 34 qu'e'andoque F 42 parti F<sup>2</sup>

- 5 Codicillis ita scripsit: 'ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΥΠΟΤΕΤΑΓΜΕΝΑ ΚΥΡΙΑ ΕΙΝΑΙ. ΜΑΞΙΜΩ Τῷ ΚΥΡΙΩ ΜΟΥ  
'ΔΗΝΑΡΙΑ ΜΥΡΙΑ ΠΕΝΤΑΚΙΣΧΙΛΙΑ, ἄΤΙΝΑ ἘΛΑΒΟΝ ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΑΥΤΟΥ ἸΟΥΛΙΟΥ ΜΑΞΙ-  
'ΜΟΥ, ἵΝΑ ΑΥΤῷ ἈΝΔΡΩΘΕΝΤΙ ΑΠΟΔΩΣΩ, ἃ ΓΙΝΟΝΤΑΙ ΣΥΝ ΤΟΚῶ ΤΡΙΣ ΜΥΡΙΑ, ΑΠΟΔΟΘΗΝΑΙ ΑΥΤῷ ΒΟΥ-  
'ΛΟΜΑΙ· ΟΥΤῶ ΓΑΡ Τῷ ΘΕΙῶ ΑΥΤΟΥ ὨΜΟCΑ'. quaesitum est, an ad depositam pecuniam peten-  
dam sufficient uerba codicillorum, cum hanc solam nec aliam ullam probationem habeat. 5  
6 respondit: ex his quae proponerentur, scilicet cum iusiurandum dedisse super hoc testator  
6 adfirmavit, credenda est scriptura. Titia honestissima femina cum<sup>1</sup> negotiis suis opera Cal-  
limachi semper uteretur, qui ex testamento capere non poterat, testamento facto manu sua  
ita cavit: 'ΤΙΤΙΑ ΔΙΕΘΕΜΗΝ ΚΑΙ ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΔΟΘΗΝΑΙ ΚΑΛΛΙΜΑΧῶ ΜΙCΘῶ ΧΑΡΙΝ ΔΗΝΑΡΙΑ ΜΥΡΙΑ': quaero,  
an haec pecunia ex causa mercedis ab heredibus Titiae exigi possit. respondi non idcirco 10  
7 quod scriptum est exigi posse in fraudem legis relictum. Ex his uerbis testamenti: 'omni-  
bus, quos quasue manumisi manumiseroue siue his tabulis siue quibuscumque aliis, filios  
'filiasue suos omnes concedi uolo' quaesitum est, an his, quos uiuus manumisisset, de-  
beantur filii. respondit his quoque, quos quasue ante testamentum factum manumisisset,  
filios filiasue ex causa fideicommissi praestari oportere. 15
- 38 IDEM libro nono decimo digestorum. Pater filium heredem praedia alienare [B. 44, 3, 37  
seu pignori ponere prohibuerat, sed conseruari liberis ex iustis nuptiis et ceteris cognatis  
fideicommisserat: filius praedia, quae pater obligata reliquerat, dimisso hereditario creditore  
nummis noui creditoris, a priore in sequentem creditorem pignoris hypothecaeue nomine  
transulit: quaesitum est, an pignus recte contractum esset. respondit secundum ea quae 20  
proponerentur recte contractum. idem quaesit, cum filius praedia hereditaria, ut dimitteret  
hereditarios creditores, distraxisset, an emptores, qui fideicommissum<sup>2</sup> ignorauerunt, bene  
emerint. respondi secundum ea quae proponerentur recte contractum, si non erat aliud in  
1 hereditate, unde debitum exsoluisset. Dnubus libertis Stichis et Erote heredibus institutis  
ita cavit: 'fundum Cornelianum de nomine meorum exire ueto': unus ex heredibus Stichus 25  
ancillam Arescusam testamento liberam esse iussit eique partem suam fundi legauit: quaero,  
an Eros et ceteri conliberti Stichi ex causa fideicommissi eius fundi partem ab herede Stichi  
2 petere possint. respondi non contineri<sup>3</sup>. Filiam suam heredem scripserat et ita cauerat:  
'ueto autem aedificium de nomine meo exire, sed ad uernas meos, quos ¶ hoc testamento f. 35  
'nominari, ¶ pertinere uolo': quaesitum est, defuncta herede et legatariis uernis<sup>4</sup> an ad unum 30  
libertum qui remansit totum fideicommissum pertineret. respondi ad eum, qui ex uernis  
3 superasset, secundum ea quae proponerentur uirilem partem pertinere. Fundum a filio,  
quoad uixerit, uetuit enundari donari pignerari et haec uerba adiecit: 'quod si aduersus  
'uoluntatem meam facere uoluerit, fundum Titianum ad fiscum pertinere: ita enim fiet, ut  
'fundus Titianus de nomine uestro numquam exeat'. quaesitum est, cum uiuus filius eum 35  
fundum secundum uoluntatem patris retinuerit, an defuncto eo non ad heredes scriptos  
a filio, sed ad eos, qui de familia sunt, pertineat. respondi hoc ex uoluntate defuncti col-  
ligi posse filium quoad uiueret alienare uel pignerare non posse, testamenti autem factio-  
4 nem et in eo fundo in extraneos etiam heredes habiturum. Iulius [Scaeu. D. h. t. l. 93. pr.  
Agrippa primipilaris testamento suo cavit, ne ullo modo reliquias eius et praedium subur- 40  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> in *ins.* (W)    <sup>2</sup> non *ins.* (Cuiacius)    <sup>3</sup> contineri] prohiberi (ΣΤΙΝΕΡΙ = ΠΗΙΕΡΙ)?    <sup>4</sup> post  
te uel similia *ins.*    <sup>5</sup> reliquias *ins.*

2 ΠΕΝΤΑΚΙCΥΧΕΪΛΙΑ F<sup>2</sup> 4 ὨΜΟCΑ' F<sup>2</sup> 5 suffi-  
cia m'nt F<sup>2</sup> 6 qu'a'e F<sup>2</sup> 8 testamento  
p'facto F<sup>2</sup> 10 exigi possit respondi<sup>1</sup> non  
idcirco quod scriptum est 'et exigi possit  
respondi non idcirco quod scriptum est' F<sup>2</sup>  
12 manumisi manumiseroue] sic secundum B  
(Tip): τοιC ελεγεθερωθειCι και μελλογCιCι ελεγε-  
θερωCθαι, manumisi manumiseram FE<sup>2</sup>, ma-  
numisi D, manumiserit I, manumiserat W,  
manumiseram QE<sup>2</sup>K, manumiserant C 13 ma-  
numisisset F<sup>2</sup> 14 manumisi'sisset F 16 he-

redem] FECK, heredem instituerat et WDI  
18 fidelcomiserat F 19 hypoth' a'ecaeue F<sup>2</sup>  
22 ignorauerant F<sup>2</sup> 24 erote] ero et F<sup>2</sup>  
27 eros] FEK, heros I, heres WDC | heredi F<sup>2</sup>  
28 suam 'sua' heredem F<sup>2</sup> 30 legatarius F<sup>2</sup>  
32 qu'a'e F<sup>2</sup> 33 pignerari F<sup>2</sup> | et bis F<sup>2</sup>  
uerua F 35 n'o'umquam F<sup>2</sup> 37 filio's sed F<sup>2</sup>  
38 quoad] quod ad F<sup>2</sup>, quod ai F<sup>2</sup> | uiuerat  
iberet F<sup>2</sup>, iueret F<sup>2</sup> | posse 'testamenti autem  
factionem et in eo fundo in extraneos  
39 ab iulius l. inc. F 40 reliqui'as F<sup>2</sup>

- banum aut domum maiorem heres eius pigueraret aut ullo modo alienaret: filia eius heres scripta heredem reliquit filiam suam neptem primipilaris, quae easdem res diu possedit et decedens extraneos instituit heredes. quaesitum est, an ea praedia extraneus heres haberet an uero ad Iuliam Domnam, quae habuit patrum maiorem Iulium Agrippam, pertinerent. respondi, cum hoc nudum praeceptum est, nihil proponi contra uoluntatem defuncti factum, 5
- 5 quo minus ad heredes pertinerent. Quindecim libertis, quos nominauerat, prae- (Scaeu.) diolum cum taberna legauerat et adiecerat haec uerba: 'sibique eos habere possidere uolo 'ea lege et condicione, ne quis eorum partem suam uendere donareue aliudue quid facere 'alii uelit: quod si aduersus ea quid factum erit, tunc eas portiones praediumue cum ta- 10 'berna ad rem publicam Tusculanorum pertinere uolo'. quidam ex his libertis uendiderunt partes suas duobus conlibertis suis ex eodem corpore, emptores autem defuncti Gaium Seium extraneum heredem reliquerunt: quaesitum est, partes quae uenierunt utrum ad Gaium Seium an ad superstitis collibertos suos, qui partes suas non uendiderunt, pertine- 15 rent. respondit secundum ea quae proponerentur ad Gaium Seium pertinere. idem quaesit, an partes uenditae ad rem publicam Tusculanorum pertinerent. respondi non pertinere. CLAUDIUS: quia non possidentis persona, qui nunc extraneus est, respicienda est, sed emptorum, qui secundum uoluntatem defunctae ex illis fuerunt, quibus permiserat testatrix 6 uenundari, nec condicio existit dati fideicommissi Tusculanis. Fidei commissis eius, cui duo milia legauit, in haec uerba: 'a te, Petroni, peto, uti ea duo milia solidorum reddas 'collegio cuiusdam templi'. quaesitum est, cum id collegium postea dissolutum sit, utrum 20 legatum ad Petronium pertineat an uero apud heredem remanere debeat. respondit Petronium iure petere, utique si per eum non stetit parere defuncti uoluntati. Mater filios heredes scripserat et adiecit: 'praedia, quae ad eos ex bonis meis peruentura sunt, nulla ex 'causa abalienent, sed conseruent successioni suae deque ea re inuicem sibi cauerent': ex his uerbis quaesitum est, an praedia per fideicommissum relicta uideantur. respondi nihil 25 de fideicommissis proponi. Ex parte dimidia heredi instituto per prae- (Scaeu. l. 98 § 6 h. t. ceptionem fundum legauit et ab eo ita petit: 'peto, uti uelis coheredem tibi recipere in 'fundo Italiano meo, quem hoc amplius te prae[cipere] iussi, Clodium Uerum nepotem meum, f. 35' 'cognatum tuum': quaesitum est, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti debeat. respondi deberi. 30
- ▷ IDEM libro uicesimo digestorum. 'Pamphilo liberto hoc amplius, quam codi- (B. 44, 3, 38) A 'cillis reliqui, dari uolo centum. scio omnia, quae tibi, Pamphile, relinquo, ad filios meos 'peruentura, cum affectionem tuam circa eos bene perspectam habeo'. quaero, an uerbis supra scriptis Pamphili fidei commissis, ut post mortem filiis defuncti centum restituat. 35 respondi secundum ea quae proponerentur non uideri quidem, quantum ad uerba testatoris pertinet, fidei commissum Pamphili, ut centum restitueret: sed cum sententiam defuncti a liberto decipi satis inhumanum est, centum ei relictos filiis testatoris debere restitui, quia in simili specie et imperator noster diuus Marcus<sup>1</sup> hoc constituit. Propositum est non habentem liberos nec cognatos in discrimine uitae constitutum per infirmitatem arcessitis amicis Gaius Seio contubernali dixisse, quod uellet ei relinquere praedia quae no- 40 minasset, eaque dicta in testationem Gaium Seium rede[git]isse etiam ipso testatore interrogato, an ea dixisset, et responso eius tali μάλιστα inserto: quaesitum est, an praedia, quae destinata<sup>2</sup> essent, ex causa fideicommissi ad Gaium Seium pertinerent. respondi super hoc nec dubitandum esse, quin fideicommissum ualet. Duas filias aequis ex par- 45
- F(WDEQICK)

<sup>1</sup> diuus Marcus *glossema* est    <sup>2</sup> designata?

1 fili'o'a F<sup>2</sup> 2 quae ... 3 heredes om. F<sup>2</sup>  
4 Iuliam agrippam F<sup>2</sup> | pertinerent] K, pertine-  
ret FDEQC, pertinet W, pertinent I 6 he-  
re's des F<sup>6</sup> | nominaberat F<sup>1</sup> 7 siuique F<sup>1</sup>  
8 'aliudue F<sup>6</sup> 11 corpora F<sup>2</sup> 13 colli-  
bertos F<sup>1</sup> 14 quae] que F 15 respondi: F<sup>2</sup>

18 uenundari F<sup>2</sup> 19 milia del. F<sup>2</sup> | milio F<sup>2</sup>  
24 siui F<sup>2</sup> 32 tiui pamphilo F<sup>2</sup> 34 de-  
functi's F<sup>6</sup> 35 uerua F<sup>2</sup> 36 restituere F<sup>1</sup> W  
39 nec] haec F<sup>2</sup> | discrimine] F<sup>2</sup>, discrimi-  
nae F<sup>6</sup> 40 dixisse] dixisset F<sup>2</sup> | relin-  
quae F<sup>1</sup>, relinquere (sic) F<sup>2</sup> 41 're'digesse F<sup>2</sup>

tibus heredes fecerat: alteri fundum praelegauerat et ab ea petierat, ut sorori suae uiginti daret: ab eadem filia petit, ut partem dimidiam fundi eidem sorori restitueret: quaesitum est, an uiginti praestari non deberent. respondi non esse praestanda.

- 40 IDEM libro uicesimo primo digestorum. Post emancipationem patris suscepta a patre ut legitimo herede petierat, ut partem hereditatis auunculo suo daret et agros duos: ad utrumque autem ut proximum cognatum successio eius pertinuit per bonorum possessionem. quaesitum est, cum in parte hereditatis fideicommissum non constiterit, quam suo iure per bonorum possessionem auunculus habiturus est, an nihilo minus in partem agrorum consistat, ut Titius partes agrorum duas, id est unam, quam<sup>1</sup> suo iure per bonorum possessionem habeat, alteram uero partem ex causa fideicommissi petere debeat. respondit posse petere. idem quaesit, si ab eodem patre fideicommissum aliis quoque dederit, utrum in solidum, an uero pro parte ab eo praestanda sint. respondit in solidum praestari.
- <sup>1</sup> Seiam ex dodrante, Maenium ex quadrante instituit heredes, fidei Seiae commisit in haec uerba: 'a te peto tuaeque fidei committo, quidquid ex hereditate mea ad te peruenerit, restituas filio tuo retentis tibi hortis meis'. quaesitum est, cum generali capite fideicommississet 'quisquis heres esset' de omnibus, ut praestarent quod cuique legasset praestari fieri iussisset, an, cum dodrantem hereditatis restituerit, hortos in assem uindicare Seia debet. respondit etiam coheredis fidei commissum uideri, ut quadrantem, quem in his hortis haberet, Seiae redderet.
- 41 IDEM libro uicesimo secundo digestorum. Uxorem et filium communem heredes instituit et uxoris fidei commisit in haec uerba: 'peto a te, domina uxor, ne ex fundo Titiano partem tibi uindices, cum scias me uniuersam emptionem eius fundi fecisse, sed beneficio affectionis et pietatis, quam tibi debui, eandem emptionem, cum nummis meis comparassem, tecum communicasse': quaesitum est, an eum fundum in solidum filii esse uoluerit. respondit eum, de quo quaereretur, perinde rationem in fundo haberi uoluisse ac si uniuersus hereditarius esset, ut pro dimidia parte et uxor et filius agrum ut hereditarium habeant. In testamento ita scriptum fuit: 'domum meam cum horto applicito libertis meis concedi uolo' et alio capite: 'Fortunio liberto meo ex domu mea, quam libertis dedi, diaetam, in qua habitabam, item cellarium iunctum eidem diaetae ab herede meo concedi uolo'. quaesitum est, an heres testatoris oneratus uideatur in praestando legato Fortunio, quamuis domus uniuersa libertis sit praelegata. respondit non esse oneratum. Codicillis confirmatis ita cauit: 'omnibus autem libertis meis et quos uiuus et quos his codicillis manumissi uel postea manumisero, contubernales suas, item filios filias lego, nisi si quos quasue ad uxorem meam testamento pertinere uolui uel ei nominatim legauit legauero'. idem postea petiit ab heredibus suis, ut regionem Umbriae Tusciae Piceno coheredes<sup>2</sup> uxori suae restituerent cum omnibus, quae ibi erunt, et mancipiis rusticis uel urbanis et actoribus exceptis manumissis. quaesitum est, cum Eros et Stichus serui in diem uitae testatoris in Umbria in Piceno actum administrauerint, sint autem Damae, quem testator uiuus manumiserat, filii naturales, utrum eidem Damae ex uerbis codicillis ab heredibus praestandi sint, an uero ad Seiam uxorem ex uerbis epistulae pertineant. respondit ex codicillis ad patrem eos naturalem pietatis intuitu pertinere. Felicissimo et Felicissimae, quibus libertatem dederat, fundum Gargilianum legauit cum casa, et alio capite Titio filio, quem ex parte quarta heredem scripserat, praelegauerat in haec uerba: 'Titii filii, hoc amplius de medio sumito legata mea, quae mihi tam pater tuus

<sup>1</sup> quam del.    <sup>2</sup> coheredi?

2 ab eadem filia petit] ὕστερον δὲ ἡζήσασα ἀγῆν B (Tip.) 5 abunculo F<sup>2</sup> 8 abunculus F | nihilo F 13 here's des F<sup>4</sup> 14 uerua F<sup>2</sup> 15 'h'ortis F<sup>4</sup> 16 fideicommissis's'isset F 17 dodrante F | orthos F<sup>2</sup> 19 'h'ortis F<sup>4</sup> | seiae] DE<sup>2</sup>ICK cum B: τὶ δοκῶ καταλιπεῖν σοὶ (= Seiae) παρὰ Πέτρον (= a Maenio): τὸ τέ-

ταρτὸν φησι τῶν κήπων, seia FE<sup>2</sup>, sei Q 21 uxores F<sup>2</sup> 24 communicasse] EI<sup>2</sup>, communicassem FWD<sup>2</sup>ICK | filii's' F<sup>4</sup> 26 'di' midia F<sup>2</sup> 30 concedi F<sup>2</sup> 33 manumis's'i F<sup>2</sup> 35 hered'e'ibus F | 's'uis F<sup>4</sup> 36 suae] sui F<sup>2</sup> 37 manumisit F<sup>2</sup> 42 felicissimae F<sup>2</sup> 44 legato F<sup>2</sup> | mea'e' F<sup>2</sup>

Præsens quam Coelius Iustus frater patris reliquerunt'. quaesitum est, cum fundus Gargilianus testatrici a marito eius, id est a patre Titii filii legatus sit, cui fundus ex causa fideicommissi debeatur, utrum Titio filio tantum an Felicissimo et Felicissimæ an tribus. respondit non esse uerisimile eam, quæ nihil aliud Felicissimo et Felicissimæ nisi hæc quæ specialiter legauit, ad filium, cui et hereditatis suæ partem reliquit, legatum generali  
 5 sermone transferre uoluisse. Testamento pueros ita legauerat: 'Publio [BS. 15, 1, 6 sch. 20] Maenio dominulo meo ab heredibus meis dari uolo pueros quinque ex meis dumtaxat intra 'annos septem': post annos complures, quam fecit testamentum, moritur. quaesitum [(BS) est, cuius ætatis Maenio mancipia debeantur, utrumne quæ testamenti facti tempore intra septem annos fuerunt an quæ mortis tempore intra eam ætatem inueniantur. respondit  
 10 eam uideri ætatem designatam, quæ esset, cum a testatore relinquerentur. Concubinae inter cetera his uerbis legauerat: 'fundum in Appia cum uilico suo et contubernali eius et filiis dari uolo': quaesitum est, an nepotes quoque uilici et contubernalis eius testator ad  
 15 concubinam pertinere uoluit. respondit nihil proponi, cur non deberentur. Legauerat per fideicommissum Maeniis ita: 'et quidquid in patria Gadibus possideo': quaesitum est, an, si quam suburbanam adiacentem possessionem haberet, hæc quoque ex causa fideicommissi Maeniis debeatur. respondit posse ad hanc quoque uerborum significationem extendi. item quaesitum est, an, si calendarii, quod in patria sua uel intra fines eius defunctus exercuit, instrumenta ¶ in domo, quam in patria sua habebat, reliquit, an id quoque f. 86' kalendarium propter uerba supra scripta Maeniis ex causa fideicommissi deberetur. respon-  
 20 dit non deberi. item quaesitum est, an pecunia, quæ in arca domi Gadibus inuenta esset, uel ex diuersis nominibus exacta et ibi deposita, ex fideicommissio debeatur. respondit  
 7 supra responsum. Testamento, quo filium et uxorem heredes instituerat, filiae per fideicommissum centum, cum in familia nuberet, legauit et adiecit ita: 'fidei tuæ, filia, com-  
 mitto, ut, cum in familia nubas et quotienscumque nubes, patiaris ex dote tua, quam  
 15 dabis, partem dimidiam stipulari fratrem tuum et Seiam matrem tuam pro partibus dimidiis dari sibi, si in matrimonio eius cui nubes sine diuortio facto, priusquam dos tua reddatur eoue nomine satisfactum erit, morieris nullo filio filiaue ex eo relicto'. pater uirginem filiam nuptum collocauit eiusque nomine dotem dedit et post diuortium eandem recepit et alii in matrimonium cum dote dedit et stipulatus est eam dotem sibi aut filiae  
 20 suæ reddi: manente filia in matrimonio secundo mortuus est eodem testamento relicto eique heredes exstiterunt filius et uxor: postea marito defuncto puella dote recepta nupsit alii præsentibus et consentientibus fratre et matre, quæ etiam dotem eius auxit, et neuter eorum stipulati sunt dotem: mox matri filius et filia heredes exstiterunt: deinde in matrimonio filia decessit marito herede relicto. quaesitum est, cum puella non ex causa legati  
 25 pecuniam in dotem ab heredibus patris acceperat, sed mortuo secundo marito mater familias facta dotem reciperauerat, an heres eius ex causa fideicommissi fratri defunctæ teneatur in eam pecuniam, quam percipere posset, si dotem stipulatus esset. respondit secundum  
 3 ea quæ proponerentur non teneri. Eius<sup>1</sup> heres uel legatarius rogatus est, ut quandam adoptet, his uerbis adiectis: 'si alias fecerit, exheres esto' uel 'perdat legatum'. quaesitum  
 30 est, si non adoptauerit, an ei qui adoptatus non est actio quædam ex fideicommissio com-  
 petit. respondit fideicommissum, quo quis rogatur ut adoptet, ratum non esse. 'Agri plaganam, quæ est in regione illa, Maeniis Publio et Gaio transcribi uolo, pretio facto uiri  
 35 boni arbitrato et hereditati illato, duplæ euictione expromissa<sup>2</sup> reliquis heredibus, ita ut  
 F(WDEQUICK)

<sup>1</sup> Seius (Hoffmann)?    <sup>2</sup> expromissa] promissa a?

<sup>2</sup> legatus] DICK, legatum FE 3 debeat'ur' F<sup>2</sup> | et felicissimæ an F<sup>2</sup> 4 et felicissimo F<sup>2</sup>  
<sup>6</sup> puer at'os F 9 quæ] que F 10 tempor' a' e F<sup>2</sup>  
<sup>12</sup> cetera' e' F<sup>2</sup> 14 boluit F<sup>2</sup> | legaberat F<sup>2</sup>  
<sup>16</sup> hæc om. F<sup>2</sup> 17 respondit' F<sup>2</sup> 18 e's't F<sup>2</sup> |  
 an u] F<sup>2</sup> DQEIK, si C, om. F<sup>2</sup> 21 'e'sset F<sup>2</sup>  
<sup>22</sup> fideicommiss' a'o F 27 si om. F<sup>2</sup> 31 ma-

trimonia F<sup>2</sup> W 36 secund' a'o F<sup>2</sup> 37 fact' a' F<sup>2</sup> | reciperauerat F | fideicommiss' a' i F  
 39 eius heres] F, heres eius CK, heres (om. eius) WDEQI 43 transcribi F<sup>2</sup> 44 uoni F<sup>2</sup> | hereditati F<sup>2</sup> | expromissa] FDEIK, et expromissa C

- 'sub poena centum promittant eam agri plagam partemue eius ad Seiam posterusue eius 'non peruenturam quaqua ratione'. quaesitum est, an legatum ualeat, cum Publius emere uelit, Gaius nolit. respondit eum, qui fideicommissum praestari sibi uelit, posse partem dimidiam eius agri qui legatus est petere, quamuis alter persequi nolit. item quaesitum est, cautio, quae interponi debeat secundum uoluntatem, pro quota parte cuique heredum
- 10 praestanda sit. respondit pro ea portione, quae ex fideicommissis praestatur. Sorori legauit homines quos nominauit testamento eiusque fidei commissit, ut eadem mancipia filiis suis cum obiret restitueret. quaesitum est, adgnata ex his an defuncti filii<sup>1</sup> heredibus restituenda sint post mortem legatariae an remaneant apud heredes eius. respondit ea, quae
- 11 postea adgnata essent, uerbis fideicommissi non contineri. Pater naturalis filiae suae ex testamento mariti eius fideicommissi debitor, cum ea mulier alii nuberet, non mandatu mulieris dotem marito eius dedit et sibi reddi eam stipulatus est, si sine liberis filia moreretur: mulier filiam suscepit: quaesitum est, an fideicommissum a patre exigere possit. ¶ respondit, si nec ratam habuisset dotem datam, superesse fideicommissi petitionem. idem quaesitum est, an, si pater accepto facere stipulationem uelit, mulieri persecutio fideicommissorum deneganda sit. respondit supra responsum, eumque patrem, de quo quaereretur, si
- 12 ita dedisset, ut mulier ratum haberet, posse condicere. Seium maritum scripsit heredem eique substituit Appiam alumnam fideique heredis commisit, ut post mortem suam hereditatem eidem alumnae restitueret aut, si quid ante contigisset alumnae, tunc Ualeriano fratris filio restitueret eandem hereditatem. quaesitum est, si Seius uiuus, quidquid ad eum ex hereditate peruenisset, alumnae restituisset, an secundum uoluntatem defunctae id fecisse uideretur: praesertim cum haec idem substituta esset. respondit, si uiuo Seio Appia
- 13 decessisset, non esse liberatum a fideicommissis Ualeriano relicto. Scaenola respondit: cum heres scriptus rogatus esset, cum uolet, alii restituere hereditatem, interim non est compellendus ad fideicommissum<sup>2</sup>. CLAUDIUS: post mortem enim utique creditor datum.
- 14 Heredis scripti fidei commiserat, ut Seiae uxori uniuersam restitueret hereditatem et uxoris fidei commisit in haec uerba: 'a te, Seia, peto, ut quidquid ad te ex hereditate mea peruenierit, exceptis his, si qua tibi supra legauit, reliquum omne reddas restituas Maeciae infanti dulcissimae. a qua Seia satis exigi ueto, cum sciam eam potius rem aucturam quam detrimento futuram'. quaesitum est, an statim Maecia fideicommissum a Seia petere possit. respondit nihil proponi, cur non possit.
- 42 IDEM libro trigesimo tertio digestorum. Titius heredes instituit Seiam uxore B. 44, 3, 41 rem ex parte duodecima, Maeniam ex reliquis partibus et de monumento quod sibi exstrui uolebat, ita cauit: 'corpus meum uxori meae uolo tradi sepeliendum in fundo illo et monumentum exstrui usque ad quadringentos aureos'. quaero, cum in duodecima parte non amplius quam centum quinquaginta aurei ex bonis mariti ad uxorem perueniant, an hac scriptura ab ea sola monumentum sibi testator exstrui uoluerit. respondi ab utraque herede monumentum pro hereditariis portionibus instruendum<sup>3</sup>.
- 43 CELSUS libro quinto decimo digestorum. Si filiae pater dotem arbitrato tu- B. 44, 3, 43 torum dari iussisset, Tubero perinde hoc habendum ait ac si uiri boni arbitrato legatum sit. Labeo quaerit, quemadmodum apparet, quantam dotem cuiusque filiae boni uiri arbitrato constitui oportet<sup>4</sup>: ait id non esse difficile ex dignitate, ex facultatibus, ex numero liberorum testamentum facientis aestimare.
- 44 POMPONIUS libro secundo ad Sabinum. Si fundus legatus sit cum his quae B. 44, 3, 43  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> filii (ortum ex gl. filiis) del.    <sup>2</sup> soluendum *ins.*    <sup>3</sup> extruendum (*edd.*)?    <sup>4</sup> et *ins.* (u. i.)

1 sei'us'am F<sup>4</sup>, seiam DEICK: eic Cēion B (Tip.) 3 siui F<sup>2</sup> 8 filii heredibus] FDI, filii heredibus Q, filii ab heredibus E, filii ab her. C, ab her. K 9 sin't' F<sup>2</sup> | a'pu'd F<sup>2</sup> | ea] F<sup>2</sup>EICK, om. F<sup>2</sup>WD 11 fideicommiss'o'i F<sup>4</sup> 14 ratam] retam F<sup>2</sup> 16 qu'a'ereretur F<sup>2</sup> 22 haec idem] F, haec eidem DCK, eidem

(om. haec) E, hec ei I 27 com'm'isit F<sup>4</sup> | m'e'a F<sup>4</sup> 34 uolenuat F<sup>4</sup> | cabit F<sup>2</sup> 35 quadringentos F 37 monument'o'um F 40 h'a'bendum F<sup>2</sup> 41 cuiusqua F<sup>4</sup> | uiri boni F<sup>2</sup> 42 arbitrato'r' F<sup>4</sup> | oportet] FE<sup>4</sup>, oportet et WDE<sup>4</sup>QICK

ibi erunt, quae ad tempus ibi sunt non uidentur legata: et ideo pecuniae, quae faenerandi causa ibi fuerunt, non sunt legatae.

- 45 **ULPIANUS** libro uicesimo secundo ad Sabinum. Hoc legatum 'uxoris causa' [B. 44, 3, 44] *S* 'parata' generale est et continet tam uestem quam argentum aurum ornamenta ceteraque, quae uxoris gratia parantur. sed quae uideantur uxoris causa parari? Sabinus libris ad *S* Uitellium ita scripsit: quod in usu frequentissime uersatur, ut in legatis uxoris adiciatur 'quod eius causa parata sint'<sup>1</sup>, hanc interpretationem optinuit, quod magis uxoris causa quam communis promiscuique usus causa paratum foret. neque interesse uisum est, ante ductam uxorem id pater familias paruisset an postea an etiam ex his rebus quibus ipse *S* uti solet uxori aliquid adsignauisset, dum id mulieris uisibus proprie adtributum esset. *f. 37*
- 46 **PAULUS** libro secundo ad Uitellium. Ea tamen adiectio legatum alias exi- [B. 44, 3, 45] *\*K* gnus, alias plenius efficit. augetur, cum sic scriptum est: 'quaeque eius causa parata sunt': id enim significat et si quid praeter ea quae dicta sunt eius causa paratum est: minuitur detracta coniunctione, quia ex omnibus supra comprehensis ea sola definiuntur, quae eius causa parata sunt. *15*
- 47 **ULPIANUS** libro uicesimo secundo ad Sabinum. Si quid earum rerum ante [B. 44, 3, 46] *S* comparauit quam uxorem duxit, si id ei ut uteretur tradidit, perinde est, quasi postea paruisset. ex eo autem legato ea pertinent ad uxorem, quae eius causa empta comparata quaeque retenta sunt: in quibus etiam quae prioris uxoris quaeque filiae neptis<sup>2</sup> uel nurus *1* fuerunt continentur. Inter emptum et paratum quid interest, quaeritur: et responsum est *20* in empto paratum inesse, in parato non continuo emptum contineri<sup>3</sup>: ueluti ei quis quae prioris uxoris causa emisisset, posteriori uxori tradidisset, eas res eum posterioris uxoris causa paruuisse, non emisse constat. ideoque quamuis maritus posterioris uxoris causa nihil emerit, tamen tradendo quae prior habuerit, eius causa parata sunt<sup>4</sup>. et si ei adsignata non sunt, legato cedunt: at quae prioris uxoris causa parata sunt, ita posteriori debentur, *25* si ei adsignata sint, quia non est ita<sup>5</sup> de posteriore uxore cogitatum, cum compararentur.
- 48 **PAULUS** libro quarto ad Sabinum. Nam ne id quidem quod traditum est, si postea *S* ademptum sit, legato cedet.
- 49 **ULPIANUS** libro uicesimo secundo ad Sabinum. Item legato continentur man- [B. 44, 3, 47] *S* cipia, puta lecticarii, qui solam matrem familias portabant. item iumenta uel lectica uel *30* sella uel burdones<sup>6</sup>. item mancipia alia, puellae fortassis, quas sibi comatas<sup>7</sup> mulieres *1* exornant<sup>8</sup>. Sed et si forte uirilia ei quaedam donauerit, quodammodo eius causa parata *2* uidebuntur. Proinde et si quaedam promiscui usus sint, solitus tamen fuerit ab ea quasi *3* usum mutuari, dicendum erit ipsius causa uideri parata. Item interest, ipsius causa parata sint ei legata an ipsius causa empta: paratis enim omnia continentur, quae ipsius *35* uisibus fuerunt destinata, empta<sup>9</sup> uero ea sola, quae propter eam empta fecit maritus. unde non continebuntur emptis solis legatis, quae alia ratione pater familias adquisita ei destinauit: utroque autem legato continebuntur et quae maritus emi mandauerat uel quae *4* emerat, necdum autem ei adsignauerat, adsignaturus si uisisset. Parui autem [Ep. 28, 31] *sch.* refert, uxori an concubinae quis leget, quae eius causa empta parata sunt: sane enim nisi *40* *5* dignitate nihil interest. Si uxori aurum, quod eius causa paratum est, legatum sit [Ep.] *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> paratum sit? <sup>2</sup> neptisue? <sup>3</sup> in empto non continuo paratum inesse, in parato emptum contineri (*Krueger*)? <sup>4</sup> *supple sic*: eius causa [paruuisse uidetur: quaeque eius causa] parata sunt <sup>5</sup> item? <sup>6</sup> *requiritur*: item iumenta uel burdones: item lectica uel sella <sup>7</sup> comites (*Bynkershoek*)? <sup>8</sup> *excidit caput de uestimentis muliebribus* <sup>9</sup> emptis (*Hal*)?

11 exiguis] *F*, exiguum *WDEQICK* 12 effi-  
cia's] *F*<sup>2</sup> 14 detractata *F* 17 comparabit *F*<sup>2</sup>  
20 inter] item *F*<sup>2</sup> 21 'in'esse *F*<sup>2</sup> 24 qu'a'e  
prior *F*<sup>2</sup> | causa] *FD*, causa paruuisse uide-  
tur (uidentur *E*) quae prioris (prioris *om. W*)  
uxoris causa (causa *om. I*, uxoris causa *una*  
*cum seq.* parata sunt ... 25 at quae *om. EK*)  
*WEICK* | adsignata *F*<sup>2</sup> 30 partabant *F*<sup>2</sup>

31 quas sibi comatas mulieris exornant] *causa*  
*ab emendatione Cuiacii* quibus sibi comas mu-  
lieres exornant: *nam capilli ornantur floribus,*  
*non ornatricibus: item ornantur comae, exornan-*  
*tur mulieres* 33 fuerint *F*<sup>2</sup> *WE* 34 causa  
parata] causa parati *F*<sup>2</sup> 39 adsignaberat *F*<sup>2</sup> |  
uississet *F* 41 est *bis F*<sup>2</sup>



- 6 et postea sit conflatum, materia tamen maneat, ea ei debetur. Sed ut legatum ualeat, mortis tempore uxorem esse debere Proculus scribit et uerum est: separatio enim dis-
- 7 soluit legatum. Hoc legatum et filio et filiae relinqui potest: 'quae eius gratia parata sunt', et seruo seruaeque: et continebuntur quae ipsi sunt adtributa uel destinata.
- 50 IDEM libro uicesimo tertio ad Sabinum. Cum filio familias ita legatur: 'cum B. 44, 3, 48 S 'is in tutelam suam peruenerit', pubertatis tempus significatur. et sane si impuberi filio familias legatum sit, plerumque sentiendum est, quod Sabinus ait, ut non et pater familias fiat, sed ut pubes. ceterum si mater, quae suspectam habuit mariti a quo diuorterat uitam, filio suo quamuis impuberi leget, non uidetur sensisse de eo tempore, quo pubes est, sed<sup>1</sup> eo, quo et pubes et pater familias est (nam et<sup>2</sup> si pubes fuit, multo magis dicemus de patre familias eam sensisse), ac si dixisset 'in suam tutelam et in suam po-
- 1 'testatem'. Quod si quis patri familias impuberi leget, cum || suae tutelae sit, de puber- f. 1 tate sensit, interdum et de uiginti quinque annis, si mens testantis appareat. nam si iam puberi, minori tamen uiginti quinque annis legauit, procul dubio anni uiginti quinque erunt
- 2 praestituti. Item si furioso uel prodigo uel ei, cui praetor ex causa curatorem dedit, ita 15
- 3 sit legatum, puto et de eo sensum casu, quo curae et tutelae<sup>3</sup> liberetur. Ex his et huiusmodi apparet uoluntatis quaestionem Sabinum interpretatum: et utique non dubitaret, si puberi et multo magis maiori uiginti quinque annis ita sit legatum, de sua potestate testa-
- 4 torem sensisse. Sic autem haec scriptura uaria est et uoluntatis habet quaestionem, ut illa quoque, si quis ita scripserit 'cum sui iuris fuerit factus' nam<sup>4</sup> aliter alias accipiatur: 20
- 5 et plerumque potestatis liberationem continet, plerumque pubertatem uel uicesimum quin-
- 6 tum annum. Ego quidem et si quis iam puberi, minori tamen uiginti quinque annis sic legauerit 'cum ad pubertatem peruenerit', puto de<sup>5</sup> aetate eum sensisse, quae caret in integrum restitutione. Idem et si quis 'cum suae aetatis fuerit factus', utrum de pubertate an de uiginti quinque annis sensum sit, disputari de uoluntate potest, non minus quam 25
- si ita adscripserit 'cum iustae aetatis sit factus' uel 'cum maturae aetatis' uel 'cum adoleuerit'.
- 51 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Si filiae familias ita legatum sit 'cum in B. 44, 3, 49 S 'tutelam suam peruenerit', tunc debebitur, cum uiripotens facta fuerit. 20
- 52 ULPIANUS libro uicesimo quarto ad Sabinum. Librorum appellatione conti- B. 44, 3, 50 S nentur omnia uolumina, siue in charta siue in membrana sint siue in quauis alia materia: sed et si in philyra aut in tilia (ut nonnulli conficiunt) aut in quo alio corio, idem erit dicendum. quod si in codicibus sint membraneis uel chartaceis uel etiam eboreis uel alterius materiae uel in ceratis codicillis, an debeantur, uideamus. et Gaius Cassius scribit deberi et membranas libris legatis: consequenter igitur cetera quoque debebuntur, si non 35
- 1 aduersetur uoluntas testatoris. Si cui centum libri sint legati, centum uolumina ei dabitur, non centum, quae quis ingenio suo metitus est, qui<sup>6</sup> ad libri scripturam sufficerent: ut puta cum haberet Homerum totum in uno uolumine, non quadraginta octo libros com-
- 2 putamus, sed unum Homeri uolumen pro libro accipiendum est. Si Homeri corpus sit le-
- 3 gatum et non sit plenum, quantaecumquae rhapsodiae inueniantur, debentur. Libris autem 40
- legatis bibliothecas non contineri Sabinus scribit: idem et Cassius: ait enim membranas
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> de *ins.* (*edd.*)<sup>2</sup> et *del.*<sup>3</sup> et tutelae *del.* (*Krueger*)<sup>4</sup> nam *del.*<sup>5</sup> ea *ins.* (*Hal.*)<sup>6</sup> qui] quasi?

7 pater familias 'et fiat F<sup>3</sup> 9 quo pubes] FEK, quo impubes WDI, def. C 10 'fuit F<sup>3</sup> 11 si om. F<sup>1</sup> 13 iam impuberi WC 14 diuio F<sup>3</sup> 15 prodico F<sup>1</sup> 16 c'a'urae F<sup>2</sup> 22 minorem F<sup>1</sup> 23 perbenerit F<sup>1</sup> 24 factus] uel legitimae aetatis add. F<sup>2</sup> DEICK contra B 25 'de' uoluntate F<sup>3</sup> 32 philyra F<sup>2</sup>, filyra F<sup>2</sup> | conficiant F<sup>3</sup> 33 uel etiam eboreis (euoreis F<sup>3</sup>) | FDC, uel in eboreis (arboresis K<sup>3</sup>) K, uel etiam

membris WQ, uel etiam eboreis membris E<sup>3</sup>, om. I, def. E<sup>3</sup> 36 aduersatur F<sup>3</sup> 37 qui ad] FDICK, quia W, quia ad E, om. Q 40 rhapsodiae] WQ<sup>3</sup> (*m. rec.*) et Ant. Augustinus, pars hodie F<sup>1</sup>, rarsodiae F<sup>2</sup>, artes hodie (hodie om. E) D<sup>2</sup> QEK<sup>3</sup>, partes hodie D<sup>1</sup> K<sup>3</sup> et Lips. 874 (*margin.*: Py[llius] quantecunq[ue] in ipso partes. H[ugolinus]), carte hodie I, quarte hodie C | debe re'ntur F<sup>3</sup>

- quae scriptae sint contineri, <sup>1</sup> deinde adiecit neque armaria neque scrinia neque cetera, in quibus libri conduntur, deberi. Quod tamen Cassius de membranibus puris scripsit, uerum est: nam nec chartae purae debentur libris legatis nec chartis legatis libri debebuntur, nisi forte et hic nos urserit uoluntas: ut puta si quis forte chartas sic reliquerit 'chartas meas uniuersas', qui nihil aliud quam libros habebat, studiosus studioso: nemo enim dubitabit libros deberi: nam et in usu plerique libros chartas appellant. quid ergo, si quis chartas legauerit puras? membranibus non continebuntur neque ceterae ad scribendum materiae, sed nec coepti scribi libri. Unde non male quaeritur, si libri legati sint, an contineantur nondum perscripti. et non puto contineri, non magis quam uestis appellatione nondum detexta continetur. sed perscripti libri nondum malleati uel ornati continebuntur: proinde et nondum conglutinati uel emendati continebuntur: sed et membranibus nondum consutae continebuntur. Chartis legatis neque || papyrum ad chartas paratum neque chartae nondum perfectae continebuntur. Sed si bibliothecam legauerit, utrum armarium solum uel armaria continebuntur an uero libri quoque contineantur, quaeritur. et eleganter Nerua ait interesse id, quod testator senserit: nam et locum significari bibliothecam eo<sup>2</sup>: alias armarium, sicuti dicimus 'eboream bibliothecam emit': alias libros, sicuti dicimus 'bibliothecam<sup>3</sup> emisse'. Quod igitur<sup>4</sup> scribit Sabinus libros bibliothecam non sequi, non per omnia uerum est: nam interdum armaria quoque debentur, quae plerique bibliothecas appellant<sup>4</sup>. plane si mihi proponas adhaerentia esse membro armaria uel adfixa, sine dubio non debentur, cum aedificii portio sint. Quod in bibliotheca tractauimus, idem Pomponius libro sexto ex Sabino in dactylithoea legata tractat: et ait anulos quoque contineri, non solum thecam, quae anulorum causa parata sit: hoc autem ex eo coniectat, quod ita proponitur quis legasse: 'dactylithoeam meam et si quos praeterea anulos habeo' et ita Labeonem quoque existimasse ait. Sunt tamen quaedam, quae omnimodo legatum sequuntur: ut lectum legatum contineat et<sup>5</sup> fulcra et armaria et loculis claustra et claues cedunt.
- 3** PAULUS libro quarto ad Sabinum. Argento legato constat arculas ad legatarium non pertinere. Item anulis legatis dactylithoeae non cedunt.
- 4** POMPONIUS libro septimo ad Sabinum. Si pure tibi legauero, deinde postea scripsero ita: 'hoc amplius si nauis ex Asia uenerit, heres meus ei fundum dato', uerius est eo uerbo 'amplius' superiora repeti, sicuti<sup>6</sup> dicimus 'Lucius Titius plebi quina milia dedit, hoc amplius Seius uiscerationem', quina quoque milia Seium dedisse intellegimus et Titius accepit quinque, Seius hoc amplius fundum', Seium quinque quoque accepisse intellegimus.
- 5** ULPIANUS libro uicesimo quinto ad Sabinum. Ligni appellatio<sup>7</sup> nomen generale est, sed sic separatur, ut sit aliquid<sup>8</sup> materia, aliquid<sup>8</sup> lignum. materia est, quae ad aedificandum fulciendum necessaria est, lignum, quidquid conburendi causa paratum est. sed utrum ita demum, si concisum sit an et si non sit? et Quintus Mucius libro se-
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> excidit fortasse non scriptas non contineri (cf. u. 2)    <sup>2</sup> supple sic fere: nam et locum significari [bibliothecae appellatione, sicuti dicimus in] bibliothecam eo<sup>2</sup>    <sup>3</sup> Graecam ins.  
<sup>4</sup> igitur et quae plerique bibliothecas appellant insiticia sunt (nam u. 17 bibliotheca ea ipsa significatione usurpatur: cf. item § 3. 7. 8 et l. 53 § 1 h. t.)    <sup>5</sup> contineat et] continet?    <sup>6</sup> ubi ins.  
<sup>7</sup> appellatio del.    <sup>8</sup> aliud (Hal.)?

1 scriptae bis F<sup>1</sup> | sint] sunt F<sup>2</sup> | neque scri-  
 nis ... 2 conduntur de'beri F<sup>2</sup> 3 est bis F<sup>1</sup> |  
 n'e'am F<sup>4</sup> 4 chartam F<sup>1</sup> 8 cepti scribi libri K,  
 coeptis scribi libri F, ceptis libris scribi D<sup>o</sup>,  
 cepti libri scribi D<sup>4</sup>IC 15 significari biblio-  
 thecam eo] FK, significari bibliothecam et D<sup>o</sup>,  
 significari (per ins. D<sup>4</sup>) bibliothecam (bibl.  
 sign. C) sicuti dicimus in bibliotheca (-cam WE)  
 est et (etiam C) WD<sup>4</sup>EIC 19 adh'a'erentia  
 F<sup>2</sup> | esse'nt' F<sup>4</sup> | membro] FK, membrorum E,  
 membrorum Q, membranarum WDIC | ad-

uixa F<sup>1</sup> 20 bibliotheca 'the' tract. F<sup>4</sup> 21 dal-  
 tylioth'a'eca F<sup>2</sup> 22 thaecam F<sup>1</sup> 23 dactu-  
 lithoaeameam F<sup>2</sup>, dactylithoaeameam F<sup>2</sup> |  
 a'n'ulos F<sup>2</sup> 25 et loculis FQCK, et uiculis  
 W, et incolis D<sup>o</sup>, et uinclis s. uinculis D<sup>4</sup>E,  
 om. I 27 pertinere] partere F<sup>1</sup> | dactylitho-  
 th'a'ecae F<sup>2</sup> 29 uener'al'it F<sup>4</sup> | meis F<sup>1</sup>  
 30 plebi] leui F<sup>1</sup> | milia] F<sup>1</sup>C, om. F<sup>2</sup> WDEIK  
 31 milia om. F<sup>2</sup> WDEICK 32 accepisse]  
 F<sup>2</sup> WDEICK, cepisse F<sup>1</sup> 35 materio aliq. F<sup>2</sup>  
 36 'a'edificandum F<sup>4</sup> 37 quin'q'tus F<sup>4</sup>

- cundo refert, si cui ligna legata essent, quae in fundo erant, arbores quidem materiae causa succisae non deberi: nec adiecit, si non<sup>1</sup> comburendi gratia succisae sunt, ad eum pertinere, sed sic intellegi consequens est. Ofilius quoque libro quinto iuris partiti ita scripsit, cui ligna legata sunt, ad eum omnia ligna pertinere, quae alio nomine non appellantur<sup>2</sup>, ueluti uirgulae carbones nuclei oliuarum, quibus ad nullam aliam rem nisi ad D. 50, 16, 167<sup>3</sup> 5  
2 comburendum possit uti: sed et balani uel si qui alii nuclei. Idem libro secundo (D) negat arbores nondum concisas, nisi quae minutatim conciduntur<sup>3</sup>, uideri ei legatas, cui ligna legata sunt. ego autem arbitror hoc quoque ligni appellatione contineri, quod nondum minutatim fuit concisum, si iam concidendo fuit destinatum. proinde si siluam huic rei habebat destinatam, silua quidem non cedit, deiectae autem arbores lignorum appella- 3  
3 tione continebuntur, nisi aliud testator sensit. Lignis autem legatis quod comburendi causa paratum est continetur, siue ad balnei calefactionem siue diaetarum hypocaustarum siue 4  
4 ad calcem uel ad aliam rem coquendam solebat uti. Ofilius || libro quinto iuris partiti scripsit nec sarmenta ligni appellatione contineri: sed si uoluntas non refragatur, et uirgulae et gremia<sup>4</sup> et sarmenta et superamenta materiarum et uitium stirpes atque radices 5  
5 continebuntur. Lignorum appellatione in quibusdam regionibus, ut in Aegypto, ubi harundine pro ligno utuntur, et harundines et papyrus comburitur<sup>5</sup> et herbulae quaedam uel spiniae uel uepres continebuntur. quid mirum? cum ἔλκον hoc et naues ἑλκιδας appellant, 6  
6 quae haec ἀπὸ τῶν ἑλῶν deducunt. In quibusdam prouinciis et editu bubum ad hanc rem 7  
7 utuntur. Si lignum sit paratum ad carbones coquendas atque conficiendas, ait Ofilius libro quinto iuris partiti carbonum appellatione huiusmodi materiam non contineri: D. 50, 16, 167 8  
8 sed an lignorum? et fortassis quis dicet nec lignorum: non enim lignorum gratia haec testator habuit. sed et titiones et alia ligna cocta ne fumum faciant utrum ligno an car- 9  
9 boni an suo generi adnumerabimus? et magis est, ut proprium genus habeatur. Sulpurata quoque de ligno aequae eandem habebunt definitionem. Ad faces quoque parata non erunt 10  
10 lignorum appellatione comprehensa, nisi haec fuit uoluntas. De pinu autem integri strobili ligni appellatione continebuntur.
- 56 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Pali et perticae in numero<sup>6</sup> D. 50, 16, 168. B. 44, 3, 54 11  
11 materiae redigendi sunt, et ideo lignorum appellatione non continentur.
- 57 POMPONIUS libro trigesimo ad Sabinum. Seruius respondit, cui omnis materia B. 44, 3, 55 12  
12 legata sit, ei nec arcam nec armarium legatum esse.
- 58 ULPIANUS libro quarto disputationum. Cum uxori suae quis ea, quae eius B. 44, 3, 56 13  
13 causa parata sunt, legasset, dehinc uiuus purpuras comparasset in prouincia necdum tamen aduexisset, rescriptum est ad mulierem purpuras pertinere.
- 59 IULIANUS libro trigesimo quarto digestorum. Qui chirographum legat, non B. 44, 3, 57 14  
14 tantum de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur: appellatione enim chirographi uti nos pro ipsis actionibus palam est, cum uenditis chirographis intellegimus nomen uenisse. quin etiam si nomen quis legauerit, id quod in actio- 15  
15 nibus est legatum intellegitur.
- 60 ALFENUS libro secundo digestorum a PAULO epitomatorum. Cum quaere- B. 44, 3, 58 16  
16 retur, agni legati<sup>7</sup> quatenus uiderentur, quidam aiebant agnum dumtaxat sex mensum F(WDEQICK)

<sup>1</sup> conficiendi, sed *ins.* <sup>2</sup> quaeque appellantur *ins.* <sup>3</sup> nisi q. m. conciduntur *del.* <sup>4</sup> cremia (*Hal.: cf. D. 24, 3, 7, 12*)? <sup>5</sup> comburitur *del.* <sup>6</sup> numerum *l. gem.* <sup>7</sup> agnis legatis, agni?

3 partiti<sup>1</sup> ita *F*<sup>2</sup> 4 omnia legna *F*<sup>3</sup> 5 oli-  
barum *F* (*em. f*) 6 ab idem *l. inc. F*  
7 negat] legat *F*<sup>4</sup> 8 ligno<sup>5</sup> appellatione *F*  
15 sarmenta ligni appellatione contineri sed  
si uoluntas non refragatur<sup>6</sup> et *F*<sup>7</sup> | supera-  
menta] *FECK*, fragmenta *W*, fragmenta *I*,  
suppremata *D* | atque in quibus radices *F*<sup>8</sup>  
16 h'arundine *F* 17 h'arundines *F* | co'n'm-  
buritur *F*<sup>9</sup> 18 s'p'inae *F*<sup>10</sup> | ἑλκιδας *Taur.*  
*errore* 19 bubum] *F*<sup>11</sup>, bouum *F*<sup>12</sup> 20 quo-

quendas *F*<sup>13</sup> 23 an caruoni *F*<sup>14</sup> 24 generi<sup>15</sup> *F*<sup>16</sup> |  
adnumerauimus *F*<sup>17</sup> | sulpurata quoque de  
ligno] haec a Graecis reddi uerbis καὶ τὰ τε-  
φηρά ἑλκιδας (*nam sic Tipuciti codex*) monuit  
*Hauptius*: τέρφην enim et τέρφην a Byzantiis  
appellari quae Graecis dicuntur θελάφια 26 uo-  
luntas] sequuntur in *l. gem.* quaedam huc trans-  
lata ex § 1 28 p'a'erticae *F*<sup>18</sup> 33 deino *F*<sup>19</sup> |  
uiuos *F*<sup>20</sup> 40 quaerentur *F* 41 mensum  
'esse' *F*<sup>21</sup>

- 1 esse: sed uerius est eos legatos esse, qui minores anniculis essent. Seruis et ancillis urbanis legatis agasonem mulionem legato non contineri respondi: eos enim solos in eo numero haberi, quos pater familias circum se ipse sui<sup>1</sup> cultus causa haberet. Lana lino purpura uxori legatis, quae eius causa parata essent, cum multam lanam et omnis generis reliquisset, quaerebatur, an omnis deberetur. respondit, si nihil ex ea destinasset ad usum uxoris, sed omnis commixta esset, non dissimilem esse deliberationem, cum penus legata esset et multas res quae penus essent reliquisset, ex quibus pater familias uendere solitus esset. nam si uina diffudisset habiturus usioni ipse et heres eius, tamen omne in penu existimari. sed cum probaretur eum qui testamentum fecisset partem penus uendere solitum esse, constitutum esse, ut ex eo, quod ad annum opus esset, heredes legatario darent. sic mihi placet et in lana fieri, ut ex ea quod ad usum annuum mulieri satis esset, ea sumeret: non enim deducto eo, quod ad uiri usum opus esset, reliquum uxori legatum esse, sed quod uxoris causa paratum esset. Praediis legatis et quae eorum praediorum f. 89<sup>7</sup> colendorum causa empta parataque essent, neque topiarium neque saltuarium legatum uideri ait: topiarium enim ornandi, saltuarium autem tuendi et custodiendi fundi magis quam colendi paratum esse: asinum machinarium legatum uideri: item oues, quae stercoorandi fundi causa pararentur: item opilionem, si eius generis oues curaret.
- 61 IDEM libro octauo digestorum a PAULO epitomatorum. Textoribus omnibus, B. 44, 3, 59 S qui sui essent cum moreretur, legatis quaesitum est, an et is, quem postea ex his ostiarium fecisset, legato contineretur. respondit contineri: non enim ad aliud artificium, sed ad alium usum transductum esse.
- 62 IULIANUS libro singulari de ambiguitatibus. Qui duos mulos habebat ita legauit: 'mulos duos, qui mei erunt cum moriar, heres dato': idem nullos mulos, sed duas mulas reliquerat. respondit Seruius deberi legatum, quia mulorum appellatione etiam mulae continentur, quemadmodum appellatione seruorum etiam seruae plerumque continentur. id autem eo ueniet, quod semper sexus masculinus etiam femininum sexum continet.
- 63 IDEM libro primo ad Urseum Ferozem. In repetendis legatis haec uerba legatis adici solent 'item dare damnas esto' et ad condiciones et ad dies legatorum easdem repetendas referri Sabinus respondit. B. 44, 3, 61 S
- 64 AFRICANUS libro sexto quaestionum. Qui filium et nepotem heredem instituerat, certa praedia quaeque in his mortis tempore sua essent nepoti per fideicommissum dederat excepto kalendario: mortis tempore in ea arca, in qua instrumenta et cautiones debitorum erant, pecunia numerata inuenta est. plerisque uidebatur uix uerosimile esse, ut testator de pecunia numerata sensisset. ego autem illud dignum animaduersione existimabam, cum quis kalendarium praestari alicui uoluerit, utrumne nomina dumtaxat debitorum praestari uoluisset intellegendus est an uero etiam pecuniam, si qua ab his exacta, eidem tamen kalendario destinata fuerit. et magis puto, quemadmodum, si exactae pecuniae et rursus collocatae essent, permutatio nominum non peremeret uel minueret fideicommissum, ita ipsae quoque pecuniae, si adhuc kalendario, id est nominibus faciendis destinatae essent, eidem fideicommissio cedere debeant. quin etiam illud quoque putem defendi posse, ut non modo a debitoribus exactae pecuniae, sed quacumque de causa reductae, eidem tamen rationi fuerint destinatae fideicommissio cedant.
- 65 MARCIANUS libro septimo institutionum. Legatis seruis exceptis negotiatoribus Labeo scripsit eos legato exceptos uideri, qui praepositi essent negotii exercendi causa, ueluti qui ad emendum locandum conducendum praepositi essent: cubicularios autem F(WDEQICK) B. 44, 3, 63 S

<sup>1</sup> ipsius sui? <sup>2</sup> et nepotem del. <sup>3</sup> excepto] firmant Graeci (ὑπεξηρημένων τῶν δανείων Τίπ.): cum certo (= c'certo)? <sup>4</sup> fuerint del.

1 anniculis] WEIK cum B: οἱ μίπω τὸν ἐνιαυτὸν πληρώσαντες, anniculi F, agriculi DC 10 here's des F<sup>2</sup> 13 esse] C, esset FDEIK | quae] que F 14 uideri nt' ait F<sup>2</sup> 15 saltuarium F<sup>2</sup> 17 opilionem F<sup>2</sup> 19 is] his F

20 aliud] alium F 22 qu'i F<sup>4</sup> 23 heres] seio heres F<sup>2</sup> | duos F<sup>2</sup> 25 seruorum] seruarium F<sup>2</sup> 27 repetendis F<sup>2</sup> 44 scriptis F<sup>2</sup> | eos legato 'eos' exceptos F<sup>4</sup>

uel obsonatores uel eos, qui piscatoribus praepositi sunt, non uideri negotiationis appellatione contineri: et puto ueram esse Labeonis sententiam. Si ex officio quis ad artificium transierit, quidam recte putant legatum exstingui, quia officium artificio mutatur: non idem e contrario cum lecticarius cocus postea factus est<sup>1</sup>. Si unus seruus plura artificia sciat et alii coci legati fuerunt, alii textores, alii lecticarii<sup>1</sup>, ei cedere seruum dicendum est, cui<sup>5</sup>  
 3 legati sunt in quo<sup>3</sup> artificio plerumque uersabatur. Ornatricibus legatis Celsus scribit<sup>2</sup> 40  
 eas, quae duos tantum menses apud magistrum fuerunt, legato non cedere, alii et has cedere, ne necesse sit nullam cedere, cum omnes adhuc discere possint et omne artificium  
 4 incrementum recipit: quod magis optinere debet, quia humanae naturae congruum est. Pecoribus legatis Cassius scripsit quadrupedes contineri, quae gregatim pascuntur. et [L. 4, 3, 1] 10  
 sues autem pecorum appellatione continentur, quia et hi gregatim pascuntur: sic denique et Homerus in Odyssea<sup>3</sup> ait,

ΔΝΕΙΣ ΤὸΝ ΓΕ ΣΥΕΣΣΙ ΠΑΡΗΜΕΝΟΝ· Αἱ Δὲ ΝΕΜΟΝΤΑΙ  
 ΠᾶΡ Κόρακος Πέτρῃ ἐπὶ τε κρήνῃ Ἀρεθοῦσιν.

(L)

5 6 Iumentis legatis boues non continentur nec contra. Equis autem legatis et equae conti- 15  
 7 nentur. Ouibus legatis agni non continentur: quamdiu autem agnorum loco sunt, ex usu cuiusque loci sumendum est: nam in quibusdam locis ouium numero esse uidentur, cum ad tonsuram uenerint.

66 PAULUS libro tertio sententiarum. Anibus legatis anseres phasiani et<sup>4</sup> gallinae et auaria debebuntur: phasianarii autem et pastores anserum non continentur, nisi id testator expressit<sup>5</sup>. 20

67 MARCIANUS libro septimo institutionum. Qui saltum aestiuum legauit et hoc [B. 44, 3, 65] 25  
 amplius etiam eas res legauerit, quae ibi esse solent, non uidetur de illis pecoribus sensisse, quae hieme in hibernis aut<sup>6</sup> aestate in aestiuis esse solent, sed de illis sensit, quae perpetuo ibi sunt.

68 ULPIANUS libro primo responsorum. Iuniano<sup>7</sup> respondit testatorem adiciendo [B. 44, 3, 66] 30  
 'praedium Seianum omne' eam quoque partem fundi supra scripti quasi ad se pertinentem uideri per fideicommissum reliquisse, quam ex causa pignoris nactus est, saluo scilicet  
 1 iure debitoris. Ex his uerbis: 'curate agros attendere, et ita fiet, ut filius meus filios  
 2 'uestros uobis condonet', fideicommissum peti non posse. Seruos communes a Seia ita relictos 'si mei erunt cum moriar' non deberi, si modo hoc sensit testatrix, ut ita deberentur,  
 3 si in solidum eius fuissent. Praediis cum his enthecis, quae in ea possessione sunt, relictis mancipia quoque praediorum, cum illic testamenti facti tempore fuerunt, cedent: sed et quae postea accesserunt, si modo hoc testator manifeste expressit.

69 MARCELLUS libro singulari responsorum. Non aliter a significatione uerborum [B. 44, 3, 67] 34  
 1 recedi oportet, quam cum manifestum est aliud sensisse testatorem. Titius codicillis suis ita cauit: 'Publio Maeuio omnes iuuenes, quos in ministerio habeo, dari uolo': quaero, a qua aetate iuuenes et in quam intellegi debeant. Marcellus respondit, quos uerbis quae proponerentur demonstrare uoluerit testator, ad notionem eius, qui de ea re cogniturus  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> cum lecticarius cocus postea factus est et alii lecticarii del. (u. i.) <sup>2</sup> quorum (Krueger)?  
<sup>3</sup> 13, 407 <sup>4</sup> et om. Paulus <sup>5</sup> an autem phasianarii et pastores anserum, uoluntatis est quaestio Paulus quem habemus <sup>6</sup> aut del. <sup>7</sup> Iuniano (Hal.)?

1 opsonatores F<sup>2</sup> 3 exstingui F<sup>4</sup> 4 cum lecticarius cocus postea factus est] haec non recte iunguntur praecedentibus, ubi nec priore loco exemplum ullum additur et hoc posteriore requiritur plane contrarium, scilicet ex artificio coci translatus ad officium (cf. D. 31, 65 pr.) lecticarii: immo et haec uerba et quae mox sequuntur alii lecticarii et ipsa tam inepta, cum lecticarii nullum sit artificium, quam superuacanea, cum duo genera officiorum sufficiant, inepticia sunt et male adiecta ad § 3 (cf. h. t. l. 99 § 4)

6 uersabatur] F<sup>2</sup>, bersanatur F<sup>2</sup>, bersabatur F<sup>4</sup>  
 7 alii... 8 nullam cedere om. F<sup>2</sup> 12 odussia F<sup>2</sup>  
 14 πετρῆ et κρήνῃ ἀρεθοῦσιν F, ubi praeterea iota mutum non scribitur 15 equae] aequae F<sup>2</sup> 16 obibus F<sup>2</sup> 17 loci] loci F<sup>2</sup>  
 18 tonsuram F<sup>2</sup> 29 uerbit F: ἐάν οὗτος εἶπω τοῖς ἀπελεγθεῖσιν· φροντίσατε τὸν ἀγρὸν μου B (Typuc.) 30 uouis F<sup>2</sup> 31 ut om. F<sup>2</sup>  
 35 berborum F<sup>2</sup> 36 oportet m<sup>t</sup> F<sup>2</sup> 37 iuuenes F<sup>2</sup> | habeo] habea F<sup>2</sup>

caset, pertinere: non enim in causa testamentorum ad definitionem utique descendendum est, cum plerumque abusive loquantur nec propriis nominibus ac uocabulis semper utantur. ceterum existimari posset iuuenis is, qui adolescentis excessit aetatem, [BS. 15, 1, 6 sch. 20] quoad incipiat inter seniores numerari.

- 70 ULPIANUS libro uicesimo secundo ad Sabinum. Si cui lana legetur, id lega- [B. 44, 3, 68] S\*  
 1 tum uidetur quod tinctum non est, sed ἀγροφύετ<sup>1</sup>: Siue autem facta est siue infecta<sup>2</sup>, lanae  
 2 appellatione continetur. Quaesitum est, utrum lanae appellatione ea sola contineatur quae  
 3 nota non est an et ea quae nota est, ut puta stamen et subtemen: et Sabinus et netam  
 4 contineri putat, cuius sententia utimur<sup>3</sup>. Lanae appellationem eatenus extendi placet, quoad  
 5 ad telam peruenisset. Et sciendum scudam quoque contineri et lotam, si modo tincta non  
 6 sit. Lanae appellatione tomentum non continebitur. Sed nec ea lana, ex qua quis quasi  
 7 uestimentum fecerit ualetudinis uel deliciarum gratia, continebitur. Ne ea quidem, quae  
 8 | fomentationis gratia parata sunt uel medicinae, lanarum appellatione continentur. Sed et f. 40<sup>4</sup>  
 9 pelles lanatae<sup>5</sup> contineantur? et hoc lanae cedere manifestum est. Lana legata etiam lepori-  
 10 nam lanam et anserinam et caprinam credo contineri et de ligno, quam ἐπιόζυλον appel-  
 11 lant. Linum autem lana legata utique non continebitur. Lino autem legato tam factum  
 12 quam infectum<sup>6</sup> continetur quodque netum quodque in tela est, quod est nondum detextum.  
 13 ergo aliud in lino quam in lana est. et quidem si tinctum lino sit, credo lino contine-  
 14 bitur. Uersicoloribus uidentum est. et constabat apud ueteres lanae appellatione uersicoloria  
 15 non contineri, sed ea<sup>7</sup> omnia uideri legata, quae tincta sunt, et neta, quae neque  
 16 detexta neque contexta sunt. proinde quaeritur, an purpura appellatione uersicolorum<sup>7</sup> con-  
 17 tineatur. Et ego arbitrator ea, quae tincta non sunt, uersicoloribus non adnumerari et ideo  
 18 neque album neque naturaliter nigrum contineri nec alterius coloris naturalis: purpuram  
 19 autem et coccum, quoniam nihil natiui coloris sunt<sup>8</sup>, contineri arbitrator, nisi aliud sensit  
 20 testator. Purpurae appellatione omnis generis purpuram contineri puto: sed coccum  
 21 non continebitur, fucinum et ianthinum continebitur. purpurae appellatione etiam subtemen  
 22 factum contineri nemo dubitat: lana tinguendae purpurae causa destinata non continebitur.  
 23  
 24 ULPIANUS libro uicesimo ad Sabinum. Cum suae ancillae siue serui in testa- [B. 44, 3, 69] S\*  
 25 mento scribuntur, hi designari uidentur, quos pater familias suorum numero habuit.  
 26  
 27 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Eadem in omnibus rebus, quas suas quis [B. 44, 3, 70] S\*  
 28 legauerit, dicenda sunt.  
 29  
 30 ULPIANUS libro uicesimo ad Sabinum. Suos autem seruos uel ancillas eos [B. 44, 3, 71] S\*  
 31 accipimus, qui sunt pleno iure testantis: inter quos fructuarii non continebuntur. Sed qui  
 32 bona fide testatori seruiunt, suorum appellatione magis est ut contineantur, si modo suo-  
 33 rum appellatione eos quos suorum numero habuit uoluit contineri. Eos uero, quos quis  
 34 pignori hypothecaeue dedit, sine dubio inter suos legasse uidebitur debitor: creditor ne-  
 35 quaquam. Proinde si quis seruos habuit proprios, sed quorum operas locabat uel pistorias

## F(WDEQJCK)

<sup>1</sup> uerba infra u. 19 posita et constabat apud ueteres lanae appellatione uersicoloria non contineri hic olim uidentur locum habuisse <sup>2</sup> siue autem pectita est siue inpectita (cf. Paulus sent. 3, 6, 82 et Columella 12, 3, 6, item D. 7, 8, 12, 6)? <sup>3</sup> uerba talia netam autem esse quae neque detexta neque contexta sit propter similia, quae redeunt u. 20, hic uidentur omissa. ad haec respicitur u. 18: ergo aliud in lino quam in lana est (scilicet lana legata non continetur lana neque contexta neque detexta, lino legato continetur lino contextum non detextum: cf. D. 34, 2, 22) <sup>4</sup> an ins. <sup>5</sup> tam pectitum quam inpectitum (cf. Plinius h. n. 19, 1, 17)? <sup>6</sup> uersicoloribus ... contineri sed ea] requiruntur talia: uersicoloribus legatis constat ea (cf. n. 1) <sup>7</sup> uersicolorium (edd.)? <sup>8</sup> coloris habent (Hal.)?

2 uo'ca'bulis F<sup>2</sup> 3 iubenis F<sup>1</sup> 6 sed ... facta est om. F<sup>1</sup> 9 quo'ad F<sup>2</sup> 10 scudam F<sup>1</sup> 12 deliciarum F<sup>2</sup> 15 de ligno] dilignorum F<sup>1</sup> 19 uersicoloribus] FEIC, ut si coloribus K<sup>2</sup>, dimensis coloribus D, de uersicol. K<sup>2</sup> | appellationi F<sup>2</sup> 20 contine'tu'ri F<sup>1</sup> | ti'n'cta F<sup>2</sup> | neta qu'a'e F<sup>2</sup> 26 facinum F<sup>1</sup> 28 ulpianus] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> 31 post sunt add. quamque le-

gis cunctarum prouinciarum presides uiuere constitutum est Q: pro quas ... sunt substituit tam legatis quam non legatis obseruantia nostrae legis cunctarum prouinciarum praesides uiuere constitutum est W 33 qui] que F<sup>1</sup> | fructuari'o'i F<sup>1</sup> 34 serbiunt F<sup>1</sup> 35 quos quis] quis quis F<sup>1</sup> 36 hypothecaeue F<sup>1</sup> 37 serbos F<sup>2</sup>

- uel histrionicas uel alias similes, an seruorum<sup>1</sup> appellatione etiam hos legasse uideatur?  
 4 quod et praesumi oportet, nisi contraria uoluntas testatoris appareat. Eum, qui uenaliciam uitam exercebat, puto suorum numero non facile contineri uelle eiusmodi mancipia, nisi euidentis uoluntas fuit etiam de his sentientis: nam quos quis ideo comparauit, ut illico  
 5 distraheret, mercis magis loco quam suorum habuisse credendus est. Uicarios autem seruorum suorum numero non contineri Pomponius libro quinto scribit.
- 74 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Si quis suos seruos legauit, communes quoque continentur et in quibus usus fructus alienus fuit.
- 75 ULPIANUS libro uicesimo ad Sabinum. Nummis indistincte legatis hoc receptum est, ut exiguiore legati uideantur, si neque ex consuetudine patris familiae neque ex regionis,  
 1 unde fuit, neque ex contextu testamenti possit apparere.
- 76 IDEM libro secundo ad edictum. Chartis legatis nemo dicit scriptas et libros [B. 44, 3, 72] iam factos legato cedere. hoc idem et in tabulis est.
- 77 LAUOLENUS libro primo ex Plautio. Cum in substitutione legata repetuntur, [B. 44, 3, 78] libertates etiam continentur.
- 78 PAULUS libro secundo ad Uitellium. Quaesitum est [Scaeuola D. 33, 7, 20, 6. B. 44, 3, 74] Stichum seruum ex eo fundo ante annum mortis testatoris abductum et disciplinae traditum, postea in eum fundum non reuersum an deberetur. responsum est, si studendi causa  
 1 mississet, non quo de fundo eum aliorum transferret, deberi<sup>2</sup>. 'Maui fili, quod [Scaeu.] iam tibi maximam partem facultatum dederim, contentus esse debes fundo Semproniano  
 'cum suis inhabitantibus, id est familia, et quae ibi erunt'. quaesitum est de nominibus debitorum et nummis. eadem epistulam talem emisit: 'argentum omne et suppellectilem, quodcumque habeo, tibi dono et quicquid in praedio Semproniano habeo'. an supellex, quae in aliis praediis uel domibus esset, ad Maenium pertineret? et an serui, quos ex eo fundo aliis legauit? responsum est nomina et nummos non uideri deberi, nisi manifeste  
 2 de his quoque legandis uoluntas defunctae adprobaretur. seruos ex isdem fundis<sup>3</sup> aliis datos deminuisse filii legatum. de argento et suppellectili quae alibi esset eum cuius notio est aestimaturum, ut id optineat, quod testatori placuisse a legatario adprobabitur. Praedicta quidam reliquit adiectis uerbis: 'uti a me possessa sunt et quaecumque [Scaeu. l. 93 § 2 h. t. 'que ibi erunt cum moriar': quaesitum est de mancipiis, quae in his praediis morata fuerunt uel operis rustici causa uel alterius officii, ceterisque rebus, quae ibi fuerunt in diem mortis, an ad legatarium pertinerent. respondit ea omnia, de quibus quaereretur, legata uideri.
- 3 'Peto, ut fundum meum Campanianum Genesiae alumnae meae adscribatis [Scaeu. l. 101 § 1 h. t. 'ducentorum aureorum ita uti est'. quaeritur, an fundo et reliqua colonorum et mancipia, si qua mortis tempore in eo fuerint, debeantur. respondit reliqua quidem colonorum non  
 4 legata: cetera uero uideri illis uerbis 'ita uti est' data. Illud fortasse quaesiturus [Scaeu.] sit aliquis, cur argenti appellatione etiam factum argentum comprehendatur, cum, si marmor legatum esset, nihil praeter rudem materiam demonstratum uideri posset. cuius haec ratio traditur, quippe ea, quae talis naturae sint, ut saepius in sua redigi possint initia, ea  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> suorum (*Rob. Stephanus*)? <sup>2</sup> Pamphilae libertae meae dari uolo fundum Titianum cum 'instrumento et his quae in eodem erunt, cum moriar'. quaesitum est, si Stichus seruus ... abductus et in disciplinam traditus postea ... non reuersus sit, an debeatur. respondit ... non quo a fundo ... transferat deberi *Scaeuola l. c.*: unde haec desumpta esse inde constat, quod *Pauli ad Uitellium libri quattuor ex parte magna compilati sunt ratione plane singulari ex Scaeuolae responsis non allegatis, sed relictis integris* (cf. § 2, 3, item 7, 1, 50, 28, 2, 19, 33, 4, 16, 33, 7, 18, 34, 2, 32) <sup>3</sup> seruos eiusdem fundi?

1 uideatur F<sup>1</sup> 5 lo'q'co F<sup>1</sup> | quam] quem F<sup>1</sup>  
 6 non om. WI 9 num'mis' F<sup>2</sup> 11 contex-  
 t'o'u F<sup>1</sup> | 'pos'sit F<sup>2</sup> 12 scriptas] F<sup>2</sup>, scrip-  
 turas F<sup>2</sup> 13 fact'am'os F<sup>1</sup> 14 plautio] sti-  
 pulatio F<sup>2</sup> | substitutione F 17 disciplina'e' F<sup>2</sup>  
 19 mis'sisset F<sup>2</sup> 20 cont'e'ss'ntus F | debes]  
 defes F<sup>1</sup> 25 n'o'mmos F<sup>1</sup> | manifest'a'e F<sup>1</sup>

29 adiectis] adiectis his F<sup>2</sup> | qu'a'ecumque F<sup>2</sup>  
 31 ceterisqu'a'e F<sup>2</sup> 33 ca'm'panianum F<sup>2</sup>  
 35 fuerint F<sup>2</sup> cum l. gem., fuerunt F<sup>1</sup> 36 uer-  
 bit F<sup>2</sup> | qua'e'siturus F<sup>1</sup> 38 p'rudem F<sup>1</sup> | ui-  
 deri ... 39 quippe ea om. F<sup>2</sup> | posset] WECK,  
 possit I, posse FD

- 5 msteriae potentia uicta numquam uires eius effugiant. Coccum quod proprio nomine appellatur quin ueraicoloribus cederet, nemo dubitauit. quin minus porro coracinum aut hysginum aut melinum suo nomine quam coccum purpurane designatur? Cum uir ita legasset: 'quae uxoris causa parata sunt, ei do lego', ego apud praetorem fideicommissarium petebam etiam res aestimatas, quarum pretium in dotem erat, nec optinui, quasi testator non sensit de his rebus. atquin si in usum eius datae sint, nihil interest, ab ipsa an ab alio comparatae sunt. postea apud Aburnium Ualentem inueni ita relatum: mulier res aestimatas in dotem dederat ac deinde maritus ei legauerat his uerbis: 'quae eius causa comparata emptaque essent'. dixit emptorum paratorumque appellatione non contineri ea, quae in dotem data essent, nisi si maritus eas res, posteaquam ipsius factae essent, in uxoris usum conuertisset. Rebus quae in fundo sunt legatis accedunt etiam ea, quae tunc non sunt, si esse solent: nec quae casu ibi fuerunt, legata existimantur.
- 79 **CELSUS** libro nono digestorum. Si chorus aut familia legetur, perinde est B. 44, 3, 75 *E* quasi singuli homines legati sint. His uerbis: 'quae ibi mobilia mea erunt, do lego' numeros ibi repositos, ut mutui darentur, non esse legatos Proculus ait: at eos<sup>1</sup> quos praesidii causa repositos habet, ut quidam bellis ciuilibus factitassent, eos legato contineri. et au]diase f. 41<sup>1</sup> rusticos senes ita dicentes pecuniam sine peculio fragilem esse, peculium appellantes, quod praesidii causa seponeretur. Area legata si inaedificata medio tempore fuerit ac<sup>2</sup> rursus area sit, quamquam tunc peti non poterat, nunc tamen debetur. Seruus quoque legatus si interim manumittatur et postea seruus factus sit, peti potest. 30
- 80 **IDEM** libro trigesimo quinto digestorum. Coniunctim heredes institui aut B. 44, 3, 76 *E* coniunctim legari hoc est: totam hereditatem et tota legata singulis data esse, partes autem concursu fieri.
- 81 **MODESTINUS** libro nono differentiarum. Seruis legatis etiam ancillas quidam B. 44, 3, 77 *E* deberi recte putant, quasi commune nomen utrumque sexum contineat: ancillis uero legatis masculos non deberi nemo dubitat. sed<sup>3</sup> pueris legatis etiam puellas debentur: id<sup>4</sup> non aeque in puellis pueros contineri dicendum est. Mulieribus uero legatis etiam uirgines debentur, sicuti uiris legatis etiam pueros deberi respondetur. Pecudibus autem legatis et boues et cetera iumenta continentur. Armento autem legato etiam boues<sup>5</sup> contineri conuenit, non etiam greges ouium et caprarum. Ouibus legatis neque agnos neque arietes contineri quidam recte existimant. Ouium uero grege legato et arietes et agnos deberi nemo dubitat.
- 82 **IDEM** libro nono regularum. Seruus, qui in fundo morari solitus erat, si fuerit, licet post mortem testatoris adprehendatur, fundo legato, ut instructus est, etiam ipse legato cedit. 35
- 83 **IDEM** libro decimo responsorum. Quod his uerbis relictum est: 'quidquid ex hereditate bonisue meis ad te peruenerit, cum morieris, restituas', fructus, quos heres uiuus percepit, item quae fructuum uice sunt non uenire placuisse: nec enim quicquam proponi, ex quo de his quoque restituendis testatricem rogasse probari potest. **IDEM.** Testator, qui libertis fideicommissum relinquebat, substitutione inter eos facta expressit, ut post mortem extremi ad posteros eorum pertineret: quaero, cum nemo alius sit nisi libertus eius qui extremo mortuus est, an is ad fideicommissum admitti debeat. respondit: posterorum appellatione liberos tantummodo, non etiam liberos eorum, quibus fideicommissum relictum est, fideicommissum contineri nequaquam incertum est.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> eos del. <sup>2</sup> nunc ins. <sup>3</sup> et ins. <sup>4</sup> id] sed? <sup>5</sup> etiam boues] et iumenta et boues uel et iumenta (om. boues) (cf. l. 65 § 5 h. t. D. 21, 1, 38, 6. 50, 16, 89 pr.)? <sup>6</sup> fideicommissum del. (u. i.)

<sup>2</sup> dubitauit *F*<sup>2</sup>, dubitabit'auit' *F*<sup>3</sup> | isginum *F*  
<sup>3</sup> coccum *F*<sup>2</sup> | purpurane *F*<sup>2</sup> <sup>5</sup> dotem  
 erant] *DCK*, dotem erant *FE*, dote erat *WQI*  
<sup>8</sup> quae *F*<sup>4</sup> <sup>10</sup> ea's' *F*<sup>5</sup> <sup>11</sup> conuertisse n't *F*<sup>2</sup>  
<sup>13</sup> celsus 'nono' libro nono *F*<sup>4</sup> <sup>14</sup> mouilia *F*  
<sup>15</sup> ut] mutui *F*<sup>3</sup> | derentur *F*<sup>2</sup> | legatus *F*<sup>2</sup> |

praesidi'i' *F*<sup>5</sup> <sup>16</sup> uellis *F*<sup>2</sup> <sup>17</sup> sine 'frag'  
 peculio *F*<sup>4</sup> <sup>20</sup> factus sit 'postea' peti *F*<sup>2</sup>:  
 ερωται τὸ ἐν αὐτῷ λεγόμενον *B* (*Tip.*) <sup>27</sup> uir-  
 gines ... <sup>28</sup> etiam bis *F*<sup>2</sup> <sup>44</sup> fideicommissum]  
*FC*, om. *WDEQIK*



- 84 IAUOLENUS libro secundo ex Cassio. Cui quae Romae essent legata sunt, B. 44, 3, 80 ei etiam quae custodiae causa in horreis extra urbem reposita sunt, debentur.
- 85 POMPONIUS libro secundo ad Quintum Mucium. Nuper constitutum est a B. 44, 3, 81 principe, ut et non adiecto hoc 'meum' si quis corpus alicui leget et ita sentiat, ut ita demum praestetur, si suum sit, ita ualere<sup>1</sup> legatum, ut appareat magis sententiam legantis, non hoc uerbum 'meum' respiciendum esse. et ideo elegans est illa distinctio, ut, quotiens certum corpus legatur, ad praesens tempus adiectum hoc uerbum 'meum' non faciat condicionem, si uero incertum corpus legetur, ueluti ita 'uina mea' 'uestem meam', uideatur pro condicione hoc uerbum esse 'mea', ut ea demum, quae illius sint, uideantur legata. quod non puto fortiter posse defendi, sed potius et hic uestem uel uinum, quod suorum numero habuerit, hoc legatum esse: sic enim responsum est etiam quod coacuerit uinum legato cedere, si id uini numero testator habuisset. plane in mortis tempore collatum hunc sermonem 'uestem, quae || mea erit' sine dubio pro condicione accipiendum puto: sed et 'Stichum qui meus erit' puto pro condicione accipiendum nec interesse, utrum ita 'qui meus erit' an ita 'si meus erit': utriusque condicionem eam esse. Labeo tamen scribit etiam in futurum tempus collatum hunc sermonem 'qui meus erit' pro demonstratione accipiendum, sed alio iure utimur.
- 86 PROCULUS libro quinto epistularum. Si ita legatum est 'domum quaeque mea B. 44, 3, 82 tibi erunt, cum moriar', nummos ad diem exactos a debitoribus, ut aliis nominibus collocarentur, non puto legatos esse et Labeonis distinctionem ualde probo, qui scripsit nec quod casu abesset, minus esse legatum nec quod casu ibi sit, magis esse legatum.
- 87 PAULUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Et fideicommissum et B. 44, 3, 82a mortis causa donatio appellatione legati continetur.
- 88 IDEM libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. Lana legata uestem, quae B. 44, 3, 83 1 ex ea facta sit, deberi non placet. Sed et materia legata nauis armariumue ex ea factum 2 3 non uindicatur<sup>2</sup>. Naue autem legata dissoluta neque materia neque nauis debetur. Massa autem legata scyphi ex ea facti exigi possunt.
- 89 IDEM libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. Re coniuncti uidentur, non B. 44, 3, 84 etiam uerbis, cum duobus separatim eadem res legatur. item uerbis, non etiam re: 'Titio et Seio fundum aequis partibus do lego', quoniam semper partes habent legatarii. praefertur igitur omnimodo ceteris, qui et re et uerbis coniunctus est. quod si re tantum coniunctus sit, constat non esse potioem. si uero uerbis quidem coniunctus sit, re autem non<sup>3</sup>, quaestionis est, an coniunctus potior sit: et magis est, ut et ipse praeferratur.
- 90 IDEM libro septimo ad legem Iuliam et Papiam. Nominatim legatum acci- B. 44, 3, 85 piendum est, quod a quo legatum sit intellegitur, licet nomen pronuntiatum non sit.
- 91 PAPIANUS libro septimo responsorum. Praediis per praecceptionem filiae B. 44, 3, 86 datis cum reliquis actorum et colonorum ea reliqua uidentur legata, quae de reditu praediorum in eadem causa manserunt: alioquin pecuniam a colonis exactam et in kalendarium in eadem regione uersam reliquis non contineri neque colonorum neque actorum facile con- 1 stabit, tametsi nominatim actores ad filiam pertinere uoluit. Ex his uerbis: 'Lucio Titio praedia mea illa cum praetorio, sicut a me in diem mortis meae possessa sunt, do' instrumentum rusticum et omnia, quae ibi fuerunt, quo dominus fuisset instructor, deberi con- 2 uenit: colonorum reliqua non debentur. Pater filio tabernam purpurariam cum seruis in- 3 stitoribus et purpuris, quae in diem mortis eius ibi fuerunt, legauit. neque pretia purpurae 3 condita neque debita neque reliqua legato contineri placuit. Titio Seiana praedia, sicuti

*F(WDEQJCK)*

<sup>1</sup> ualeret?    <sup>2</sup> uindicatur?    <sup>3</sup> quod si uerbis tantum coniunctus sit, constat non esse potioem. si uero re quidem coniunctus sit, uerbis autem non?

2 custodiae<sup>1</sup> (sic) F<sup>1</sup>: παραφυλακῆς χάριν B  
(Tipuc.) 4 adiecto F<sup>1</sup> 7 uerbumeum F<sup>1</sup>  
10 defendi<sup>1</sup> sed F<sup>1</sup> 11 co's'querit F<sup>1</sup>  
14 puto ... 15 erit om. F<sup>1</sup> 16 'pro F<sup>1</sup>  
20 l'abeonis F<sup>1</sup> 21 abesset ... casu om. F<sup>1</sup>

22 paulus] paulum F 24 qu'a'e F<sup>2</sup> 27 pos-  
sint F<sup>1</sup> 36 praecceptionum F<sup>1</sup> 39 consta-  
uit F 43 institutoribus F 44 ibi] sibi F,  
om. C

'comparata sunt, do lego'. cum essent Gabiniana quoque simul uno pretio comparata, non sufficere solum argumentum emptionis respondi, sed inspiciendum, an litteris et rationibus appellatione Seianorum Gabiniana quoque continentur et utriusque possessionis confusi re-  
 4 ditus titulo Seianorum accepto lati essent. Balneas legatae domus esse portionem constabat: quod si eas publice praebuit, ita domus esse portionem balneas, si per domum quoque 5  
 intrinsecus adirentur et in usu patris familiae uel uxoris nonnumquam fuerunt et mercedes eius inter ceteras meritoriorum domus rationibus accepto ferebantur et uno pretio com-  
 5 paratae uel instructae communi coniunctu<sup>1</sup> fuissent. Qui domum possidebat, hortum ui- 1.42<sup>2</sup>  
 cinum aedibus comparauit ac postea domum legauit. si hortum domus causa comparauit, ut amoeniorum domum ac salubriorem possideret, aditumque in eum per domum habuit et 10  
 6 aedium hortus additamentum fuit, domus legato continebatur. Appellatione domus insulam quoque iniunctam domui uideri<sup>3</sup>, si uno pretio cum domu fuisset comparata et utriusque pensiones similiter accepto latas rationibus ostenderetur.

92 PAULUS libro tertio decimo responsorum. 'Si mihi Maenia et Negidia filiae [B. 44, 3, 87] P  
 meae heredes erunt, tunc Maenia e medio sumito praecipito sibi que habeto fundos meos 15  
 illum et illum cum casulis et custodibus omnium horum fundorum et cum his omnibus agris, qui ad coniunctionem cuiusque eorum fundorum emptione uel quolibet alio casu optigerint, item cum omnibus mancipiis pecoribus iumentis ceterisque uniuersis speciebus, quae in  
 idem fundis quoue eorum cum moriar erunt, uti optimi maximeque sunt utique eos in  
 diem mortis meae possedi et, ut plenius dicam, ita uti ciuduntur'. in fundo autem uno ex 20  
 his, qui praelegati sunt, tabularium est, in quo sunt et complurium mancipiorum emptiones, sed et fundorum et uariorum contractuum instrumenta, praeterea et nomina debitorum: quaero, an instrumenta communia sint. respondi secundum ea quae proponuntur instru-  
 10 menta emptionum, item debitorum, quae in fundo praelegato remanserunt, non uideri legato  
 1 contineri. His uerbis domibus legatis: fidei heredum meorum committo, uti sinant eum 25  
 habere domus meas, in quibus habito, nullo omnino excepto cum omni instrumento et repositis omnibus non uideri testatorem de pecunia numerata aut instrumentis debitorum  
 sensisse.

13 SCAEUOLA libro tertio responsorum. Lucius Titius testa- [Scaeu. l. 38 § 4 h. t. B. 44, 3, 88] P  
 mento suo canit, ne ullo modo praedium suburbanum aut domum heres alienaret: filia eius 30  
 heres scripta heredem reliquit filiam suam, quae easdem res diu possedit et decedens extra-  
 neos heredes instituit: quaesitum est, an praedia pertinerent ad Iuliam, quae Lucium Titium  
 testatorem patrum maiorem habuit. respondit nihil proponi contra uoluntatem defuncti  
 1 factum, quo minus ad heredem pertinerent, cum hoc nudum praecipitum est. Semproniae  
 mulieri meae reddi iubeo ab heredibus meis centum aureos, quos [Scaeu. D. 34, 3, 38, 13. 14] 35  
 mutuos acceperam. quaesitum est, si hanc pecuniam ut debitam Sempronia petens uicta  
 sit, an fideicommissi peti possit. respondit secundum ea quae proponerentur posse ex  
 2 causa fideicommissi peti, quod apparuisset non fuisse ex alia causa debitum. Quidam praedia  
 legauit libertis adiectis his uerbis: 'uti a me possessa sunt et quaecumque [Paul. l. 78 § 2 h. t.]  
 ubi erunt, cum moriar': quaesitum est, an mancipia, quae in his praediis morata in diem 40  
 mortis patris familiae fuerunt operis rustici causa uel alterius officii, ceteraque res, quae  
 3 ibi fuerunt, ad legatarios pertineant. respondit pertinere. Quaesitum est, an, quod [Paul.]  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> communi sumptu?    <sup>3</sup> comprehensam *ins.*

1 gaininiana F | pr'aetio F<sup>2</sup> 3 gaininiano F<sup>3</sup>,  
 gaininiana F<sup>4</sup> 7 eius] FDEIC, om. WQK |  
 accepta F<sup>1</sup> 8 coniunctu] iniuncte W, con-  
 iunctum s. conuictum D<sup>2</sup>, coniuncte D<sup>3</sup>EQICK  
 9 si hortum domus causa comparauit om. F<sup>2</sup>  
 11 'hort' h'os F<sup>2</sup> 12 quoqu'a'e F<sup>4</sup> | domu]  
 domo F<sup>2</sup> 14 'paulus' libro F<sup>2</sup> 15 praecipito F]  
 sibi qu'a'e F<sup>2</sup> 17 emptionem F 20 'e't F<sup>2</sup>  
 22 nomine F 24 emptionem F<sup>2</sup> 25 uti

si'n'ant F<sup>2</sup> 29 scaeuola (sic) suppl. F<sup>2</sup> | lu-  
 cius ... 34 praecipitum est om. F<sup>2</sup>, credo con-  
 sulto, quoniam redeunt haec l. 38 § 4 h. t.: at  
 reppererunt ea utroque loco Graeci, nam hoc ha-  
 bent totum caput, altero uestigium eius Tipuciti  
 excerpta 30 ne] l. gem.: nec F 31 res om.,  
 postea add. F<sup>2</sup> 34 pertinerent] WK cum l. gem.,  
 pertinent D, pertineret FEL, peruenerit C  
 39 quaecumqu'a'e F<sup>2</sup> 40 qu'a'e F<sup>2</sup> 41 qu'a'e F<sup>2</sup>

- heredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret. respondit pertinere,  
 4 nisi aliud sensisse testatorem probetur. Collegio fabrorum fundum cum siluis, quae ei ce-  
 dere solent, uti optimus maximusque esset, legauit. quaero, an ea quoque, quae in diem  
 mortis ibi fuissent, id est faenum pabulum palea, item machina, uasa uinaria, id est cuppae  
 et dolia, quae in cella defixa sunt, item granaria legata essent. respondit non recte peti,  
 5 quod legatum non esset. Ex parte dimidia heredi instituto per prae- [Scaen. l. 38 § 8 h. t.  
 ceptionem fundum legauit et ab eo ita petit: 'peto, uti uelis coheredem tibi recipere in  
 'fundo Iuliano meo, quem amplius te recipere iussi', Clodium Uerum nepotem meum, cogna-  
 'tum tuum'. quaero, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti deberetur. respondit deberi. ➤
- 94 UALENS libro secundo fideicommissorum. Is, qui complures libertos relin- [B. 44, 3, 89] F  
 quebat, tribus ex his fundum legauerat et petierat, ut curarent, ne de nomine suo exiret. l-  
 querebatur, ex tribus qui primus moriebatur utrum utriusque uel alteri ex his, qui sibi in  
 legato coniuncti essent, relinquere partem suam deberet, an possit uel alii conliberto suo  
 eam relinquere. placuit, etsi uoluntatis quaestio esset, satis illum facturum, etsi alii reli-  
 quisset. quod si nulli dedisset, occupantis an omnium conlibertorum et num eorum tantum, 1 2  
 quibus pariter legatum esset, petitio fideicommissi esset, dubitabatur. et Iulianus recte  
 omnibus debere putauit.
- 95 MAECIANUS libro secundo fideicommissorum. 'Quisquis mihi heres erit, [B. 44, 3, 90] F  
 'damnas esto dare fideique eius committo, uti det, quantas summas dictauero dederō'.  
 Aristo res quoque corporales contineri ait, ut praedia mancipia uestem argentum, quia et 2 4  
 hoc uerbum 'quantas' non ad numeratam dumtaxat pecuniam referri ex dotis relegatione  
 et stipulationibus emptae hereditatis apparet et 'summae' appellatio similiter accipi deberet,  
 ut in his argumentis quae relata essent ostenditur. uoluntatem praeterea defuncti, quae  
 maxime in fideicommissis ualere, ei sententiae suffragari: neque enim post eam praefa-  
 tionem adiecturum testatorem fuisse res corporales, si dumtaxat pecuniam numeratam prae- 2-  
 stari uoluisset.
- 96 GAIUS libro secundo fideicommissorum. Si Titius ex parte heres rogatus [B. 44, 3, 91] F  
 sit Maenio hereditatem restituere et rursus Titio coheres eius rogatus sit partem suam  
 aut partis partem restituere, an hanc quoque partem, quam a coherede ex fideicommissio  
 recipit, Titius restituere Maenio debeat, diuus Antoninus consultus rescripsit non debere 3=
- 97 PAULUS libro secundo decretorum. Hosidius quidam instituta filia Ualeriana [B. 44, 3, 92] F  
 herede actori suo Antiocho data libertate praedia certa et peculium et reliqua relegauerat 3  
 tam sua quam colonorum: legatarius proferebat manu patris familiae reliquatam et 3 tam  
 suo quam colonorum nomine: item in eadem scriptura adiectum in hunc modum: 'item 3=
- 'quorum rationem reddere debeat', scilicet quae in condito habuerat pater familiae fru-  
 menti uini et ceterarum rerum: quae et ipsa libertus petebat et ex reliquis esse dicebat:  
 et apud praesidem optinuerat. ex diuerso cum diceretur reliqua colonorum ab eo non peti  
 nec propria, diuersam autem causam esse eorum, quae in condito essent, imperator inter-  
 rogauit partem legatarii: 'quaerendi causa pone', inquit, 'in condito centiens aureorum esse, 4C  
 'quae in usum sumi solerent: diceres totum, quod esset relictum in arca, deberi?' et pla-  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> quem hoc amplius te praecipere iussi l. gem.    <sup>2</sup> relegauerat] legauerat (u. i.)?    <sup>3</sup> et] se?

2 se'n'sisse F<sup>2</sup> | fa'brorum F<sup>2</sup> | c'a'edere'i  
 solent F<sup>2</sup>: μετὰ τῶν παρεπομένων ἄλων τῶ  
 ἀρρῶ B (Tip.) 4 mortes F<sup>2</sup> | palea] EC<sup>2</sup>,  
 paleam FWDQI, om. C<sup>2</sup>K | basa F<sup>2</sup> | binaria  
 F<sup>2</sup> | id est ... 5 granaria om. F<sup>2</sup> 6 heredi]  
 l. gem. et WQC, herede FDEIK | per'c' F<sup>2</sup> |  
 pr'a'ceptionem F<sup>2</sup> 8 fundo 'meo' iuliano  
 meo F<sup>2</sup> | iussi 'in fundo meo iuliano' clo-  
 dium F<sup>2</sup> 9 tu'm F<sup>2</sup> | debere F<sup>2</sup> 10 reli-  
 queba'n't F<sup>2</sup> 11 legaberat F<sup>2</sup> 12 quae-

rebat'ur' F<sup>2</sup> 14 reli'n'quisset F<sup>2</sup> 15 occu-  
 pa'n'tis F<sup>2</sup> 17 putabit F<sup>2</sup> 18 eres F<sup>2</sup>,  
 eris F<sup>2</sup> 20 ait] alt F<sup>2</sup> 22 appellatio'ne'  
 sim. F<sup>2</sup> 24 suffragare F<sup>2</sup>. 25 adiectorem F<sup>2</sup>  
 28 si. partem F hodie 30 rescripsit F<sup>2</sup>  
 32 osidius F 33 relegaberat F<sup>2</sup>, legauerat  
 WDEQICK: ἀνγατεύσας ἀγρῶ B (Tipuc.)  
 36 qu'a'e F<sup>2</sup> | pater familiae F<sup>2</sup> | fromenti F<sup>2</sup>  
 37 ipsa] ipsi F<sup>2</sup> 38 et apud] apud F<sup>2</sup>  
 40 centie'n's F<sup>2</sup>

cuit recte appellasse. a parte legatarii suggestum est quaedam a colonis post mortem patris familias exacta. respondit hoc, quod post mortem exactum fuisset, reddendum esse legatario.

98 IDEM libro singulari de forma testamenti. Si plures gradus sint heredum [B. 44, 3, 98] *P* et scriptum sit 'heres meus dato', ad omnes gradus hic sermo pertinet, sicuti haec uerba s 'quisquis mihi heres erit'. itaque si quis uelit non omnes heredes legatorum praestatione onerare, sed aliquos ex his, nominatim damnare debet.

99 IDEM libro singulari de instrumenti significatione. Seruis urbanis legatis [B. 44, 3, 94] *Pf* quidam urbana mancipia non loco, sed opere separant, ut, licet in praediis rusticis sint, <sup>9</sup> tamen si opus rusticum non faciant, urbani uidentur<sup>1</sup>. dicendum *autem* est, quod urbani f. 48<sup>1</sup> intellegendi sunt, quos pater familias inter urbanos adnumerare solitus sit: quod maxime <sup>1</sup> ex libellis familiae, item cibariis deprehendi poterit. Uenatores et aucupes utrum in urbanis an in rusticis contineantur, potest dubitari: sed dicendum est, ubi pater familias <sup>2</sup> moraretur et hos alebat<sup>2</sup>, ibi eos numerari. Mullones de urbano ministerio sunt, nisi propter <sup>3</sup> opus rurestre testator eos destinatos habebat. Eum, qui natus est ex ancilla urbana et <sup>15</sup> missus in uillam nutriendus, interim in neutris esse quidam putant: uideamus, ne in urbanis <sup>4</sup> esse intellegatur, quod magis placet. Seruis lecticariis legatis si idem lecticarius sit et <sup>5</sup> cocus, accedet legato. Si alii uernae, alii cursores legati sunt, si quidam et uernae et cursores sint, cursoribus cedent: semper enim species generi derogat. si in specie aut in genere utrique sint, plerumque communicabuntur. <sup>30</sup>

100 LAUOLENUS libro secundo ex posterioribus Labeonis. 'Heres meus damnas [B. 44, 3, 95] *F* esto Lucio Titio Stichum seruum meum reddere' uel ita: 'illum seruum meum illi reddito'. Cascellius ait deberi neque id Labeo improbat, quia qui reddere iubetur, simul et dare <sup>1</sup> iubetur. Duas statuae marmoreae cuidam nominatim, item omne marmor erat legatum: nullam statuam marmoream praeter duas Cascellius putat deberi: Ofilius Trebatius contra. <sup>25</sup> Labeo Cascellii sententiam probat, quod uerum puto, quia duas statuas legando potest <sup>2</sup> uideri non putasse in marmore se statuas legare. 'Uxori meae uestem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum argentum quod eius causa factum paratumque esset omne do lego'. Trebatius haec uerba 'quod eius causa factum paratumque est', ad aurum et ar- <sup>30</sup> gentum dumtaxat referri putat, Proculus ad omnia, quod et uerum est. Cui Corinthia <sup>3</sup> uasa legata essent, *en* βάσεις<sup>3</sup> quoque eorum uasorum collocandorum causa paratas deberi Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas<sup>4</sup> βάσεις testator numero uasorum habuit. Proculus uero recte ait, si aeneae quidem sint, non autem Corinthiae, non deberi. <sup>4</sup> Cui testudinea legata essent, ei lectos testudineos pedibus inargentatos<sup>5</sup> deberi Labeo Trebatius responderunt, quod uerum est. <sup>35</sup>

101 SCAEUOLA libro sexto decimo digestorum. Qui habebat in prouincia, ex qua [B. 44, 3, 96] *A* oriundus erat, propria praedia et alia pignori sibi data ob debita, codicillis ita scripsit: 'τῆ γλυκτάτῃ μοῦ πατρίδι βοῦλομαι εἰς τὰ μέρη αὐτῆς δωθῆναι<sup>6</sup> ἀφορίζω αὐτῆ χωρία πάντα, ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι, σὺν πάσιν τοῖς ἐνοῦσιν βοσκίμασιν δούλοισι καρποῖσι ἀποθέτοις κατὰ τελευταῖς πάσαις'. quaesitum est, an etiam praedia, quae pignori habuit testator, patriae <sup>40</sup> suae reliquisse uideatur. respondit secundum ea quae proponerentur non uideri relicta, si modo in proprium patrimonium (quod fere cessante debitore fit) non sint redacta. <sup>1</sup> Peto fundum meum ita, uti est, alumnae meae dari. quaesitum est, an [Paul. l. 78 § 3 h. t.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> uideantur (*Hal.*)? <sup>2</sup> hos alebat et morarentur (*Krueger*)? <sup>3</sup> *en* βάσεις] aeneas βάσεις? <sup>4</sup> si eas] nisi aeneas? <sup>5</sup> inargentatis? <sup>6</sup> καὶ *ins.*

<sup>2</sup> patris familiae *F*<sup>1</sup> 4 testamentis si *F*<sup>1</sup> *WK* 31 *en* βάσεις] *F*<sup>1</sup>, et βάσεις (*nom* et βάσεις) *F*<sup>2</sup>,  
<sup>5</sup> sermo per mo pertinet *F*<sup>1</sup> 10 *autem* *F* et bases *DEIK*, et base *Q*, et uacue hic *W*,  
<sup>11</sup> urbanos] urbanis *F*<sup>1</sup> 12 ciuariis *F*<sup>1</sup> hic (*om.* *en* βάσεις) *O* | basorum *F*<sup>2</sup> 32 βάσεις]  
<sup>14</sup> mulierones *F*<sup>1</sup> 15 e'os'um qui *F*<sup>1</sup> 17 in- bases *WEICK*, bases *D*, bases *Q* | baso-  
<sup>18</sup> uernaet *F* rum *F*<sup>1</sup> 33 'a'eneae *F*<sup>1</sup> 37 oriundis *F*<sup>1</sup> |  
<sup>22</sup> ita] uti *F*<sup>1</sup> | reddito's' casc. *F*<sup>1</sup> 27 uestem propri'e'a *F*<sup>1</sup> 38 ἀφορίζι *F*<sup>1</sup> 42 deuitore *F*<sup>2</sup>  
*add.* *F*<sup>2</sup>: τὴν ἐσθῆτα τὸν κόσμον *B* (*τύπος*)

fundo et reliqua colonorum et mancipia, si qua mortis tempore in eo fundo fuerint, debeantur. respondit reliqua quidem colonorum non esse legata, cetera uero uideri illis uerbis 'ita uti est' data.

- 102 **IDEM** libro septimo decimo digestorum. His uerbis legauit: 'uxori meae late- [B. 44, 8, 97] ◀  
'raha mea uiatoria et quidquid in his conditum erit, quae membranulis mea manu scriptis 5  
'continebun]tur nec ea sint exacta cum moriar, licet in rationes meas tranalata sint et f.  
'cautiones ad actorem meum transtulerim'. hic chirographa debitorum et pecuniam, cum  
esset profecturus in urbem, in lateralibus condidit et chirographis exactis quam pecunia  
erogata reuersus in patriam post biennium alia chirographa praediorum, quae postea com-  
parauerat<sup>1</sup>, et pecuniam in lateralibus condidit. quaesitum est, an ea tantum uideatur nomina 10  
ei legasse, quae postea reuersus in hisdem lateralibus condidit. respondit secundum ea  
quae proponerentur non deberi<sup>2</sup> quae mortis tempore in his lateralibus essent et mem-  
branulis manu eius scriptis continerentur. idem quaesitum, an, cum emptiones praediorum in  
hisdem lateralibus condiderat, praedia quoque legato cedant. respondit non quidem mani-  
feste apparere, quid de praediis sensisset, uerum si ea mente emptiones ibi haberet, ut 15  
his legatariae datis proprietates praediorum praestaretur, posse defendi praedia quoque deberi.  
<sup>1</sup> Pater familias ita legauit: lances numero duas leues, quas de sigillaribus emi, dari uolo:  
is de sigillaribus leues quidem non emerat, lances autem emptas habebat, et dictauerat  
testamentum ante triduum quam moreretur: quaesitum est, an haec lances, quas emptas  
de sigillaribus habuit, legato cederent, cum nullas alias de sigillaribus emerit nec legauerit. 20  
<sup>2</sup> respondit secundum ea quae proponerentur deberi eas, quas de sigillaribus emisset. Alumno  
praecepit<sup>3</sup> militiam his uerbis: 'Sempronio alumno meo illud et illud: et, cum per aetatem  
licebit, militiam illam cum introitu comparari uolo: huic quoque omnia integra'. quaesitum  
est, si Sempronius eam militiam sibi comparauerit, an pretium eius, sed<sup>4</sup> et id, quod pro  
introitu erogari solet, ex causa fideicommissi ab heredibus consequi possit. respondit se 25  
<sup>3</sup> cundum ea quae proponerentur posse. Idem testator liberto militiam his uerbis legauit:  
'Seio liberto meo militiam do lego illam', quam militiam et testator habuit: quaesitum est,  
an onera omnia et introitus militiae ab herede sint danda. respondit danda.

- 103 **SCAEUOLA** libro singulari quaestionum publice tractatarum. Si pater exhe- [B. 44, 2, 98] A  
redato filio substituit heredem extraneum, deinde ille extraneus hunc filium heredem in- 30  
stituit et heres factus intra pubertatem decedat<sup>5</sup>, puto a substituto ei filio omnino legata  
praestari non debere, quia non directo, sed per successionem ad filium hereditas patris  
peruenit. Plus ego in fratre, qui, cum heres exstitisset patri, exheredatum fratrem here-  
dem instituit, accepi substitutum eius legatum non debere ac ne quidem si intestato fratri  
successerit, quia non principaliter, sed per successionem bona fratris<sup>6</sup> ad eum peruenerunt. 35  
<sup>2</sup> Si filius ex uncia heres institutus sit et ab eo legata data sint, habet et substitutum,

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> praediorum quae postea comparauerat *del.* <sup>2</sup> nisi *ins.* (*u. d. ap. Charondam*) <sup>3</sup> emi *ins.* (*edd.*) <sup>4</sup> sed *del.* (*ex mala geminatione*) <sup>5</sup> si pater exheredato filio substituit, [instituit] heredem extraneum, deinde ille extraneus hunc filium heredem instituit et heres [is] factus intra pubertatem decedat (*similiter Cuiacius*)? <sup>6</sup> patris (*Cuiacius*)?

1 debeantur *F*<sup>2</sup> 4 uxori<sup>1</sup> *F*<sup>2</sup> | lateralibus] *D*<sup>4</sup> *K*, lateralibus *I*, lateraria *FD*<sup>o</sup>, latera *Q*, lancearia *C*, lintearia *W*, litemaria (*superscr.* uascula de terra facta) *E* 5 et quidquid *cel.*] μετὰ τῶν ἀποκειμένων ἐν αὐτοῖς ... καὶ εἴ τι ἐν τοῖς ἰδιοχείροις μου περιέχεται *B* (*Tipuc.*) | scriptis] scribit *F*<sup>2</sup> 10 nomina<sup>2</sup> *F*<sup>6</sup> 13 praediorum ... 14 condiderat *om.* *F*<sup>2</sup> 18 leues] senes *F*<sup>2</sup>: τοὺς ἑλαφροῦς λόγῳ λίσκοις, οὗς παρὰ τῶν ἀναγλυφῶν ἠγόρασα *B*, cum debuit uerti λέιους, ut *Uergilius Aen. 5, 90* habet leuia pocula | habebat *F*<sup>4</sup> 20 habuit legato ... de sigillaribus *bis F*<sup>2</sup> 23 integra *e* *F*<sup>2</sup> |

quaesitum *F*<sup>o</sup> 24 siui *F*<sup>2</sup> | an *bis F*<sup>o</sup> 29 scaeuola] idem *F*<sup>2</sup> | tractatarum *F*<sup>4</sup> | si pater *seq.*] ἐὰν ἐξωτικὸν γράψας κληρονόμον τὸν ἀνηθὸν μου ἀπόκληρον ποιῶ, ὑποκαταστήσας αὐτῷ τὸν κληρονόμον μου καὶ τίνα ἀγατέϊσσω παρ' αὐτοῦ ὡς ὑποκαταστάτου, εἴτα προτελεῦτων γράψῃ τὸν ἀνηθὸν κληρονόμον καὶ κληρονομήσας ὁ γίος ἀνηθὸς ἀποθάνῃ *B* (*Tip.*): legerunt igitur *Graeci* ut *hodie legitur*, cum et ipsi qui substituitur in tabulis secundis eundem ponant institutum esse in primis 32 praestare *F*<sup>2</sup> 33 exstitisset *F*<sup>2</sup> 34 deberi *F*<sup>o</sup> | fratre *F* 36 ab eo] habeo *F*

deinde commisso edicto per alium filium accepit partis dimidia<sup>2</sup> bonorum possessionem: substitutus eius utrum ex uncia legata praestat an uero ex semisse? et uerius est ex semisse sed ex uncia omnibus ex reliquis liberis et parentibus<sup>1</sup>. Contra quoque si ex dodrante institutus commisso edicto semissem<sup>3</sup> acceperit bonorum possessionem, ex semisse tantum legata substitutus debet: quo modo enim augentur, ubi amplius est in bonorum possessione, sic et ubi minus est, deducitur ¶.

*F(WDEQICK)*

f. 44'  
non habet  
nisi sub-  
scriptionem.

<sup>1</sup> et uerius est ex semisse liberis et parentibus (*deleto glossemate sed ex uncia omnibus reliquis: cf. D. 28, 6, 35. 37, 5, 5 pr.*)?    <sup>2</sup> ex semisse (*similiter Hal.*)?

<sup>2</sup> praestet *F*<sup>2</sup>    <sup>3</sup> unci'a' omni'a'bus *F*<sup>3</sup>    <sup>6</sup> sic et] *E*<sup>6</sup>*I*, sic ut *F*, sic *E*<sup>6</sup>*K*, et sic *D*, sicut et *C*

## LIBER TRIGESIMUS TERTIUS.

q. 5

## I

## R DE ANNUIS LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS R

SB

- 1 **POMPONIUS** libro quinto ad Sabinum. Cum in annos singulos quid Ep. 17, 3. B. 44, 4, 1 **S** legatum sit neque adscriptum, quo loco detur: quocumque loco petetur dari debet, sicuti <sup>1</sup> ex stipulatu aut nomine facto petatur.
- 2 **IDEM** libro sexto ad Sabinum. In annos singulos heres damnatus sinere me B. 44, 4, 2 **S** frui fundo si initio anni, quo colere deberem, moram fecerit, licet postea patiatur, quia cultura sim exclusus, tamen totius anni nomine mihi tenebitur: quemadmodum si diurnas operas Stichi dare damnatus non a mane sed a sexta diei hora det, totius diei nomine <sup>1</sup> tenetur.
- 3 **ULPIANUS** libro uicesimo quarto ad Sabinum. Si legatum sit relictum annua B. 44, 4, 3 **S** bima trima die, triginta forte, dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adiectum <sup>1</sup> 'aequis pensionibus'. Proinde et si adiectum fuerit 'pensionibus', licet non sit insertum 'aequis', item si scriptum fuerit 'aequis', licet non sit adiectum 'pensionibus', dicendum erit <sup>2</sup> aequas fieri. Sed si adiectum 'pensionibus inaequis', inaequales debebuntur: quae ergo debeantur, uideamus. et puto eas deberi (nisi specialiter testator electionem heredi dedit), quas uir bonus fuerit arbitratus, ut pro facultatibus defuncti et depositione <sup>3</sup> patrimonii debeantur. Sed et si fuerit adiectum 'uiri boni arbitrato', hoc sequemur, ut pro positione <sup>4</sup> patrimonii sine uexatione et incommodo heredis fiat<sup>5</sup>. Quid si ita 'pensionibus, quas putauerit legatarius' an totum petere possit, uideamus. et puto totum non petendum simul, sicut et in heredis electione. fieri enim pensiones debere testator uoluit, quantitates dumtaxat pensionum in arbitrio heredis aut legatarii contulit. Sed si ita sit legatum 'heres meus Titio decem trima die dato', utrum pensionibus an uero post triennium debeatur? et puto sic accipiendum, quasi pater familias de annua bima trima die sensisse proponatur. <sup>6</sup>
- 6 Si cui certa quantitas legetur et, quoad praestetur, in singulos annos certum aliquid uelut usuras iusserit testator praestari, legatum ualet: sed in usuris hactenus debet ualere, quantum modum probabilem usurarum non excedit.
- 4 **PAULUS** libro sexagesimo secundo ad edictum. Si in singulos annos alicui B. 44, 4, 4 **S** legatum sit, Sabinus, cuius sententia uera est, plura legata esse ait et primi anni purum, sequentium condicionali: uideri enim hanc inesse condicionem 'si uiuat' et ideo mortuo eo ad heredem legatum non transire.
- 5 **MODESTINUS** libro decimo responsorum. 'A nobis quoque, ceteri heredes, B. 44, 4, 5 **S** 'peto, ut uxori meae praestetis, quoad uiueret, annuos decem aureos'. uxor superuixit marito quinquennio et quattuor mensibus: quaero, an heredibus eius sexti anni legatum <sup>6</sup> integrum debeatur. Modestinus respondit integri sexti anni legatum deberi.
- 6 **IDEM** libro undecimo responsorum. Annuum pecuniam ad ludos ciuitati reliquit, quibus praesidere heredes noluit: successores heredum negant se debere, quasi **F(WDEQICK)**

<sup>1</sup> sicut si (*van de Water*)?    <sup>2</sup> et positione (*Hal.*)?    <sup>3</sup> fiant?

3 de annuis] *F cum B*, de annuis et mensibus] *F* | et fideicommissis *om. ind. F*    10 hor'ra *F*<sup>3</sup>    13 nima *F*<sup>2</sup>    17 dedet *F*  
18 quas] qui *F*<sup>2</sup>    35 quinque annis *F*<sup>3</sup>

testator tamdiu praestari noluisse, quamdiu praesiderent heredes: quaero igitur, an, cum praesidendi mentionem fecerit, ad tempus fideicommissum an perpetuo praestari uoluerit. Modestinus respondit fideicommissum quotannis in perpetuum rei publicae praestandum esse.

7 POMPONIUS libro octauo ad Quintum Mucium. Quintus Mucius ait: si quis B. 44, 4, 7 *E* in testamento ita scripsit: 'filii filiaeque meae ibi sunt, ubi eos mater sua esse uolet, 5 'eisque heres meus in annos singulos inque pueros puellasque singulas damnas esto dare 'cibarii nomine aureos decem': si tutores eam pecuniam dare nolunt || ei, apud quem pueri f. 45' atque puellae sunt, nihil est, quod ex testamento agere possit: nam ea res eo pertinet, uti tutores sciant, quae uoluntas testatoris fuit, uti possint eam pecuniam sine periculo dare. POMPONIUS. In testamentis quaedam scribuntur, quae ad auctoritatem dumtaxat scribentis 10 referuntur nec obligationem pariunt. haec autem talia sunt. si te heredem solum instituum et scribam, uti monumentum mihi certa pecunia facias: nullam enim obligationem ea scriptura recipit, sed ad auctoritatem meam conseruandam poteris, si uelis, facere. aliter atque si coherede tibi dato idem scripsero: nam siue te solum damnauero, uti monumentum facias, coheres tuus agere tecum poterit familiae herciscundae, uti facias, quoniam interest 15 illius: quin etiam si utriusque iussi estis hoc facere, inuicem actionem habebitis. ad auctoritatem scribentis hoc quoque pertinet, cum quis iussit in municipio imagines poni: nam si non honoris municipii gratia id fecisset, sed sua, actio eo nomine nulli competit. itaque haec Quinti Mucii scriptura: 'liberi mei ibi sunt, ubi eos mater sua esse uolet' nullam obligationem parit, sed ad auctoritatem defuncti conseruandam id pertinebit, ut ubi iusserit 20 ibi sint. nec tamen semper uoluntas eius aut iussum conseruari debet, ueluti si praetor doctus sit non expedire pupillum eo morari, ubi pater iusserit, propter uitium, quod pater forte ignorauit in eis personis esse, apud quas morari iussit. si autem pro cibariis eorum in annos singulos aurei decem relictis sint, siue hoc sermone significantur, apud quos morari mater pupillos uoluerit, siue ita acceperimus hunc sermonem, ut ipsis filiis id legatum 25 debeatur, utile erit: et magis enim<sup>1</sup> est, ut prouidentia filiorum suorum hoc fecisse uideatur. et in omnibus, ubi auctoritas sola testatoris est, neque omnimodo spernenda neque omnimodo obseruanda est. sed interuentu iudicis haec omnia debent, si non ad turpem causam feruntur, ad effectum perducunt. 29

8 GAIVS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. In singulos annos relictum B. 44, 4, 8 *Ef* legatum simile est usui fructui, cum morte finiatur. sane capitis deminutione non finitur, cum usus fructus finiatur: et<sup>2</sup> usus fructus ita legari potest: 'Titio usum fructum fundi lego et quotiensque capite minutus erit, eundem usum fructum ei do'. illud certe amplius est in hoc legato, quod in ingressu cuiuslibet anni si decesserit legatarius, eius anni legatum heredi suo relinquit: quod in usu fructu non ita est, cum fructuarius, etiamsi ma- 35 turis fructibus, nondum tamen perceptis decesserit, heredi suo eos fructus non relinquit.

9 PAPIANUS libro septimo responsorum. Fundus, quem pater familias libertis B. 44, 4, 9 *P* legatorum nomine, quae in annos singulos relinquit, pignus esse uoluit, ex causa fideicommissi rei seruandae gratia recte petetur. PAULUS notat: hoc admittendum est et in aliis rebus hereditariis, ut et in eas legatarius mittatur. 40

10 IDEM libro octauo responsorum. 'Seio amico fidelissimo, si uoluerit, sicut B. 44, 4, 10 *P* 'meis negotiis interueniebat, eodem modo filiorum meorum interuenire, annuos senos aureos 'et habitationem qua utitur praestari uolo'. non ideo minus annua Seio pro parte hereditaria uiuentis filiae deberi placuit, quod ex tribus filiis Titiae duo aliis heredibus institutis 1 uita decesserunt, cum tam labor quam pecunia diuisionem reciperent. Medico Sempronio 45 'quae uiua praestabam, dari uolo': ea uidentur relicta, quae certam formam erogationis 2 annuae, non incertam liberalitatis uoluntatem habuerunt. || 'Uxori praeter id, quod a me f. 46

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> enim *del.*    <sup>2</sup> et] etsi et?

1 praestari uoluisse quamdiu *bis F<sup>1</sup>* 11 pariant *F<sup>2</sup>* 23 ciuariis *F<sup>1</sup>* 25 id] *D<sup>1</sup>ICK<sup>2</sup>*, ad *FWQEK<sup>2</sup>*, an *D<sup>o</sup>* 27 spernenda neque

omnimodo *om. F<sup>1</sup>* 34 in ingressu] *F*, ingressu *DEICK Taur.* 35 reliquit *F<sup>2</sup>* 38 relinquit *F* nec quicquam mutatum



- 'uero anni nomine accipiebat, aureos centum dari uolo': annum uidetur et semel centum aureos reliquisse. 'Libertis dari uolo quae uina praestabam': et habitatio praestabitur: sumptus iumentorum non debetur, quem actori domina praestare solita fuit utilitatis suae causa: ideo nec sumptum medicamentorum medicus libertus recte petet, quem ut patronam eiusque familiam curaret, acceptabat.
- 11 PAULUS libro uicesimo primo quaestionum. Cum in annos singulos legatur, B. 44, 4, 11 P  
plura legata esse placet et per singula legata ius capiendi inspicietur. idem in seruo inspiciendum est ex persona dominorum.
- 12 IDEM libro tertio decimo responsorum. Gaius Seius praedia diuersis pagis B. 44, 4, 12 P  
Maeuiae et Seiae legauit et ita cauit: 'praestari autem uolo ex praediis Potitianis praediis Lutatianis annua harundinis millia trecens et salicis mundae annua librarum singula milia': quaero, an id legatum defuncta legataria extinctum sit. Paulus respondit seruitutem iure constitutam non uideri neque in personam neque in rem: sed fideicommissi petitionem competisse ei, cui praedia Lutatiana legata sunt, et ideo, cum annua legata fuerint, mortua legataria finitum legatum uideri.
- 13 SCAEUOLA libro quarto responsorum. Maeuia nepotem ex Maeuio puberem B. 44, 4, 13 P  
heredem instituit et Lucio Titio ita legauit: 'Lucio Titio uiro bono, cuius obsequio gratias ago, dari uolo annuos quamdiu uiuat aureos decem, si rebus nepotis mei interueniat omnemque administrationem rerum nepotis mei ad sollicitudinem suam reuocauerit'. quaero, cum Lucius Titius aliquo tempore Maeuii negotia gesserit et per eum non stet, quo minus gerat, Publius autem Maeuius nollet eum administrare, an fideicommissum praestari debeat. respondi, si non propter fraudem aliamue quam iustam causam improbandae operae causa<sup>1</sup> remotus esset a negotiis, quae administrare secundum defuncti uoluntatem uellet, percepturum legatum. Uxore herede scripta ita cauit: 'libertis meis omnibus alimentorum nomine singulis annuos denarios duodecim ab herede dari uolo, si ab uxore mea non recesserint'. quaero, cum pater familias sua uoluntate de ciuitate difficile profectus sit, ea autem adsidue proficiscatur, an liberti cum ea proficisci debeant. respondi non posse absolute responderi, cum multa oriri possint, quae pro bono<sup>2</sup> sint aestimanda: ideoque huiusmodi uarietas uiri boni arbitrio dirimenda est. item quaeritur, cum proficiscens eis nihil amplius optulerit ac per hoc eam secuti non sint, an legatum debeat. respondit et hoc ex longinquis breuibusque excursionibus et modo legati aestimandum esse.
- 14 ULPIANUS libro secundo fideicommissorum. Si cui annum fuerit relictum B. 44, 4, 14 P  
sine adiectione summae, nihil uideri huic adscriptum Mela ait: sed est uerior Neruae sententia, quod testator praestare solitus fuerat, id uideri relictum: si minus, ex dignitate personae statui oportebit.
- 15 UALENS libro septimo fideicommissorum. Iuolennus eum, qui rogatus post B. 44, 4, 15 P  
decem annos restituere pecuniam ante diem restituerat, respondit, si propter capientis personam, quod rem familiarem tueri non posset, in diem fideicommissum relictum probetur et perdituro ei id heres ante diem restituisset, nullo modo liberatum esse: quod si tempus heredis causa prorogatum esset, ut commodum medii temporis ipse sentiret, liberatum eum intellegi: nam et plus eum praestitisse quam debuisset.
- 16 PAULUS libro tertio ad Neratium. Seruus post decem annos liber esse iussus B. 44, 4, 16 P  
est || legatumque ei ex die mortis domini in annos singulos relictum est. eorum quidem annorum, quibus iam liber erit, legatum debetur: interim autem heres ei alimenta praestare compellitur.
- 17 LABEO libro secundo posteriorum a Iuoleno epitomatorum. Legatum ita B. 44, 4, 17 A  
est: 'Attiae, donec nubat, quinquaginta damnas esto heres meus dare' neque adscriptum est 'in annos singulos'. Labeo Trebatius praesens legatum deberi putat<sup>3</sup>, sed rectius F(WDEQICK)

<sup>1</sup> causa del.    <sup>2</sup> pro bono] pro re ex aequo et bono?    <sup>3</sup> putant (edd.)?

1 centum 'tum' aureos F<sup>2</sup> 21 publius autem uertunt B (Tip.): ὁ πατήρ τοῦ ἐγγόνου: cf. u. 16 ex Maeuio 25 recesserint F<sup>2</sup> 46 a om. F

licetur id legatum in annos singulos deberi. 'Uni Falerni, quod domi nasceretur, quotannis in annos singulos binos culeos heres meus Attio dato'. etiam pro eo anno, quo nihil unum datum est, deberi duos culeos, si modo ex uindemia ceterorum annorum dari possit.

SCAEUOLA libro quarto decimo digestorum. Codicillis testamento confirmatis [B. 44, 4, 18] A fundum libertis legauit eumque alienari ueluit, sed pertinere uoluit et ad filios libertorum 5 zel ex his natos: deinde haec uerba adiecit: 'a quibus praestari uolo heredi ex reditu eius fundi decem per annos singulos usque ad annos triginta quinque a die mortis meae'. quaesitum est, cum heres a Titio institutus intra trigesimum quintum annum aetatis decesserit, an residui temporis fideicommissum ex uerbis supra scriptis heredis quoque heredi debeatur. respondit deberi, nisi ostendatur a libertis testatorem ad heredis trigesimum 10 quintum annum respexisse. Sticho alumno suo centum et menstros decem et annuos centum dari noluit et Semproniam, quam heredem ex triente instituerat, rogauit in haec uerba: 'fidei tuae committo, Sempronia soror, uti legata, quae alumnis meis reliqui, ex medio recipias et apud te habeas, quoad usque commendatos habeas'. quaesitum est, cum Sempronia, cuius fidei commissum sit, abstinuerat se hereditate antequam secundum uo- 15 luntatem defuncti perciperet pecuniam alumnis relictam, an Sticho de legatis actio etiam ante uicesimum quintum annum competat. respondit competere.

19 IDEM libro septimo decimo digestorum. Titia herede Seia scripta usum [B. 44, 4, 19] A fructum fundi Maenio legauit eiusque fidei commisit in haec uerba: 'a te, Maeni, ex reditu 5 fundi Speratiani praestari uolo Arrio Pamphilo et Arrio Sticho ex die mortis meae annuos 10 sescentos quotannis, quoad uiuent'. quaesitum est, cum Maenius annua alimenta praestiterit, post mortem autem eius fundus ad heredem Titiae pleno iure redierit, an alimenta ex fideicommissio Pamphilo et Sticho debeantur. respondi nihil proponi, cur debeant praestari ab heredibus Titiae, cum ab usufructuario alimenta relicta sunt. idem quaesitum, an ab heredibus Maenii legatarii praestanda sint. respondit nihil<sup>1</sup> ab herede legatarii, nisi testa- 25 torem manifeste probetur uoluisse etiam finito usu fructu praestari, si modo id, quod ex usu fructu receptum esset, ei rei parandae sufficeret. Qui Marco homini docto certa annua praestabat, testamento cauit: 'domina sanctissima, scio te de amicis meis curaturam, ne quid his desit: uerum<sup>2</sup> tamen et Marco dari octingenta': quaesitum est, an Marcus praestitis sibi ex causa legati octingentis annua quoque consequi debeat. respondit nihil proponi, 30 cur non secundum ea, quae in consultatione collata essent, debeantur. Lucio Titio auri 'pondo tria, quae uina praestabam'. quaero<sup>3</sup>, cum testatrix quadraginta<sup>3</sup> Titio, quoad uideret, salarii nomine certam summam et amplius festorum dierum nomine certum pondus argenti aut pro eo pretium praestiterit, an eadem ex causa legati uel fideicommissi ab 35 heredibus eius Titio praestari debeant. respondit nihil proponi, cur praestanda non sunt.

20 IDEM libro octauo decimo digestorum. Annua his uerbis legauit: 'si mora- [B. 44, 4, 20] A reatur cum matre mea, quam heredem ex parte institui': quaesitum est, an mortua matre 5 condicio adposita defecisse uideatur ac per hoc neque cibaria neque uestiaria his debeantur. respondit secundum ea quae proponerentur deberi. Attia fideicommissum his uerbis reliquit: 'quisquis mihi heres erit, fidei eius committo, uti det ex reditu cenaculi mei et horrei 10 post obitum sacerdoti et hierophylaco et libertis, qui in illo templo erunt, denaria decem die nundinarum, quas ibi posui'. quaero, utrum his dumtaxat, qui eo tempore quo legabatur in rebus humanis et in eo officio fuerint, debitum sit, an etiam his qui in loco eorum successerunt. respondit secundum ea quae proponerentur ministerium nominatorum designatum, ceterum datum templo. item quaero, utrum uno dumtaxat anno decem fidei- 45 commissi nomine debeantur an etiam in perpetuum decem annua praestanda sint. respondit in perpetuum.

(WDEQICK)

<sup>1</sup> nec (notis permutatibus)?    <sup>2</sup> uerum] uelim?    <sup>3</sup> testatrix Lucio Titio (quadraginta natum et x male geminata et nota praenomina)?

<sup>2</sup> attitio F<sup>2</sup>, attitio DK<sup>2</sup>, titio WEICK<sup>2</sup> 42 die nundinarum] τῶ καὶ τῆς ἑορτῆς B  
13 relinqui F 16 perciperet F 20 ex] DEIC, (Tyr.) 43 locum Taur.  
et FQ, et ex K 24 usufructuario F<sup>2</sup>

- 21 **IDEM** libro uicesimo secundo digestorum. Liberto suo ita legauit: 'praestari [B. 44, 4, 21] uolo Philoni, usque dum uiuet, quinquagesimam<sup>1</sup> omnis redditus, quae<sup>2</sup> praedia a colonis nel emptoribus fructus ex consuetudine domus meae praestantur'. heredes praedia uendiderunt, ex quorum redditu quinquagesima relicta est: quaesitum est, an pretii usurae, quae ex consuetudine in prouincia praestarentur, quinquagesima debeatur. respondit redditus dumtaxat quinquagesimas legatas, licet praedia uendita sunt<sup>3</sup>. A liberto, cui fundum legauerat ferentem annua sexaginta, per fideicommissum dederat Pamphilae annua dena: quaesitum est, si lex Falcidia liberto legatum minnerit, an Pamphilae quoque annum fideicommissum minutum uideatur, cum ex redditu legata sint, qui largitur, etiamsi Falcidia partem dimidiam fundi abstulerit, annuam Pamphilae praestationem. respondit secundum ea quae proponerentur non uideri minutum, nisi si alia mens testatoris probaretur. Filium ex dodrante, uxorem ex quadrante instituit heredes et filii fidei commisit, ut nouerca restitueret hereditatem: ab ea autem petit, ut infirmitatem filii commendatam haberet eique menstruos aureos denos praestaret, donec ad uicesimum quintum annum aetatis perueniret, cum autem impresset eam aetatem, partem dimidiam hereditatis ei restitueret. filius deducta dodrantis parte quarta, ex qua institutus erat, nouerca hereditatem restituit et postea impleuit uicesimum quintum annum aetatis. quaesitum est, cum nouerca uniuersae hereditatis haberet dodrantem semunciam et sicilicium, an eius partem dimidiam priuigno suo restitueret. respondit secundum ea quae proponerentur tantum restituendum, quantum cum eo, quod Falcidiae nomine filius deduxisset, semissem faceret. idem quaesitum, an, quod infirmitati filii pater consulere uoluerit, fructus quoque medii temporis nouerca ei restituere deberet. respondit secundum ea quae proponerentur debere. Lucius Titius testamento patriae suae ciuitati Sebastenorum centum legauit, uti alternis annis ex usuris eiusdem certamina sub nomine ipsius celebrarentur, et adiecit haec uerba: 'quod si condicione supra scripta recipere legatam sibi pecuniam ciuitas Sebastenorum noluerit, nullo modo heredes meos obligatos ei esse uolo, sed habere sibi pecuniam'. postea || praeses prouinciae ex nominibus debitorum hereditariorum elegit idonea nomina et in causam legati rei publicae adiudicauit, post cuius sententiam res publica a plerisque adiudicatis sibi pecuniam percepit. quaesitum est, an, si res publica condicionibus testamento adscriptis postea non paruerit, legatum ad filios heredes pertineat. respondit rem publicam uoluntati testatoris parere compellendam ac, nisi faciat, in his quidem summis, quae per numerationem nel nouationem solutae sunt, utili repetitione heredes adiuuandos: ab his uero nominibus, quae neque soluerunt rei publicae neque nouatione abscesserunt a pristina obligatione, non prohibendos, quo minus debitum petant. Largius<sup>4</sup> Eurippianus consuluit alumno certam pecuniam patronum testamento legasse deque ea re testamento ita cauisse: 'pecuniam, quam Titio liberto et alumno meo legauit, esse uolo penes Publium Maeuium usque ad annum uicesimum quintum aetatis eius proque ea computari cum eo usuras quadrantes: quantum autem in sumptum ei statuendum sit, tu, Publi Maeu, cum patris affectum ei praestare debeas, aestimabis'. quaesitum est, an heredes a Publio Maeuio satis accipere debuerint soluentes eam pecuniam. respondit, cum testamento nulla exigendae satisfactionis commemoratio fiat, satis habuisse heredes secundum uoluntatem defuncti Publio Maeuio pecuniam numerare: et ideo nec Titius alumnus uel heredes eius audiri debeant aduersus heredes patroni agentes, quod satis non exegerunt: ex ea enim numeratione etiam a Titio ac proinde etiam ab heredibus eius liberatos esse supra scriptos heredes, nisi uiuente testatore Publius Maeuus soluendo esse desierit: tunc enim cautio ab eo exigenda est. Pater
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> quinquagesimas?    <sup>2</sup> de ins.    <sup>3</sup> an pretii quinquagesima debeatur usuraeque, quae ... praestarentur, licet praedia uendita sunt. respondit redditus ... legatas?    <sup>4</sup> Larcium (*Mena-gius: cf. uita Comm. 7, ubi libri habent Larcium Eurippianum*)?

2 quae praediis] *FK*, quos praediis *WQE<sup>o</sup>IC*, quae pro praediis *D*, quos pro praediis *E<sup>o</sup>* 3 praestantur] *FDC*, praestatur *E*, praestaretur *WK<sup>o</sup>*, praestarentur *IK<sup>o</sup>* 19 respondi

*Taur. errore* 28 sententiam *F<sup>o</sup>* 32 adiubandos *F<sup>o</sup>* 37 qua's drantes *F<sup>o</sup>* 38 sit' u' tu *F<sup>o</sup>* 40 exigenda'e' *F<sup>o</sup>* 41 commemoratis *F* 42 au' r' diri *F<sup>o</sup>*

duos filios aequis ex partibus instituit heredes, maiorem et minorem, qui etiam impubes erat, et in partem eius certa praedia reliquit et, cum quattuordecim annos impleuerit, certam pecuniam ei legauit idque fratris eius fidei commisit, a quo petit in haec uerba: 'a te peto, Sei, ut ab annis duodecim aetatis ad studia liberalia fratris tui inferas matri eius annua tot usque ad annos quattuordecim: eo amplius tributa fratris tui pro censu eius dependas, donec bona restituas: et ad te redditus praediorum illorum pertineant, quoad perueniat frater tuus ad annos quattuordecim'. quaesitum est, defuncto maiore fratre herede alio relicto utrum omnis condicio percipiendi redditus fundorum, anniuersaria praestetur alia<sup>1</sup>, quae praestaturus esset, si uiueret, Seius, ad heredem eius transierint<sup>2</sup>, an uero id omne protinus ad pupillum et tutores transferri debeat. respondit: secundum ea quae proponerentur intellegitur testator quasi cum tutore locutus, ut tempore, quo tutela restituenda est, haec, quae pro annuis praestari iussisset percipiendisque fructibus<sup>3</sup>, finiantur: sed cum maior frater morte praeventus est, omnia, quae relicta sunt, ad pupillum et tutores eius confestim post mortem fratris transisse.

ALFENUS UARUS libro secundo digestorum a Paulo epitomatorum. 'Filiae B. 44, 4, 22 \*S meae, quotienscumque uidua erit, in annos singulos centum heres meus dato': quaeritur, si filia minus annui temporis uidua fuisset, numquid minus ei centum deberentur. respondit sibi uideri, tametsi totus annus nondum fuisset, tamen deberi.

MARCIANUS libro sexto institutionum. Cum quidam decurionibus diuisiones B. 44, 4, 28 \*S dari uoluisset die natalis sui, diui Seuerus et Antoninus rescripserunt non esse uerisimile testatorem de uno anno sen|sisse, sed de perpetuo legato. f. 48

IDEM libro octauo institutionum. Cum erat certa pecunia, id est centum, rei B. 44, 4, 24 \*S publicae Sardonorum relicta per quadriennium certaminis Chrysanthiani<sup>4</sup>, diui Seuerus et Antoninus rescribserunt uideri perpetuam pensationem reliquisse testatorem per quadriennium, non in primum quadriennium. 25

UALENS libro secundo fideicommissorum. Filio familias, quoad in potestate B. 44, 4, 26 \*P patris sit, in annos singulos dena dari possunt.

## II.

### R DE USU ET USU FRUCTU ET REDITU ET HABITATIONE SEPA ET OPERIS PER LEGATUM UEL FIDEICOMMISSUM DATIS R 30

PAULUS libro tertio ad Sabinum. Nec usus nec usus fructus itineris actus B. 44, 5, 1 S uiae aquaeductus legari potest, quia seruitus seruitutis esse non potest: nec erit utile ex senatus consulto, quo cauetur, ut omnium quae in bonis sint usus fructus legari possit, quia id neque ex bonis neque extra bona sit. sed incerti actio erit cum herede, ut legatario, quamdiu uixerit, eundi agendi ducendi facultatem praestet aut ea seruitus constituitur sub hac cautione, ut, si decesserit legatarius uel capite deminutus ex magna causa fuerit, restituatur.

PAPINIANUS libro septimo decimo quaestionum. Hominis operae legatae ca- B. 44, 5, 2 \*P pitis deminutione uel non utendo non amittuntur. et quoniam ex operis mercedem perci- F(WDEQICK)

<sup>1</sup> ut anniuersaria praestentur aliaque (similiter Hal.)? <sup>2</sup> transierit (u. i.)? <sup>3</sup> quae pro percipiendis fructibus annua praestari iussisset? <sup>4</sup> Chrysanthini (Seldenus: cf. Eckhel d. n. 4, 438 et C. I. Gr. 3208. 5913)?

5 censo F<sup>1</sup> 6 quo'ad' F<sup>2</sup> 8 praestetur alia] FD, praestetur et alia W, praestentur et alia EQICK 9 transierint] FEIK, transierit WDQC 18 uideri] uideri F<sup>2</sup> | fuisset] F, fuisset expletus WDEQICK 29 de usu et usu fructu et reditu] F, de usu et usu fructo (om. et reditu) ind. F, περι χρήσεως παρόλου

(id est de usu actus) B, ubi uidetur respici ad l. 1 30 uel] sic hoc loco F cum B (κατά ἀν- γάτον ἢ πίστεϊ καταλιμπανόμενον), et altero loco (ante l. 38) F | fideicommissum ind. F et altero loco (ante l. 38) F, fideicommissorum hoc loco F

- pere legatarius potest, etiam operas eius ipse locare poterit, quas si prohibeat heres capi<sup>1</sup>, tenebitur. idem est et si seruus se locauerit. et quia legatarius fructuarius non est, ad heredem suum operarum legatum transmittit: sed seruo usu capto legatum perit.
- 3 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Hominis quoque liberi operae legari possunt, B. 44, 5, 8 S
- 4 ULPIANUS libro octauo decimo ad Sabinum. Si pure proprietates legatae erit, ea ad legatarium perueniet, quamuis fructuarius heres sit institutus. B. 44, 5, 4 S
- 5 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Usus fructus 'cum moriar' inutiliter stipulor: idem est in legato, quia et constitutus usus fructus morte intercidere solet. B. 44, 5, 5 S
- 6 POMPONIUS libro quinto decimo ad Sabinum. Si usus fructus mihi in bienium continuum a morte testatoris legatus sit et per heredem steterit, quo minus eum mihi daret, praeterito biennio nihilo minus teneret (quemadmodum teneretur, si res legata in rerum natura esse desisset, quam quis deberet, moratusque esset in ea danda), ut peti quidem iam usus fructus qui legatus sit non possit, quia alius futurus sit quam qui legatus fuerit, sed aestimatio eius bima dumtaxat facienda sit. 16
- 7 ULPIANUS libro uicesimo sexto ad edictum. Operae testamento relictas quando cedere debeant, utrum ex quo petit eas legatarius an ex quo adita hereditas est? et cui pereant dies, quibus aeger seruus fuit? et puto ex die petitionis eas cedere: quare si post petitas aeger esse seruus coeperit, legatario peribunt. B. 44, 5, 7 S
- 8 GAIUS libro tertio de legatis ad edictum praetoris. Si usus fructus municipibus legatus erit, quaeritur, quousque in eo usu fructu tuendi sint: nam si quis eos perpetuo tueretur, nulla utilitas erit nudae proprietatis semper abscedente usu fructu. unde centum annos obseruandos esse constat, qui finis uitae longissimus esset. 19
- 9 ULPIANUS libro octauo disputationum. Si ab eo, cui legatus esset usus fructus, fideicommissum fuerit relictum, licet || usus fructus ad legatarium non peruenierit, heres tamen, penes quem usus fructus remanet, fideicommissum praestat. quod et in militis testamento erit dicendum, si legatarius, a quo fideicommissum relictum est, repudiauierit legatum uel uiuo testatore decesserit. B. 44, 5, 9 S  
f. 48  
26
- 10 IULIANUS libro septuagesimo octauo digestorum. Si Titio fundus et eiusdem fundi usus fructus legatus fuerit, erit in potestate eius, fundum an usum fructum uindicare malit. et si fundum elegerit, necessario plenam proprietatem habebit, licet usum fructum a se reppulerit: si uero usum fructum habere maluerit et proprietatem fundi reppulerit, solum usum fructum habebit. B. 44, 5, 10 S  
30
- 11 IDEM libro primo ex Minicio. Habitationis legatum in singulos annos ab initio anni deberi constat. B. 44, 5, 11 S  
35
- 12 ALFENUS UARUS libro secundo digestorum a Paulo epitomatorum. Heres in fundo, cuius usus fructus legatus est, uillam posuit: eam inuito fructuario demolire non potest, nihilo magis quam si, quam arborem posuisset, ex fundo is euellere uellet: sed si antequam usufructuarius prohibuerit, demolerit, impune facturum. B. 44, 5, 12 S  
39
- 13 PAULUS libro tertio decimo ad Plautium. Cum usus fructus alternis annis legatur, non unum, sed plura legata sunt. aliud est in seruitute aquae et uiae: uiae enim seruitus una est, quia natura sui habet intermissionem. B. 44, 5, 13 B
- 14 CELSUS libro octauo decimo digestorum. Duos separatim uti frui sinere datus heres communiter uti frui passus est: quaerebatur, an utriusque ex testamento teneretur. dixi teneri, si testator utrumque solidum habere uoluit: nam ipsius onus est, ut solidum singulis legatum praestaret: qua parte igitur alterum uti frui sineret heres, ea parte eum non sinere alterum, uti frui, ideoque per aestimationem unicuique quod deest replere debet. B. 44, 5, 14 B  
45

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> dari?

9 morte 'inte' intercidere F<sup>1</sup> 22 abscedente legatarium non peruenierit' fideicommissum F<sup>2</sup>  
F: cf. D. 7, 1, 56 24 esset usus fructus ad 32 reppulerit F<sup>2</sup> 39 demolierit F<sup>2</sup>

MARCELLUS libro tertio decimo digestorum. Damnas esto heres Titium si- B. 44, 5, 15 F  
 nere in illa domo habitare, quoad uiuet: unum uidetur esse legatum. Qui duos fundos  
 habebat, unum legauit et alterius fundi usum fructum alii legauit: quaero, si fructuarius  
 ad fundum aliunde uiam non habeat quam per illum fundum qui legatus est, an fructuario  
 seruitus debeat. respondit, quemadmodum, si in hereditate esset fundus, per quem 5  
 fructuario potest praestari uia, secundum uoluntatem defuncti uidetur id exigere ab  
 herede, ita et in hac specie non aliter concedendum esse legatario fundum uindicare, nisi  
 prius ius transeundi usufructuario praestet, ut haec forma in agris seruetur, quae uiuo  
 testatore optinuerit, siue donec usus fructus permanet siue dum<sup>1</sup> ad suam proprietatem  
 redierit.

MODESTINUS libro nono responsorum. Legatum ciuitati relictum est, ut ex B. 44, 5, 16 E  
 redditibus quotannis in ea ciuitate memoriae conseruandae defuncti gratia spectaculum cele-  
 bretur, quod illic celebrari non licet: quaero, quid de legato existimes. respondit, cum  
 testator spectaculum edi uoluerit in ciuitate, sed tale, quod ibi celebrari non licet, iniquum  
 esse hanc quantitatem, quam in spectaculum defunctus destinauerit, lucro heredum cedere: 15  
 igitur adhibitis heredibus et primoribus ciuitatis dispiciendum est, in quam rem conuerti  
 debeat fideicommissum, ut memoria testatoris alio et licito genere celebretur.

SCAEUOLA libro tertio responsorum. Quidam praedia rei publicae legauit, de B. 44, 5, 17 \*P  
 quorum reditu quotannis ludos edi uoluit, et adiecit: 'quae legata peto, decuriones, et rogo, 19  
 ne in aliam speciem aut alios usus | conuertere uelit'. res publica<sup>2</sup> per quadriennium f. 49  
 continuum ludos non edidit: quaero, an redditus, quos quadriennio res publica percepit,  
 heredibus restituere debeat uel compensare in aliam speciem legati ex eodem testamento.  
 respondit et inuitis heredibus possessione adprehensa perceptos fructus restituendos esse  
 et non erogatum secundum defuncti uoluntatem in alia quae deberentur compensari. 24

MODESTINUS libro nono responsorum. Qui plures habebat liberos, testa- B. 44, 5, 18 E  
 mento suo dixit se habitationem relinquere iis quos codicillis designasset: cum nullos postea  
 designauerit, quaero, an omnes admitti debeant. respondit, si patronus, qui se designa-  
 turum personas libertorum pollicitus est, nullum postea designauit, legatum habitationis  
 perfectum esse non uidetur, non existente cui datum intellegi possit. 29

IDEM libro singulari de heurematicis. Si alii fundum, alii usum fructum eius- B. 44, 5, 19 E  
 dem fundi testator legauerit: si eo proposito fecit, ut alter nudam proprietatem haberet,  
 errore labitur. nam detracto usu fructu proprietatem eum legare oportet eo modo: 'Titio  
 fundum detracto usu fructu lego: uel<sup>3</sup> Seio eiusdem fundi usum fructum heres dato'. quod  
 nisi fecerit, usus fructus inter eos communicabitur, quod interdum plus ualet scriptura quam  
 peractum sit<sup>4</sup>. 35

POMPONIUS libro octauo ad Quintum Mucium. Si seruum sub condicione B. 44, 5, 20 E  
 liberum esse iubeam et usum fructum eius tibi legauero, ualet legatum.

PAULUS libro septimo ad legem Iuliam et Papiam. Titio usus fructus Stichi B. 44, 5, 21 E  
 aut, si natis ex Asia uenerit, decem legata sunt. non petet usum fructum, antequam con-  
 dicio<sup>5</sup> decem existat uel deficiat, ne potestas heredi utrum uelit dandi auferatur. 40

ULFIANUS libro quinto decimo ad legem Iuliam et Papiam. 'Patrimonii mei B. 44, 5, 22 E  
 reditum omnibus annis uxori meae dari uolo'. Aristo respondit ad heredem uxoris non  
 transire, quia aut usui fructui simile esset aut huic legato 'in annos singulos'.

#### F(WDEQICK)

<sup>1</sup> sine et permanet siue dum del. <sup>2</sup> omissa sunt talia: inuitis heredibus praedia possedit et  
 (cf. u. 23) <sup>3</sup> idem Graeci (ἢ οἴτως Τίτου): uel del. (P. Faber) <sup>4</sup> quam quod actum sit  
 (notis permutatis: u. i.)? <sup>5</sup> de ius.

2 uide're'tur F<sup>3</sup> 3 usum fructum F<sup>7</sup> 6 de-  
 functi] defuncti F<sup>7</sup> 13 illicelebrari FQ, illis  
 celebrari E, illis celebrare WDC, ibi cele-  
 brari I, om. inter alia K | respondit] modesti-  
 nus respondit F<sup>2</sup> 22 specie F 26 ihis F<sup>2</sup>,  
 his F<sup>2</sup> 28 po'stea F<sup>2</sup> 30 eurematicis F

31 ut alter nudam] F, ut alius usum fructum  
 alius (altius W) nudam (nudam om. D<sup>1</sup>)  
 WD<sup>1</sup>EQICK, om. D<sup>o</sup> 34 quam peractum]  
 FQ<sup>o</sup>, quam quod actum WDEIK, quam quod  
 peractum Q<sup>1</sup>C: ἐσθ' ὅτε γάρ ἡ γραφή τῆς ἀλη-  
 θείας περιγίνεται B (Tip.)

- 23 IUNIUS MAURICIANUS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam. Licet testa- Bf  
tori repetere legatum usus fructus, ut etiam post capitis deminutionem deberetur et hoc-  
nuper imperator Antoninus ad libellum rescipit. <sup>1</sup>tunc tantum esse huic constitutione  
locum, cum in annos singulos relegaretur. 4
- 24 PAPIANUS libro septimo responsorum. Uxori fructu bonorum legato faenus P  
quoque sortium, quas defunctus collocauit, post impletam ex senatus consulto cautionem  
praestabitur. igitur usuras nominum in hereditate relictorum ante cautionem interpositam  
debitas uelut sortes in cautionem deduci necesse est. non idem seruabitur nominibus ab  
herede factis: tunc enim sortes dumtaxat legatario dabuntur aut, quod propter moram  
<sup>1</sup>usuras quoque reddi placuit, super his non cauebitur. 'Scorpium seruum meum Sempronias 10  
'concubinae meae seruire uolo'. non uidetur proprietatis serui relicta, sed usus fructus.
- 25 IDEM libro octauo responsorum. Qui fructus praediorum uxori reliquit, post P  
mortem eius praedia cum redditibus ad heredes suos redire uoluit, imperitia lapsus. nullum  
fideicommissum dominus <sup>2</sup> neque proprietatis neque fructus ad eos reuerti dedit <sup>3</sup>: etenim  
reditus futuri, non praeteriti temporis demonstrati uidebantur. 15
- 26 PAULUS libro decimo quaestionum. Sempronius Attalus ab herede suo fun- P  
dum in Italiam Gaio post decennium deducto usu fructu dari iussit: quaero, cum me f. 49  
hoc decennii spatio heres uita functus sit, an post tempus decennii plenus fundus ad lega-  
tarium pertineat. mouet enim me, quod dies legati huius siue fideicommissi cesserit ac per  
hoc et ad heredem <sup>4</sup> legatarii pertinere potuerit, et ideo quasi circa debitum iam legatum  
mortuo herede usus fructus extinctus sit nec ad heredem heredis pertinere possit. re-  
spondi: dies quidem fideicommissi uel legati cedit statim, cum post tempus certum heres  
dare rogatur siue iubetur: sed usus fructus nondum est heredis, nisi cum dominium de-  
ducto usu fructu praestitit, et ideo capitis deminutione uel morte perire non potest quod  
nondum habuit. idem enenit, si proprietates deducto usu fructu sub condicione legata sit et  
pendente condicione heres decesserit: tunc enim ab heredis herede incipit usus fructus, qui <sup>5</sup>  
ex persona eius finietur. sed his casibus de sententia testatoris quaerendum est, qui uti-  
que de eo usu fructu detrahendo sensit, qui coniunctus esset heredis personae: quo extincto  
solidam proprietatem ad legatarium uoluit pertinere nec plus transmitti ad successorem  
<sup>1</sup> suum, qui <sup>6</sup> nondum habere coepit usum fructum, quam si iam habere coepisset. Si fundus 20  
duobus, alii usus fructus legatus sit, non triones in usu fructu, sed semisses constituuntur  
idemque est ex contrario, si duo sint fructuarii et alii proprietates legata est. et inter eos  
tantum ad crescendi ius est. 25
- 27 SCAEUOLA libro primo responsorum. Uxori maritus per fideicommissum usum P  
fructum et alia et dotem praelegauit <sup>7</sup>: heredes usum fructum ei concesserunt: post bien- 35  
nium illicitum matrimonium fuisse pronuntiatum est: quaesitum est, an id, quod praeterit  
tempore possedit <sup>8</sup>, ab ea repeti possit. respondit id, quod fructus nomine percepiisset, re-  
peti posse.
- 28 PAULUS libro tertio decimo responsorum. Quaero, si usus fructus fundi le- P  
gatus est et eidem fundo indictiones temporariae indictae sint, quid iuris sit. Paulus re- 40  
spondit idem iuris esse et in his speciebus quae postea indicuntur, quod in neotigalibus  
dependendis responsum est: ideoque hoc onus ad fructuarium pertinet.
- 29 GAIUS libro primo fideicommissorum. Si quis usum fructum P  
legatum sibi alii restituere rogatus sit eumque in fundum induxerit fruendi causa: licet 45  
iure ciuili morte et capitis deminutione ex persona legatarii pereat usus fructus, quod huic  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> nec puto *similiae ins.* (*similiter Cuiacius: u. i.*) <sup>2</sup> nihilominus (= *νομινος*)? <sup>3</sup> dedit] respondi (= *ἔδωκε*)? <sup>4</sup> qui incipit usus fructus? <sup>5</sup> suum qui] si qui? <sup>6</sup> relegauit (*Hal.: cf. ad D. 33, 4*)? <sup>7</sup> possedit] percepit (*πεπερὶτ = p'sebit: van de Water*)?

3 tunc tantum *seq.] idem legerunt Graeci:* τοῦτο δὲ χώραν ἔχει ἐπὶ μόνου τοῦ ἐπιχείου λι- γάτου τῆς χήρας B (Typ.) 11 consubinae F 14 dedit] debet DEIC, uel dedit W 24 pe- riri F<sup>2</sup> 26 here'de's F<sup>2</sup> 28 ex'stincto F 29 transmitti] FDIK, transmittit WC, trans- mittere E 32 duo'bu'sint F<sup>2</sup> 42 depen- dentis F<sup>2</sup> | est et' ideoque F<sup>2</sup> 45 usu fructus F

ipso iure adquisitus est, tamen praetor iurisdictione sua id agere debet, ut idem seruetur, quod futurum esset, si ei, cui ex fideicommissio restitutus esset, legati iure adquisitus fuisset.

- 0 LAUOLENUS libro secundo ex posterioribus Labeonis. Cui usus fructus legatus [B. 44, 5, 30] \*S esset, donec ei totius dotis satisfieret, cum ei heres<sup>1</sup> pro sua parte satis dedisset, quamuis<sup>5</sup> reliqui satis non darent, tamen pro ea parte usum fructum desinere habere mulierem ait
- 1 Labeo: idem fieri et si per mulierem mora fieret, quo minus satis acciperet. Colono suo dominus usum fructum fundi, quem is colebat, legauerat: agat<sup>2</sup> colonus cum herede ita, ut iudex cogat heredem ex locationis actione eum liberare. 9
- 31 LAREO libro secundo posteriorum a Iauleno epitomatorum. Is qui fundum [B. 44, 5, 31] A tecum communem habebat usum fructum fundi uxori legauerat: post mortem eius tecum heres arbitrum communi diuidendo petierat. Blaesus ait Trebatium respondisse, si arbiter certis regionibus fundum diuisisset, eius partis, quae tibi optigerit, usum fructum ¶ mulieri f. 50 nulla ex parte deberi, sed eius, quod heredi optigisset, totius usum fructum eam habituram. ego hoc falsum puto: nam cum ante arbitrum communi diuidendo coniunctus pro indiuiso 15 ex parte dimidia totius fundi usus fructus mulieris fuisset, non potuisse arbitrum inter alios iudicando alterius ius mutare: quod et receptum est.
- 32 SCABUOLA libro quinto decimo digestorum. Generali capite praeposito qui- [B. 44, 5, 32] A dam in testamento suo ita adiecit: 'Felici, quem liberum esse iussi, usum fructum fundi Uestigiani lego: cuius proprietatem puto te consecuturum, si non contenderis cum herede 20 meo, sed potius concordaueris: sed et tu, heres, omnia fac, ut amici sitis: hoc enim uobis expedit': quaesitum est, an uiuente herede exigere possit Felix fundi proprietatem. re- spondit nihil proponi, cur Felici proprietatem fundi legata uideretur. Filios ex Seio et filiam ex alio marito heredes instituit aequis portionibus et matri ita legauerat: 'Aeliae Dorcadi matri meae dari nolo, quoad uiuat, usum fructum bonorum meorum, ita ut post obitum 25 eius ad liberos meos aut ad eum, qui ex his uiuet, pertineat'. filii post aditam hereditatem decesserant: quaesitum est mortua matre superstite filia testatrix usus fructus utrum ad solam filiam an uero pro portione hereditatis pertineret. respondit ad eos redire, apud quos proprietatem esset. CLAUDRUS: non credit ipsam usum fructum in uicem portionum hereditariam post mortem auiae inter ipsos datum, eo magis, quod aequis partibus he- 30 redes erant scripti. Uxori usum fructum domuum et omnium rerum, quae in his domibus erant, excepto argento legauerat, item usum fructum fundorum et salinarum: quaesitum est, an lanae cuiusque coloris mercis causa paratae<sup>3</sup>, item purpurae, quae in domibus erat, usus fructus ei deberetur. respondit excepto argento et his, quae mercis causa comparata<sup>4</sup> sunt, ceterorum omnium usum fructum legatariam habere. Idem quaesitum, cum in salinis, 35 quarum usus fructus legatus esset, salis inuentus sit non minimus modus, an ad uxorem ex causa fideicommissi usus fructus pertineat. respondit de his legandis, quae uenalia ibi essent, non sensisse testatorem. Idem quaesitum, cum eodem testamento ita cauerit: 'a te peto, uxor, uti ex usu fructu, quem tibi praestari nolo in annum quintum decimum, con- uenta sis annuis quadringentis, quod amplius fuerit, rationibus heredis hereditum meorum 40 inferatur', an recessum uideatur a superiore capite ideoque uxor non amplius habeat ex usu fructu, quam annuos quadringentos. respondit satis id, quod quaereretur, aperte uerba quae proponerentur declarare. Lucius Titius testamento suo Publio Maenio fundum Tuscu- lanum reliquit eiusque fidei commisit, uti eiusdem fundi partem dimidiam usus fructus<sup>5</sup> Titiae praestaret: Publius Maenius uillam uetustate corruptam cogendis et conseruandis 45
- F(WDEQICK)

<sup>1</sup> ex parte ius.    <sup>2</sup> agat (u. i.)?    <sup>3</sup> mercis causa paratae del.    <sup>4</sup> parata?    <sup>5</sup> partis dimidiae usum fructum?

5 heres pro sua parte] ó εἰς κληρονομίαν κατὰ τὸ ἴδιον μέρος B (Tip.) 8 agat] FD<sup>2</sup>, agat fructus bis F<sup>1</sup> 16 potuisse t F<sup>2</sup> 25 uiuet F<sup>2</sup> WD<sup>2</sup>EICK 11 uxori F: ἀγατέω τῆ γα- 30 eo s magis F<sup>2</sup> 33 erat] W, erant FDEICK 36 inuentu m's F<sup>2</sup> μετῆ μοῦ B (Tip.) 15 pro indiuiso ... 16 usus



- fructibus necessariam aedificauit: quaero, an sumptus partem pro portione usus fructus Titia agnoscere debeat. respondit, si prius, quam usum fructum praestaret, necessario aedificauit, non alias cogendum restituere, quam eius sumptus ratio habeatur. Dnas filias et filium mente captum heredes rescripsit, filii portione mente capti datae<sup>1</sup> usum fructum legauit in haec uerba: 'hoc amplius Publia Clementiana praecipiet sibi quartae partis hereditatis meae, ex qua Iulium Iustum filium meum || heredem institui<sup>2</sup>: petoque a te, Publia Clementiana, uti fratrem tuum Iulium Iustum alias tuearis dependas pro eo: pro quo tibi usum fructum portione eius reliqui, donec mentis compos fiat et conualescat'. quaesitum est, cum filius in eodem furore in diem mortis suae perseuerans decesserit, an usus fructus intercederet. respondit uerbis quae proponerentur perseuerare legatum, nisi manifestissime probetur aliud testatorem sensisse. Heredis instituti fidei commissi filio suo annua decem praestare aut ea praedia emere et assignare, ut usum fructum haberet, reditum efficientia annua decem: filius fundos sibi ab herede secundum matris uoluntatem traditos locauit: et<sup>3</sup> quaesitum est, defuncto eo reliqua colonorum utrumne ad heredem filii fructuarii an uero ad heredem Seiae testatrix pertineant. respondit nihil proponi, cur ad heredem Seiae pertineant. Usum fructum tertiae partis bonorum suorum uni ex heredibus [BS. 41, 1, 68] dibus legauerat: quaesitum est, an pecuniae, quae ex rebus diuisis secundum aestimationem effecta est, tertia praestanda sit. respondit heredis esse electionem, utrum rerum an aestimationis usum fructum praestare uellet. Item quaesitum est, tributa praeterea, [(BS.)] quae uel pro praediis aut mouentibus deberi<sup>4</sup> et reddi necesse est, an eximenda sint ex quantitate, ut reliquae dumtaxat pecuniae, si hoc heres elegerit, reddi debeat. respondit reliquae pecuniae tertiam praestandam.
- 33 IDEM libro septimo decimo digestorum. 'Sempronio ea, quae uiuus praestabam, dari uolo': is etiam habitabat in testatoris domo, quae uni ex heredibus praelegata erat: quaesitum est, an habitatio quoque debeat. respondit nihil proponi, cur non debeat. Ex his uerbis testamenti: 'libertis meis, quibus nominatim nihil reliqui, quae uiuus praestabam dari uolo' quaesitum est, an libertis, qui cum patrono suo in diem mortis habitabant, etiam habitatio relicta uideatur. respondit uideri. Codicillis ita scripsit: 'Negidium Titium Dionem libertos meos senes et infirmos peto in lecis, in quibus nunc agunt, senescere patiamini': quaero, an ex hoc capite liberti supra scripti rei fideicommissi fructus locorum, quibus morantur, recipere debeant, cum alia, quae eis specialiter legata sunt, sine controuersia consecuti sunt. respondit uerbis quae proponerentur id petitum, ut ad eum modum paterentur heredes ibi eos esse, ad quem modum ipsa patiebatur.
- 34 IDEM libro octauo decimo digestorum. Codicillis fideicommissa in haec uerba [B. 44, 5, 34] dedit: 'libertis libertabusque meis et quos in codicillis manumisi fundum, ubi me humari uolui, dari uolo, ut qui ab<sup>5</sup> his decesserit, portio eius reliquis adcreseat, ita ut ad nouissimum pertineat: post cuius nouissimi<sup>6</sup> decessum ad rem publicam Arelatensiam pertinere uolo. hoc amplius libertis liberfabusque meis habitationes in domo, quamdiu uiuent: Pactiae et<sup>7</sup> Trophimae diaetas omnes, quibus uti consueuit: habitet quam domum<sup>8</sup> post mortem eorum ad rem publicam pertinere uolo'. quaesitum est, rei publicae fideicommissum utrum ab herede an a libertis datum sit. respondit secundum ea quae proponerentur posse ita uerba accipi, ut eius legatarii, qui nouissimus decederet, fidei commissum uideatur. idem *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> datae del.    <sup>2</sup> usum fructum *ins.* (u. i.)    <sup>3</sup> et del.    <sup>4</sup> tributa quae praeterea pro praediis aut mouentibus dari?    <sup>5</sup> de?    <sup>6</sup> nouissimi del.    <sup>7</sup> et del. (*male gem.*)    <sup>8</sup> consueuit: quam domum habitent?

4 filii portione mente capti datae] *F<sup>1</sup>*, filio (filie *DQC*, filius *I*) portione (portiones *E<sup>2</sup>* om. *D<sup>2</sup>*) mente capto datae (dare *E<sup>2</sup>I*, dato *D<sup>2</sup>C<sup>2</sup>*) *F<sup>2</sup>WDEQICK* 5 sibi] *FWD<sup>2</sup>E<sup>2</sup>IC*, sibi usum fructum *D<sup>2</sup>E<sup>2</sup>K*, sibi usu fructu *Q* 10 respondi'st *F<sup>2</sup>* | manifestissimi *F* 12 aut ea praedia seq.] ἢ ἀγρὸν αὐτῶ εἰς χρεῖσιν δο-

θῆναι *B* (*Tip.*) 16 pertineant] *F<sup>2</sup>D*, pertineat *F<sup>2</sup>WEQICK* 19 uelit *F<sup>2</sup>* 21 pecunia'e *F<sup>2</sup>* | eligerit *F* 24 domu *F<sup>2</sup>* 26 ex his uerbis ... 35 humari om. *F<sup>2</sup>* | quibus *bis* *F<sup>2</sup>* 29 meos *postea suppl.* *F<sup>2</sup>* 35 manumisi] *FDE<sup>2</sup>CK*, manumissurus sum *WE<sup>2</sup>I* 38 uiuant *F<sup>2</sup>* 39 quam] quem (*sic*) *F<sup>2</sup>*

- quaesit defunctis quibusdam ex libertis, quibus habitatio relicta erat, an portiones domus, in quibus hi habitauerant, iam ad rem publicam pertineant. respondit, quoad aliquis eorum uiuat, fideicommissum rei publicae non deberi. Qui Semproniam ex parte decima et Maeniam ex parte decima, alumnum ex reliquis partibus instituerat heredes, curatorem alumno dedit, cum iure facere putaret: et curatoris fidei commisit, ne pateretur fundum uenire, sed cum Sempronia et Maenia nutricibus suis frueretur redditu eius: et ima parte testamenti ita adiecit: 'omnem uoluntatem meam fidei heredum meorum committo'. quaesitum est, an tertias partes usus fructus fundi nutrices ex fideicommissio petere possint, quamuis curator ei receptus sit<sup>1</sup>, quem iure dare non poterit<sup>2</sup> alumno. respondit secundum ea quae proponerentur utiliter fideicommissio uoluntatem suam confirmasse: id<sup>3</sup> igitur cuique dedisse, 10 ut et nutrices una cum alumno redditu fundi uterentur.
- 35 IDEM libro uicesimo secundo digestorum. Uxori usum fructum uillae legauit [B. 44, 5, 85] A in quinquennium a die mortis suae, deinde haec uerba adiecit: 'et peracto quin[qu]ennio, f. 51 'cum eius usus fructus esse desierit, tunc eum fundum illi et illi libertis dari uolo'. quaesitum est, cum uxor intra quinquennium decesserit, an libertis proprietatis petitio iam an 15 uero impleto quinquennio competat, quia 'peracto quinquennio' testator proprietatem legauerat. respondit post completum quinquennium fundum ad libertos pertinere.
- 36 IDEM libro quinto uicesimo digestorum. Stichus testamento manumisso fundi [B. 44, 5, 86] A usus fructus erat legatus et, cum is uti fruique desisset, fidei heredum testator commisit, uti eum fundum darent Lucio Titio: sed Stichus testamento suo eiusdem fundi proprietatem nepotibus suis legauit et heredes Stichi ex testamento eius legatariis nepotibus eum fundum tradiderunt. quaesitum est, cum nepotes legatarii ignorauerint condicionem fundi supra scripti priore testamento datam et plus quam tempore statuto possederint, an eum fundum sibi adquisierint. respondit secundum ea quae proponerentur legatarios sibi ad- 25 quisuisse. Idem quaesit, si aliquo casu legatariis auferri possit, an repetitionem ab heredibus Stichi eius nepotes habere possint. respondit supra quidem de acquisitione responsum: uerum si ex alia<sup>4</sup> causa adquisitio cessasset, uideri Stichum, si post mortem eorum, quibus proprietas legata esset, testamentum fecisset, potius quod habere se crederet, quam quod onerare heredes uellet, legasse. 29
- 37 IDEM libro trigesimo tertio digestorum. 'Uxori meae usum fructum lego bo- [B. 44, 5, 37] A norum meorum, usque dum filia mea annos impleat octodecim': quaesitum est, an praediorum tam rusticorum quam urbanorum et mancipiorum et suppellectilis itemque calendarii usus fructus ad uxorem pertineat. respondit secundum ea quae proponerentur omnium 34 pertinere.
- 38 IDEM libro tertio responsorum. 'Fundi Aebutiani redditus uxori meae quoad [B. 44, 5, 88] \*P uiuat dari uolo': quaero, an possit tutor heredis fundum uendere et legatario offerre quantitatem annuam, quam uiuo patre familias<sup>5</sup> ex locatione fundi redigere consueuerat. respondit posse. item quaero, an habitare impune prohiberi possit. respondit non esse obstrictum heredem ad habitationem praestandam. item quaero, an compellendus sit heres reficere praedium. respondit, si heredis facto minores redditus facti essent, legatarium recte 40 desiderare, quod ob eam rem deminutum sit. item quaero, quo distat hoc legatum ab usu fructu. respondit ex his, quae supra responsa essent, intellegi differentiam.
- 39 IDEM libro sexto responsorum. Filios heredes instituit, uxori uentem mun- [B. 44, 5, 89] \*P dum muliebrem lanam linum et alias res legauit et adiecit: 'proprietatem autem eorum, quae supra scripta sunt, reuerti uolo ad filias meas quaeue ex his tunc uiuent': quaesitum 45 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> quamuis curator nec receptus sit?    <sup>2</sup> poterat?    <sup>3</sup> idem?    <sup>4</sup> aliqua?    <sup>5</sup> uiuus pater familias (u. i.)?

<sup>2</sup> quo d'ad F<sup>1</sup> 9 receptum F<sup>2</sup> 29 h'onere F<sup>3</sup> 31 octodecim'o F<sup>4</sup> 32 sup'pellectilis F<sup>5</sup> 33 us's'us fructus F<sup>6</sup> 35 ante l. 38 rubricam tituli repetit eique numerum III postea adscripsit F<sup>1</sup>, del. F<sup>2</sup> | ebutiani DE<sup>2</sup>,

eburiani K, ebatiani W, ebatiam I, trebatiani E<sup>4</sup>C 36 uiuet F<sup>3</sup> 37 uiuo patre familias] FDECK, uiuus pater familias WI: εἰ τι περιών (scilicet pater familias) ἐλαμβάνον ἐκ τῆς ἀγοῦ μισθώσεως B (Tip.) 40 legatarium F<sup>2</sup>

est, utrum usus fructus an proprietas earum rerum data sit. respondit proprietatem legatam uideri.

- 40 ALFENUS UARUS libro octauo digestorum a Paulo epitomatorum. Illi cum [B. 44, 5, 40] 'illo habitationem lego': perinde est, ac si ita 'illi et illi' legasset.
- 41 LAUOLENUS libro secundo ex posterioribus Labeonis. Cum ita legatum esset: [B. 44, 5, 41] 'fructus annuos fundi Corneliani Publico Maenio do lego', perinde putat accipiendum esse Labeo, ac si usus fructus fundi similiter esset legatus, quia haec mens fuisse testatoris uideatur.
- 42 IDEM libro quinto ex posterioribus Labeonis. In fructu id esse intellegitur, [B. 44, 5, 42] quod ad usum hominis inductum est: neque enim maturitas naturalis hic spectanda est, sed id tempus, quo magis colono dominoue eum fructum tollere expedit. itaque cum olea immatura plus habeat redditus, quam si matura legatur, non potest uideri, si immatura lecta est, in fructu non esse.
- 43 UENULEIUS libro decimo actionum. Nihil interest, utrum bonorum quis an [B. 44, 5, 48] rerum tertiae partis usum fructum legauerit: nam si bonorum usus fructus legabitur, etiam aes alienum ex bonis deducetur, et<sup>1</sup> quod in actionibus erit, computabitur. at si certarum rerum usus fructus legatus erit, non idem obseruabitur.

## III.

## R DE SERUITUTE LEGATA R

- 1 IULIANUS libro primo ex Minicio. Qui duas tabernas coniunctas habebat, eas [B. 44, 6, 1] singulas duobus legauit: quaesitum est, si quid ex superiore taberna in inferiorem inaedificatum esset, num inferior<sup>2</sup> oneri ferundo in superioris tabernae loco<sup>3</sup> contineretur. respondit seruitutem impositam uideri. IULIANUS notat: uideamus, ne hoc ita uerum sit, si aut nominatim haec seruitus imposita est aut ita legatum datum est: 'tabernam meam uti nunc est do lego'.
- 2 MARCELLUS libro tertio decimo digestorum. Fundum communem habentibus [B. 44, 6, 2] legari potest uia, cum et communis seruus recte uiam stipulatur et, cum duo ei qui ipse uiam stipulatus fuerit heredes exstiterint, non corrumpitur stipulatio.
- 3 IDEM libro uicesimo nono digestorum. Si fundum Maenio et ad eum uiam [B. 44, 6, 3] per alium fundum et eundem fundum sine uia Titio legasset, si uterque fundum uindicasset, sine uia legato<sup>4</sup> fundum cessurum, quia<sup>5</sup> neque adquiri per partem seruitus possit. et<sup>6</sup> si prius Maenius fundum uindicaret altero deliberante, posse dubitari, an, si postea Titius omississet, uiae legatum saluum esset, et hoc magis uidebatur: quamquam si sub condicione quis fundum legasset, uiam pure, aut pro parte fundum pure, pro parte sub condicione et uiam sine condicione, si pendente ea legati dies cessisset, interiturum fore uiae legatum: ut responsum est, cum alteri ex uicinis, qui fundum communem habebant, uiam sub condicione, alteri pure legasset et pendente condicione decessisset, quia alterius legatarii persona impedimento esset, quo minus solidus fundus cum<sup>7</sup> uia uindicaretur.
- 4 LAUOLENUS libro nono epistularum. Si is qui duas aedes habebat unas mihi, [B. 44, 6, 4] alteras tibi legauit et medius paries, qui utrasque aedes distinguat, interuenit, eo iure eum communem nobis esse existimo, quo, si paries tantum duobus nobis communiter esset lega-

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> si rerum *ins.* (Noodt)    <sup>2</sup> inferior] inferiorem esse?    <sup>3</sup> loco] legato (*edd.*)?    <sup>4</sup> legato] Maenio?    <sup>5</sup> alterius legatarii persona impedimento esset, quo minus solidus fundus cum uia uindicaretur *ins.* (*cf. u. 37: Hotomanus*)    <sup>6</sup> et] sed?    <sup>7</sup> solidus fundus cum *del.* (*cf. n. 5*)

7 fuisse? F<sup>2</sup> 14 nihil] FDE (*margin.* al. multum) K, multum WI (*margin.* al. nichil) C 15 tertiae partis] τοῦ τρίτου μέρους B (*Tip.*) 17 legatus] FDIC, legatus non WE (*margin.*

al. hoc non non est) K 22 contineretur] F<sup>2</sup>ECK, contineretur F<sup>2</sup>WI, continentur D 37 legasset et] WDEQICK, legasse et F<sup>2</sup>, legasset F<sup>2</sup>, legasset ea I

tua, ideoque neque me neque te agere posse ius non esse alteri ita immittas<sup>1</sup> habere: nam quod communiter socius habet, et in iure eum habere<sup>2</sup> constitit: itaque de ea re arbiter communi diuidendo sumendus est.

5 PAPIANUS libro sexto decimo quaestionum. Etsi maxime testamenti factio B. 44, 6, 5 P cum seruis alienis ex persona dominorum est, ea tamen quae seruis relinquuntur ita ualent, si liberis relicta possent ualere: sic ad fundum domini uia seruo frustra legatur.

6 IDEM libro septimo responsorum. Pater filiae domum legauit eique per domum B. 44, 6, 6 P hereditarias ius transeundi praestari uoluit. si filia domum suam habitat, uiro quoque ius transeundi praestabitur: alioquin filiae praestari non uidebitur. quod si quis non usum<sup>9</sup> transeundi personae datum, sed legatum seruitutis esse plenum intellegat, tantumdem iuris f. 52 ad heredem quoque transmittetur: quod hic nequaquam admittendum est, ne, quod affectu filiae datum est, hoc et ad externos eius heredes transire uideatur.

7 PAULUS libro uicesimo primo quaestionum. Cum a pluribus heredibus insti- B. 44, 6, 7 P tutis uia legata est, quia partem non recipit, singuli heredes in solidum conueniuntur, quia<sup>5</sup> et uno ex heredibus aduente uindicari potest. 15

### III.

#### ℞ DE DOTE PRAELEGATA ℞

SPAE

1 ULPIANUS libro nono decimo ad Sabinum. Cum dos relegatur, uerum est id B. 44, 7, 1 S  
 1 dotis legato inesse, quod actione de dote inerat. Et ideo si inter uirum et uxorem con-  
 uenerat, ut morte uiri soluto matrimonio filio communi interueniente dos apud mariti he- 20  
 redem remaneret, et maritus decedens dotem relegauerit, stari pacto non debet ob hoc  
 quod dos relegata est. uerum et citra relegationem hoc probari debet: nam quod est ad-  
 missum posse deteriorem condicionem dotis fieri interuenientibus liberis, totiens locum habet,  
 2 quotiens ipsa in matrimonio decedit uel diuortium interuenit. Et uerum est commodum  
 3 in dote relegata esse representationis, quamuis annua die dos praestaretur: Est et illud, 25  
 3 quod ob res donatas<sup>4</sup> hodie post senatus consultum nulla fit exactio, si modo uoluntatem  
 4 non mutauit testator. Impensae autem ipso iure dotem minuunt. sed quod diximus ipso  
 iure dotem impensis minui, non ad singula corpora, sed ad uniuersitatem erit referendum.  
 5 Adeo autem dotis actionem continet dotis relegatio, ut, si uiuus eam uxori (scilicet quibus  
 6 licet casibus) soluerit, cesset legatum. Sed et si mancipia fuerint in dote non aestimata 30  
 7 et haec demortua sint, legatum dotis in his euanescit. Sed et si dotem promiserit mulier  
 neque dederit et decedens maritus uxori dotem praelegauerit<sup>5</sup>, mulier nihil amplius quam  
 liberationem habebit: nam et si quis ita legauerit 'centum quae in arca habeo' aut 'quae  
 8 'ille apud me deposuit', si nulla sint, nihil deberi constat, quia nulla corpora sint<sup>6</sup>. Si quis  
 uxori fundum Titianum his uerbis legasset: 'is enim fundus propter illam ad me peruenit', 35  
 omnimodo debetur fundus: nam quidquid demonstratae<sup>7</sup> rei additur satis demonstratae,  
 9 frustra est. Celsus libro uicesimo digestorum scribit, si socer nurui Epanagoge 18, 16 sch. c  
 dotem relegauit, si quidem ius actionis de dote uoluit relegare, nullius momenti esse lega-  
 tam, quippe nupta est: sed si uoluit eam recipere dotalem pecuniam, inquit, utile erit lega-  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> trabes ins. (van de Water)    <sup>2</sup> et in iure eum habere] item iure me habere?    <sup>3</sup> quin?  
<sup>4</sup> exciderunt talia (cf. l. 5 h. t.): aliasue causas exceptis iis quae ipso iure dotem minuunt  
 dotis relegatae solutio non differtur: ceterum ob res donatas    <sup>5</sup> relegauerit (cf. ad rubr.)?  
<sup>6</sup> quia nulla corpora sint del.    <sup>7</sup> demonstrandae (Schulting)?

1 immittas F, inmissum D<sup>r</sup>, inmissum WD<sup>r</sup>ICK, in minus sum E 14 rec'e'ipit F<sup>a</sup> 17 praelegata] sic F ante l. 16 et ind. F, perlegata hoc loco F, περι προικός αντιληγεταιυθειςις: praelegandi uocabulum ubicumque usurpatur pro relegando (ut Inst. 2, 20, 15 et apud Paulum 4, 1, 1 et Dig. 31, 77, 12 et 88, 7. 33, 2, 27,

item h. t. in rubr. et l. 1 § 7. l. 9. 15. 17 pr.), nisi a librariis, certe a compilatoribus potius proficisci putandum est quam ab antiquis auctoribus: cf. praesertim h. t. l. 1 § 13 18 relegatur uerum] relegaturu eorum F<sup>a</sup> 23 firmiteruenientibus F<sup>a</sup> 36 quidquid d'emonstratae F<sup>a</sup>

- tum. si tamen haec dotem receperit, nihilo minus maritus dotis persecutionem habebit, siue heres institutus esset, familiae herciscundae iudicio, siue non, utili actione. ego puto, quoniam non hoc uoluit socer, ut bis dotem heres praestet, mulierem agentem ex testamento cauere debere defensu iri heredem aduersus maritum. ergo et maritus idem debebit
- 10 cauere aduersus mulierem defensu iri, si prior agat. Per contrarium apud Iulia- (Epan.) 5  
num libro trigesimo septimo quaeritur, si socer filio suo exheredato dotem nurus legasset:  
et ait agi quidem cum marito exheredato de dote non posse, uerumtamen ipsum dotem  
persecuturum ex causa legati: sed non alias eum legatum consecuturum, quam si cauerit  
heredes aduersus mulierem defensu iri. et differentiam facit inter eum, cui dos relegata  
est, et oroinum libertum, cui peculium legatum est: namque eum de peculio posse con- 10  
ueniri ait, heredem non posse, quia peculium desiit penes se habere: at dotis actio || nihilo f. 57  
11 minus competit, etsi dotem desierit habere. Idem Iulianus quaerit, si dotem marito re-  
legauerit socer, an dote soluta mulieri legatum mariti extinguatur. et dicit extingui, quia  
12 nihil esset iam, quod marito posset praestari. Idem quaerit, si dos alii legata esset eam-  
que rogatus sit mulieri restituere, an lex Falcidia in legato locum haberet. et dicit habere: 15  
sed quod minus est in fideicommissio, mulierem dotis actione consecuturam. ego quaero,  
an commoda repraesentationis in hoc legato sic obseruentur atque si dos ipsi mulieri fuisset  
13 relegata. et puto<sup>1</sup> habere. Idem Iulianus quaerit, si mulieri dos sit relegata eaque rogata  
dotem restituere, an Falcidia locum habeat. et negat habere, quoniam fideicommissum  
quoque negat ualere. quod si praeterea quid uxori legatum sit, putat ex residuo fideicom-  
missum praestari: quod utique habita ratione Falcidiae mulieri praestabitur. sed et marito  
ex parte heredi instituto a socero dote praelegata legatum dotis Falcidiam passurum, uide-  
licet quia adhuc constante matrimonio indebita dos uidetur relegata, uerum quod Falcidia  
reccidit, in familiae herciscundae iudicio maritum praeepturum, quemadmodum totam dotem  
14 praeciperet, si non esset relegata. Mela scripsit, si fundus in dote sit et specialiter sit  
15 legatus, mox generaliter dos relegata, non bis, sed semel deberi fundum. Ibidem Mela  
coniungit, si fundus in dote fuit locatus a marito ad certum tempus, uxorem non alias  
fundum ex relegatione consequi, quam si cauerit se passuram colonum frui, dummodo ipse  
pensiones percipiat.
- 2 ULPIANUS libro quinto disputationum. Cum quis uxori suae dotem relegat [B.44, 7, 2  
fideique commissum ab ea relinquit, hoc fideicommissum ex commodo, quod ex relegatione  
mulier sentit, aestimabitur, et ita Celsus quoque libro uicesimo digestorum scripsit. quod  
si necessariae fuerunt impensae, quae ipso iure dotem minuunt, amplius dici potest, si tanta<sup>3</sup>  
quantitas dotis, quam maritus accepit, ei relegata est, oportere dici etiam eam quantitatem  
posse fideicommissum erogare<sup>4</sup>, quae ipso iure dotem minuit: esse enim mulierem lega-  
tariam nemo est qui dubitet. sed et si non dos, sed pro dote aliquid uxori fuerit legatum,  
adhuc quasi dos relegata accipitur. hoc amplius Iulianus scripsit, etsi non fuerit adiectum  
pro dote esse legatum, hoc tamen animo relictum, adhuc eius esse condicionis. uxor igitur  
si rogetur uel dotem uel quod pro dote legatum est uel quod in nicem dotis ei adscriptum  
est restituere, non cogetur nisi eatenus, quatenus diximus, restituere: et ideo heres insti-  
tuta rogataque quantitatem hereditatis restituere id demum restituet, quod quantitatem  
dotis excedit idque quod ex repraesentationis commodo sentit. nam et si quis, cum a nuru  
dotem accepisset, filium suum heredem instituerit eumque rogauerit, quidquid ad eum ex  
hereditate peruenisset, restituere, mox morte uxoris<sup>4</sup> dotem fuerit lucratus, id non restituet  
1 quod ex dote percepit, quia matrimonii causa id lucratus est, non ex patris iudicio. Mulier 45

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> locum *ins.*    <sup>3</sup> tota (ei ἀνατέγω πάναν ἢν ὑπεδείξιμην B)?    <sup>4</sup> fideicommissio erogari (*Hal.*)?  
<sup>4</sup> *is ins.*

3 praestet et mulierem F<sup>2</sup>? 13 ex'stingua- [ατεγθῆ προίξ B (Typuc.) 26 bis] ois F<sup>2</sup>  
tur F<sup>2</sup> | ex'stingui F<sup>2</sup> 16 actionem FDC 39 ei] si F, sibi DEICK 44 restituet]  
20 ex] et F, et ex E-K 22 heredi] herede fDEQICK, restitueret F, restituere WI  
FK: εἰ μερικῶ ὄντι τῶ παιδί κληρονόμῳ ἀν-

dotem promisit quadringentorum et dedit fundos duos in ducenta, praeterea nomina debitorum in residua ducenta: mox maritus eius decedens pro dote fundos ei duos non eos, quos in dotem acceperat, reliquit et praeterea duos illos dotales, quos aestimatos acceperat, reliquit<sup>1</sup> fideique eius commisit, ut, quidquid ad se ex hereditate eius pervenisset, id restitueret Seio cum moreretur: quaerebatur, quantum esset in fideicommissio muliere defuncta. dicebam uxorem hanc, quae rogata est, quidquid ad se pervenerit ex testamento, restituere, in ea esse condicione, ut id demum restituere rogetur, quod deducta dotis quantitate ad eam pervenit: dotem enim recepisse eam magis quam acceperisse, salvo eo, quod ex commodo repraesentationis ab ea fideicommissi potuit. proinde id quidem, quod pro dote maritus ei reliquit, non cogetur restituere, nisi plus fuit in eo quam in quantitate dotis: residuum vero, quod praeterea illi relictum est, cum fructibus cogetur restituere. habebit igitur praecipuam dotem cum suis fructibus: id vero, quod extrinsecus ei relictum est, cum fructibus, qui ad eam pervenerint, restituet.

- 3 IULIANUS libro trigesimo quarto digestorum. Qui ita legat uxori suae: 'Titiae amplius quam dotem aureos tot heres meus damnas esto dare', manifestus est dotem quoque relegasse. B. 44, 7, 8 S
- 4 AFRICANUS libro quinto quaestionum. Cum vulgari modo dies legatorum profertur, nihil eam rem ad dotis relegationem pertinere ait, quia suum diem habeat. B. 44, 7, 4 S
- 5 MARCIANUS libro tertio regularum. Dote relegata non est heres audiendus, si velit ob donationes in mulierem factas solutionem differre vel ob impensas alias, quam quae ipso iure dotem minuunt: aliud est enim minorem esse factam dotem, quod per necessarias impensas accidit, aliud pignoris nomine retineri dotem ob ea, quae mulierem in vicem praestare aequum est. B. 44, 7, 5 Sf
- 6 LABEO libro secundo posteriorum a Iavoleno epitomatorum. Cum scriptum esset: 'quae pecunia propter uxorem meam ad me venit quinquaginta, tantundem pro ea dote heres meus dato', quamvis quadraginta dotis fuissent, tamen quinquaginta debere Alfenuus Uarus Sernium respondiisse scribit, quia proposita summa quinquaginta adiecta ait. Item ei, quae dotem nullam habebat, uir sic legauerat: 'quanta pecunia dotis nomine' et reliqua, 'pro ea quinquaginta heres dato'. debere ei legatum Ofilius Cascellius, item et Sernii auditores rettulerunt: perinde habendum esse ac si seruus alicui mortuus aut pro eo census legatus essent. quod uerum est, quia his uerbis non dos ipsa, sed pro dote pecunia legata uidetur. B. 44, 7, 6 \*A
- 7 PAPINIANUS libro octavo decimo quaestionum. Pater dotem a nuru acceptam filio exheredato legauit: heres patris opposita doli exceptione non ante soluere legatum cogendus est, quam ei cautum fuerit de indemnitate soluto matrimonio. Sed si, priusquam legatum filio solueretur, mulier dotem suam reciperavit, frustra filius de legato aget. Sed si lex Falcidia locum in legato dotis aduersus filium exheredatum habuerit et mulier solutionem ratam fecerit, propter eam quantitatem, quam heres retinuerit, utilis actio dotis ei dabitur. quod si ratum non habeat, defendi quidem debet heres a uiro, qui se defensurum promisit: sed si totam litem uir solus subierit, actio iudicati, si cautum non erit, pro ea quantitate, quae iure Falcidia petenda est, aduersus heredem dabitur. Sed si, priusquam legatum filio solueretur, mulier diuertit, quamquam ipsa nondum praecipere dotem possit, non ideo tamen actio filii differtur: quia tunc isdem diebus filio solui dotem sponsam est, cum patri pro parte heres exstitit et ad praeeptionem dotis soluto matrimonio, postquam heres exstitit, admissus est. Si forte per errorem cautio defensionis omissa
- F(WDEQICK)

<sup>1</sup> reliquit *del. (D)*    <sup>2</sup> petenda] retenta (*Cuiacius*)?    <sup>3</sup> percipere (*u. i.*)?

1 quadringentorum F 3 et praeterea duos illos (alios D) dotales quos aestimatos acceperat reliquit (reliquit *om. D*) FD<sup>o</sup>E<sup>b</sup> (*adscripta nota in marg.*: hoc totum non est in libro M[artini]) QCK, *om. WD<sup>b</sup>E<sup>o</sup>* (*relicto tamen*

*pro his spatio uacuo*) I 24 laqueo bis F<sup>a</sup> | posteriorem F<sup>2</sup> 26 quadrag<sup>e</sup>inta F<sup>b</sup> 39 si paratum F<sup>b</sup> 42 praecipere] FE, percipere WDQICK

- sit et ex causa fideicommissi filius dotem acceperit, ut indebitum fideicommissum non repeteretur: cautionis enim praestandae necessitas ¶ solutionem moratur, non indebitum facit *f.*
- 5 quod fuit debitum: sed non erit iniquum heredi subueniri. Quid ergo si patris heres soluendo non sit? nonne iuste mulieri dabitur aduersus uirum utilis actio dotis? cui dos perire non debet, quia non interposuit per errorem heres cautionem. *5*
- 8 IDEM libro septimo responsorum. Uir uxori, quae dotem in mancipiis habebat, [B. 44, 7, 8] *P* pecuniam pro dote legauerat: uino uiro mancipiis mortuis uxor post uirum ulta decessit ad heredem eius actio legati recte transmittitur, quoniam mariti uoluntas seruanda est.
- 9 IDEM libro octauo responsorum. 'Uxori meae fundum Cornelianum et<sup>1</sup> quae [B. 44, 7, 9] *J* 'nuptura optulit aestimata in speciebus restitui uolo'. respondi non aestimatum praedium in dotem datum exceptum non uideri, sed uniuersa dote praelegata<sup>2</sup> rerum aestimatarum pretium non relictum, uerum ipsas res, quales inuenirentur. *1*
- 10 SCAEUOLA libro octauo quaestionum. Si Seiae pro dote centum fundus<sup>3</sup> legatus [B. 44, 7, 10] sit idemque Maeuio: quod Maeuio Falcidia auferat, pro eo quasi concursus non fuerit, mulier plus uindictet, quia amplius sit in dote mulieris.
- 11 PAULUS libro septimo responsorum. Seia cum nubere Lucio Titio, dedit [B. 44, 7, 11] dotis nomine centum aureos et adhibuit Quintum Mucium, qui nihil numerauit, sed dotem stipulatus est, si morte mulieris solutum fuerit matrimonium. Seia moriens testamento suo ita cauit: 'Lucio Titio marito meo, cui maximas gratias ago, dari uolo super dotem, quam 'ei dedi, tot aureos'. quaero, cum instituit Lucium Titium conuenire Quintus Mucius ex stipulatu actione, an repellere eum maritus possit ex uerbis testamenti. respondit, si Quintus Mucius mandante Seia non donationis causa stipulatus est, heredibus mulieris eum teneri et ideo Quintum Mucium exceptione repellendum esse. quod si donationis causa Seia stipulari permisisset, uideri eum in eum casum, qui morte mulieris exstitit<sup>4</sup> mortis causa stipulatum: et ideo fidei eius committi potuisse in eum casum dicendum fore.
- 12 SCAEUOLA libro tertio responsorum. Qui dotem in pecunia numerata et aesti- [B. 44, 7, 12] matis rebus acceperat, uxori ita legauit: 'Seiae uxori meae, si omnes res, quae tabulis dotalibus contineantur, heredi meo exhibuerit et tradiderit, summam dotis, quam mihi pro 'ea pater eius intulit, dari uolo: hoc amplius denarios decem'. quaesitum est, cum res in dotem datae plures ipso usu finitae essent nec moriente marito fuerant<sup>5</sup>, an quasi sub impossibili conditione legatum datum debeatur. respondi uideri conditioni paritum, si quod ex rebus in dotem datis supererat, in potestatem heredis peruenit.
- 13 LABEO libro primo pithanorum a Paulo epitomatorum. PAULUS: si filius fa- [B. 44, 7, 13] milias, uxorem cum haberet, dotem ab ea acceperat, deinde pater familias factus dotem ei ut solet legauit: quamuis patri heres non erit, tamen id legatum debebitur.
- 14 SCAEUOLA libro quinto decimo digestorum. Theopompus testamento facto [B. 44, 7, 14] duas filias et filium aequis partibus instituit heredes et codicillis ita cauit: τὴν θυγατέρα 'μοῦ Κριστινᾶν, ἢν ἡχώμην ἐκδοῦναι, ᾧ ἂν οἱ φίλοι μοῦ καὶ οἱ συγγενεῖς δοκιμάσῳσι, προνοήσῃ ἐκδοθῆναι Πολλιανὸς εἰδῶς μοῦ τὴν γνώμην ἐπὶ τοῖς ἴσοις, ἐφ' οἷς καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ἐξέ- 'δωκα'. Pollianus a<sup>6</sup> marito puellae iuratus scripsit uoluisse patrem eandem quantitatem in *4* dotem accipere etiam minorem filiam, quam maior accepisset. quaero, an eandem summam dotis nomine coheredes extra partem hereditatis minori filiae ¶ praestare debeant. respondit *f.* eum cuius notio est aestimaturum, ut eadem quantitas ex communi praecipua minori filiae dotis nomine detur.

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> fundum Cornelianum et *del.* <sup>2</sup> relegata (*cf. ad rubr.*)? <sup>3</sup> quinquaginta *ins.* (*Menge: l. arcidit ante legatus*) <sup>4</sup> permisisset in eum casum qui ... exstitit, uideri eum? <sup>5</sup> essent nec moriente marito fuerant] nec essent moriente marito? <sup>6</sup> a *del.*: nisi fuit a m. p. interpellatus

11 non uideri] *FK*, uideri *WDEI* (*adscr. al.* cum non) *C* 20 ex stipulatu actione] *DEC*, ex stipulatu actionem *FK*, ex stipulatione *WI* 22 eum e' teneri *F*<sup>4</sup> 27 seia e' *F*<sup>2</sup> 38 κριστι-

να'ν' *F*<sup>2</sup> 40 pollianus] pollianus autem *F*<sup>2</sup> *WDEQICK* | a marito puellae iuratus] ἐὰν ... ὁμόχῃ ἢ Μαρία (= Pollianus) *B* (*Tip.*)

- 15 **GAIUS** libro secundo de legatis ad edictum praetoris. Licet placeat pignora B. 44, 7, 15 <sup>\*S</sup>  
 ratae res uel in publicum obligatas heredem, qui dare iussus est, liberare debere, tamen  
 si is qui tales res in dotem accepit dotem praelegauerit<sup>1</sup>, non cogetur heres liberare eas,  
 nisi aliud specialiter testator dixerit. 4
- 16 **PAULUS** libro secundo ad Uitellium<sup>2</sup>. Qui dotem a matre uxoris acceperat et B. 44, 7, 16 <sup>E</sup>  
 stipulanti ei promiserat, testamento uxori dotem legauit. cum quaesitum esset, an uxor  
 dotis summam consequi posset, respondit Scaeuola non uideri dari uxori, quod necesse sit  
 matri reddi. alias sic respondit non uideri, nisi manifeste uxor docuisset eam testantis  
 uoluntatem fuisse, ut onerare heredes duplici praestatione dotis uellet. 9
- 17 **SCAEUOLA** libro tertio responsorum. Uxori ita legauit: 'uxor mea quidquid B. 44, 7, 17 <sup>\*P</sup>  
 'ei comparauit et quod mihi dedit e medio sibi sumat': quaero, an dos praelegata<sup>3</sup> uideatur.  
 respondit uerbis quae proponerentur uideri et de dote legata loqui, nisi aliud testatorem  
 1 uoluisse probaretur. 'Titiae uxori meae, quanta pecunia ad me inue stipulationem dotis  
 1 eius nomine peruenit, quae dos est dotalibus duobus consignatis instrumentis centum<sup>4</sup>  
 'aureorum'. quaesitum est, an utramque summam consequi possit. respondit nihil proponi, 15  
 cur non possit.

## V.

## R DE OPTIONE UEL ELECTIONE LEGATA R

SEPA

- 1 **ULPIANUS** libro secundo ad Sabinum. Diuus Pius Caecilio Procuro rescripsit B. 44, 8, 1 <sup>S</sup>  
 eum, cui seruorum legata sit electio, tres posse eligere. 20
- 2 **IDEM** libro uicesimo ad Sabinum. Quotiens serui electio uel optio datur, lega- B. 44, 8, 2 <sup>S</sup>  
 1 tarius optabit quem uelit: Sed et homine generaliter legato arbitrium eligendi quem acci-  
 2 peret ad legatarium pertinet. Data igitur optione si quis optauerit alienum seruum uel  
 3 hominem liberum, uidendum est, an consumpserit optionem: et puto non consumi. Eum,  
 cui centum amphorarum electio data sit, acetum eligentem non consumere optionem, si id 25  
 acetum elegerit, quod uini numero pater familias non habuit:
- 3 **IDEM** libro uicesimo tertio ad Sabinum. scilicet si ante exhibitionem, hoc est B. 44, 8, 3 <sup>S</sup>  
 ante degustationem acetum elegerit.
- 4 **PAULUS** libro tertio ad Sabinum. Scyphi electione data si non omnibus scy- B. 44, 8, 4 <sup>S</sup>  
 phis exhibitis legatarius elegerit, integram ei optionem manere placet (nisi ex his dum- 30  
 taxat eligere uoluisset, cum sciret et alios esse):
- 5 **AFRICANUS** libro quinto quaestionum. nec solum si fraude heredis, sed etiam B. 44, 8, 5 <sup>S\*</sup>  
 si alia qualibet causa id euenerit.
- 6 **POMPONIUS** libro sexto ad Sabinum. Mancipiorum electio legata est. ne uen- B. 44, 8, 6 <sup>S</sup>  
 ditio, quandoque eligente legatario, interpelletur, decernere debet praetor, nisi intra tempus 35  
 ab ipso praefinitum elegerit, actionem legatorum ei non competere. quid ergo si die praer-  
 terito, sed antequam uenderet heres, uindicare legatarius uelit? quia non est damnum  
 subitum heres, propter quod decernere<sup>5</sup> praetor id solet. et quid si die praeterito, quem  
 finierit praetor, heres aliquos ex seruis uel omnes manumiserit? nonne praetor eorum tue-  
 bitur libertatem? ergo totiens actio deneganda non est, si omnia in integro sint. idem est 40  
 et si pignori aliquos ex his seruis heres dederit post diem uel uenididerit. f. 54'
- 7 **PAULUS** libro decimo quaestionum. Immo et si quosdam seruos distraxit, quosdam <sup>\*P</sup>  
 retinuit, non est audiendus legatarius, si uelit optare ex retentis ab herede, cum iam dis-  
 posuerit familiam heres. 44
- 8 **POMPONIUS** libro sexto ad Sabinum. Si tibi electio serui et mihi reliqui legati B. 44, 8, 7 <sup>S</sup>  
 sunt, decernendum est a praetore, nisi intra certum tempus optaueris, petitionem tibi non  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> relegauerit (cf. ad rubr.)? <sup>2</sup> cf. ad 32, 78 pr. <sup>3</sup> relegata (cf. ad rubr.)? <sup>4</sup> centenorum?  
<sup>5</sup> ita placuit, permittit ins.

5 legi 16 rubricam h. t. demuo praescribit F<sup>o</sup> cilio F<sup>b</sup> 22 optauit F<sup>o</sup> 37 sed ... 88 praer-  
 9 fuisse t ut F<sup>1</sup> 15 est bis F<sup>o</sup> 19 o'a'e- terito om. WI 46 sunt F<sup>o</sup>, sint F<sup>1</sup>



- 1 datu iri. Si ex quattuor uiriolis duae, quas elegerem, mihi legatae sint, siue duae solae  
 2 relictae sint siue ab initio duae solae fuerint, ualet legatum. Unius hominis mihi et tibi  
 optio data est: cum ego optassem, si non mutassem uoluntatem, deinde tu eundem opta-  
 ueris, utriusque nostrum seruorum futurum: quod si ante decessissem uel furiosus factus  
 essem, non futurum communem, quia non uideor consentire, qui sentire non possim: hu- 5  
 3 manius autem erit, ut et in hoc casu quasi semel electione facta fiat communis. Si rerum  
 depositarum electio mihi relicta sit, et ad exhibendum cum eo, apud quem depositae sint,  
 agere potero et cum herede agere, ut is depositi agendo facultatem mihi eligendi praestet.  
 9 IULIANUS libro trigesimo secundo digestorum. Cum ita legatur: 'Titio Stichum [B. 44, 8, 8] S  
 'do lego, si Pamphilum non elegerit: eidem Titio Pamphilum, si Stichum non elegerit', simile 10  
 est, atque si ita legatum fuisset: 'Titio Stichum aut Pamphilum, utrum eorum uolet, do  
 1 'lego'. Quaesitum est, si Stichus sub condicione liber esse iussus sit et mihi optio serui  
 data esset uel seruus generaliter legatus esset, quid iuris esset. dixi commodius constitui  
 eum, qui sub condicione libertatem Sticho det et optionem seruorum, non cogitare de  
 Sticho, sicuti constat non cogitare eum de eo, cui praesentem libertatem dederit: secun- 15  
 dum quod si Stichum optauiero uel elegero, nihil agam et ex ceteris nihilo minus optabo.  
 2 In eodem casu quaesitum est, si optione seruorum data, antequam optarem, condicio sta-  
 tutae libertatis defecisset, an Stichum optare possim. puto Mucianae sententiae adsentien-  
 dum, qua placet ipsa libertate legatum peremi, non datione statutae libertatis: quare siue  
 uiuo testatore siue post mortem eius et ante aditam hereditatem condicio statutae liber- 20  
 tatis defecerit, legatum erit utile: nam sicut pura libertas, ita statuta libertas aditae heredi-  
 tatis tempore uires accipit. ideoque Stichum optare possum.  
 10 IDEM libro trigesimo quarto digestorum. Si Pamphilo seruo Lucii Titii seruus [B. 44, 8, 9] S  
 generaliter legatus sit, deinde dominus Pamphili, postquam dies legati cesserit, eum manu-  
 mississet: si quidem Titius seruum uindicauerit, exstinguitur Pamphili legatum, quia non 25  
 esset in hereditate qui possit optari. si uero Titius legatum a se repudiasset, Pamphilum  
 optare posse legatum<sup>1</sup> constat: licet enim manumissione Pamphili duae personae constitue-  
 rentur Titii et Pamphili, unius tamen rei legatum inter eas uertitur et Titio uindicante  
 optio exstinguitur, repudiante Pamphilo optare potest. 30  
 11 IDEM libro trigesimo sexto digestorum. Si Eros Seio legatus sit et Eroti [B. 44, 8, 10] S  
 fundus, deinde optio serui Maeuio data fuerit isque Erotem optauerit, fundus ad solum  
 Seium pertinebit, quoniam aditae hereditatis tempore is solus erit, ad quem posset lega-  
 tum pertinere. nam et cum seruo communi alter ex sociis legat, idcirco ad solum socium  
 totum legatum pertinet, quoniam die legati cedente solus est, qui per eum seruum possit  
 acquirere. 35  
 12 IDEM libro primo ex Minicio. Seruo generaliter legato uerius est omnes he- [B. 44, 8, 11] S/  
 redes, si eis electio data est, eundem ¶ dare debere: si non consentiant heredes, ex testa- 40  
 mento eos teneri.  
 13 PAULUS libro octauo ad Plautium. Si optio serui data mihi fuerit et Sticho [B. 44, 8, 13] E  
 aliquid testator sine libertate legasset, tunc sequens legatum consistit, cum tota familia ad 40  
 unum, id est Stichum reciderit, ut quasi pure legato utiliter sit legatum. nec aduersatur  
 Catoniana, si uoluntarius heres institutus sit, quia potest ante aditam hereditatem, etiamsi  
 statim decesserit, familia minui: quod si necessarius heres institutus sit, sequens legatum  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> legatum *del.*

1 quas ... siue duae *om. F<sup>1</sup>* 4 furio r' sus *F<sup>b</sup>*  
 10 eidem (idem C) titio (titio *om. F<sup>1</sup>*) pam-  
 philum si stichum non elegerit *WDQ<sup>1</sup>CK*  
*cum B (Tip.): Πέτρον Παύλον ἀηγάτεύω, ἐάν*  
*μη Θωμᾶν ἐπιλέξῃται τῷ αὐτῷ Θωμᾶν ἀηγά-*  
*τεύω, ἐάν μη Παύλον ἐπιλέξῃται, om. FE (hic*  
*relicto ante simile spatio uacuo et adiecta in*  
*margine nota hac: hic plus est ab eodem usque*

ad 'simile') *F<sup>1</sup>* (in marg. hic plus est ab eodem  
 pupillo usque ad 'simile') 12 sit ... 13 ser-  
 uus *om. F<sup>1</sup>* 13 constitui s eum *F<sup>2</sup>* 16 op-  
 taui *F<sup>1</sup>* 18 defecisse *F<sup>1</sup>* | possim] *F<sup>1</sup>*, pos-  
 sit *F<sup>2</sup> WEQICK*, posset *D* 24 manumis s is-  
 set *F<sup>b</sup>* 30 s i' *F<sup>b</sup>* 32 ad] at *F<sup>2</sup>* (*em. F<sup>1</sup>*)  
 34 qui] cui *F* 37 si non] et si non *F<sup>2</sup>*  
 39 mihi *F*

- 1 propter Catonianam inutile est. Pomponius scribit emptore hereditatis postulante, ut is, cui serui optio legata sit, optet, uidentum esse, an praetor ut id faciat cogere debeat legatarium, quemadmodum si heres institutus id postulare, quia potest per heredem id emptor consequi: et quare non possit, non uideo.
- 4 LAUOLENUS libro secundo ex Cassio. Si, cum optio serui ex uniuersa familia [B. 44, 8, 13] E legata esset, heres aliquem priusquam optaretur manumisit, ad libertatem eum interim non perducit, seruum tamen quem ita manumisit amittit, quia is aut electus legato cedit aut relictus tunc liber ostenditur.
- 15 IDEM libro secundo epistularum. Seruo sine libertate legani, deinde optionem [B. 44, 8, 14] E seruorum Maenio dedi: is eundem seruum optauit: quaero, an id quoque quod legatum 10 est ei deberetur. respondit: non puto legatum huius serui nomine ad dominum pertinere.
- 16 TERENCE CLEMENS libro quinto decimo ad legem Iuliam et Papiam. Optione [B. 44, 8, 15] E legata placet non posse ante aditam hereditatem optari et nihil agi, si optaretur.
- 17 IDEM libro septimo decimo ad legem Iuliam et Papiam. Cum optio duorum [B. 44, 8, 16] Ef seruorum Titio data sit, reliqui Maenio legati sint, cessante primo in electione 'reliquorum' 15 appellatione omnes ad Maenium pertinent.
- 18 SCAEUOLA libro tertio decimo quaestionum. Homine legato Neratius ait nihil [B. 44, 8, 17] P agi repudiato Pamphilo itaque eum ipsum eligi posse.
- 19 PAULUS libro tertio sententiarum. 'Illud aut illud, utrum elegerit legatarius': [B. 44, 8, 18] Pf nullo a legatario electo decedente eo post diem legati cedentem ad heredem transmitti 20 placuit.
- 20 LABEO libro secundo posteriorum a Iuoleno epitomatorum. Apud Anfidium [B. 44, 8, 19] A libro primo rescriptum est, cum ita legatum est: 'uestimenta quae uolet triclinaria sumito ubique habeto', si is dixisset quae uellet, deinde, antequam ea sumeret, alia se uelle dixisset, mutare uoluntatem eum non posse, ut alia sumeret, quia omne ius legati prima 25 testatione, qua sumere se dixisset, consumpsit, quoniam res continuo eius fit, simul ac si<sup>2</sup> dixerit eam sumere.
- 21 SCAEUOLA libro uicesimo secundo digestorum. Filium et uxorem heredes [B. 44, 8, 20] A scripsit, filiam exheredauit et ei legatum dedit, cum in familia nuberet<sup>3</sup>, centum et, cum in familia nupserit, his uerbis: 'insuper arbitrato Semproniae matris eius mancipia decem, 30 quae confestim post aditam hereditatem meam a Sempronia uxore mea eligi uolo: quae mancipia, cum in familia nupserit, dari uolo. et si antequam nupserit, aliquod ex mancipiis decesserit, tunc in locum eius arbitrato Semproniae matris eius dari uolo<sup>4</sup>, dum ad eam plenus numerus perueniat. quod si Sempronia mater eius non elegerit, tunc ipsa sibi quae uolet eligat'. quaesitum est, cum mater elegerit, an ea, quae ex his mancipiis ante nuptias 35 adgnata sunt, ad puellam supra numerum decem mancipiorum pertineant. respondit, cum mancipiorum legatum in tempus nuptiarum testator transtulit, id quod medio tempore ancillae enixae sunt ad filiam non pertinere. idem quaesit, ante nuptias eorundem man- f. 55 cipiorum fructus et usus an ad Semproniam matrem pertineant. respondit nihil proponi, cur ad matrem pro solido pertineant. 40
- 22 SCAEUOLA libro septimo decimo digestorum. Maritus uxori suae codicillis [B. 44, 8, 21] A per fideicommissum dedit praedia, item lances quas elegerit quattuor: quaesitum est, an ex his lancibus, quae mortis tempore sint, eligere possit. respondit posse.

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> libro primo responsorum scriptum (cf. 35, 1, 40, 3)? <sup>2</sup> se (Hal.)? <sup>3</sup> cum in familia nuberet del. (Rob. Stephanus: u. i.) <sup>4</sup> aliud ins.

<sup>3</sup> id emptor] WEI (marg. P[is]is] tempus), idem emptor C, id tempus FQK, idem tempus D 10 dedi is] dedits F 14 opti'm'o F<sup>2</sup>  
<sup>24</sup> ubiqu'a'e F 26 'continuo F<sup>4</sup> | ac si] FDECK, ac I, hac W 29 et ei legatum

dedit seq.] εἰς εἰς καιρὸν γάμου ἀγατεύσω τῇ θυγατρὶ μου ῥ' νομίσματα καὶ δέκα ἀνδράποδα B (Tip.) 32 familiam] F, familia WDEQICK | dari uolo et si antequam nupserit WDEICK, om. F 41 scaeuola] F<sup>2</sup>, idem F<sup>2</sup>

## VI.

## R DE TRITICO UINO UEL OLEO LEGATO R

- 1 ULPIANUS libro nicesimo ad Sabinum. Uino legato acetum quoque continetur, [B. 44, 9, 1] S 3  
quod pater familias uini numero habuit.
- 2 POMPONIUS libro sexto ad Sabinam. Cum alii penum, alii unum legatum [B. 44, 9, 2] S 3  
1 esset, excepto uino omne penum ad alium legatarium pertinebit. Si centum amphorae  
quas uelles tibi legatae sint, ex testamento agendo consequi potes, ut degustare tibi liceat:  
aut, quanti interfuerit licere tibi degustare, ad exhibendum agere potes.
- 3 ULPIANUS libro nicesimo tertio ad Sabinum. Si cui unum sit legatum cen- [B. 44, 9, 3] S 3  
tum amphorarum, cum nullum unum reliquisset, unum heredem empturum et praesta- 10  
1 turum, non acetum, quod uini numero fuit. Si unum legatum sit, uideamus, an cum  
uasis debeatur. et Celsus inquit uino legato, etiamsi non sit legatum cum uasis, uasa  
quoque legata uideri, non quia pars sunt uini uasa, quemadmodum emblemata argenti  
(scyphorum forte uel speculi), sed quia credibile est mentem testantis eam esse, ut uo- 15  
luerit accessioni esse uino amphoras: et sic, inquit, loquimur habere nos amphoras mille,  
ad mensuram uini referentes. in doliis non puto uerum, ut uino legato et doliis debeantur,  
maxime si depressa in cella uinaria fuerint aut ea sunt, quae per magnitudinem difficile  
mouentur. in cuppis autem siue cuppulis puto admittendum et ea deberi, nisi pari modo  
immobiles in agro uelut instrumentum agri erant. uino legato utres non debebuntur: nec  
culleos quidem deberi dico. 20
- 4 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Cum certum pondus olei non adiecta qua- [B. 44, 9, 4] S 3  
litate legatur, non solet quaeri, cuius generis oleo uti solitus fuerit testator aut cuius ge-  
neris oleum istius regionis homines in usu habeant: et ideo liberam est heredi, cuius  
uellet generis oleum legatario soluere. 24
- 5 IULIANUS libro quinto decimo digestorum. Cum certus numerus amphorarum [B. 44, 9, 5] S 3  
uini legatus esset ex eo, quod in fundo Semproniano natum esset, et minus natum esset,  
non amplius deberi placuit et quasi taxationis uicem optinere haec uerba 'quod natum erit'.
- 6 PROCULUS libro quinto epistularum. Cui unum heres dare damnatus est, [B. 44, 9, 6] S 3  
1 quod in amphoris et cadis diffusum est dari debet, etiamsi uasorum mentio facta non est.  
item quamuis cum uasis cadis legatum est, tamen id quoque, quod in doliis, legatum esse  
uidetur, sicuti, si seruos omnes cum peculio cuiusque eorum legasset, etiam eos, quibus  
peculii nihil esset, legasse uideretur. 30
- 7 IAUOLENUS libro secundo ex posterioribus Labeonis. Quidam heredem damna- [B. 44, 9, 7] S 3  
uerat dare uxori suae unum oleum frumentum acetum mella salsamenta. Trebatius aiebat  
ex singulis rebus non amplius deberi, quam quantum heres mulieri dare uoluisset, quoniam 35  
non adiectum esset, quantum ex quaque re daretur. Ofilius Cascellius Tubero omne, quan-  
tum pater familias reliquisset, legatum putant: Labeo id probat idque uerum est. 'Lucio  
|| Titio tritici modios centum, qui singuli pondo centum pendeant, heres dato'. Ofilius nihil f. 5  
legatum esse, quod et Labeo probat, quoniam eiusmodi triticum in rerum natura non esset:  
quod uerum puto. 40
- 8 POMPONIUS libro sexto epistularum. Si heres damnatus sit dare unum, quod [B. 44, 9, 8] S 3  
in doliis esset, et per legatarium stetit, quo minus accipiat, periculose heredem facturum,  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> etiam *ins.* (cf. l. 15 h. t.)

10 cum 'empturum' nullum F<sup>1</sup> | reliquisset F  
11 cum uasis] FCK, cum uase WDE<sup>1</sup>, def. B<sup>1</sup>  
13 quemadmodum emblemata seq.] ὡςπερ τὰ  
ἐμβλήματα τῶν ἀργυρῶν σκευῶν καὶ τὰ σπέλλα  
[immo σπέλλα] τοῦ οἴκου B (Syn.) male adhibito  
capite D. 33, 7, 12, 25 16 referentes F<sup>2</sup>  
18 et] F<sup>2</sup>D<sup>1</sup>EIC, est F<sup>2</sup>K, om. WD<sup>1</sup> 21 pon-

dos F<sup>1</sup> 28 cui] FE<sup>1</sup>K<sup>2</sup>, cum DE<sup>1</sup>ICK<sup>1</sup>  
29 quod in amphoris seq.] ἐὰν εἶπω δοθῆναι  
τὸν ἐν κεράμοις ἢ κλάοις οἶνον, καὶ τὰ ἀργεῖα  
παρέχονται B (Tip. et Syn.) male | mentio] ue-  
titio F<sup>1</sup> 41 damnatus] DE<sup>1</sup>ICK, datus F,  
dannatus f 42 doleis F<sup>1</sup>

si id uinum effundet: sed legatarium petentem uinum ab herede doli mali exceptione placuit summoueri, si non praestet id, quod propter moram eius damnum passus sit heres.

ULPIANUS libro uicesimo tertio ad Sabinum. Si quis uinum legauerit, omne [B. 44, 9, 9] S continetur, quod ex uinea natum uinum permansit. sed si mulcum sit factum, uini appellatione non continebitur proprie, nisi forte pater familias etiam de hoc sensit. certe zythum, 5 quod in quibusdam prouinciis ex tritico uel ex hordeo uel ex pane<sup>1</sup> conficitur, non continebitur: simili modo nec camum nec ceruesia continebitur nec hydromeli. quid conditum? nec hoc puto, nisi alia mens testantis fuit. oenomeli plane id est dulcissimum uinum continebitur: et passum, nisi contraria sit mens, continebitur: defrutum non continebitur, quod potius conditurae loco fuit<sup>2</sup>. acinaticium plane uino continebitur. cydoneum et si 10 qua alia sunt, quae non ex uinea fiunt, uini appellatione non continebuntur. item acetum uini appellatione non continebitur. haec omnia ita demum uini nomine non continentur, si modo uini numero a testatore non sunt habita: alioquin Sabinus scribit omnia uini appellatione contineri, quae uini numero pater familias habuit: igitur et acetum, quod uini numero pater familias habuit, et zythum et camum et cetera, quae pro hominum affectione 15 atque usu uini numero habebuntur. quod si totum uinum, quod pater familias habuit, coacuit, non exstinguitur legatum. Si acetum quis legauerit, non continebitur legato acetum quod uini numero testator habuit: embamma autem continebitur, quia acetum numero fuit. Item si quis uinum quod habuit legauit, deinde hoc coacuit, licet postea in acetum locum translatum sit a patre familias, uino legato continebitur, quia id, quod testamenti 20 facti tempore uinum fuit, demonstratum est: et est hoc uerum, nisi uoluntas aduersetur. Uino autem paterno legato id demum legatum uidetur, quod testator uini numero habuit, non quod pater. item si peculiare uinum legatum sit, id continebitur, quod serui habuerunt. cur tam diuersae? quod paternum uinum iam coepit usus ipsius testatoris esse, at 4 peculiare in usu seruorum remansit. Item si uinum uetus sit legatum, 25

0 HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomaram. ex usu testatoris legatum aestimabitur, id est quot annorum uino pro uetere utebatur. quod si non appareat, 30

11 ULPIANUS libro uicesimo tertio ad Sabinum. uetus accipietur, quod non est nouum: id est et anni prioris uinum appellatione ueteris continebitur: 29

12 PAULUS libro quarto ad Sabinum. nam aliter obseruantibus quis finis aut quod initium ueteris uini sumeretur? 30

13 ULPIANUS libro uicesimo tertio ad Sabinum. 'Ex eo uino quod in illo fundo [B. 44, 9, 10] S nascetur, heres meus amphoras decem quotannis in annos singulos dato'. quo anno natum non fuisset, ex superiore anno eius fundi eum numerum amphorarum heredem datum Sabinus existimat. quae sententia, si uoluntas non aduersetur, mihi quoque placet. 35

14 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Uino legato ea demum<sup>3</sup> uasa sequuntur, quae ita diffusa sunt, ut non ad perpetuum usum uasa reseruarentur, ueluti amphorae et cadi. 36

15 | PROCULUS libro secundo epistularum. Uinum cum uasis legauit. negat [B. 44, 9, 12] E i. 56' Trebatius quod in doliis sit deberi et sensum testatoris alium putat esse, uerborum alium: 40 ceterum dolia in uasis uinariis non essent<sup>4</sup>. ego et si dolia in uasis uinariis non sunt, tamen non concederem Trebatio uinum quod in doliis esset, id est quod in uasis non caeet, non esse legatum. illud uerum esse puto, cui uinum cum uasis legatum erit, ei amphoras cados, in quibus uina diffusa seruamus, legatos esse: uinum enim in amphoras et cados hac mente diffundimus, ut in his sit, donec usus causa probetur<sup>5</sup>, et scilicet id 45 uendimus cum his amphoris et cadis: in dolia autem alia mente coicimus, scilicet ut ex his postea uel in amphoras et cados diffundamus uel sine ipsis doliis ueneat.

### F(WDEQICK)

<sup>1</sup> panico (*Cuiacius*)?    <sup>2</sup> fit?    <sup>3</sup> uina *ins.*    <sup>4</sup> esse (*edd.*)?    <sup>5</sup> prometur (*Cuiacius*)?

4 mulcum F    8 mulcissimum F<sup>o</sup> (*em. F<sup>1</sup>*)  
18 embamma ... 19 habuit *om. F<sup>1</sup>*    24 esse  
'rt F<sup>1</sup>    26 epitoma to'rum F<sup>2</sup>    40 doleis F<sup>1</sup>

41 ceterum dolea F<sup>1</sup>    42 doleis F<sup>1</sup>    44 legator  
esse F<sup>1</sup>    46 cadi'ci's F<sup>1</sup>    47 diffundamus] DK,  
diffudamus F, diffundimus WEQIC | doleis F<sup>1</sup>

- 16 IDEM<sup>1</sup> libro tertio ex posterioribus Labeonis. Qui unum Surrentinum in urnalibus habebat diffusum, is tibi unum legauerat in amphoris omne. illud quoque unum, quod in 1 urnalibus fuisset, legatum esse Labeo et Trebatius responderunt. Cui dulcia [B. 44, 9, 18] legata essent, si nihil aliud testamento significetur, omnia haec esse legata: mulsum pas- 2 sum defrutum et similes potiones, item uuas ficos palmas caricas. Quod si ita esset lega- tum: 'uinum amphorarium Aminaeum Graecum et dulcia omnia', nihil inter dulcia, nisi quod 5 potionis fuisset, legatum putat Labeo ex collatione uini amphorarii: quod non improbo.

## VII.

## R DE INSTRUCTO UEL INSTRUMENTO LEGATO R

- 1 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Siue cum instrumento fundus legatus est [B. 44, 10, 1] siue instructus, duo legata intelleguntur. Fundo cum instrumento legato et alienato instru- 1 mentum non iudicabitur ex sententia defuncti.
- 2 PAPINIANUS libro septimo responsorum. Cum pater pluribus filiis heredibus [B. 44, 10, 2] scriptis duobus praeceptionem bonorum auiae praeter partes hereditarias dedisset, pro par- 1 tibus coheredum uiriles habituros legatarios placuit. Dotes praediorum, quae Graeco uoca- bulo ἐνεργητικὰ appellantur, cum non instructa legantur, legatario non praestantur.
- 3 IDEM libro octauo responsorum. Fundum instructum libertis patronus testa- [B. 44, 10, 3] mento legauit: postea codicillis petit, ut morientes partes suas fundi superstitibus restitu- 1 rent, nec instructi mentionem habuit. talem in causam fideicommissi deductum uideri pla- cuit, qualis fuerat legatus, sed<sup>2</sup> medii temporis augmenta fetuum et partuum, item detri- 1 menta fatalium fideicommisso contineri. Minor uiginti annis instructa praedia conso- brinae suae dari uoluit et quosdam seruos praediorum uinuis manumisit. non ideo serui manumissi<sup>3</sup> praestabuntur, quod ad libertatem peruenire non possunt. idem iuris est, cum ex quauis alia causa libertas non competit.
- 4 IAUOLENUS libro secundo ex posterioribus Labeonis. Cum quidam duos fun- [B. 44, 10, 4] dos iunctos haberet et ex altero boues, cum opus fecissent, in alterum reuertentur, utrum- 1 que fundum cum instrumento legauerat. Labeo Trebatius boues ei fundo cessuros putant, ubi opus fecissent, non ubi manere consueuissent: Cascellius contra. Labeonis sententiam 1 probo.
- 5 LABEO libro primo περὶ ἀνοῶν a Paulo epitomatorum. Si cui fundum et in- [B. 44, 10, 5] strumentum eius legare uis, nihil interest, quomodo leges 'fundum cum instrumento' an 'fundum et instrumentum' an 'fundum instructum'. PAULUS. immo contra: nam inter 1 ea legata hoc interest, quod, si fundo alienato mortuus fuerit qui ita legauit, ex hac scriptura 'fundum cum instrumento' nihil erit legatum, ex ceteris poterit instrumentum 1 esse legatum.
- 6 ¶ SCAEUOLA libro sexto decimo digestorum. Nepoti legauerat quae certa re- [B. 44, 10, 6] gione praedia habuerat ut instructa sunt, cum uino grano calendario, et adiecerat haec 1 uerba: 'quidquid erit cum moriar in illa regione, et quidquid<sup>4</sup> in quacumque specie erit 'in illa regione, uel<sup>5</sup> quod meum erit'. uiua testatrice<sup>6</sup> unus ex debitoribus condemnatus uiuente testatrice satis non fecit: quaesitum est, an quod ex sententia iudicis deberetur ad 40 nepotem pertineret. respondit nihil proponi, cur non deberetur.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> Iauolenus (*Labittus*)? <sup>2</sup> et *ins.* <sup>3</sup> cum praediis ex causa fideicommissi *ins.* (ut. i.)  
<sup>4</sup> et quidquid *del.* <sup>5</sup> in illa regione uel *del.* <sup>6</sup> uiua testatrice *del.*

5 defrutum FWE<sup>2</sup>, de fructu DE<sup>2</sup>ICK, de-  
 frutu Q | ubas F (em. f<sup>1</sup>) 11 intelleguntur  
 F<sup>2</sup> 18 sua's F<sup>2</sup> 19 instructi] FEK<sup>2</sup>,  
 instrumenti WDICK<sup>2</sup> 20 fetu'u'm F<sup>2</sup> 21 fidei-  
 commissio contineri] Martinus et male dubi-  
 tat (dubitabat I) hic non deesse. R(ogorius).  
 margo E (ubi E. deest) et margo I 23 post ma-

numissi *ins.* cum praediis ex causa fideicom-  
 missi WDEQIC, quod additamentum et tuetur  
*homoeoteleuton* et quod cur adiecerit interpola-  
 tor idonea ratio nulla intellegitur 24 qua'm-  
 uis F<sup>2</sup> 31 an fundum et instrumentum *om.* F<sup>2</sup>:  
 ἀπὸν καὶ τὸν ἐξοπλισμὸν B (Tip.) 38 in  
 'ih illa F<sup>2</sup>

domum reddunt. Papinianus quoque libro septimo responsorum ait: sigilla et statuæ ad-  
fixæ instrumento domus non continentur, sed domus portio sunt: quæ uero non sunt ad-  
fixa, instrumento non<sup>1</sup> continentur, inquit: suppellectili enim adnumerantur, excepto horo-  
logio aereo, quod non est adfixum: nam et<sup>2</sup> hoc instrumento domus putat contineri, sicut  
prothyrum domus, si uelamen est, inquit, instrumento domus continetur. Fistulae autem  
et canales et crateres et si qua sunt alia ad aquas salientes necessaria, item serae et clauæ  
magis domus portio quam domus instrumentum sunt. Specularia quoque adfixa magis puto  
domus esse partem: nam et in emptione domus et specularia et pegmata cedere, siue in  
aedificio sunt posita siue ad tempus detracta. sed si non sint, reposita ad hoc tamen sint,  
ut suppleantur, si qua desint: instrumento potius continebuntur. Cancellos quoque instru-  
mento contineri puto. Sed si fundus non sit cum instrumento legatus, sed ita ut instructus  
sit, quæsitum est, an plus contineatur, quam si cum instrumento legatus esset. et Sabinus  
libris ad Utiellium scribit fatendum esse plus esse, cum instructus fundus legetur, quam si  
cum instrumento: quam sententiam cottidie increascere et inualescere uidemus. quanto igitur  
hoc legatum uberius est, uidendum est. et Sabinus definit et Cassius apud Utiellium notat: 15  
omnia quæ eo collocata sunt, ut instructor esset pater familias, instructo, inquit, contine-  
buntur, id est quæ ibi habuit, ut instructor esset. hoc ergo legato non agri instrumen-  
tum, sed proprium suum instrumentum reliquisse uidetur. Proinde si fundus sit instructus  
legatus, et suppellex continebitur, quæ illic fuit usus ipsius gratia, et uestis non solum  
stragula, sed et qua ibi uti solebat: mensæ quoque eboreæ uel si quæ alia, item uitrea 20  
et aurum et argentum: uina quoque, si qua ibi fuerint usus ipsius causa, continentur, et  
si quid aliud utensilium. Sed si qua eo congeserat non ¶ usus ipsius causa, sed custodiæ f. 58'  
gratia, non continebuntur: uina etiam, quæ in apothecis sunt, non cedent: et hoc iure  
uimur, ut quæ ibi pater familias quasi in horreo habuit, hæc non contineantur. Celsus  
quoque libro nono decimo digestorum scribit fructus ibi repositos, ut uenirent uel in alium 25  
usum quam fundi conuerterentur, instructo fundo non contineri. Idem Celsus eodem libro  
ait etiam suppellectilios et ceteros hoc genus seruos contineri, id est ministeria, quibus  
instructus erat in eo fundo (extra ea quæ libertatem acceperunt), et qui rure morari sole-  
bant. Si instructum fundum legasset, ea paedagogia, quæ ibi habebat, ut, cum ibi uenisset,  
præsto essent in triclinio, legato continentur. Contubernales quoque seruorum, id est ux- 30  
res, et natos, instructo fundo contineri uerum est. Instructo autem fundo et bibliothecam  
et libros, qui illic erant, ut quotiens uenisset uteretur, contineri constat. sed si quasi apo-  
theca librorum utebatur, contra erit dicendum. Neratius quoque libro quarto epistularum  
Rufino respondit instructo funde et suppellectilem et uina et mancipia non solum ad cul-  
tam custodiæ uillæ, sed etiam quæ ut ipsi patri familias in ministerio<sup>4</sup> ibi essent, legato 35  
cedere. Imagines quoque hæc solæ legatæ uidentur, quæ in aliquo ornatu uillæ fuerunt.  
Papinianus quoque prædiis instructis legatis mancipia non contineri, quæ temporis causa  
illie fuerant ac non eo animo transtulit pater familias, ut aut fundi aut suum instrumentum  
faceret. Idem respondit prædiis instructis legatis actorem ex his in prouinciam missum,  
ut ordinatis negotiis ad pristinum actum rediret, legato prædiorum cedere, quamuis non 40  
domus redierit. Idem respondit instructis hortis legatis etiam uina, quæ ibi fuerunt, quo  
dominus esset instructor, contineri: aliud esse, si horrea ibi habuit, unde instruebatur uel  
in urbe uel in aliis prædiis. Idem respondit domo per fideicommissum relicta cum supel-  
lectili Claudio Hieronymiano clarissimo uiro ab Umbrio Primo et mensas et ceteram sup-  
pellectili

<sup>1</sup> magis ins.    <sup>2</sup> et del.    <sup>3</sup> id est uxores del. (Schulding)    <sup>4</sup> essent ins.

<sup>4</sup> putat ... 5 instrumento domus om. F<sup>1</sup>  
<sup>5</sup> prothyrum F    <sup>6</sup> necessaria'e' F | sere  
WDBQ<sup>1</sup>C, serae F<sup>1</sup>, serem K 9 pos'ita F<sup>1</sup>  
<sup>10</sup> potius ... instrumento om. F<sup>1</sup>    <sup>11</sup> conti-  
nerat F<sup>1</sup>    <sup>14</sup> increa'scere F<sup>1</sup>  
<sup>16</sup> collocata] FI, collata WDECK    <sup>21</sup> au'r'um  
F<sup>1</sup>    <sup>22</sup> ipsius] sui F<sup>1</sup> | causa 'continentur et

si quid aliud utensilium sed si qua eo con-  
geserat non sed custodiæ F<sup>2</sup>    <sup>25</sup> fructus  
sibi FE<sup>1</sup>    <sup>26</sup> qua'm' F<sup>2</sup>    <sup>27</sup> suppellectilia-  
rio's' F<sup>2</sup>    <sup>28</sup> fundo] rundo F<sup>2</sup>    <sup>32</sup> erant] FIK,  
erat E, extant WD, extiterant C    <sup>48</sup> supel-  
lectil'i' F<sup>1</sup>    <sup>44</sup> hieron'um'iano F<sup>2</sup>

- pellectilem, quam in hortis<sup>1</sup> pater familias in proconsulatum profecturus contulerat, ut tutiore loco essent, contineri. Idem respondit theriacam quoque et cetera medicamenta, quae secessus causa dominus ibi habuit, et uestem propter secessum ibi depositam instructo fundo legato inesse. Idem respondit domo ita, ut instructa est, cum omni iure suo legata urbanam familiam, item artifices, quorum operae ceteris quoque praediis exhibebantur, legato non contineri: ostiarii autem, inquit, vel topiarii diaetarii aquarii domui tantum deseruientes continebuntur. sed quod de artificibus ait, falsum est, si eius domus causa parati sunt, licet aliis quoque praediis commodabantur. Idem respondit domo instructa legata mensas eboreas et libros non contineri: sed et hoc falsum est: nam omne, quidquid in domo fuit, quo instructor ibi esset pater familias, continebitur, suppellectilem autem patris familiae instrumentum esse nemo dubitat. denique Neratius libro quarto epistularum Marcello fratri suo respondit et uestem domus instructae legato contineri: maxime, inquit, in proposita specie: proponebatur enim, qui legauerat, argentum et rationes excepisse: nam qui haec, inquit, excepit, non potest non uideri de ceteris rebus, quae in ea essent, sensisse. sed et ipse Papinianus eodem libro responsorum ait patrem mercatorem ac faeneratorem, qui duos filios totidemque filias heredes ] instituerat, ita legasse: 'filiis maribus domum meam instructam do lego darique iubeo', merces et pignora an contineantur, quaeri posse: sed facilem iudici uoluntatis coniecturam fore ceteris patris facultatibus examinatis. Celsus scribit seruis qui in fundo morarentur legatis, uicarios eorum non contineri, nisi appareat et de uicariis eum sensisse. Papinianus quoque libro septimo responsorum uxori, cui uir omnia, quae in domo erant, ab herede filia praestari uoluit, cautiones debitorum emptio- nesque seruorum non uideri legatas respondit, nisi, inquit, ex alia parte et de seruis eum cogitasse apparuerit, scilicet ut eorum seruorum ei legasse uideatur emptiones, quos et ipsos uoluit ad eam pertinere. Si quis fundum ita ut instructus est legauerit et adiecerit cum supellectili uel mancipiis uel una aliqua re, quae nominatim expressa non erat<sup>2</sup>, utrum minuit legatum adiciendo speciem an uero non, quaeritur. et Papi- [cf. Pap. D. 33, 10, 9 pr. nianus respondit non uideri minutum, sed potius ex abundanti adiectum. Idem Papinianus libro septimo responsorum ait: instructis hortis filio legatis mater argentum muliebri filiae legauerat: respondit etiam id argentum muliebri, quod in hortis habuit, ut ibi esset instructor, ad filiam pertinere.
- 13 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Tabernae cauponiae instrumento legato [B. 44, 10, 13 etiam institores contineri Neratius existimat: sed uidendum, ne inter instrumentum tabernae cauponiae et instrumentum cauponae sit discrimen, ut tabernae non nisi loci instrumenta sint, ut dolia uasa ancones calices trullae, quae circa cenam solent traici, item urnae aerae et congiaria sextaria et similia: cauponae autem, cum negotiationis nomen sit, etiam institores. Instrumento balneario legato etiam balneatorem contineri Neratius respondit:
- 14 IDEM libro secundo ad Uitellium. continetur autem et fornicator<sup>3</sup>.
- 15 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Si ita testamento scriptum sit: 'quae [B. 44, 10, 14 tabernarum exercendarum instruendarum piatrini cauponae causa facta parataque sunt, do lego', his uerbis Seruius respondit et caballos, qui in piatrinis essent, et pistores, et in cauponio institores et focariam, mercesque, quae in his tabernis essent, legatas uideri.
- 1 Domo instructa<sup>4</sup> responsum est suppellectilem legatam, non etiam uina, quia domus uinis  
2 instructa intellegi non potest. Mulier uillae custos perpetua fundo qui cum instrumento
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> horreis (u. i.: cf. l. 20 § 8 h. t. et 1, 15, 3, 2. 34, 2, 32, 4)? <sup>2</sup> uel una aliqua re nominatim expressa, quae inerat? <sup>3</sup> fornicator (edd.: cf. ad 9, 2, 27, 9) <sup>4</sup> legata ins. (edd.)

1 hortis] FE<sup>2</sup>IK, orreis D, morte WE<sup>2</sup>, mortem C | tuti'ore F 2 quo'd'que F<sup>2</sup> | medicam'm'enta F<sup>2</sup> 6 hostiarii F 9 libro's' F<sup>2</sup> | 'h'omne F<sup>2</sup> 10 patris familias F<sup>2</sup> 14 'e'a F<sup>2</sup> 16 legasse] E, legasset FWDICK 18 examinatis] FEI, extimatis siue estimatis WDQC, existimatis K 25 expressa F 27 ab idem

l. inc. F 29 ut tibi F: ἐφ' ᾧ ἀγρῶ ἐκεῖ κε-  
χρησθῆαι B (Tip.) 34 ancones] F<sup>2</sup>, ancones  
et F<sup>2</sup>DEIK, ancones et Q, uectiones et W,  
ancipiones et C | c'a'enam F<sup>2</sup> 35 caupo-  
n'a'e F<sup>2</sup> 39 caupon'a'e F<sup>2</sup> 43 intellegi]  
intellegit F<sup>2</sup> | fundo] funda F<sup>2</sup>, in fundo F<sup>2</sup>

legatus esset aut instructo continebitur, sicuti saltuarius: par enim ratio est: nam desiderant tam uillae quam agri<sup>1</sup> custodiam, illic, ne quid vicini aut agri aut fructuum occupent, hic, ne quid ceterarum rerum quae in uilla continentur: uilla autem sine ulla dubitatione pars fundi habetur.

5 ALFENUS libro secundo digestorum a Paulo epitomatorum. Uillae instru- B. 44, 10, 15 S  
1 mento legato supellectilem non contineri uerius est. Uinea et instrumento eius legato instru-  
2 mentum uineae nihil esse Seruius respondit: qui eum consulebat, Cornelium respondiisse  
3 aiebat palos perticas rastrros ligones instrumenti uineae esse: quod uerius est. Quidam  
uxori fundum, uti instructus esset, in quo ipse habitabat, legauit. consultus de mulieribus  
lanificis an instrumento continerentur, respondit non quidem esse instrumenti fundi, sed 10  
quoniam ipse pater familias, qui legasset, in eo fundo habitasset, dubitari non oportere,  
quin et ancillae et ceterae res, quibus pater familias in eo fundo esset instructus, omnes  
legatae uiderentur.

17 MARCIANUS libro septimo institutionum. Item pictoris instrumento legato B. 44, 10, 16 Sf  
1 ceræ | colores similiaque horum legato cedunt, item peniculi et cauteria et conchae. In- f. 59'  
2 strumento piscatorio contineri Aristo ait naucellas, quae piscium capiendorum causa com- 16  
3 paratae sunt: sed et piscatores contineri uerius est. Instrumento balneatorio legato dictum  
est balneatorem sic instrumento contineri balneario, quomodo instrumento fundi saltuarium  
et topiariorum, et instrumento cauponio institorum, cum balneae sine balneatoribus usum suum  
praebere non possint. 20

18 PAULUS libro secundo ad Uitellium. Cum de lanionis instrumento quaeritur, B. 44, 10, 17 E  
1 semota carne mensas pondera ferramentaque laniandae carnis causa praeparata, item<sup>2</sup> tru-  
2 tinas cultros dolabras instrumento relinquimus. Instrumento legato aliquando etiam per-  
3 sonas legantium necesse est inspicere. ut ecce pistorio instrumento legato ita ipsi pistorum  
4 inesse uideri possunt, si pater familias pistrinum exercuit: nam plurimum interest, instru- 25  
5 mentum pistoribus an pistrino paratum sit. Asinam molendariam et molam negat Neratius  
6 instrumento fundi contineri. Item caccabos et patinas in instrumento fundi esse dicimus,  
7 quia sine his pulmentarium coqui non potest. nec multum refert<sup>3</sup> inter caccabos et aenum,  
8 quod supra focum pendet: hic aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur.  
9 quod si aenum instrumento continetur, urcei quoque, quibus aqua in aenum infunditur, in 30  
10 idem genus rediguntur, ac deinceps in infinitum primis quibusque proxima copulata pro-  
11 cedunt. optimum ergo esse Pedius ait non propriam uerborum significationem scrutari, sed  
12 in primis quid testator demonstrare uoluerit, deinde in qua praesumptione sunt qui in qua-  
13 que regione commorantur. Cum de uilico quaereretur et an instrumento [Scaeu. l. 20 § 1 h. t.  
14 inesset et<sup>4</sup> dubitaretur, Scaeuola consultus respondit<sup>5</sup>, si non pensionis certa quantitate, sed 35  
15 fide dominica coleretur, deberi. Idem consultus de meta molendaria respondit, si [Scaeu.]  
16 rusticis eius fundi operariis moleretur, eam quoque deberi. est autem meta inferior pars  
17 molae, catillus superior. De bubulco quoque ita respondit, siue de eo, qui bubus ibi araret,  
18 siue de eo, qui boues eius fundi aratores pasceret, quaereretur, deberi. De putatoribus  
19 quoque ita respondit, si eius fundi causa haberentur, inesse: Pastores quoque et fossores ad 40  
20 legatarium pertinere. Item cum fundus ita legatus esset: 'Maenio fundum Seianum, ita ut  
21 'optimus maximusque est, cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis quae ibi  
22 'sunt' et quaereretur, an semina deberentur, respondit uerius esse deberi, nisi aliud testa-  
23 torum sensisse heres probaret. idem respondit de frumento reposito ad mancipiorum ex-  
24 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> tam agri quam uillae?    <sup>2</sup> item] id est?    <sup>3</sup> differt?    <sup>4</sup> et del. (u. i.)    <sup>5</sup> cf. ad D. 32, 78

1 caecet] F<sup>2</sup>DC, est F<sup>2</sup>WEIK    3 in uilla F<sup>4</sup>  
8 esse n' quod F<sup>4</sup>    18 fundi ... 19 instru-  
mento om. F<sup>2</sup>, agnoscunt B (Tip.)    19 instito-  
re'm F<sup>2</sup>    22 pondere F<sup>2</sup> | ferramentaqu'a'e F<sup>2</sup>  
23 instrumento leg.] in instrumento leg. F<sup>2</sup>  
24 instrumento legato ita ipsi] IC, instru-  
mento legato aliquando etiam personas' ita

ipsi F<sup>4</sup>, instrumento ita ipsi EK, instrumento  
legato ipsi WDQ, ἐὰν ἀρτοκοπέιου ἐξοπλισμὸς  
ληγατεῦθῃ B (Tip.)    35 inesset et] FEK, in-  
esse WDI, inesset C | sed fide dominica co-  
leretur] ἀλλὰ (ἢ πρόκοδος) τῆ γύχῃ τοῦ δεσπό-  
του γυλλέγεται B (Tipuc.): cf. l. 20 § 1 h. t.  
40 ita ... quoque bis F<sup>2</sup>



- 10 hibitionem. In instrumento medici esse collyria et emplastra et cetera eius generis Cassius  
 11 scribit. Cui fundum instructum legauerat, nominatim mancipia legauit: quaesitum est, an  
 reliqua mancipia, quae non nominasset, instrumento cederent. Cassius ait responsum esse,  
 tametsi mancipia instructi fundi sint, tamen uideri eos solos legatos esse, qui nominati  
 12 essent, quod apparet non intellexisse patrem familias instrumento quoque seruos adnu-  
 13 meratos esse. SABINUS. Cui fundus quaeque ibi sint legata sunt, ei fundus et omnia, quae  
 in eo solita sunt esse quaeque ibi maiore parte anni morari et hi, qui in eum manendi  
 causa recipere se consueuerunt, legati uidentur: at si qua consulto in fundo congesta con-  
 14 tractatae sunt, quo legatum cumlaretur, ¶ ea non uidentur legata esse. Quidam cum ita f. 10  
 legasset: 'uillam meam ita ut ipse possedi cum suppellectile mensis mancipiis, quae ibi 10  
 'deputabuntur, urbanis et rusticis<sup>1</sup>, uinis, quae in diem mortis meae ibi erunt, et decem  
 'aureis', et quaereretur, cum in diem mortis ibi libros et uitreamina<sup>2</sup> et uesticulam habuerit,  
 an eadem omnia legato cederent, quoniam quaedam enumerasset: Scaeuola respondit<sup>3</sup> spe-  
 14 cialiter expressa, quae legato cederent. Domum instructam legauit cum omnibus adfixis:  
 quaeritur de instrumentis debitorum, an ea legatarius habere potest. respondit secundum 15  
 ea quae proponerentur non posse.
- 19 PAULUS libro tertio decimo responsorum. Si mancipia quae<sup>4</sup>, post testamen- [B. 44, 10, 18] P  
 tum factum in fundum Seiae relictum a testatore inducta, fundi colendi gratia in eodem  
 fundo fuerint, ea quoque instrumento fundi contineri respondi: quamuis enim ea mancipia  
 testator demonstrasset, quae tunc ibi essent cum legaret, tamen non minuendi legati, sed  
 1 augendi causa mancipiorum quoque fecit mentionem. ceterum instrumento fundi mancipia  
 1 quoque colendi agri causa inducta contineri non ambigitur. Paulus respondit uillae instru-  
 mento neque fructus repositos neque equitium contineri, suppellectile<sup>5</sup> autem legato cedere:  
 seruum uero arte fabrica peritum, qui annuam mercedem praestabat, instrumento uillae  
 non contineri.
- 20 SCAEUOLA libro tertio responsorum. Seiae ex parte heredi institutae, si [B. 44, 10, 19] P  
 heres erit, fundos per praeceptionem dederat instructos cum suis uilicis et reliquis colo-  
 norum et codicillis ita scripsit: 'postea mihi uenit in mentem: Seiae fundos quos reliqui,  
 'ita ut sunt instructi rustico instrumento suppellectile pecore et uilicis cum reliquis colo-  
 'norum et apotheca habere uolo'. quaesitum est, an etiam ea, quae patris familias usus  
 cottidiani causa in fundis fuerunt, legato continerentur. respondit testamento quidem ut  
 proponeretur Seiae, insuper fundum, legatum, uerum non amplius deberi, quam in codi-  
 1 cillis (quos sane post obliuionem testamentariae scripturae fecisset) instructi appellatione  
 1 contineri uelle se manifeste ostendisset. Liberto suo quidam praedia legauit his uerbis:  
 'Seio liberto meo fundos illum et illum do lego ita ut instructi sunt cum dotibus et reli-  
 'quis colonorum et saltuariis cum contubernalibus suis et filiis et filiabus'. quaesitum est,  
 an Stichus seruus, qui praedium unum ex his coluit et reliquatus est am- [Paul. l. 18 § 4 h. t.]  
 1 plam summam, ex causa fideicommissi Seio debeatur. respondit, si non fidei dominica, sed  
 2 mercede, ut extranei coloni solent, fundum coluisset, non deberi. 'Gaio Seio alumno [Paul.]  
 'meo fundos meos illum et illum, ita ut instructi sunt, et domum superiorem dari uolo':  
 quaesitum est, an etiam domum instructam dari uoluerit. respondit secundum ea quae  
 proponerentur ita uideri dedisse, nisi is, a quo peteretur, aliud testatorem sensisse mani-  
 feste doceret: at si habitationis, id est aedificii instrumentum legasset, non cedere seruos

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> cum suppellectile, mancipiis quae mensis ibi deputabuntur et rusticis (*deleta glossa urbanis: u. i. et h. i. l. 12 § 32*)? <sup>2</sup> uitrea minuta (*ut mos uesticula pro ueste*)? <sup>3</sup> cf. ad D. 32, 78  
<sup>4</sup> quae del. <sup>5</sup> suppellectilem (*u. i.*)?

1 cas'sius F<sup>21</sup> 3 casius F 8 contractaue] WDEICK<sup>2</sup>, contractaue F, contritaue Q, con-  
 tractaue K<sup>2</sup> 10 mensis] ita legerunt etiam  
 Graeci: μετὰ τῆς οἰκοκρυφῆς καὶ τῶν ἀνδρα-  
 πόδων καὶ τῶν τραπέζων καὶ οἴνων 11 depu-  
 tabantur F<sup>2</sup> 23 suppellectile autem legato

(lego K<sup>2</sup>)] FEK, suppellectilem autem legato  
 DC, suppellectile autem legata WQI | ce-  
 de're F<sup>2</sup> 26 herede FEK 31 continere-  
 tur F 33 obliuionem F 40 et illum om. F<sup>2</sup> |  
 superiorem dari uolo quaesitum est an etiam  
 domum bis F<sup>2</sup>

- 3 operae aliue rei paratos. Praedia ut instructa sunt cum dotibus et reliquis colonorum et  
 ulicorum et mancipiis et pecore omni legauit et pecuniis et cum actore: quaesitum est,  
 an reliqua colonorum, qui finita conductione interposita cautione de colonia discesserant,  
 ex uerbis supra scriptis legato cedant. respondit non uideri de his reliquis esse cogitatum.
- 4 Idem quaesiit in actore legato, an uxor et filia legato cedant, cum actor non in praediis, 5  
 sed in ciuitate moratus sit. respondit nihil proponi, cur cedant. Idem quaesiit, cum f. 60'  
 testator facto testamento in prouinciam sit profectus, an ea mancipia, quae post profectio-  
 nem eius aut mortem sine cuiusquam auctoritate sponte sua ad parentes et notos sibi  
 homines in fundos legatos transiere, legato cedant. respondit non legatos eos, qui forte  
 6 ututi commeantes transissent. Pamphilae libertae meae dari uolo fundum Titianum cum 10  
 instrumento et his quae in eodem erunt cum moriar'. quaesitum est, si Paul. D. 32, 78 pr.  
 Stichus seruus, ex eo fundo ante annum mortis testatoris abductus et in disciplinam  
 datus, postea in eum fundum non reuersus sit, an debeatur. respondit, si studendi causa  
 7 misisset, non quo a fundo eum aliorum transferat, deberi. Tyrannae sorori meae (Paul.)  
 fundum meum Graecianum cum stabulo et instrumento rustico omni relinquo'. quaeritur, 15  
 an fundi appellatione etiam pascua, quae ad eum simul cum fundo peruenerint et quae  
 semper in usibus huius possessionis habuerat, legato cederent. respondit, si prata fundo  
 Graeciano ita coniunxisset, uti sub una fundi appellatione haberentur, ea quoque deberi.
- 8 Instructis domibus legatis crabattus argento inaurato tectus mortis Titiae tempore in do-  
 mibus non est repertus, sed in horreis tantisper conditus: quaero, an is quoque praestandus 20  
 sit. respondit, si in domo esse soleret et quo tutiore loco haberetur, interim in horreo  
 9 allatus esset, nihilo minus praestandum. Quod adiecit testator 'uti possedi' an hoc signi-  
 ficet 'sicut instructa in diem mortis habuit', id est cum mancipiis pecoribus instrumento  
 rustico? respondit: non de iure quaeritur. 24
- 21 POMPONIUS libro primo fideicommissorum. Cum fundus sine instrumento B. 44, 10, 20 P  
 legatus sit, dolia molae oliuariae et praelum et quaecumque infixae inaedificatae sunt  
 fundo legato continentur, nulla autem ex his rebus quae moueri possunt paucis exceptis  
 fundi appellatione continentur. de molis tum quaeri solet, cum<sup>1</sup> ita adfixae itaue inaedifi-  
 catae sint, ut partes aedificiorum esse uideantur. 29
- 22 PAULUS libro tertio sententiarum. Fundo legato 'ut optimus Paul. 8, 6, 45. B. 44, 10, 21 P  
 maximusque est' rotia apraria et cetera uenationis instrumenta continebuntur: quod etiam  
 ad instrumenta pertinet<sup>2</sup>, si quaestus fundi ex maxima parte in uenationibus consistat.
- 1 Fundo legato cum mancipiis et pecoribus et omni instrumento rustico et ur- Paul. 8, 6, 47  
 bano peculium actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad  
 legatarium pertinere. 35
- 23 NERATIUS libro secundo responsorum. Cum quaeratur, quod sit tabernae B. 44, 10, 22 P  
 instrumentum, interesse, quod genus negotiationis in ea exerceri solitum sit.
- 24 PAULUS libro tertio ad Neratium. Fundus, qui locatus erat, legatus est B. 44, 10, 23 P  
 cum instrumento: instrumentum, quod colonus in eo habuit, legato cedit. PAULUS: an  
 quod coloni fuit an tantum id quod testatoris fuit? et hoc magis dicendum est, nisi nullum 40  
 domini fuit.
- 25 LAUOLENUS libro secundo ex posterioribus Labeonis. Fundi instrumento B. 44, 10, 24 \*S  
 legato id pecus cedere putabat Tubero, quod is fundus sustinere potuisset: Labeo contra.  
 quid enim fiet, inquit, si, cum mille oues fundus sustinere potuisset, duo milia ouium in  
 eo fundo fuerint? quas oues potissimum legato cessuras existimabimus? nec quaerendum 45  
 esse, quid debuisset parari pecoris instrumenti fundi causa, sed quid paratum esset: non  
 enim ex numero aut multitudine legata || aestimandum esse. Labeonis sententiam probo. f. 61

F(WDEQJCK)

<sup>1</sup> num? <sup>2</sup> ita *ins. Paulus* <sup>3</sup> quae etiam ad instrumentum pertinent *Paulus*

8 et notos *F<sup>1</sup> (em. F<sup>2</sup>)* 14 mis'sisset *F<sup>4</sup>*  
 17 habuerat *F<sup>2</sup>* 20 an 'his *F<sup>2</sup>* 32 quae-  
 situs *F<sup>4</sup>* 45 existimauimus *F* 47 exti-

manda esse *WI*, existimanda esse *DEC*, esti-  
 mandam esse *K*, extimandum est *Q*

- 1 Quidam cum in fundo figlinas haberet, figulorum opera maiore parte anni ad opus r  
utebatur, deinde eius fundi instrumentum legauerat. Labeo Trebatius non uideri  
2 in instrumento fundi esse. Item cum instrumentum omne legatum esset excepto  
pastores ouiliones, ouilia quoque legato contineri Ofilius non recte putat.
- 26 IDEM libro quinto ex posterioribus Labeonis. Dolia fictilia, item plumbea, [B. 4  
quibus terra adgesta est, et in his uiridaria posita aedium esse Labeo Trebatius  
1 ita id uerum puto, si ita illigata sint aedibus, ut ibi perpetuo posita sint. Molas  
rias quidem suppellectilis, iumentarias autem instrumenti esse Ofilius ait. Labeo Ca  
Trebatius neutras suppellectilis, sed potius instrumenti putant esse, quod uerum pu  
27 SOAEUOLA libro sexto digestorum. Praedia maritima cum seruis qui ibi [B. 4  
erunt et omni instrumento et fructibus qui ibi erunt et reliquis colonorum nutrit  
legauit. quaesitum est, an serui piscatores, qui solebant in ministerio testatoris  
ubicumque eum sequi et urbicis rationibus expungebantur nec mortis testatoris t  
in praediis legatis deprehensi fuerant, legati esse uideantur. respondit secundum e  
1 proponerentur non esse legatos. Adfini suo ita legauit: 'fundum Cornelianum Th  
'ita ut est instructus cum omnibus rebus et mancipiis et reliquis colonorum dar  
1 haec testatrix Romae litis causa ex Africa ueniens mancipia quaedam ex fundo  
scripto, quo citius per hiemem operam elegeret<sup>2</sup>, secum abduxit: quaesitum est,  
mancipia fideicommisso cedant, cum quaedam ex his rusticis officiis ad tempus per  
tionis abducta sunt relictis conseruabus<sup>3</sup> et filiis suis et quaedam matribus et ps  
respondit mancipia, de quibus quaereretur, secundum ea quae proponerentur ex caus  
2 commissi deberi. Idem quaesit, an fructus eiusdem fundi, qui ibi in diem mortis  
manserint, fideicommisso cedant, cum plenissima testatoris erga adfinem uoluntas  
quoque manifestetur, quo<sup>4</sup> reliqua colonorum eiusdem possessionis ad eum pertine  
uerit. respondit in huiusmodi scriptura posse responderi hoc solum quaerendum, i  
3 nifeste appareat defuncta id, de quo quaereretur, dari noluisse. Liberto, quem [B. 4  
heredem in parte rescripsit<sup>5</sup>, fundum per praeceptionem dedit in haec uerba: 'Pa  
liberte, praecipito tibi que habeto fundum meum Titianum et agellum Sempronianu  
'instrumento et his, quae in eodem erunt cum moriar, familiaque, quae in eo func  
'atur, exceptis quos manumisero'. quaesitum est, cum testator in eo fundo aliq  
uini in doliis habuerit, quod uini totum uendiderat et partem tertiam pretii pro ex  
perat, an uinum in doliis remanens ad libertum ex causa praeceptionis pertineat. resq  
uerbis quae proponerentur contineri, nisi manifeste contrariam uoluntatem coheredes  
bant. in eo fundo instrumenta calendarii et nummos reliquit. responsum est de n  
4 quoque, ut supra responsum. Ita legatum est: 'Septiciae sorori meae fundi pater  
'Seiani partem dari uolo sic ut est, et alteram partem ita, ut in diem mortis fuerit':  
situm est, an ex uerbis supra scriptis aggeres<sup>7</sup> et praela iam posita parataque, ut  
tantur aedificio, item instrumentum urbanum et rusticum cum mancipiis, quae fund  
erant, ad legatarios pertineant. respondit: potest<sup>8</sup> haec uerba 'sic ut est' ad inst  
5 referri. Fundos legauit in haec uerba: 'Sempronio fratri meo hoc amplius fundos  
'ita, || ut instructi sunt, Cassianum Nonianum cum suis salictis et siluis'. quaesitu  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> post *ins.*    <sup>2</sup> operam elegeret] iter perageret?    <sup>3</sup> contubernalibus?    <sup>4</sup> quod  
<sup>5</sup> scripsit (*u. i.*)?    <sup>6</sup> id *ins.*    <sup>7</sup> asseres (*Hal.*)?    <sup>8</sup> posse?

2 figulas FWEQICK, siglinas D, del. I<sup>2</sup>:  
oi κεραμεις δογλοι ου περιεχονται B (*Tipuc.*)  
13 sequituruicis rationibus F | expungebantur  
F, exfungebantur EQ<sup>2</sup>IK<sup>2</sup>, exfugebantur W,  
effugebantur C, extingebantur Q<sup>2</sup>, fungebantur  
K<sup>2</sup>, fngebantur (*sic*) D    14 fuerit F  
18 per hiemem] FIK, perimere WDEQ. *om. C* |  
opera WK | elegeret] FDC, legare W, legaret  
E, eligaret IK | abduxit] FEK, adduxit WIC,  
*om. D*    21 quae] que F    24 quod WDEICK

26 defuncta] FE, defunctam WDQIC  
luisse WDQICK, nolisset E 27 in] I  
tuisse ex I<sup>2</sup>, ex DEI<sup>2</sup>CK | rescripsit] F  
sit WDEICK: τῶ μερικῶ κληρονόμῳ I  
28 libert'a'e F<sup>2</sup> | et 'agellum F<sup>2</sup> 29  
in F<sup>21</sup> 31 doleis F 32 doleis F<sup>2</sup> 36:  
tem F<sup>2</sup> 37 immittentur FIC, immitti  
WDEQK 39 potest] possunt I  
41 non'tianum F<sup>2</sup>

cum siluae et salicta non in fundis supra scriptis<sup>1</sup>, sed in adiectis agellis et quos simul testator comparauit nec sine his fundi coli possint, an legato cederent. respondit id tantum cedere legato, quod uerbis comprehendisset.

- 28 SCAEUOLA libro uicesimo tertio digestorum. Lucius Titius [cf. Scaeu. D. 36, 2, 28. B. 44, 10, 27] A fundum, uti erat instructus, legauerat. quaesitum est, fundus instructus quemadmodum 5 dari debeat, utrum sic ut instructus fuit mortis patris familiae tempore, ut quae medio tempore adgnata aut in fundum illata sunt heredis sint? an uero instructus fundus eo tempore inspicere debeat, quo factum est testamentum? an uero eo tempore, quo fundus peti coeperit, ut quidquid eo tempore instrumenti deprehendatur, legatario proficiat? respondit ea quibus instructus sit fundus<sup>2</sup> secundum uerba legati quae sint in eadem causa, cum 10 dies legati cedat, instrumentum contineri.
- 29 LABEO libro primo ΠΙΘΑΝΩΝ. Si nauem cum instrumento emisti, praestari [B. 53, 2, 11] A tibi debet scapha nauis. PAULUS: immo contra. etenim scapha nauis non est instrumentum nauis: etenim mediocritate, non genere ab ea differt, instrumentum autem cuiusque rei necesse est alterius generis esse atque ea quaequae sit: quod Pomponio libro septimo 15 epistularum placuit.

## VIII.

## R DE PECULIO LEGATO R

SPA

- 1 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Seruo legato cum peculio et alienato uel [B. 44, 11, 1] S manumisso uel mortuo legatum etiam peculii exstinguitur. 20
- 2 GAIUS libro octauo decimo ad edictum prouinciale. Nam quae accessionum [B. 44, 11, 2] S<sup>o</sup> locum optinent, exstinguuntur, cum principales res peremptae fuerint.
- 3 PAULUS libro quarto ad Sabinum. At si ancilla cum suis natis legata sit, [B. 44, 11, 3] S etiam mortua ea uel alienata uel manumissa nati ad legatarium pertinebunt, quia duo legata sunt separata. 25
- 4 GAIUS libro octauo decimo ad edictum prouinciale. Sed et si cum uicariis [B. 44, 11, 4] S<sup>o</sup> suis legatus sit seruus, durat uicariorum legatum et mortuo eo aut alienato aut manumisso.
- 5 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Peculio legato constat heredem nomina [B. 44, 11, 5] S pecuniaria persequi posse, et insuper ipsum<sup>3</sup> si quid debeat seruo, reddere legatario debere. 29
- 6 ULPIANUS libro uicesimo quinto ad Sabinum. Si peculium legetur et sit in [B. 44, 11, 6] S corporibus, puta fundi uel aedes, si quidem nihil sit, quod seruus domino uel conseruis liberiae domini debeat, integra corpora uindicantur: sin uero sit, quod domino uel supra scriptis personis debeatur, deminui singula corpora pro rata debebunt. et ita et 1 Iulianus et Celsus putant. Et si fuerit legatum peculium non deducto aere alieno, uerendum, ne inutile legatum sit, quia quod adicitur contra naturam legati sit. sed puto uerum 35 hanc adiectionem non uitare legatum, sed nihil ei adicere: nec enim potest crescere uindicatio peculii per hanc adiectionem. plane si proponas legatarium nactum possessionem rerum, exceptione doli aduersus heredem uindicantem uti potest: habet enim in solidis rebus uoluntatem aeris alieni non deducendi. sed et si dominus remittere se seruo quod debet uel nihil sibi seruus debere significauerit, ualet haec adiectio, quia nuda [Epit. 2 sch. 4] 40 uoluntate potest dominus seruo remittere quod ei debet. Uicario autem meo mihi [Ep.] legato an et uicarii mei peculium ad me pertineat, quaeritur. et putamus contineri legato uicarii eius peculium, nisi aduersa sit uoluntas testatoris. Si seruus et uicarius eius liberi

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> sint ins. (Hal.)    <sup>2</sup> ea quibus instructus sit fundus del.    <sup>3</sup> et insuper ipsum] sed quod ita exegit et insuper ipse?

4 scaeuola] idem F<sup>2</sup>    6 patris familiae F<sup>2</sup>    WDEICK, fit sed F<sup>2</sup>, uit sed F<sup>2</sup>, bit sed F<sup>2</sup>  
 9 depr' a'ebendatur F<sup>2</sup>    10 instructis F<sup>2</sup>    36 hanc] WDEQICK<sup>2</sup>, ad hanc F, in hanc K<sup>2</sup>  
 15 quaeque F<sup>2</sup>    23 a't' F<sup>2</sup>    24 mortuo's F<sup>2</sup>    42 pertineat' n't F<sup>2</sup>  
 31 qu'od F<sup>2</sup>    32 inter'gra F<sup>2</sup>    35 sit sed]

- esse iussi sint eisque peculia sua legata sint, || uerba secundum uoluntatem testatoris exaudienda, tamquam de duobus separatisque peculii testatore locuto: et secundum haec
- 4 uicarius uicarii non communicabitur, nisi haec mens fuit testantis. Sicut autem aes alienum, hoc est quod debetur domino, minuit legatum peculium, ita per contrarium id quod dominus debet seruo augere debet. sed huic sententiae aduersatur rescriptum cf. Inst. 2, 20, 20 imperatoris nostri et patris eius, quod ita est: 'Cum peculium seruo legatur, non etiam id conceditur, ut petitionem habeat pecuniae, quam se in rationem domini impendisse 'dicit'. quid tamen si haec uoluntas fuit testatoris? cur non possit consequi? certe compensari debet hoc quod impendit cum eo quod domino debetur. an et quod dominus scripsisset se seruo debere, peculio legato cederet? Pegasus negat: idem Nerua: et cum Gnaeus Domitius filiae suae peculium quod eius esset legasset, et annum, quod ei solitus erat dare, biennio non dedisset, sed in rationibus suis retulisset filiae se debere quinquaginta, Atlicinus existimauit legato non cedere, quod uerum est, quia consonat rescripto.
- 5 Non solum autem quod domino debetur peculio legato deducitur, sed et si quid heredi debitum fuit.
- 7 POMPONIUS libro septimo ad Sabinum. Si quis creditori suo adrogandum B. 44, 11, 7 se dederit et agatur de peculio cum adrogatore, idem puto dicendum, quod de herede dicitur.
- 8 ULPIANUS libro uicesimo quinto ad Sabinum. Denique Pegasus respondit, B. 44, 11, 8 si statulibero, cui peculium legatum sit, heres interim crediderit, id ipso iure detrahi et
- 1 corpora singula etiam per hoc aes alienum deminui. Proinde si pure libertatem accipiet et heres uel uiuo domino uel ante aditam hereditatem seruo crediderit, legatum peculii
- 2 minuetur secundum Iuliani sententiam, licet dominus serui numquam fuerit. Qui Stichum et Pamphilum seruos habebat, testamento eos manumisit et unicuique peculium suum legauit. placet, quod alter alteri debet, de peculio eius decedere et alterius accedere legato.
- 3 Item quaeritur, si seruo libertas data sit, si decem dedisset heredi, peculiumque ei legatum sit, an decem, quae dedisset heredi, debeant de peculio decedere. et est uerum quod
- 4 Sabino placuit, hoc minus esse in peculio legato. Plus ait Sabinus, si statuliber seruum heredi uendiderit, perinde desinere eum in peculio esse, atque si extraneo uendidisset.
- 5 His consequenter quaeritur, si seruus cum domino de libertate pactus fuerit et partem pecuniae dederit et ante quam residuum dederit dominus decesserit liberumque esse testamento iusserit cum peculio legato, an quod domino dederit in peculio sit imputandum. et ait Labeo de peculio decedere. plane si nondum dederat, sed, donec totum traderet,
- 6 pro deposito apud eum fuerit, id in peculio esse placuit. Item si seruo peculium sit legatum et a debitore eius peculiari heres uetitus sit petere, uerum est hoc minus esse in
- 7 legato peculio, hoc est detrahendum id quod debitori legatum est. Interdum etsi non sit legatum peculium, uelut legatum sic accipitur, id est in huiusmodi specie: quidam seruo libertatem, si rationes reddidisset, dederat, et si heredibus cen- BS. 18, 5, 58 sch. 232
- tum intulisset. imperator igitur noster cum patre rescripsit, peculium qui- cf. Inst. 2, 20, 20
- dem non nisi legatum deberi: 'uerum', inquit, 'si condicionibus praescriptis paruisset seruus, testatorem uoluisse eum retinere peculium interpretamur': uidelicet ex eo, quod ex peculio
- 8 eum iusserat centum inferre. Utrum autem id demum peculium accipimus, quod (BS) mortis tempore fuit, || an uero et quod postea accessit applicamus uel quod decessit detrahimus? et Iulianus alias accipiendum legatum peculii ait, si ipsi seruo cf. Inst. 2, 20, 20 legetur, alias, si alii: nam si ipsi, id tempus in legato spectandum, quo dies legati cedit: si uero extraneo, mortis tempus, sic tamen, ut incrementa ex rebus peculiaribus ad eum perueniant, ut puta partus ancillarum uel fetus pecorum: quod autem ex operis suis uel ex alia re accedit, id, si alii quam ipsi legetur peculium, non debetur. hoc utrumque

## F(WDEQICK)

25 alter alteri] *WDICK*, alteri alter *E*, alteri *F*.  
καὶ χρεωστῆ ἑκάστος ἀγῶν τῷ ἄλλῳ *B* (*Tip.*)

31 testamentum *F*<sup>21</sup>  
41 interpretamur *F*<sup>4</sup>

38 reddidisset *F*<sup>2</sup>  
48 debetur *F*<sup>4</sup>

Iulianus secundum voluntatem testatoris scribit: cum enim ipsi suum peculium legatur, verisimile est eum omne augmentum ad ipsum pertinere uoluisse, cui patrimonium manumisso futurum est, cum alii, non: sic tamen, ut, si in alterius persona hoc eum sensisse appareat, idem dicas.

- 9 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Id quod seruo, qui in ipsius peculio est, B. 44, 11, 9 S  
 1 debetur, non deducitur ex legato peculio, quamuis conseruus eius sit. Si conseruum suum unlerauerit seruus et uiliorem fecerit, Marcellus non esse dubitandum deduci ex peculio, quod domino interesset (nam quid interest, conseruum uulneret an scindat aliquid nel frangat an subripiat? quo casu sine dubio minuitur peculium), sed non ultra simplum.  
 1 Sed si se unlerauit uel etiam occidit, nihil est deducendum hoc nomine: alioquin dicemus 10 et si fugerit, deducendum id, quanto uilior sit factus propter fugam.
- 10 POMPONIUS libro septimo ad Sabinum. Si peculium seruo uel filio praelegare uelis, ne deducatur id quod tibi debebitur, specialiter ea quae in peculio erunt leganda sunt. B. 44, 11, 10 S  
 14
- 11 ULPIANUS libro uicesimo nono ad edictum. Ei quoque, qui nihil in peculio B. 44, 11, 11 S  
 14 habet, potest peculium legari: non enim tantum praesens, sed etiam futurum peculium legari potest.
- 12 IULIANUS libro trigesimo septimo digestorum. Tunc inutile legatum peculii B. 44, 11, 12 S  
 14 sit, cum seruus uiuo testatore decedit: ceterum si mortis tempore seruus uixerit, peculium legato<sup>1</sup> cedet: 20
- 13 CELSUS libro nono decimo digestorum. aliter atque si seruus uestitus B. 44, 11, 13 \*E  
 14 legatus foret.
- 14 ALFENUS UARUS libro quinto digestorum. Quidam in testamento ita scripserat: Pamphilus seruus meus peculium suum cum moriar sibi habeto liberque esto. consulabatur, rectene Pamphilo peculium legatum uideretur, quod prius quam liber esset peculium sibi 25  
 14 habere iussus esset. respondit in coniunctionibus ordinem nullum esse neque quocquam interesse, utrum eorum primum diceretur aut scriberetur: quare recte peculium legatum uideri,<sup>2</sup> ac si prius liber esse, deinde peculium sibi habere iussus est.
- 15 IDEM libro secundo digestorum a Paulo epitomatorum. Seruo manumisso B. 44, 11, 14 S  
 14 peculium legatum erat: alio capite omnes ancillas suas uxori legauerat: in peculio serui 30  
 14 ancilla fuit. serui eam esse respondit neque referre, utri prius legatum esset.
- 16 AFRICANUS libro quinto quaestionum. Stichus habet in peculio Pamphilum: B. 44, 11, 15 S  
 14 hunc dominus noxali iudicio defendit et damnatus litis aestimationem soluit: deinde Stichum testamento manumisit eique peculium legauit: quaesitum est, an quod Pamphili nomine praestitam sit, ex peculio uel ipsius Pamphili uel Stichi deducendum sit. respondit Pam- 35  
 14 phili quidem de peculio utique deducendum, quantacumque ea summa esset, id est etiam si eum noxae dedere expedisset: quidquid enim pro capite serui praestitum sit, in eo debitorem eum domini constitui. quod si Pamphili peculium non sufficiat, tunc ex peculio f. 63  
 1 Stichi non ultra pretium Pamphili deduci debere. Quaesitum est, si ex alia qua causa Pamphilus pecuniam domino debuisset nec ea ex peculio eius seruari posset, an usque ad 40  
 14 pretium eius ex peculio Stichi possit deducere. negauit: neque enim simile id superiori esse. ibi enim propterea pretium uicarii deducendum, quod eo nomine ipse Stichus ob defensionem uicarii sui domino debitor constituitur, at in proposito quia Stichus nihil debeat, ex eius peculio nihil esse deducendum, sed ex Pamphili dumtaxat, qui certe ipse in suo peculio esse intellegi non potest. 45
- 17 LAUOLENUS libro secundo ex Cassio. Qui peculium serui legauerat, iudicium B. 44, 11, 16 \*E  
 14 eo nomine acceperat, deinde decesserat. placuit non aliter peculium ex causa legati praestari, quam si de accepto iudicio heredi caueretur.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> legatario?    <sup>2</sup> aequae *ins.*

- 18 MARCIANUS libro sexto institutionum. Si serno manumisso peculium legatum [B. 44, 11, 17] fuerit, in eum sine dubio creditoribus peculiariis actiones non competunt: sed non alias heres peculium praestare debet, nisi ei caueatur defensu iri aduersus creditores peculiarios. *Sf*
- 19 PAPINIANUS libro septimo responsorum. Cum dominus [B. 44, 11, 18. BS. 18, 5, 53 sch. 232] seruum uellet manumittere, professionem edi sibi peculii iussit atque ita seruus libertatem accepit. res peculii professioni subtractas non uideri manumisso tacite concessas apparuit. *P*  
 5
- 1 Testamento data libertate peculium legauerat eundemque postea manumiserat: libertus, ut  
 2 et nomen peculii actiones ei praestarentur, ex testamento consequetur. Filius fa- (BS.)  
 milias, cui pater peculium legauit, seruus peculii uiuo patre manumisit: seruus communis  
 omnium heredum est exemptus peculio propter filii destinationem, quia id peculium ad  
 legatarium pertinet, quod in ea causa moriente patre inueniatur: *10*
- 20 MARCIANUS libro septimo institutionum. nihilque interest, ante legatus, deinde inutiliter manumissus sit an contra. *S*
- 21 SCAEUOLA libro octauo quaestionum. Si Sticho manumisso peculium legatum sit et Titio seruus peculiaris, quantum peculio detractum erit ob id quod domino debetur, tantum ei accedere, cui uicarius legatus est, Iulianus ait. *Pf*  
 5
- 22 LABEO libro secundo posteriorum a Iauleno epitomatorum. Dominus seruum testamento manumiserat et ei peculium legauerat: is seruus mille nummos domino debuerat et eos heredi soluit. respondi omnes eas res deberi orcinio, si pecuniam orcinus quam debuerat soluisset. Dominus seruum, qui cum eo uicarium communem habebat, testamento manumiserat et peculium ei legauerat, deinde ipsum uicarium, qui communis erat, nominatim et ipsi et libertae suae legauerat. respondi partem quartam libertae, reliquam partem quartam<sup>1</sup> liberti futuram: quod et Trebatius. *20*
- 23 SCAEUOLA libro quinto decimo digestorum. Dominus Sticho seruo suo, qui bona liberti eius gessit, cui pro parte dimidia testamento heres exstiterat, in quibus negotiis gestis et kalendaria fuerunt, testamento suo libertatem dederat, si rationem reddidisset, eique peculium suum per fideicommissum dedit: Stichus summam, quibus reliquatus erat tam ex kalendario quam ex uariis causis, reddidit manentibus debitoribus, pro quibus ipse pecuniam heredibus patroni refuderat, libertatemque adeptus decessit. quaesitum est, an heredibus Stichi aduersus nomina debitorum, pro quibus Stichus pecuniam heredibus patroni intulit, heredes patroni ex causa fideicommissi compellendi sint actiones praestare, cum nihil aliud a Sticho patrono debitum fuerit. respondit praestandum. Testamento codicillisue seruos || manumisit et peculia legauit et de Sticho ita canit: 'Stichum seruum meum liberum esse uolo eique uolo dari decem aureos et quidquid ex ratione loculorum meorum habet: rationes autem heredibus meis dari uolo. his omnibus, quos hoc testamento manumisi, peculia sua concedi uolo'. quaesitum est, an, quod amplius rationi loculorum in diem mortis erogauit Stichus ex peculio suo, ab heredibus recipere debeat, cum ex consuetudine domus esset, ut quidquid amplius ex suo in ratione loculorum erogasset, dominica ratio ei deberet atque exsolueret. respondit secundum ea, quae propter consuetudinem proponerentur, id quoque peculio legato contineri, quod et<sup>2</sup> dominica ratio deberet et solita erat reddere. Seruis libertates legataeque dederat et condicionem ita scripserat: 'ὄσοις κατέλιπον ἐλεγθέρους καὶ τὰ ληγὰ ἀγτοῖς, τοῦτοιοις βοῦλομαι εἶναι ἀνεξέταστοις'. quaesitum est, an peculia quoque legata his uidebantur. respondit secundum ea quae proponerentur non uideri legata. Item quaesitum est, an ex isdem uerbis reliqua rationum quasi legata retinere possint, aut<sup>3</sup> si res dominicas apud se habuerint, aut, si qui eorum coloni praediorum fuerunt, pensiones. respondit supra responsum. *30*  
*35*  
*40*  
*45*
- 24 ULPIANUS libro quadragesimo tertio ad Sabinum. Si legatus fuerit seruus, peculium excipere non est necesse, quia non sequitur, nisi legetur. [B. 44, 11, 22] *S*

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> quartam del. (*Krueger*)    <sup>2</sup> ei?    <sup>3</sup> aut del.

21 deinde de' *F*<sup>2</sup> 26 fuerant *F*<sup>2</sup> 28 red- debitorum] *FDECK*, omnes debitores *WQ(?)I*  
 di'dit *F*<sup>2</sup> 29 ad'e'm'ptus *F*<sup>2</sup> 30 nomina 39 ratio'n'ei *F*<sup>2</sup> 42 κατέλιπον *F*

- 25 CELSUS libro nono digestorum. Si servus liber esse iussus sit eique B. 44, 11, 23 \*E peculium legatum sit, uicariorum eius uicarii legato continentur.
- 26 SCAEUOLA libro tertio responsorum. 'Titi filii, e medio praecipito sumito B. 44, 11, 24 \*P tibi que habeto domum illam, item aureos centum': alio deinde capite peculia filiis praelegauit. quaesitum est, an peculio praelegato et centum aurei et usurae eorum debentur, 6 cum rationibus breuiariis in aere alieno et sortem et usuras inter ceteros creditores complexus sit. respondit, si id faenus nomine filii exercuisset et usuras ita, ut proponeretur, filio adscripisset, id quoque peculio legato deberi.

## VIII.

## R DE PENU LEGATA R

9  
SP

- 1 ULPIANUS libro uicesimo quarto ad Sabinum. Uxori suae in annos singulos B. 44, 12, 1 S\* penoris aliquid heres dare iussus est, si non dedisset, nummos dare damnatus est: quaeritur, an penus legata peti possit an uero solummodo sit in praestatione et, si non praestetur, tunc quantitas petatur. et si quidem semel penus sit legata, non per singulos annos, certo iure utimur, ut et Marcellus libro trigesimo nono digestorum apud Iulianum 15 notat, in praestatione esse dumtaxat penum, quantitatem uero et peti posse. habebit igitur heres oblationem tamdiu, quamdiu lis cum eo de pecunia contestetur, nisi forte aliud tempus uel mente uel uerbis testator praestituit. quod si in annos singulos penus legata sit, per singulos annos penus adhuc poterit praestari, si minus, summae per singulos annos petentur. quid ergo, si una summa legata sit et primo penus non sit praestita? utrum 20 tota summa debeatur, quasi toto penoris legato transfuso, an uero quantitas primi anni aestimationis sola sit translata, dubitari potest. puto tamen sic uoluntatem sequendam testatoris, ut tota summa ilico, postquam cessauerit heres dare penum uxori, praestetur, heredis inuocatione coercenda. 24
- 2 MARCIANUS libro tertio regularum. Penu certa cum uasis certis legata et B. 44, 12, 2 S\* consumpta ne uasa quidem cedunt legato exemplo peculii.
- 3 ULPIANUS libro uicesimo secundo ad Sabinum. Qui penum legat quid legato B. 44, 12, 3 S f. 64 complectatur, uideamus. et Quintus Mucius scribit libro secundo iuris ciuillis penu legata contineri, quae esui potuique sunt<sup>1</sup>. idem Sabinus libris ad Q. Scaeuola apud Gellium 4, 1, 17 Utellium scribit: quae harum, inquit, patris familiae uxoris liberorumue eius uel familiae, 30 quae circa eos esse solet, item iumentorum, quae dominici usus causa paratae sunt<sup>2</sup>. Sed Aristo notat etiam quae esui potuique non sunt contineri legato, ut puta 1 ea, in quibus esse solemus, oleum forte, garum muriam mel ceteraque his similia. Plane, inquit, si penus esculenta legetur, Labeo libro nono posteriorum scribit nihil eorum cedere, 35 quia non haec esse, sed per ea solemus. Trebatius in melle contra scribit, merito, quia mel esse solemus. sed Proculus omnia haec contineri recte scribit, nisi contraria mens testatoris appareat. <sup>3</sup>Esculenta, utrum ea quae esse, an et ea per quae esse solemus, legatur? et ea quoque legato contineri credendum, nisi contraria mens patris familiae doceatur. mella certe semper esculentae peni cedere, lacertas quoque cum muria sua con- 40 tineri nec Labeo negauit. Poculenta peni ea, quae uini loco pater familiae habuit, continerentur, supra scripta uero non continebuntur. Penori acetum quoque cedere nemo
- F(WDEQICK)

<sup>1</sup> (Quintus Scaeuola) Penus est, inquit, quod esculentum aut poculentum est, quod ipsius patris familiae aut matris familiae (aut matris familiae *om. libri*) aut liberum aut familiae (aut liberum patris familiae *libri*) eius, quae (quam *libri*) circum eos aut liberos eius est et opus non facit, causa paratum est *Gellius* <sup>2</sup> item iumentorum dominici usus causa paratae sunt? — Masurius Sabinus in iuris ciuillis secundo etiam quod iumentorum causa apparatus esset, quibus dominus uteretur, penori attributum dicit *Gellius* <sup>3</sup> talia fere exciderunt: quaeritur, inquit, qui legatur

6 breuiariis F<sup>3</sup> 23 cessauerat F<sup>3</sup> 33 mu- 41 supra scripta uero non continebuntur  
riam] Hal., muria F 37 e'sculenta F<sup>2</sup> om. F<sup>2</sup>



- dubitat, nisi extinguendi ignis causa fuit paratum: tunc enim esui potuique non fuit: et  
 6 ita Ofilius libro sexto decimo actionum scribit. Sed quod diximus 'usus sui gratia paratum'  
 accipiendum erit et amicorum eius et clientium et uniuersorum, quos circa se habet, non  
 etiam eius familiae, quam neque circa se neque circa suos habet: puta si qui sunt in uillis  
 deputati. quos Quintus Mucius sic definiebat, ut eorum cibaria contineri [Q. Scaeuola l. c. § 17  
 putet, qui opus non facerent<sup>1</sup>: sed materiam praebuit Seruio notandi, ut textorum et tex-  
 7 tricium cibaria diceret contineri: sed Mucius eos noluit significare, qui circa patrem fami-  
 lias sunt. Simili modo et iumentorum cibaria penui continentur, sed eorum iumentorum,  
 quae usibus ipsius et amicorum deseruiunt: ceterum si qua iumenta agris deseruebant uel  
 8 locabantur, legato non cedere cibaria eorum. Siue autem frumentum siue quid leguminis  
 in cella penuaria habuit, penori legato continebitur, sed et hordeum siue familiae siue iu-  
 9 mentorum gratia: et<sup>2</sup> Ofilius scribit libro sexto decimo actionum. Ligna et [Sabinus l. c. § 22  
 carbones ceteraque, per quae penus conficeretur, an penori legato contineantur, quaeritur<sup>3</sup>.  
 et Quintus Mucius et Ofilius negauerunt: non magis quam molae, inquit, continentur.  
 idem et tus et ceras<sup>4</sup> contineri negauerunt. sed Rutilius et ligna et carbones, quae non  
 1 uendendi causa parata sunt, contineri ait. Sextus autem Caecilius<sup>5</sup> etiam tus et cereos in  
 2 domesticum usum paratos contineri legato scribit<sup>6</sup>. Seruius apud Melam et unguentum et  
 chartas epistulares penoris esse scribit et est uerius haec omnia, odores quoque contineri:  
 3 sed et chartas ad ratiunculam uel ad logarium paratos contineri. Uasa quoque penuaria  
 4 quin contineantur, nulla dubitatio est. Aristo autem scribit dolia non contineri, et est uerum  
 5 secundum illam distinctionem, quam supra in uino fecimus. nec frumenti nec leguminum  
 thecae (arculae forte uel sportae) uel si qua alia sunt, quae horrei penuarii uel cellae pe-  
 nuariae instruendae gratia habentur, non continebuntur, sed ea sola continentur, sine quibus  
 penus haberi non recte potest.
- 4 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Nam quod liquidae materiae sit quia per se esse  
 non potest, rapit secum in accessionis locum id sine quo esse non potest: uasa autem ac-  
 cessionis legatae penus, non legata sunt: denique penu consumpta uasa non || debentur. sed  
 et si penum cum uasis specialiter sit legatum, uasa non debentur uel consumpta penu  
 1 uel adempta. Si cui quae in promptuario sint legata fuerint, non omnis penus [B. 44, 12, 4  
 2 legata est. Item si quis solitus fructus suos uendere penum legauerit, non omnia, quae  
 et promercii<sup>7</sup> causa habuit, legasse uidetur, sed ea sola, quae in penum sibi separabat.  
 quod si promiscue uti solebat, tunc quantum ad annum usum [Sabinus apud Gellium l. c. § 28  
 ei sufficeret familiaeque eius ceterorumque, qui circa eum sunt, legato cedet<sup>8</sup>: quod fere,  
 inquit Sabinus, euenit in personis mercatorum aut quotiens cella est olei et uini, quae ue-  
 3 nire solebant, in hereditate relicta. Nomen autem penus mihi traditum est omnibus gene-  
 4 ribus dictum. Si ita legetur 'penum, quae Romae sit', ntrum quae est intra continentia,  
 legata uidetur an uero ea sola, quae est intra murum? et quidem urbes fere omnes muro  
 5 tenuis finiri, Romam continentibus, et urbem Romam aequae continentibus. Quod si urbana

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> u. p. 137 n. 1    <sup>2</sup> ita ins.    <sup>3</sup> (Masurius Sabinus in iuris ciuili secundo) ligna quoque et uirgas et carbones, quibus conficeretur penus, quibusdam ait uideri esse in penu Gellius  
<sup>4</sup> cereos (Grotius)?    <sup>5</sup> Aelius (u. n. 6: Maiansius)?    <sup>6</sup> Seruium Sulpicium in reprehensis Scaeuolae capitibus scripsisse Cato (sato libri) Aelio placuisse non quae esui et potui forent, sed thus quoque et cereos in penu esse, quod esset eius familiae (sic Carnegieier, eius ferme rei libri) causa comparatum Gellius<sup>7</sup> et usus ins. (u. n. 8)    <sup>8</sup> Ex his quae promercalia et usuaria isdem in locis essent (esse libri) ea sola penoris putat (Masurius Sabinus in iuris ciuili secundo), quae satis sint usu annuo Gellius

1 paratum tunc enim esui potuique non fuit  
 om. F<sup>1</sup> 5 ciuaria F<sup>2</sup> 7 ciuaria F<sup>2</sup> | 'a'di-  
 ceret F<sup>4</sup> 8 ciuaria F<sup>1</sup> 10 ciuaria F<sup>2</sup>  
 11 penori] F<sup>2</sup>, penore F<sup>4</sup> 12 lib'ero F<sup>4</sup>  
 15 thus f | ceras] ó πρὸς τὴν χρεῖαν τὴν οἰκία-

κὴν κηρὸς B (Syn.) | carbones F<sup>1</sup> 20 dolia non  
 contineri (folio lacerato) F 22 argulae F |  
 's'portae F<sup>4</sup> 33 qui om. F<sup>2</sup> | fere] fore F<sup>2</sup>  
 34 mercatorum F 37 lega'ta' F<sup>2</sup>

penus sit legata, omnem, quae ubique est, legatam uideri Labeo ait, etiam si in *uillis agrisue sit*, si illa sit urbico usui destinata, sicuti urbica ministeria dicimus et quae extra urbem nobis ministrare consueuerunt. si autem extra urbem, Romae tamen sit, sed et si in hortis sit urbi iunctis, idem erit dicendum. Si cui penus legata sit praeter uinum, omnis penus legata uidetur excepto uino: sed si ita scriptum sit 'omnem penum praeter uinum quod Romae erit', sola penus quae Romae est legata uidetur: et ita et Pomponius libro sexto ad Sabinum scribit.

- 5 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Non omne quod bibetur in penu habetur: B. 44, 12, 5 S alioqui necesse est, ut omnia medicamenta quae biberentur contineantur. itaque ea demum penoris esse, quae alendi causa biberentur, quo in numero antidotum non est. et sane uere 10  
1 Cassius sensit. Sed quod quidam negauerunt piper et lignisticum et careum et laser et cetera huiusmodi in penu non esse, improbatum est.
- 6 IDEM libro decimo ad Sabinum. Instrumentum pistrini, item uniuersa uasa B. 44, 12, 6 S cocicatoria penu non continentur. 14
- 7 SCAEUOLA libro tertio responsorum. 'Penum meam omnem ad matrem liberisque meos, qui cum matre sunt, pertinere uolo'. quaero, si tutores pupilli eam solummodo penum deberi, quae in caenaculo esset, dicant, sint autem et in horreis amphorae, an haec quoque deberentur. respondit, quidquid penoris usus causa ubicumque habuisset, deberi.

## X.

20

## R DE SUPPELLECTILE LEGATA R

SEPA

- 1 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Supellex est domesticum patris familiae B. 44, 13, 1 S instrumentum, quod neque argento auroque facto uel uesti adnumeretur,
- 2 FLORENTINUS libro undecimo institutionum. id est res mouentes non animales. B. 44, 13, 2 S\* 25
- 3 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Suppellectili legata haec continentur: B. 44, 13, 3 S mensae, trapezophora, delicae, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitae, toralia, imperia<sup>1</sup>, uasa aquaria, pelues, aquiminalia, candelabra, lucernae, trulla<sup>2</sup>, Item uasa aenea<sup>1</sup> uulgaria, id est quae non proprie essent loco adtributa: Praeterea capsae, armaria. sed sunt qui recte putant capsas et armaria, si librorum aut uestium aut armamentorum gratia 30  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> imperia (Cuiacius: cf. 34, 2, 25, 4 et gl. Cyrill.: ἐμπύλιον ὑδο)? <sup>2</sup> trullae?

<sup>1</sup> etiam] et f: ductus huius paginae ex parte euacoides suppleuit manus quae uidetur saec. XVI, quae quod scripsit hic et, spatium non explere [etiam si in uillis agrisue sit, si illa sit urbico usui destinata] etiam (et DK, om. Q) si in illa (in nilla DEIK, nulla QC) sit urbico (urbis f spatium non explens) usui destinata FDEQICK, suppleuit secundum B (Tip.): τὴν πολιτικὴν κελλαρικὴν ἀργατεῖαν, καὶ τὸ ἐν κώμας καὶ ἀγροῖς ὄν καὶ τῇ πολιτικῇ χρήσει ἀφορισθῆν περιέχεται, cum uerba urbico usui destinata tam recte referantur ad penum quam male ad uillam (cf. D. 33, 10, 12), denique uillae agrisue, quod suppeditant Graeci, ita optime opponantur domibus extra Romam in contuentibus aedificiis positis hortisque suburbanis 2 sicut f spatium non explens 3 conueniant (folio lacero) F 4 praeter f spatium non explens 6 legata' F 8 paulus] F 1, idem F 11 lignisticum F 12 esse improbatum F 17 esse dicant FI, esse dicunt

W, esse dicantur DQC, est dicantur E, est dicantur K 21 suppellectile F<sup>2</sup>, suppellectile ind. F<sup>2</sup>, suppellectili F<sup>2</sup> 27 sursellia F: κοῦρ-κέλλια B 28 imperia uasa] FE<sup>2</sup>K, impenaria uasa C, inpanaliosa W, paniliosa uasa B, imperialia uasa DQI: imperia Graeci omiserunt, nam sic habent: στρώματα (culcitae) προκεφάλια (toralia) σκεῦη ὑδρηνά (uasa aquaria) | pelbes F<sup>2</sup>, plebes F<sup>2</sup> | aquiminalia] F<sup>2</sup>, aquimmaria F<sup>2</sup>, puto propter D. 34, 2, 19, 12, ubi inter escarium argentum refertur aquimmarium: cf. Uarro apud Nonium p. 547 'urceolum aquaemanalem uocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur' et Paulus 3, 6, 56 'aqui (uel aque, aqua) manalia (uel manulia, manilia) et glossae Philos. (sec. codicem): trulleum et guttum et aquimminale χερνιβόεστον: ita hic quoque uertunt Graeci (Syn.) χερνιβόεστα. uidetur utrumque in usu fuisse et aquae manale eius aquimminale et aquimmarium, ut escalae et escarium

- parata sint, non esse in suppellectili, quia ne hae quidem ipsae res, quibus adtributae es-  
 3 sent, suppellectilis instrumento cederent. Vitrea escaria et potoria in suppellectili sunt sic  
 ut fictilia, nec solum uulgaria, sed etiam quae in pretio magno sunt: nam et pelues ar-  
 genteas et aquiminalia argentea et mensas et lectos inargentatos uel inauratos atque gem-  
 4 matos in suppellectili esse non dubitatur, usque adeo, ut idem iuris sit et si tota argentea  
 5 pellectili propter eximium usum et pretium: sed et de his idem dicendum est, Nec inter-  
 est, cuius materiae sunt res, quae sunt in suppellectili. sed craterem argenteum non esse  
 in suppellectili nec ullum uas argenteum secundum saeculi seueritatem nondum admittentis  
 suppellectilem argenteam<sup>1</sup> hodie, propter usum imperitorum si in argento relatum sit can-  
 delabrum argenteum, argenti esse uidetur, et error ius facit.
- 4 IDEM libro singulari de instrumenti significatione. Redae et sedularia suppellectili ad-  
 numerari solent.
- 5 IDEM libro quarto ad Sabinum. De tapetis quaeri potest, subsellia cathedraria quibus  
 insterni solent utrum in ueste sint, sicut stragula, an in suppellectili, sicut toralia, quae  
 1 propria<sup>2</sup> stragulorum non sunt. et hoc magis placuit ea suppellectili contineri. De [B. 44, 13, 4  
 tapetis autem uel linteis, quibus insternuntur uehicula, dubitari potest, an sint in suppel-  
 lectili. sed dicendum est potius instrumenti uiatorii ea esse, sicut pelles, quibus inuoluuntur  
 uestimenta, lora quoque, quibus hae pelles constringi solent.
- 6 ALFENUS libro tertio digestorum a Paulo epitomatorum. Suppellectilis eas [B. 44, 13, 5  
 esse res puto, quae ad usum communem patris familias paratae essent, quae nomen sui  
 generis separatim non haberent: quare quae ad artificii genus aliquod pertinerent neque  
 1 ad communem usum patris familias accommodatae essent, suppellectilis non esse. Sed nec  
 pugillares et codices in suppellectili sunt.
- 7 CELSUS libro nono decimo digestorum. Labeo ait originem fuisse suppellectilis, [B. 44, 13, 6  
 quod olim his, qui in legationem proficiscerentur, locari solerent, quae sub pellibus usui  
 1 forent. Tubero hoc modo demonstrare suppellectilem temptat: instrumentum quoddam patris  
 familiae rerum ad cottidianum usum paratarum, quod in aliam speciem non caderet, ut  
 uerbi gratia penum argentum uestem ornamenta instrumenta agri aut domus. nec mirum  
 est moribus ciuitatis et usu rerum appellationem eius mutatam esse: nam fictili aut lignea  
 aut uitrea aut aerea denique suppellectili utebantur, nunc ex ebore atque testudine et ar-  
 gento, iam ex auro etiam atque gemmis suppellectili utuntur. quare speciem potius rerum,  
 2 quam materiam intueri oportet, suppellectilis potius an argenti, an uestis sint. Seruius  
 fatetur sententiam eius qui legauerit aspici oportere, in quam rationem ea solitus sit re-  
 ferre: uerum si ea, de quibus non ambigeretur, quin in alieno genere essent, ut puta esca-  
 rium argentum aut paenulas et togas, suppellectili quis adscribere solitus sit, non idcirco  
 existimari oportere suppellectili legata ea quoque contineri: non enim ex opinionibus singu-  
 lorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere. id Tubero parum sibi liquere ait:  
 nam quorsum nomina, inquit, nisi ut demonstrarent uoluntatem dicentis? equidem non  
 arbitror quemquam dicere, quod non sentiret, ut maxime nomine usus sit, quo id appellari  
 solet: nam uocis ministerio utimur: ceterum nemo existimandus est dixisse, quod non mente  
 agitauerit. sed etsi magnopere me Tuberonis et ratio et auctoritas mouet, non tamen a  
 Seruio dissentio non uideri quemquam dixisse, cuius non suo nomine usus sit. nam etsi  
 prior atque potentior est quam uox mens dicentis, tamen nemo sine uoce dixisse existi-  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> exciderunt quaedam ad hoc exemplum (cf. Plinius h. n. 33, 11, 142): Sex. Aelius statuit, sed in argento: etiam <sup>2</sup> proprie (u. i.)?

3 pelles F<sup>1</sup>, φιλῶλαι B (Syn.) | argentea's F<sup>2</sup>  
 4 aquiminalia] F<sup>1</sup>, aquiminaria F<sup>2</sup>: u. p. 139  
 u. 28 6 crustallinis F 9 saeculi F<sup>2</sup>  
 10 imperitorum] F, imperatorum WDEICK  
 12 sedularia nostri omnes 16 propria] FI,  
 proprie WDEQCK 17 suppellectilis F<sup>2</sup>

19 quibus hae'c F<sup>2</sup> 22 quare ... pertine-  
 rent bis F<sup>1</sup> 26 suppelibus F<sup>1</sup> 30 fictilia  
 aut FDEQIC, fictilia aut et K<sup>2</sup>, fictilia et K<sup>2</sup>,  
 fictilia W 33 post oportet ins. sed de his  
 quidem de quibus dubitari (dub. om. C<sup>2</sup>) potest  
 WDEICK, non habent Q (?) Ottob. 1600

matur: nisi forte et eos, qui loqui non possunt, conato ipso et sono quodam και τῆ ἀνάρθρω φωνῆ dicere existimamus.

**MODESTINUS** libro nono responsorum. || Cum quidam uxori suae legauerat [B. 44, 13, 7] *Ef* l. 65' domum cum iure suo omni et instrumento et supellectili, quaerebatur, an uideretur et argentum escale et potorium legato contineri. respondit, si quid in supellectili argentum est, 5 deberi, escale autem uel potorium argentum non deberi, nisi hoc quoque testatorem sensisse legatarius doceat.

**PAPINIUS** libro septimo responsorum. Legata supellectili cum species ex [B. 44, 13, 8] *P* abundanti per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur: si tamen species certi numeri demonstratae fuerint, modus generi datus in his speciebus intellegitur. idem 10 seruabitur instructo praedio legato, si quaedam species numerum certum acceperint. Supellectilis mensas esse cuiuscumque materiae, scilicet uel argenteas uel argento inclusas placet: nam et argenteos lectos, item argentea candelabra supellectili cadere posterior aetas recepit: cum<sup>1</sup> et Ulixem ex auro et argento lectum uiuentis arboris truncis aedificatum ornasse, quem Penelopa recognoscendi uiri signum accepit, ut<sup>2</sup> uoluit Homerus<sup>3</sup>. Supel- 15 lectili sua omni legata acceptum argentum pignori non continebitur, quia supellectilem suam legauit, utique si non in usu creditoris id argentum uoluntate debitoris fuit, sed propositum<sup>4</sup> propter contractus fidem ac restituendae rei uinculum.

**IAVOLENTUS** libro tertio ex posterioribus Labeonis. Qui uestem omnem et [B. 44, 13, 9] *\*S* res plurium generum supellectilis expenso ferre solitus erat, is uxori supellectilem legauerat. 20 recte negabant uestem legato cessuram Labeo Ofilius Cascellius, quia non posset uideri uestis appellatione supellectilis contineri.

**IDEM** libro decimo ex posterioribus Labeonis. Uasa aenea salientis aquae [B. 44, 13, 10] *\*S* posita, item si quid aliud magis deliciarum quam usus causa paratum esset, non esse supellectilis Labeo Trebatius putant. murrea autem uasa et uitrea, quae ad usum, edendi 25 et bibendi causa, parata essent, in supellectili dicuntur esse.

**LABEO** libro quarto pithanon a Paulo epitomatorum. Quemadmodum urba- [B. 44, 13, 11] *A* nus seruus et rusticus distinguitur non loco, sed genere usus, ita urbana penus et supellex ad usum urbanum, non ad locum urbanum aut peregrinum dirigenda est, multumque inter- 30 est, penus et supellex ea quae in urbe sit an urbana legetur uel promittatur.

**MODESTINUS** libro nono responsorum. Respondit: numquam ex eo, quod [B. 44, 13, 12] *\*E* supellectilem legauit maritus testamentum, habitationem, in qua supellex fuit, legasse uidetur. quare contra defuncti uoluntatem habitationem sibi uerum uindicare procul dubio est.

**CALLISTRATUS** libro tertio de cognitionibus. Fundo legato instrumentum [B. 44, 13, 13] *\*E* eius non aliter legato cedit, nisi specialiter id expressum sit: nam et domo legata neque 35 instrumentum eius neque supellex aliter legato cedit, quam si id ipsum nominatim expressum a testatore fuerit.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> quin?    <sup>2</sup> ut *del.*    <sup>3</sup> *Odyss. 23, 190 sq.*    <sup>4</sup> repositum (*u. i.*)?

2 existimemus *F*<sup>2</sup> 17 propositum] *FI*, repositum *WDECK* 24 deliciarum *F*<sup>2</sup> 31 quod 'in' supell. *F*<sup>2</sup> 33 uindicare't' *F*<sup>2</sup> 36 id] *DC*, ad *FQK*, *om. EI* 37 post fuerit *add.* uerum est id dotis legato (legatum *E*) inesse, quod in accione (accessionem *O*<sup>2</sup>, accessione *O*<sup>2</sup>) de dote inerat (inerat *O*). et (et *om. E*<sup>2</sup>) ideo si inter (ideo sunt *E*) uirum et uxorem conuenerat (uenerat *E*), ut (in *O*) mortis causa soluto matrimonio filio filieue (filiasue *E*) relinqueret, nichil alienatione (alienationem *EC*) de dote fieret (fierent *E*) constituto iure (iure constituto *O*<sup>2</sup>, iure constituti *O*<sup>2</sup>, constitutio hinc *E*<sup>2</sup>, constitutio uine *E*<sup>2</sup>), cum de aliis eligendis potestas non fieret, quod dotalia

(dotali *E*<sup>2</sup>, talia *Q*) predia contra legem Iuliam (iullam *E*) uendit et uxori legata dedit et (et *om. O*) emptoris fidei commisit, ut id predium melius ei restitueret (restituet *E*). emptorem fideicommisso teneri constat. sed tamen accepto legato filie uenditionem (conditionem *O*<sup>2</sup>) irritam (irrita *E*) faceret (fieret *EQ*), quia quo mulieres per dotis copulam hoc filie tenet pro hereditate ut uacuit nusquam (numquam *E*) comparat et quam (quem *Q*, *om. in hiatus C*) iustum est quod competet mater hoc (hec *Q*) et filiis (filius *O*) quia semper filii (filiis *C*) matres (res *E*<sup>2</sup>, mater res *E*<sup>2</sup>*O*<sup>2</sup>) succedant (succedunt *O*) *E* (*margin.* hoc totum non est *Pi[sis]*) *QC Othob. 1600: cf. D. 33, 3, 1 pr. § 1*

## LIBER TRIGESIMUS QUARTUS.

L 66

## I.

## R DE ALIMENTIS UEL CIBARIIS LEGATIS R

SEP

- 1 **ULPIANUS** libro quinto de omnibus tribunalibus. Si alimenta fuerint legata, B. 44, 14, 1 dici potest etiam aquam legato inesse, si in ea regione fuerint legata, ubi uenudari aqua solet. S  
5
- 2 **MARCIANUS** libro octavo institutionum. Si quis libertis alimenta reliquerit, et B. 44, 14, 2 si legati fuerint serui et rogati legatarii manumittere, ad fideicommissum admittuntur, ut Sf  
1 et diui quoque Senernus et Antoninus rescripserunt. Et licet ad fiscum bona fuerint deuoluta, ex quibus alimenta debeantur, praestanda sunt, sicuti si ad quemlibet successorem transissent. 10
- 3 **ULPIANUS** libro secundo de officio consulis. Solent iudices ex causa alimentorum libertos diuidere, quotiens plures sunt heredes, ne a singulis heredibus minutatim alimenta petentes distringantur: quam diuisionem perinde tueri oportet atque si pater familias ipse libertos diuisisset. solent et unum eligere, per quem alimenta praestentur, aut ex uoluntate defuncti aut arbitrio suo, ut rescripta subiecta ostendant: 'Exemplum libelli dati mihi a libertis Sillii misi uobis, sciens ad exemplum istam rem pertinere, quia multi testamentis suis praestari libertis iubent necessaria, quae quia minimi aeris sunt, ad nihilum perducuntur, cum plures heredes coeperunt per successiones existere. qua de causa puto nos recte facturos, si conuocatis Fauillae heredibus procuratoribus eorum constitueritis, cui a ceteris dari debeat pecunia, ex cuius usuris alimenta praestentur. debeat autem is qui accipiet cauere eis qui dabunt redditurum se, ut quisque ex libertis decesserit alione quo modo in ciuitate esse desierit, tantum ex sorte, quantum efficiet pro portione computatio'. Diuus Pius Rubrio cuidam Telesphoro rescripsit: 'Consules uocatis his, a quibus uobis alimenta deberi ex causa fideicommissi constituerit, uel omnes ab uno uel facta pro rata distributione quis et<sup>1</sup> a quibus percipiat, decernent. fiscus enim, si eo nomine quid ab eo uobis deberetur, exemplum sequetur. iam nunc sociatis partes eorum, qui soluendo esse desierint, non pertinere ad onus reliquorum heredum'. 15  
20  
25
- 4 **MODESTINUS** libro decimo responsorum. Τοῖς τε ἀπελευθέροις ταῖς τε ἀπελευθέραις μου, οὗς ζῶσα ἔν τε τῇ διαθήκῃ ἔν τε τῷ κωδικίλλῳ ἡλευθέρωσα ἢ ἡλευθέρωσω, δοθῆναι βούλομαι τὰ ἐν χίσις μου χωρία, ἐπὶ τῷ καὶ ὅσα ζώσῃς μου ἐλάβανον στοιχεῖσθαι αὐτοῖς κίβαριον καὶ βεστιαριον ὀνόματι. quaero, quam habeant significationem, utrum ut ex praediis alimenta ipsi capiant an uero ut praeter praedia et cibaria et uestiaria ab herede percipiant? et utrum proprietas an usus fructus relictus est? et si proprietas relicta sit, aliquid tamen superfluum inueniatur in redditibus, quam est in quantitate cibariorum et uestiariorum, an ad heredem patronae pertinet? et si mortui aliqui ex libertis sint, an pars eorum ad fideicommissarios superstites pertinet? et an die cedente<sup>2</sup> fideicommissi morientium libertorum *F(WDEQICK)* 30  
35

<sup>1</sup> et del. <sup>2</sup> an ante diem cedentem (cf. p. 143 u. 4)?

3 ciuariis *F<sup>1</sup>* et ind. *F* 5 uenudari *F<sup>1</sup>* (em. *F<sup>2</sup>*)  
10 alimenta *F<sup>2</sup>* | quemlibet *F<sup>2</sup>* 14 distribuuntur *F<sup>1</sup>* | tueri] *FI*, haberi *WDEC*, haberi tueri *K* 17 a om. *F<sup>1</sup>* *W* 26 pro parata *F*

28 onus] unus *F<sup>1</sup>* 31 oca'c' *F<sup>2</sup>* 33 ciuaria *F<sup>2</sup>*  
35 ciuariorum *F<sup>2</sup>* 36 pertine'n't *F<sup>2</sup>* 37 morientium *F<sup>2</sup>*

- portiones ad heredes eorum an testatoris decurrant? Modestinus respondit: uidentur mihi ipsa praedia esse libertis relicta, ut pleno dominio haec habeant et non per solum usum fractum et ideo et si quid superfluum in rebus quae in cibariis erit, hoc ad libertos pertineat. sed et si decesserit fideicommissarius ante | diem fideicommissi cedentem, pars f. 66' eius ad ceteros fideicommissarios pertinet: post diem autem cedentem si qui mortui sint, 5 ad suos heredes haec transmittent. Lucius Titius testamento suo libertis libertabusque cibaria et uestiaria a liberis suis eisdemque heredibus praestari iussit nulla condicione addita: quaero, an, si sine patroni liberis idem liberti agant, cibaria et uestiaria accipere possint. Modestinus respondit nihil proponi, propter quod petitio eorum, quae testamento pure legata sunt, non competat. 10
- 5 IDEM libro undecimo responsorum. Uerba testamenti: 'omnibus libertis nostris [B. 44, 14, 5] E' cibaria praestabitur pro arbitrio uestro, non ignorantes, quot<sup>1</sup> ex his caros habuerim'. item alio loco: 'Prothymum Polychronium Hypatium commendo: ut et<sup>2</sup> uobiscum sint et cibaria praestetis, peto'. quaero, an omnibus cibaria debent dari an his quos commendauit et cum heredibus esse iussit? Modestinus respondit omnibus libertis cibaria relicta proponi, quo- 15 rum modum uiri boni arbitrio statuendum esse.
- 6 LAUOLENUS libro secundo ex Cassio. Legatis alimentis cibaria et uestitus et [B. 44, 14, 6] Ef habitatio debetur, quia sine his ali corpus non potest: cetera quae ad disciplinam pertinent legato non continentur, 19
- 7 PAULUS libro quarto decimo responsorum. nisi aliud testatorem sensisse [B. 44, 14, 7] P<sup>r</sup> probetur.
- 8 PAPIRIANUS libro septimo responsorum. Pecuniae sortem alimentis libertor- [B. 44, 14, 8] P rum destinatae unum ex heredibus secundum uoluntatem defuncti praecipientem cauere non esse cogendum ex persona deficientium partes coheredibus restitui placuit: ob eam igitur speciem post mortem omnium libertorum indebiti non competit actio nec utilis da- 25 bitur. diuersa causa est eius, cui legatorum diuisio mandatur: nam ea res praesentem ac momentariam curam iniungit, alimentorum uero praebendorum necessitas oneribus mensuris atque annuis uerecundiam quoque pulsantibus adstringitur.
- 9 IDEM libro octavo responsorum. Alio herede instituto ita scripsit: 'a te peto, [B. 44, 14, 9] P' Ga<sup>l</sup> Sei, quidquid ex hereditate mea redegeris, illis alumnis meis des singulis denos aureos 30 'eademque summam penes te esse uolo, cuius ex incremento eos alere te uolo: reliquum restitues Numerio conliberto nostro'. respondi, quamuis distrahere bona Gaius Seius alio scripto herede non possit, tamen eum, alumnis relictam pecuniam ut seruet ac restituat, intra Falcidiam recte petiturum: quod de superfluo probari non potest. Eum quoque liber- 35 tum inter eos, quibus cibaria, item uestiarium patrona, quae uis praestabat, reliquit, recte fideicommissum petiturum existimari, qui annuos uiginti aureos et menstruum frumentum atque uinum acceptauit.
- 10 IDEM libro nono responsorum. Cum unus ex heredibus certam pecuniam [B. 44, 14, 10] P praecipere iussus esset, de cuius sorte<sup>3</sup> libertis alimenta praestaret, heredem quoque heredis ad praecipionem admitti placuit. si tamen plures heredes heres haberet, intentionem qui- 40 dem defuncti prima facie refragari, sed aliud probari non oportere: quid enim, si ceteros heredes suos euitauit et quietam ac uerecundam atque etiam idoneam, libertis consulens, domum sequi maluit? et ideo ab omnibus heredibus heredis alimenta praestabuntur.
- 1 Uerbis fideicommissi pure manumisso praeteriti quoque temporis alimenta reddenda sunt, f. 67 45 quantum tardius libertatem reciperauerit nec heres moram libertati fecerit: tunc enim explorari moram oportet, cum de usuris fideicommissi quaeritur, non de ipsis fideicommissis.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> quot (u. i.)?    <sup>2</sup> et ut?    <sup>3</sup> sorte] usuris?

3 ciuaria F<sup>2</sup>    5 pertine'at F<sup>21</sup> | sint] si    14 ciuaria F<sup>2</sup>    15 ciuaria F<sup>2</sup>    17 casio F |  
 ut F<sup>1</sup>    7 ciuaria F<sup>2</sup> | iussit 'a' nulla F<sup>2</sup>    ciuaria F<sup>2</sup>    26 ac] ao F    32 seius bis F<sup>2</sup>  
 8 ciuaria F<sup>2</sup>    12 ciuaria F<sup>2</sup> | quot] FIK,    35 ciuaria F<sup>2</sup>    43 praestabantur F<sup>2</sup>    46 fidei-  
 quot WDEQC    13 prothymum F | ciuaria F<sup>2</sup>    commissi ... ipsis om. F<sup>2</sup>

- 2 Alimentis uiri boni arbitrato filiae relictis ab herede filio pro modo legatae dotis, quam solam pater exheredatae filiae nubenti dari uoluit, atque pro incrementis aetatis eam exhibendam esse respondi, non pro uiribus hereditatis.
- 11 PAULUS libro decimo quaestionum. Is, cui annua alimenta relicta fuerant, [B. 44, 14, 11] in metallum damnatus indulgentia principis restitutus est. respondi eum et praecedentium annorum recte cepisse alimenta et sequentium deberi ei.
- 12 IDEM libro quarto decimo responsorum. Lucius Titius libertis suis cibaria [B. 44, 14, 12] et uestiaria annua certorum nummorum reliquit et posteriore parte testamenti ita cauit: 'obligatos eis' ob causam fideicommissi fundos meos illum et illum, ut ex reditu eorum 'alimenta supra scripta percipiant'. quaesitum est, an, si quando minores reditus peruenerint, quam est quantitas cibariorum et uestiariorum, heredes ad supplendam eam onerari non debeant, uel, si alio anno excesserint, an supplendum sit, quod superiore anno minus perceperint. Paulus respondit cibaria et uestiaria libertis defuncti integra deberi, neque ex eo, quod postea praedia his pignoris iure testator obligare uoluit, ut ex reditu eorum alimenta perciperent, minuisse eum uel auxisse ea quae reliquerat uideri.
- 13 SOAEUOLA libro quarto responsorum. Gaio Seio trecentos aureos legauit, [B. 44, 14, 13] ut ex ueris eius summae libertis cibaria et uestiaria praestaret, quae statuerat: codicillis autem eandem summam uetuit dari Gaio Seio, sed dari Publio Maenio noluit: quaero, an libertis fideicommissum debeat Maenius. respondi Maenium, nisi aliud, de quo non delibaretur<sup>2</sup>, doceat sibi a testatore iniunctum, uideri secundum uoluntatem testatoris recepisse ea onera, quae adscripta erant ei summae, quae in eum codicillis transferebatur.
- 1 Imperator Antoninus Pius libertis Sextiae Basiliae. 'Quamuis uerba testamenti ita [Cod. 6, 87, 1] se habeant, ut, quoad cum Claudio Iusto morati essetis, alimenta<sup>3</sup> et uestiarium legata sint, tamen hanc fuisse defunctae cogitationem interpretor, ut et post mortem Iusti eadem uobis 'praestari uoluerit'. respondit eiusmodi scripturam ita accipi, ut necessitas alimentis praestandis perpetuo maneat. Item consultus de tali scriptura 'et tecum sint semper uolo': quaero, cum manumissi ab herede cum eo morati diu sint, sed ob grauiorem seruitutem ab eo discesserint, an alimenta his debeantur, quae negat se praestare, nisi uice seruitutis is uteretur. respondit secundum ea quae proponerentur deberi.
- 14 ULPIANUS libro secundo fideicommissorum. Mela ait, si puero uel puellae [B. 44, 14, 14] alimenta relinquuntur, usque ad pubertatem deberi. sed hoc uerum non est: tamdiu enim debebitur, donec testator uoluit, aut, si non paret quid sentiat, per totum tempus uitae debebuntur. Certe si usque ad pubertatem alimenta relinquuntur, si quis [cf. PONT. 36, 1] exemplum alimentorum, quae dudum pueris et puellis dabantur, uelit sequi, sciat Hadrianum constituisse, ut pueri usque ad decimum octauum, puellae usque ad quartum decimum annum alantur, et hanc formam ab Hadriano datam obseruandam esse imperator noster rescripsit. sed etsi generaliter pubertas non sic definitur, tamen || pietatis intuitu in sola specie alimentorum hoc tempus aetatis esse obseruandum non est inciuile. Sed si alimenta, quae uiuus praestabat, reliquerit, ea demum praestabuntur, quae mortis tempore praestare solitus erat: quare si forte uarie praestiterit, eius tamen temporis praestatio spectabitur, quod proximum mortis<sup>4</sup> eius fuit. quid ergo, si, cum testaretur, minus praestabat, plus mortis tempore, uel contra? adhuc erit dicendum eam praestationem sequendam, quae nouissima fuit. Quidam libertis suis ut alimenta, ita aquam quoque per fideicommissum reliquerat: consulebar de fideicommissio. cum in ea regione Africae uel forte Aegypti res

<sup>1</sup> esse uolo *ins.*<sup>2</sup> dubitaretur (*u. i.*)?<sup>3</sup> uobis *ins. Cod. Iust.*<sup>4</sup> morti (*edd.*)?

7 ciuaria *F*<sup>2</sup> 10 quando] *D*<sup>4</sup>*C*, quanto *FD*<sup>4</sup>*EIK* 11 ciuariorum *F*<sup>2</sup> 13 ciuaria *F*<sup>2</sup> 14 e'o' *F*<sup>2</sup> 17 ciuaria *F*<sup>2</sup> 19 respondi't' *F*<sup>2</sup> | delibaretur] *FD*<sup>4</sup>*C*, delibaretur *K*, dubitaretur *D*<sup>2</sup>, dum liberaretur *Q*, liberaretur *E*, libaretur *I* 22 sextiae] sextilie *WDQIK* et sic *codd.* *Codicis*, sextilie *EC* | quamuis uerba testamenti ita se habeant] quamuis uerbis his

(sequentibus non mutatis) *Cod. Iust.* 23 iustu *F*<sup>2</sup> | legata sint] legatum sit *Cod. Iust.* 24 defunctae] defuncti *Cod. Iust.* 29 'h'is *F*<sup>2</sup> 32 si] *F*<sup>2</sup>, est *F*<sup>2</sup> | pare'at *F*<sup>2</sup> 39 praest'o'are *F*<sup>2</sup> 44 reliquerat *F* | consulebar] *DE*<sup>2</sup>*IC*, consulabar *F*, consulebat *W*, consulebam *E*<sup>2</sup>?, consulebatur *K*<sup>2</sup>, *om. inter alia K*<sup>2</sup>

agi proponeretur, ubi aqua uenalis est, dicebam igitur<sup>1</sup> esse emolumentum fideicommissi, siue quis habens cisternas id relinquerit siue non, ut sit in fideicommissio, quanto quis aquam sibi esset comparaturus. nec uideri inutile esse fideicommissum quasi seruitute praedii non possessori uicinae possessionis relicta: nam et haustus aquae ut pecoris ad aquam adpulsus est seruitus personae, tamen ei, qui uicinus non est<sup>2</sup>, inutiliter relinquatur: 5 in eadem causa erunt gestandi uel in tuo uuas premendi uel areae tuae ad frumenta ceteraque legumina exprimenda utendi. haec enim aqua personae relinquatur.

- 15 **SCAEUOLA** libro septimo decimo digestorum. A filio herede codicillis Seiae [B. 44, 14, 15] A decem reliquit et alumno his uerbis: 'Maenio infanti alumno meo quadringenta dari uolo, quae peto a te, Seia, suscipias et usuras ei quincunces in annum usque uicesimum aetatis 10 praestes eumque suscipias et tuearis'. quaesitum est, an Seia, postquam legatum suum acceperit, si nolit pecuniam alumno relictam suscipere uel in suscipienda ea cessauerit, onus alimentorum ex die mortis testatoris compellenda sit adgnosceret. respondit secundum ea quae proponerentur compellendam praestare, cum fideicommissum sit. idem quaesitum, 1 an heres quoque Seiae in annos uiginti alimenta praestare debeat. respondit debere. Testator concubinae mancipia rustica numero octo legauit et his cibaria praestari iussit in haec uerba: 'eisque mancipiis, quae supra legauit, cibarii nomine ab heredibus meis praestari nolo, quae me uiuo accipiebant'. quaesitum est, cum uiuo testatore semper mancipia rustica tempore messium et arearum delegata fuerint et eo tempore cibaria ex ratione domini sui numquam acceperint excepto custode praedii, an heres eius quoque temporis, 20 id est messis et arearum, et<sup>3</sup> cibaria concubinae pro mancipiis rusticis praestare deberet. respondit eum, cuius notio est, aestimaturum. **CLAUDIUS**: merito: nam si eodem modo, quo apud testatorem fuerunt, et apud concubinam futura legauit, non debebantur<sup>4</sup> eius temporis, de quo quaesitum est, cibaria: uerum si uelut in ministerium urbanum ab his 25 transferentur, debebuntur. Titia decedens testamento ita cauit: 'omnibus libertis libertabus- que meis cibaria et uestiaria, quae uiua praestabam, dari praestarique uolo': quaesitum est, cum tribus solis eo tempore, quo ea uixit, sicut rationibus continebatur, cibaria et uestiaria praestiterit, an heres eius a ceteris quoque libertis conueniri possit, an uero tribus tantum sit obnoxius, qui rationibus ipsius cibaria et uestiaria accepisse reperiuntur? respondit ab omnibus. 30

- 16 **INDEX** libro octavo decimo digestorum. ¶ Alimenta et uestiaria libertis suis [B. 44, 14, 16] A f. 68 dedit: quaesitum est, an, quia nominatim a Moderato uno ex heredibus dari iussit testator, solus Moderatus debeat, non etiam post mortem Moderati heredes eius. respondit et heredes teneri. Libertis libertabusque, item quos quasque testamento codicillis manumiserat, 1 alimenta commoda<sup>5</sup>, quae uiua praestabat, dari iusserat: item omnibus libertis libertabus- que fundos: quaesitum est, an ad ea legata admitteretur liberti paterni libertus, cui scribere solebat ita: ἀπὸ βροφίνης ἡμετέρῃ ἀπελευθέρῃ: epistula etiam emissa ad ordinem ciuitatis, unde oriunda erat, petierat, uti publice (quod medicus erat) salaria ei praestarentur, manifestando litteris suis eum suum esse libertum. respondit eum, cuius notio est, aesti- 35

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> agi igitur del. aut p. 144 u. 44 cum <sup>2</sup> idem legerunt Graeci (u. i.), requiritur tale quid: ut pecoris ad aquam adpulsus et seruitus pascendi ei qui uicinus non est (cf. D. 8, 3, 1, 1. 4 et 6, 1) <sup>3</sup> et del. . <sup>4</sup> debebuntur (u. i.)? <sup>5</sup> que ins. (similiter Gebauer)

1 agi om. F<sup>o</sup> 2 quando F<sup>1</sup> 4 nam et haustus aeg. ei δὲ καὶ τὸ ἀνταίνει ἕδωρ (= nam et haustus aquae) ἢ ποτίζειν (= ut pecoris ad aquam adpulsus) ἢ ἐωρίζεσθαι (= in eadem causa erunt gestandi) προσωπικὸν ἐστίν (= est seruitus personae), ὥσπερ καὶ τὸ πατεῖν σταφυλάς ἐν ἀλλοτρίῳ ληνῷ (= uel in tuo uuas premendi) ἢ ἀλοᾶν (= uel areae tuae ad frumenta exprimenda utendi), ὁμῶς οὐ καλῶς τῷ μηδὲ ὄντι γείτονι καταλιμπάνεται (= tamen ei qui uicinus non est inutiliter relinquatur).

οὐκ ἐστὶ δὲ ὁμοίον τὸ τοῦ ἕδατος ληνάτον, ἐπειδὴ προσώπων καὶ οὐ κτήματι καταλιμπάνεται (= haec enim aqua personae relinquatur) B (Tipuc.) 5 a'd'pulsus F<sup>2</sup> 6 ubas F 8 scaeuola F 10 petu F<sup>1</sup> 16 ciuaria F<sup>1</sup> 20 quoque F<sup>1</sup> 21 arearum F<sup>2</sup> | deberent F 23 debebantur] FK, debebuntur WDEQC, debentur I 26 uestiaria F | quae ... uolo add. F<sup>2</sup>, uertuntur Graeci 29 ciuaria F<sup>1</sup> | repp'eriuntur F<sup>2</sup> 35 commodo F<sup>o</sup>



- maturum, ut, si quidem uina ea et ei praestabat, nihilo minus ad fideicommissum admitte-  
 2 retur, aliter uero non. Basilice libertae decem dedit, quam apud Epitetum et Callistum  
 libertos esse uoluit, ut, cum fuerit Basilice annorum uiginti quinque, cum usuris quincun-  
 cubus restituerentur ita, ut ex usuris aleretur, prout aetatem ampliauerit: quaesitum est,  
 an ex alio capite, quo generaliter libertis libertabusque cibaria et uestiaria et habitationem  
 reliquit, etiam Basilice deberentur. respondit secundum ea quae proponerentur non deberi,  
 nisi hoc quoque ei datum probaretur. CLAUDIUS: quia destinauerat alimentis eius usuras  
 8 pecuniae, quas specialiter ei praelegauerat. Qui societatem omnium bonorum suorum cum  
 uxore sua per annos amplius quadraginta habuit, testamento eandem uxorem et nepotem  
 ex filio aequis partibus heredes reliquit et ita cauit: 'item libertis meis, quos uiuus manu-  
 'misi, ea quae praestabam'. quaesitum est, an et qui eo tempore, quo societas inter eos  
 permansit, manumissi ab utrisque et communes liberti facti sunt, ea quae a uiuente per-  
 cipiebant solida ex fideicommissio petere possint. respondit non amplius, quam quod uir  
 pro sua parte praestabat, deberi.
- 17 IDEM libro nono decimo digestorum. Seruos ad custodiam templi relique- [B. 44, 14, 17]  
 rat et his ab herede legauerat his uerbis: 'peto fideique tuae committo, ut des praestes  
 'in memoriam meam pedisequis meis, quos ad curam templi reliqui, singulis mensuas  
 'cibaria et annua uestiaria certa'. quaesitum est, cum templum nondum esset extructum,  
 ex die mortis an uero ex eo tempore, quo templum explicitum fuerit, percipere serui de-  
 beant legatum. respondit officio iudicis heredem compellendum seruis relicta praestare,  
 donec templum extrueretur.
- 18 IDEM libro uicesimo digestorum. Libertis, quos testamento manumiserat, [B. 44, 14, 18]  
 alimentorum nomine mensuos decem legauerat, deinde codicillis generaliter omnibus  
 libertis mensuos septem et annuos uestiarii nomine denos legauit: quaesitum est, an et  
 ex testamento et ex codicillis libertis fideicommissum heredes praestare debeant. respondit  
 nihil proponi, cur non ea, quae codicillis data proponerentur, praestari deberent: nam ab  
 his, quae testamento cibariorum nomine legata essent, recessum est propter ea, quae co-  
 1 dicillis relicta sunt. Manumissis testamento cibaria annua, si cum matre mora- [Pon. 24, 1]  
 buntar, per fideicommissum dedit: mater filio triennio || superuixit neque cibaria neque  
 uestiaria eis praestitit, cum in petitione fideicommissi liberti cessarent: sed et filia postea-  
 quam matri heres exstitit, quoad uixit annis quattuordecim interpellata de isdem soluendis  
 non est. quaesitum est, an post mortem filiae a nouissimo herede petere possint et tam  
 praeteriti temporis quam futuri id, quod cibariorum nomine et uestiarii relictum est.  
 2 respondit, si condicio exstitisset, nihil proponi, cur non possent. Ab heredibus [Pon.]  
 Stichum manumitti uoluit eique, si cum Seio moraretur, cibaria et uestiaria praestari a  
 Seio: deinde haec uerba adiecit: 'te autem, Sei, peto, ut, cum ad annum uicesimum quin-  
 'tum perueneris, militiam ei compares, si tamen te ante non reliquerit'. quaesitum est,  
 Sticho statim libertatem consecuto, prius autem defuncto Seio quam ad annum uicesimum  
 quintum perueneret, an ab his, ad quos bona Seii peruenerunt, militia Sticho comparari  
 debet? et si placet deberi, utrum statim militia comparanda sit an eo tempore, quo Seius  
 annum uicesimum quintum expleturus fuisset, si superuixisset? respondit, cum placeat  
 3 comparandam, non ante deberi, quam id tempus cessisset. Postumis heredibus institutis  
 et patre et matre, et substitutione facta actores manumisit et peculia eis legauit et annua  
 et certis<sup>3</sup> libertis suis legata et aliis exteris plura: deinde post testamentum factum nata  
 filia codicillis ita cauit: 'si quid testamento, quod ante hoc tempus feci, legauit cui<sup>2</sup> dari  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> a *ins.* (*add.*)    <sup>2</sup> et certis] et his et ceteris?    <sup>3</sup> cuius?

2 basilic'a'e F<sup>2</sup> 3 basilic'a'e F<sup>2</sup> 5 ciuaria F<sup>1</sup> 6 deberetur F 15 a'd' F<sup>1</sup> 16 fidei-  
 qu'a'e F<sup>1</sup> 18 ciuaria F<sup>1</sup> 21 ex's'trueretur  
 F<sup>2</sup> 27 ciuarium F<sup>1</sup> 28 ciuaria F<sup>1</sup>  
 29 ciuaria F<sup>1</sup> 31 ex's'titit F<sup>2</sup> | 'h'isdem F<sup>2</sup>  
 33 ciuarium F<sup>1</sup> 34 ex's'titisset F<sup>2</sup> 35 mo-

reretur F: εὐν διόρη B (T<sup>ip.</sup>) | ciuaria F<sup>1</sup>  
 43 actores manumisit ... 44 plura] δούλους  
 ἡλεθέρωσα καὶ τισιν αὐτῶν τὰ πεκοῦλια ἐάν-  
 γάγευσα, τισὶ δὲ διατροφάς, καὶ ἄλλοις ἄλλα  
 B (T<sup>ip.</sup>)

'~~uolui~~, peto ab his, uti tertiam partem Petinae filiae meae reddant': secundis autem tabulis facta pupillari substitutione impuberibus libertis, quibus a parentibus libertates dedit, eo amplius alterum tantum, quantum in nummo praeter<sup>1</sup> cibaria et uestiaria dari uoluit. quaesitum est, cum superuixisset filia testamento aperto et codicillis, postea autem decesserit et fideicommissum datum ei de restituenda parte tertia ad heredes suos transmiserat, an etiam cibariorum et uestiariorum tertiae partes ei per fideicommissum datae esse uideantur. respondit non uideri. Idem quaesit, an eorum, quae codicillis per fideicommissum relicta sunt, tertiae partes ad filiam pertinere deberent. respondit non deberi. idem quaesit, an alterum tantum a substitutione legatum deducta tertia parte quantitatis legatorum testamento datorum computari debeat, ut duae partes quantitatis debeantur, praeter<sup>2</sup> codicillos, quibus tertiam partem codicillis<sup>3</sup> legatorum ad filiam suam pertinere uoluit. respondit integrum ex tabulis substitutionis deberi. Cibaria et uestiaria per fideicommissum dederat et ita adiecerat: 'quos libertos meos, ubi corpus meum positum fuerit, ibi eos<sup>4</sup> morari iubeo, ut per absentiam filiarum mearum ad sarcophagum meum memoriam meam quotannis celebrent'. quaesitum est, uni ex libertis, qui a die mortis neque ad heredes accesserit neque ad sepulchrum morari uoluerit, an alimenta praestanda sint. respondit non praestanda.

19 IDEM libro uicesimo secundo digestorum. Testamento ita cautum fuit: B. 44, 14, 19 Libertis meis cibaria quaeque alia praestabam ab heredibus meis praestari uolo: unus ex libertis ex uoluntate patroni negotii sui gratia quadriennio ante diem mortis afit: ex hac causa cibaria, quae ante acceperat, mortis tempore non accepit: cui tamen liberto eodem testamento patronus, sicut et aliis, quos uiuus manumiserat, legatum quinque dederat. quaesitum est, an isti quoque cibaria et reliqua, quae ceteris libertis legata sunt, debeantur. respondit: cur non?

20 IDEM libro tertio responsorum. 'Stichus nutricis meae nepos liber esto: cui decem aureos annuos dari uolo'. qui<sup>5</sup> deinde interpositis nominibus eidem Stichio contubernalem eius et liberos legauit hisque, quae uiuus praestabat: deinde alio capite libertis omnibus quae uiuus praestabat dari iussit. quaero, an Stichus praeter suum legatum et alimenta percipere possit. respondit secundum ea quae proponerentur non posse. Item cum alimenta libertis utriusque sexus reliquerit a re publica et ex praediis, quae ei legata, dari uoluisset, quaero, Stichum contubernalem et liberos utrum ab herede instituto an a re publica diaria et uestiaria, quae uiuus dabat, praestari deberent. respondit posse benigna uoluntatis interpretatione dici his quoque a re publica praestanda. Titia usum fructum fundi legauit Maenio eiusque fidei commisit, ut ex redditu fundi praestaret Pamphilae et Stichum annuos centenos nummos quoad uiuent: quaero, an mortuo Maenio heres alimenta debeat. respondit nihil proponi, cur debeant praestari ab herede Titiae: sed nec ab herede legatarii, nisi id testator manifeste probetur uoluisse etiam finito usu fructu praestari, si modo id, quod ex usu fructu receptum esset, ei rei praestandae sufficeret. Mater filio herede instituto per fideicommissum libertatem Pamphilo seruo dedit: eidem cibariorum nomine legauit quinos aureos et uestiarii in singulos annos quinquagenos, si cum filio eius moretur: quaero, filio defuncto an alimenta debentur. respondit. si conditioni paruisset, deberi et post mortem.

21 ULPIANUS libro secundo fideicommissorum. Diariis uel cibariis relictis neque B. 44, 14, 21 *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> propter?    <sup>2</sup> propter (Hal.)?    <sup>3</sup> codicillis del. (Hal.)    <sup>4</sup> eos del.    <sup>5</sup> qui] quibusdam?

<sup>3</sup> quantum] *F*<sup>2</sup>, quantum in singulis *F*<sup>2</sup> *WDE QICK*, quod additamentum non legerunt Graeci: τὸς ἀνεβοῖς ἀπελεγθεῖσιν εἶπον ἄλλα τοσαῦτα κοῦμα, ὅσα ἐν ἀργυρίοις ἐληγάτευσα χωρὶς τῶν τροφῶν αὐτῶν καὶ ἐσθῆτων *B* (Tipuc.) | cibaria *F*<sup>2</sup> 6 cibariorum *F*<sup>2</sup> 12 cibaria *F*<sup>2</sup> 13 morari's *F*<sup>2</sup> 15 un'i' *F*<sup>2</sup> 16 praestanda'm' *F*<sup>2</sup> 19 cibaria *F*<sup>2</sup> 21 cibaria *F*<sup>2</sup>

23 cinaria *F*<sup>2</sup> 27 'hisque *F*<sup>2</sup> | deinde ... 28 praestabat bis *F*<sup>2</sup> 30 re'o' publica *F*<sup>2</sup> 33 'his *F*<sup>2</sup> 35 quoad uiuent] *FEL*, quoad uiueret *DC*, inc. *K*: quasi esset quoad uiuent uerterunt Graeci: διδόναι σε (= Maenium) Πέτροφ (= Pamphilae et Stichum) ἐφ' ὅσον ζῆς *B* (Tip.) 36 debeat *F* 39 cibariorum *F*<sup>2</sup> 43 cibariis *F*<sup>2</sup>

habitationem neque uestiarium neque calciarium deberi palam est, quoniam de cibo tantum testator sensit.

- 22 UALENS libro primo fideicommissorum. Cum alimenta per fideicommissum [B. 44, 14, 2] relicta sunt non adiecta quantitate, ante omnia inspiciendum est, quae defunctus solitum fuerat ei praestare, deinde quid ceteris eiusdem ordinis reliquerit: si neutrum apparuerit tum ex facultatibus defuncti et caritate eius, cui fideicommissum datum erit, modus status 1 debet. Qui fratris sui libertis alimenta debebat, his testamento uineas cum hac adiectione reliquerat 'ut habeant, unde se pascant'. si pro alimentis uineas reliquisset, non aliter eis ex fideicommissi causa eas praestari debere, quam si testamenti obligatione heredes liberassent: aut, si id omissum fuisset et postea ex testamento agerent, doli mali exceptione tutum heredem futurum, scilicet si non minus ualent uineae quam alimentorum aestimatio. illam autem adiectionem 'ut habeant unde se pascant' magis ad causam praelegandi<sup>1</sup> quam ad usum fructum constituendum pertinere.
- 23 PAULUS libro quarto ad Neratium. Rogatus es, ut quandam educes: ad [B. 44, 14, 23] uictum necessaria ei praestare cogendus es. PAULUS: cur plenus est alimentorum legatum, ubi dictum est et uestiarium et habitationem contineri? immo ambo exaequanda sunt.

## II.

DE AURO ARGENTO MUNDO ORNAMENTIS UNGUENTIS  
 UESTE UEL UESTIMENTIS | ET STATUIS LEGATIS R

- 1 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Si alii uestimenta, alii uestis muliebris [B. 44, 15, 1] separatim legata sit, detractis muliebribus et ei adsignatis, cui specialiter legata sunt, reliquum alteri debetur. idem est, cum alteri mundus muliebris, alteri argentum omne legatum esset, de argento quod in mundo esset. item si duae statucae marmoreae tibi et deinde omne marmor legatum esset, praeter duas nulla statua marmorea legata est tibi. 1 idem urbanis seruis tibi legatis, si mihi dispensator legatus sit. Cui certum pondus argenti dare heres iussus sit, ei pecuniam numeratam dando iure ipso liberatur, si in ea pecunia eadem aestimatio fuerit: quod ita uerum est, si non certum genus argenti legatum sit.
- 2 AFRICANUS libro secundo quaestionum. Qui tibi mandauerat, ut ornamenta [B. 44, 15, 2] in usum uxoris suae emeris, eidem uxori uti adsolet legauit quae eius causa parata erunt: tu deinde post mortem mandatoris ignorans eum decessisse emisti. non debentur mulieri quoniam ea uerba ad mortis tempus referuntur. at si uiuente testatore, muliere autem mortua emeris, non ineleganter dicitur inefficax hoc legatum esse, quando non possit uerbi dicitur eius causa paratum uideri, quae prius decessit. eadem dicenda erunt et si uiuat quae dem mulier, sed diuorterit et quaeratur, an post emptam ei debeantur, quasi non uideantur uxoris causa parata.
- 3 CELSUS libro nono decimo digestorum. Uxori legauit quae eius causa parata [B. 44, 15, 3] sunt et ante mortem diuortit. non deberi, quia adempta uideantur, Proculus ait. nimirum facti quaestio est: nam potest nec repudiatae adimere uoluisse.
- 4 PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Cum quidam libertum [B. 44, 15, 4] suum in Asiam misisset ad purpuras emendas et testamento uxori suae lanam purpuream legasset, pertinere ad eam, si quam purpuram uiuo eo libertus emisisset, Seruus respondit.
- 5 AFRICANUS libro secundo quaestionum. Apud Fufidium quaestionum libro [B. 44, 1 —] secundo ita scriptum est: si mulier mandauerit tibi, ut sibi uniones usus sui causa emeris si tu post mortem eius, cum putares eam uiuere, emeris, Atlicinus negat esse legatos

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> praelegandi] praedii legandi?

1 ciuo F 5 neutram F<sup>2</sup> 10 omissum F<sup>2</sup> 31 uiuente't' test. F<sup>3</sup> 41 lega'ta'sse  
 fuiss'um fuiss'et F<sup>4</sup> 15 est] est ergo F<sup>2</sup> | 43 phuphidium F

legatum i'ubi F<sup>2</sup> 25 cui] cum F<sup>2</sup> 26 ipse

- cui mulier ita legauerit: 'ornamenta, quae mea causa parata sunt eruntue': non enim eius causa uideri parata esse, quae iam mortua ea empta fuerint.
- 6 MARCELLUS libro singulari responsorum. Seia ab herede Publico Maenio ita [B. 44, 15, 6] *Sf* legauit: 'Antoniae Tertullae lego auri pondo tot et unionem cum hyacinthis': postea unionem coluit neque ullum mortis tempore inter ornamenta sua unionem reliquit. quaero, an heres ex causa fideicommissi aestimationem rei, quae in hereditate non est, praestare debeat. Marcellus respondit non debere. Item quaero, si probari possit Seiam uniones et hyacinthos quosdam in aliam speciem ornamenti, quod postea pretiosius fecit additis aliis gemmis et margaritis, conuertisse, an hos uniones uel hyacinthos petere possit et heres compellatur ornamento posteriori eximere et praestare. Marcellus respondit petere non posse: nam quid<sup>1</sup> fieri potest, ut legatum uel fideicommissum durare existimetur, cum id, quod testamento dabatur, in sua specie non permanserit, nam<sup>2</sup> quodammodo extinctum sit? ut interim omittam, quod etiam dissolutione ac permutatione tali uoluntas quoque uideatur | mutata. Lucius Titius testamento scripsit: heredem meum uolo fideique eius f. 70 committo, ut in patriam meam faciat porticum publicam, in qua poni uolo imagines argenteas, item marmoreas: quaero, an legatum ualeat. Marcellus respondit ualere et operis ceterorumque, quae ibi testator poni uoluerit, legatum ad patriam pertinere intellegi: <sup>3</sup>enim potuit aliquid ciuitati accedere ornamentum.
- 7 PAULUS libro octauo ad Plantium. Si ita esset legatum: 'uestem meam', [B. 44, 15, 7] *E* 'argentum meum damnas esto dare', id legatum uidetur, quod testamenti tempore fuisse, <sup>4</sup>quia praesens tempus semper intellegeretur, si aliud comprehensum non esset: nam cum dicit 'uestem meam', 'argentum meum', hac demonstratione 'meum' praesens, non futurum tempus ostendit. Idem est et si quis ita legauerit 'seruos meos'.
- 8 IDEM libro nono ad Plantium. PLAUTIUS. Mulier ita legauit: 'quisquis mihi [B. 44, 15, 8] *E* heres erit, Titiae uestem meam<sup>4</sup> mundum ornamentaque muliebria damnas esto dare'. <sup>5</sup>Cassius ait, si non appareret quid sensisset, omnem uestem secundum uerba testamenti legatam uideri. PAULUS. Idem Iauolenus scribit, quia uerisimile est, inquit, testatricem tantum ornamentorum uniuersitati derogasse, quibus significationem muliebrium accommodasset: accedere eo, quod illa demonstratio 'muliebria' neque uesti neque mundo applicari salua ratione recti sermonis potest. <sup>6</sup>
- 9 MODESTINUS libro nono regularum. Cum certum auri uel argenti pondus [B. 44, 15, 9] *E* legatum est, si non species designata sit, non materia, sed pretium praesentis temporis praestari debet.
- 10 POMPONIUS libro quinto ad Quintum Mucium. Quintus Mucius ait: si pater [B. 44, 15, 10] *E* familias uxori uas aut uestimentum aut quippiam aliud ita legauit 'quod eius causa emptum <sup>7</sup>paratumue esset', id uidetur legasse, quod magis illius quam communis usus causa paratum esset. POMPONIUS: sed<sup>8</sup> hoc uerum est non solum, si ipsius uiri et uxoris communis usus, sed etiam si liberorum eius aut alterius alicuius communis usus fuerit: id enim uidetur demonstrasse, quod proprio usui uxoris comparatum sit. sed quod Quintus Mucius demonstrat 'uas aut uestimentum aut quid aliud', efficit, ut falsa sint quae subiecimus: <sup>8</sup>multum enim interest, generaliter an specialiter legentur haec. nam si generaliter, ueluti ita 'quae uxoris causa comparata sunt', uera est illius definitio: si uero ita scriptum fuerit 'uestem illam purpuram', ut certa demonstraret<sup>9</sup>, licet adiectum sit 'quae eius causa empta parataue essent'<sup>7</sup>, licet neque empta neque parata neque in usum ei data sint<sup>8</sup>, legatum omnimodo ualet, quia certo corpore legato demonstratio falsa posita<sup>9</sup> non perimit legatum. <sup>9</sup>ueluti si ita sit scriptum: 'Stichum, quem ex uenditione Titii emi': nam si neque emit aut

F(WDEQJCK)

<sup>1</sup> qui? <sup>2</sup> nam] immo? <sup>3</sup> inde *ins.* <sup>4</sup> meam *del.* (*Hal.*: *cf. h. t. l. 25 § 6*) <sup>5</sup> sed *del.*  
<sup>6</sup> demonstraretur? <sup>7</sup> esset? <sup>8</sup> sit? <sup>9</sup> apposita?

<sup>4</sup> tertyllae F | lego] do lego F<sup>2</sup> | tot' F<sup>2</sup> | 15 commit'to F<sup>3</sup> 18 aliquid F<sup>2</sup> 27 'in'quit F<sup>2</sup>  
<sup>5</sup> can' ex hyacinthis F<sup>4</sup> 8 hyacinthoc F<sup>2</sup> 40 uas] has F<sup>2</sup> 41 'u'enim F<sup>3</sup> 43 demon-  
<sup>9</sup> yachthos F 14 testamento] test. ita F<sup>2</sup> strare't' F<sup>4</sup>

ex alia uenditione emit, legatum nihilo minus ualet. plane si ita legatum fuerit 'uas, aut uestimenta, aut quae<sup>1</sup> uxoris causa parata sunt', tunc aequae erit uera Quinti Muci sententia: quo casu sciendum est, etiam si alienae res hae fuerint, quas putauit testator suas esse, heredem teneri, ut eas det.

- 11 PROULUS libro quinto epistularum. Si quis legauerit aurum gemmas margaritas quae in eo auro essent, etiam id aurum, cui neque gemmae neque margaritae inessent, legasse uidetur. B. 44, 15, 11
- 12 PAPINIANUS libro septimo decimo quaestionum. Si imaginem legatam heres || derasit et tabulam soluit, potest dici actionem ex testamento durare, quia legatum imaginis, non tabulae fuit. B. 44, 15, 12. BS, 15, 4, 9 sch. 51
- 13 SCAEUOLA libro quinto decimo digestorum. Uxori quis legauit his uerbis: 'mundum muliebrem omnem, ornamenta et quicquid uiuus dedi donauit eius causa comparauit confeci, id omne dari uolo': quaesitum est, an carrucha dormitoria cum mulis, cum semper uxor usa sit, ei debeatur. respondit, si eius usus causa habita esset, deberi. idem quaesitum, an ex eadem clausula uestis, quam ancillis uel lepticariis eiusdem uxoris suae comparauerat uel fecerat, praestanda esset. respondit praestandam.
- 14 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Si statuam legauero et postea ex alia statua brachium ei adiecero, omnimodo statua a legatario uindicari potest. B. 44, 15, 14
- 15 SCAEUOLA libro quinto decimo digestorum. Species auri et argenti Seiae legauit et ab ea petit in haec uerba: 'a te, Seia, peto, ut quicquid tibi specialiter in auro argento legauit, id cum morieris reddas restituas illi et illi uernis meis: quarum rerum usus fructus dum uiuus tibi sufficiat': quaesitum est, an usus fructus auri et argenti solus legatariae debeatur. respondit uerbis quae proponerentur proprietatem legatam addito onere fideicommissi. B. 44, 15, 15
- 16 IDEM libro octavo decimo digestorum. Filiam in potestate patris manentem mater scripsit heredem eique patrem Maesium substituit et ita scripsit: 'quisquis mihi heres erit, fidei eius committo, uti ornamenta mea omnia aurum argentum uestimenta, quibus ego usa sum, ne ueneant et filiae meae reseruentur': quaesitum est, cum filia recusante pater ex substitutione heres exstisset et intestato decessisset, filia autem bonis eius abstinerat, an fideicommissum petere possit. respondit secundum ea quae proponerentur uideri patris utiliter fidei commissum. CLAUDIUS: quoniam uerbo seruandi, quod scriptum est, uideri in id tempus dilatum fideicommissum, quo sui iuris futurus esset is cui dabatur. B. 44, 15, 16
- 17 ULPIANUS libro uicesimo primo ad Sabinum. Si gemma ex anulo legetur uel aliae materiae iunctae uel emblemata, recte legantur et separantur et praestanda sunt. B. 44, 15, 17
- 18 SCAEUOLA libro uicesimo secundo digestorum. Qui uxori suae legauerat bonorum suorum decimam et mancipia et species argenti quas expresserat, eidem anulos et uestem reddi ab heredibus petit, quasi propria uxoris fuissent: quaesitum est, si uxoris non fuerint, an praestari ex causa legati deberent. respondit legandi animo dedisse ea uideri, nisi contrarium ab herede approbetur. Idem testator fidei commissit uxoris, ut quicquid ad eam ex testamento eius peruenisset, alumno communi restitueret: quaesitum est, an etiam eas res, quas propriae uxoris suae fuisse testator sciat eique reddi praecepit, alumno praestare debeat. respondit, si propriae fuissent, non debere, si legato acquiruntur, debere. Mulier testamento et postea codicillis multas species uestis argenti, quas uel ipsa se confecisset uel habere significauit, specialiter per fideicommissum reliquit: quaesitum est, an non aliae legataris cederent, quam quae in hereditate inuenta essent. respondit eas cedere, quae inuenta essent. B. 44, 15, 18

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> uasa aut uestimenta quae (*Cuiacius: u. i.*)?      <sup>2</sup> potest *ins.*

1 uasa aut *WDEQICK* 2 uera 't' quinti *F*<sup>2</sup> | 11 uxoris' *F*<sup>3</sup> 42 propria *F* 47 inuenta' *F*<sup>3</sup>  
sensentia *F*<sup>1</sup> 3 hae'c' *F*<sup>4</sup> 5 gemmas *F*<sup>1</sup>

19 **ULPIANUS** libro uicensimo ad Sabinum. Cum aurum uel argentum legatum [B. 44, 15, 19] **S**  
 est, quidquid auri argentique relictum || sit, legato continetur siue factum siue infectum: f. 71  
 1 pecuniam autem signatam placet eo legato non contineri. Proinde si certum pondus auri  
 2 sit legatum uel argenti, magis quantitas legata uidetur, nec ex uasis tanget. Sed si ar-  
 genti facti pondo centum sint legata, ex facto argento debebitur legatum. unde est quae-  
 3 situm apud Celsum, an et uascula possit separare: et scripsit uascula non separaturum,  
 licet ei optio fuerit relicta. Idem Celsus libro nono decimo<sup>1</sup> quaestionum quaerit, si cen-  
 4 tum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, ut sic appendantur. et Proculus  
 et Celsus aiunt exempto plumbo appendi debere: nam et emptoribus replumbatae ad-  
 5 signantur et in rationes argenti pondus sic deferitur: quae sententia habet rationem. Plane  
 si cui uascula argentea, ut puta lances quadratae sint legatae, etiam plumbum, quo con-  
 6 tinentur, eum sequetur. Simili modo quaeritur, si cui argentum legetur, an emblemata  
 aurea quae in eo sunt eum sequantur. et Pomponius libro quinto ex Sabino distinguit  
 multum interesse, certum pondus ei argenti facti legetur an uero argentum factum: si  
 7 pondus, non contineri, si argentum factum, contineri, quoniam argento cedit, quod ad spe-  
 ciam argenti iunctum est, quemadmodum clauis aurei et purpurae pars sunt uestimentorum.  
 idem Pomponius libris epistularum, etsi non sunt clauis uestimentis consuti, tamen ueste  
 8 legata contineri. Idem Celsus libro nono decimo digestorum, commentariorum septimo  
 scribit auro legato ea, quae inaurata sunt, non deberi, nec aurea emblemata, quae in ab-  
 9 sidibus argenteis sint. An autem auri appellatione anuli aurei contineantur, quaeritur: et  
 10 Quintus Saturninus libro decimo ad edictum scribit contineri. Lectum plane argentum  
 uel si qua alia supellex argentea fuit, argenti appellatione non continetur, si numero ar-  
 genti habita non est, ut in iunctura argentea scio me dixisse, quod non in argentario  
 pater familias reponebat. sed nec candelabra nec lucernae argenteae uel sigilla, quae in  
 11 domo reposita<sup>2</sup> sunt, uel imagines argenteae argenti appellatione continebuntur, nec spe-  
 culum uel parieti adfixum uel etiam quod mulier mundi causa habuit, si modo non in  
 12 argenti numero habita sunt. Argento facto legato Quintus Mucius ait uasa argentea con-  
 tineri, ueluti parapeidas acetabula trullas pelues et his similia, non tamen quae supellectilis  
 13 sunt. Sed<sup>3</sup> cui uasa sint legata, non solum ea continentur, quae aliquid in se recipiant  
 edendi bibendique causa paratum, sed et quae aliquid sustineant: et ideo scutellas uel pro-  
 14 mulidaria contineri. repositoria quoque continebuntur: nam uasorum appellatio generalis  
 est, dicimus uasa uinaria et naualia. Infecti autem argenti appellatio rudem mate-  
 15 riam continet, id est non factam. quid ergo si coeptum sit argentum fabricari? nondum  
 perfectum utrum facti an infecti appellatione contineatur, dubitari potest: sed puto magis  
 facti. certe si iam erat factum, sed caelabatur, facti appellatione continebitur. an et cae-  
 16 lati continebitur, quod caelari coepit? et puto contineri, si cui forte caelatum sit argentum  
 legatum. Si cui escarium argentum legatum sit, id solum debebitur, quod ad epulandum  
 17 in ministerio habuit, id est ad esum et potum<sup>4</sup>. unde de aquinario dubitatum est: et  
 puto contineri, nam et hoc propter escam paratur. certe si caccabos argenteos habebat  
 18 uel miliarium || argenteum uel sartagine[m] uel aliud uas ad coquendum, dubitari poterit, f. 71'  
 an escario contineatur. et haec magis cocinatorii instrumenti sunt. Perueniamus et ad  
 gemmas inclusas argento auroque. et ait Sabinus auro argentoue cedere: ei enim cedit,  
 cuius maior est species. quod recte expressit: semper enim cum quaerimus, quid cui cedat,  
 illud spectamus, quid cuius rei ornandae causa adhibetur, ut accessio cedat principali.  
 19 cedent igitur gemmae, fialis uel lancibus inclusae, auro argentoue. Sed et in coronis men- 45

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> digestorum, decimo (?) *ins.* (cf. u. 18) <sup>2</sup> exposita? <sup>3</sup> sed] si? <sup>4</sup> unde *ins.* <sup>5</sup> id est ad esum et potum *del.* (Cuiacius: cf. l. 21 § 2. l. 32 § 3 h. t.)

4 argenti magis quanti'tas F<sup>2</sup> 19 apsidibus F<sup>2</sup>  
 28 tryllas F<sup>2</sup>, tryllae F<sup>2</sup> 30 sustineat F<sup>2</sup>  
 34 contineat n'tur F<sup>2</sup> 35 c'a'elabatur F<sup>2</sup> |  
 c'a'elati F<sup>2</sup> 36 c'a'elari F<sup>2</sup> | c'a'elatum F<sup>2</sup>  
 37 a'escarium F<sup>2</sup> 39 caccabos F<sup>2</sup> 40 ar|ar-

gentium F<sup>2</sup> 41 instrumentis fW 43 ex-  
 pressit] WDIC, expressim F, expressum est  
 EQ, expressum (sic) K | 'c'ui F<sup>2</sup> 45 uel' F<sup>2</sup> |  
 in coronis mensarum] τῶ κίκλω τῆς τραπε-  
 ζης B (Trapez.)

- 15 sarum gemmae coronis cedent et hae mensis. In margaritis quoque et auro idem est: nam si margaritae auri ornandi gratia adhibitae sunt, auro cedunt, si contra, aurum mar-
- 16 17 garitis cedet. Idem et in gemmis anulis inclusis. Gemmae autem sunt perlucidae materiae<sup>1</sup>, quas, ut refert Sabinus libris ad Uitellium, Seruius a lapillis eo distinguebat, quod gemmae essent perlucidae materiae, uelut smaragdi chrysolithi amethysti, lapilli autem
- 18 contrariae superioribus naturae, ut obsidiani, uenientani. Margaritae autem nec gemmis nec lapillis contineri satis constitisse ibidem Sabinus ait, quia concha apud rubrum mare et
- 19 20 crescit et coalescit<sup>2</sup>. Murrina autem uasa in gemmis non esse Cassius scribit. Auro legato uasa aurea continentur et gemmis gemmea uasa. <sup>3</sup>secundum haec siue gemmae sint in aureis uasis siue in argenteis, auro argentouae cedent, quoniam hoc spectamus, quae res cuius rei ornandae causa fuerit adhibita, non quae sit pretiosior.
- 20 PAULUS libro tertio ad Sabinum<sup>3</sup>. Si ut habiliter gemmae geri possint, inclusae auro fuerint, tum aurum gemmis dicimus cedere.
- 21 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. In argento potorio utrum id dumtaxat [B. 44, 15, 20] sit, in quo bibi possit, an etiam id, quod ad praeparationem bibendi comparatum est, ueluti
- 1 colum niuarium et urceoli, dubitari potest. sed propius est, ut haec quoque insint. Unguentis legatis non tantum ea legata uidentur, quibus unguimur uoluptatis causa, sed et ualetudinis, qualia sunt commagena glaucina crina rosa muracolum<sup>4</sup> nardum purum: hoc
- 2 quidem etiam quo elegantiores sint et mundiores, unguuntur feminae. Sed de aquiminario Cassius ait consultum se respondiisse, cum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere.
- 22 ULPIANUS libro nicesimo secundo ad Sabinum. Uestimentum id est quod [B. 44, 15, 21] detextum est, etsi desectum non sit, id est si sit consummatum. quod in tela est nondum pertextum uel detextum, contextum appellatur. quisquis igitur uestem legauerit, neque stamen neque subtemen legato continebitur.
- 23 IDEM libro quadragesimo quarto ad Sabinum. Uestis an uestimenta legentur, [B. 44, 15, 22]
- 1 nihil refert. Uestimentorum sunt omnia lanæ lineaque uel serica uel bombycina, quae induendi praecingendi amociendi internendi iniciendi incubandiuæ causa parata sunt et quae his accessiois uice cedunt, quae sunt insitae<sup>5</sup> picturae clauique qui uestibus insuntur.
- 2 Uestimenta omnia aut uirilia sunt aut puerilia aut muliebria aut communia aut familiaria. uirilia sunt, quae ipsius patris familiae causa parata sunt, ueluti togae tunicae pallioli uestimenta stragula amfitapa et<sup>6</sup> saga reliquaue similia. puerilia sunt, quae ad nullum alium usum pertinent nisi puerilem, ueluti togae praetextae alliculae chlamydes pallia quae filiis nostris comparamus. muliebria sunt, quae matris familiae causa sunt comparata, quibus uir non facile uti potest sine uituperatione, ueluti stolae pallia tunicae<sup>7</sup> capita zonae mitrae, quae magis capitis tegendi quam ornandi causa sunt comparata, plagulae penulae. communia sunt, quibus promiscue utitur mulier cum uiro, ueluti si eiusmodi penula palliumue est et reliqua huiusmodi, quibus sine reprehensione uel uir uel uxor utatur. familiaria sunt, quae ad familiam uestiendam parata sunt, sicuti saga<sup>8</sup> tunicae penulae lintea
- 3 uestimenta stragula et consimilia. Uestis etiam ex pellibus constabit,
- 24 PAULUS libro undecimo ad Sabinum. cum et tunicas et stragula pellicia nonnulli habeant.

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> gemmae autem sunt perlucidae materiae del. <sup>2</sup> quia concha apud rubrum mare crescit et ei coalescit? <sup>3</sup> l. 20 fortasse incipit a uoc. Secundum: Ulpianus enim eadem fere dixit § 13 <sup>4</sup> murracopum? <sup>5</sup> insitae? <sup>6</sup> amfitapae? <sup>7</sup> pallae tunicae (P. Faber) uel pallio-tunicae (cf. tunicopallium)?

5 amethysti F 6 ut obsiani (obsiana E) uenientani (uenientani C, uen. om. K<sup>2</sup>) FECK, ut absiani uenientani D, et absiani ueniant an W, ut obsiani ueniant I, ut absiani ueniant Q 8 crescit F<sup>2</sup> | gemmis s' F<sup>2</sup> 15 praeparationem F<sup>2</sup> 16 colum niuarium (y non scriptum, sed impressum membranae) F, co-

(s. quo) lumpnarium WDEICK | prop'rius F<sup>4</sup> 27 bombucina F 28 incubandiuæ | I, incubandiuæ FK, idcubandiuæ W, incumbendiuæ D, acubandiuæ E, cubandiuæ C 33 alicutae | FEC, alicule et D, alicui neae W, alicui hee Q, alicun eē K, alicui I 35 uitoperatone F<sup>2</sup> 36 qu'a'e F<sup>2</sup> 38 uir uel' F<sup>4</sup>

25 ULPIANUS libro quadragesimo quarto ad Sabinum. Argumento sunt etiam [B. 44, 15, 23] S  
 1 nationes quaedam, ueluti Sarmatarum, quae pellibus teguntur. Aristo etiam coactilia uesti  
 2 cedere ait et tegimenta supselliorum huic legato cedere. Uittae margaritarum, item fibulae  
 3 ornamentorum magis quam uestis sunt. Tapeta uesti cedunt, quae aut sterni aut inici  
 4 solent: sed stragulas et babylonica, quae equis insterni solent, non puto uestis esse. Fasciae 5  
 5 cruales pedulesque et inpilia uestis loco sunt, quia partem corporis uestiunt. alia causa  
 6 est adonum, quia usum calciamentorum praestant. Cernicalia quoque uestis nomine con-  
 7 tinentur. Si quis addiderit 'uestem suam', apparet de ea eum sensisse, quam ipse in usus  
 8 suos habuit. Culcitae etiam uestis erunt. Item pelles caprinae et agninae uestis erunt.  
 9 Muliebri ueste legata et infantilem contineri et puellarum et uirginum Pomponius libro 10  
 10 uicesimo secundo ad Sabinum recte scribit: mulieres enim omnes dici, quaecumque sexus  
 11 feminini sunt. Ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur, ueluti inaures armillae  
 12 uirioles anuli praeter signatorios et omnia, quae ad aliam rem nullam parantur, nisi cor-  
 13 poris orandi causa: quo ex numero etiam haec sunt: aurum gemmae lapilli, quia aliam  
 14 nullam in se utilitatem habent. mundus mulieris<sup>1</sup> est, quo mulier mundior fit: continentur 15  
 15 eo specula matulae unguenta uasa unguentaria et si qua similia dici possunt, ueluti lautio  
 16 riscus. ornamentorum haec: uittae mitrae semimitrae calantica acus cum margarita, quam  
 17 mulieres habere solent, reticula crocyfantia. sicut et mulier potest esse munda, non tamen  
 18 ornata, ut solet contingere in his, quae se emundauerint lotae in balneo neque se orna-  
 19 uerint: et contra est aliqua ex somno statim ornata, non tamen conmundata. Margarita 20  
 20 si non soluta sunt uel qui alii lapides (si quidem exemptiles sint), dicendum est ornamen-  
 21 torum loco haberi: sed et si in hoc sint resoluti ut componantur, ornamentorum loco sunt.  
 22 quod si adhuc sint rudes lapilli uel margaritae uel gemmae, ornamentorum loco non erunt,  
 23 nisi alia mens fuit testantis, qui haec quoque, quae ad ornamenta parauerat, ornamentorum  
 24 loco et appellatione comprehendi uoluit. Unguenta, quibus ualetudinis causa unguimur, 25  
 25 mundo non continentur.

26 PAULUS libro undecimo ad Sabinum. Quamuis quaedam ex ueste magis [B. 44, 15, 24] S  
 ornatus gratia, quam quo corpus tegant, comparentur, tamen quod eo nomine sint reperta,  
 potius habenda esse uestis numero quam ornamentorum. similiter ornamentorum esse con- 29  
 stat, quibus uti mulieres uenustatis et ornatus causa coeperunt, neque ¶ referre, si quae- f. 72  
 30 dam eorum alium quoque usum praebeant, sicuti mitrae et anademata: quamuis enim cor-  
 31 pus tegant, tamen ornamentorum, non uestis esse.

27 ULPIANUS libro quadragesimo quarto ad Sabinum. Quintus Mucius libro [B. 44, 15, 25] S  
 1 secundo iuris ciuilibus ita definit argentum factum uas argenteum uideri esse. An cui ar-  
 2 gentum omne legatum est, ei nummi quoque legati esse uideantur, quaeritur. et ego puto 35  
 3 non contineri: non facile enim quisquam argenti numero nummos computat. item argento  
 4 facto legato puto, nisi euidenter contra sensisse testatorem appareat, nummos non contineri.  
 5 Argento omni legato, quod suum esset, sine dubio non debetur id, quod in credito esset:  
 6 hoc ideo, quia non uidetur suum esse, quod uindicari non possit. Cui aurum uel argentum  
 7 factum legatum est, si fractum aut collisum sit, non continetur: Seruius enim existimat 40  
 8 aurum uel argentum factum id uideri, quo commode uti possumus, argentum autem fractum  
 9 et collisum non incidere in eam definitionem, sed infecto contineri. Cui legatum est [B]  
 10 aurum omne, quod suum esset cum moreretur, eius omne aurum fiet, quod tunc pater fami-  
 11 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> muliebris (Hal.)? <sup>2</sup> § 10 tota perturbata est: aliquem ordinem restituens capitibus trans-  
 positis sic: Sicut mulier ... ornauerint, contra est ... conmundata. Mundus ... riscus.  
 ornamenta ... habent. ornamentorum ... crocyphantia.

5 babylonica F 6 uestis sunt F<sup>1</sup> 7 udo-  
 num] adonum DE<sup>2</sup>K<sup>2</sup>C<sup>2</sup>, donum FE<sup>2</sup>K<sup>2</sup>C<sup>2</sup>?,  
 edo n l 9 item ... erunt add. F<sup>2</sup>, uertunt  
 Graeci, habent suo loco E<sup>2</sup>I, et suo loco et in  
 fine l. 23 DQCK, neutro loco E<sup>2</sup>? 10 ne-  
 stae F<sup>2</sup> 16 labatio F 18 crocyfantia F  
 19 balineo F<sup>2</sup> 29 consta n't F<sup>2</sup> 40 factum

F<sup>2</sup> 43 omne quod suum esset cum morere-  
 tur eius omne aurum (omne quod ... aurum  
 om. D<sup>2</sup>) fiet quod tunc pater familias cum  
 moreretur (moreretur E) WDEIC, omne quod  
 suum (est ins. Q<sup>2</sup>) esse (esset QK) cum more-  
 retur (rel. om.) FQK



lias, cum moreretur, uindicare potuit suum esse. sed si qua distributio eius rei facta est, tunc interest, quomodo sit legatum. si factum aurum legatum est, omne ad eum pertinet cui legatum est ex quo auro aliquid est effectum, siue id suae siue alterius usionis causa paratum esset, ueluti uasa aurea emblemata signa aurum muliebre et cetera, quae his rebus sunt similia. sed si infectum legatum est, quod eius ita factum est, ut eo, quod<sup>1</sup> ad rem comparatum est, non possis uti sine refectione, quodque ab eo pater familias infecti numero<sup>2</sup> fuerat, id uidetur legatum esse. si autem aurum uel argentum signatum legatum est, id pater familias uidetur testamento legasse, quod eius aliqua forma est expressam, 5 ueluti quae filippi sunt itemque nomismata et similia. Argento legato non puto uentris 6 causa habita scafia contineri, quia argenti numero non habentur. Argentum [B. 44, 15, 26 factum recte quis ita definierit quod neque in massa neque in lamna neque in signato neque in supellectili neque in mundo neque in ornamentis insit.

28 ALFENUS UARUS libro septimo digestorum. Cum in testamento alicui ar- [B. 44, 15, 26 gentum, quod usus sui causa paratum esset, legaretur, itemque<sup>3</sup> uentis aut supellex, quaesitum est, quid cuiusque usus causa uideretur paratum esse, utrumne id argentum, quod uictus sui causa paratum pater familias ad cotidianum usum parasset an et si eas mensas argenteas et eius generis argentum haberet, quo ipse non temere uteretur, sed commodare ad ludos et ad ceteras apparationes soleret. et magis placet, quod uictus sui causa paratum est, tantum contineri.

29 FLORENTINUS libro undecimo institutionum. Si quando alterius generis materia auro argenteae iniecta<sup>4</sup> sit, si factum aurum uel argentum legetur, et id quod iniectum<sup>5</sup> est 1 debetur. Utra autem utrius materiae sit accessio, uisu atque usu rei, consuetu- [B. 44, 15, 27 dinis patris familias<sup>6</sup> aestimandum est.

30 PAULUS libro singulari de adsignatione libertorum. Si quis ita legauerit: [B. 44, 15, 28 'uxori meae mundum ornamenta seu quae eius causa parauit, do lego', placet omnia deberi, sicuti cum ita legatur: 'Titio uina, quae in urbe habeo seu in portu, do lego', omnia deberi: hoc enim || uerbum 'seu' ampliandi legati gratia positum est.

31 LABEO libro secundo posteriorum a lauoleno epitomatorum. Qui lancem [B. 44, 15, 29 maximam minorem minimam relinquebat, ita legauerat: 'lancem minorem illi lego'. mediae magnitudinis uideri legatam lancem responsum est, si non appareret, quam lancem ex his 3 pater familias demonstrare uoluisset.

32 PAULUS libro secundo ad Uitellium. Pediculis argenteis adiuncta aigilla [B. 44, 15, 30 aenea ceteraque omnia, quae ad eandem similitudinem redigi possunt, argento facto cedunt.

1 Auro facto adnumerantur gemmae anulis inclusae, quippe anulorum sunt, cymbis argenteae crustis aureis illigatae. margaritae, quae ita ornamentis muliebribus contextae sunt, ut in 2 his aspectus auri potentior sit, auro facto adnumerantur. aurea emblemata, quae in lapidibus<sup>7</sup> apsidibus argenteis essent et replumbari possent, deberi Gallus ait: sed Labeo improbat. Tubero autem, quod testator auri numero habuisset, legatum deberi ait: alioquin

2 aurata et inclusa uasa<sup>8</sup> alterius materiae auri numero non habenda. Argento potiorio uel escario legato in his, quae dubium est cuius generis sint, consuetudinem patris familias 3 spectandam, non etiam in his, quae certum est eius generis non esse. Quidam primipilaris uxori suae argentum escarium legauerat: quaesitum est, cum pater familias in argento suo uasa habuerat, quibus et potabat et edebat, an legato haec quoque uasa continerentur.

4 Scaeuola respondit contineri<sup>9</sup>. Idem, cum quaereretur de tali legato: 'hoc amplius filia mea

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> quam (D. Gothofredus)? <sup>2</sup> habitum ins. <sup>3</sup> alii ins. <sup>4</sup> iniecta? <sup>5</sup> iniectum?  
<sup>6</sup> uisu rei atque usu patris familias? <sup>7</sup> lapidibus del. (u. i.) <sup>8</sup> uasis (cf. l. 19 § 6 h. t.)?  
<sup>9</sup> cf. ad D. 32, 78

9 itemque'que' F<sup>1</sup> 10 suafia F<sup>1</sup> 11 in 'll'lamna F<sup>2</sup>, ὁ μὴ ὄν ἐν λάμναις B 12 supellectili'li' F<sup>2</sup> 14 sup'pellex F<sup>2</sup> 28 a om. F | iaboleno F 36 quae in lapidibus apsidibus argenteis essent] τὰ ἠνωμένα τοῖς λίθοις καὶ

τοῖς ἀργυροῖς σκοπελοῖς B (Tip.): collata l. 19 § 6 h. t. lapidibus natum esse ex dittographia uocabuli sequentis uidit Cuiacius 37 replumbari F<sup>1</sup> 40 a'escario F<sup>2</sup> 42 aescarium F 43 habuerit Taur.

'dulcissima e medio sumito tibi que<sup>1</sup> habeto ornamentum omne meum muliebre cum auro  
'et si qua alia muliebria apparuerint', cum testatrix negotiatrix fuerit, an non solum arg-  
entum, quod in domo uel intra horreum usibus eius fuit, legato cedit, sed etiam quod in  
basilica fuit muliebre: respondit, si testatrix habuit proprium argentum ad usum suum  
paratum, non uideri id legatum, quod negotiandi causa uenale proponi soleret, nisi de eo  
quoque sensisse is qui petat probet. Neratius Proculum refert ita respondisse uasis electricis  
legatis nihil interesse, quantum ea uasa, de quibus quaeritur, argenti aut electri habebant<sup>2</sup>,  
sed utrum argentum electro an electrum argento cedat? id ex aspectu uasorum facilius  
intellegi posse: quod si in obscuro sit, inspiciendum est, in utro numero ea uasa is, qui  
testamentum fecit, habuerit. Labeo testamento suo Neratae uxori suae nominatim legauit  
uestem mundam muliebrem omnem ornamentaque muliebria omnia lanam linum purpuram  
uersicoloria facta infectaque omnia<sup>3</sup> et cetera. sed non mutat substantiam rerum non ne-  
cessaria uerborum multiplicatio, quia Labeo testamento lanam ac deinde uersicoloria scripsit,  
quasi desit<sup>4</sup> lana tincta lana esse, detractoque uerbo 'uersicolorio'<sup>4</sup> nihilo minus etiam uer-  
sicoloria debebuntur, si non appareat aliam defuncti uoluntatem fuisse. Titia mundam  
muliebrem Septiciae legauit: ea putabat sibi legata et ornamenta et monilia, in quibus  
gemmae et margaritae insunt, et anulos et uestem tam<sup>5</sup> coloriam: quaesitum est, an haec  
omnia mundo continentur. Scaeuola respondit ex his quae proponerentur dumtaxat argen-  
tum balneare mundo muliebri contineri. Item cum in aures, || in quibus duae margaritae  
elenchi et smaragdi duo, legasset et postea elenchos eisdem detraxisset et quaereretur, an  
nihil minus detractis elenchis in aures deberentur: respondit deberi, si maneant in aures,  
quamuis margaritae eis detractae sint. De alio idem respondit, cum quaedam ornamentum  
mamillarum<sup>6</sup> ex cylindris triginta quattuor et tympanis margaritis triginta quattuor legasset  
et postea quattuor ex cylindris, etiam sex de margaritis detraxisset.

33 POMPONIUS libro quarto ad Quintum Mucium. Inter uestem uirilem et uesti- B. 44, 15, 31 E  
menta uirilia nihil interest: sed difficultatem facit mens legantis, si et ipse solitus fuerit  
uti quadam ueste, quae etiam mulieribus conueniens est. itaque ante omnia dicendum  
est eam legatam esse, de qua senserit testator, non quae re uera aut muliebris aut uirilil  
sit. nam et Quintus Titius<sup>7</sup> ait scire se quendam senatorem muliebris cenatoriis uti  
solitum, qui si legaret muliebrem uestem, non uideretur de ea sensisse, quae ipse quasi uirili  
utebatur.

34 IDEM libro nono ad Quintum Mucium. Scribit Quintus Mucius: si aurum B. 44, 15, 32 Ef  
suum omne pater familias uxori suae legasset, id aurum, quod aurifici faciendum dedisset  
aut quod ei deberetur, si ab aurifice ei repensum non esset, mulieri non debetur. POM-  
PONIUS. hoc ex parte uerum est, ex parte falsum. nam de eo, quod debetur, sine dubio<sup>8</sup>: 35  
ut puta si auri libras stipulatus fuerit, hoc aurum quod ei deberetur ex stipulatu, non per-  
tinet ad uxorem, cum illius factum adhuc non sit: id enim, quod suum esset, non quod  
in actione haberet, legauit. in aurifice falsum est, si aurum dederit ita, ut ex eo auro ali-  
quid sibi faceret: nam tunc, licet apud aurificem sit aurum, dominium tamen non mutauit<sup>9</sup>  
manet tamen eius qui dedit et tantum uidetur mercedem praestaturus pro opera aurifici: 40  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> tibi que?    <sup>2</sup> habeant?    <sup>3</sup> desierit (Hal.)?    <sup>4</sup> uersicoloria (W)?    <sup>5</sup> aliam quam  
ins. (u. i.)    <sup>6</sup> mamillarum (Hal.) uel mamillarum (cf. mamillare apud Martialem 14, 66)?  
<sup>7</sup> Mucius (u. i.)?    <sup>8</sup> uerum est ins.    <sup>9</sup> dominium tamen non mutauit del.

1 aur'ō F<sup>2</sup> 2 apparuerint] WDQICK, ap-  
paruerunt E, apparuerit F: ΕΑΝ ΑΗΓΑΤΕΥΣΗ ...  
ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΓΥΝΑΙΚΕΙΑ ΑΥΤΗΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΚΟΣΜΟΝ B  
(Typ.) | negotia'trix' F<sup>2</sup> 7 interestequam-  
tum F<sup>2</sup> 17 tam coloriam] F<sup>2</sup>, tam colo-  
riam quam uersicoloriam (ante fuit uersico-  
liam) F<sup>2</sup> et sententia peruersa et contra usum,  
cum dici soleat colorius, at non uersicolorius,  
sed uersicolor: quare scribendum aut etiam colo-  
riam aut tam aliam quam coloriam: in

Graeca uersione (Syn.) non legitur nisi οΥΤΕ  
ΕΘΗΣ 18 arg'um'entum ualnearē F<sup>2</sup>: Ο ΤΩΝ  
ΛΟΥΤΡΩΝ ... ΑΡΓΥΡΟΣ B (Syn.) 20 's'ma-  
ragdi F<sup>2</sup> 21 in aureis F 22 quaedam F<sup>2</sup>  
23 tympanis F 29 titius] F, mutius DEQIC,  
mucius titius K | scire's' se F<sup>2</sup> | cenato-  
riis EK, senatoriis WD<sup>2</sup>EQIC, senatoria D<sup>2</sup>  
34 muliere F<sup>2</sup> 39 mutabit F 40 merce-  
det F<sup>2</sup>

- per quod eo perducimur, ut nihilo minus uxori debeatur. quod si aurum dedit aurifici, ut non tamen<sup>1</sup> ex eo auro fieret sibi aliquod corpusculum, sed ex alio, tunc, quatenus dominium transit eius auri ad aurificem (quippe quasi permutationem fecisse uideatur), et hoc aurum non transibit ad uxorem. Item scribit Quintus Mucius, si maritus uxori, cum haberet quinque pondo auri, legasset ita: 'aurum quodcumque uxoris causa paratum esset, uti heres uxori daret', etiamsi libra auri inde uenisset et mortis tempore amplius quam quattuor librae non deprehenduntur, in totis quinque libris heredem esse obligatum, quoniam articulus est praesentis temporis demonstrationem in se continens. quod ipsum quantum ad ipsam iuris obligationem pertinet, recte dicitur, id est ut ipso iure heres sit obligatus. nerum sciendum, si in hoc alienauerit testator inde libram, quod deminuere uellet ex legato uxoris suae, tunc mutata uoluntas defuncti locum faciet doli mali exceptioni, ut, si persequerit mulier in petendis quinque libris, exceptione doli mali submoueat. sed si ex necessitate aliqua compulsus testator<sup>2</sup>, non quod uellet deminuere ex legato, tunc mulieri ipso iure quinque librae auri debentur nec doli mali exceptio nocebit aduersus petentem.
- 2 Quod si ita legasset uxori 'aurum quod eius causa paratum erit', tunc rectissime scribit Quintus Mucius, ut haec scriptura habeat in se ¶ et demonstrationem legati et augmentum<sup>3</sup>: ideoque ipso iure alienata libra auri amplius quattuor pondo non remanebunt in obligatione, nec erit utendum distinctione, qua ex causa alienauerit testator.
- 35 PAULUS libro quarto decimo responderum. 'Titiae amicae meae, cum qua sine mendacio uixi, auri pondo quinque dari uolo': quaero, an heredes ad praestationem integrae materiae auri an ad pretium et quantum praestandum compellendi sint. Paulus respondit aut aurum ei, de qua quaeritur, praestari oportere, aut pretium auri, quanti comparari potest. Item quaero, si lite contestata praetor ita pronuntiauit, ut materia praestetur, an tutores audiendi sint ab hac sententia pupillum, aduersus quem pronuntiatum est, apud successorem eius in integrum restituere uolentes. Paulus respondit praetorem, qui auro legato certi ponderis materiam praestari iussit, recte pronuntiasse uideri.
- 36 SCAEUOLA libro tertio responderum. 'Seiae dulcissimae poculum aureum [B. 44, 15, 34] quod elegerit fidei heredum committo ut darent'. quaero, cum in hereditate non sint nisi truellae scyphi modiolii phialae, an Seia de his speciebus eligere possit. respondit, cum omnia potui parata pocula dicuntur, posse eam ex his eligere.
- 37 PAULUS libro uicesimo primo responderum. Ornamentorum appellatione [B. 44, 15, 35] uestem muliebrem non contineri nec errorem heredis ius mutasse respondi.
- 38 SCAEUOLA libro tertio responderum. Titia testamento, item codicillis multas [B. 44, 15, 36] species tam argenti quam uestis specialiter per fideicommissum reliquit: quaero an non aliae species legato cedant, quam quae in hereditate inuentae essent. respondit eas cedere, quae inuentae essent: de ceteris cauendum, ut, si inuentae essent, praestentur. 'Semproniae Piae hoc amplius coportoria Taulana et tunicas tres cum pallioli quae elegerit dari uolo': quaero an ex uniuersa ueste, id est an ex synthesisi tunicas singulas et palliola Sempronia eligere possit. respondit, si essent tunicae singulares cum pallioli relictas, ex his dumtaxat eligi posse: quod si non est, heredem uel tunicas et palliola set<sup>4</sup> ex synthesisi praestaturum uel ueram aestimationem earum. Seia testamento ita cauit: 'si mihi per condicionem humanam contigerit, ipsa faciam: sin autem<sup>5</sup>, ab heredibus meis fieri uolo: iubeoque signum dei ex libris centum in illa sacra aede et in patria statui subscriptione nominis mei'. quaesitum est: cum in eo templo non nisi aut aerea<sup>6</sup> aut argentea tantum sint dona, heredes
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> tam? <sup>2</sup> compulsus testator *del.* <sup>3</sup> et deminutionem legati et augmentum (*Cuiacius*)? <sup>4</sup> set] sex? <sup>5</sup> autem] aliter (*Menge*)? <sup>6</sup> *idem Graeci* (*u. i.*): aut aurea (*D*) et similiter (*C*)?

12 submoueat *F*, summoueat *f* 18 distinctioni *F* 23 pronuntiauit ut materia *his F* 29 his 'speciebus' *F* 35 essent 'decete' resp. *F* 36 inuenta'e' essent *F* | inuenta essent *F* 37 coportoria tabiana *F*

40 est] *F*<sup>1</sup>, essent *F*<sup>2</sup> | praestaturum *F*<sup>1</sup> 42 fa'l'ciam *F*<sup>2</sup> 44 est cum *om. F*<sup>2</sup> | aut aerea aut argentea] πάντες [οἱ] ἐν τῷ ἁγνῷ ἱερῷ ὄντες ἀργυροὶ καὶ χαλκοὶ εἰς τὴν *B* (*Balsamo*)

Scias utrum ex argento an ex auro<sup>1</sup> signum ponere compellendi sunt an aereum? respondit secundum ea quae proponerentur argenteum ponendum.

- 39 LAUOLENUS libro secundo ex posterioribus Labeonis. Si uxori mundus mu- B. 44, 15, 37 \*S  
 liebris legatus esset, ea tantummodo deberi Ofilius Labeo responderunt, quae ex his tradita  
 utendi causa uxori<sup>2</sup> uiro fuissent: aliter enim interpretantibus summam fore captionem, si 5  
 1 uascularius aut faber argentarius uxori ita legasset. Cum ita legatum esset: 'argentum,  
 'quod domo mea erit cum moriar', Ofilius nec quod depositum a se nec quod commodatum  
 reliquisset argentum legatum uideri respondit. idem Cascellius de commodato. Labeo, quod  
 depositum esset, ita deberi, ¶ si praesentis custodiae causa, non perpetuae ueluti<sup>3</sup> thesauro f. 74'  
 depositum esset, quia illa uerba 'quod domo mea erit' sic accipi debere 'esse solebat': et 10  
 2 hoc probat. Ateius Seruius respondisse scribit, cui argentum, quod in Tusculano fundo  
 cum moreretur habuisset, legatum esset, et quod antequam moreretur ex urbe in Tuscu-  
 lanum iussu testatoris translatum esset, deberi: contra fore, si iniussu translatum esset.
- 40 SCAEUOLA libro septimo decimo digestorum. Medico suo contubernali et B. 44, 15, 38 A  
 communium<sup>4</sup> expeditionum comiti inter cetera ita legauerat: 'argentum uiatorium meum 15  
 'dari uolo'. quaesitum est, cum pater familias in diuersis temporibus rei publicae causa  
 auferat, quod uiatorium argentum hoc legato comprehensum esse uidetur. respondit, quod  
 1 habuisset argentum uiatorium eo tempore cum testamentum faciebat, deberi. Uxori suae  
 testamento ita legatum est: 'Semproniae dominae meae hoc amplius argentum balneare':  
 quaesitum est, an etiam id argentum, quo diebus festis in balineo uti consuevit, legato 20  
 2 cedat. respondit omne legatum uideri. Mulier decedens ornamenta legauerat ita: 'Seiae  
 'amicae meae ornamenta uniuersa dari uolo'. eodem testamento ita scripserat: 'funerari  
 'me arbitrio uiri mei uolo et inferri mihi quaecumque sepulturae meae causa feram ex  
 ornamentis lineas duas ex margaritis et uiriolas ex smaragdis': sed neque heredes neque  
 maritus, cum humi corpus daret, ea ornamenta, quae corpori iussus erat<sup>5</sup> adici, dederunt: 25  
 quaesitum est, utrum ad eam, cui ornamenta uniuersa reliquerat, pertineant an ad heredes.  
 respondit non ad heredes, sed ad legatariam pertinere.

## III.

## R DE LIBERATIONE LEGATA R

SEPA

- 1 ULPIANUS libro uicesimo primo ad Sabinum. Omnibus debitoribus ea quae B. 44, 16, 1 S  
 1 debent recte legantur, licet domini eorum sint. Iulianus scripsit, si res pignori data legetur 31  
 debitori a creditore, ualere legatum habereque eum actionem, ut pignus recipiat, priusquam  
 pecuniam soluat. sic autem loquitur Iulianus, quasi debitum non debeat lucrari: sed si alia  
 testantis uoluntas fuit, et ad hoc perueniatur exemplo iutionis.
- 2 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Heredem, damnatum a fideiussore non B. 44, 16, 2 S  
 1 petere, a reo petere posse, sed a reo petere uetitum, si a fideiussore petat, reo ex testa- 36  
 mento teneri Celsus putat. Idem Celsus ait nullam dubitationem habere, quin herede pe-  
 tere a debitore uetito nec heres heredis petere possit.
- 3 ULPIANUS libro uicesimo tertio ad Sabinum. Liberationem debitori posse legari B. 44, 16, 3 S  
 1 iam certum est. Sed et si chirographum quis decedens debitori suo dederit, exceptionem ei 40  
 2 competere puto, quasi pro fideicommissio huiusmodi datione ualitura. Iu- Iul. D. 89, 6, 18, 2  
 lianus etiam libro quadragesimo<sup>6</sup> digestorum scripsit: si quis decedens chirographum Seii  
 Titio dederit, ut post mortem suam Seio det aut, si conualuisset, sibi redderet, deinde  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> an ex auro del.    <sup>2</sup> a ins. (u. i.)    <sup>3</sup> in ins.    <sup>4</sup> omnium?    <sup>5</sup> iusserat?    <sup>6</sup> sexage-  
 simo (Quiacius propter l. c.)?

<sup>4</sup> ofilio F<sup>2</sup>    <sup>5</sup> uxori a uiro WDEQICK  
<sup>7</sup> domo mea] WDEIK, domo meae F, in  
 domo mea C, de mea domo Q    <sup>10</sup> domo  
 mea] WEQIK, domo meae F, domi mee D,

in domo mea C | soleba'n't F    <sup>11</sup> atteius  
 Taur.    <sup>15</sup> com'm'iti F<sup>2</sup>    <sup>20</sup> quo] E<sup>2</sup>C, quod  
 FWDE<sup>2</sup>QIK | consuebit F<sup>2</sup>    <sup>27</sup> here'de's F<sup>2</sup>  
<sup>33</sup> quas'i' F<sup>2</sup>    <sup>36</sup> petere a'ureo F<sup>2</sup>

Titius defuncto donatore Seio dederit et heres eius petat debitum, Seius doli exceptionem  
 3 habet. Nunc de effectu legati uideamus. et si quidem mihi liberatio sit relicta, cum solus  
 sim debitor, siue a me petatur, exceptione uti possum, siue non petatur, possum agere, ut  
 liberer per acceptilationem. sed et si cum alio sim debitor, puta duo rei fuimus promit-  
 tendi, et mihi soli testator consultum uoluit, agendo consequar, non ut accepto liberer, ne-  
 etiam conreus ¶ meus liberetur contra testatoris uoluntatem, sed pacto liberabor. sed quid  
 si socii fuimus? uideamus, ne per acceptilationem debeam liberari: alioquin, dum a conreo-  
 meo petitur, ego inquietor. et ita Iulianus libro trigesimo secundo digestorum scripsit, si  
 4 quidem socii non simus, pacto me debere liberari, si socii, per acceptilationem. Conse-  
 quenter quaeritur, an et ille socius pro legatario habeatur, cuius nomen in testamento  
 scriptum non est, licet commodum ex testamento ad utrumque pertineat, si socii sunt. et  
 est uerum non solum eum, cuius nomen in testamento scriptum est, legatarium habendum,  
 uerum eum quoque, qui non est scriptus, si et eius contemplatione liberatio relicta esset.  
 5 Utrique autem legatarii habentur et in hoc casu. nam et si quod ego debeo Titio sit eum  
 legatum mei gratia, ut ego liberer, nemo me negabit legatarium, ut et Iulianus eodem  
 libro scribit. et Marcellus notat utriusque legatum esse tam meum quam creditoris mei,  
 etsi soluendo fuero: interesse enim creditoris duos reos habere.

4 POMPONIUS libro septimo ex Plautio. Quid ergo est, cum agere poterit<sup>1</sup> cre- [B. 44, 16, 4] \*E  
 ditor ex testamento? non aliter heres condemnari debebit, quam si caueatur ei aduersus  
 debitorem defensu iri. item agente debitore nihil amplius heres praestare debet, quam ut  
 eum aduersus creditorem defendat. 20

5 ULPIANUS libro uicesimo tertio ad Sabinum. Si quis reum habeat et fideius- [B. 44, 16, 5] S  
 sorem et reo liberationem leget, Iulianus ibidem scripsit reum per acceptilationem libera-  
 dum: alioquin si fideiussorem coeperit conuenire, alia ratione reus conuenitur. quid tamen,  
 si donationis causa fideiussor interuenit nec habet aduersus reum regressum? uel quid si  
 ad fideiussorem pecunia peruenerit et ipse<sup>2</sup> reum dederit uice sua ipseque fideiussor?  
 pacto est reus liberandus. atquin solemus dicere pacti exceptionem fideiussori [Epit. 19, 10]  
 dandam, quae reo competit: sed cum alia sit mens legantis, alia<sup>3</sup> paciscentis, nequa- (Ep.)  
 1 quam hoc dicimus. Quod si fideiussori sit liberatio legata, sine dubio, ut et Iulianus scripsit,  
 pacto erit fideiussor liberandus. sed et hic puto interdum acceptilatione liberandum, si uel  
 2 reus ipse uere fuit aut in eam rem socius reus. Idem Iulianus eodem libro scripsit, si filius  
 familias debitor fuerit et patri eius fuerit liberatio relicta, patrem pacto liberandum esse,  
 ne etiam filius liberetur. et parui, inquit, refert, si sit aliquid in peculio die legati cedente  
 necne: securitatem enim pater per hoc legatum consequitur: maxime, inquit, cum rei  
 iudicandae tempus circa peculium spectetur. huic patri similem facit Iulianus maritum, cui  
 uxor post diuortium liberationem dotis legauit: nam et hunc, licet die legati cedente sol-  
 uendo non sit, legatarium esse: et utrumque ait solutum repetere non posse. sed est uerius  
 quod Marcellus notat patrem petere<sup>4</sup> posse (nondum enim erat debitor, cum solueret), ma-  
 ritum non posse, quod debitum soluit. patrem enim etsi quis debitorem existimauerit, at-  
 3 tamen loco esse condicionalis debitoris, quem solutum repetere posse non ambigitur. Sed  
 si damnatus sit heres filium liberare, non adicit Iulianus, utrum acceptilatione filius an  
 pacto sit liberandus: sed uidetur hoc sentire, quasi acceptilatione debeat liberari, quae res  
 patri quoque proderit. quod optinendum est, nisi euidenter approbetur contrarium sensisse  
 testatorem, id est ne filius ¶ inquietetur, non ne pater: tunc enim acceptilatione eum non  
 4 liberandum, sed pacto. Idem Iulianus scripsit, si pro filio pater fideiussor et eique liberatio  
 sit legata, eum pacto liberandum quasi fideiussorem, non quasi patrem, et ideo de peculio

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> coeperit (Rob. Stephanus)?    <sup>2</sup> ipse] is?    <sup>3</sup> legantis alia del.    <sup>4</sup> repetere (edd.)?

3 possum] WDEIC, possum FK    4 per    ditoris 'duos reos' mei F<sup>4</sup>    26 et] ut F<sup>4</sup>  
 om. F<sup>2</sup>    5 non ut] ut non F<sup>2</sup>    7 alioquin F<sup>4</sup>    36 et in u'c F<sup>4</sup>  
 9 consequenter F<sup>2</sup>    15 a'ut ego F<sup>4</sup>    16 cre-

posse conueniri. hoc ita demum putat, si dumtaxat quasi fideiussorem eum uoluit testator liberari: ceterum si et quasi patrem, et de peculio erit liberandus.

- 6 LAUOLENUS libro sexto epistularum. Post emancipationem uero filii eatenus [B. 44, 16, 6] <sup>E</sup> pater actionem habebit, quatenus aliquid ex peculio aut in rem uerso praestaturus est: id enim legatorum nomine ad patrem pertinebit, quod eius intererit. Illud quaeri potest, an eo quoque nomine pater ex testamento agere possit, ut etiam filius actione liberetur. quibusdam eo usque extendi actionem placebat, quia patris interesse uideatur, si peculium filio post emancipationem concessisset, integrum ius<sup>1</sup> eius permanere. ego contra sentio: nihil<sup>2</sup> quicquam amplius patri praestandum ex eiusmodi scriptura testamenti puto, quam ut nihil ex eo, quod praestaturus heredi fuerit, praestet. 10
- 7 ULPIANUS libro uicesimo tertio ad Sabinum. Non solum autem quod debetur [B. 44, 16, 7] <sup>S</sup> remitti potest, uerum etiam pars eius uel pars obligationis, ut est apud Iulianum tractatum libro trigesimo tertio digestorum. Si is qui stipulatus<sup>3</sup> Stichum aut decem damnauerit heredem Stichum non petere, legatum ualere constat: sed quid contineat, uideamus. et Iulianus scribit actionem ex testamento in hoc esse uideri, ut debitor accepto liberetur: quae res utique debitorem et in decem liberabit, quia acceptilatio solutioni comparatur, et quemadmodum, si Stichum soluisset, debitor liberaretur, ita et acceptilatione Stichi liberari. Sed si debitorem decem damnatus sit heres uiginti liberare, idem Iulianus scripsit libro trigesimo tertio nihilo minus esse liberandum decem: nam et si ei uiginti accepto ferantur, in decem liberabitur. Sed si duobus heredibus institutis alterum ex his damnauerit creditor soluere, ualet legatum propter coheredem eumque ex testamento acturum, ut creditori solutur. Liberatio autem debitori legata ita demum effectum habet, si non fuerit exactum id a debitore, dum uiuat testator: ceterum si exactum est, euanescit legatum. Unde quaerit Iulianus, si ab impuberis substituto sit liberatio relicta, deinde impubes exegerit quod debetur, an euanescat legatum. et cum constet pupillum in his, quae a substituto relinquuntur, personam sustinere eius a quo sub condicione legatur, consequens est substitutum actione ex testamento teneri, si pupillus a debitore exegerit. Idemque est et si pupillus non exegerit, sed solummodo litem sit contestatus, teneri eum, ut remittat actionem. Nam et si debitori liberatio sub condicione legata fuisset et uel lis fuisset contestata uel etiam exactam pendente condicione, ex testamento actio maneret liberatione relicta<sup>4</sup>. 20
- 8 POMONIUS libro sexto ad Sabinum. Non solum nostrum debitorem, sed et [B. 44, 16, 8] <sup>S</sup> heredis et cuiuslibet alterius ut liberetur<sup>5</sup>, legare possumus. Potest heres damnari, ut ad certum tempus non petat a debitore: sed sine dubio nec liberare<sup>6</sup> eum intra id tempus debet, et, si debitor decesserit, ab herede eius intra id tempus peti non poterit. Illud uidendum est, an eius temporis, intra quod petere heres uetitus sit, uel usuras || uel poenas petere possit. et Priscus Neratius existimabat committere eum aduersus testamentum, si petisset: quod uerum est. Tale legatum: heres meus a solo Lucio Titio ne petito ad heredem Lucii Titii non transit, si nihil uiuo Lucio Titio aduersus testamentum ab herede, eo quod ab eo exigere debitum temptauit, sit commissum: quotiens enim cohaeret personae id quod legatur, ueluti personalis seruitus, ad heredem eius non transit, si non cohaeret, transit. Si uerba liberationis in rem sint collata, pro eo est, quasi heres ab eo debitore heredeque eius petere uetitus sit, ut adiectio heredis perinde nihil ualeat, atque non esset ualitura ipsius debitoris persona non comprehensa. Is, qui reddere rationes inueniatur sit, non uidetur satisfacere, si reliquum reddat non editis rationibus. Si heres uetitus sit agere cum eo, qui negotia defuncti gesserit, non uidetur obligatio ei praelegata<sup>7</sup>, quae dolo uel ex fraude eius qui negotia gesserit commissa sit, et testator id uidetur sen-

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> ius del. <sup>2</sup> nihil) nec (notis permutatis)? <sup>3</sup> est ins. (Hal.) <sup>4</sup> perfecta? <sup>5</sup> liberetur] liberet heres (= m̄)? <sup>6</sup> liberare] interpellare (= pELLARE)? <sup>7</sup> requiritur erepta uel tale uocabulum

1 si t̄ dunt. F<sup>1</sup> 3 a emancipatione m̄ F<sup>1</sup> om. F<sup>1</sup> 34 debet] FDIC<sup>c</sup>, cogitur WECK<sup>c</sup>  
16 liberatit F (em. f<sup>1</sup>) 17 soluisse t̄ F<sup>2</sup> 44 uide a tur F<sup>1</sup>  
18 scribit F<sup>1</sup> 22 debitori l̄ legata F<sup>1</sup> | ita

- sisse. ideo si heres negotiorum gestorum egisset, agens procurator ex testamento 7 doli mali exceptione excludi potest. Et ei liberatio recte legatur, apud quem de uli cui commodauero pignorie dedero uel ei quem ex furtiu causa mihi dare op
- 9 ULPIANUS libro uicesimo quarto ad Sabinum. Si quis rationes exigere ue- [B. 4] tatur, ut est saepissime rescriptum, non impeditur reliquas exigere, quas quis se rel et si quid dolo fecit qui rationes gessit. quod si quis et haec uelit remittere, ita legare: 'damnas esto heres meus, quidquid ab eo exegerit illa uel illa actione, id 'tuere' uel 'actionem ei remittere'.
- 10 IULIANUS libro trigesimo tertio digestorum. Si damnatus heres fuerit a [B. 4] fideiussore quidem non petere, quod autem reus debet, Titio dare, pacisci debet fideiussore petat, et aduersus reum actiones suas praestare legatario: quemadmodum tus heres, ne a reo petat, et damnatus dare quod fideiussor debet, et reo acceptum et legatario litis aestimationem sufferre cogatur.
- 11 IDEM libro trigesimo sexto digestorum. Si debitor fideiussorem suum ab [B. 4] herede suo liberari iusserit, an fideiussor liberari debeat? respondit debere. item tum est, an, quia mandati actione heredes tenerentur, inutile legatum esset, *quemadmodum inutile legatum* est quod debitor creditori suo legat. respondit, quotiens debitor e suo legaret, ita inutile esse legatum, si nihil interesset creditoris ex testamento potius quam ex pristina obligatione. nam et si Titius mandauerit Maenio, ut pecuniam teret, deinde liberari eum iusserit a stipulatore, manifestum est, quantum intersit soris liberari potius quam praestare ex stipulatu, deinde mandati agere.
- 12 IDEM libro trigesimo nono digestorum. Lucius Titius cum Erotem actorem [B. 4] haberet, codicillis ita cauit: 'Erotem liberum esse uolo: quem rationes reddere uo tempore, quod erit post nouissimam meam subscriptionem'. postea uinus Erotem misit<sup>1</sup> in eodem actu habuit rationesque subscripsit usque in eum diem, qui fuit ac cissimos dies quam moreretur. heredes Lucii Titii dicunt quasdam summas et seruum Erotem et postea liberum accepisse neque in eas rationes, quae a Lucio Titio sub sunt, intulisse: quaero, an heredes ab Eroti nihil exigere debent eius temporis, quo Titius subscripsit. respondi Erotem ex ea causa quae proponeretur liberationem pet posse, nisi et hoc specialiter ei remissum est.
- 13 IDEM libro octagesimo primo digestorum. Si creditor debitori, qui se ex- [B. 4] ceptione perpetua tueri poterat, legauerit quod sibi deberet, nullius momenti legat at si idem debitor creditori legauerit, intellegendum erit exceptionem eum remitt tori uoluisse.
- 14 ULPIANUS libro primo fideicommissorum. Idem est et si in diem debitor [B. 4] fuit uel sub conditione.
- 15 IDEM libro sexagesimo quarto ad edictum. Si quis in testamento damnatus [B. 4] est, ne a Titio debitore exigat, neque ipsum neque heredem eius potest conueniri neque heredis heres agere neque ab heredis herede potest peti<sup>2</sup>. heredis autem heres damnari, ne exigat debitorem.
- 16 PAULUS libro nono ad Plautium. Ei cui fundum in quinquennium locaueram [B. 4] *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> et *ins.* <sup>2</sup> si quis in testamento damnatus est, ne a Titio debitore exigat, ne redem eius potest conuenire neque heredis heres agere (*deletis glossis neque ipsum et neque ... peti*)?

5 quas quis (qui QK) se (se om. DI) reliquauit (relinquauit K, relinquit C, al. reliquerit *margo B*) libri: ἄς (τὰς λοιπάδας) αὐτὸς ὁ διοικητὴς ἐλοιπάσεν B (Πείρα) 16 inutile legatum esset quemadmodum inutile legatum est (leg. est inut. W)] WDEIC, inutile legatum est FK 17 legat respondit (respondi F<sup>2</sup>) quotiens debitor creditori suo *cum suo loco*

*scripsisset F<sup>1</sup>, in margine repetiit, mox F<sup>2</sup>: supplere uoluit corrector sine d* quae paulo ante exciderunt (u. ad u. 16) tionesquae F | di'c'em F<sup>4</sup> 28 intulisse] in'utillise F<sup>2</sup>, inutilis se K, inut 29 quae'ro' proponere'n'tur F<sup>4</sup> 31 o gesimo F 39 peti'ti' F<sup>2</sup>

legatari quidquid eum mihi dare facere oportet oportebit ut sineret heres sibi habere. Nerus Atlicinus, si heres prohiberet eum frui, ex conducto, si iure locationis quid retineret, ex testamento fore obligatum aiunt, quia nihil interesset, peteretur an retineret: totam enim locationem legatam uideri,

- 17 **IAVOLENUS** libro secundo Labeonis posteriorum. reliqua quoque: <sup>1</sup> in iudicio B. 44, 16, 17 <sup>4</sup> *locationis uenire.* \*S
- 18 **PAULUS** libro nono ad Plautium. **CASSIUS**. Etiam si habitatio eo modo legata B. 44, 16, 18 *esset, gratuitam habitationem heres praestare deberet. et praeterea placuit agere posse colonum cum herede ex testamento, ut liberetur conductione: quod rectissime dicitur.* E
- 19 **MODESTINUS** libro nono regularum. Cum ita testemur: 'heres meus damnas B. 44, 16, 19 *esto liberare illum, quod is negotia mea gessit, et si quid eum mihi dare facere oportet, ab eo non exigere*', damnatur heres nec creditas ab eo quoque pecunias exiget<sup>2</sup>. in simili autem legato uix est, ut de eo quoque legando pater familias senserit, quod seruis eius peculii nomine debetur. E
- 20 **IDEM** libro decimo responsorum. 'Aurelio Sempronio fratri meo. Neminem B. 44, 16, 20 *molestari*<sup>3</sup> uolo nomine debiti neque exigere aliquid ab eo, quamdiu uiueret, neque de sorte aut usurae nomine debiti: et absoluo ei et libero ex pignoribus eius domum et possessionem Caperlatam'. Modestinus respondit ipsum debitorem, si conueniatur, exceptione *tutum esse: diuersum in persona heredis eius. Gaius Seius cum adolensset, accepit curatores Publium Maerium et Lucium Sempronium. sed enim*<sup>4</sup> idem Gaius Seius intra legatimam aetatem constitutus cum in fatum concederet, testamento suo de curatoribus suis ita cavit: 'quaestionem curatoribus meis nemo faciat: rem enim ipse tractaui'. quaero, an rationem curae heredes adulti a curatoribus petere possint, cum defunctus, ut ex uerbis testamenti apparet, confessus sit se omnem rem suam administrasse. Modestinus respondit, si quid dolo curatores fecerunt aut si quae res testatoris penes eos sunt, eo nomine conueniri eos posse. E
- 21 **TERENTIUS CLEMENS** libro duodecimo ad legem Iuliam et Papiam. Si id B. 44, 16, 21 *quod mihi deberes uel tibi uel alii legauero idque mihi solueris uel qualibet alia ratione liberatus a me fueris, exstinguitur* || legatum. Unde Iuliano placuit et si debitori heres extiterit *creditor posteaque ipse creditor decesserit, legatum extingui: et hoc uerum est, quia conditio futione perinde exstinguitur obligatio ac solutione. Sed si sub condicione dato legato heres praecoccupauerit et exegerit debitum, aliud dici oportet, quia in arbitrio heredis esse non debet, ut quandoque condicione existente neque ipsi legatario debeatur legatum, si tum uiuat et capere possit, neque ei, ad quem hoc commodum peruenit, si legatarius capere non possit.* E
- 22 **PAPINIANUS** libro nono decimo quaestionum. 'Quod mihi Sempronius debet, peti nolo': *non tantum exceptionem habere debitorem, sed et fideicommissum ut liberetur petere posse responsum est.* P
- 23 **IDEM** libro septimo responsorum. Procurator, a quo rationem heres exigere B. 44, 16, 22 *prohibitus eoque nomine procuratorem liberare damnatus est, pecuniam ab argentario debitam ex contractu, quem ut procurator fecit, iure mandati cogetur restituere uel actiones praestare.* P

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): nam ea quoque ins. (cf. u. I) <sup>2</sup> ne ab eo creditas quoque pecunias exigat? <sup>3</sup> idem Graeci (u. i.): Aurelium Sempronium fratrem meum neminem molestare? <sup>4</sup> sed enim] dein?

1 oportunitus *F*<sup>2</sup> 5 reliqua quoque (quae *WCK*) in iudicio locationis (legationis *K*<sup>4</sup>) uenire] sic libri cum Graecis: λοιπάδες ὁμοίως εἰς τὴν ἐκμίσθωσιν καταφέρονται *B* (*Tipuc.*)  
15 aurelio ... 16 nolo] τῷ ἀδελφῷ μου· οὐδένα βούλομαι ἐπαχθῶς προσερχθῆναι *B* (*Tipuc.*)  
17 usurae *F* nec quicquam emendatum | de-

b'eb'iti *F*<sup>2</sup> 18 caperlat'h'am *F*<sup>2</sup> 20 sed enim] *FDK*, fedarium *WEI*, sedarium *C*  
21 concideret *F*<sup>2</sup> 27 si id (id om. *IC*) quod mihi deberes (debes *IC*) uel (uel om. *I*) tibi uel alii legauero idque mihi solueris] *DEIC*, si quod mihi debere uel solueris *W*, si id quod mihi solueris *FQK*



- 24 IDEM libro octavo responsorum. Cum heres rogatur debitorem suum libere, de eo tantum cogitatum uidetur, quod in obligatione manserit: itaque si quid antequam tabulas apertas fuerit solutum, ad causam fideicommissi non pertinebit. quod autem post tabulas apertas ante aditam hereditatem ab eo, qui uoluntatem defuncti non ignorauit, fuerit exactum, dolo proximum erit ideoque repeti potest. B. 44, 16, 23
- 25 PAULUS libro decimo quaestionum. Legauit Titio quod mihi debetur uel adiecta certa quantitate siue specie uel non adiecta, aut ex contrario aequae cum distinctione, ueluti 'Titio quod ei debeo' uel ita 'Titio centum quae ei debeo': quaero, an per omnia requirendum putes, an debitum sit. et plenius rogo quae ad haec spectant attingas: cotidiana enim sunt. respondi: si is, cui Titius debebat, debitum ei remittere uoluit, nihil interest, heredem suum iussit ut eum liberaret an prohibeat eum exigere: utroque enim modo liberandus est debitor et utroque casu competit ultro ad liberandum debitori actio. quod si etiam centum aureorum uel fundi debiti mentionem fecit, si quidem debitor fuisse probetur, liberandus est: quod si nihil debeat, poterit dici quasi falsa demonstratione adiecta etiam peti quod comprehensum est posse. sed<sup>1</sup> poterit hoc dici si ita legauit: 'centum aureos, quos mihi debet' uel 'Stichum, quem debet, heres meus damnas esto non petere'. quod si sic dixit: 'heres meus centum aureos, quos mihi Titius debet, damnas esto ei dare', etiam illud temptari poterit, ut petere possit quasi falsa demonstratione adiecta: quod mihi nequaquam placet, cum dandi uerbum ad debitum referre se testator existimauerit. contra autem si debitor creditori leget, nullam utilitatem uideo, si sine quantitate leget. sed et si id demonstrat, quod debere se confitetur, nulla utilitas est nisi in his speciebus, in quibus emolumentum debiti ampliatur. quod<sup>2</sup> si centum aureos, quos se debere dixit, legauit, si quidem debet, inutile est legatum, quod si non fuit debitor, placuit utile esse legatum: certa enim nummorum quantitas similis est Stichum legato cum demonstratione falsa: idque et diuus Pius rescripsit certa pecunia dotis acceptae nomine legata. B. 44, 16, 24
- 26 SCAEUOLA libro quarto responsorum. Tutor decedens aliis heredibus scriptis B. 44, 16, 25 P I 77 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 8

quaesitum est, si heres eius ex causa fideiussionis aliquid praestiterit, an<sup>1</sup> herede filiorum eius, pro quo fideiusserat, repetere possit. respondit uerbis quae proponerentur id solum uideri heredum fidei commissum, ne exigent, quod ex ratione tutelae, quam ipse Symphorus administrauerat, ab Arelliis sibi deberetur. Testamento facto debitoribus liberationem reliquerat, post inciso lino et recognito testamento aliud testamentum fecit, in quo repetit legatum his uerbis: 'quibusque legata in eo testamento quod incideram dedi, omnia rata esse et quaeque scripta sunt uolo'. quaesitum est, adita ex sequenti testamento hereditate an debitores, quibus priori testamento liberatio relicta erat, consequi possint, ut etiam eius quantitas nomine, quam post prius testamentum debere coeperant, liberarentur, et si ab his heredes petere coeperint, an doli mali exceptione summonerentur. 10 respondit non liberari. Titius Seio debitori suo ita legauit: 'do lego Seio denarios decem: item dono illi, quidquid sortis et usurarum nomine mihi debebat'. praeterea generaliter damnauit heredes fideique eorum commisit, uti darent restituerent unicuique, quidquid ei legasset. postea Seius aliam praeterea pecuniam a Titio mutuatus est. quaero, an haec quoque pecunia, quae post testamentum factum data esset Seio, legata intellegitur. respon- 15 dit, cum in praeteritum tempus uerba collata proponerentur, non esse posterius credendum<sup>2</sup> legatum. Titius testamento facto et filiis heredibus institutis de patre tutore suo quondam facto ita locutus est: 'Seium patrem meum liberatum || esse uolo ab actione tutelae'. f. 78 quaero, haec uerba quatenus accipi debent, id est an pecunias, quas uel ex uenditionibus rerum factis aut ex nominibus exactis in suos usus conuertit uel nomine suo faenerauit, 20 filii et heredibus testatoris nepotibus suis debeat reddere. respondit eum, cuius notio est, aestimaturum.<sup>3</sup> praesumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri uideri concessa, nisi aliud sensisse testatorem ab heredibus eius approbetur. Maecia testamento suo alterum ex<sup>4</sup> heredibus suis actione tutelae uoluit liberari his [Scaeu. R. I. III l. 31 § 2 h. t. uerbis: 'rationem tutelae, quam egit Iulius Paulus cum Antistio Cicerone, posci ab eo 25 'nolo eoque nomine causa omni liberatum esse uolo': quaero, an, si qua pecunia ex tutela apud eum remansit, peti ab eo possit. respondit nihil proponi, cur pecunia, quae pupillae est et apud tutorem posita maneret, legata uideretur. Testamento ita scripserat: [Scaeu.] Titio adfina meo, quidquid mihi quacumque ex causa debebat, remitti uolo eoque amplius 30 'decem do': codicillis ita scripsit: 'Titio hoc amplius adfina et debitori meo usuram pecuniae, quam mihi debet, ab herede meo donec aduinet: quod si exigere ultra uoluntatem meam putauerit, eius sortis usuram eidem Titio ab heredibus meis donec uiuit praestari uolo'. quaesitum est, cum augendi potius quam minuendi testator uoluntatem habuerit, an heredes ex causa fideicommissi Titio teneantur, ut eum omni debito liberent. respondit 35 secundum ea quae proponerentur uideri minutum legatum, quod primo dederat. Legatum est testamento hoc modo: 'Seio concedi uolo, quidquid mihi ab [Scaeu. R. I. III l. 31 § 4 h. t. eo debitum est uel fidem meam pro eo obligauit': quaero, utrum id solum, quod testamenti facti tempore debebatur, legatum sit, an etiam, si quid ex ea summa usurarum nomine postea accessit, legato cedat. respondit uideri omnem obligationem eius debiti per fidei- 40 commissum solui uoluisse. Sticho testamento manumisso fundum instructum et [Scaeu.] alia legauit et haec uerba adiecit: 'quem rationem reddere ueto, quia instrumenta penes se habet': quaesitum est, an Stichus reliqua, quae ex administratione actus debuerat, reddere debuerit. respondi Stichum eo nomine non teneri. CLAUDIUS: nemo enim ex seruitutis actu post libertatem tenetur et consultatio ad ius debiti relata fuerat: retineri ergo

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> ab *ins.* (u. i.)    <sup>2</sup> creditum?    <sup>3</sup> CLAUDIUS *ins.* (Schulting)    <sup>4</sup> tutoribus ab *ins.*

1 est *bis* F<sup>a</sup> | an] FK, an ab WDEQICK  
7 quaequ'a e F<sup>a</sup> 11 do'lo lego F<sup>a</sup> 12 dono  
illi] FE, do illi DE'ICK, doli W 19 berba F|  
quas om. F<sup>a</sup> 20 faenerabit F<sup>a</sup> 22 pacit F<sup>a</sup>  
23 approbetur F 24 ex heredibus] sic FDEICK  
25 egit inli'an'us F<sup>a</sup> 31 debe'ba't F<sup>a</sup> 32 eius  
sortis usuram] quast' esset ipsam sortem (καί

τὸ κεφάλαιον αὐτὸ) uertuerunt Graeci, cum non intellexerent usura (non usuria) pecuniae significari uisionem, non fenus itaque hoc uoluisse testatorem, si heres is, cui Titii debitum assignatum esset, id ab eo uiuo euegisset, heredes obligari, ut eandem sortem isdem conditionibus Titio restituant: cf. § 8 34 fideicommissi F

- 8 reliqua possunt cum peculio aut ex eo deduci, si legatum est. 'Centum, quae apud Apro-  
 'nianum deposita habeo, apud ipsum esse uolo, donec filius meus ad annos uiginti perue-  
 'nerit, eiusque pecuniae usuram exigi ueto'. quaesitum est, an ex causa fideicommissi  
 Apronianus consequi possit, ne ante tempus a testatore praescriptum ea summa ab eo  
 9 exigatur. respondit secundum ea quae proponerentur consequi posse. Filias heredes  
 scripserat, quarum fidei commisit in haec uerba: 'ne a Gaio Seio rationes actus rei meae,  
 'quae per mensam eius siue extra mensam in diem mortis meae gesta est, exigatis eoque  
 'nomine eum liberetis'. quaesitum est, cum uniuersas rationes in diem mortis iste admi-  
 nistrauerit et per mensam suam et quae extra administrabantur, an ad rationes reddendas  
 heredibus teneatur. respondit liberationem quidem secundum ea quae proponerentur lega-  
 tam esse, sed quatenus praestanda sit, ex qualitate disceptationis iudicem aestimaturum.  
 10 Eum, qui tutelam ipsius administrauerat, || et fratrem suum et alios quosdam scripsit he-  
 redes et tutori legauit, quae impenderat in se et fratrem ipsius, decem: quaesitum est, an  
 utile esset in persona eius fideicommissum. respondit, si id dederit per fideicommissum  
 11 quod debebatur, peti non posse. Idem quaesit, si in tutoris persona inutile esset, an in  
 persona fratris utile uideretur, quoniam illi proficeret, cuius et ipsius<sup>1</sup> tutelam administrasset.  
 12 respondit fratri utiliter esse legatum, cum suo debito liberetur. Idem quaesit, si tutor  
 amplecteretur fideicommissum ita, ut quibusdam stari uellet uerbis testamenti, in quibusdam  
 autem recedat, quod minorem quantitatem sumptuum dicat fideicommissio contineri quam  
 ipse erogauerat, an audiri deberet. respondit non impediri eum scriptura testamenti, quod  
 18 minus omne, quod sibi deberi probasset, petere posset. Quidam [Scaeu. R. I. III D. 32, 93, 1  
 ita legauit: 'Semproniae uxori meae reddi iubeo ab heredibus meis quinquaginta ea,  
 'quae mutua acceperam<sup>2</sup> chirographo particulatim in negotia mea': quaesitum est, an, si  
 uere uxoris debitor fuerit, fideicommissum constiterit. respondit, si debita fuissent, nullum  
 14 esse fideicommissum. Idem quaesit, an, si hanc pecuniam ut debitam apud indicem  
 petierit et uicta fuerit, an fideicommissum peti possit. respondit secundum ea quae pro-  
 ponuntur posse ex causa fideicommissi peti, quod apparuisset non fuisse ex alia causa  
 debitum. [Scaeu.]
- 29 PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. Si is, qui duos reos pro- [B. 44, 16, 28  
 mittendi habet, damnauerit heredem, ut utrosque liberet, si alter ex his capere non possit  
 nec socii sint, delegari debet is qui nihil capit ei cui hoc commodum lege competit:  
 cuius petitione utrumque accidit, ut et hoc commodum ad eum perueniat et is qui capit  
 liberetur. quod si socii sint, propter eum qui capax est et ille capit per consequentias  
 liberato illo per acceptilationem: id enim eueniret, etiamsi solum capacem liberare  
 iussus esset.
- 30 IDEM libro decimo quaestionum. Petitor uel possessor damnauit heredem [B. 44, 16, 29  
 suum, ne centumuirale iudicium exerceat: de effectu legati quaeritur. et dictum ita de-  
 mum utile uideri legatum esse, si malam causam aduersarius testatoris habuit, ut litigante  
 herede uinci debuerit: tunc enim non tantum litis emolumentum, sed etiam sumptus heres  
 legatario praestare cogitur. nam in bona causa nihil uidetur esse in legato nec propter  
 sumptus, quod quidam existimauerunt.
- 31 SCAEUOLA libro tertio responsorum. Creditor debitori legauit ita: 'Gaio [B. 44, 16, 30  
 'Seio, quicquid mihi sub pignore hortorum suorum debuit, ab heredibus meis dari uolo':  
 quaero, cum testator uiuus a Seio aliquid recepit, an id ex causa legati peti possit.  
 respondit secundum ea quae proponerentur non posse. idem repetiit et ait item testatorem<sup>45</sup>  
 ante factos codicillos, quibus legauit, paene omnem pecuniam sortis et usurarum recepisse,  
 ita ut modicum sortis et usurarum debeatur, et quaesit, an ei repetitio competere propter  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> is ins.    <sup>2</sup> sine ins.

6 meae] mei F<sup>1</sup> 8 administrauerit F 9 et  
 quae] ea quae F<sup>o</sup> 18 in quisdam F(sm. f)  
 21 probasse F 24 fuissent] DIC, fuisset FE,

om. inter alia K 37 exerceat F<sup>2</sup> | dictum]  
 dictum est F<sup>2</sup> 46 recepisse ... 47 usurarum  
 om. F<sup>1</sup> 47 repetitio F<sup>2</sup>

uerba ad praeteritum relata 'quidquid mihi debuit'. respondit: prius quidem secundum ea quae proponerentur recte responsum est<sup>1</sup>, uerum posterius<sup>2</sup> propter ea, quae in tempore adderentur, ita ab iudice aestimandum, ut inspiceret, obliuione pecuniae solutae, aut quod eo incio numerata esset, id fecisset, an consulto, quod quantitatem quondam debitam, <sup>4</sup> non ius liberationis dare uoluisset. Inter cetera liberto ita legauit: 'et si || quid me uiuo <sup>f. 79</sup> gessit, rationes ab eo exigi ueto'. quaeritur, an chartas, in quibus rationes conscriptae sunt, item reliquas secundum accepta et expensa heredibus reddere debeat. respondit ea de quibus quaereretur posse heredem uindicare, id autem, quod conseruis, qui remanent in hereditate, crediderit et in rem domini uersum esset, deuisse in reliquis esse. [(B)] Titia, quae duos tutores habuerat, ita cauit: 'rationem tutelae <sup>Scaeu. Dig. l. XVI l. 28 § 4 h. t.</sup> 10 meae, quam egit Publius Maenius cum Lucio Titio, repositi ab eo nolo': quaeritur, an, si qua pecunia apud eum ex tutela remansit, peti ab eo possit. respondit nihil proponi, cur pecunia, quae pupillae esset et apud tutorem remaneret, legata uideretur. Item [(Scaeu.)] quaeritur, an contutor liberatus uideretur. respondit contutorem non liberari. 'Gaius Seio <sup>Scaeu. Dig. l. XVI l. 28 § 6 h. t.</sup> 15 optime merito hoc amplius lego concedique uolo neque ab eo peti neque ab heredibus eius, quidquid mihi aut chirographis aut rationibus debitor est uel quidquid a me mutuum accepit uel fidem meam pro eo obligauit'. quaero, utrum id solum, quod eo tempore, quo testamentum fiebat, debebatur, legatum sit an et si quid ex ea summa usurarum nomine postea accessit legato cedat. respondit secundum ea quae proponerentur uideri omnem obligationem Seio eius debiti per fideicommissum solui uo- <sup>20</sup> luisse. Item quaeritur, si postea nouatione facta et ampliata summa coeperit de- [(Scaeu.)] bere, an id, quod ex uetere contractu debebatur, nihilo minus in causa legati duret et<sup>3</sup> an uero nouatione facta quasi nonus debitor ampliatae summae possit conueniri. respondit id dumtaxat legatum uideri quod tunc debuisset, si tamen mansit in ea uoluntate testator, quae tunc fuisset. <sup>25</sup>

## III.

## R DE ADIMENDIS UEL TRANSFERENDIS LEGATIS UEL SEPA FIDEICOMMISSIS R

- 1 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Qui actu legato iter adimat, nihil adimit, [B. 44, 17, 1] S  
quia numquam actus sine itinere esse potest. <sup>30</sup>
- 2 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Fundo legato adimi ita potest: [B. 44, 17, 2] S  
'fundum illi praeter usum fructum neque do neque lego', ut usus fructus in legato relin-  
1: quatur. Sed et fructus adimi potest, ut proprietas relinquatur. Item pars fundi legati  
adimi potest. <sup>34</sup>
- 3 ULPIANUS libro nicesimo quarto ad Sabinum. Si quis ita legauerit: 'Titio [B. 44, 17, 3] S  
fundum do lego: si Titius decesserit, Seio heres meus dare damnas esto', recte translatum  
legatum uidetur. sed et si iam mortuo eo, cui legatum erat, eadem res transtulerit, Sem-  
1: pronio debetur<sup>4</sup>. Si quis Titio legauerit sic: 'Titio dato aut, si Titius ante decesserit quam  
accipiat, Sempronio dato'<sup>5</sup>, secundum meram supilitatem utrique obligatum uideri here-  
dem, id est et Sempronio et heredi Titii. sed si quidem mora Titio ab herede facta est, <sup>40</sup>  
id heredes eius legati exactio transmittitur Sempronio repellendo: sin autem nulla mora  
interecesserit, tunc Sempronius legatum accipit, et non Titii heredes. sed si ante diem legati  
2: cedentem decesserit Titius, soli Sempronio debetur legatum<sup>4</sup>. Idem dicendum est et fidei-  
F (WDEQICK)

<sup>1</sup> est del. <sup>2</sup> posterius del. <sup>3</sup> et del. <sup>4</sup> sed et si ... debetur collocandum post legatum  
<sup>5</sup> 43 (Menge) <sup>6</sup> et post diem legati cedentem Titius decesserit ins.

<sup>3</sup> F. obliuione F<sup>21</sup> 5 dari F<sup>21</sup> | quid'e'me uiuo 15 leg'at'o F<sup>4</sup> 21 facta et am 'et am'pliata F<sup>2</sup>  
12 cur] WD<sup>5</sup>E<sup>6</sup>K<sup>8</sup> cum loco gemino et 27 de adimentis ind. F<sup>2</sup> | uel fideicommissis  
B (Tip.): ἀπαίτεται χρήματα τὰ μένοντα παρ' om. ind. F 30 nunquam F<sup>2</sup> 33 sed ... re-  
φ τῆς ἐπιτροπῆς, cur non FD<sup>5</sup>ICK<sup>8</sup>, cum E<sup>8</sup> relinquatur bis F<sup>2</sup>

commissa hereditate puero data aut, si ante restitutam decessisset, matri eius relicta: ut, si puer ante diem legati cedentem decessisset, matri debeatur, si postea, ad pupilli heredes fideicommissum transmittatur utpote re ipsa mora subsecuta. Sed et cum quis ita legasset: 'heres meus Titio dato: si non dederit, Sempronio dato', ita demum Sempronio debetur, si dies eius in persona Titii non cessisset. Si quis ita legauerit: 'heres meus Titio fundum dato et si Titius eum fundum alienauerit, heres meus eundem fundum Seio dato', oneratus est heres: non enim a Titio fideicommissum relictum est, si alienasset fundum, sed ab herede ei legatum est. heres igitur debet doli exceptione posita prospicere sibi cautione a Titio de fundo non alienando. Si quis plus quam dedit ademerit, ademptio ualet, ueluti si quis uiginti legauerit et quadraginta ademerit. Si loci usum fructum leget testator et iter adimat, non ualet ademptio nec utitur legatum: sicuti qui proprietatem fundi legat, iter adimendo legatum non minuit. Si duobus Titii separatim legauerit et uni ademerit nec appareat, cui ademptum sit, utriusque legatum debetur, quemadmodum et in dando, si non appareat cui datum sit, dicemus neutri legatum. Si Titio fundum pure eidemque sub condicione legatus sit, deinde postea ademptum sit sic: 'Titio fundum, quem sub condicione legauit, heres meus ne dato', ex nulla datione debetur, nisi specialiter dixerit pure eum legatum uelle accipere. Condicio legati an adimi possit uel hereditatis uel statuliberi, uidendum. et Iulianus scribit in statulibero detractam condicionem non repraesentare libertatem. Papinianus quoque libro septimo decimo quaestionum scribit generaliter condicionem adimi non posse: nec enim datur, inquit, condicio, sed adscribitur: quod autem adscribitur, non potest adimi, sed quod datur. sed melius est sensum magis quam uerba amplecti et condiciones sicut adscribi, ita et adimi posse. Cum Titio centum testamento legasset et eidem odictillis ita legasset: 'Titio quinquaginta dumtaxat nec amplius heres meus dato', non amplius quinquaginta legatarium petiturum. Non solum autem legata, sed et fideicommissa adimi possunt et quidem nuda uoluntate. unde quaeritur, an etiam inimicitias interpositis fideicommissum non debeatur: et si quidem capitales uel grauissimae inimicitiae intercesserint, ademptum uideri quod relictum est: sin autem leuis offensa, manet fideicommissum. secundum haec et in legato tractamus doli exceptione opposita.

4 IDEM libro trigesimo tertio ad Sabinum. Quod si iterum in amicitiam redierunt et paenituit testatorem prioris offensae, legatum uel fideicommissum relictum redintegratur: ambulatoria enim est uoluntas defuncti usque ad uitae supremum exitum. B. 44, 17, 4

5 GAIUS libro secundo ad edictum urbicum. Sicut adimi legatum potest, ita et ad alium transferri, ueluti hoc modo: 'quod Titio legauit, id Seio do lego': quae res in personam Titii tacitam ademptionem continet. B. 44, 17, 5

6 PAULUS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. Translatio legati fit quatuor modis: aut enim a persona in personam transfertur: aut ab eo qui dare iussus est transfertur, ut alius det: aut cum res pro re datur, ut pro fundo decem aurei: aut quod pure datum est, transfertur sub condicione. Sed si id, quod a Titio dedi, a Maeuio dem, quamuis soleant esse duo eiusdem rei debitores, tamen uerius est hoc casu ademptum esse legatum: nam cum dico: 'quod Titium dare damnanus, Seius damnas esto dare', uideor dicere, ne Titius det. ¶ Item si pro fundo decem legentur, quidam putant non esse ademptum prius legatum: sed uerius est ademptum esse: nouissima enim uoluntas seruatur. B. 44, 17, 6

7 ULPIANUS libro uicesimo quarto ad Sabinum. Quod si alii legetur sub condicione, quod alii pure datum est, non plene recessum uidetur a primo, sed ita demum, si condicio sequentis exstiterit: ceterum si hoc animo fuerit testator, ut omnimodo recessum a primo putauerit, dicendum erit a primo ademptum legatum. B. 44, 17, 7

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> Seio *ins.*

4 dato ita demum sempronio *om.* F<sup>2</sup> 5 titio 'dato' fundum dato F<sup>2</sup> 11 nec] DEQICK, ne F<sup>2</sup> 13 debe'be'tur F<sup>2</sup> 14 neutri] FDPCK, utriusque WE (*marg.* P[*isis*] neutriusque) I<sup>2</sup> *propter*

D. 34, 5, 10 *pr.* 23 d'em'umtaxat F<sup>2</sup> 30 testator'em prioris F<sup>2</sup> 31 supr'a'emum F<sup>2</sup> 37 aurei] aut ei F<sup>2</sup>

- 8 **IULIANUS** libro trigesimo secundo digestorum. Et ideo si uiuo testatore mortuus fuerit *S*<sup>o</sup> is, in quem translatum legatum fuerit, nihilo magis ad eum, a quo translatum fuerit, pertinebit.
- 9 **ULPIANUS** libro quinto disputationum. Cum centum, quae quis pure reliquit, *B. 44, 17, 8 S* condicione adiecta iterum eidem legauit, si quidem quasi aliam hanc summam esse uoluit, 5 et quod pure relictum est statim debetur et quod sub condicione adscriptum est, si condicio extiterit. quod si eandem summam mutata uoluntate sub condicione reliquit, pura datio condicionalis effecta uidebitur. quare si in eodem testamento, in quo centum adscripserat, postea quinquaginta reliquerit, si quidem alia uoluit esse haec quinquaginta, centum quinquaginta debebuntur, sin uero quinquaginta tantum deberi uoluit, quinquaginta 10 tantum debebuntur. idem est et si in codicillis id fuerit factum.
- 10 **IULIANUS** libro trigesimo septimo digestorum. Si legatum pure datum Titio *B. 44, 17, 9 S* adimatur sub condicione et pendente condicione Titius decesserit, quamuis condicio defecerit, ad heredem Titii legatum non pertinebit: nam legatum cum sub condicione adimatur, perinde est, ac si sub contraria condicione datum fuisset. Quod ita legatum est: 15 Titio decem heres meus dato: si Titio non dederit, eadem decem Sempronio dato, si moriatur Titius ante diem legati, Sempronius legatum utiliter petet: translatum enim legatum intellegi debet.
- 11 **IDEM** libro quinquagesimo quarto digestorum. Qui hominem legat et Stichum *B. 44, 17, 10 S* adimit, non peremit legatum, sed extenuat, 20
- 12 **ULPIANUS** libro quinquagesimo ad Sabinum. ut Stichum legatarius eligere *B. 44, 17, 11 S* non possit.
- 13 **MARCIANUS** libro sexto institutionum. Diui Seuerus et Antoninus rescripserunt, cum testator postrema scriptura quaqua ratione motus pessimum libertum esse adiecisset, ea quae priore scriptura ei relicta fuerant adempta uideri. 25
- 14 **FLORENTINUS** libro primo institutionum. Legata inutiliter data ademptione *B. 44, 17, 13 S* non confirmantur, ueluti si domino herede instituto, seruo pure legatum sub condicione adimatur: nam pure legatum si sub condicione adimatur, sub contraria condicione datum intellegitur et ideo confirmatur<sup>1</sup>. ademptio autem, quo minus, non quo magis legatum debeat, interuenit. Quibus ex causis datio legati inutilis est, ex isdem causis etiam ademptio 30 inefficax habetur, ueluti si uiam pro parte adimas aut pro parte liberum esse uetes.
- 15 **PAULUS** libro singulari de adsignatione libertorum. Cum seruus legatus a *B. 44, 17, 14 S* testatore et alienatus rursus redemptus sit a testatore, non debetur legatario opposita exceptione doli mali. sane si probet legatarius nouam uoluntatem testatoris, non submouebitur. 34
- 16 **¶ IDEM** ex libro singulari de iure codicillorum. Nihil interest, inducatur *B. 44, 17, 15 S* f. 80<sup>o</sup> quod scriptum est an adimatur.
- 17 **CELSUS** libro uicesimo secundo digestorum. Nihil prohibet priorem scripturam *B. 44, 17, 16 E* posteriore corrigere commutare rescindere.
- 18 **MODESTINUS** libro octauo differentiarum. Rem legatam si testator uiuus *B. 44, 17, 17 E* alii donauerit, omnimodo exstinguitur legatum. nec distinguimus, utrum propter necessitatem rei familiaris an mera uoluntate donauerit, ut, si necessitate donauerit, legatum de- 40 *F(WDBQICK)*

<sup>1</sup> et ideo confirmatur del., nisi plura exciderunt

<sup>2</sup> extiterit *F*<sup>2</sup> 8 adscripserat *FK* 14 adimatur ... 15 condicione *dis F*<sup>2</sup> 17 ante diem legati cedentem aut legerunt aut cogitatione suppleuerunt *Graeci uertentes* πρό της προχωρησεως *B (Tip.)* 25 priori *F*<sup>2</sup> 26 primo] undecimo *F*<sup>1</sup>, xii *K*, om. *W* 27 si domino herede instituto seruo pure legatum sub condicione adimatur nam pure legatum si sub condicione adimatur] *F*<sup>2</sup>, si (om. *D*) seruo a (a om. *D*) domino herede instituto pure legatum si (si om. *DIC*) sub condicione adimatur

nam pure legatum si sub condicione adimatur *F*<sup>2</sup> *WDK*, et sic, sed om. *extremis* nam ... adimatur, *EQIC* 28 nam] quasi esset quamquam, uertunt *Graeci*: κὰν κεκανόνισται τὴν ἀρετικὴν ἀφαίρεσιν εἰσαγεῖν ἀγῆστον ὑπὸ τὴν ἐναντίαν ἀίρεσιν *B (Tip.)* 30 'hisdem *F*<sup>2</sup> 34 summonebitur *F*<sup>2</sup> 40 propter necessitatem rei familiaris] ἐξ ἀνάγκης et *moz p. 168, 2* in necessitatibus] ἄκων *Graeci*: at de donatore agitur non coacto, sed paupere

- beat, si nuda uoluntate, non debeat: haec enim distinctio in donantis munificentiam non cadit, cum nemo in necessitatibus liberalis exsistat.
- 19 IDEM libro undecimo responsorum. Modestinus respondit, si adimendo legatum, quod Maenio relictum sit, fideicommissum ab eo datum defunctus reuocare noluit, heredes ex causa fideicommissi conueniri posse recte probari. B. 44, 17, 18 *E*
- 20 POMPONIUS libro primo ad Quintum Mucium. Licet transferam legatum in eum, cum quo nobis testamenti factio non est, siue in seruum proprium, cui sine libertate legauero, licet eis non debeat, nec illi tamen debetur, cui fuerit ademptum. B. 44, 17, 19 *E*
- 21 LICINIUS RUFINUS libro quarto regularum. Legatum nulli alii adimi potest quam cui datum est: quapropter si filio aut seruo alieno legatum fuerit, domino aut patre legatum adimi non potest. B. 44, 17, 20 *Ef*  
10
- 22 PAPINIUS libro sexto responsorum. Ex parte heres institutus etiam legatum acceperat: eum testator inimicitias grauissimas persecutus, cum testamentum aliud facere instituisset neque perficere potuisset, praeteriit. hereditariae quidem actiones ei non denegabuntur, sed legatum si petat, exceptione doli mali submonebitur. B. 44, 17, 21 *P*  
15
- 23 IDEM libro septimo responsorum. Pater inter filios facultatibus diuisis filiam ex ratione primipili commodorum trecentos aureos accipere noluit ac postea de pecunia commodorum possessionem parauit. nihilo minus fratres et coheredes sorori fideicommissum praestabunt: non enim absumptum uidetur, quod in corpus patrimonii uersum est. cum autem inter filios diuiso patrimonio res indiuisas ad omnes coheredes pertinere uolisset, ita possessionem ex commodis comparatam diuidi placuit, ut in eam superfui pretii filia portionem hereditariam accipiat: hoc enim eueniret in bonis pecunia relicta. B. 44, 17, 22 *P*  
20
- 24 IDEM libro octauo responsorum. Legatum sub condicione datum cum transfertur, sub eadem condicione transferri uidetur, si non condicio priori personae cohaereat: nam si quis uxori sublati liberis legauerit, repetita condicio non uidebitur, quae fuit in persona mulieris necessaria<sup>1</sup>. Pater hortos instructos filiae legauit: postea quaedam ex mancipiis horticorum uxori donauit. siue donationes confirmauit siue non confirmauit, posterior uoluntas filiae legato potior erit: sed etsi non ualeat donatio, tamen minuisse filiae legatum pater intellegitur. B. 44, 17, 23 *P*  
25
- 25 IDEM libro nono responsorum. Alteri ex heredibus praeceptionem praedii dedit: mox alteri praestari aduersus debitorem<sup>2</sup> actiones ad eum finem mandauit, quae praedium fuerat comparatum. cum postea praedio distracto citra ullam offensam eius, quae praeceptionem acceperat, pretium in corpus patrimonii redisset, non esse praestandas actiones coheredi respondi. B. 44, 17, 24 *P*  
30
- 26 ¶ PAULUS libro nono quaestionum. Si, seruo cum libertate dato legato, alienato adimatur libertas, quamuis alieno inutiliter adimatur, tamen legatum ad emptorem non peruenturum: et merito: constitit enim ademptio, quia possit redimi, sicut datio, cum in eum confertur, qui testamenti faciendi tempore fuit testatoris, deinde alienato codicillis libertas datur. Quid ergo, si eum, quem liberum esse quis iusserat, manumiserat uiuus, deinde codicillis libertatem ei ademerit? uideamus, an perdidit legatum uana ademptio libertatis. quod quidam putant: sed supernacua scriptura non nocet legato. B. 44, 17, 25 *P* l. 81  
35
- 27 IDEM libro uicesimo primo quaestionum. Seruus legatus est et ei aliquid. si alienato eo adimatur quod ei legatum est, ualet ademptio, quia et legatum potest procedere, si redimatur. Seruo legato<sup>4</sup> et inter uiuos manumisso si legatum adimatur, B. 44, 17, 26 *P*  
40  
*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> *supple sic fere*: quae fuit in personam mulieris [collata, legato translato in sororem aliamque mulierem] necessariam <sup>2</sup> *idem Graeci* (χρεώστω ἀγωνή): debitores? <sup>3</sup> ei? <sup>4</sup> dato ei legato *ins.* (u. i.)

1 munificentia *F* 4 fideicommissum *F* 8 eis] *F<sup>1</sup>IK* cum *B* (*Tip.*): οὐχ ἀρμόζει ἀγροίς, ei *F<sup>2</sup>DEC* 22 accipiet *F* 27 don. confirmauit] *F<sup>1</sup>*, don. testamento conf. *WDEQICK<sup>1</sup>*, om. inter alia *K* 32 offensum *F* 42 ser-

uus] *FI*, si seruus *WDEQCK* 44 quasi esset seruo legato dato ei legato uertuntur *Graeci*: εἰς τὴν οἰκίαν ἀγατεύσω καὶ αὐτὸν τὸν οἰκετὴν ἐτέρῳ ἀγατεύσω (*Tip.*): quod commode additur (*cf.* u. 42), quamquam potest cogitatione suppleri

nullius momenti ademptio est: igitur legatum, quod ipsi datum est, capiet. nam etsi rursus in seruitutem ceciderit, non tamen legatum eius resuscitabitur: nouus enim uidetur homo esse.

- 28 VALENS libro quinto fideicommissorum. Si tibi certam rem legauero et ro- B. 44, 17, 27 P  
gauero te, ut eam Titio restitueres, deinde eandem rem tibi fideicommisero nec rogauero 5  
te, ut alii eam praestares, quaeritur, an in tua potestate sit ex causa fideicommissi eli-  
gere, ut fideicommissum non praestes. et magis posteriorem scripturam testamenti placuit  
spectari.
- 29 PAULUS libro tertio sententiarum. Libertus, qui in priore parte testamenti B. 44, 17, 28 P  
legatum acceperat et ingratus postea eadem scriptura a testatore appellatus est, commu- 10  
tata voluntate actionem ex testamento habere non potest.
- 30 SCAEUOLA libro nicesimo digestorum. Alumnae suae plura legauerat: quae- B. 44, 17, 29 A  
dam ex his abstulit, quaedam ut praestarentur, ab herede suo petit, in quibus et uiginti 15  
dari uoluit his uerbis: 'hoc amplius do lego darique uolo uiginti auri libras' et adiecit:  
'fideique tuae, Atti, committo, ut in primis Semproniam sororem tuam pro tua pietate et  
'regere et tueri uelis, et, si putaueris eam ad bonam uitae consuetudinem reuersam, ita  
'uiginti auri libras ei reddere, cum morieris. interim tamen redditus eius, id est usuras se-  
'mines ei praestes'. postea codicillis ad Maenium legatarium eadem uiginti libras auri  
transulit et fidei eius commisit in haec uerba: 'uiginti libras auri, quas testamento Sem-  
'proniae alumnae meae reliqui, eas dari uolo Maenio cautionibus interpositis, ut ex ea summa 20  
'eidem Semproniae, quamdiu aduixerit, praestet menstruos denarios quinque et uestiarii  
'nomine denarios centenos uicenos quinos, idque fidei uestrae committo: certa sum autem  
'te, Maeni, pro tua pietate petiturum ab herede tuo, ut uoluntas mea in persona alumnae  
'meae duret'. quaesitum est, an Maenius legatarius cogendus sit post mortem suam uiginti  
libras auri Semproniae restituere, sicut rogatus fuerat Attius heres. respondit secundum ea 25  
quae proponerentur uiginti quidem auri libras non cogendum praestare, sed alia, quae ab  
1 eo alumnae relicta sunt, deberi et a Maenio et ab herede eius, donec uiuit alumna. Titia  
testamento Seiam libertam eandemque collactaneam ex parte duodecima heredem instituerat,  
Pamphilo liberto suo praedia per fideicommissum dedit, in quibus et  $\kappa\upsilon\gamma\kappa\tau\eta\sigma\iota\varsigma$  praediorum  
quae appellabatur circa Colonen: eidem liberto postea per epistulam<sup>1</sup> alias etiam res do- 30  
nauit, in quibus de Seia et Pamphilo ita est locuta: 'Τίτια ἢ τοῖς κληρονόμοις μου χαίρειν. f. 81'  
'βοῦλομαι βέβαια εἶναι τὰ ὑποτεταγμένα, ὅσα ἐφθάσα εἰς τὸ ὄνομα τὸ Πамφίλου πεποιημένα. ἐὰν  
'Seia ἢ συμτροφός μου κληρονόμος μὴ γένηται, ἐξ οὗ γέγραφα αὐτὴν μέρος, βοῦλομαι αὐτῇ δο-  
'εῖναι τὴν  $\kappa\upsilon\gamma\kappa\tau\eta\sigma\iota\varsigma$  τὴν περὶ Κολώνην'. quaesitum est, cum Seia liberta omissa parte here-  
ditatis ei testamento adscripta ex codicillis fideicommissum, id est  $\kappa\upsilon\gamma\kappa\tau\eta\sigma\iota\varsigma$  circa Colonen, 35  
eligat, an, si Pamphilus ex causa fideicommissi eadem praedia uindictet, doli mali exceptione  
summoneri debeat. respondit translatum uideri fideicommissum praediorum, id est  $\kappa\upsilon\gamma\kappa\tau\eta\sigma\iota\varsigma$   
2 quae est circa Colonen, in Seiam libertam. Ab heredibus petierat, ut, si in prouincia de-  
cessisset, sexaginta Lucio Titio darentur, ut is corpus eius curaret in patriam reportari,  
et adiecerat haec uerba: 'cui concedi uolo, si quid ex ea pecunia supererit'. eadem die 40  
et adiecerat haec uerba: 'peto a uobis, ut, sine in prouincia siue in uia  
codicillis ad heredes suos ita scripserat: 'peto a uobis, ut, sine in prouincia siue in uia  
'aliquid mihi humanitus acciderit, corpus meum curetis et<sup>2</sup> in Campania et<sup>2</sup> in monumen-  
tum filiorum meorum reportare'. quaesitum est, an id, quod superfuerit ex sexaginta, a  
3 Lucio Titio tacite ademerit. respondit ademptum uideri. Qui filias ex disparibus portio-

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> per litteras?    <sup>2</sup> et del.

5 tibi = fideicommissero F 7 non praestes] D, non praestet FQ, non praestares K, praestares FC, iam praestares E<sup>2</sup>? I<sup>2</sup>, inc. E<sup>2</sup>  
10 potestea F<sup>2</sup> 21 aduixerit F<sup>2</sup> 24 m'e'ae F<sup>2</sup>  
27 a' t' maenio F<sup>2</sup> 29 colonem F<sup>2</sup>  
32 τὸ πανφ.] τοῦ πανφ. Taur. 39 'ε'χα-

ginta F<sup>2</sup> | lucio titio] IK, lucio uno C, lucio titi' F<sup>2</sup>, lucio WDE 41 bobis F<sup>2</sup> 42 in monumentum] homonumentum F<sup>2</sup> 43 a] FDEK, om. WIC 44 tacite e'ademerit F<sup>2</sup> | respondit bis F<sup>2</sup>



nibus testamento heredes instituerat, paene omnium bonorum suorum eodem testamento diuisionem fecit, deinde haec uerba adiecit: 'τὰ δὲ λοιπὰ πάντα τῶν ὑπαρχόντων μου, ὡς καὶ τὰ τῆς κληρονομίας βάρη ἔσται μόνων τῶν ἀγῶ μου θυγατέρων Πρίμης καὶ Σεκοῦνης τῆς ἐξ ἀγῶν περιούχης'. postea codicillis longe aliam diuisionem fecit bonorum interdem, inter quas et testamento diuiserat, quaedam tamen nulli nominatim dedit. quae est, an Prima et Secunda filiae ex uerbis testamenti consequi possint, ut solae habeant quae nominatim nulli relictas sunt in diuisione, quae nouissima a patre facta est. resp. 4 non a tota uoluntate recessisse uideri, sed his tantum rebus quas reformasset. Cum apertas tabulas testamenti Priscillianus uixerit, de cuius legato portioneque hereditatis in epistula ita cauerat: 'quoniam cognoui Priscillianum filium meum in extremis esse, in summum et piissimum duxi portionem eius hereditatis, quam ei testamento dederam, lego Mariano fratri meo et Ianuario marito meo aequis portionibus: et si quid ei amplius ueram, ut si quid ei humanitus contigerit, do lego<sup>1</sup> darique eis uolo': postea ex infirmitate Priscillianus decessit. quaesitum est, an legatum quoque eius ad Ianuarii Marianum ex causa fideicommissi pertineat. respondit posse uideri, si decessisset ex firmitate, omnimodo et legatum ad eos de quibus quaereretur transtulisse.

- 31 **SCAEUOLA** libro quarto decimo digestorum. Filio ex parte heredi instituto [B. 44.] duos fundos cum mancipiis et instrumento omni legauit: idem uxori plura legata et Stichum et Damam legauit: sed cum in altero ex fundis filio praelegatis cognouisset cum non esse, Stichum misit et tam rei rusticae quam rationibus fundi praefecit: quaesitum est, Stichus utrum ad uxorem an ad filium pertineret. respondit, cum memor erat et quae testamento cauisset, Stichum his praediis, in quae translatus est, actorem cedere 1 uxorem posse Stichum ex fideicommissi causa petere. Matri suae heredi ex parte insti quattuor praedia legauit et fidei eius commisit, ut ex his duo socio restitueret: de codicillis socio ademit fideicommissum: quaesitum est, an nihilo minus ex praelegata 2 ad matrem pertineret. respondi nihil proponi, cur ad matrem<sup>2</sup> pertinerent. Seia testamento suo legauit auri pondo quinque: Titius accusauit eam, quod patrem suum mandasset inficiendum: Seia post institutam accusationem codicillos confecit nec ademit Titio prius legatum et ante finem accusationis decessit: acta causa pronuntiatum est patrem Titio lere Seiae non interceptam. quaero, cum codicillis legatum, quod testamento Titio decessit non ademerit, an ab heredibus Seiae Titio debeatur. respondit secundum ea quae pro 3 rentur non deberi. Filiae, quam in potestate habebat, inter cetera legauit peculium: post factum testamentum pecuniam a debitore filiae exegit et in suam rationem conu quaero, an filia eo nomine cum heredibus patris agere possit. respondit, si probare adimendi animo factum, agere posse.

- 32 **UENULEIUS** libro decimo actionum. Detrahere legatis uel adicere, si nihil [B. 44.] praeter pecuniam numeratam legatum sit, promptum est: cum uero res corporales inuenient, et scriptura difficilior fit et obscura portio. Cum libertas adimitur, legata a relictas nihil attinet adimi.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> ut et si quid ei amplius legaueram, eisdem, si quid ei humanitus contigerit, do lego  
<sup>2</sup> non *ins.* (u. i.)    <sup>3</sup> Titio priuigno *ins.*

1 heredes] heres *F*: κληρονόμος ἕγραψα *B*  
6 filia *FDEICK* 17 scaeuola] idem *F*<sup>2</sup>  
18 seruos 'sit' stichum *F*<sup>2</sup> 22 actorem cedere] *FDCK*, non posse recedere *W*, acto non posse cedere *E*<sup>2</sup>, non posse cedere *E*<sup>3</sup>, a testatore cedere *I* 26 nihil proponi cur (tur *K*<sup>2</sup>, cur *om.* *W*) ad matrem pertinerent (pertineret *DEC*, pertinere *W*)] *FWDEICK*:

ἡ μήτηρ μου αὐτὸ λαμβάνει *B* (*Tip.*): 1  
tionem excidisse uiderunt iam *Faber et S*  
ting alitque (cf. *D. 31, 17 pr. 60. 34, 9, 1*  
27 accusabit *F*<sup>1</sup> 30 interceptum] *FK*  
teremptum *DIC*, intereptum *E* 34 pro  
*F*, probetur *WDEQCK*, probet *I* 37  
ter] *EICK*<sup>2</sup>, propter *FWDK*<sup>2</sup>: ἐνεθα νόμι  
ἐληγάτευσθ *B* (*Tip.*) | pro'm'ptum *F*<sup>2</sup>

## V.

## R DE REBUS DUBIIS R

PSEA

- 1 PAPINIANUS libro septimo responsorum. Fundum Maeuianum aut Seianum B. 44, 18, 1 P Titio legauerat, cum uniuersa possessio plurium praediorum sub appellatione fundi Maeuiani rationibus demonstraretur. respondi non uideri cetera praedia legato uoluisse defunctum cedere, si fundi Seiani pretium a fundi Maeuiani pretio non magna pecunia distingueretur.
- 2 IDEM libro nono responsorum. Ciuibus ciuitatis legatum uel fideicommissum B. 44, 18, 2 P datum ciuitati relictum uidetur.
- 3 PAULUS libro quarto decimo quaestionum. In ambiguo sermone non utrumque dicimus, sed id dumtaxat quod uolumus: itaque qui aliud dicit quam uult, neque id dicit quod uox significat, quia non uult, neque id quod uult, quia id non loquitur.
- 4 (5) IDEM libro nono decimo responsorum. Paulus respondit: cum nomen fideicommissarii testamento adscriptum non sit, nulli personae neque certae neque incertae datum fideicommissum uideri indubitatum est. 15
- 5 (6) GAIVS libro primo fideicommissorum. Quidam relegatus facto testamento post heredis institutionem et post legata quibusdam data ita subiecit: 'si quis ex heredibus ceteris amicis, quorum hoc testamento mentionem habui, siue quis alius restitutionem mihi impetrauerit ab imperatore et ante decessero, quam ei gratias agerem: uolo dari ei qui id egerit a ceteris heredibus aureos tot'. unus ex his, quos heredes scripserat, impetrauit ei restitutionem et antequam id sciret, decessit. cum de fideicommissio quaereretur, an deberetur, consultus Iulianus respondit deberi: sed etiam si non heres uel legatarius, sed 1 alius ex amicis curauit eum restitui, et ei fideicommissum praestari. Si tibi et postumo suo uel alieno hereditatem restituere quis rogauerit 24
- 6 (7) MARCIANUS libro tertio fideicommissorum. uel ex parte te et ex parte postumum heredem instituisset legatumue similiter uel fideicommissum dedisset, B. 44, 18, 6 P
- 7 (8) GAIVS libro primo fideicommissorum. ¶ utrum ita postumus Ποπ. 1, 1 sch. 8. B. 44, 18, 7 P f. 82' partem faciat, si natus sit, an et si natus non sit, quaeritur. ego commodius dici puto, si quidem natus non est, minime eum partem facere, sed totum ad te pertinere, quasi ab initio tibi solido relicto: sin autem natus fuerit, utrosque accipere quantum cuique relictum est, ut uno nato pars tibi dimidia debeat, duobus natis tertia tibi debeat, tribus natis, quia trigemini quoque nascuntur, quarta debeat. et nostra quidem aetate Serapias Alexandrina mulier ad diuum Hadrianum perducta est cum quinque liberis, quos uno fetu enixa 1 est. sed tamen quod ultra tres nascitur, fere portentosum uidetur. Cum quidam pluribus heredibus institutis unius fidei commississet, ut, cum moreretur, uni ex coheredibus, cui ipse uellet, restitueret eam partem hereditatis, quae ad eum peruenisset: uerissimum est utile esse fideicommissum: nec enim in arbitrio eius qui rogatus est positum est, an omnino

F(WDEQICK)

6 pr'a etiam F<sup>2</sup> | non magna pecunia distingueretur] *FDEICK* cum *B* (*Tip.*): εἰ ἡ τιμὴ τοῦ Ἐρμogeneianoῦ ἀγροῦ (= fundi Seiani) μὴ πάνυ αὐτοῦ (τοῦ Γρηγοριανοῦ, id est Maeuiani) ὑπερῆχε, distingueretur (*om. rel.*) *W* 13 inter l. 3 et 4 ins. Idem l. ii resp. (l. ii resp. *Ott.* solus, qui liber praeterea in hac quidem parte inscriptiones non habet plenas, *om. etiam K* inscriptiones praeterea hic habens plenas). Paulus respondit (respondit *om. DE*, loquitur resp. *K*) id quod conditionis implendae causa (in cassa implende *E*) dandum est sine dubio certis et incertis (et inc. *om. E*) personis dari (dare *C*) debere (deberi *D*), ut fideicommissi petitio possit competere *DE* (ubi additur inter idem

et paulus in ipso testu: lex ista non est Pisis) *ICK Ott. 1600, om. FWQ.* neque agnoscunt excerpta *Tipucitiana*, quae capita per se plena raro omittunt. numeri Graecorum in hoc quoque titulo uariant: nam in locis quos ad marginem laudauimus l. 15 citatur sub numero eodem, l. 7 sub numero l. 8, l. 26 sub numero l. 25. adsumunt ad ea uerba glossae Rogerianas in *E*, item in *cod. Lips. 874 Hugolinianae*, quarum prima haec est: 'heo lex non est in pandecta Pisis' 17 e's't F<sup>1</sup> | ceteris'que F<sup>2</sup> 20 impetraue'it F<sup>4</sup> 25 te et ex parte *om. F<sup>1</sup>EK*: ἢ γράψω σε μετὰ κροφορομένου κληρονόμου *B* (*Tip.*) 31 tertia 'a' tibi F<sup>1</sup> 35 commiss'isset F<sup>4</sup>

- uelit restituere, sed cui potius restituat: plurimum enim interest, utrum in potestate eius, quem testator obligari cogitat, faciat, si uelit dare, an post necessitatem dandi solius distribuendi liberum arbitrium concedat. Quaesitum est, si<sup>1</sup> coheredes ex disparibus partibus scripti sint, utrum partem suam in uiriles partes restituere singulis debeat an pro portionibus hereditariis, ex quibus heredes scripti sint. et placuit, si testator ita restitui iussisset partem, si aliquam pecuniam dedissent, si quidem aequas partes iussi fuerint dare, conueniens uideri esse etiam ex fideicommisso aequas partes eis restitui oportere: si uero disparēs in ea pecunia distribuenda significauit testator, ut uideantur hereditariis portionibus congruere, consentaneum esse etiam fideicommissum pro hereditariis partibus eis restitui debere.
- 8 (9) PAULUS libro secundo sententiarum. Si inter uirum et uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto cui donatum est ad eum res redit qui donauerat<sup>2</sup>: quod si simul tam is cui donatum est quam is qui donauerit<sup>3</sup>, quaestionis decidendae gratia magis placuit ualere donationem, eo maxime, quod donator non superuiuat, qui rem condicere possit.
- 9 (10) TRYPHONINUS libro uicesimo primo disputationum. Qui duos impuberes [B. 44, 18, 8 filios habebat, ei qui supremus moritur Titium substituit: duo impuberes simul in naue perierunt: quaesitum est, an substituto et cuius hereditas deferatur. dixi, si ordine uita decessissent, priori mortuo frater ab intestato heres erit, posteriori substitutus: in ea tamen hereditate etiam ante defuncti filii habebit hereditatem. in proposita autem quaestione ubi simul perierunt, 'quia, cum neutri frater superstes fuit, quasi utriusque ultimi decessisse<sup>4</sup> sibi uideantur? an uero neutri, quia comparatio posterioris decedentis ex facto prioris mortui sumitur? sed superior sententia magis admittenda est, ut utriusque heres sit: nam et qui unicum filium habet, si supremum morienti substituit, non uidetur inutiliter substituisse: et proximus adgnatus intellegitur etiam qui solus est quique neminem antecedit: et hic utriusque, quia neutri eorum alter superstes fuit, ultimi primumque obierunt. Cum bello pater cum filio perisset materque filii quasi postea mortui bona uindicaret, adgnati uero patris, 2 quasi filius ante perisset, diuus Hadrianus credidit patrem prius mortuum. Si cum filio suo libertus simul perierit intestati<sup>5</sup>, patrono legitima defertur hereditas, si non probatur 3 superuixisse patri filius: hoc enim reuerentia patronatus suggerente dicimus. Si maritus et uxor simul perierint, stipulatio de dote ex capitulo 'si in matrimonio mulier decessisset' 4 habebit locum, si non probatur illa superstes uiro fuisse. Si Lucius Titius cum filio pubere, quem solum testamento scriptum heredem habebat, perierit, intellegitur superuixisse filius patri et ex testamento heres fuisse, et filii hereditas successoribus eius defertur, nisi contrarium approbetur. quod si impubes cum patre filius perierit, creditur pater superuixisse, nisi et hic contrarium approbetur.
- 10 (11) ULPIANUS libro sexto disputationum. Si fuerit legatum relictum ex cognatis [B. 44, 18, 9] meis qui primus Capitolium ascenderit, si simul duo uenisse dicantur nec apparet, quis prior uenerit, an impediatur legatum? uel ei qui monumentum fecerit, et plures fecerint? uel ei qui maximus natu est, et duo pares aetate sint? sed et si legatum Sempronio amico fuerit relictum, et duo sint aequa caritate coniuncti? sed et si duobus hominibus eiusdem nominis fuerit legatum, puta Sempronii, mox Sempronio ademptum sit nec appareat, cui

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> coheredibus quis partem suam restituere iussus sit et *ins. secundum Graecos (u. i.)*  
<sup>2</sup> superstite eo qui matrimonii tempore donauerat, ante decedente cui fuerat donatum, id quod donatum est penes donatorem remanet *Paulus 2, 23, 5 is quem habemus* <sup>3</sup> defunctus erit *ins.* <sup>4</sup> utrum utriusque substitutus heres erit *ins. (similiter Arndt)* <sup>5</sup> nec successisset *ins. (Kruoger)* <sup>6</sup> intestato?

1 restitnas *F*<sup>2</sup> 3 concedit *F*<sup>2</sup> | si coheredes ex disparibus partibus scripti sint (sin't *F*<sup>2</sup>) | *ἐάν τοις αὐτοῦ συγκληρονόμοις ἀξιώσω αὐτόν ἀποκαταστήσαι καὶ ὅσιν ἐξ ἀνικῶν μερῶν B (Tipuc.)* 5 here'de's *F*<sup>2</sup> 6 fueri'n't *F*<sup>2</sup> 12 tam 'e'is *F*<sup>2</sup> 20 decessisse sibi] *FK*, sibi decessisse *DEC*, decessisse *I* 22 heres sit

nam et qui 'e' unicum filium habet si sup'p'remum *suppl. F*<sup>2</sup>, homo *pro his F*<sup>2</sup> 23 no uidetur *F*<sup>2</sup> 24 h'u'ic *F*<sup>2</sup> 30 e's't *F*<sup>2</sup> 31 superstes 't uiro *F*<sup>2</sup> 40 hominibus] *F*<sup>2</sup>*DE*, om. *F*<sup>2</sup>*QICK*: ἀπο τῶν ὁμωνύμοις ἀγαγεῖσθαι *B (Tipuc.)* 41 sempronii's' *F*<sup>2</sup>

ademptum sit: utrum datio in utriusque persona infringitur an ademptio nulla est, quaeri potest. item si ex pluribus seruis eiusdem nominis uni uel quibusdam libertas relicta est. et uerius est in his omnibus etiam<sup>1</sup> legata et libertates impediri, ademptionem autem in utrumque<sup>2</sup> ualere. Plane si ita libertatem acceperit ancilla: 'si primum marem pepererit, libera esto' et haec uno utero marem et feminam peperisset: si quidem certum est, quid prius edidisset, non debet de ipsius statu ambigi, utrum libera esset nec ne, sed nec filiae: nam si postea edita est, erit ingenua. sin autem hoc incertum est nec potest nec per subtilitatem iudiciale manifestari, in ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi oportet, ut tam ipsa libertatem consequatur quam filia eius ingenuitatem, quasi per praesumptionem priore masculo edito.

10

2) IULIANUS libro trigesimo sexto digestorum. Quotiens libertis usus fructus<sup>3</sup> [B. 44, 18, 10] S legatur et ei, qui nouissimus superuixerit, proprietatem, utile est legatum: existimo enim omnibus libertis proprietatem sub hac condicione 'si nouissimus superuixerit' dari.

3) IDEM libro quinquagesimo digestorum. Quotiens in actionibus aut in ex- [B. 44, 18, 11] S ceptionibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res de qua agitur magis<sup>4</sup> 15 ualeat quam pereat.

(14) IDEM libro singulari de ambiguitatibus. Si is qui ducenta deposuit ita [B. 44, 18, 12] S leget: 'Seio cum ducentis quae apud eum deposui trecenta lego', singulae summae separate quidem certam habent demonstrationem, coniunctione uero tali incidunt in ambiguitatem. sed dicendum est non trecenta, sed quingenta debere, quia duae summae iunguntur. 20 Si quis leget: 'fundum Seianum heres meus Attio cum Dione Maenii seruo dato', dubitatur quidem, Dioni quoque fundus legatus sit an Dio cum fundo legatus sit. sed magis dicendum est non solum fundum, sed etiam seruum Dionem esse legatum, maxime si nullas iustas causas habuit Dioni legandi. Cum ita stipulationem concipimus: 'si hominem aut<sup>5</sup> fundum non dederis, centum dari spondes' utrumque est faciendum, ne stipulatio committatur, id est siue alterum siue neutrum factum sit, tenebit stipulatio. idemque est euidenter, cum propositis specialiter pluribus rebus, quas fieri uolumus, ita stipulamur: 'si quid eorum factum non erit: ueluti Stichum et Damam et Erotem sisti? si quis eorum non steterit, ] decem dari?' necesse est enim omnes esse sistendos, ut stipulationi satisfiat. f. 88<sup>6</sup> 25 nel ut propius accedamus, fingamus ita stipulationem factam: 'si Stichum et Damam et 30 Erotem non sisteris<sup>4</sup>, decem dari?' neque enim dubitabimus, quin aequae omnes sisti oporteat. Utrum ita concipias stipulationem 'si illud aut illud factum non erit' an hoc modo

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> etiam] et? <sup>2</sup> in utrumque] neutrumque (cf. 34, 4, 3, 7)? <sup>3</sup> et (u. i.)? <sup>4</sup> stiteris (Hal.)?

4 ancilla acceperit F<sup>m</sup> 5 haec' F<sup>2</sup> 6 ambig' u' i F<sup>2</sup> 7 'a' edita F<sup>4</sup> 18 summae' F<sup>2</sup> | separatae F 19 coniunctione' m' F<sup>4</sup> 24 aut] FDEICK cum B: τὸδε ἢ τὸδε, et W 28 'h' erotem F<sup>2</sup> 31 'h' erotem F<sup>2</sup> | dubitauimus F<sup>2</sup> 32 utrum ita seq.] locum conclamationum admissis emendationibus supra scriptis sic puto posse explicari. utrum ita concipias stipulationem 'si Stichum aut Damam non stiteris' an ita 'si Stichum et Damam non stiteris' (= si quid eorum factum non erit), hoc interest, quod ubi alterum solum sistas, quamquam uerum est Stichum aut Damam te stituisse et defecit ita prioris stipulationis condicio, non ideo tamen uerum est Stichum et Damam te stituisse siue, quod idem est, aut Stichum aut Damam [debitis dicere 'neque Stichum neque Damam', cf. § 6, sed illud praetulit propter oppositorum aequabilitatem] te non stituisse itaque impleta est condicio stipulationis posterioris. nam simul ea potuerunt esse uera 'Stichum aut Damam te stituisse' et 'aut [= neque] Stichum aut [= neque] Da-

mam te non stituisse', quamuis inter se contraria sunt uel potius uidentur esse. ut hic duae orationes pugnantia continentur simul uerae sunt, ita duae orationes pugnantia continentur simul posse falsae esse. nam 'omnes liberos impuberes decessisse' et 'omnes puberes decessisse' aequae falsum erit, si alii eorum decesserint impuberes, alii puberes | non erit an] hic non deest in quibusdam libris et ideo planissime littera ii (= secunda) legi potest, quod placet R(ogero) et P(lacentino). H(ugolinus). cod. Lips. 874, ubi affertur deinde scholium Rogerii hoc quod nos damus ex codd. Et correctis quibusdam ex Hugolino: 'Ex his apparet superius non esse superfluum et sic forte scribendum questionis huius incipium, ut inter se contrarie sint istarum quas proposuit stipulationum conceptiones, scilicet ita si illud aut illud factum non est et si quid eorum factum erit. ita enim demum unius effectus erit neutrum, alterius utrumque fieri . . . . R(ogero)'. Ponas in principio affirmatiuis

- 'si quid eorum factum non erit, quae ut fierent, comprehensa sunt', hoc interest, quod, quamuis altero facto uerum sit hoc aut illud uere factum esse, non ideo tamen uerum erit hoc aut illud factum non esse. nam simul ea possunt esse uera, quamuis inter se contraria sunt, quia cum significatio non ex uniuerso, sed ex aliquo sumitur, si ueri aliquid inde sit<sup>1</sup>, ueram efficit totam orationem: sicut e contrario duae orationes pugnantia continentibus simul falsae sunt<sup>2</sup>, ueluti si qui liberorum partim puberes, partim impuberes decesserint, nam<sup>3</sup> et hoc falsum erit omnes impuberes decessisse et illud omnes puberes decessisse. id accidit, quia significatio sumitur ex uniuerso, in quo si aliquid falsum est, totam orationem falsam efficit. animaduertendum igitur est, quid sit, de quo quaeritur. nam cum ita concipio 'si illud aut illud non fuerit', quaeri debet, an aliquid factum non sit: 'illius effectus hic est, ut neutrum fiat, huius autem, ut utrumque fiat: nec in illo prodest aliquid non fecisse, si aliquid factum sit, neque in hoc aliquid factum non sit. Proinde si quis ita interroget: 'eorum quid, quae obiciuntur tibi, fecisti?' ille neget, hoc ex-  
 5 primat<sup>4</sup>: 'eorum quid, quae obiciuntur, non feci', id est 'nihil horum feci'. Si quis autem plura in stipulatum deducat, quorum unum fieri uelit, ita comprehendere debet: 'illud aut  
 6 'illud fieri spondes? si nihil eorum factum erit, tantum dabis'? Item si pater familias in testamento ita scripserit: 'si quis mihi filius aut filia genitur, heres mihi esto: si mihi filius 'aut filia heres non erit, Seius heres esto', non satis uoluntatem suam declarauit, si non aliter extraneum heredem esse uolet, quam si neque filius neque filia heres sit: hoc enim modo concipio oportet: 'si mihi neque filius neque filia heres erit'. potest autem interdum superior scriptura esse necessaria, si quis, cum filium et filiam habeat, utrumque heredem instituere uelit, sed siue alter heres futurus sit, extraneum miscere, siue neuter, extraneum substituere. sed procliuior est sententia testatoris sic esse interpretanda<sup>5</sup>, ut, siue filius siue filia nati ei fuerint, extraneus non admittatur, nisi specialiter hoc testator expresserit.
- 14 (15) MARCIANUS libro sexto institutionum. Si quis ita scripserit: 'illis, qui testa- [B. 44, 18, 13] 'mentum meum signauerint, heres meus decem dato', Trebatius utile legatum esse putat: quod Pomponius uerius esse existimat, quia ipsum testamentum confirmatur testibus adhibitis, quod uerum esse existimo.
- 15 (16) IDEM libro secundo regularum. Quaedam sunt, in quibus res dubia est, [B. 44, 18, 14] sed ex post facto retro ducitur et apparet, quid actum est. ut ecce si res legata fuerit et deliberante legatario eam rem heres alii tradiderit: nam si quidem uoluerit legatarius habere legatum, traditio nulla est, si uero repudiauierit, ualet. tantundem est et si pecuniam hereditariam legatam crediderit heres: nam si quidem non repudiauierit legatarius, alienam pecuniam credidit, si uero repudiauierit, suam pecuniam credidisse uidetur. [BS. 23, 1, 8 sch. 1] quid ergo, si consumpta fuerit pecunia? utique idem erit ex euentu dicendum.
- 16 (17) || IDEM libro tertio regularum. Quod de pariter mortuis tractamus, et in [B. 44, 18, 15] aliis agitatum est. ut ecce si mater stipulata est dotem a marito mortua filia in matrimonio sibi reddi et simul cum filia perit, an ad heredem matris actio ex stipulatu competere?<sup>7</sup> F(WDEQICK)

<sup>1</sup> inde sit] insit? <sup>2</sup> sunt del. <sup>3</sup> nam del. <sup>4</sup> cum ita concipio 'si illud et illud factum non fuerit', quaeri debet, an utrumque factum sit ins. <sup>5</sup> exprimit (edd.)? <sup>6</sup> uerba ins. <sup>7</sup> quaedam exciderunt ad hunc modum: an ad heredem matris actio ex stipulatu [transmittitur, cui filia post matrem mortua non potest actio ex stipulatu] competere

uerbis, in fine negatiuis et ita omnia sunt in pace. Dominus autem R(ogerus) et quidam alii sapientes abraderere uolunt istud non quod ponitur iuxta uerbum erit et ponunt id iuxta uerbum fierent et ita legebant: eorum factum erit quae ut non fierent comprehensa sunt. sed certe istud est plus quam grossissimum et absonum nec credendum est hoc uoluisse Iulianum subtilissimum ... praeterea quae fuisset dubitatio, utrum differentia esset inter hanc et illum [immo hoc et illud]? uilissimum

homo poterat uidere istud'. Anon. recitat. cod. Paris. 4601 f. 63 (apud Saugium in hist. iur. 3, 739), qui uidetur errasse de Rogerii emendatione. ex meis nullus omittit uocabulum non neque ante prius neque ante posterius erit magis inserit ante fierent <sup>7</sup> pubere's F<sup>2</sup> 8 quo s'i aliquid F<sup>2</sup> 17 fili'a genitur F<sup>2</sup> 19 sit] sin F<sup>2</sup> 37 filia 'perita' in matrimonio F<sup>2</sup> 38 competere] FWQICK, competeret D, compēt E: οὐ παραπέμπει (is qui dotem dedit) τὴν ἐπερώτησιν τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ B (Tip.)

- et diuus Pius rescripsit non esse commissam stipulationem, quia mater filiae non superuixit. Item quaeritur, si extraneus, qui dotem stipulatus est, simul cum marito decesserit uel cum ea, propter quam stipulatus esset, an ad heredem suum actionem transmittat.
- (8) PAULUS libro duodecimo ad Plautium. Idem est, si dos uxori praelegata<sup>1</sup> [B. 44, 18, 16] \*E  
sit et simul cum marito perierit. 5
- (9) MARCIANUS libro tertio regularum. Sed et in illo quaeritur, si pariter pu- [B. 44, 18, 17] S  
pillus et qui ei substitutus erat frater necessarius decesserit, an frater fratri existat heres  
an contra: uel si duo inuicem necessarii substituti sunt et una perierint, an heredes ex-  
stitisse uideantur: uel alter alteri (hoc est<sup>2</sup> si inuicem) hereditatem rogati fuerint restituere.  
in quibus casibus si pariter decesserint nec appareat, quis ante spiritum emisit, non uidetur 10
- 1 alter alteri superuixisse. Sed et circa legem Falcidiam, si dominus cum seruis simul uita  
functus sit, serui, quasi in bonis eius mortis tempore fuerint, non computantur.
- (20) ULPIANUS libro nicesimo quinto ad Sabinum. Si cognatis legatum sit et hi<sup>3</sup> [B. 44, 18, 18] Sf\*  
cognati quidem esse desierunt, in ciuitate autem maneant, dicendum deberi legatum: cognati  
enim testamenti facti tempore fuerunt. certe si quis testamenti facti tempore cognatus non 15  
1 fuit, mortis tempore factus est per adrogationem, facilius legatum consequitur. Si quis  
cognitioni leget, idem est atque si cognatis legasset.
- (21) PAULUS libro duodecimo ad Plautium. Cum senatus temporibus diui Marci [B. 44, 18, 19] E  
permiserit collegiis legare, nulla dubitatio est, quod<sup>4</sup>, si corpori cui licet coire legatum sit,  
debeatur: cui autem non licet si legetur, non ualebit, nisi singulis legetur: hi enim non 20  
quasi collegium, sed quasi certi homines admittentur ad legatum.
- (22) IDEM libro quarto decimo ad Plautium. Ubi est uerborum ambiguitas, ualet [B. 44, 18, 20] E  
quod acti est, ueluti cum Stichum stipuler et sint plures Stichi, uel hominem, uel<sup>5</sup> Cartha-  
1 gini, cum sint duae Carthagine. Semper in dubiis id agendum est, ut quam tutissimo loco  
res sit bona fide contracta, nisi cum aperte contra leges scriptum est. 25
- (23) IAUOLENUS libro quinto ex Cassio. Cum pubere filio mater naufragio periit: [B. 44, 18, 21] E\*  
cum explorari non possit, uter prior exstinctus sit, humanius est credere filium diutius  
uixisse.
- (24) GAIUS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. Si mulier cum filio impu- [B. 44, 18, 22] E\*  
bere naufragio periit, priorem filium necatum esse intellegitur. 30
- (25) MARCELLUS libro undecimo digestorum. Cum in testamento ambigue aut [B. 44, 18, 23] E  
etiam perperam scriptum est, benigne interpretari et secundum<sup>6</sup> id, quod credibile est cog-  
itatum, credendum est.
- (26) CELSUS libro nicesimo secundo digestorum. 'Quem heredi meo dixero uelle [B. 44, 18, 24] E  
'me liberum esse, liber esto. cui ut dare damnas sit heres meus, dixero, ei heres meus 35  
'dare damnas esto'. testatoris uoluntas, si quibusdam argumentis apparebit, de quo dixit,  
adimplenda est.
- (27) IDEM libro nicesimo sexto digestorum. Cum quaeritur in stipu- [B. 44, 18, 25. Ep. 8 sch. 20] E  
lacione, quid acti sit, ambiguitas contra stipulatorem est. 39
- (28) | MODESTINUS libro primo regularum. Si quis de pluribus unum manumitti [B. 44, 18, 26] E f. 84'  
uoluerit nec appareat, de quo manumittendo testator sensit, nulli eorum fideicommissa com-  
petit libertas.
- (29) IAUOLENUS libro tertio ex posterioribus Labeonis. Qui habebat Flaccum [B. 44, 18, 27] \*S  
fullonem et Philonicum pistorem, uxori Flaccum pistorem legauerat: qui eorum et num  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> relegata (cf. ad D. 33, 4)? <sup>2</sup> alter alteri hoc est del. <sup>3</sup> hi] uidentur compilatores sustu-  
lisse quo haec referebantur: scilicet proposuit Ulpianus haec tractans de adoptiuis a patria potestate  
liberatis <sup>4</sup> quin (edd.)? <sup>5</sup> uel hominem uel] idem Graeci (ἢ γενικῶς δοῦλον ἢ ἐν καρτα-  
ρίῳ): hominemue (similiter edd.)? <sup>6</sup> benigne interpretandum et?

26 naufragio F 30 naufragio F 32 be-  
nigne interpretari et secundum id quod cre-  
dibile est cogitatum credendum est] ΦΙΛΑ-

ΓΑΘῶΣ ἘΡΜΗΝΕΥΤΕΟΝ ΠΡὸς ὃ ΠΙΘΑΝὸν ἔστιν ἐν-  
θΥΜΗΘῆΝΑΙ ΤὸΝ ΔΙΑΘΕΜΕΝΟΝ B (Tvp.)

uterque deberetur? placuit primo eum legatum esse, quem testator legare<sup>1</sup> sensisset. quod si non apparet, primum inspiciendum esse, an nomina seruorum dominus nota habuisset = quod si habuisset, eum deberi, qui nominatus esset, tametsi in artificio erratum esset. si autem ignota nomina seruorum essent<sup>2</sup>, pistorem legatum uideri perinde ac si nomen eum adiectum non esset.

- 29 (30) SCAEUOLA libro octauo decimo digestorum. Plures testamento manumiserat, [B. 44, 18, 28] in quibus Sabinam et Cyrogeniam, cum quisque eorum ad trigesimum annum aetatis peruenisset et cum liber quisque eorum esset, certam summam dari uoluerat. et coniuncta scriptura ita cauerat: 'Sabinae et Cyrogeniae dari uolo, cum ad statutam aetatem peruenierint, singulis decem et hoc amplius alimentorum nomine in annos singulos quoad uiuent singulis decem'. quaesitum est, utrum omnibus manumissis alimenta debeantur an uero Sabinae et Cyrogeniae solis. respondit secundum ea quae proponerentur uideri omnibus alimenta legata.

## VI.

## R DE HIS QUAE POENAE CAUSA RELINQUUNTUR R

- 1 AFRICANUS libro quaestionum. Filio familias uel seruo herede instituto [B. 44, 18, 81] etiam si in patris dominiue poenam illicite uel probrose datum est, nullius momenti legatum esse respondit: non enim id solum, quod in heredes<sup>3</sup>, sed omne, quod in cuiusque lucrum aliquid ex ultima uoluntate sentientis talem poenam in testamento scriptum sit, nullius momenti habendum.
- 2 MARCIANUS libro sexto institutionum. Poenam a condicione uoluntas testatoris separat et an poena, an condicio, an translatio sit, ex uoluntate defuncti apparet: idque diui Seuerus et Antoninus rescripserunt.

## VII.

## R DE REGULA CATONIANA R

- 1 CELSUS libro trigesimo quinto digestorum. Catoniana regula sic definit, [B. 44, 18, 83] quod, si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile foret, id legatum quandocumque decesserit, non ualere. quae definitio in quibusdam falsa est. Quid enim, si quis ita legauerit: 'si post kalendas mortuus fuero, Titio dato'? an cauillamur? nam hoc modo si statim mortuus fuerit, non esse datum legatum uerius est quam inutiliter datum. Item si tibi legatus est fundus, qui scribendi testamenti tempore tuus est, si eum uiuo testatore alienaueris, legatum tibi debetur, quod non deberetur, si testator statim decessisset.
- 2 PAULUS libro quarto ad Plautium. Sed et si sic legauerit: 'si filia mea [B. 44, 18, 85] Titio nupta erit', sufficere uisum est, si mortis tempore nupta inueniatur, licet testamenti facti tempore fuerit impubes.
- 3 PAPIANUS libro quinto decimo quaestionum. Catoniana regula non pertinet ad hereditates neque ad ea legata, quorum dies non mortis tempore, sed post aditam cedit hereditatem.
- 4 ULPIANUS libro decimo ad Sabinum. Placet Catonis regulam ad conditionales institutiones non pertinere. [B. 44, 18, 85]
- 5 IDEM libro uicesimo secundo ad Sabinum. Regula Catoniana ad nouas leges [B. 44, 18, 86] non pertinet.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> se *ins.*

<sup>2</sup> nomina seruorum essent *del.*

<sup>3</sup> heredis (*Hal.*)?

8 peruenissent *F* 15 relinquuntur *F contra ind. F* 26 regula<sup>r</sup> sic *F<sup>2</sup>* 27 id legatum] illegatum *F<sup>1</sup>* (*em. F<sup>2</sup>*) 29 cabillamur *F<sup>2</sup>*

87 ad hereditates] *idem Graeci: πρὸς τὰς κληρονομίας B (Tsp.)*

## VIII.

## R DE HIS QUAE PRO NON SCRIPTIS HABENTUR R SEP

- 1 IULIANUS libro septuagesimo octavo digestorum. Si quis hereditatem uel B. 44, 18, 37 S legatum sibi adscripserit, quaeritur, an hereditas uel legatum pro non scripto habeatur. et quid, si substitutum habeat huiusmodi institutio? respondit: pars hereditatis, de qua me consulisti, ad substitutum pertinet: nam senatus cum poenas legis Corneliae constitueret aduersus eum, qui sibi hereditatem uel legatum scripsisset, eodem modo improbase uidetur, quo improbatæ sunt<sup>1</sup> illæ: 'qua ex parte me Titius heredem scriptum in tabulis suis recitauerit, ex ea parte heres esto', ut perinde haberentur, ac si insertæ testamento non fuissent. 10
- 2 ALFENUS UARUS libro quinto digestorum. Quae in testamento scripta essent B. 44, 18, 38 S neque intellegerentur quid significarent, ea perinde sunt ac si scripta non essent: reliqua autem per se ipsa ualent.
- 3 MARCIANUS libro undecimo institutionum. Si in metallum damnato quid extra causam S<sup>f</sup> alimentorum relictum fuerit, pro non scripto est nec ad fiscum pertinet: nam poenæ seruus est, non Caesaris: et ita diuus Pius rescripsit. Sed et si post testamentum factum heres institutus uel legatarius in metallum datus sit, ad fiscum non pertinet. Item B. 44, 18, 39 si seruo alieno quid legatum fuerit et postea a testatore redemptus sit, legatum extinguatur: nam quae in eam causam peruenerunt, a qua incipere non poterant, pro non scriptis habentur. 20
- 4 ULPIANUS libro tertio decimo ad legem Iuliam et Papiam. Si eo tempore, B. 44, 18, 40 E quo alicui legatum adscribebatur, in rebus humanis<sup>2</sup> non erat, pro non scripto hoc habetur. Sed et si in hostium potestate erat, quo<sup>3</sup> testamentum fiebat, neque ab hostibus rediit, pro non scripto erit: et ita Iulianus scribit. cf. Iul. D. 80, 101, 1 24
- 5 PAULUS libro duodecimo quaestionum. Quod quis sibi adscripserit, si alii B. 44, 18, 41 P restituere a testatore iussus est, cum onere fideicommissum<sup>4</sup> id apud heredem remanet, quamuis pro non scripto esset. idem est et in testamento militis.

## VIII.

## R DE HIS QUAE UT INDIGNIS AUFERUNTUR R SEPA

- 1 MARCIANUS libro sexto institutionum. Diui Seuerus et Antoninus rescripserunt quasi indignum carere legato seu fideicommissum libertum, quae ei testamento patroni relicta erant, cum patronum suum post mortem eius quasi illicitæ mercis negotiatorem detulerat, quamuis et praemium meruit. B. 60, 42, 1 S 31
- 2 IDEM libro undecimo institutionum. Auferitur hereditas ex asse et ad fiscum B. 60, 42, 2 S pertinet, si emancipatus filius contra tabulas bonorum possessionem patris ut praeteritus potierit et ex substitutione impuberis adierit hereditatem. Item si quis contra mandata duxerit uxorem ex ea prouincia, in qua officium<sup>5</sup> aliquid gerit, quod ei ex testamento uxoris adquisitum est diui Seuerus et Antoninus rescripserunt retinere eum non posse, tamquam si tutor pupillam contra decretum amplissimi ordinis in domum suam duxisset. utroque ergo casu etiam ex asse heres institutus adierit hereditatem, fisco locus fit: nam quasi indigno si auferitur hereditas. Per contrarium autem ducta tam ab eo, qui officium in pro-

P(WDEQICK)

<sup>1</sup> institutiones ins.    <sup>2</sup> is ins.    <sup>3</sup> tempore ins. (edd.)    <sup>4</sup> fideicommissi (u. t.)?    <sup>5</sup> officii?

<sup>2</sup> scripto ind. F    <sup>4</sup> sibi post legatum DQK, post hereditatem E, post adscripserit I cum B: τίς τις ἐν Διαθήκῃ ἐτέρου κληρονομίαν ἢ λιγόντων λαγνῶν προσγράψῃ (Typ.), om. F 11 al-

phenus F 21 decimo suppl. F<sup>21</sup> 26 onere fideicommissum] FE, honore fideicommissum IC, onere fideicommissi DQK, omne fideicommissum W 32 relicta 'fuerant' F<sup>21</sup>



- uincia gerebat, quam a tutore illicite magis est, ut dicatur capere illam<sup>1</sup> ex testamento nec  
 3 quasi indignam esse repellendam. ¶ Idem erit, si quis uiui ignorantis bona uel partem  
 bonorum alicuius cognati donauerit: nam quasi indigno auferitur.
- 3 IDEM libro quinto regularum. Indignum esse diuus Pius illum decreuit, ut B. 60, 42, 3  
 et Marcellus libro duodecimo digestorum refert, qui manifestissime comprobatus est id  
 egisse, ut per neglegentiam et culpam suam mulier, a qua heres institutus erat, moreretur.
- 4 ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. Papinianus libro quinto quaestio- B. 60, 42, 4  
 num ait, si quis unum heredem, quasi per falsum adscriptum, accusauit, legatum ei non  
 auferri a coherede relictum, quem non inquietauit.
- 5 PAULUS libro primo de iure fisci. Post legatum acceptam non tantum licebit B. 60, 42, 5  
 falsum arguere testamentum, sed et non iure factum contendere: inofficiosum autem dicere  
 1 non permittitur. Ille, qui non iure factum contendit nec optinuit, non repellitur ab eo  
 quod meruit: ergo<sup>2</sup> qui legatum secutus postea falsum dixit, amittere debet quod con-  
 secutus est. de eo uero qui legatum accepit, si neget iure factum esse testamentum, diuus  
 Pius ita rescripsit: 'cognati Sophronis licet ab herede instituto acceperant legata, tamen,  
 'si is eius condicionis fuerit uisus, ut optinere hereditatem non possit, et iure intestati ad  
 'eos cognatos pertinet, petere hereditatem ipso iure poterunt. prohibendi autem cf. D. 5, 2, 48  
 'sint an non, ex cuiusque persona condicione aetate cognita causa a iudice constituendum  
 2 'erit'. Amittere id quod testamento meruit et eum placuit, qui tutor datus excusauit se a  
 tutela: sed si consecutus fuerit, non admittitur ad excusationem. diuersum puto in eo, qui  
 legatum tantum meruit et a matre pupilli tutor petitus excusare se maluit: hic enim nihil  
 contra iudicium defuncti fecit. sed hoc legatum, quod tutori denegatur, non ad fisco  
 3 transfertur, sed filio relinquitur, cuius utilitates desertae sunt. Si pater accusauerit testa-  
 mentum uel dominus, denegabitur ei actio etiam eius quod filio eius uel seruo legatum est,  
 si ad ipsos emolumentum rei peruenturum est: quod si personam illorum spectet, diuersum  
 4 dicendum est. Si seruum suum rogatus sit manumittere qui legatum meruit uel etiam  
 ipsi seruo utrumque datum sit, dicendum est non debere obesse seruo factum domini, sed  
 a fisco redimendum, ut manumittatur, si tamen uelit seruum uendere (quia non potest cogi)  
 5 qui iudicium spreuit defuncti. Si filius familias falsum accusauerit testamentum, uidendum  
 est, an denegari debeat actio patri: et puto, si inuito patre accusauit, non esse denegan-  
 6 dam patri actionem. Si is, cui rogatus sum legatum restituere, falsum dixerit, restituere  
 7 id fisco debeo. Qui accusauit falsum, heres legatario existit uel heredi scripto: nihil  
 8 huic nocere dicendum est. Similis est ei et qui inofficiosum dicit. Aetati eius qui accu-  
 sauit ignoscitur, et maxime si tutor uel curator dicere falsum uel inofficiosum uelit: et ita  
 10 imperatores Seuerus et Antoninus rescripserunt. His uero, qui testimonio suo intentionem  
 11 accusatoris adiunauerunt, deneganda est actio: idque diuus Seuerus decreuit. Sunt qui  
 putant, et recte, et ei denegandam, qui accusatori adfuit uel fideiussor pro eo exstiterit.  
 12 Quidam et praesidem indignum putant, qui testamentum falsum pronuntiauit, si appellatione  
 13 intercedente heres scriptus optinuit. Aduocatum fisci, qui intentionem delatoris exsequitur,  
 14 in omnibus officii necessitas satis excusat. Qui principale testamentum ¶ arguit, et a se-  
 cundis tabulis repellendus est: item a codicillis ad testamentum factis licet non confirmatis  
 non idem sequendum est, si secundas tabulas uel codicillos coarguit, quia non utrumque  
 15 hoc casu improbasse uidetur. An libertas ei seruo data, qui testimonio suo infringere uo-  
 luerit testamentum, auferri debeat, uidendum est. fideicommissum utique non est dignus  
 16 consequi: et de libertate diuus Pius iudicauit esse ea priuandum. Ei, qui tutor datus est,  
 17 non prodest ad excusationem, quod falsum dixit: sed a legato remouetur. Qui mortis causa  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> illam] illorum?    <sup>2</sup> ergo del.

11 et non] et in non F<sup>o</sup>W    13 ergo qui]   
 ó δε ως πλάστις (κατηγορών) εκπίπτει (τοῦ   
 ἀγῆστοῦ) BS (Cyr.)    15 cognati] cognatis   
 FWDEQICK    18 ex cuiusque persona con-

dicione aetate] ἐκ τοῦ προσώπου καὶ ἀπέτατος   
 καὶ ἡλικίας BS (Cyr.)    25 ad ipsos] ab ipsos   
 F<sup>1</sup>, ab ipso W    29 speruit F<sup>1</sup>    35 his] hic F<sup>1</sup>

- 18 donationem accepit a testatore, non est similis in hac causa legatario. Alia causa est eius qui propter testamentum a legatario uel a statulibero accipere iussus est: hic enim ut indignus repellitur. Et Falcidiae beneficium heredi scripto auferri debere diuus Pius et diuus Marcus putauerunt. Omnes, qui ut indigni repellentur, summonendi sunt a praemio, quod secundum edictum diui Traiani datur his qui se deferunt. 5
- 6 MARCELLUS libro nicesimo secundo digestorum. Rescriptum est a principe B. 60, 42, 6 E heredem rei quam amouisset quartam non retinere. et ideo si is qui quadringenta habebat minus quadringenta legauit et heres centum subtraxisset, trecentorum quartam retinebit, septuaginta quinque scilicet, et ducenta uiginti quinque dabit legatariis: ex centum quae subripuit, legatariis quidem dabit septuaginta quinque, reliqua, id est uiginti quinque, ad factum uenient. 10
- 7 MODESTINUS libro sexto differentiarum. Qui Titii testamentum falsum dixit B. 60, 42, 7 E nec optinuit, heredi eius heres exsistere prohibendus non est, quia non principaliter in Titii hereditatem succedit. 14
- 8 IDEM libro nono regularum. Indigno herede pronuntiato adempta<sup>1</sup> hereditate B. 60, 42, 8 E confusas actiones restitui non oportet.
- 9 ULPIANUS libro quarto decimo ad legem Iuliam et Papiam. Si inimicitiae B. 60, 42, 9 E capitales interuenerunt inter legatarium et testatorem et uerisimile esse coeperit testatorem noluisse legatum siue fideicommissum praestari ei, cui adscriptum relictum<sup>2</sup> est, magis est, ut legatum ab eo peti non possit. Sed et si palam et aperte testatori maledixerit et infestas uoces aduersus eum iactauerit, idem erit dicendum. si autem status eius controuersiam mouit, denegatur eius quod testamento accepit persecutio: ex qua specie statim factio deferetur. 20
- 10 GAIVS libro quinto decimo ad legem Iuliam et Papiam. In fraudem iuris B. 60, 42, 10 E fidem accommodat, qui uel id quod relinquitur uel aliud tacite promittit restitutum se personae quae legibus ex testamento capere prohibetur, siue chirographum eo nomine dedit siue nuda pollicitatione repromiserit. Si quis ei qui capere possit rogatus fuerit restituere et is mortis tempore prohibetur legibus hoc capere, non dubito quin, etiam deficit fideicommissum, apud eum tamen, qui rogatus est restituere, manere debet, quia nulla fraus eius interuenisse uidetur, nisi si in futurum casum fidem accommodauit, id est ut, licet capere legibus prohiberi coeperit, restituat. Recte dictum est, si pater filii, quem in potestate habebat, tacitam fidem interposuerit, non debere id filio nocere, quia parendi necessitatem habuerit. 25
- 11 PAPINIANUS libro quinto decimo quaestionum. Heres, qui tacitam fidem B. 60, 42, 11 P f. 86' contra leges accommodauit, in ea parte, quae fraudem adhibuit, Falcidia non utitur: et ita senatus censuit. sed si maior modus institutionis quam fraudis fuerit, quod ad Falcidiam attinet, de superfluo quarta retinebitur. 35
- 12 IDEM libro sexto decimo quaestionum. Cum quidam scripsisset heredes quos B. 60, 42, 12 P instituire non potuerat, quamuis institutio non ualere neque superius testamentum ruptum esset, heredibus tamen ut indignis<sup>4</sup>, qui non habuerunt supremam uoluntatem, abstulit iam fidem senatus hereditatem. quod diuus Marcus in eius persona iudicauit, cuius nomen peracto testamento testator induxerat: causam enim ad praefectos aerarii misit: uerum ab eo legata relictata salua manserunt. de praeeptionibus eidem datis uoluntatis erit quaestio: et legatum ei non denegabitur, nisi hoc euidenter testatorem uoluisse appareat. 44
- 13 IDEM libro trigesimo secundo quaestionum. Claudius Seleucus B. 60, 42, 13. Ep. 22, 28 P Papiniano suo salutem. Maenius in adulterio Semproniae damnatus eandem Semproniam F(WDEQICK)

<sup>1</sup> idem Graeci (u. t.): adita (cf. l. 18 § 1 h. t. et 49, 14, 29, 1)? <sup>2</sup> relictumus? <sup>3</sup> qua (edd.)?  
<sup>4</sup> tamen ut indignis heredibus?

<sup>2</sup> legatario 'alia causa est eius qui propter' 5  
 ul F<sup>2</sup> 5 trahunt F<sup>15</sup> adempta hereditate] 15  
 ἡμερομηνία παρ' ἐμοῦ κληρονομίας B (Anon.)  
 20 testator] sic legatum etiam Graeci: ἐάν ὁ

ΛΗΓΑΤΑΡΙΟΣ... ΤΡΑΧΕΩΣ ὕΒΡΙΣΙΝ Αὐτόν (τὸν τεστά-  
 τορα) BS (Cyr.) 21 inf' austas F<sup>2</sup> 35 acc' om-  
 modauit F<sup>4</sup> 42 peracto testamento] μὴ παν-  
 ρώσας τὴν διαθήκην B (Anon.): cf. 28, 5, 12

non damnatam duxit uxorem: qui<sup>1</sup> moriens heredem eam reliquit: quaero, an iustum matrimonium fuerit et an mulier ad hereditatem admittatur. respondi neque tale matrimonium stare neque hereditatis lucrum ad mulierem pertinere, sed quod relictum est ad fiscum peruenire. sed et si talis mulier uirum heredem instituerit, et ab eo quasi ab indigno hereditatem auferri dicimus.

- 14 IDEM libro trigesimo tertio quaestionum. Mullerem, quae stupro cognita in [B. 60, 42, 14] contubernio militis fuit, etsi sacramento miles solutus intra annum mortem obierit, non admitti ad testamentum iure militiae factum et id quod relictum est ad fiscum pertinere proxime tibi respondi.
- 15 IDEM libro sexto responsorum. Heredi, qui falsos codicillos esse dixit neque [B. 60, 42, 16] optinuit, hereditas non aufertur: si tamen aliquid a coherede codicillis acceperit, eius actio denegabitur. itaque si bonorum inter heredes diuisionem defunctus codicillis fecerit, partes quidem hereditarias, in quibus legatum consistere non potuit, tenebit, sed Falcidiae beneficio non utetur, si tantum in amissis portionibus erit, quod Falcidiam aequitate compensationis recusaret<sup>2</sup>.
- 16 IDEM libro octauo responsorum. Cum tabulis secundis pater impuberi filio [B. 60, 42, 16] fratris filios coheredibus datis substituisset ac substituti fratris filii post mortem pueri matrem eius partus subiecti ream postulassent, ut hereditatem patris legitimam optinerent: nictis auferendam esse partem hereditatis ex causa substitutionis respondi, quia ex testamento sententiam secundum se dictam non habent<sup>3</sup>. Quoniam stuprum in [(B) Ep. p. 270] ea contrahi non placuit, quae se non patroni concubinam esse patitur, <sup>4</sup>eius, qui concubinam habuit, quod testamento relictum est, actio non denegabitur. idque in testamento Coccei Cassiani clarissimi uiri, qui Rufinam ingenuam honore pleno dilexerat, optimi maximeque principes nostri iudicauerunt: cuius filiam, quam alumnam testamento Cassianus nepti <sup>2</sup>coheredem datam appellauerat, uulgo quae sitam apparuit. Cum heredis nomen [B. 60, 42, 16] mutata uoluntate pater familias incisis tabulis induxisset atque ideo fisco portionis emolumentum adiudicatum fuisset, eam rem legatariis non obesse, qui retinuerant uoluntatem, diuo Marco placuit, || et ideo cum suo onere fiscum succedere.
- 17 IDEM libro tertio decimo responsorum. Heredem, qui sciens defuncti uin- [B. 60, 42, 17] dictam insuper habuit, fructus omnes restituere cogendum existimari nec probe desideraturum actionem confusam restitui: deceptum autem ignoracione facti bonae fidei possessoris defensionem habiturum ante motam scilicet controuersiam, si ratio fructuum subducatur, nec improbe confusam actionem reddi postulaturum.
- 18 IDEM libro quinto decimo responsorum. Eum, qui tacitum fideicommissum [B. 60, 42, 18] in fraudem legis suscepit, eos quoque fructus, quos ante litem motam percepit, restituere cogendum respondi, quod bonae fidei possessor fuisse non uidetur exemplo <sup>4</sup>bonorum fisco uindicatorum. post motam de tacito fideicommissio controuersiam ante <sup>5</sup>pretia fructuum percepta cum usuris esse restituenda respondi, sed <sup>7</sup>omnium fructuum, quorum pretia percepta fuerant: quod si fructus in usu habuit, eorum pretia tantum restitui satis erit. sed diuus Seuerus bonorum tacite relictorum citra distinctionem temporis fructus dumtaxat deberi, <sup>1</sup>non etiam usuras eorum benigne decreuit: quo iure utimur. Bonis uniuersis ex causa taciti fideicommissi fisco restitutis heredem onus aeris alieni non spectare conuenit: nec aliud seruatur morte non defensa. si quid tamen ob aditam hereditatem actionibus aut <sup>2</sup>seruitutibus confusis amiserit, auxilio <sup>5</sup>restitutionis non merebitur. Pro parte heres institutus praedii legatum acceperat et in hereditate non capienti restituendi tacitum ministerium (WDEQICK)

<sup>1</sup> quin (Best)? <sup>2</sup> recusarent? <sup>3</sup> quia ex testamento sententia secundum se dicta (sic Rob. Stephanus) non adirent? <sup>4</sup> ei ins. (u. i.) <sup>5</sup> extemplo? <sup>6</sup> ante del. aut scr. autem <sup>7</sup> sed] scilicet? <sup>8</sup> auxilium (edd.)?

10 falsus F<sup>o</sup> 14 quod seq.] ὅσα δι' ἀντελογισμοῦ ἐπλήρωσε τὸν Φαλκίδιον Β (Anon.) 18 legi-timam F<sup>2</sup> 21 eius] quasi esset ei eius uerterunt Graeci: ἰσχυρῶς ἀηγάτεγεται τὰ

τῆ ΠΑΛΛΑΚΙΔΙ ΚΑΤΑΛΙΜΠΑΝΟΜΕΝΑ Epit. 22 quod] DIK<sup>o</sup>, quo FWK<sup>o</sup>, quo qui (in margine al. quod) E, quod ex C, quod testamento om. Q 25 quae sitam FDICK, quæ-tium E

rium susceperat. quamquam legatum pro ipsius parte non constitisset ideoque portionem istam pro herede possideret, tamen ei praedium integrum esse relinquendum respondi: neque enim rationem iuris ac possessionis uarietatem inducere diuisionem uoluntatis.

9 PAULUS libro sexto decimo responsorum. Respondit, si scriptis heredibus [B. 60, 42, 19] P ideo hereditas ablata est, quod testator aliud testamentum mutata uoluntate facere uoluit 5 et impeditus ab ipsis est, ab uniuerso iudicio priore recessisse eum uideri.

0 HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. Ei, qui mortem uxoris non [B. 60, 42, 20] P defendit, ut indigno dos auferatur.

1 PAULUS libro quinto sententiarum. Portiones quoque eorum fisco uindi- [B. 60, 42, 21] P cantur, qui mortem libertorum suspecto decedentium non defenderunt: omnes enim heredes 10 uel eos qui loco heredis sunt officiose agere circa defuncti uindictam conuenit.

2 TRYPHONINUS libro quinto disputationum. Tutorem, qui pupilli sui nomine [B. 60, 42, 22] P falsum uel inofficiosum testamentum dixit, non perdere sua legata, si non optinuerit, optima ratione defenditur et, si libertum patris pupilli sui nomine capitis accusauerit, non 15 repelli a bonorum possessione contra tabulas, quia officii necessitas et tutoris fides excu- sata esse debet. nec quisquam iudicum calumnia notabit tutorem, qui non suis similitudinibus accusationem sub nomine pupilli instituit, sed cogente forte matre pupilli uel libertis patris instantibus. et si tutor reum aliquem postulauerit pupilli nomine et ideo non sit exsecutus, quod interim ad pubertatem pupillus peruenerit, non oportet dici in Turpillianum 20 eum senatus consultum incidisse. discreta sunt enim iura, quamuis plura in eandem per- sonam deuenerint, ¶ aliud tutoris, aliud legatarii: et cum non suae personae iure, sed pu- pilli accusauerit, propriam poenam mereri non debet. denique pupillo relicta in eo testa- 25 mento, nisi a principe conseruata sint, pereunt: adeo ille est accusator, is defensor et quasi patronus. idem et Sabinus libris ad Uitellium scripsit. 24

3 GAIUS libro singulari de tacitis fideicommissis. Si quilibet heres ex cuius- [B. 60, 42, 23] P cumque testamento tacite rogatus fuerit, ut quadrantem, quem legis Falcidiae beneficio retinuit, non capienti restituat, aequae locus erit senatus consulto: neque enim multum in- 30 tererit inter tale fideicommissum et cum quis id, quod ad se ex hereditate peruenerit, restituere rogatus sit. 29

4 PAPINIANUS libro octauo decimo quaestionum. Si testamentum patris iure [B. 60, 42, 24] P factum filius negauit, quoniam de iure disputauit, non iudicium impugnavit aut accusauit, retinet defuncti uoluntatem.

5 IDEM libro quarto decimo responsorum. Si gener socerum heredem reli- [B. 60, 42, 25] P querit, taciti fideicommissi suspicionem sola ratio paternae affectionis non admittit. 34

6 Apud SCAEUOLAM libro trigesimo digestorum CLAUDIUS notat: Si uiuo testatore de- 35 cesserit is, cui illicite legatum relictum erat, non fisco hoc uindicatur, sed apud eum a quo relictum est remanet.

#### F(WDEQICK)

I consistitisset F | pro'portionem F<sup>21</sup> 9'quo- que F<sup>21</sup>: καὶ ὁ πατρῶν μὴ ἐκδικῶν τὸν ἀπελεύθερον ἐκπίπτει B (Anon.) 14 sui] EC cum B: ὀνόματι τοῦ ἀνήθοῦ (Anon.), suo FDIK 16 notauit F<sup>o</sup> 18 nomine bis F<sup>21</sup> 19 in turpillianum] DIK, in turpullianum W, interPELLI anonum E, intra pillianum C, in terpuLLIANUM F<sup>21</sup>, in tertullianum F<sup>21</sup>: οὐχ ὑποπίπτει τῷ Τουρπυλλιανείῳ δόγματι B (Anon.) 20 incidisse't F<sup>21</sup>

21 aliud tutoris aliud legatarii] EIK, aliud tutoris alii legatarii FWQ, alii tutoris alii legatarii D 23 accusator is dedi, non accusatoris: illud etiam Graeci legerunt: οὗτος [immo οὗτως] γὰρ αὐτὸς εἶναι δοκεῖ κατήγορος, ὁ δὲ ἐπιτροπος ὡς αὐτὴν διεκδικητὴς καὶ συνήγορος 28 cum] eum F 31 filius] DEICK, filius FW 35 l. 26 continuat praecedenti F, separant B

## LIBER TRIGESIMUS QUINTUS.

q. 5.

## I.

R DE CONDICIONIBUS ET DEMONSTRATIONIBUS ET CAUSIS  
ET MODIS EORUM, QUAE IN TESTAMENTO SCRIBUNTUR R.

SEP.

- 1 **POMPONIUS** libro tertio ad Quintum Mucium. Legatis quae relinquuntur<sup>1</sup> [B. 44, 19, 1] aut dies incertus aut condicio adscribitur aut, si nihil horum factum sit, praesentia sunt, nisi si ui ipsa condicio insit. Cum dies certus adscriptus est, quamuis dies nondum uenerit, solui tamen possunt, quia certum est ea debitu iri. Dies autem incertus est, cum ita scribitur 'heres meus cum morietur, decem dato': nam diem incertum mors habet eius. et ideo si legatarius ante decesserit, ad heredem eius legatum non transit, quia non cessit dies uiuo eo, quamuis certum fuerit moriturum heredem. Inest autem condicio legati<sup>2</sup>, ueluti cum ita legamus: 'quod ex Arescusa natum fuerit, heres dato' aut 'fructus, qui ex eo fundo percepti fuerint, heres dato' aut 'seruum, quem alii non legauero, Seio dato'.
- 2 **ULPIANUS** libro quinto ad Sabinum. Condiotionum quaedam sunt, quae [B. 44, 19, 2] quandoque impleri possunt etiam uiuo testatore, ut puta 'si nauis ex Asia uenerit', nam quandoque uenerit nauis, condicioni paritum uidetur: quaedam, quae non nisi post mortem testatoris 'si decem dederit' 'si Capitolium ascenderit': nam ut paruise quis condicioni uideatur, etiam scire debet hanc condicione[m] insertam: nam si fato fecerit, non uidetur obtemperasse uoluntati.
- 3 **IDEM** libro sexto ad Sabinum. Optinuit impossibiles condiciones testamento [B. 44, 19, 3] adscriptas pro nullis habendas.
- 4 **POMPONIUS** libro tertio ad Sabinum. Si his legatum est, quibus patronus [B. 44, 19, 4] legata praestat, temperare debet praetor condicione[m], ut et patrono et heredibus scriptis pro portione dentur condicione[m] explendae gratia. Si ita scriptum sit: 'si in quinquennio proximo Titio filius natus non erit, tum decem Seiae heres dato', si Titius ante mortuus sit, non statim Seiae decem deberi, quia hic articulus 'tum' extremi quinquennii tempus significat.
- 5 **PAULUS** libro secundo ad Sabinum. Condiotionibus pupillus et sine tutoris [B. 44, 19, 5] auctoritate parere potest. nec quem moueri, quod expleta condicione necessarius heres aliquando esse potest: nam hoc iure potestatis fieri, non condicione[m] expletae. Item seruus uel filius familias sine iussu patris uel domini condicione[m] implere possunt, quia eo facto nemo fraudatur.
- 6 **POMPONIUS** libro tertio ad Sabinum. Multa testamento non committitur ab [B. 44, 19, 6] herede uel legatario uel eo qui ex ultima uoluntate aliquid lucratur, qui alicuius arbitrati monumentum facere iussus sit, si is cuius arbitrium est non uiuat uel adesse non possit *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): aut dies certus ine. (similiter Hal.)    <sup>2</sup> legatis (u. i.)?

3 causis et] causis ind. F<sup>2</sup>, causet ind. F<sup>2</sup>  
5 legatis seg.] εἰ μήτε ἀληθὸς ἡμέρα μήτε ἀρε-  
τικὸς τοῖς ἀληθοῖς ἐπιτίθεται, ποῦρά εἰςιν B (Tip.)

7 si ui] siue F<sup>2</sup>Q, si IC, om. DEK 8 de-  
bitu 'iri F<sup>2</sup>' 12 legati] FWCK<sup>2</sup>, legatis  
DEIK<sup>2</sup> 19 fato] FDEIK, facto WQC

- 1 aut rei arbitrari nolit. Si seruos certos quis manumississet, heres esse iussus erat. quibusdam ex his ante mortuis Neratius respondit defici eum condicione nec aestimabat, parere posset condicioni nec ne. sed Sernius respondit, cum ita esset scriptum 'si filia et mater mea uiuent' altera iam mortua, non defici condicione. idem est et apud Labeonem scriptum. Sabinus quoque et Cassius quasi impossibiles eas condiciones in testamento positas pro non scriptis esse, quae sententia admittenda est.
- 7 ULPIANUS libro octauo decimo ad Sabinum. Mucianae cautionis utilitas consistit in condicionibus, quae in non faciendo sunt conceptae, ut puta 'si in Capitolium non ascenderit' 'si Stichum non manumiserit' et in similibus: et ita Aristoni et Neratio et Iuliano visum est: quae sententia et constitutione diui Pii comprobata est. nec solum in legatis placuit, uerum in hereditatibus quoque idem remedium admissum est. Unde si uxor maritum suum, cui dotem promiserat, ita heredem scriberit || ex parte: 'si dotem, quam ei promisi, neque petierit neque exegerit', denuntiare eum posse coheredi paratum se accepto facere dotem uel cauere et ita adire posse hereditatem. sed si ex asse sit institutus maritus sub ea condicione, quoniam non est cui caueat, non impediri eum, quo minus adeat hereditatem: nam iure ipso uidetur impleta condicio eo, quod non est, quem possit de dote conuenire ipse aduendo hereditatem.
- 8 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Si quis ita legauerit: 'dum uxor mea cum filio erit, heres meus ei tantum dato', si ea latitans patronum de medio discessit, ut tamen consilium retineret habendi secum liberos, deberi ei legatum Trebatius et Labeo aiunt, quia non omne momentum exigendum sit ut cum liberis sit, sed si eam mentem et id propositum habeat, ne filium a semet dimittat neue per eam stet, quo minus cum ea filius educatur.
- 9 ULPIANUS libro uicesimo ad Sabinum. Solemus dicere eum, qui in tempus liberorum uxori legat, de his non sensisse, quos iam tunc uxor habuit, cum testaretur maritus.
- 10 IDEM libro uicesimo tertio ad Sabinum. Haec condicio 'filiae meae cum nubserit' talis est, ut qui testatus est impleri solummodo condicionem uoluerit, non satis egerit quando: et ideo et si uiuo testatore nupserit post testamentum factum, impleta condicio uidetur, praesertim cum condicio haec talis est, ut semel impleri debeat. sed enim non omnes coniunctiones implent condicionem: puta enim nondum nubilis aetatis in domum mariti deducta non paruit condicioni. sed et si ei coniuncta sit, cuius nuptiis ei interdictum sit, idem dicemus. an tamen nubendo postea parere condicioni possit, quasi non nubserit, dubitari potest: et si testator de primo nuptiali iugo sensit, puto defectam condicione: benigne tamen dicendum est nondum impletam condicione<sup>1</sup> defectam. Si sic legatum sit 'si nauis ex Asia uenerit' et ignorante testatore nauis uenerit testamenti facti tempore, dicendum pro impleta haberi. et si cui sic legatum est 'cum pubes erit', simili modo hoc erit dicendum.
- 11 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Si iam facta sint quae condicionis loco ponuntur et sciat testator, quae iterum fieri possunt expectentur ut fiant: si uero neciat, praesenti debeantur. Item sciendum est promiscuas condiciones post mortem impleri oportere, si in hoc fiant, ut testamento pareatur, ueluti 'si Capitolium ascenderit' et similia, non promiscuas etiam uiuo testatore existere posse, ueluti 'si Titius consul factus fuerit'.
- 12 ULPIANUS libro uicesimo quarto ad Sabinum. Si ita legatum sit: 'quoniam filius maior ex arca mea decem sustulit, heres minor filius decem e medio sumito', debetur

<sup>1</sup> potius quam condicionem *ins.* (similiter *Cuiacius*)

1 rei] *FDCK*, ei *EI* | seruus *F<sup>o</sup>* | manumississet *F<sup>1</sup>* 4 'm'ea *F<sup>1</sup>* 19 si ea latitans patronum de medio discessit] ei ... ἀναχωρήσας ἐλάληθεισα τὸν πάτρωνα *B* (*Tipuc.*)

35 nondum (non *D*) impletam condicione defectam] *FDEC*, nondum impletam condicione non defectam *I*, non defectam (*om. rel.*) *K<sup>1</sup>*, inter alia *om. K<sup>o</sup>*

legatum, quia idcirco relictum est, ut condicio filiorum exaequaretur. et sane haec causa est: nam causa in praeteritum, poena in futurum confertur.

- 13 PAULUS libro quinto ad Sabinum. Si fundus alicui legatus fuerit, si pupillo [B. 44, 19, 13]  
uel furioso pecuniam dedisset, uidetur explesse condicionem curatori uel tutori dando.
- 14 POMPONIUS libro octauo ad Sabinum. 'Titius si statuas in municipio po- [B. 44, 19, 14]  
'uerit, heres esto'. si paratus est ponere, sed locus a municipibus ei non datur, Sabinus Proculus heredem eum fore || et in legato idem iuris esse dicunt.
- 15 ULPIANUS libro trigesimo quinto<sup>1</sup> ad Sabinum. Cui fuerit sub hac condi- [B. 44, 19, 15]  
cione legatum 'si in familia nubisset', uidetur impleta condicio statim atque ducta est uxor, quamuis nondum in cubiculum mariti uenerit. nuptias enim non concu- [D. 50, 17, 80]  
bitus, sed consensus facit.
- 16 GAIUS libro primo de testamentis ad edictum praetoris. In his, quae extra [B. 44, 19, 16]  
testamentum incurrerent, possunt res ex bono et aequo interpretationem capere: ea uero, quae ex ipso testamento orerentur, necesse est secundum scripti<sup>2</sup> iuris rationem expediri.
- 17 IDEM libro secundo de legatis ad edictum praetoris. Demonstratio falsa<sup>3</sup> [B. 44, 19, 17]  
est, ueluti si ita scriptum sit: 'seruum Stichum, quem de Titio emi' fundum Tusculanum, 'qui mihi a Selo donatus est'. nam si constat, de quo homine, de quo fundo senserit testa-  
tor, ad rem non pertinet, si is, quem emisse<sup>4</sup> significauit, donatus esset, aut quem donat-  
um sibi esse significauerat, emerit. Igitur et si ita seruus legatus sit: 'Stichum cocum',  
'Stichum sutorem Titio lego', licet neque cocus neque autor sit, ad legatarium pertinebit,  
si de eo sensisse testatorem conueniat: nam et si in persona legatarii designanda aliquid  
erratum fuerit, constat autem, cui legare uoluerit, perinde ualet legatum ac si nullus error  
2 interueniret. Quod autem iuris est in falsa demonstratione, hoc uel magis est in falsa causa,  
ueluti ita 'Titio fundum do, quia negotia mea curauit', item 'fundum Titius filius meus  
'praecipito, quia frater eius ipse ex arca tot aureos sumpsit': licet enim frater huius pecu-  
niam ex arca non sumpsit, utile legatum est. At si conditionaliter concepta sit causa,  
ueluti hoc modo: 'Titio, si negotia mea curauit, fundum do': 'Titius filius meus, si frater  
'eius centum ex arca sumpsit, fundum praecipito', ita utile erit legatum, si et ille negotia  
4 curauit et huius frater centum ex arca sumpsit. Quod si cui in hoc legatum sit, ut ex eo  
aliquid faceret, ueluti monumentum testatori uel opus aut epulum municipibus faceret<sup>5</sup>, uel  
ex eo ut partem alii restitueret: sub modo legatum uidetur.
- 18 IDEM libro octauo decimo ad edictum prouinciale. Is, cui sub condicione [B. 44, 19, 18]  
non faciendi aliquid relictum est, ei scilicet cauere debet Muciana cautione, ad quem iure  
ciuili, deficiente condicione, hoc legatum eaque hereditas pertinere potest.
- 19 ULPIANUS libro quinto disputationum. In condicionibus primum locum uo- [B. 44, 19, 19]  
luntas defuncti optinet eaque regit condiciones. denique et in ea condicione 'si<sup>6</sup> filia mea  
'cum Titio nupta erit' placuit non semper mortis tempus obseruari, sed uoluntate patro-  
1 cinante tardius produci. Haec scriptura 'si Primus heres erit, damnas esto dare' pro con-  
dicione non est accipienda: magis enim demonstrat testator, quando legatum debeatur,  
quam condicionem inseruit: nisi forte hoc animo fuerat testator, ut faceret condicionem.  
proinde nec illud dicendum erit facere condicionem: 'quidquid mihi Ephesi oportet dari,  
hoc do lego'. sed si sic leget: 'si Primus mihi heres non erit, damnas esto Secundus dare'  
et Primus heres exstitit, legatum non debetur: <sup>7</sup>si Primus adierit cum Secundo, non ex-  
2 stitisse condicionem nequaquam ambigendum est. Si patronus contra tabulas bonorum  
possessione accepta debitam portionem occupet, legata quae sic data sunt 'si patronus heres  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> trigesimo sexto *l. gem.*

<sup>2</sup> stricti *cum B (u. i.)?*

<sup>3</sup> pro non scripta *ins.*

<sup>4</sup> se *ins. (Hal.)*

<sup>5</sup> faceret *del.*

<sup>6</sup> si *del.*

<sup>7</sup> igitur *ins.*

2 nam 'quae' causa *F<sup>2</sup>*, namque causa *WD EQICK* 6 a'd municipibus *F<sup>4</sup>* 13 ea'm uero *F<sup>2</sup>* 14 secundum scripti iuris ratio- nem] *κατὰ τὴν ἀρβίθειαν τοῦ νόμου B (Tip.)*

15 de *om. F<sup>2</sup>* | praetoris] praetoris urbani *F<sup>2</sup>* (*cf. ad 23, 3, 54*) 19 significauerit *F<sup>2</sup>* 23 interueni'eret *F<sup>4</sup>* 44 si patronus ... p. 185, 1 praestare *om. F<sup>1</sup>*, uertunt *B (Tip.)*

- 3 'non erit' non debet coheres patroni praestare. Si a Primo ita legatum est 'si Secundus heres non erit, uiginti Titio dato', simili modo a Secundo eidem Titio ita legatum || est: f. 89<sup>1</sup> 'si Primus heres non erit' et ambo heredes exstiterint, legati condicio deficiet: si alter heres exstitit, alter heres non exstitit, legatum debetur. 4
- 20 MARCELLUS apud IULIANUM libro uicesimo septimo digestorum notat. Non B. 44, 19, 20 S dubitamus, quin turpes condiciones remittendae sunt: quo in numero plerumque sunt etiam iurisiurandi.
- 21 IULIANUS libro trigesimo primo digestorum. Multum interest, condicio facti B. 44, 19, 21 S an iuris esset: nam huiusmodi condiciones 'si nauis ex Asia uenerit' 'si Titius consul factus erit', quamuis impletae essent, impedient heredem circa adeundam hereditatem, quamdiu 10 ignoraret eas impletae esse: quae uero ex iure uenient, in his nihil amplius exigendum, quam ut impletae sint. ueluti si quis se filium familias existimat, cum sit pater familias, poterit acquirere hereditatem: quare et ex parte heres scriptus, qui ignorat, an tabulae testamenti apertae sint, adire hereditatem poterit. 14
- 22 IDEM libro trigesimo quinto digestorum. Quotiens sub condicione mulieri legatur 'si non S nubserit' et eiusdem fidei commissum sit, ut Titio restituat, si nubat, commode statuitur et si nubserit, legatum eam petere posse et non esse cogendam fideicommissum praestare.
- 23 IDEM libro quadragesimo tertio digestorum. Qui duobus heredibus decem B. 44, 19, 23 S dare iussus est et fundum sibi habere, uerius est, ut condicionem scindere non possit, ne etiam legatum scindatur. igitur quamuis alteri quinque dederit, nullam partem fundi uin- 20 dicabit, nisi alteri quoque aduenti hereditatem reliqua quinque numerauerit aut illo omitente hereditatem ei, qui solus adierit hereditatem, tota decem dederit.
- 24 IDEM libro quinquagesimo quinto digestorum. Iure ciuili cf. Ulp. D. 50, 17, 161. B. 44, 19, 24 S receptum est, quotiens per eum, cuius interest condicionem<sup>1</sup> impleri, fit, quo minus impletur, ut perinde habeatur, ac si impleta condicio fuisset: quod plerique et ad legata et 25 ad heredum institutiones perduxerunt. quibus exemplis stipulationes quoque committi quidam recte putauerunt, cum per promissorem factam esset, quo minus stipulator condicione pareret.
- 25 IDEM libro sexagesimo nono digestorum. Cum uir uxori, quandoque liberos B. 44, 19, 25 S habebit, fundum legat, si mulier dinortio facto liberos ex alio procreauerit, deinde soluto 30 secundo matrimonio ad priorem maritum redierit, non intellegitur expleta condicio, quod testatorem uerisimile non est de his liberis sensisse, qui se uino ex alio suscepti fuissent.
- 26 IDEM libro octogesimo secundo digestorum. Haec scriptura 'si uiginti dederit B. 44, 19, 26 S aut iurauerit se aliquid facturum' unam condicionem exprimit habentem duas partes: quare si quicumque heres scriptus erit<sup>2</sup> sub condicione 'si iurauerit se decem daturum' aut mo- 35 numentum facturum', quamuis uerbis edicti ad hereditatem uel legatum admittatur, tamen 1 compellitur facere id quod facturum se iurare iussus est solo iureiurando remisso. Cum eadem res alteri pure, alteri sub condicione legatur aut cum alter pure, alter sub condi- cione heres scriptus est, pars legati uel hereditatis condicione aderescit etiam heredi eius, cui pure legatum uel hereditas data est, si tamen hereditas eius adita fuerit. 40
- 27 ALFENUS UARUS libro quinto digestorum. || In testamento quidam scribse- B. 44, 19, 27 S f. 90 rat, ut sibi monumentum ad exemplum eius, quod in uia Salaria esset Publii Septimii Demetrii, fieret: nisi factum esset, heredes magna pecunia multare et<sup>3</sup> cum id monumentum Publii Septimii Demetrii nullum repperiebatur, sed Publii Septimii Damae erat, ad quod exemplum suspicabatur<sup>4</sup> eum qui testamentum fecerat monumentum sibi fieri uoluisse, 45

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> idem Graeci (ἴσῆτιν διέφερον αὐτὴν [τὴν ἀρεσιν] πληρωθῆναι Syn. Tip.): non ins. secundum l. gem. (u. i.) <sup>2</sup> supple ita fere: quare si [quis ita heres scriptus est, ad hereditatem admittetur ita, ut compellatur aut uiginti dare aut facere id quod facturum se iurare iussus est. nam] quicumque heres scriptus erit (cf. D. 28, 7, 8, 5) <sup>3</sup> multarat? <sup>4</sup> suspicabatur (Hal.)?

19 si] se F<sup>2</sup> 19 et om. F<sup>1</sup> 24 impleri] 38 alter pure bis F<sup>2</sup> 44 rep'p'riebatur F<sup>2</sup>  
FECK, non impleri DI 37 se] sc F<sup>1</sup>



quaerebant heredes, cuiusmodi monumentum se facere oporteret et, si ob eam rem nullum monumentum fecissent, quia non repperirent, ad quod exemplum facerent, num poena tenerentur. respondit, si intellexeretur, quod monumentum demonstrare uoluisset is qui testamentum fecisset, tametsi in scriptura mendum esset, tamen ad id, quod ille se demonstrare animo sensisset, fieri debere: sin autem uoluntas eius ignoraretur, poenam quidem nullam uim habere, quoniam ad quod exemplum fieri iussisset, id nusquam exstaret, monumentum tamen omnimodo secundum substantiam et dignitatem defuncti extruere debere.

- 28 PAULUS libro secundo epitomarum Alfeni digestorum. Filiae suae ita quis [B. 44, 19, 27] legauit: 'si Attia filia mea arbitrato Lucii Titii nubserit, ei tot heres meus dato'. Titio ante testatorem mortuo Attia nubserat: quaerebatur, an legatum ei deberetur. respondit 1 deberi. 'Attia uxor mea optato Philargyrum puerum, Agatheam<sup>1</sup> ancillam, qui mei erunt 'cum moriar': is qui testamentum fecit Agatheam<sup>2</sup>, quam testamenti tempore habuit, nendidit et postea ancillas emit, ex his uni Agatheae<sup>3</sup> nomen imposuit: quaesitum est, an haec legata uideretur. respondit legatam uideri.
- 29 IULIANUS libro primo ad Urseium Feroecem. Haec condicio 'si in Capitolium [B. 44, 19, 28] ascenderit' sic recipienda est 'si cum primum potuerit Capitolium ascendere'.
- 30 IDEM libro primo ex Minicio. Si separatim mihi totus fundus pure, tibi [B. 44, 19, 29] sub condicione legatus fuerit et tu decesseris, antequam condicio exstiterit: non habebō necessitatem implere condicionem, utpote cum, etiamsi condicio defecerit, pars quam uindicaturus eras mihi adreseat.
- 31 AFRICANUS libro secundo quaestionum. In testamento ita erat scriptum: [B. 44, 19, 30] 'Stichus et Pamphila liberi sunt et si in matrimonium coierint, heres meus his centum 'dare damnas esto': Stichus ante apertas tabulas decessit. respondit partem Stichi defectam esse: sed et Pamphilam defectam condicione uideri ideoque partem eius apud heredem remansuram. sed et<sup>4</sup> si uterque uineret et Stichus nollet eam uxorem ducere, cum mulier parata esset nubere, illi quidem legatum deberetur, Stichi autem portio inutilis fiebat. nam cum uni ita legatum sit: 'Titio, si Seiam uxorem duxerit, heres meus centum dato', si quidem Seia moriatur, defectus condicione intellegitur: at<sup>5</sup> si ipse decedat, nihil ad heredem suum eum transmittere, quia morte eius condicio defecisse intellegitur: utroque autem uiuente si quidem ipse nollet uxorem ducere, quia ipsius facto condicio deficit, nihil ex legato consequitur, muliere autem nolente nubere, cum ipse paratus esset, legatum ei debetur.
- 32 IDEM libro nono quaestionum. Quamuis rationes reddere nihil aliud sit [B. 44, 19, 31] quam reliqua soluere, tamen si et statuliberi et heredis culpa, sine fraude tamen || seruū minus solutum sit et bona fide redditas esse rationes existimatum fuerit, liberum fore: et nisi ita obseruetur, neminem, qui sub condicione ita<sup>6</sup> manumissus esset, umquam ad libertatem perueniturum, si per inprudenciam minus solutum esset. haec ita accipienda ait, si quando is, qui rationes reddere iussus sit, per aliquem errorem sine dolo malo ita rationes ediderit, ut dominus quoque circa computationem erraret.
- 33 MARCIANUS libro sexto institutionum. Falsa demonstratio neque legatario [B. 44, 19, 32] neque fideicommissario nocet neque heredi instituto, ueluti si fratrem dixerit uel sororem uel nepotem uel quodlibet aliud: et hoc ita iuris ciuillis ratione et constitutionibus diuorum 1 Seueri et Antonini cantum est. Sed si controuersia sit de nomine inter plures: qui probauerit sensisse de se defunctum, ille admittetur. Sed si cui quasi liberto, id est inter liberos legatum fuerit, non idcirco legatum amittit, quia postea anulos ab imperatore acceperit: nam honor eius auctus est, non condicio mutata: et ita diui Senerus et Antonianus rescribentur (WDEQICK)

<sup>1</sup> Agatheam] aut Agatham?    <sup>2</sup> Agatham?    <sup>3</sup> Agathae?    <sup>4</sup> et del.    <sup>5</sup> at] et?  
<sup>6</sup> ita] ista?

2 mo'num'entum F<sup>21</sup> 4 mendum] Iauchius, mentum F<sup>o</sup>, nondum F<sup>m</sup> (mutauit in prius in n F<sup>21</sup>, e in o F<sup>2</sup>, t in d F<sup>2</sup>) DEL, ita nondum CK, mundum W, neum dum Q 7 ex's'truere F<sup>2</sup> 8 epitomarum] iuris epit. F<sup>2</sup> 9 atti'tia F<sup>2</sup>,

atia E, atitia WQICK, titia D 10 testato- re'm' F<sup>21</sup> 15 haec condicio seq.] ἢ εἰς τὸ ποιητὸν ἀίρεσις ὀφείλει πληροῦσθαι B (Tip.) 18 de'ce'sseris F<sup>2</sup> 22 hi's' F<sup>4</sup> 36 si per om. F<sup>2</sup> 42 probaberit F<sup>2</sup>

ruat. Si quis legauerit rem ita, si mortis tempore eius erit, nec tunc eius inuenitur, nec aestimatio eius legari uidebitur. Quid ergo, si quis ita scriberit: 'Stichum et Pam- (B) 'philum Titio do lego, si mei erunt cum moriar' et unum ex his alienauerit, an uel alter possit a legatario uindicari? placet uindicari, nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atque si separatim dixisset: 'Stichum, si meus erit cum moriar'.

FLORENTINUS libro undecimo institutionum. Nominatim alicui legatur ita [B. 44, 19, 88] S 'Lacio Titio' an per demonstrationem corporis uel artificii uel officii uel necessitudinis uel adfinitatis, nihil interest: nam demonstratio plerumque uice nominis fungitur. nec interest, falsa an uera sit, si certum sit, quem testator demonstrauerit. Inter demonstrationem et condicionem hoc interest, quod demonstratio plerumque factam rem ostendit, condicio 10 futuram.

POMPONIUS libro singulari regularum. Leuissima libertatis condicio ea in- [B. 44, 19, 84] S tellegenda est, quae ad libertatem perducit, quamuis natura grauior et durior sit.

MARCELLUS libro singulari responsorum. Publius Maenius testamento suo [B. 44, 19, 85] S ita canit: 'quisquis mihi heres heredesue erunt, do lego fideique eorum committo, uti dent 15 'Gaio Seio sororis meae filio in honorem consulatus quadringenta': uino Maenio Seius consul designatus est et munus edidit: deinde ex calendis Ianuariis consulatum ingressus est atque ita<sup>2</sup> Maenius decessit: quaero, an quadringenta Seio debeantur. Marcellus respondit deberi. Titia codicillis de praediis, quae testamento Septiciae reliquerat, ita canit: 'a te 'peto, Septicia, ut filio meo, cum annorum sedecim esset, eadem praedia restitueres: quod 20 'si filius meus sedecim annos non impleuerit, peto uti reddas<sup>3</sup> ea restituas Publio Maenio 'et Gaio Cornelio'. quaero, cum Septicia decesserit, deinde filius quintum decimum annum agens defunctus sit, an repraesentetur fideicommissum quinto decimo anno<sup>4</sup> impleto et he- redes Septiciae restituere id Publio Maenio et Gaio Cornelio debeant. Marcellus respondit 24 | Septiciam ius, quod in his praediis habuisset, heredi suo reliquisse: etenim uideri contra f. 91 uoluntatem testatricis repraesentationem fideicommissi desiderari, ut amplius ad substitutos perueniat, quam ad puerum peruenire uel a Septicia uel ab heredibus potuisset. et uerba quidem uidentur repraesentare fideicommissum, sed non est uerisimile, ut maturius uoluerit testatrix ad substitutos id transferre. nec quicquam mutat, quod Septicia ante decessit: nam etsi puer uiueret, non prius Septiciae heredes quam Septicia possent conueniri. 30

PAULUS libro singulari ad legem Fufiam Caniniam. Si quis eum, quem ipse [B. 44, 19, 86] S manumittere non poterat, legauerit ita, ut eum legatarius manumitteret, etsi a legato non repellatur, non est compellendus, ut manumittat, quoniam totiens secundum uoluntatem testatoris facere compellitur, quotiens contra legem nihil sit futurum. idque Neratius scribit, et tamen a legato non esse eum repellendum, quoniam magis legatarium aliquid commo- 35 dum testator in hoc seruo quam heredem habere uoluisset.

IDEM libro singulari de iure codicillorum. Si ita scribero: 'quantum codi- [B. 44, 19, 87] S 'cillis Titio legauero', licet codicillis legatum explicetur, tamen ex testamento ualet solaque quantitas in codicillo delata<sup>6</sup> est. nam et apud ueteres legata talia fuere: 'quantum ei per 'epistulam scribero': 'quantum ex illa actione detrahero, heres dato'. 40

LAUOLENUS libro primo ex posterioribus Labeonis. Quae condicio ad genus [B. 44, 19, 88] S personarum<sup>7</sup>, non ad certas et notas personas pertineat, eam existimamus totius esse testa- menti et ad omnes heredes institutos pertinere: at quae condicio ad certas personas ac- commodata fuerit, eam referre debemus ad eum dumtaxat gradum, quo hae personae in- stitutae fuerunt. Cum ita in testamento scriptum erat 'ut aliquid in foro fiat' neque ad- 45 scriptum erat in quo foro, Labeo ait, si non appareat, quid mortuus senserit, in eius muni- F(WDEQICK)

<sup>1</sup> Pamphilum, si meus erit cum moriar *ins.* (*edd.: libri mei non habent*) <sup>2</sup> atque ita] ante quas? <sup>3</sup> uti reddas] ut praedia? <sup>4</sup> non *ins.* <sup>5</sup> legatarius *ins.* <sup>6</sup> declarata (Voorda)? <sup>7</sup> ad genus personarum *del.*

5 mori'ar F<sup>2</sup> 18 quadri'n'genta F<sup>4</sup> 24 id] οὐ μὴν εἰς ῥητὰ καὶ ἐγνωσμένα πρόσωπα B Taur., in FWQ, om. DE'ICK, inc. E<sup>2</sup> 42 non (Tip.) 43 at quae] atque F om. F<sup>2</sup>: εἰς γένος τινῶν ἀναφέρονται πρόσωπων,

cipii foro faciendum, in quo is qui testamentum fecerit domicilium habuerit: quam sententiam ego quoque probo.

- 40 IDEM libro secundo ex posterioribus Labeonis. Quibus diebus uicinus tuis [B. 44, 19, 39] te uia publica, cum ad parendum condicioni ire uelles, ire prohibuerit nec per te staret, quo minus agendo ob calumnias eum summoneas, hi dies condicioni non imputabuntur.
- 1 Quidam ita legauerat: 'si Publius Cornelius impensam, quam in fundum Seianum feci, heredi meo dederit, tum heres meus Publio Cornelio fundum Seianum dato'. Cascellius aiebat etiam pretium fundi dari debere, Ofilius impensae uerbo negat pretium significari, sed eos dumtaxat sumptus, quos in eum posteaquam emptus esset fecit. Idem Cinna scribit adiecto eo, quod non deductis fructibus impensarum ratio haberi debeat: et hoc magis uerum puto.
- 2 Quidam Titio centum legauerat, deinde infra ita iusserat: 'quas pecunias cuique legauit, eas heres meus, si mater mea moritur, dato': mortuo patre familias Titius uixerat et uia matre familias<sup>1</sup> decesserat. mortua matre heredibus Titii legatum deberi Ofilius respondit, quoniam non sub condicione esset legatum, sed ante legatum pure, deinde dies soluendi adiecta. uideamus, inquit Labeo, ne id falsum || sit, quia nihil intersit, utrum ita scribatur: 'quas pecunias cuique legauit, eas heres meus, si mater mea moritur, dato' an ita: 'nisi mater mea moritur, ne dato': utrobique enim sub condicione uel datum uel ademptum
- 3 esse legatum. Labeonis responsum probo. Dominus seruo aureos quinque<sup>2</sup> eius legauerat: 'heres meus Sticho seruo meo, quem testamento liberum esse iussi, aureos quinque, quos in tabulis debeo, dato'. nihil seruo legatum esse Namus Seruium respondisse scribit, quia dominus seruo nihil debere potuisset: ego puto secundum mentem testatoris naturale
- 4 magis quam ciuile debitum spectandum esse, et eo iure utimur. Qui dotalem fundum nullum habebat, ita legauerat: 'fundum Cornelianum, quem illa mihi doti dedit, ei heres dato'. Labeo Ofilius Trebatius responderunt fundum nihilo minus legatum esse, quia, cum
- 5 fundus Cornelianus in rerum natura sit, demonstratio falsa legatum non peremit. Thermus minor quorum arbitrato monumentum sibi fieri uellet testamento scriberat, deinde ita legauerat: 'Lucius Publius Cornelius<sup>3</sup> ad monumentum meum aedificandum mille heres meus dato'. Trebatius respondit pro eo habendum ac si ita legatum esset, si satisdedissent se ita id monumentum ex ea pecunia facturos. Labeo Trebatii sententiam probat, quia haec mens testantis fuisset, ut ea pecunia in monumentum consumeretur: idem et ego et Proculus probamus.
- 41 ULPIANUS libro trigesimo quarto ad edictum. Legata sub condicione relicta [B. 44, 19, 40] non statim, sed cum condicio exstiterit deberi incipiunt, ideoque interim delegari non potuerunt.
- 42 AFRICANUS libro secundo quaestionum. Filio familias legatum est sub hac [B. 44, 19, 41] condicione 'si in potestate patris mansisset': magis patri legatum uideri ait et patrem suo nomine legatum petere. idem iuris esse et si seruo similiter legetur: argumentum rei est, quod et si cibaria seruis Titii legentur, procul dubio domini est, non seruorum legatum.
- 43 PAULUS libro octauo ad Plantium. PLAUTIUS. Rogatus est heres a liberto [B. 44, 19, 42] testatore, ut perceptis sibi decem totam hereditatem reuenderet: postea patronus defuncti bonorum possessionem contra tabulas petierat et partem hereditatis, quae debebatur, abstulerat. Proculus Cassius fideicommissarium pro rata quod soluit repetere debere aiunt. PAULUS. hoc iure utimur: nam quemadmodum praestatione fideicommissorum et legatorum
- 1 heres exoneratur per praetorem<sup>4</sup>, ita etiam ipse partem consequi debet. Diuersum est, si Falcidia interueniat et minuat legatum: nam his casibus nihil repetetur, quia in solidum
- 2 condicioni paretur. Item scinditur ius dandi, si is cui legatum est non potest partem he-
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> familias del. <sup>2</sup> rationis ins. <sup>3</sup> Lucio Publico Corneliis? <sup>4</sup> pro parte (p pte = p ptores)?

10 deberat F<sup>2</sup> 11 deinde ... 12 eas bis F<sup>2</sup>  
12 patre fam' illas F<sup>2</sup> 18 eius] F<sup>1</sup>, sic F<sup>2</sup>  
24 labeo om. F<sup>1</sup> 33 delegari] μεταφέρουσαι  
B (Syn.) 35 questionum F | 'filio' familias F<sup>2</sup>

40 reuenderet] FDEI, restitneret reuenderet  
C, peruinderet K?, πωλάσαι μοι τὴν κληρο-  
νομίαν B (Typ.)

reditatis sibi relictam totam capere: nam uerius est partem eum praestare debere, partem  
 3 illos, qui auferunt ab eo, quod plus relictum est, quam a lege conceditur. Neratius libro  
 primo responsorum scribit, ex duobus scriptis heredibus si unus rogatus sit tibi here-  
 ditatem restituere, tu Titio certam summam dare, et beneficio legis Falcidia in resti-  
 tuendo heres utatur, quanto minus tibi praestiterit, tanto minus te Titio praestare non  
 esse iniquum.

44 IDEM libro nono ad Plautium. Qui heredi dare iussus est, seruo alieno in- [B. 44, 19, 43] E  
 stituto<sup>1</sup> non domino dare debet. nam et si alio herede instituto iussus est seruo Titii dare,  
 | ipsi seruo datur, quia quae facti sunt, non transeunt ad dominum, quemadmodum, si mihi f. 92  
 aut seruo Titii stipulatus sim, non Titio, sed seruo eius dari potest: et haec uera sunt. 10  
 1 Sed cum heredi dare iussus est, uideamus, ne domino dandum sit: et consequens est et  
 11 hic seruo dari. Certe statuliber quin domino dare debeat, non est dubium. Contra qui  
 domino debet dare, non implet condicionem dando seruo eius, nisi si dominus consenserit:  
 4 nemo enim in tali specie condicionem nesciente me uel nolente implere potest. Cum he-  
 reditas ex Trebelliano senatus consulto restituta est, heredi dandum est, ut impleatur con- 15  
 1 dicio: nec hoc restituendum est ex causa fideicommissi. Sed cum suspectam adiit et re-  
 stituit, dabitabatur, an ei auferendum sit: et benignius est et in hoc casu nihil ei auferri.  
 6 Si autem me herede instituto controuersia mihi fiet hereditatis, si cauet legatarius euicta  
 7 hereditate reddi legatum, et ipsi cauendum est reddi quod dedit. Sed si iussus sis mihi  
 decem dare et accipere hereditatem ex senatus consulto, decem tibi ex causa fideicommissi 20  
 8 non restitnam. Si duorum seruo legatum sit sub condicione dandi, non posse per partes  
 9 condicioni pareri quidam aiunt, sed semel dandam pecuniam: sed ego contra puto. Si pars  
 rei legatae usucapta sit, an in solidum parendum sit, dubito. et potest dici pro parte pa-  
 10 rendum ex sententia testatoris. PLAUTIUS. Uni ex heredibus fundum legauit, si centum  
 heredibus dedisset: deducet suam partem hereditariam et reliquam summam heredibus pro 25  
 portione eorum dabit. at si heres ex parte ita institutus esset, si heredibus decem dedisset,  
 non aliter esset heres, quam si tota decem coheredibus dedisset, quia non ante ad heredi-  
 tatem admitteretur, quam si omnem summam dedisset. nam cum et seruus testamento  
 liber et ex parte heres ita scriptus esset, si heredibus decem dedisset, constitit non aliter  
 eum liberum heredemque futurum, quam si tota decem coheredibus dedisset. PAULUS: 30  
 hoc iure utimur.

45 IDEM libro sexto decimo ad Plautium. Iulianus ait, si heredi legatarius, cui [B. 44, 19, 44] E  
 sub condicione legatum erat 'si heredi decem dederit' id, quod ei deberet heres, accepto  
 tulisset, non quidem uideri condicioni paruisset, quasi dederit: sed quasi per heredem stet,  
 quo minus pareat, posse petere legatum, quasi exstiterit condicio. 35

46 IDEM libro tertio ad Uitellium. Si in diem exempli gratia centensimum im- [B. 44, 19, 45] E  
 peratum est statulibero, ut pecuniam solueret, neque initium temporis eius quod futurum  
 esset, adscriptum est, adita hereditate cedere dies incipit, quia absurdum uisum est ante  
 diem praeterire, quam is existeret, quem oportet accipere. et hoc in omnibus, qui heredi  
 dare iussus sunt, dicendum est: igitur et legatario ex adita hereditate ad parendum condi- 40  
 cioni tempus computabitur.

47 MARCELLUS libro quarto digestorum. Seruo libertatem ita dedit: [B. 44, 19, 46] E  
 'Ille, si meus erit, liber esto': legatum uel hereditatem sine condicione ei dedit: deinde  
 eum alienauit. debebitur domino eius legatum uel hereditas et iussu eius adiri poterit:  
 nam id expressit 'si meus erit'<sup>2</sup> in libertate danda, quo futurum erat ut impediretur liber- 45  
 tas, etiamsi expressum non esset. saepe numero tamen mutatur rei effectus, quamquam id  
 expresserit testator, quod | et si non fecisset<sup>3</sup>, inesset tamen. f. 92'

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> seruo ino.    <sup>2</sup> si meus erit del.    <sup>3</sup> fecisset] adiecisset?

<sup>29</sup> ex parte] F<sup>2</sup> cum B: ὅτε δούλος... ἐλεύ- 42 marcellus libro quarto digesto-  
 θερος καὶ περικὸς γράφεται κληρονόμος, εἰ F<sup>1</sup> rum del. F<sup>2</sup>, om. WDEQICK 43 si om. F<sup>2</sup>

- 48 IDEM libro quinto decimo digestorum. Non putabam diem fideicommissi B. 44, 19, 47 E  
uenisse, cum sextum decimum annum ingressus fuisset, cui erat relictum, cum ad annum  
sextum decimum peruenisset: et ita etiam Aurelius<sup>1</sup> imperator Antoninus ad appellationem  
ex Germania iudicauit.
- 49 CELSUS libro uicesimo secundo digestorum. Si in<sup>2</sup> annos decem heres B. 44, 19, 48 E  
dare damnatus aut quis liber esse iussus est, nouissimo eius temporis die legatum debe-  
bitur et libertas optingit.
- 50 ULPIANUS libro primo de officio consulis. Si cui libertas data sit directo B. 44, 19, 49 E  
sub hac condicione 'si rationes reddidisset', arbitrum a consulibus diuus Pius dari permisit  
his uerbis: 'aditi a uobis amplissimi consules arbitrum dabunt, qui excussis cf. D. 47, 4, 1, 7 10  
'rationibus non tantum quae reliqua sunt Epaphroditi constituent, uerum etiam quas ra-  
tiones quaeque instrumenta tradere aut exhibere dominis suis debeat: cuius sententiae  
'cum fuerit satisfactum, non impediatur Epaphroditi libertas'.
- 51 MODESTINUS libro quinto differentiarum. Sub diuersis condicionibus dis- B. 44, 19, 50 E  
iunctim positus liber esse iussus uel condicionem eligere potest, quae sibi lenior esse uide-  
bitur: legato uero eo modo relicto legatarium nouissimae condiconi parere oportet. Heredi  
decem dare iussus et liber esse et heredis heredi dando perueniet ad libertatem: quod non  
similiter in legatarij persona custodiri Publicius scribit.
- 52 IDEM libro septimo differentiarum. Nonnumquam contingit, ut quaedam B. 44, 19, 51 E  
nominatim expressa officiant, quamuis omiſsa tacite intellegi potuissent nec essent offutura.  
quod euenit, si alicui ita legatur: 'Titio decem do lego, si Maenius Capitolium ascenderit'.  
nam quamuis in arbitrio Maenii sit, an Capitolium ascendat et uelit efficere, ut Titio lega-  
tum debeat, non tamen poterit aliis uerbis utiliter legari: 'si Maenius uoluerit, Titio  
'decem do': nam in alienam uoluntatem conferri legatum non potest. inde dictum est:  
expressa nocent, non expressa non nocent. D. 50, 17, 196 2
- 53 IDEM libro singulari de heuematicis. Si quis seruum liberum esse iusserit, B. 44, 19, 52 E  
si heredi rationes reddidisset, posteaque eum rationes reddere uenerit quasi puram facturus  
libertatem, competit ex testamento libertas.
- 54 IAUOLENUS libro secundo ex Cassio. Si quis legata, quibus dies adposita B. 44, 19, 53 E  
non esset, annua bima trima die dari iussit et alicui, cum pubes esset, pecuniam legauit,  
id quoque legatum annua bima trima die post pubertatem praestandum esse in commen-  
tariis Gaii scriptum est, quia magis condicio quam dies legato adiecta esset. contra ego  
sentio, quia fere dies ponitur ad proroganda ea, quae ad praesens tempus, non etiam  
quae in futurum legata sunt, diesque pubertatis habet aliquam temporis demonstrationem.
- 1 Duobus eadem res, si heredi centum dedissent, legata est: si alter ex his quinquaginta  
dederit, partem legati consequetur et pars eius, qui non dederit, alteri cum sua condi-  
cione adcreſcit.
- 55 IDEM libro tertio decimo epistularum. Maenius, cui fundus legatus est, si B. 44, 19, 54 E  
Callimacho, cum quo testamenti factionem non habebat, ducenta dedisset: condiconi  
parere debet et ducenta dare, ut ad eum legatus fundus pertineat, licet nummos non faciat  
accipientis: quid enim interest, utrum tali personae dare iubeatur an aliquo loco ponere  
uel in mare deicere? neque enim illud, quod ad talem personam peruenturum est, testa-  
menti nomine, sed mortis causa capitur<sup>3</sup>.

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> Aurelius del. <sup>2</sup> intra (*Hal.*: μετά τῆς Τίτου.)? <sup>3</sup> requiri uidentur talia: Maenius, cui fundus legatus est, si Callimacho, cum quo [testator] testamenti factionem non habebat, ducenta dedisset, condiconi parere debet et ducenta dare, ut ad eum legatus fundus pertineat: neque enim illud, quod ad talem personam peruenturum est, testamenti nomine, sed mortis causa capitur. [Et fortasse quis dixerit, etsi Callimachus ducenta ne acquirere quidem potuit, tamen dare Maenium debere], licet nummos non faciat accipientis: quid enim interest ... in mare deicere

<sup>1</sup> idem] marcellus F<sup>2</sup> 2 annum ingressus ... 26 eyromaticis F | seruum' F<sup>2</sup> 89 dedisset  
3 sextum decimum bis F<sup>2</sup> 19 non numquam F<sup>2</sup> condiconi parere debet et ducenta bis F<sup>1</sup>

- 56 IDEM libro quarto decimo epistularum. Cui fundus legatus est, si decem [B. 44, 19, 55] E dederit, partem fundi consequi non potest, nisi totam pecuniam numerasset. dissimilis est causa, cum duobus eadem res sub condicione legata est: in hac enim quaestione statim a testamento, quo pluribus condicio adposita est, diuisa quoque in singulas personas uideri potest, et ideo singuli pro sua parte et condicioni parere et legatum capere possunt: nam 5 quamuis summa uniuersae condicionis<sup>1</sup> sit adscripta, enumeratione personarum potest uideri esse diuisa. in eo uero, quod uni sub condicione legatum est, scindi ex accidenti condicio non debet, et omnis numerus eorum, qui in locum eius substituuntur, pro singulari persona est habendus. 9
- 57 POMPOSIUS libro nono ad Quintum Mucium. Quaesitum est, an, si iussus [B. 44, 19, 56] E fuerit seruus quinque operas extraneo dare, ut liber sit, condicio talis sit recipienda, ut, quemadmodum circa pecuniae dationem dicitur, ita et circa praestationem operarum dicamus. sed hoc iure utimur, ut, quemadmodum dictum est, si pecuniam ex peculio suo det extraneo, admitti eum ad libertatem, ita et, si operam<sup>2</sup> praestiterit, necesse sit eum admitti ad libertatem. itaque et in proposito sapienter faciet heres, si impederit eum, quo 15 minus praestet operas: hac enim ratione seruus perueniet quidem ad libertatem, sed operis eius extraneus non utetur.
- 58 IDEM libro decimo ex uariis lectionibus. Si ancillae alienae, cum ea nub- [B. 44, 19, 57] E sisset, legatum sit, Proculus ait utile legatum esse, quia possit manumissa nubere. 19
- 59 ULPIANUS libro tertio decimo ad legem Iuliam et Papiam. Inter- [B. 44, 19, 58. Ep. 3, 31] E cidit legatum, si ea persona decesserit, cui legatum est sub condicione. Quid ergo, si non decesserit, sed in ciuitate esse desierit? puta alicui legatum si consul fuerit et is in insulam deportatus est: numquid non interim exstinguitur legatum, quia restitui in ciuitate potest? quod probabilius esse arbitror. non idem erit dicendum, si ea poena in eum sta- 25 tata fuerit, quae irrogat seruitutem, quia seruitus morti adsimulatur.
- 60 PAULUS libro septimo ad legem Iuliam et Papiam. In facto consistentes [B. 44, 19, 59] E condiciones uarietatem habent et quasi tripartitam recipiunt diuisionem, ut quid detur, ut quid fiat, ut quid optingat, uel retro ne detur, ne fiat, ne optingat. ex his dandi faciendique condiciones in personas collocantur aut ipsorum, quibus quid relinquitur, aut 1 aliorum: tertia species in euentu ponetur. Fiscus iisdem condicionibus parere debet, quibus 30 persona, a qua ad ipsum quod relictum est peruenit, sicut etiam cum suo onere hoc ipsum iudicat.
- 61 ULPIANUS libro octauo ad legem Iuliam et Papiam. Si uir uxori ad tempus [B. 44, 19, 60] E liberorum legauerit, dubitari potest, an de his dumtaxat filiis sensisset testator | qui post f. 93<sup>7</sup> mortem eius nati fuissent an et de his, qui uiuo eo ab eo suscepti fuissent post testamen- 35 tum factum, cum manente matrimonio decessisset<sup>3</sup>: uerum aequum est proficere, siue uiuo marito siue post mortem nascatur<sup>4</sup>.
- 62 TERENCEUS CLEMENS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Sed si hoc [B. 44, 19, 61] E specialiter expressit testator, etiamsi ex alio post mortem suam liberos procreauerit, nibilo 40 minus eam ad legatum admitti. Cuidam non solidum capienti amplius lege concessae portio- nis relicta<sup>5</sup> est, si heredi aliquid dedisset: quaeritur, an id, quod condicionis implendae causa dederat, consequi ex causa legati possit (quasi non capiat id quod erogat) an uero id extra sit nec ideo magis ex bonis testatoris amplius capiat, quam capturus esset, si sine condicione legatum esset. et Iulianus rectissime scribit tanto amplius eum capturum, quan- F(WDEQICK)
- <sup>1</sup> condicioni?    <sup>2</sup> operas?    <sup>3</sup> testator qui uiuo eo ab eo suscepti fuissent post testamentum factum an et de his, qui post mortem eius nati fuissent, cum manente matrimonio decessisset?  
<sup>4</sup> nascantur (edd.)?    <sup>5</sup> relictum?

3 eadem res sub condicione] quasi esset res sub eadem condicione uertuntur Graeci: ei δὲ πολλοῖς ὑπὸ τὴν αὐτὴν αἰρεσιν κατελείφθη B (Tφ.) 5 pro] F<sup>2</sup>EQIC, cum F<sup>1</sup>K, cum pro WD (supra uers. al. tantum) | condicione F<sup>1</sup>

6 uniuersae F    16 praestet et operas F  
18 nupsisset F<sup>2</sup>    30 tertias species F | iisdem (non isdem) F    35 h'an F | e'bo F  
40 legi F    42 derogat FDEIK, roget C

- tum condicionis implendae causa dare eum oportet, nec interesse, heredi an extraneo dare iussus sit, quia computatione facta, quae semper in persona eius introduceretur, non amplius lege concessae portionis ad eum subsideret. Cum uir uxori 'si a liberis ne nubserit' in annos singulos aliquid legauit, quid iuris sit? Iulianus respondit [cf. D. 40, 10, si posse mulierem nubere et legatum capere. quod si ita scriptum esset 'si a liberis impuberibus ne nubserit', legem locum non habere, quia magis cura liberorum quam uiduitas iniungeretur.
- 63 GAIUS libro tertio ad legem Iuliam et Papiam. Cum ita legatum sit 'si Titio non nubserit' uel ita 'si neque Titio neque Seio neque Maenio nubserit' et denique si plures personae comprehensae fuerint, magis placuit, cuilibet eorum si nubserit, amissuram legatum, nec uideri tali condicione uiduitatem iniunctam, cum alii cuilibet satis commode possit nubere. Uideamus et si ita legatum sit 'si Titio nubserit'. et quidem si honeste Titio possit nubere, dubium non erit, quin, nisi paruierit condicioni, excludatur a legato: si uero indignus sit nuptiis eius iste Titius, dicendum est posse eam beneficio legis cuilibet nubere. quae enim Titio nubere iubetur, ceteris omnibus nubere prohibetur: itaque si Titius indignus sit, tale est, quale si generaliter scriptum esset 'si non nubserit'. immo si uerum amamus, durior haec condicio est quam illa 'si non nubserit': nam et ceteris omnibus nubere prohibetur et Titio, cui inhoneste nuptura sit, nubere iubetur.
- 64 TERENCE CLEMENS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. Hoc modo legato dato 'si Lucio Titio non nubserit' non esse legi locum Iulianus aiebat. Quod si ita scriptum esset 'si Ariciae non nubserit', interesse, an fraus legi facta esset: nam si ea esset, quae aliubi nuptias non facile possit inuenire, interpretandum ipso iure rescindi, quod fraudandae legis gratia esset adscriptum: legem enim utilem rei publicae, subolis scilicet procreandae causa latam, adiuuandam interpretatione.
- 65 PAULUS libro sexagesimo secundo ad edictum. Legato sub condicione relicto si heres, a quo sub condicione legatum est, pendente condicione moriatur, heredem suum obligatum relinquit.
- 66 MODESTINUS libro decimo responsorum. Heres statuliberum, cui in euentum condicionis fideicommissum restituere rogatus erat, manumisit: quaero, an fideicommissum ei praestare debet. Herennius Modestinus respondit, quamquam statuliberum heres manumisit, tamen fideicommissum, quod sub iisdem condicionibus relictum ei debet, ita praestare cogitur, si condiciones impletas esse praestabit aut per eum stetit, quo minus impleantur.
- 67 LAUOLENUS libro undecimo epistularum. Cum sub hac condicione fundus alicui legatus esset 'si seruum non manumisit' et, si manumisit, legatum fundi ad Maenium translatum esset, legatarius de non liberando satisdedit et legatum accepit et postea liberauit: quaero, an aliquid Maenio detur. respondit, si cui ita legatum erit 'si seruum non manumisit', satisfactione interposita accipere ab herede legatum poterit et, si postea seruum manumisit, commissa stipulatione heredi uel fundum uel quanti ea res est restituet eoque casu heres ei, cui ex sequenti condicione legatum debuerit, restituet.
- 68 LAUOLENUS libro secundo ex Cassio. Si ita legatum esset 'cum nubserit', si nupta fuerit et hoc testator scisset, alterum matrimonium erit expectandum nihilque intererit, utrum nino testatore an post mortem ea iterum nubserit.
- 69 GAIUS libro tertio decimo ad legem Iuliam et Papiam. Si ita expressum erit: 'Titio, si uoluerit, do lego', apud Labeonem Proculus notat non aliter ad heredem legatarii pertinere, quam si ipse legatarius uoluerit ad se pertinere, quia condicio personae iniuncta uidetur.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> constabit (Rob. Stephanus)?

3 legi F 10 compr'ehensae F<sup>2</sup> 18 nubere] DEIC, cum nubere FWK 23 subolis] EIC, subolis FWDQ, sub doli K 42 iauolennus] F<sup>2</sup>, idem F<sup>2</sup>

- 70 PAPINIANUS libro sexto decimo quaestionum. Duos mater filios sub condicione emancipationis ex partibus heredes instituit eisque plurium rerum praeceptiones pure dedit: hereditatem adierunt. patrem a legatorum commodo illa quoque ratio debet summouere, quod emancipando filios obsecutus uoluntati supremum iudicium uxoris suae custodiri noluit. 5
- 71 IDEM libro septimo decimo quaestionum. Titio centum ita, ut fundum emat, legata sunt: non esse cogendum Titium cauere Sextus Caecilius existimat, quoniam ad ipsum dumtaxat emolumentum legati rediret. sed si filio fratri alumno minus industrio prospectum esse uoluit, interesse heredis credendum est atque ideo cautionem interponendam, ut et fundus comparetur ac postea non alienaretur. Titio centum relicta sunt ita, ut Maeciam uxorem quae uidua est ducat: condicio non remittetur et ideo nec cautio remittenda est. huic sententiae non refragatur, quod, si quis pecuniam promittat, si Maeciam uxorem non ducat, praetor actionem denegat: aliud est enim eligendi matrimonii poenae metu libertatem auferri, aliud ad testamentum certa lege inuitari. Titio centum relicta sunt ita, ut a monumento meo non recedat uel uti in illa ciuitate domicilium habeat. potest dici non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur. sed in defuncti libertis alio iure utimur. Titio genero meo heres meus dotis Seiae filiae meae nomine centum dato. legati quidem emolumentum ad Seiam, quae dotem habere incipit, pertinebit, sed quia non tantum mulieri, sed Titio quoque, cui pecuniam legauit, consultum uidetur, prope est, ut ipse legatarius intellegatur et legatum petere debeat. si || post mortuum genero pecuniam heres soluerit, aequae liberabitur, quoniam in dotem solutio conuertitur. constante autem matrimonio etiam prohibente muliere Titio recte soluetur: hoc enim et mulieris interest, ut incipiat esse dotata. nam et si quis ipsam quoque petitionem habere responderit eaque pecuniam petat neque dotis fieri uelit, non dubie doli summouebitur exceptione. ante nuptias uero Titio uel muliere defunctis legatum apud heredem manet. quod si nolit eam uxorem ducere, causa legati, quod ad mulieris personam attinet, satisfactum intellegatur, sed Titio legatum petenti nocebit exceptio doli. Sabinus autem existimabat nupta muliere Titio sine cautione legatum deberi, quoniam pecunia dotis efficeretur: sed cum ante nuptias, quia purum legatum est, peti potest, cautio mulieri pecuniam reddi necessaria erit. quod si maritus uitio suo causa ceciderit neque soluendo sit, numquid aduersus heredem mulieri, quae nihil deliquit, succurri debeat ob eam pecuniam, quae doti fuerat destinata? sed quoniam ambo legati petitionem habuerunt, saluam habebit, non soluta pecunia uiro, mulier actionem.
- 72 IDEM libro octauo decimo quaestionum. Cum tale legatum esset relictum Titiae si a liberis non discesserit, negauerunt eam recte cauere, quia uel mortuis liberis legati condicio possit exsistere. sed displicuit sententia: non enim uoto matris opponi tam ominosa non interponendae cautionis interpretatio debuit. Et cum patronus liberto certam pecuniam legasset, si a liberis eius non discessisset, permisit imperator uelut Mucianam cautionem offerri: fuit enim periculosum ac triste libertum coniunctum patroni liberis eorundem mortem exspectare. Titius heredem institutum rogauit post mortem suam hereditatem restituere, si fideicommissi cautio non fuisset petita. Mucianae cautionis exemplum ante constitutionem remissae cautionis locum habere non potuit, quoniam uiuo eo, cui relictum est, impleri condicio potuit. Quid ergo, si ita scriptum sit: 'peto, post mortem tuam restituas hereditatem ita, ne satis fideicommissi petatur neue ratio exigatur'. sine dubio per huiusmodi uerba non interponendae quidem cautionis condicio uidebitur adscripta, rationi uero non exigendae modus adhibitus, scilicet ut culpa, non etiam doli remissus intellegatur: idque in eius persona, qui negotia gessit cuique rationis reddendae necessitas
- F(WDEQICK)

<sup>1</sup> ad testamentum] ad id testamento?    <sup>2</sup> causae (edd.)?    <sup>3</sup> ante nuptias *ins.*

<sup>4</sup> uoluntatis' F<sup>4</sup>    14 ad testamentum certa    22 const'ante F<sup>4</sup>    23 incipiat F<sup>1</sup>    33 pecuniam F<sup>2</sup> W  
(certe Q) lege] FDEQIK, ad testamentum    22 const'ante F<sup>4</sup>    23 incipiat F<sup>1</sup>    33 pecuniam F<sup>2</sup> W  
contra legem W, testamento certa lege C



- 4 fuerat testamento remissa, rescriptum est. 'Si arbitrato Titii Seia nubserit, heres meus ei fundum dato'. uiuo Titio etiam sine arbitrio Titii eam nubentem legatum accipere respondendum est eamque legis sententiam uideri, ne quod omnino nuptiis impedimentum inferatur. sed si Titius uiuo testatore decedat, licet condicio deficit, quia tamen suspensa quoque pro nihilo foret, mulieri succurreretur. 'Maeuiae, si non nubserit, fundum cum morietur lego'. potest dici et si nubserit, eam confestim ad legatum admitti. non idem probatur, si certus dies incertusue alius legato fuerit adscriptus. Falsam causam legato non obeasse uerius est, quia ratio legandi legato non cohaeret: sed plerumque doli exceptio locum habebit, si probetur alias || legaturus non fuisse. Falsam condicionem Cassius et Caelius Sabinus impossibilem esse dixerunt, ueluti: 'Pamphilus, si quod Titio debeo soluerit, liber esto', si modo nihil Titio fuit debitum: quod si post testamentum factum testator pecuniam exsoluit, defecisse condicionem intellegi. Falsam legati demonstrationem non facere legatum Sabinus respondit (ueluti si quis, cum Titio nihil legasset, ita scriptum reliquerit: 'ex centum, quae Titio legani, quinquaginta heres Seio dato') idque sumpsit ex defuncti uoluntate, quia non animo legandi, sed deminuendi legatum, quod falso datum existimaret, ita scriberet. propter falsam tamen demonstrationem legati non plus Seius adsequetur, quam si uere demonstratum fuisset.
- 73 IDEM libro nono decimo quaestionum. Titio fundus, si in Asiam non uenerit, idem, si peruenerit, Sempronio legatus est. cum in omnibus condicionibus, quae morte legatariorum finiuntur, receptum est, ut Muciana cautio interponatur, heres cautionem a Titio accepit et fundum ei dedit. si postea in Asiam peruenerit, Sempronio heres, quod ex stipulatu cautionis interpositae consequi potest, utili actione praestare cogitur. sed si cautio medio tempore defecerit, quae sollicitate fuerat exacta, non de suo praestabit heres, sed quia nihil ei potest obici, satis erit actiones praestari. si tamen, Titius cum in Asiam uenisset, Sempronius, priusquam legatum accipiat, decesserit, heredi eius deberetur, quod defunctus petere potuit.
- 74 IDEM libro trigesimo secundo quaestionum. Mulieri et Titio usus fructus, si non nubserit mulier, relictus est. si mulier nubserit, quamdiu Titius et uiuit et in eodem statu erit, partem usus fructus habebit: tantum enim beneficio legis ex legato concessum esse mulieri intellegendum est, quantum haberet, si condicione paruisset. nec si Titius, qui condicione defectus est, legatum repudiet<sup>1</sup>, ea res mulieri proderit.
- 75 IDEM libro trigesimo quarto quaestionum. Dies incertus condicionem in testamento facit.
- 76 IDEM libro sexto responsorum. Fideicommissum a filiis relictum 'si quis ex his sine liberis diem suum obierit' adoptionis commento non excluditur.
- 77 IDEM libro septimo responsorum. Auia, quae nepotem sub condicione emancipationis pro parte heredem instituerat, ita postea codicillis scripsit: 'hoc amplius nepoti meo, quam quod eum heredem institui, lego praedia illa'. condicionem emancipationis repetitam uideri placet, quamuis auia nullam in legatis, ut in hereditate, substitutionem fecisset. nam et cum seruus pure quidem liber, heres autem sub condicione scriptus et, si heres non exstiterit, legatum accipere iussus est, in legato repetitam uideri libertatem diuus Pius rescripsit. Muciana cautio locum non habet, si per aliam condicionem actio legati differri possit. 'Titio, si mulier non nubserit, heres centum dato': quam pecuniam eidem mulieri Titius restituere rogatus est. si nubserit mulier
- F(WDEQICK)**

<sup>1</sup> si condicione paruisset nec Titius condicione defectus esset: nec si Titius legatum repudiet?

<sup>2</sup> si] etsi?

6 si om. F<sup>2</sup> 10 debeo solueret (em. soluerit) ... 11 Titio suppl. F<sup>2</sup> 13 relinquere F 24 in] DE<sup>6</sup>IC, om. FE<sup>6</sup>K 40 heres] quasi esset heres pro parte uerterunt Graeci: μερικὸς κληρονόμος B (Tip.) 42 libertatem] non aliter Graeci: δοκεῖ ἢ ἐλευθερία ἐν τῷ ἀνα-

λαμβάνεσθαι et recte, repetitam uideri condicionem l. gem. male 43 condicione] m' F<sup>2</sup> 44 si nubserit] cum prioribus iungunt Graeci: καὶ ἀζιώσῳ σε τὰ ἄλλα παρασχέιν ἀτῆ γαμογμένη B (Tip.), non recte

die legati cedente, fideicommissum petet: remoto autem fideicommissio legatarius exemplum Mucianae cautionis non habebit. Pater exheredatae filiae tutores dedit || eosque, si mater eius, impubere filia constituta, uita decessisset, ad rem gerendam accedere iussit, cum uxori mandatum esset, ut moriens filiae communi decies restitueret. non sub conditione tutores uidebuntur dati nec, si quid aliud interea puella quaesisset, eius administratione prohiberi, cautio uero fideicommissi matri remissa. quocumque<sup>1</sup> indicio uoluntatis cautio legatorum uel fideicommissorum remitti potest. itaque si cautionis non petendae condicio legato uel fideicommissio praescribatur, condicionem ea res non faciet: non enim deficiet, si quis caneri desiderauerit, onere cautionis non secuto, quod aduersus inuitum hodie iure publico sequi non potest, postquam remitti posse cautionem placuit.

IDEM libro nono responsorum. Cum pupillus aut tutor eius condicionem in personam pupilli collatam impedit, tam legati quam libertatis iure communi condicio<sup>2</sup> impleta esse uidetur. Disiunctiuo modo condicionibus adscriptis alteram defecisse non oberit altera uel postea impleta, nec interest, in potestate fuerint accipientis condiciones an in euentum collatae.

IDEM libro primo definitionum. 'Heres meus, cum morietur Titius, centum 'ei dato'. purum legatum est, quia non condicione, sed mora suspenditur: non potest enim condicio non existere. 'Heres meus, cum ipse morietur, centum Titio dato'. legatum sub condicione relictum est: quamuis enim heredem moriturum certum sit, tamen incertum est, an legatario uiuo. dies legati<sup>3</sup> non cedit et non est certum ad eum legatum peruenturum. Qui post Mucianam cautionem interpositam legatum accepit, si contra cautionem aliquid fecerit, stipulatione commissa etiam fructus heredi restituet: hoc enim legatarius et in exordio canere cogitur. Quamuis usus fructus, cum morietur legatarius, inutiliter legetur, tamen cautionis Mucianae remedium usu fructu quoque sub condicionem alicuius non faciendi legato locum habet. Quod in fraudem legis ad impediendas nuptias scriptum est, nullam uim habet, ueluti: 'Titio patri centum, si filia, quam habet is in potestate, non nubserit, heres dato' uel: 'filio familias, si pater eius uxorem non duxerit, heres dato'.

SCAEUOLA libro octauo quaestionum. Eas causas, quae protinus agentem repellunt, in fideicommissis non<sup>4</sup> pro conditionalibus obseruari oportet: eas uero, quae habent moram cum sumptu, admittemus cautione oblata: nec enim parem dicemus eum, cui ita datum sit, si monumentum fecerit, et eum, cui datum est, ut monumentum faciat.

PAULUS libro uicesimo primo quaestionum. Iulius Paulus Nymphidio. Quaesisti, si ita in testamento cautum esset: 'Stichus si rationes reddiderit, cum contubernali sua liber esto eisque decem heres dato', an Sticho mortuo antequam rationes redderet, uel pariatore uel reliqua habente, libera esset mulier? et an de legato idem accipiamus<sup>5</sup>. libertate data, si rationes reddiderit, hanc condicionem rationum reddendarum, ut iussus uideatur reliqua reddere, si qua habet, cum fide actus sui. quae si nulla sunt, pure accepisse libertatem uidebuntur: et si post aditam hereditatem decessit, competente libertate etiam legatum eos secutum est. quod si, cum adhuc reliqua haberet, decessit, sub eadem condicione et contubernalis eius libertatem accepisse uidetur et defecta uidebitur condicione. sed non ineleganter illud dicitur Stichum || quidem sub condicione manumissum, contubernalem autem eius pure et illam coniunctionem non ad coniungendam condicionem, sed ad necessitudinem demonstrandam pertinere. Tunc demum pro impleta habetur condicio, cum per eum stat, qui, si impleta esset, debiturus erat.

F(WDEQICK)

enim ins. (edd.)    <sup>2</sup> condicio iure communi?    <sup>3</sup> igitur ins.    <sup>4</sup> non del. (dett. quidam)    <sup>5</sup> talia spectamus: et de legato, an accipiant? et ita accipimus

accideré F 10 postquam] F<sup>2</sup>, postea F<sup>2</sup> W, posteaquam DEQICK 28 eas causas] non uider uidentur legisse Graeci: ἐὰν ἀγατεύσω δὲ ἐπὶ τῷ μνημεῖόν μοι ποιῆσαι, οὐκ ἔστιν αἰρετικόν· εἰ δὲ ἀγατεύσω, ἐὰν ποιήσῃς μοι μνημεῖον, ἔστιν αἰρετικόν B (Tip.) 29 non pro

conditionalibus] FDEICK. habes 'non': sed alias deest 'non' Accursius | habent] FDEIK, non habent C 31 faciat] FDEICK, non faciat W 32 nymphidio F 35 pariatore] FD<sup>2</sup>ECK, pariatorem I, aparitore Q, paria D<sup>2</sup> 37 pure] pere F<sup>2</sup> 38 competente F<sup>2</sup>

- 82 CALLISTRATUS libro secundo quaestionum. Cum seruus ita liber esse iussus [B. 44, 19, 79] sit 'si rationes reddiderit' eique fundum heres dare damnas sit, uideamus, utrum condicio libertati praeposita sit an uero et legato. et quidem si libertati soli accipiamus praepositam, nullus tractatus amplius superest: nam legatum purum inuenitur et ideo inutile fit: quod si condicio etiam legato insita sit, quod quidam recte putant, simul cum libertate dies quoque legati utiliter cedit. quid ergo continetur his uerbis 'si rationes reddiderit'? quidam hoc aiunt 'si reliqua reddiderit', quasi nihil intersit, utrum sub hac condicione 'si reliqua' uel *hac* 'si rationes reddiderit'. sed nos neque condicionem meram putamus esse, quae in datione existit, neque meram condicionem, quae in facto sit, sed eam condicionem, quae ex mixtura quadam consistit. nam non utique si ille in folle reliqua optulerit, liber erit: non enim testator hoc sensit, sed illud, ut rationes reddat, quomodo seruus reddere solet, id est legendas offerre rationes primum, deinde computandas, ut explorari possit, imputationes probe an improbe referantur, accepta recte relata an non recte: ita enim incipit quidem res a facto, peruenit autem ad pecuniam. - inest his uerbis etiam heredes notitia instrui rationum, ut sciant, quid in quaque ratione scriptum sit. nam quod ipse uiuus facturus erat, ab heredibus suis fieri iussisse intellegitur: ille autem utique non sic solebat seruo suo ostendenti reliqua rationes subscribere, sed ita, ut legeret examinaret exciperet. itaque cum seruo sub hac condicione testamento libertas datur 'si rationes reddiderit', non hanc solam habet significationem, si cautiones instrumentaque omnia actus sui exhibuerit heredi, sed et si reliqua soluerit.
- 83 PAULUS libro duodecimo responsorum. Lucius Titius ita [B. 44, 19, 80. BS. 40, 5, 1 sch. 2] P testamentum fecit: 'Aurelius Claudius natus ex illa muliere, si filium meum se esse iudici probauerit, heres mihi esto'. Paulus respondit filium de quo quaereretur non sub ea condicione institutum uideri, quae in potestate eius est, et ideo testamentum nullius esse momenti.
- 84 IDEM libro quarto decimo responsorum. 'Illis libertis alimentorum nomine, [B. 44, 19, 81] P 'si cum filio meo morati fuerint, menstruos denarios centenos et uestiaria dari uolo'. liberti in obsequio fuerunt, quamdiu adulescens ad militiam promoueretur: qua causa effectum est, ut quibusdam Romae relictis proficisceretur, et apud castra defunctus est: quaesitum est, an ab heredibus eius alimenta debeantur. Paulus respondit condicionem quidem in persona libertorum, qui cum filio defuncti morati sunt aut per eos non stetit, quo minus morarentur, mortuo filio testatoris defecisse non uideri. sed si testator propter filii utilitatem his, qui cum eo morati fuissent, alimenta praestari uoluit, contra uoluntatem defuncti petentes audiri non oportere.
- 85 SCAEUOLA libro tertio responsorum. Titia heredis instituti liberos habentis [B. 44, 19, 82] filii fidei commisit, uti rem eius uniuersam restitueret filiis eius liberisue eorum, cum ipse petissent, sine ulla iuris cauillatione: quaero, an his uerbis 'cum illi a te petierint' condicio fideicommissio adscripta uideatur. respondit non uideri.
- 86 || MAECIANUS libro tertio fideicommissorum. Iulianus noster eum, qui decem [B. 44, 19, 83] dare et ita liber esse iussus esset, si a uiuente manumissus esset, non aliter legatum, quod ei cum libertate datum esset, habiturum, quam si condicioni libertatis paruisset: item in emptorem<sup>1</sup>, si alienatus esset. sed id tunc locum habet, cum omnimodo simul cum libertate legatum adquiri potuit, licet legato imposito non sit<sup>2</sup>, ueluti cum in tempus libertati
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> emptorem (edd.)? <sup>2</sup> requiruntur talia: sed id tunc locum habet, cum legatum adquiri non potuit, nisi legato impositum factum sit, non cum omnimodo simul cum libertate legatum adquiri potuit, licet impositum factum non sit

3 legato] DE (suprascr. al. tum) IK, legatum FQC 4 nullus F<sup>2</sup> | inutile] FIC, in utile (sic) K, non inutile WD, non utile E (in marg. P[isis] deest non) 8 hac si] si hac F<sup>2</sup>, si hac si F<sup>2</sup>, sub hac si WDE (marg. ad sub: P[isis] si) ICK 18 exciperet] exciperet F<sup>2</sup>

32 defecisse F 33 morati F<sup>1</sup> 37 cabillatione F 43 legato imposito] FQC, legato impositum DE, legatum impositum IK, legato imposita Taur. distinguuntur opinor legata haec duo: 'Stichus si decem dederit, liber esto et fundum heres ei dato' et 'Stichus si

- 1 legatum collatum esset. Cum vero libertas sub condicione, legatum autem cf. Iul. D. 80, 91, 1 praesenti die datum est, in hoc quaestio est, an constiterit legatum: etenim nec Catonianae sententiae locum in proposito esse, quia etsi statim testator decessisset, non tamen omnimodo inutile esset legatum, cum posset condicio libertatis ante aditam hereditatem impleri et legatum manumisso deberi, nisi forte necessarius heres exstisset: tunc enim omnimodo 5 inutile erit legatum iure ipso, quia sub condicione accepit libertatem.
- 87 VALENS libro primo fideicommissorum. Quod traditum est in legatis nouis- B. 44, 19, 84 P  
simam, in libertatibus leuissimam condicionem spectandam esse,
- 88 GAIVS libro primo fideicommissorum. id est quae ipsi seruo commodior sit, B. 44, 19, 85 P
- 89 VALENS libro primo fideicommissorum. non ad ea dumtaxat pertinet, quae B. 44, 19, 86 P  
aequius sub diuersis condicionibus, sed etiam quae primo pure, deinde sub condicione 11 dantur. itaque quod heres pure dare iussus est quodue pure legatum est, cum id ex intervallo sub condicione legatum est, posterius ualet: si prius sub condicione, deinde pure legatum est, praesens debetur. quod si pure legatum ex continenti heres sub condicione damnatus aut rogatus est dare, perinde est, ac si iuncta subiecta scriptura idem legatum 15 esset, uel ut<sup>1</sup> praesens uindicari, si hoc uoluerit legatarius, uel, cum condicio exstiterit, ab herede peti possit, nisi<sup>2</sup> commemoratione superioris legati posterius scriptum fuerit, uelut: Stichum, quem illi legavi, heres meus ei, si illud factum erit, dato: tunc enim reuocandi animo praesens legatum et sub condicione dandi ita scripsisse uidebitur: et si ante condicionem rem uindicet, doli exceptio locum habere poterit. 20
- 90 GAIVS libro primo fideicommissorum. Per fideicommissum uarie data libertate non leuissima spectanda est, sed nouissima, quia posterior uoluntas potior haberi debet: cui consonat etiam rescriptum diui Antonini.
- 91 MAECIANUS libro secundo fideicommissorum. Condicionum, quae in futu- B. 44, 19, 88 P  
rum conferuntur, triplex natura est, ut quaedam ad id tempus, quo testator uiuat, quae- 25 dam ad id, quod post mortem eius futurum sit, quaedam ad alterutrum pertineant, tempus autem uel certum uel infinitum comprehendatur: quae omnia non minus in fideicommissis quam in institutionibus ac legatis incidere solent: ut haec condicio 'Titiae, si mihi nubserit' non dubie nisi uiuente testatore, illa autem 'si ad exsequias funeris mei uenerit' nisi post mortem impleri non possit, illa uero 'si filio meo nubserit' uel uiuente 30 uel mortuo testatore impleri possit. et prima quidem ac tertia ex relatis condicionibus infinitum tempus habent: quandoque enim nubserit, impletur condicio: secunda ad certum tempus adscripta est.
- 92 ULPIANUS libro quinto fideicommissorum. Si cui legatum fuerit relictum B. 44, 19, 89 P  
inque rogatus sit liberos suos emancipare, an cogi || debeat manumittere? et retineo me f. 97  
dixisse defici eos a petitione fideicommissi: neque enim praetor fideicommissarius eos ad 36 libertatem tnetur ut seruos. Papinianum quoque libro nono responsorum scribere referebam non esse cogendum emancipare filios suos. arbitror tamen extra ordinem debere constitui eum qui adgnouit id, quod sibi relictum est hac contemplatione, ut liberos suos emanciparet, cogendum emancipare: neque enim debet circumueniri testantium uoluntas: sic de- 40 inde hoc accipiendum, quemadmodum si sub condicione liberorum emancipandorum ei fuisset legatum uel ita relictum, ut eos emanciparet. cui rei consequens est, quod diuus Severus rescripsit. nam cum quaedam mulier nepotes suos heredes instituisset et ipsum filium coheredem filiis suis dedisset eosque inuicem substituisset rogassetque filium, ut filios emanciparet, non autem rogasset, ut hereditatem eis restitueret: ex auctoritate diui 45 Severi emancipare eos compulsus est hisque restituere hereditatem. et adiectum est, ut, si

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> ut uel?    <sup>2</sup> cum in.

idem dederit, liber esto: cum Stichus liber erit, heres fundum ei dato. fundi legatum illo casu pendet a datione pecuniae et Sticho alio modo ad dominum peruenire potest condicione

impleta, hoc casu pendet a libertate nec requirit pecuniae dationem 9 serui F<sup>1</sup> 26 ad alterutrum] WDEICK, alterutrum F 29 testatore] DEICK, testore F, testator ei Q

tardius id faceret, quasi ex mora usuras praestaturum: uideri enim eum, qui moram fidei emancipationi, moram restitutioni fideicommissi eam<sup>1</sup> facere.

- 93 PAPINIANUS libro octauo responsorum. Mater filio suo coheredes sine ulla [B. 44, condicione filias ipsius dedit ac petit, ut filias suas emanciparet, ita ut curatores a tore acciperent. filii uideri fidei commississe placuit, ut eas sui iuris constitutas ad ditatem auiae peruenire pateretur, nec ad rem pertinere, si portionem filiarum iure s tutionis<sup>2</sup> quaesisset.
- 94 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Cum ita datur libertas: 'si [B. 44, 'Titio' (qui non est heres) 'decem dederit', certa persona demonstratur ac propter personam eius tantum condicio impleri potest. sane si cum cesserit dies<sup>3</sup> pecuniam ( cioni comprehensam statuliber habuerit, iure constituto nulli dando consequitur libert diuersa causa est legatarii, in cuius persona placuit condicionem deficere, si, ante 1 dederit legatarius pecuniam, Titius moriatur. Ex his uerbis 'si heredi' uel 'si heredi 'decem dederit, liber esto', non tantum heredi, sed etiam heredis heredi dando pe ad libertatem: at si nullus heredi successerit, iure constituto nulli dando ad liber perueniet.
- 95 IDEM libro quarto iuris epitomarum. Legatum sub condicione relictum et [B. 44, ad alium translatum, si non condicio personae cohaereat, sub eadem condicione latum uidetur.
- 96 PAULUS libro primo ad Neratium. Titio usus fructus serui [B. 44, 19, 98. BS. 16, 4, 1 legatus est et, si ad eum pertinere desisset, libertas seruo data est. Titius uiuo tes decessit. libertas non ualet, quia condicio nec initium accepit. PAULUS. ergo et si u Titius et capere non potest, idem dicendum est: desisse enim non uidetur, quod n 1 cipit. Serui usus fructus mulieri, quoad uidua esset, legatus, idem seruus, si ea nub liber esse iussus est. si mulier nubserit, liber erit, quia potior est legato libertas.
- 97 IDEM libro secundo ad Neratium. Municipibus, si iurassent, legatum est. [B. 44, haec condicio non est impossibilis. PAULUS. quemadmodum ergo pareri potest per itaque iurabunt, per quos municipii res geruntur.
- 98 IDEM libro tertio ad Neratium. Mea res sub condicione legari mihi potest, [B. 44, quia in huiusmodi legatis non testamenti || facti tempus, sed condicionis expletae sp oportet.
- 99 PAPINIANUS libro octauo decimo quaestionum. Condiciones extrinsecus, [B. 44, non ex testamento uenientes, id est quae tacite inesse uideantur, non faciunt legat dicionalia.
- 100 IDEM libro septimo responsorum. Titiae, si non nubserit, ducenta, si nubserit, c legauit: nubsit mulier. ducenta, non etiam centum residua petat: ridiculum est eandem et ut uiduam et ut nuptam admitti.
- 101 IDEM libro octauo responsorum. Pater Seuerianam Proculam Aelio Phi- [B. 44, lippo cognato nuptiis testamento designauit: eidem filiae praedium, si Aelio Pi nubsisset, uerbis fideicommissi reliquit: quod si non nubsisset, idem praedium Philipp noluit: nondum uiripotens puella diem suum obiit. respondi, cum in condicionibus mentorum uoluntatem potius quam uerba considerari oporteat, Aelio Philippo fideico sum ita datum uideri, si ei Procula defuncti filia nubere noluisset: quare cum ea 1 quam uiripotens fieret, uita decesserit, condicionem exstitisse non uideri. Ita fideicom F(WDEQICK)

<sup>1</sup> etiam (Hal.)? <sup>2</sup> institutionis (cf. D. 35, 2, 25 pr.)? <sup>3</sup> si cum cesserit dies] *requi talia*: si decesserit Titius (sic Bilderdyck) neque cui offerat (u. i.)

2 eam] *FDIK*, eum *EC* 5 commis'sisse *F*<sup>2</sup> 8 cum ita seq.] ἐὰν εἴπω τὸν δοῦλόν μου ἐλεύθερον εἶναι, ἐὰν ἐξωτικῶ τινὶ δώσῃ ἰ νομίσματα, καὶ εὔρεθῆ ὁ ἐξωτικὸς τελεγιῆσας *B* (*Tipur.*): sed Graecos aliter legisse propterea non contenderim | libertas' *F*<sup>2</sup> 22 si om. *F*<sup>2</sup> 23 enim


et in *F*<sup>1</sup>, enim *F*<sup>2</sup>: οὐ γὰρ λέγομεν παῖ *BS* (*Enantioph.*). 24 quo'd ad *F*<sup>21</sup> 25 est] *I*, iussus esset *FWDECK*, iussus et *Q* 26 si iurassent *F*<sup>2</sup> 28 per ad q 30 lecatas *F* 41 respondi cum uiri] puella' in condicionibus *F*<sup>2</sup>

- D**ato: 'uolo restituas, si sine liberis decedas' condicio deficit ex uoluntate uel uno filio  
 2 **S**uperstite relicto. Condicionum uerba, quae testamento praescribuntur, pro uoluntate (B)  
**C**onsiderantur: et ideo cum tutores testamento dati, quoniam interea puer adoleuerat, id  
 3 **E**gerint, ut curatores ipsi constituerentur, condicio fideicommissi talis praescripta: 'si tu-  
**T**elam in annum octauum decimum gesserint' defecisse non uidebitur. Socrus nurui fidei- 5  
**C**ommissum ita reliquerat: 'si cum filio meo in matrimonio perseuerauerit': diuortio sine  
**C**ulpa uiri post mortem socrus facto defecisse condicionem respondi. nec ante diem fidei-  
**C**ommissi cedere, quam mori coeperit nupta uel maritus, et ideo nec Mucianam cautionem  
 4 **L**ocum habere, quia morte uiri condicio possit existere. Fideicommissa menstrua et annua  
**S**ub ea condicione liberto relicta 'quamdiu res patroni filiae gesserit' etsi praestari necesse 10  
**E**st filia prohibente res suas administrari, tamen uoluntatem filia mutante condicionem re-  
**S**umunt, quoniam plura sunt.
- 102 **I**DEM libro nono responsorum. Cum auus filium ac nepotem ex altero filio [B. 44, 19, 98] P\*  
**H**eredes instituisset, a nepote petit, ut, si intra annum trigesimum moreretur, hereditatem  
**P**atruo suo restitueret: nepos liberis relictis intra aetatem supra scriptam uita decessit. 15  
**F**ideicommissi condicionem coniectura pietatis respondi defecisse, quod minus scriptum, quam  
**D**ictum<sup>1</sup> fuerat, inueniretur.
- 103 **P**AULUS libro quarto decimo quaestionum. Si ita legatum sit 'Titio post [B. 44, 19, 99] P\*  
**D**ecem annos dato, si satis ab herede non exegerit' et Titius intra decimum annum de-  
**C**esserit, ad heredem suum transmittat legatum, quia moriente eo condicio existit. 20
- 104 **I**DEM libro quarto decimo responsorum. Eum, qui post apertum testamen- [B. 44, 19, 100] P\*  
**T**um deportatus et restitutus est, fideicommissum petere posse, cuius condicio postea ex-  
**S**tetit, quam ciuitatem Romanam recipiat.
- 105 **P**OMPONIUS libro quinto epistularum. Si fundum a testatore sub condicione [B. 44, 19, 101] \*F  
**L**egatum heres alii pendente condicione legauit, post existentem condicionem, quae priori 25  
**T**estamento praeposita fuerat, neque proprietas a priore legatario recedit nec locum reli-  
**G**iosum in eo fundo heres facere nec seruitutem imponere || poterit: sed et imposita seruitus q. 58 f. 98.  
**F**inietur existente condicione.
- 106 **I**ULLIANUS libro uicesimo quinto digestorum. Hoc genus legati 'si Titio [B. 44, 19, 102] \*S  
**N**on nubserit' perinde habendum est, ac si post mortem Titii legatum fuisset, et ideo nec 30  
**M**uciana satisfactione interposita capere legatum potest. sed et alii nubendo nihilo minus  
**L**egatum consequitur.
- 107 **G**AIVS libro singulari de casibus. Aliquando accidit, ut sub condicione [B. 44, 19, 103] \*P  
**D**atum legatum purum intellegatur, ueluti quod sub eadem condicione relictum est, sub  
**Q**ua etiam heres alius institutus est, item quod sub hac condicione relictum est 'si here- 35  
**D**itatem adierit'. ex diuerso quoque purum datum legatum condicionalis uidetur, ueluti  
**Q**uod sub condicione ademptum est, quia sub contraria condicione datum intellegitur.
- 108 **S**CAEUOLA libro nono decimo digestorum. Libertis omnibus legauit do- [B. 44, 19, 104] A  
**N**um et haec uerba adiecit: 'ut in ea habitent liberti, ne de nomine exeat et ut ad unum,  
**Q**ui nouissimus exstiterit, perueniat: et eo amplius eisdem libertis meis dari uolo fundum 40  
**S**osianum'. quaesitum est, an condicio adposita, ne de nomine exiret, ad sequens quoque  
**L**egatum pertineret. respondit pertinere.
- 109 **I**DEM libro uicesimo digestorum. A testatore rogatus, ut acceptis centum [B. 44, 19, 105] A  
**N**ummis restitueret hereditatem Titiae coheredi suae, adita hereditate decessit: similiter et  
**T**itia, antequam daret centum: quaesitum est, an heres Titiae offerendo centum fidei- 45  
**C**ommissio partem hereditatis consequi possit. respondit heredem condicione parere non  
**P**osse. **C**LAUDIUS. magno ingenio de iure aperto respondit, cum potest dubitari, an in pro-  
**P**posito condicio esset.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> actum?

18 sit' F<sup>a</sup> 26 reliciosum F 31 sed et 36 condicional'e F<sup>a</sup> 42 respondit' F  
 alii seq.] ΓΑΜΟΥΜΕΝΗ ΔΕ ΆΛΛΗ ΛΑΜΒΆΝΕΙ B (Tip.)



- 110 POMPONIUS libro nono epistularum. Etiam si inuitis heredibus ex peculio [B. 44, 19, 106] statuliber pecuniam Titio det, liber quidem fit: sed Titius, qui inuitis heredibus sciens accepit, pro possessore uidetur eam pecuniam possidere, ut auocare eam hi, qui inuiti fuerunt, possint.
- 111 IDEM libro undecimo epistularum. Qui sub condicione rationum reddendarum liber esse iussus est, docere debet constare fidem omnibus, quae ab eo gesta sunt, ut neque subtraxerit quid ex his quae acceperit neque expensum rationibus praescripserit<sup>1</sup> quod non dederat: sed et quod reliquum per contextum scriptum est remanere apud eum, soluere debet: neque enim aliter liber esse potest, quam si hoc modo condicione, sub quam data est libertas, satisfecerit. ceterum debitores, cum quibus ipse contraxit, non utique in diem mortis domini sui fuisse idoneos praestare cogendus est, sed eo tempore, quo his creditum est, eius condicionis fuisse, ut diligens pater familias his crediturus fuerit.
- 112 IDEM libro duodecimo epistularum. Tales condiciones 'si monumentum' [B. 44, 19, 108] puta 'fecerint' pluribus propositae non possunt nisi in omnibus simul personis existere.
- 1 Item: 'si Symphoro et Ianuario centum Titius praestiterit, fundum ei lego'. Symphoro mortuo an legatum perisset? sed hoc quoque sic puto interpretandum ut<sup>2</sup> si, dum quisque eorum uiuet, praestitisset. sed benigna interpretatione dicendum, si non post moram Titii Symphorus decessit, debere<sup>3</sup> partem dimidiam Ianuario dantem partem fundi dimidiam<sup>4</sup> legatarium esse consecuturum. De illo quoque quaeritur: fundus quibusdam legatus est, si pecuniam certam in funus impensamque perferendi corporis in aliam regionem dedissent. nam nisi uterque dederit, neutri est legatum, quoniam condicio nisi per utrumque expleri non potest. sed haec humanius interpretari solemus, ut, cum duobus fundus legatus sit, si decem dedissent, et alteri dando partem legatum quoque debeatur. Priscus respondit statuliberum non utique ibi ubi pater familias decessit aut ubi ipse relictus sit aut ubi uelit, rationes reddere debere, sed interim<sup>4</sup> proficisci ad eum, cui reddere debeat, utique si is rei publicae causa aberit: uerissimum est autem, ut alias aliud ex persona locoque sit aestimandum.
- 113 PAULUS imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris [B. 44, 19, 109] sex libro secundo. Cum filius rogatus fuisset a patre, si, antequam res suas administrare posset, decessisset, hereditatem Titio restituere, et egressus uiginti annos decessisset, rescriptum est fideicommissum deberi.

## II.

## R AD LEGEM FALCIDIAM R

- 1 PAULUS libro singulari ad legem Falcidiam. Lex Falcidia lata est, quae [B. 41, 1, 1] primo capite liberam legandi facultatem dedit usque ad dodrantem<sup>5</sup> his uerbis: 'qui ciues Romani sunt, qui eorum post hanc legem rogatam<sup>6</sup> testamentum facere uolet, ut eam pecuniam easque res quibusque dare legare uolet, ius potestasque esto, ut hac lege sequenti<sup>7</sup> licebit'. secundo capite modum legatorum constituit his uerbis: 'quicumque ciuis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique cui Romano pecuniam iure publico dare legare uolet, ius potestasque esto, dum ita detur legatum<sup>8</sup>, ne minus quam partem quartam hereditatis eo testamento heredes capiant, eis, quibus quid ita datum legatumue erit, eam pecuniam sine fraude sua capere licet<sup>9</sup> isque heres, F(WDEQICK)

<sup>1</sup> perscripserit (Rob. Stephanus)? <sup>2</sup> ut del. <sup>3</sup> debere del. (Iensius) <sup>4</sup> interdum?  
<sup>5</sup> usque ad dodrantem del. (Cuiacius) <sup>6</sup> de sua pecunia suisque rebus ins. <sup>7</sup> sequenti del. <sup>8</sup> legetur (Cuiacius)? <sup>9</sup> itaque ins.

1 non F 6 const'a're F<sup>4</sup> 7 praescripserat FDEQICK, perscripserat W: οὔτε ἐν τῇ ΔΑΠΑΝῇ ΚΑΤΕΡΓΑΦῆ ΤΙ Μῆ ΔΑΠΑΝΗΣΑΣ B (Tip.) 12 his] is F 14 praepositae F<sup>2</sup> 15 sumphoro F | sumphoro F 16 interpra'es'tan-

dum F<sup>2</sup> 18 sumphorus F<sup>2</sup>, sumphorum F<sup>2</sup> | dantem] dare C 20 impensamqu'a'e F<sup>2</sup> 21 est] sit F<sup>2</sup> 26 locoqu'a'e F<sup>2</sup> 28 lib'e'ris F<sup>4</sup> 30 et 'egressus F<sup>2</sup>

'qui eam pecuniam dare iussus<sup>1</sup> damnatus erit, eam pecuniam debeto dare, quam<sup>2</sup> damna-  
<sup>1</sup> tus est. Lex Falcidia etiam ad eos, qui apud hostes moriuntur, propter legem Corneliam  
 pertinere uidetur, quod ea lex perinde eorum testamenta confirmat, atque si in ciuitate  
 decessissent: propter quam fictionem lex Falcidia et omnes testamentariae<sup>3</sup> pertinent, quae  
<sup>2</sup> tamen possint locum habere. Ad eos, qui omnia causa testamenti possident hereditatem,  
<sup>3</sup> non pertinet lex Falcidia: sed per edictum praetoris inducitur potestas legis. Idemque  
<sup>4</sup> est, si iurisurandi condicio remissa sit. <sup>4</sup> Sed et si seruo suo testator data libertate lega-  
 uerit, quia differtur in id tempus, quo liber futurus est, item ei qui apud hostes est aut  
<sup>5</sup> ei qui nondum natus est datum sit aliquid, haec lex locum habebit. Ad municipum quoque  
<sup>6</sup> legata uel etiam ea, quae deo relinquuntur, lex Falcidia pertinet. Non solum autem ad <sup>10</sup>  
<sup>7</sup> res proprias testatoris legatas, sed et alienas lex pertinet. Et omne quod ex bonis de-  
 functi erogatur refertur ad hanc legem, siue in corpore constet certo incertoue siue pon-  
 dere numero mensura ualeat aut etiam si ius legatum sit (ut usus fructus) aut quod in  
<sup>8</sup> nominibus est. Item si ita legatum sit: heres meus Seio penum dato: si non dederit,  
 'decem dato', quidam putant omnimodo in legato decem esse, penum autem mortis causa <sup>15</sup>  
 capi nec in Falcidiam imputare id heredem posse. ego autem didici, si in continenti heres  
 penum soluerit, uideri hoc legatum esse et in legem Falcidiam imputari posse: et quod  
 dixi in continenti' ita<sup>6</sup> accipiendum cum aliquo spatio. quod si iam mora facta soluerit  
 heres penum, tunc nec legatum eum<sup>6</sup> accepisse nec in Falcidiam imputari posse: iam enim  
 transfuam legatum esse et decem deberi. idemque erit et si ab initio ita legatum datum <sup>20</sup>  
 sit: 'si penum non dederit, decem dato', quia hic penus non est legata et penus si datur,  
<sup>9</sup> mortis causa capitur, quia deficit legati condicio. Si usus fructus legatus [cf. Pap. Uat. 68  
 sit (qui et diuidi potest, non sicut ceterae seruitutes indiuiduae sunt)<sup>7</sup>, ueteres quidem  
 aestimandum totum usum fructum || putabant et ita constituendum, quantum sit in legato. f. 99  
 sed Aristo a ueterum opinione recessit: ait enim posse quartam partem ex eo sic ut ex <sup>25</sup>  
 corporibus retineri idque Iulianus recte probat. sed operis serui legatis cum neque<sup>8</sup> [(Pap.)  
 usus neque usus fructus in eo legato esse uidetur, necessaria est ueterum sententia, ut  
 sciamus quantum est in legato, quia necessario ex omnibus, quae sint facti<sup>9</sup>, pars decedere  
 debet, nec pars operae intellegi potest. immo et in usu fructu si quaeratur, quantum hic  
 capiat, cui usus fructus datus est, quantum ad ceterorum legatorum aestimationem aut <sup>30</sup>  
 etiam huius ipsius, ne dodrantem excedat legatum<sup>10</sup>, necessario ad ueterum sententiam  
<sup>10</sup> reuertendum est. Si quis creditori suo quod debet legauerit, aut inutile legatum erit, si  
 nullum commodum in eo uersabitur, aut si (propter repraesentationis puta commodum)  
<sup>11</sup> utile erit, lex quoque Falcidia in eo commodum locum habebit. Si legataris possessionem  
 nactus est et non potest auocari ei res, quia uoluntate heredis errantis nactus est pos- <sup>35</sup>  
<sup>12</sup> sessionem, dabitur actio heredi, ut id quod supra dodrantem est offeratur<sup>11</sup>. Interdum  
 omnimodo necessarium est solidum solui legatario interposita stipulatione 'quanto amplius,  
 quam per legem Falcidiam ceperit, reddi': ueluti si quae a pupillo legata sint non exced-  
 ant modum legis Falcidiae, ueremur autem, ne impubere eo mortuo alia legata inuenian-  
 tur, quae contributione facta excedant dodrantem. idem dicitur et si principali testamento <sup>40</sup>  
 quaedam sub condicione legata sunt, quae an debeantur incertum est. et ideo, si heres  
<sup>13</sup> sine indice soluere paratus sit, prospiciet sibi per hanc stipulationem. Id, quod ex sub-

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> iussus del. <sup>2</sup> quam dare? <sup>3</sup> ad eos quoque ins. <sup>4</sup> excidit caput generale Falcidiam  
 pertinere ad legatarios omnes <sup>5</sup> id (Hal.)? <sup>6</sup> eum] Seium? <sup>7</sup> requiritur non, sicut  
 ceterae seruitutes indiuiduae sunt, indiuiduus est: sed totum enuntiatum qui et ... sunt ui-  
 detur positum loco non suo (cf. Uat. 68) <sup>8</sup> neque del. (Menge: cf. D. 7, 7, 5, 7, 8, 19)  
<sup>9</sup> facti] requiritur legata <sup>10</sup> ne dodrantem excedant legata (del. quantum ad ceterorum  
 legatorum aestimationem aut etiam huius ipsius)? <sup>11</sup> auferatur (Rob. Stephanus: u. i.)

<sup>10</sup> uel etiam ea quae deo relinquuntur] con-  
 ferunt Graeci, monentes mutatum id esse per  
 nos. 131 c. 12 20 decem om. F<sup>1</sup> 30 usu's'

fructus F<sup>2</sup> 36 offeratur] DEICK, offerra-  
 tur F: ἔχει δὲ ἄγωγην εἰς τὸ λαβεῖν τὸ ὑπὲρ  
 τὸ ὀκταὐγγκιον B (Anon.)



stitutione coheredis ad heredem peruenit, proficit legatariis: is enim similis est heres<sup>1</sup> ex parte pure, ex parte sub condicione heredi instituto. sed ea, quae ab eo legata sunt, si<sup>2</sup> omiserit hereditatem, non augebuntur, scilicet si ab eo nominatim data sunt, non 'quisquis  
 14 'mihi heres erit'. Si coheredis mei portio exhausta sit, mea integra et illam uindicauero, Cassius confundendas esse partes existimat, Proculus contra: in qua specie et Iulianus Proculo adsensit, quam sententiam probabiliorem esse puto. sed et<sup>3</sup> diuus Antoninus indici-  
 15 casse dicitur commiscendas esse utrasque partes in computatione legis Falcidiae. Si coheredem meum post aditam hereditatem adrogauero, non dubitabitur, quin separandae sint  
 16 portiones, perinde atque si coheredi meo heres exstissem. Si in annos singulos legatam sit Titio, quia multa legata et condicionalia sunt, cautioni locus est quae in edicto proponitur  
 17 'quanto amplius accipit reddi'. Id, quod natura hereditati debetur et [Ep. 2, 5 sch. 3] peti quidem non potest, solutum uero non repetitur, non esse computandum in hereditate quidam putant. sed Iulianus et haec ex euentu augere patrimonium aut non augere existimat et hereditario iure id quoque capi ideoque et in restitutionem hereditatis uenturum. Si debitor creditori heres existat, quamuis confusione liberetur, tamen locupletior  
 18 hereditatem percipere uidetur, ut computetur ei quod debet, quamuis aditione confusum sit. De impensa monumenti nomine facta quaeritur, an deduci debeat. et Sabinus ita deducendum putat, si necessarium fuerit monumentum extruere. Marcellus consultus,  
 19 an funeris monumentique impensa, quantam testator fieri iussit, in aere alieno deduci debeat, respondit non amplius eo nomine, quam quod funeris causa consumptum est, deducendum. nam eius, quod in extructionem monumenti erogatum est, diuersam esse causam: nec enim ita monumenti aedificationem necessariam ¶ esse, ut sit funus ac sepultura. idcirco eum, cui pecunia ad faciendum monumentum legata sit, Falcidiam passuram.

2 MARCELLUS libro uicesimo secundo digestorum. Nec amplius concedendum [B.41, 1, 2] erit, quam quod sufficiat ad speciem modicam monumenti.

3 PAULUS libro singulari ad legem Falcidiam. Si heres institutus eam hereditatem quae soluendo non est uendiderit, uix quidem poterit persuaderi non fuisse eam hereditatem soluendo, quae emptorem inuenerit: uera autem ratione nihil legatariis debetur, quia magis ex stultitia emptoris habere uidetur heres institutus quam ex bonis defuncti. nam et e contrario si male uendiderit res hereditarias, non erit hoc legatariorum  
 1 detrimentum: ita ergo commodum debet esse heredis, si bene res administrauerit. Sed et si is qui soluendo non est legauerit et heres cum creditoribus deciderit, ne solidum solueret, et ob eam decisionem factum sit, ut aliquid retineret, nihil tamen legatariis debetur,  
 2 quia eam pecuniam non ex hereditate, sed ex decisione habet. Item si rei publicae in annos singulos legatum sit, cum de lege Falcidia quaeratur, Marcellus putat tantum  
 1 uideri legatum, quantum sufficiat sorti ad usuras trientes eius summae, quae legata est, colligendas<sup>4</sup>.

4 PAPINIANUS libro sexto decimo quaestionum. Fundo legato mihi sub condicione [B.41, 1, 4]

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> heres del. <sup>2</sup> si] qui (Voorda: u. i.)? <sup>3</sup> et del. <sup>4</sup> requiruntur talia: tantum uideri legatum sortis, quantum sufficiat ad usuras trientes (id est computatum ad usuras trientes) ei summae quae legata est colligendae

2 sed ea quae ab eo seq.] τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ ληγατέωμενα, ἐὰν ἐγκαταλήπῃ τὴν κληρονομίαν, οὐκ ἀΐζονται B (Anon.) 4 si coheredis seq.] ἐὰν ἐξ ἐμοῦ μὲν μηδὲν ληγατέωθῃ, ἀπὸ δὲ τοῦ συγκληρονόμου ὅλον τὸ μέρος αὐτοῦ, ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Φαλκιδίου ἐκάτερον μίγνυται B (Anon.): uidentur tamen Graeci non tam aliter legasse (uerbi causa Cassius non confundendas esse) quam attendisse tantummodo ad uerba si coheredis ... integra et commiscendas ... Falcidiae non recte | ex h'aunsta F<sup>21</sup> 14 in om. F\*

hereditati's' F<sup>2</sup> 23 adficiendum F: εἰ δὲ χρήματα ληγατέωθῃ ἐφ' ᾧ μνήμα κτισθῆναι BS 25 spiciem F<sup>1</sup> 31 esse debet F<sup>2</sup> | heredes F<sup>2</sup> 34 hereditate m' F<sup>2</sup> 35 tantum uideri ... 37 colligendas] τοσοῦτον ποσὸν δοκεῖ ληγατέεσθαι, ὅσον διὰ τῶν ἀπὸ τρίτου ἐκατοστικῶν τόκων συνάγει τὸ ληγατέωθῆν κεφάλαιον B (Anon.), τογτέτι τοσαύτην ποσότητα, ὅση εἰ ἐληγατέωθῃ, ἡδύνατο ἐφ' ἑνα ἐνιαυτὸν συναγαγεῖν τόκον ἀπὸ τρίτου ἐκατοστικῆ ἀνάλογον τῆ ληγατέωθείχῃ τοῦ ἀναλίου ποσότητι BS (Dorothea)

pendente legati condicione heres me heredem instituit ac postea legati condicio existit. in Falcidiae ratione fundus non iure hereditario, sed legati meus esse intellegitur.

- 5 IDEM libro octauo responsorum. Uerbis legati uel fideicommissi non necessarie B. 41, 1, 5 P\* ciuitati relinquitur, quod ex causa pollicitationis praestari necesse est. itaque si debiti modum testamento dominus excessit, superfluum dumtaxat Falcidia minuetur. quare nec 5 fidei committi legatarii poterit. quod si dies aut condicio legatum fecerit, non utilitatis aestimatio, sed totum petetur quod datum est. nec si uiuo testatore dies Inst. 2, 20, 14 uenerit aut condicio fuerit impleta, fiet irritum, quod semel competit<sup>1</sup>.
- 6 UENULEIUS libro tertio decimo stipulationum. Si uir uxori heres exstiterit et B. 41, 1, 6 P\* in funus eius impenderit, non uidebitur totum quasi heres impendere, sed deducto eo, quod 10 quasi dotis nomine quam lucri facit conferre debuerit.
- 7 PAPINIANUS libro septimo quaestionum. Lege Falcidia interueniente legata B. 41, 1, 7 P seruitus, quoniam diuidi non potest, non aliter in solidum restituetur, nisi partis offeratur aestimatio. 14
- 8 IDEM libro quarto decimo quaestionum. In legem Falcidiam aeris B. 41, 1, 8. Ep. 17, 24 sch. P alieni rationem in hereditate relictis, quod unus ex heredibus solnere damnatus sit, ipse solus habebit.
- 9 IDEM libro nono decimo quaestionum. In Falcidia B. 41, 1, 9. BS. 39, 1, 8 sch. 25. Ep. 4, 3 P placuit, ut fructus postea percepti, qui maturi mortis tempore fuerunt, augeant hereditatis 1 aestimationem fundi nomine, qui uidetur illo in tempore fuisse pretiosior. Circa uentrem 20 ancillae nulla temporis admissa distinctio est nec immerito, quia partus nondum editus homo non recte fuisse dicitur.
- 10 IDEM libro uicesimo quaestionum. Quod supra quadrantem apud<sup>2</sup> heredem B. 41, 1, 10 P potest peruenire, supra dodrantem in pecuniam legatum<sup>3</sup> non onerat heredem, ueluti hereditas pupilli, si forte substitutus sit exheredato qui patri pupilli heres exstitit. 25
- 11 IDEM libro uicesimo nono quaestionum. In ratione legis Falcidiae retentiones B. 41, 1, 11 P 1 omnis temporis heredi in quadrantem imputantur. Si seruus sub condicione libertate data uita decessit, si quidem ¶ impleta condicio quandoque fuerit, heredi non uidebitur perisse: f. 100 quod si defecerit, in contrarium ratio trahit, sed quanti statuliber moriens fuisse uidebitur. 2 Imperator Marcus Antoninus decreuit heredes, quibus pars bonorum ablata est, non in 30 3 ampliorem partem quam pro ea parte quae relicta est legatorum nomine teneri. Cum quidam parte dimidia bonorum adempta fuisset relegatus idemque prouocatione interposita testamento postea facto obisset atque post mortem eius non iuste appellatum esset pronuntiatum: quaesitum est, utrum aeris alieni loco pars dimidia abscederet, ut residua sola uideretur fuisse in bonis, an uero succurri heredi necessarium esse uidebitur. sed uidetur 35 4 succurri debere, cum animus litigantis et optinendi uotum hanc opinionem admittit. Si seruus testamento manumissus ante aditam hereditatem decedat, heredi quidem perisse intellegitur: sed cuius pretii erit, qui, si uiueret, non aestimaretur? nam et eos, qui moriente domino ea ualeitudine affecti fuerant, ut eos non posse uiuere certum esset, tamen, si postea moriantur, hereditati perisse responsum est. nec aliud in his, qui sub eodem 40 5 tecto fuerunt, cum dominus a familia necaretur. Quod uulgo dicitur in tabulis patris et filii unam Falcidiam seruari quam potestatem habeat, uidendum est: quamuis enim substitutus quae a pupillo relicta sunt, cum filius heres exstitit, ut aes alienum quodlibet debeat, tamen propter ea, quae data sunt tabulis secundis, contributioni locus est. secundum quae poterit euenire, ne substitutus quicquam retineat uel ut longe plus habeat quartae 45
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> idem Graeci (τὸ ἀγῶτον ἀπαι ἀρμόσαν B Anon.): constitit (u. i.)?    <sup>2</sup> apud] aliunde ad?    <sup>3</sup> legatam (Cuiacius)?

3 necessari'a e F<sup>2</sup> 7 nec si seq.] quod si uiuo testatore dies uenerit aut condicio exstiterit, Papinianus scripsit utile esse nihilominus legatum quia semel constitit Inst.

24 in pecuniam legatum] F, in pecunia legatum DEICK 28 quandoque condicio F<sup>2</sup> 38 esset] FECK, esse DI, est Q 36 et del. F<sup>2</sup> 39 adfecti f 41 tecto] tecto F<sup>2</sup> | et] in F<sup>2</sup>

paternae hereditatis. quid ergo, si non sufficiat pupilli hereditas legatis, cum patris suffecisset? de suo (quadrante nimirum)<sup>1</sup> dabit substitutus, quoniam pater legauit de suo: nec ad rem pertinet, quod ex nullo testamento praestatur ultra vires patrimonii, cum in hac parte iuris legata, quae tabulis secundis relinquuntur, quasi primis sub condicione relicta 6 intelleguntur. Si filio suo duos substituerit et alterius portionem onerauerit, tractari solet, an ex persona sua Falcidiam possit inducere substitutus, quam pupillus non haberet uel unus pupilli substitutus. et facile quis dixerit consequenter prioribus, quae de patrimonii ratione dicta sunt, non esse Falcidiae locum et ultra vires portionis conueniendum alterum substitutum. sed uerior est diuersa sententia perinde huic quartam relinquendam existimantium atque ita<sup>2</sup> si patri heres extitisset: ut enim opes patris et contributio legatorum inde capiunt et formam et originem, ita plures substituti subducta persona pupilli reuocandi sunt ad intellectum institutionis. quid tamen dicemus de altero substituto, qui non est oneratus? si forte nondum legata pupillus a se relicta soluit et aliquid ultra dodrantem sit in omnibus, et ipsum Falcidiam habiturum? atquin quartam habet neque idem patitur<sup>3</sup> instituti comparatio. rursus si negemus, aliud aperte, quam quod uolgo probatum est, respondetur. itaque uarietas existet, ut is quidem, qui proprio nomine oneratus est, uelut institutus desideret quartam, alter autem, qui non est oneratus, ut substitutus, licet portio largiatur eius, non in solidum conueniatur propter calculi confusionem. huic consequens est, ut, si pupillo de Falcidia cautum fuit, duobus committatur stipulatio, uidelicet in eam 7 quantitatem, quam unusquisque sibi retinere potuisset. Quaesitum est, si quis pupillo coheredem substituisset, quemadmodum legis Falcidiae ratio inquiri debeat? et quale est, quod uolgo diceretur, legatorum rationem separandam? dixi, quantum ad legata, quae pater a filio, item a substituto reliquit, nullam fieri posse separationem, cum communi calculo subiciantur et inuicem inducant contributionem. sed legata, quae ab instituto extero data sunt, permisceri ceteris non oportere: ideoque quartam pupillo datae portionis habere substitutum, quamuis suam<sup>4</sup> portionem habeat ut institutus: et aliam causam esse eius, qui ex uariis portionibus heres scriberetur: ibi enim legatorum confundi rationem non minus, quam si semel fuisset nuncupatus ex ea portione, quae conficeretur ex pluribus, 8 neque referre, pure saepe an sub diuersis condicionibus sit heres institutus. Si quis exheredato filio substituit heredem institutum et ab eo tabulis quoque secundis legauerit, necessario ratio confundetur, cum ideo legata ualere dixerit Iulianus a substituto relicta, quod idem patri heres exstiterit.

- 12 IDEM libro trigesimo quaestionum. Si debitor creditore herede instituto [B. 41, 1, 12] petisset, ne in ratione legis Falcidiae ponenda creditum suum legatariis reputaret, sine dubio ratione doli mali exceptionis apud arbitrum Falcidiae defuncti uoluntas seruatur.
- 13 IDEM libro trigesimo septimo quaestionum. Si tacitum fideicommissum seruus [B. 41, 1, 13] iniungente domino susceperit, habiturum eum legis Falcidiae beneficium, quia parere domino debuit, constitutum est: idemque placuit in filio, qui fuit in patris potestate.
- 14 IDEM libro nono responsorum. Pater filiam, quae a uiro diuerterat, heredem [B. 41, 1, 14] pro parte instituit et ab ea petit, ut fratri et coheredi suo portionem hereditatis acceptam deducta sexta restitueret, admissa compensatione dotis in Falcidiae ratione. si pater dotem consentiente filia non petisset, Falcidiam quidem iure hereditario, dotem autem iure proprio 1 filiam habituram respondi, quia dos in hereditate patris non inueniretur. Auia nepotibus heredibus institutis fideicommissit, ut omissa retentione, quae per legem Falcidiam ex alio testamento competebat, solida legata fratribus et coheredibus soluerent. recte datum fidei- 2 commissum respondi, sed huius quoque onus in contributionem uenire. Duobus impube-
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): quadrante nimirum del. (Goussanus)

<sup>2</sup> ita del.

<sup>3</sup> id patitur?

<sup>4</sup> saluam (Vangerow)?

2 de suo quadrante nimirum dabit substitutus] διδωσιν ὁ ὑποκατάστατος ἐκ τοῦ οἰκειοῦ τρίτου B (Anon.) 10 ita sij FEK, si ita DIC

16 exst'istet F<sup>4</sup> 38 in filio qui] FCK, in filia quidem W, in filia que DEI

tribus substitutum utrique heredem existentem in alterius hereditate Falcidia non uti conuenit, si de bonis alterius impuberis quartam partem hereditatis patris, quae ad filios peruenerit, retineat. Quod si frater fratri legitimus heres exstitit et impuberi supremo substitutus, portio quidem paternorum bonorum, quam intestatus puer accepit, rationi Falcidiae non confundetur, sed quartam eius tantum portionem<sup>1</sup> substitutus retinebit, quam impubes accepit qui substitutum habuit.

IDEM libro tertio decimo responsorum. Quod bonis iure Falcidiae contri- [B. 41, 1, 15] P  
buendum est a debitore, cui mortis causa pacto debitum remissum est, in factum concepta replicatione retinebitur. Frater cum heredem sororem scriberet, alium ab ea cui donatum uolebat stipulari curauit, ne Falcidia uteretur et ut certam pecuniam, si contra fecisset, 10 praestaret. priuatorum cautione legibus non esse refragandum constitit et ideo sororem iure publico retentionem habituram et actionem ex stipulatu denegandam. Non idcirco minus Falcidiae rationem in ceteris annuis legatis admitti uisum est, quod primo ac secundo anno sine ulla detractioe fuissent legatario soluta. Quod auus ex causa tutelae 14 nepoti debuit, cum auo nepos solus heres exstitisset, ratio Falcidiae si poneretur, || in aere f. 101 alieno bonis deducendum respondi. nec ad rem pertinere, quod heredem auus idemque tutor rogauerat, ut, si sine liberis ante certam aetatem decederet, tam hereditaria quam propria bona restitueret: non enim ex hoc hereditatem debito compensationem uideri, cum uel ideo maxime declararetur non esse compensationem factam<sup>2</sup>, quoniam heredem suum habere propria bona defunctus ostendit. plane si condicio fideicommissi fuerit impleta, 20 fructus hereditatis post mortem aui percepti pari pecunia debito tutelae compensabuntur, sed<sup>3</sup> quartam heres nepotis de bonis dumtaxat, quae moriens auus reliquit, retinebit. Cum fideicommissum, ex uoluntate matris a patre moriente debitum, filio pater hereditate sua, quam in filium conferebat, compensari uoluit: quod filio debetur, si ratio Falcidiae poni coeperit, fini quadrantis, quem ex bonis patris cum effectu percepit, compensabitur atque 25 ita superfluum aeris alieni dodranti tantum detrahetur. Ex donationibus in uxorem collatis quod heres eius reddere uiro cogitur, in bonis mulieris non erit. nam ita fit locupletior, ut tanto pauperior esse uideatur: quod autem heres inde minuit, uiro non perit. Fructus praediorum sub condicione uerbis fideicommissi relictorum in causam fideicommissi non deductos heres in ratione Falcidiae sic accepto facere sibi cogitur, ut quartam, et quartae 30 fructus ex die mortis, bonorum quae mortis tempore fuerunt habeat. nec ad rem pertinet, quando Falcidia lex admissa sit: nam etsi maxime post impletam condicionem fideicommissorum locum habere coepit, tamen ex die mortis fructus quadrantis apud heredem relinqui necesse est. Fideicommissum portionis supplendae gratia, pro qua matrem filius heredem instituit, eidem matri datum ratione Falcidiae minuitur et eam pecuniam mater supra 35 quartam portionis suae percipiet. Quarta, quae per legem Falcidiam retinetur, aestimatione quam testator fecit non magis minui potest, quam auferri.

16 SOAEUOLA libro tertio quaestionum. Si ex pluribus rebus legatis heres quas- [B. 41, 1, 16] P  
dam soluerit, ex reliquis Falcidiam plenam per doli exceptionem retinere potest etiam pro his, quae iam data sunt. Sed et si una res sit legata, cuius pars soluta sit, ex reliquo 40 potest plena Falcidia retineri.

17 IDEM libro sexto quaestionum. Si post missionem faciat codicillos miles et intra annum P  
decedat, ex testamento, quod in militia iure militari fecit, plena legata, ex codicillis habita Falcidiae ratione praestari debere dicitur. sed res ita expediatur: si, cum quadringenta haberet, testamento quadringenta, codicillis centum legauerit, ex quinta parte, id est octo- 45

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> portionis (Hal.)?    <sup>2</sup> non esse compensationem factam del.    <sup>3</sup> et?

15 falcidiae] faciliae F<sup>1</sup> 29 relictorum] sic  
Quiacius secundum B (Anon.): οἱ καρποὶ τοῦ  
ὑπὸ ἀρεσίν ἀναγεγυθέντος ἀγροῦ, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ  
ἐπιγυθῆσαν et BS (Cyr.): οἱ καρποὶ τῶν ὑπὸ  
ἀρεσίν ἀναγεγυθέντων ἀγρῶν, relictos FDPK,

relictos in causam fideicommissi om. WEF<sup>1</sup>C  
32 fideicommissorum] FWEQIC cum B  
(Anon.): ὅτε γὰρ ἀπό τε σὺν χώραν ὁ Φαλκί-  
διος, fideic. (sic) DK, fideicommissum Taur.

giuta, quae ad legatarium ex codicillis peruenirent, si Falcidiam non pateretur, quartam, id est uiginti heres retinebit.

- 18 PAULUS libro undecimo quaestionum. Filius familias qui militauerat decedens [B. 41, 1, 17] P patris sui fidei commisit codicillis, ut peculium suum castrense Titio post mortem restitueret: quaerebatur, an ut heres quartam deducere possit. dixi legem Falcidiam inductam 5 esse a diuo Pio etiam in intestatorum successione propter fideicommissa: sed in proposito nec hereditatem esse, quamuis placeret mihi extraneo herede instituto fieri hereditatem aditione eius: nam cum apud patrem remanet, ius pristinum durat et peculium est. nec huic contrarium est, quod || in testamento eius qui apud hostes decessit exercetur Falcidia: nam fictio legis Corneliae et hereditatem et heredem facit. sed me non dubitare, 10 quin debeat id quoque indulgeri legis beneficium, siquidem quasi patris familiae bona restituere cogitur et heres scriptus omnia ex testamento aditione exemplo edicti legatorum nomine conuenietur. His consequens erit, ut, si ex fructibus medio tempore quartam et quartae fructus habuerit pater, etiam Trebellianum senatus consultum inducamus et utiles actiones exerceri possint fiatque hereditas post restitutionem. 15
- 19 SCAEUOLA libro octauo quaestionum. Si dignum decem fundum damnetur [B. 41, 1, 18] P heres quinque uendere, sine dubio quinque erunt imputanda Falcidiae.
- 20 IDEM libro nono quaestionum. Si a seruo meo herede instituto mihi legetur [B. 41, 1, 19] P et mihi adquiratur hereditas, negat Maecianus id legatum in Falcidia computari, quia non debeatur. 20
- 21 PAULUS libro duodecimo quaestionum. Si pupillus, cui sine tutore auctore [B. 41, 1, 20] P decem mutua data sunt, legatum a creditore meruerit sub hac condicione, si decem quae acceperit heredi reddiderit, una numeratione et implet condicionem et liberatur naturali obligatione, ut etiam in Falcidia heredi imputentur, quamuis non imputarentur, si tantum condicionis implendae causa data fuissent. adeo autem et soluere uidetur, ut repudiato 25 legato uel Sticho qui legatus est mortuo nihil repetere possit. Si ego et seruus meus heredes institui simul ex diuersis partibus nec a seruo erogatus dodrans, his quibus a me legatum est contra Falcidiam proderit quod ex portione serui ad me peruenit supra Falcidiam eius portionis. ex contrario si seruo meo seruus et mihi decem legata fuerint, serui Falcidia ex decem mihi legatis non tenetur exemplo eodem Falcidiae<sup>1</sup>: nam quartam retineo ex persona serui, quamuis de mea portione nihil exhaustum sit.
- 22 IDEM libro septimo decimo quaestionum. Nesennius<sup>2</sup> Apollinaris Iulio Paulo. [B. 41, 1, 21] P Ex facto, domine, species eiusmodi incidit. Titia filias suas tres numero aequis ex partibus scripsit heredes et a singulis legata inuicem dedit, ab una tamen ita legauit tam coheredibus eius quam extraneis, ut Falcidiae sit locus. quaero, an aduersus coheredes suas, a quibus legata et ipsa accepit, uti possit Falcidia et, si non possit uel doli exceptione summouenda est, quemadmodum aduersus extraneos computatio Falcidiae iniri possit. respondi: id quidem, quod a coherede legatorum nomine percipitur, non solet legatariis proficere, quo minus Falcidiam patiantur: sed cum is qui legatum praestaturus est ab eodem aliquid ex testamento petit, non est audiendus desiderans uti aduersus eum Falcidiae beneficio, si id quod percepturus est ex uoluntate testatoris suppleat, quod deducere desiderat. plane ceteris legatariis non uniuersum, quod coheredi praestat, imputabit, sed quantum daturus F(WDEQICK)

<sup>1</sup> serui Falcidia non tenetur, ex decem mihi legatis tenetur exemplo eodem Falcidia?

<sup>2</sup> Nasennius (cf. tamen 3, 5, 34. 27, 1, 32. 42, 1, 41)?

16 dignu's'm F<sup>2</sup> 28 proderit] quasi esset non proderit uerterunt Graeci: ὁ προσπορίζει μοι (ὁ δούλος), οὐ λογίζεται μοι εἰς Φαλκίδιον BS (Cyr.), εἰ καὶ τὸ πᾶν ἐγὼ λαμβάνω, ὁμοίως ὡς ἐπὶ κερχωρισμένων κέρημαι τῷ Φαλκιδίῳ ὑπὲρ τοῦ Βαρθηθέντος μέροϋς, κἀν ἐκ τοῦ ἄλλου μηδὲν ἐληγάτεϋθῃ B (Anon.): addunt scholia diuersum esse in patre et filio una institutis secundum l. 25 h. t.

sed haec posuerunt sine dubio propter uerba u. 30 quartam retineo cet. male relata ad casum institutionis neque attenderunt ad uerba u. 29 ex contrario 29 serui Falcidia seq.] idem legunt Graeci: οὐ κρατεῖται Φαλκίδιος τοῦ ληγατεϋθέντος δούλου ἐκ τῶν ἰνομισμάτων BS (Cyr.), οὐ παρακρατεῖται ἐκ τῶν ἐμῶν νομισμάτων ὁ ὑπὲρ τοῦ δούλου Φαλκιδίος B (Anon.)

1 esset, si nihil ab eo perciperet. Seruo herede instituto si a domino fideicommissa, a seruo  
legata data sunt, prius ratio legatorum habenda est, deinde ex eo quod superest fidei-  
commissorum. dominus enim ideo tenetur, quod ad eum peruenit: peruenit autem, quod  
2 deductis legatis superest. plane Falcidiam exercet. Sed et si dominus omissa hereditatis  
aditione seruum sibi substitutum adire iussit, prius erogantur quae ab ipso domino data 5  
3 sunt, tunc eorum quae a seruo relicta sunt ¶ ratio initur, si patitur Falcidia. Si debitori f. 102  
liberatio legata sit, quamuis soluendo non sit, totum legatum computetur, licet nomen hoc  
non augeat hereditatem nisi ex euentu. igitur si Falcidia locum habeat, hoc plus uidebitur  
legatum, quod huic legatum esset: cetera quoque minuentur legata per hoc et ipsum hoc  
4 per alia; capere enim uidetur eo, quod liberatur. Sed si alii hoc nomen legetur, nullum 10  
legatum erit nec ceteris contribuetur.

23 SCABUOLA libro quinto decimo quaestionum. Si fundus mihi legetur et uia, [B. 41, 1, 22] P  
in Falcidiae ratione, si tantum sit in uia, quantum amplius est in Falcidia, integer fundus  
capietur et uia perit. sed si uia legetur nec soluendo sit hereditas, non debetur. uiden-  
dum etiam, si fundo et uia legato minus ex utroque<sup>1</sup> desideret quam sit uiae pretium. 15  
potest coacta ratione dici non tantum fundum solidum capi, sed etiam<sup>2</sup>, ut doli exceptio  
tantum sarciat, quantum deest, ne<sup>3</sup> plus habeat, quam Falcidia desiderat: ut tunc solum  
uia interdicat, quotiens plus Falcidia desiderat quam est uiae pretium.

24 PAULUS libro quarto decimo responsorum respondit. Falcidiae legis rationem [B. 41, 1, 23] P  
si haberi oportet, ita habendam, ac si hae res, quae ab herede subtractae sunt, in here- 20  
ditate relictae non<sup>4</sup> fuissent. Idem respondit partus ancillarum ante diem fideicommissi  
editos ad heredes eius qui rogatus est<sup>5</sup> pertinere eosque in quartam et quartae fructus  
2 computandos, si de lege Falcidia quaestio intercedat. Idem respondit fructus ex propria  
re heredis, quae legata est, post diem fideicommissi cedentem perceptos, etsi non sint re-  
stituendi fideicommissario, heredi in quartam imputari non solere. 25

25 SCABUOLA libro quarto responsorum. Maritum suum et filium communem [B. 41, 1, 24] P\*  
aequis partibus heredes instituit: quaesitum est, an in ratione legis Falcidiae imputandum  
sit marito, quod ad eum ex eadem hereditate per filium peruenit. respondit, si ex insti-  
tutione filii tantum retineat, quantum ad Falcidiam satis sit, nihil quartae nomine dedu-  
1 cendum. A liberto, cui fundum legauerat, per fideicommissum Seiae annua decem dedit: 30  
quaesitum est, si lex Falcidia liberti legatum minuerit, an Seiae quoque annum fideicom-  
missum minutum uideatur, cum reditus largiatur annuam praestationem. respondit secun-  
dum ea quae proponerentur non uideri minutum, nisi alia mens testatoris probetur.

26 IDEM libro quinto responsorum. Lineam margaritorum triginta quinque legauit, [B. 41, 1, 25] P\*  
quae linea apud legatarium fuerat mortis tempore: quaero, an ea linea heredi restitui de- 35  
beret propter legem Falcidiam. respondit posse heredem consequi, ut ei restituatur, ac, si  
malit, posse uindicare partem in ea linea, quae propter legis Falcidiae rationem deberet  
1 remanere. Quaesitum est, an pretium statuarum Falcidiam pati debeat. respondit debere.

27 IDEM libro sexto responsorum. Seius et Agerius si intra diem trigessimum [B. 41, 1, 26] P\*  
mortis meae rei publicae nostrae cauerint contentos se futuros tot aureis legis Falcidiae 40  
beneficio omissa, heredes mihi sunt. quos inuicem substituo. quod si uoluntati meae non  
consenserint, exheredes sunt. quaesitum est, an heredes instituti hereditatem adire pos-  
sint, si conditioni parere nolunt, cum habeant substitutos eadem conditione praescripta.  
respondit Seium et Agerium primo loco institutos perinde adire posse, ac si ea condicio,  
quae fraudis causa adscripta est, adscripta non esset. 45

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> Falcidia *ina*.    <sup>2</sup> et uiam (*Lectius*)?    <sup>3</sup> ne] neque heres?    <sup>4</sup> non *del.* (*u. i.*)    <sup>5</sup> ad heredem qui rogatus est?

<sup>5</sup> substitutu's'm F<sup>4</sup> 19 falcidiae legis seq.]  
ὁ κληρονόμος ὧν ὑπέκλεψε πραγμάτων οὐ πα-  
ραπρατέϊ Φαλκίδιον: ποῦ *uidetur delendum*, nam  
neque hoc dici potest res ita subtractas omni-  
modo auferri heredi, cum earum perdat Falcidiam

*diam solam, neque ita computari hereditatem, quasi res subtractae ad eam non pertinerent, cum contrarium obtineat (cf. D. 34, 9, 6) 24 post diem fideicommissi] μετὰ προχώρησιν B (Anon.)*

- 28 ¶ MAECIANUS libro primo fideicommissorum. Pater quoque in legatis, quae B. 41, 1, 27 P filius ei dedit alio herede instituto, legis Falcidiae rationem patitur.
- 29 PAULUS libro secundo fideicommissorum. Si a me tibi fideicommissum uel B. 41, 1, 28 P legatum est tuque id post tempus rogatus sis mihi restituere, non puto hoc imputandum esse in Falcidiam, quia incipio postea quasi fideicommissarius id recipere. 5
- 30 MAECIANUS libro octauo fideicommissorum. In ratione legis Falcidiae mortes B. 41, 1, 29 P seruorum ceterorumque animalium, furta, rapinae, incendia, ruinae, naufragia, uis hostium praedonum latronum, debitorum facta peiora nomina, in summa quodcumque damnum, si modo culpa legatarii careant, heredi pereunt: quemadmodum ad heredis lucrum pertinent fructus, partus ancillarum et quae per seruos acquisita sunt, ut stipulationes, rerum tradi- 10 tiones, legata hereditatesue his datae, ceterae donationes, item seruitutes, quibus liberata praedia pretiosiora fierent, actionesque adquisitae, ut furti damni iniuriae similesque, quorum nihil in rationem legis Falcidiae cadit. Uendere autem uel emere iussus certo pretio fundum aliamue quampiam rem in legis Falcidiae ratione, cum quantum sit legatum requiratur, tantum eo nomine inducetur<sup>1</sup>, quanto plura minorisue sit res ea quantitate, quam 15 quo pretio<sup>2</sup> testator accipi dariue iussit, sed ut ei quidem portioni, quae legatis deductis facienda erit, amplius deducatur<sup>3</sup>: quippe non nostri causa capi id pretium, sed eo deducto 2 pretium reliquum legatum esse intellectum est. Prorsus diligenter animaduertendum est, ne quod dicitur damna post mortem testatoris illata ad solum heredem respicere usque quaque et sine ulla distinctione recipiatur. quod enim remota lege Falcidia in totum iuris 3 foret, hoc idem fore in ea parte, quae lege Falcidia constitueretur: hoc enim attinet damna 3 postea facta non deduci, ne amota portio legatis fideiue commissis detrahatur<sup>4</sup>. Uerum est autem his solis, quae pondere numero mensura constant, nec damno postea incidente ex portione, quae fieri<sup>5</sup> ad aestimationem eorum bonorum, quae mortis tempore fuerunt, quicquam detrahi. Certis uero corporibus et his ipsis ita relictis: 'pecuniam, quam in illa arca', 4 'uinum, quod in illis doleis', 'pondus argenti, quod in illis horreis habeo', si sine culpa heredis deperierunt uel deteriora sunt facta, procul dubio aut nihil debetur aut eorum quae exstabunt qualia erunt ea portio debetur, quae per legem Falcidiam efficiatur ex aestimatione bonorum, quae mortis testatoris tempore fuerint. Incertae autem res relictae 5 distinctionem recipiunt: nam si ex suis rebus incertam rem testator reliquisset, ueluti 'argentum quod elegerit', et omne argentum testatoris interisset sine culpa heredis, nihil deberetur: sin uero argenti pondus pure relictum esset, quamuis omne argentum testatoris deperisset, admissa lege Falcidia portio eius quantitatis sumetur, quae fuit in bonis eo tempore quo testator decessit, nec ad imminuendam eam quicquam damna postea incidentia 6 proficient. Res tamen, quae interierint, pro nulla parte ac ne aestimatio quidem debeat, 7 non magis quam si omnes res per speciem enumeratae relictae essent<sup>6</sup>. Tametsi autem legis Falcidiae ratione, quae condicionis implendae causa heredi sunt data, in quartam non computantur, tamen id, quod non figura condicionis accipere iussus est ab eo, cui hereditatem ¶ restituere rogatus est, Celso et Iuliano nostro placuit computari, quemadmodum si f. ea summa heres uendere eas res iussus esset, quia non condicionis implendae causa, sed 40 quodammodo pro pretio inferre sunt iussi<sup>7</sup>. quo loco amplius quaesitum est, an fideicommissarius quoque inuitus cogatur dare eam summam et recipere hereditatem, quasi et ipsius fidei commissum esset: sed id uerisimile non est, cum talis oratio magis ipsius causa, quam 8 contra ipsum posita uideatur. Cum lex Falcidia interuenit, non ueniunt in contributionem, quae ipsi heredi a semetipso uel seruo eius legata fideiue commissa sunt. alia causa est 45

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> inducet (Hal.)? <sup>2</sup> quo pretio] pro pretio (Menge)? <sup>3</sup> requiritur inducatur: sed totum comma sed ut ei ... amplius inducatur otiosum est nec Maeciani <sup>4</sup> uerba u. 20 quod enim remota ... u. 22 legatis fideiue commissis detrahatur uidentur loco mota et transferenda post tempore fuerint u. 29: praeterea uidentur insiticia esse et ex margine in textum illata <sup>5</sup> fieri] efficiatur (cf. u. 28)? <sup>6</sup> res tamen ... relictae essent item uideatur interpolator addidisse inserenda post deberetur u. 32 <sup>7</sup> quia ... sunt iussi del.

4 si's' F<sup>2</sup> 15 quantitate'm' F<sup>1</sup> 18 'prorsus F<sup>2</sup> 26 si sine] sine FWDQICK, si non E

eorum, quae in die certa<sup>1</sup> dantur: nam si libertatis dies coepit cedere, ei debentur et in contributionem ueniunt. ac ne ea quidem, quae quis seruis suis inutiliter sine libertate<sup>2</sup> legauit fideiue commisit, in computationem eius legis cedunt. Res, quas neque per fideicommissum relinqui posse certum est, in legis Falcidiae computationem non ueniunt.

**31** POMONIUS libro secundo fideicommissorum. Is cui fideicommissum soluitur [B. 41, 1, 30] P sicut is cui legatum est satisfacere debet, quod amplius ceperit, quam per legem Falcidiam ei licuerit, reddi: ueluti cum propter condicionem aliorum fideicommissorum uel legatorum legis Falcidiae causa pendebit. sed et secundum Cassii et ueterum opinionem, si a pupillo fideicommissa capiuntur, propter ea, quae a substituto erunt relicta, cauere debet is cui soluatur. nam quamuis repetitio sit eorum, quae fideicommissi nomine non debita solentur, tamen satisfactio cautum debet esse ei, a quo pecunia proficisceretur, ne damnum sentiat deficiente eo, cui solutum erit.

**32** MAECIANUS libro nono fideicommissorum. Poenales actiones siue legitimae [B. 41, 1, 31] P siue honorariae exceptis popularibus in bonis actoris non ideo minus computandae sunt, quia morte reorum intercidere possunt. e contrario autem eadem actiones nihil bonis rei defuncto eo detrahunt. sed ne in actoris quidem bonis defuncto eo iniuriarum actio poterit computari, quia et ipsa simul cum eo intercidit, ut usus fructus et id quod in dies menses annosue singulos alicui quoad uiuat debeatur. etenim ea demum obligatio rei bonis deminutionem praestat, quae in heredem transit. nec contrarium est, quod uiuente reo eo minus in bonis eius intellegebatur: nam et si ita stipulatus esset, ut cum moreretur debere<sup>3</sup> ei inciperet, tamen augerentur bona eius, quemadmodum, si ipse sub eadem condicione promississet, defuncto eo minuerentur. Honorariae quoque actiones, quae intra certum tempus a praetore promittuntur, cum bonis actoris defuncto eo augmentum rei decessionemue<sup>4</sup>, si tales erunt, ut in heredem quoque transeant, praestabunt. Iulianus scribit, si utriusque heredis pars exhausta est legatis et alter ex heredibus cautionem praetoriam accepit a legatariis, non aequaliter, sed pro suo modo legis Falcidiae rationem et actionem ex stipulatu habiturum. omnes enim praetorias stipulationes eiusdem interpretationis esse: nam constare ex indicatum solui stipulatione, siue a parte actoris siue a rei plures heredes existissent, non omnibus nec aduersus omnes actionem contingere, sed dumtaxat his qui uicissent et<sup>4</sup> aduersus uictos, hisque, aduersus quos res defensa non esset, aduersus eos, qui rem non defendissent. Annua bima trima die aureis centenis | legatis ex omnibus summis, non tantum ex posterioribus portione legis Falcidiae detrahi placuit. Si Titio uiginti legatis portio per legem Falcidiam detracta esset, cum ipse quoque quinque Seio rogatus esset restituere, Uindius noster tantum Seio pro portione ex quinque detrahendum ait, quantum Titio ex uiginti detractum esset. quae sententia et aequitatem et rationem magis habet, quia exemplo heredis legatarius ad fideicommissa praestanda obligabitur: nec quia ex sua persona legatarius inducere legem Falcidiam non possit, ideo quod passus esset non imputaturum: nisi forte testator ita fidei eius commississet, ut totum, quicquid ex testamento cepisset, restitueret. Si autem manumittere seruum uel suum uel alienum rogatus sit, omnimodo praestare debet libertatem, nec hoc contrarium est superiori, quia fauor libertatis saepe et alias benigniores sententias exprimit.

**33** PAULUS libro tertio fideicommissorum. Si seruus tibi legatus sit eumque ro- [B. 41, 1, 32] P  
F(W [deficit u. 26 in u. legatariis non] DEQICK)

<sup>1</sup> quae in die certa] quae cum libertate?    <sup>2</sup> deberi?    <sup>3</sup> cum bonis actoris defuncto eo augmentum, tum rei decessionem (similiter Hal.)?    <sup>4</sup> et del.

1 in die certa] FDECK, in diem certam I: idem Graeci: ἐν ᾧ μὴ ἐν diei ἐστὶ BS (Cyr.), τὰ ὑπὸ ἡμέραν λεγόμενα τοῖς δούλοις τοῦ κληρονόμου ... κεῖρεῖσθαι B (Anon.) 11 sen'ten'tiat F<sup>1</sup> 18 aliqui F<sup>2</sup> 20 intellegebat n'tur F<sup>2</sup> 23 cum bonis actoris defuncto eo augmentum rei decessionemue (de-

cessionemue K) FDEICK: καὶ αἱ πρόκαιροι δὲ πραιτωρῖαι καὶ τὴν τοῦ ἐνάγοντος οὐσίαν ἀΐζουσι καὶ τὴν τοῦ ἐναγομένου μειοῦσιν, ἐὰν εἰς κληρονόμους διαβαίνωσιν B (Anon.), καὶ πρόκαιρος ἀγωγὴ ἀρμόζουσα κληρονόμῳ οὐ λογίζεται εἰς Φαλκίδιον (?) BS (Cyr.) 28 stipulationi F<sup>2</sup> 37 commississet F<sup>2</sup>



gatus sis manumittere nec praeterea capias, unde quartam, quae per Falcidiam retinetur, recipere possis, senatus censuit cessare Falcidiam.

- 34 MARCELLUS libro quadragesimo secundo digestorum IULIANI notat. In testa- B. 41, 1, 33  
toris seruo non erit Falcidiae locus: si uero pecuniam aliudue quid legauerit fideique lega-  
tarii commiserit, ut alienum seruum uel legatarii manumitteret, locus erit.
- 35 ULPIANUS libro sexto disputationum. Plane si quid sit praeterea legatum B. 41, 1, 34  
ipsi seruo, Falcidiae locum fore senatus declarauit. unde Scaenola ait in eo, quod praeterea  
seruo legatum est, ita Falcidiam admittendam, ut inde et quod pro seruo praestandum  
est sumatur.
- 36 PAULUS libro tertio fideicommissorum. Sed si non seruus ipse legatus sit, B. 41, 1, 35  
sed pecunia rogatusque sit legatarius seruorum suorum manumittere, Falcidiam patietur et  
1 nihilo minus cogetur manumittere, quia tanti aestimasse uidebitur seruorum suorum. Quid si  
alienus seruus fuerit? in eo non plus quam accepit ad redimendum cogitur impendere.  
2 Sin uero heres seruorum<sup>1</sup> rogatus sit manumittere, placet pretium eius, ut aes alienum, de-  
3 ducendum esse. Si solus seruus legatus et fideicommissa libertate donatus fuerit, licet 1 5  
Falcidia interneniente totus uindicari petiue potest. sed et si aliud praeterea capiat lega-  
tarius, adhuc seruus totus peti potest: quartam autem utriusque ex legato retinendam, ne  
4 impediatur libertas. Si incertum sit, an libertas praestari debeat, ueluti quod sub condi-  
tione uel post tempus data sit, numquid incerto eo an praestetur, cum possit aut seruus  
mori aut condicio deficere, interim Falcidia admittenda est, deinde cum libertas competere  
uel deberi coeperit, tum legatarius illam partem recipiat, quam Falcidia detraxit? Caecilio  
placebat, si quid ex operis eius medio tempore consecutus fuerit heres<sup>2</sup>, id in pretium eius  
erogare eum debere propter legis Falcidiae rationem.
- 37 VALENS libro sexto de fideicommissis. Eius serui aestimatio perinde ac statu- B. 41, 1, 36  
1 liberi fieri debet. Sed et si heres seruorum alienum rogatus est manumittere, placuit, ut  
etiam huius pretium ex aestimatione hereditatis deduci debeat.
- 38 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Statuliber heredis non auget B. 41, 1, 37  
1 2 familiam. Communes serui in utriusque patrimonio connumerantur. Cuius usus fructus  
alienus est, in *dominio* domini proprietatis connumeratur, pignori dati in debitoris, sub lege  
commissoria distracti, item ¶ ad diem addicti in uenditoris.
- 39 PAULUS libro tertio sententiarum. Aeris alieni loco deducuntur non solum B. 41, 1, 38  
pretia eorum, quibus libertas data est, et eorum, qui supplicio sunt adfecti, sed et eius,  
quem praetor propter indicium proditae mortis uel detectae eorum coniurationis libertatem  
donauit.
- 40 HERMOGENIANUS libro quarto iuris epitomarum. Ad ueterani testamentum, B. 41, 1, 39  
sive pater familias sive filius familias sit, licet intra annum missionis decedat, lex Falcidia  
1 pertinet. Si cui, si decem dedisset, uiginti fundus fuisset legatus, is in toto fundo lega-  
tarius habebitur.
- 41 PAULUS libro nono ad edictum. Dolo carere non uidetur, si iam mota quis B. 41, 1, 40  
controuersia hereditatis legata sine cautionibus det.
- 42 ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. In Falcidia aestimatio pretii B. 41, 1, 41  
rerum ex ueritate facienda est.

*F(DEQICK)*

<sup>1</sup> suum *ins.* (B et BS ΔΟΥΛΟΝ ἴδιον)    <sup>2</sup> heres *del.*

1 quaere *F*<sup>2</sup> 19 praestetur *F*<sup>4</sup> 21 recipit *F*<sup>2</sup> 22 id in] *F*<sup>2</sup>*E*, in id *F*<sup>1</sup>*DQIC*, in de *K*: καὶ τοῦτο δαπανᾷ εἰς τὴν τιμὴν τοῦ δούλου *B* (*Anon.*), λογίζεται αὐτῷ εἰς τὴν τιμὴν τοῦ οἰκέτου *BS* (*Cyr.*) 24 statuliberi<sup>1</sup> *F*<sup>2</sup> 29 in dominio domini proprietatis] *scripsi*, in domini (*sic F*<sup>2</sup>, in domino *F*<sup>2</sup>) proprietatis *F*, in dominio proprietatis *D*, in domino proprietatis *I*, in dominio proprietarii *ECK*: ἐν τῇ τοῦ δεσπότου (οἰκίᾳ) *B* (*Anon.*) 32 af-

fecti *F*<sup>2</sup> 33 eorum] *FDEIK*, eorum *C*: quasi esset in eum uerterunt *Graeci*: διὰ τὸ καταμνήσκει τὴν τοῦ δεσπότου ἀναίρεσιν ἢ τὴν κατ' αὐτοῦ συνωμοσίαν *B* (*Anon.*), ἢ ὡς ἐλέγξας τὸν φόνον τοῦ τεστάρωρος ἢ τὴν κατ' αὐτοῦ συνωμοσίαν *BS* (*Cyr.*) 37 legatus 's' is in 't toto *F*<sup>2</sup> 41 in falcidia ... p. 211, 1 ad edictum *om. F*<sup>2</sup>: l. 42 *om. D*, habent suo loco *IK*, post l. 43 *B*, post l. 44 *C*

- 3 **IDEM** libro nono decimo ad edictum. Serui qui apud hostes sunt post mortem B. 41, 1, 42 *E*  
testatoris reuersi, quod ad Falcidiam pertinet, locupletio-rem faciunt hereditatem.
- 4 **IDEM** libro uicesimo primo ad edictum. Falcidia interuenire non potest, si B. 41, 1, 43 *E*  
statuliber de alieno dedit, non de bonis defuncti, uel alias est homo liber, qui condicio-  
nem impleuit. 5
- 5 **PAULUS** libro sexagesimo ad edictum. In lege Falcidia non habetur pro puro, B. 41, 1, 44 *E*  
1 quod in diem relictum est: medii enim temporis commodum computatur. In his legatis,  
quae sub condicione relicta sunt, Proculus putabat, cum quaeritur de lege Falcidia, tantum  
esse in legato, quanti uenire possunt: quod si est, et deductio sic potest fieri, ut tantum  
uideatur ui<sup>1</sup> deberi, quanti nomen uenire potest. sed haec sententia non probatur: cautio- 10  
nibus ergo melius res temperabitur.
- 46 **ULPIANUS** libro septuagesimo sexto ad edictum. Qui quod per Falcidiam re- B. 41, 1, 45 *E*  
tinere poterat, uoluntatem testatoris secutus spondit se daturum, cogendus est soluere.
- 47 **IDEM** libro septuagesimo nono ad edictum. Lex Falcidia si interueniat, in B. 41, 1, 46 *E*  
1 omnibus pensionibus locum habet: sed hoc ex post facto apparebit. ut puta in annos sin- 15  
gulos legatum relictum est: quamdiu Falcidia nondum locum habet, integrae pensiones an-  
nae dabuntur: sed enim si annus uenerit, quo fit, ut contra legem Falcidiam ultra do-  
drantem aliquid debeat, eueniet, ut retro omnia legata singulorum annorum imminuantur.
- 1 Namquam legatarius uel fideicommissarius, licet ex Trebelliano senatus consulto restituitur  
ei hereditas, utitur legis Falcidiae beneficio. 20
- 48 **PAULUS** libro secundo ad edictum aedilium curulium. Cum emptor uendi- B. 41, 1, 47 *E*  
tori uel contra heres exstitit, euicto homine utrum duplum in aes alienum deducere uel  
computare debeat an simplum? duplum enim esset, si alius heres exstitisset. et benignius  
est eodem herede existente simplum ei imputari. 24
- 49 **IDEM** libro duodecimo ad Plautium. **PLAUTIUS**. Seruo, quem tibi legaueram, B. 41, 1, 48 *E*  
fundum legauit. Atilicinus Nerua Sabinus primum in seruo rationem legis Falcidiae haben-  
dam et quota pars ex eo decederet, eam partem in fundo legato inutilem futuram, deinde  
ex reliquis partibus fundi legis Falcidiae portionem decessuram, sicut ex omnibus legatis.  
Cassius, quod seruo pars lege Falcidia decedat, incipere seruum fieri communem heredis  
et legatarii, communi autem seruo cum legatum sit, totum pertinere ad socium, quia in 30  
eam personam<sup>2</sup> legatum consistere possit: qua ratione semel ex fundo partem legis Falcidiae  
decessuram. **PAULUS**. Cassii sententia utimur: nam et diuus Pius rescribit seruo  
1 | communi fideicommissum datum totum ad socium pertinere. Interdum euenit, ut propter f. 104<sup>f</sup>  
rationem legis Falcidiae sequens legatum extinguatur, ueluti si fundus et ad eum uia  
legata sit per alium fundum: nam si pars fundi remanserit in hereditate, non potest pro- 35  
cedere niae legatum, quia per partem seruitus adquiri non potest.
- 50 **CELSUS** libro quarto decimo digestorum. Non est dubium, quin ea legata, a B. 41, 1, 49 *E*  
quibus heres summouere exceptione petito-rem potest, in quartam ei imputentur nec cete- 39  
rorum legata minuant.
- 51 **IULIANUS** libro sexagesimo primo digestorum. Nec interest, utrum ab initio B. 41, 1, 50 *\*S*  
quasi inutile fuerit an ex accidenti postea in eum casum peruenisset legatum, ut actio eius  
denegaretur.
- 52 **MARCELLUS** libro nono digestorum. Ex asse patronum heredem instituit B. 41, 1, 51 *E*  
libertus, cum ducentos<sup>3</sup> aureos in bonis haberet, et legauit filio centum uiginti, extraneo  
F(DEQICK)

<sup>1</sup> ui del. (u. i.)    <sup>2</sup> in ea persona sola?    <sup>3</sup> idem Graeci (διακοσίων νομισμάτων περιουσίαν):  
quinquaginta ins. (u. i.)

6 ad adictum F<sup>o</sup> 10 uij] FQ, om. DEICK  
17 beneit F<sup>2</sup> 31 possit] potest F<sup>2</sup> 37 non  
est dubium . . . p. 212, 2 ei legata sunt om.  
F<sup>1</sup>, ideo l. 53 praescribens idem, non Celsus:  
habent Graeci tam Anonymus quam Cyrillus  
et habuisse eos etiam numeri confirmant in hoc

titulo allegando cum nostris fere consentientes:  
scholiasta tamen ad l. 51 de hiatu illo monet:  
τοῦτο τὸ θέμα [l. 51] ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγρά-  
φων οὐ κεῖται καὶ ἴσως τρακταϊσμός ἐστὶ τοῦ  
μῆθ' ἀγ. καὶ τοῦ ν' 38 potest supra uersum F<sup>2</sup>

- reliqua: deminutio legati, quod extraneo praestat legatum<sup>1</sup>, proficit filio ad consequenda  
 1 solida, quae ei legata sunt. Quaecumque ex causa legata non praestantur, imputantur heredi in quartam partem quae propter legem Falcidiam remanere apud eum debet.
- 53 CELSUS libro septimo decimo digestorum. Si propter ea, quae sub condicione [B. 41, 1, 52] E  
 legata sunt, pendet legis Falcidiae ratio, praesenti die data non tota uindicabuntur. 5
- 54 MARCELLUS libro quinto decimo digestorum. Pater filium, ex quo tres habebat nepotes, heredem instituit fideique eius commisit, ne fundum alienaret et ut in familia eum relinqueret: filius decedens tres filios scripsit heredes. quaerendum est, an omnino quasi creditores unusquisque in ratione legis Falcidiae aliquid possit deducere, quia in potestate sua habuit pater, cui ex his potius relinqueret. sed hac ratione nemo in Falcidiae ratione quicquam deducet. quod uidentum, ne dure constitatur: utique enim in alieno aere habuit fundum, necessitate quippe obstrictus fuisset<sup>2</sup> filiis eum relinquendi. 10
- 55 IDEM libro uicesimo digestorum. Cum Titio in annos singulos dena legata [B. 41, 1, 54] E  
 sunt et iudex legis Falcidiae rationem inter heredem et alios legatarios habeat, uiuo quidem Titio tanti litem aestimare debeat, quanti nenire id legatum potest, in incerto posito, 15  
 quamdiu uicturus sit Titius: mortuo autem Titio non aliud spectari debet, quam quid heres ex ea causa debuerit.
- 56 IDEM libro uicesimo secundo digestorum. Cum quo de peculio agi poterat, [B. 41, 1, 55] E  
 heres creditori existit: quaeris, cuius temporis peculium computari oporteat in Falcidia lege. plerique putant, quod tunc in peculio fuerit, cum adiretur hereditas, inspiciendum. ego dubito, quoniam mortis tempus in ratione legis Falcidiae ineunda placuit obseruari: quid enim interest, peculium serui post mortem creditoris deminutum sit an debitor pauperior factus sit? Aliquis dicet: quid ex contrario, si ante aditam hereditatem adquisierit seruus? et ego quaeram, <sup>3</sup>si debitoris, qui tunc non erat soluendo, ampliatae facultates fuerunt? et cum in isto placuerit ex post facto uberiorem uideri fuisse hereditatem, sicuti cum condicio crediti existit post mortem, ita etiam peculii incrementum plenior faciet hereditatem. SCAEUOLA notat: quid ergo, si idem seruus defuncto et alii dena debuit et una decem habuit? augetur scilicet et his hereditas, decem, quae defuncto naturaliter debebantur, in hereditate manentibus. Is, qui in bonis unum dumtaxat seruum habebat, legauit eum Titio et fidei eius commisit, ut post triennium manumitteret: debet ex eo, quod interim ex operis serui ad Titium peruenire potest, quarta apud heredem remanere, quemadmodum si directo post triennium seruo libertatem dedisset eiusque usum fructum ei legasset, aut ei proprietatem per fideicommissum relinquit<sup>4</sup>. Stichum tibi, seruo tuo decem legauit uel contra tibi decem, seruo tuo Stichum, libertatemque Stichi fidei eius commisit. lex Falcidia minuit legata: redimere ab herede partem debes, quemadmodum si tibi ] utrumque legasset. Saepius euenit, ne emolumentum eius legis heres consequatur: nam si centum aureorum dominus uiginti quinque alicui dedisset et eum instituerit heredem et dodrantem F(DEQICK)

<sup>1</sup> deminutio ... legatum] quod extraneo praestat legatum patronus dimidiatum (u. i.)? <sup>2</sup> fuisset] uni ex? <sup>3</sup> quid ins. (Hal.) <sup>4</sup> aut ei proprietatem per fideicommissum relinquit del. (glossema uidetur adscriptum ad uerba u. 30 legauit eum Titio)

1 quod extraneo praestat legatum] FE, quod (quid D) extraneo praestat (praestatur C) DI (in marg.: Ma[r]t[inus] hic legatum cancellauit) CK: τὸ μειώμενον πρὸς τοῦ ἐξωτικοῦ συμβάλλεται τῷ γίῳ εἰς τὸ λαβεῖν τέλειον τὸ ἴδιον ἀγράφον B (Anon.), τὸ μὴ τέλειον λαμβάνειν τὸν ἐξωτικὸν οὐκ ἐὰν τὸ ἀγράφον τοῦ γίῳ μειωθῆναι Φαλκιδίῳ BS (Cyr.): quod uidetur scripsisse Marcellus, compilatores mutare debuerunt propter partis dimidiae mentionem, mutauerunt autem inscite. praeterea numeros quamquam confirmant Graeci defenditque nuper Adolphus Schmidt (Pflichttheilrecht des Patronus p. 80) perite, tamen magis crediderim cor-

ruptos cum Cuiacio (obs. 25, 24): nam patronum Falcidiam deducere aliter in legato quod filio datum est, aliter in legato extranei, scilicet quatenus hoc ualet, rationem non habet. casus autem hic est: libertus habens CCL legat filio CXX, extraneo CXXX: iam cum parte dimidia huius legati LXV non praestetur utpote data ex portione debita, patronus heres soluit legatorum nomine CLXXXV, reliqua habet LXV, cum Falcidia efficiat LXIIS 3 qu'a'e F<sup>2</sup> 4 celsus] F<sup>2</sup> cum B: Κέλκογ, idem F<sup>2</sup>: u. adnotationem ad p. 211, 37 16 debet] debeat F<sup>2</sup> 25 fuerint F<sup>2</sup> 31 ad] at F

legauerit, nihil aliud sub occasione legis Falcidiae interuenire potest, quia uiuus uidetur heredi futuro prouidere.

57 IDEM libro uicesimo sexto digestorum. Cum dotem maritus alicui legauerit, [B. 41, 1, 56] E ut uxori restituatur, non habere legem Falcidiam locum dicendum est. et sane in plerisque ita obseruatur, ut omnia interpositi capientis persona spectetur. 5

58 MODESTINUS libro nono regularum. Legis Falcidiae beneficium heres etiam [B. 41, 1, 57] E post longum tempus mortis testatoris implorare non prohibetur.

59 IDEM libro nono pandectarum. Beneficio legis Falcidiae indignus esse ui- [B. 41, 1, 58] E detur, qui id egerit, ut fideicommissum interdicat. Praeterea qui non capienti rogatus est restituere hereditatem, senatus consulto Planciano non conceditur quartam retinere: sed ea 10 quarta, quam non retinuit, ad fiscum pertinet ex rescripto diui Pii. [D. 49, 14, 49]

60 LAEULENUS libro quarto decimo ex Cassio. Cum pater impuberi filiae he- [B. 41, 1, 59] E redem substituit, id quod ei legatorum nomine a patre obuenerit, cum hereditas ad substitutos pertinet, in computationem legis Falcidiae non uenit. Legato petito cum in litem iratum est, ratio legis Falcidiae<sup>1</sup> non eius summae, in quam legatarius iurauit, haberi 15 debet, sed eius, quanti re uera id fuit quod petatum est: nam id quod poenae causa adcreuit in legem Falcidiam non incidit.

61 IDEM libro quarto epistularum. Alienus fundus tibi legatus est: hunc heres [B. 41, 1, 60] E cum emere nisi infinito pretio non posset, emit multo pluris, quam quanti erat, qua emptione effectum est, ut legatarii ad legem Falcidiam reuocarentur. quaero, cum, si fundus tanti, 20 quanti re uera<sup>2</sup>, emptus esset, legata non fuerant excessura ius legis Falcidiae, an hoc ipso heres institutus partem reuocandi a legatariis ius habeat, quod ex uoluntate defuncti pluris emerit fundum, quam quanti erat. respondit: quod amplius heres quam pretium fundi legatario soluit, id lege Falcidiae imputari non potest, quia negligentia eius nocere legatariis non debet, utpote cum is confitendo ueram aestimationem praestare poterat. 25

62 ULPIANUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. In lege Falcidia hoc esse [B. 41, 1, 61] E seruandum Iulianus ait, ut, si duo rei promittendi fuerint uel duo rei stipulandi, si quidem socii sint in ea re, diuidi inter eos debere obligationem, atque si singuli partem pecuniae stipulati essent uel promisissent: quod si societas inter eos nulla fuisset, in pendenti esse, 1 an utrius bonis computari oporteat id quod debetur uel ex cuius bonis detrahi. Corpora 30 si qua sunt in bonis defuncti, secundum rei ueritatem aestimanda erunt, hoc est secundum praesens pretium: nec quicquam eorum formali pretio aestimandum esse sciendum est.

63 PAULUS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam. Pretia rerum [D. 9, 2, 83. B. 41, 1, 62] E non ex affectu nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur. nec enim qui filium naturalem possidet tanto locupletior est, quod eum, si alius possideret, plurimo redempturus 35 fuisset. sed nec ille, qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eum patri uendere potest, nec exspectandum est, dum uendat, sed in praesentia, non qua filius alicuius, [D] sed qua homo aestimatur. eadem causa est eius serui, qui noxam nocuit: nec enim delinquendo quisque pretiosior fit. sed nec heredem post mortem testatoris<sup>3</sup> institutum seruum tanto pluris esse, quo pluris uenire potest, Pedius scribit: est enim absurdum ipsum me 40 heredem institutum non esse locupletiozem, antequam adeam, si autem seruus heres institutus sit, statim me locupletiozem effectum, cum multis causis accidere possit, || ne iussu f. 105<sup>7</sup> nostro adeat: acquirit nobis certe cum adierit, esse<sup>4</sup> autem praeposterum ante nos locupletes dici, quam adquisierimus. Cuius debitor soluendo non est, tantum habet in bonis, 2 quantum exigere potest<sup>5</sup>. Nonnullam tamen pretio uarietatem loca temporaque adferunt: 45

F(DEQICK)

<sup>1</sup> in ratione legis Falcidiae ratio uel ratio lege Falcidia scr. <sup>2</sup> erat ina. (Huschke)  
<sup>3</sup> idem Graeci (u. i.): sed nec post mortem testatoris heredem? <sup>4</sup> esset? <sup>5</sup> § 1 quae leguntur, supersunt ex tractatu de pretio nominis quoque non ex utilitate singulorum, puta debitoris ipsius (cf. h. t. l. 82), statuendo: quo refertur u. 45 tamen

30 si del. F<sup>21</sup> 25 aestimationem F<sup>2</sup> 32 formali pretio] προς την τετυπωμένην διατίμησιν sed nec heredem post mortem seq.] ει δε και  
 B (Anon.) 37 presentia F 39 pretio'sio'r F<sup>2</sup> | δόλος μετά τελευτήν του διαθεμένου γραφή κληρονομος B (Anon.)

nec enim tantidem Romae et in Hispania oleum aestimabitur nec continuis sterilitatibus tantidem, quanti secundis fructibus, dum hic quoque non ex momentis temporum nec ex ea quae raro accidat caritate pretia constituentur.

- 64 ULPIANUS libro tertio decimo ad legem Iuliam et Papiam. Si in testamento B. 41, 1, 63 *E* ita scriptum sit: 'heres meus Lucio Titio decem dare damnas esto et quanto quidem minus 5 'per legem Falcidiam capere poterit, tanto amplius ei dare damnas esto', sententiae testatoris standum est.
- 65 PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. Si fundus legatus sit quin- B. 41, 1, 64 *E* quaginta dignus sub hac condicione, si quinquaginta heredi dedisset, plerique putant utile esse legatum, quia condicionis implendae causa datur: nam constat etiam Falcidiam eum 10 pati posse. sed si quinquaginta aurei legati sint, si quinquaginta dedisset, dicendum inutile esse legatum et magis ridiculum esse.
- 66 ULPIANUS libro octavo decimo ad legem Iuliam et Papiam. Circa legem B. 41, 1, 65 *B* Falcidiam in eo, quod sub condicione uel in diem alicui relictum est, hoc obseruandum est: si decem sub condicione alicui fuerint relicta eaque condicio post decennium forte 15 exstiterit, non uidentur decem huic legata, sed minus decem, quia interuallum temporis et 1 interusurium huius spatii minorem facit quantitatem decem. Sicuti legata non debentur, nisi deducto aere alieno aliquid supersit, 'nec mortis causa donationes debebuntur, sed infirmantur per aes alienum. quare si immodicum aes alienum interueniat, ex re mortis causa sibi donata nihil aliquis consequitur.
- 67 TERENCEUS CLEMENS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Quotiens B. 41, 1, 66 *B* cuidam amplius legatum sit, quam ei capere liceret, et lex Falcidia locum haberet, prius Falcidiae ratio habenda est, scilicet ut subducto eo, quod lex Falcidia exceperit, reliquum, si non excedat statutam lege portionem, debeatur.
- 68 AEMILIUS MACER libro secundo ad legem uicesimam hereditatium. Compu- B. 41, 1, 67 *B* tationi in alimentis faciendae hanc formam esse Ulpianus scribit, ut a prima aetate usque ad annum uicesimum quantitas alimentorum triginta annorum computetur eiusque quanti- tatis Falcidia praestetur, ab annis uero uiginti usque ad annum uicesimum quintum annorum uiginti octo, ab annis uiginti quinque usque ad annos triginta annorum uiginti quinque, ab annis triginta usque ad annos triginta quinque annorum uiginti duo, ab annis triginta quinque usque ad annos quadraginta annorum uiginti. ab annis quadraginta usque ad annos quinquaginta tot annorum computatio fit, quot aetati eius ad annum sexagesimum deerit<sup>2</sup> remisso uno anno: ab anno uero quinquagesimo usque ad annum quinquagesimum quintum annorum nouem, ab annis quinquaginta quinque usque ad annum sexagesimum annorum septem, ab annis sexaginta, cuiuscumque aetatis sit, annorum quinque. eoque nos iure uti Ulpianus ait et circa computationem usus fructus faciendam. solitam est- tamen a prima aetate usque ad annum trigesimum computationem annorum triginta fieri, ab annis uero triginta tot annorum computationem inire, quot ad annum sexagesimum deesse uidentur<sup>3</sup>. numquam ergo amplius quam triginta annorum computatio initur. sic denique et si rei publicae usus fructus legetur, siue simpliciter siue ad ludos, triginta- 1 annorum computatio fit. Si quis ex heredibus rem propriam esse contendat, deinde hereditariam esse conuincatur, quidam putant eius quoque Falcidiam non posse reti-  
*F(DEQICK)*

<sup>1</sup> ita si nihil supersit *ins.*    <sup>2</sup> deerunt (*Brenemannus*)?    <sup>3</sup> ab annis autem sexaginta annorum quinque *ins.* (u. i.)

8 sit quinquaginta<sup>1</sup> *F*<sup>2</sup> 10 nam] *F*<sup>2</sup> cum *B* (*Anon.*): τὸ ληγάτον ἔρρωται καὶ Φαλκιδίον ὑπομένεις *et BS* (*Cyr.*), non *F*<sup>2</sup> 19 infirmantur *f* 24 legi *F* 32 tot] t'ot' *F*<sup>2</sup>, *om.* *DEQICK*: τοσοῦτων ἐτῶν ἢ ἀποτίμησις γίνε- ται, ὅσοι λείποισι τῆ ἡλικίᾳ τοῦ ληγαταρίου, ἵνα γένηται πενήκοντα ἑννέα *B* (*Anon.*) 38 ab

annis uero *seq.*] μετὰ δὲ τριάκοντα ἔτη εἰ τι λείπει τῶν ἐξήκοντα· μετὰ δὲ ἐξήκοντα εἰς πέντε *BS* (*Cyr.*), ἀπὸ δὲ τοῦ τριακостоῦ ἕως τοῦ ἐξήκостоῦ τοσοῦτων, ὅσοι λείποισι τῷ ληγατα- ρίῳ εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν ἐξήκοντα ἐτῶν· εἰ δὲ ὑπὲρ τὰ ἐξήκοντα ἔτη ἐστίν, εἰς πέντε ἔτη ἀποτίμαται *B* (*Anon.*) 41 fit *om.* *F*<sup>2</sup>

heri, quia nihil || intersit, subtraxerit an hereditariam esse negauerit: quod Ulpianus recte f. 106 improbat.

POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Usu fructu bonorum legato aes alie- [B. 41, 1, 68] S  
num ex omnibus rebus deducendum est, quoniam post senatus consultum nulla res est,  
quae non cadit in usus fructus legatum. 5

ULPIANUS libro sexto decimo ad Sabinum. Falcidia stipulatio statim com- [B. 41, 1, 69] S  
mittitur, ubi condicio legati uel debiti exstitit.

PAULUS libro trigesimo secundo ad edictum. Potest heres in uendenda he- [B. 41, 1, 70] S  
reditate cauere, ut et lege Falcidia interueniente solida legata praestentur, quia ea lex  
heredis causa lata est nec fraus ei fit, si ius suum deminuat heres. 10

72 GAIVS libro tertio de legatis ad edictum praetoris. Quantitas patrimonii de- [B. 41, 1, 71] S  
ducto etiam eo, quidquid explicandarum uenditionum causa impenditur, aestimatur.

73 IDEM libro octauo decimo ad edictum prouinciale. In quantitate [Inst. 2, 22, 2. B. 41, 1, 72] S  
patrimonii exquirenda uisum est mortis tempus spectari. qua de causa si quis centum in  
bonis habuerit et tota ea legauerit, nihil legatariis prodest, si ante aditam hereditatem per 15  
seruos hereditarios aut ex partu ancillarum hereditariarum aut ex fetu pecorum tantum  
accesserit hereditati, ut centum legatorum nomine erogatis habiturus sit heres quartam  
partem, sed necesse est, ut nihilo minus quarta pars legatis detrahatur. et ex diuerso, si  
ex centum septuaginta quinque legauerit et ante aditam hereditatem in tantum decreuerint  
bona, incendiis forte aut naufragiis aut morte seruorum, ut non plus quam septuaginta 20  
quinque uel etiam minus relinquatur, solida legata debentur. nec ea res damna est he-  
redi, cui liberum est non adire hereditatem: quae res efficit, ut necesse sit legatariis, ne  
destituito testamento nihil consequantur, cum herede in portionem legatorum pacisci. [(Inst.)

1 Magna dubitatio fuit de his, quorum condicio mortis tempore pendet, id est an quod sub  
condicione debetur in stipulatoris bonis adnumeretur et promissoris bonis detrahatur. sed 25  
hoc iure utimur, ut, quanti ea spes obligationis uenire possit, tantum stipulatoris quidem  
bonis accedere uideatur, promissoris uero decedere. aut cautionibus res explicari potest,  
ut duorum alterum fiat, aut ita ratio habeatur, tamquam pure debeatur, aut ita, tamquam  
nihil debeatur, deinde heredes<sup>1</sup> et legatarii inter se caueant, ut existente condicione aut  
heres reddat, quanto minus soluerit, aut legatarii restituant, quanto plus consecuti sint. 30

2 Sed et si legata quaedam pure, quaedam sub condicione relicta efficiant, ut existente con-  
dicione lex Falcidia locum habeat, pure legata cum cautione redduntur. quo casu magis  
in usu est solui quidem pure legata perinde ac si nulla alia sub condicione legata fuissent,  
cauere autem legatarios debere ex euentu condicionis quod amplius accepissent redditu 35  
iri. Cuius generis cautio necessaria uidetur et si quibusdam seruis eodem testamento sub 35

4 condicione libertas data sit, quorum pretia condicione existente bonis detrahuntur. In  
diem relicta legata alterius esse iuris palam est, cum ea omnimodo tam ipsi legatario quam  
heredibus eius deberi certum est: sed tanto minus erogari ex bonis intellegendum est, quan-  
5 tum interea, donec dies optingit, heres lucraturus est ex fructibus uel usuris. Ergo opti-  
6 tum quidem est statim ab initio ita testatorem distribuere legata, ne ultra dodrantem re- 40  
linquantur. quod si excesserit quis dodrantem, pro rata portione per legem [Inst. 2, 22, 8  
7 ipso iure minuuntur: uerbi gratia si is, qui quadringenta in bonis habuit, tota ea quadrin-  
8 genta erogauerit, quarta pars legatariis detrahitur: si trecenta quinquaginta legauerit, octaua.  
9 quod si quingenta legauerit habens quadringenta, initio quinta, deinde quarta pars || detrabi f. 106'

F(DEQICK)

<sup>1</sup> heres (edd.)?

2 improbat] F<sup>1</sup>K<sup>2</sup>, probat F<sup>2</sup>DEICK<sup>2</sup>: lectio-  
nem improbat sequuntur Graeci tam Anonymus  
quam Cyrillus admittentes heredem mendacii ita  
comitatum Falcidiam retinere posse, sed nouit  
scholasticam Basilicorum etiam alteram quae est  
probat, nam adnotat: ΤΙΝΑ ΤΩΝ ΡΗΤΩΝ ΕΧΟΥΣΙΝ,  
οἱ οὐ παρακράτει 11 praetoris] praetoris

urbani F<sup>2</sup>1 (cf. ad D. 23, 3, 54) 15 et om. F<sup>2</sup>:  
si ... is qui centum aureorum patrimonium  
habebat centum aureos legauerit Inst.: ἐὰν  
ἔχωσιν ρ' ΝΟΜΙΜΑΤΩΝ ΟΥΣΙΑΝ ΛΗΓΑΤΕΥΣΗ ΤΑ Ρ' Β  
(Anon.) 26 tantum] in tantum F<sup>2</sup> 27 aut]  
F<sup>2</sup>DICK, ut F<sup>2</sup>E 34 redditu 'iri F<sup>2</sup> 43 quar-  
ta'm' F<sup>2</sup> | trecentum F<sup>2</sup> 44 quadringenta F

debet: ante enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

- 74 IDEM libro tertio de legatis ad edictum praetoris. Quod autem dicitur, si B. 41, 1, 73 S ex iudicio defuncti quartam habeat heres, solida praestanda esse legata, ita accipere debemus, si hereditario iure habeat: itaque quod quis legatorum nomine a coherede accepit, s in quadrantem ei non imputatur.
- 75 Ex libro quadragesimo digestorum IULIANI. MARCELLUS. Sed si ideo legatum B. 41, 1, 74 S<sup>o</sup> ei datum est, ut integra legata uel fideicommissa praestet, deneganda erit actio legati, si lege Falcidia uti mallet.
- 76 GARUS libro tertio de legatis ad edictum praetoris. Id autem, quod condi- B. 41, 1, 76 S cionis implendae causa uel a coherede uel a legatario uel a statulibero datur, in Falcidia non imputatur, quia mortis causa capitur. sane si a statulibero p<sup>o</sup>culiaries nummos accipiat, pro sua parte quadrantem eos imputare debet, quia pro ea parte non mortis causa capere, 1 sed hereditario iure eos habere intellegitur. Qua ratione placuit legata, quae legatarii non capiunt, cum apud heredes subsederint, hereditario iure apud eos remanere intellegi et 15 ideo quadrantem imputanda, nec quicquam interesse, utrum statim ab initio legatum non sit an quod legatum est remanserit.
- 77 IDEM libro octauo decimo ad edictum prouinciale. In singulis Inst. 2, 22, 1. B. 41, 1, 76 S heredibus rationem legis Falcidiae componendam<sup>1</sup> esse non dubitatur. et ideo si Titio et Seio heredibus institutis semis hereditatis Titii exhaustus est, Seio autem quadrans toto- 20 rum bonorum relictus sit, competit Titio beneficium legis Falcidiae.
- 78 IDEM libro tertio de legatis ad edictum praetoris urbani. Quod si alterutro B. 41, 1, 77 S<sup>o</sup> eorum deficiente alter heres solus exstiterit, utrum perinde ratio legis Falcidiae habenda sit, ac si statim ab initio is solus heres institutus esset, an singularum portionum separatim causae spectandae sunt? et placet, si eius pars legatis exhausta sit, qui heres exstiterit, 25 adiuari legatarios per deficientem partem, quia ea non est legatis onerata<sup>2</sup>, quia et legata quae apud heredem remanent efficiunt, ut ceteris legatariis aut nihil aut minus detrahatur: si uero defecta pars fuerit exhausta, perinde in ea ponendam rationem legis Falcidiae, atque si ad eum ipsum pertineret, a quo defecta fieret.
- 79 IDEM libro octauo decimo ad edictum prouinciale. In duplicibus testamentis B. 41, 1, 78 S<sup>o</sup> siue de patrimonio quaeramus, ea sola substantia spectatur, quam pater cum moreretur habuerit, nec ad rem pertinet, si post mortem patris filius uel adquisierit aliquid ul deminuerit: siue de legatis quaeramus, tam ea quae in primis quam ea quae in secundis tabulis relicta sunt in unum contribuuntur, tamquam si et ea, quae a filii herede reliquisset testator, a suo herede sub alia condicione legasset.
- 80 IDEM libro tertio de legatis ad edictum praetoris. Si is, qui quadringenta B. 41, 1, 79 S<sup>o</sup> in patrimonio habebit, filio impubere herede instituto ducenta legauerit eique Titium et Seium heredes substituerit et a Titio centum legauerit, uideamus, quid iuris sit. si nondum solutis legatis pupillus decesserit et ob id ea legata utrique debent, solus heres Titius utetur lege Falcidia: cum enim ducenta ex hereditate pupilli ad eum pertineant, ducenta legatorum nomine debet, centum ex ducentis quae pupillus debebat, centum quae ipse dare inussus est: itaque ex utraque quantitate quarta deducta habebit quinquaginta. in persona uero Seii lex Falcidia non interuenit, cum ad eum ex hereditate pupilli ducenta pertineant et debeat legatorum nomine centum ex ducentis, quae a pupillo relicta sunt. quod si pu- 1 pillus ¶ soluat legata, debent curare tutores pupilli, ut caueant legatarii. Quaedam legata ¶  
F(DEQICK)

<sup>1</sup> ponendam (cf. Inst.)?    <sup>2</sup> quia ea non est legatis onerata del.

3 praetoris] praetoris urbani F<sup>21</sup> (cf. ad D. 23, 3, 54) 7 l. 75 continuat antecedenti F: as-  
parant Graeci, etiam BS. 41, 1, 15, 7 sch. 12 |  
ex] lex F<sup>2</sup> 10 praetoris] praetoris urbani F<sup>21</sup>  
(cf. ad D. 23, 3, 54) 13 imputare] ECK, im-

putari FDI 26 quia ea] FIC, quia eo D,  
quid ea E, quod ea K 34 relinquisset F  
36 idem] Πάλλου B | praetoris] praetoris ur-  
bani F<sup>21</sup> (cf. ad D. 23, 3, 54) 43 s'c'ii F<sup>21</sup>

diuisionem non recipiunt, ut ecce legatum uiae itineris actusue: ad nullum enim ea res pro parte potest pertinere. sed et si opus municipibus heres facere iussus est, indiuiduum uidetur legatum: neque enim ullum balineum aut ullum theatrum aut stadium fecisse intellegitur, qui ei propriam formam, quae ex consummatione contingit, non dederit: quorum omnium legatorum nomine, etsi plures heredes sint, singuli in solidum tenentur. haec itaque legata, quae diuiduitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent. sed potest heredi hoc remedio succurri, ut aestimatione facta legati denuntiet legatario, ut partem aestimationis inferat, si non inferat, utatur aduersus eum exceptione doli mali.

- 1 IDEM libro octauo decimo ad edictum prouinciale. Sed usus fructus legatus [B. 41, 1, 80] S uenit in computationem legis Falcidiae, nam diuisionem recipit adeo, ut, si duobus legatus 10 1 fuerit, ipso iure ad singulos partes pertineant. Dos relegata extra rationem legis Falcidiae 2 est, scilicet quia suam rem mulier recipere uidetur. Sed et de his quoque rebus, quae mulieris causa emptae paratae essent, ut hae quoque extra modum legis essent, nominatim ipsa Falcidia lege expressum est. 14
- 32 ULPIANUS libro octauo disputationum. Quaerebatur, cum is qui solum in [B. 41, 1, 81] S nomine quadringenta in bonis habebat ipsi debitori liberationem, Seio autem quadringenta legauerit, si debitor uel soluendo non sit uel centum facere possit, quantum quisque habeat interuentu legis Falcidiae. dicebam legem Falcidiam ex eo quod refici ex hereditate potest quartam heredi tribuere, residuum dodrantem inter legatarios distribuere. quare cum nomen minus soluendo est in hereditate, eius quod exigi potest pro rata fit distributio, residui 20 uenditio facienda est, ut id demum in hereditate computetur, quanti nomen distrahi potest. sed cum debitori liberatio relinquitur, ipse sibi soluendo uidetur et quod ad se attinet, diues est: quippe si ei mortis causa accepto feratur id quod debet, quadringenta cepisse uidebitur, licet nihil facere possit: sensisse enim liberationem plenam uidetur, quamuis nihil facere possit. si soli ei liberatio relicta est, et ideo<sup>1</sup> Falcidia interueniente trecenta accepto 25 illi ferri debent, residua centum durabunt in obligationem et si quidem facere posse coeperit, exigentur ab eo dumtaxat usque ad centum<sup>2</sup>. idemque erit dicendum, et si mortis causa accepto ei quadringenta ferantur. unde eleganter dicitur acceptilationem in pendenti fore, ut, si quidem mortis tempore quadringenta tota<sup>3</sup> inueniantur, in trecenta ualeat acceptilatio: si uero praeterea aliquid inueniatur, quod quadrantem suppleat heredi, in qua- 30 dringenta acceptilatio proficiet. quod si debitor iste quadringentorum dumtaxat centum facere potest, quia sibi soluendo est, necesse habebit centum refundere. cum igitur debitor sibi soluendo sit, eueniet, ut, si herede aliquo instituto ipsi debitori liberatio et alii quadringenta legata sint, si quidem soluendo sit debitor, centum quinquaginta ex trecentis retineat, alia centum quinquaginta legatario praestentur, heres centum habeat: sin uero 35 centum tantum facere possit, heredi ex reflecto quarta seruanda est: sic fiet, ut centum, quae praestari possunt, in quattuor partes diuidantur<sup>4</sup>, tres partes ferant legatarii<sup>5</sup>, heres uiginti quinque habeat, debitor, qui soluendo non est, secum centum quinquaginta compenset. de residuis centum quinquaginta, quae exigi non possunt, uenditio fiet nominis idque, quasi solum in bonis fuerit, repraesentatur. quod si nihil facere debitor potest, 40 aequae in centum quinquaginta | accepto liberandus est: de residuo uenditionem nominis f. 107<sup>7</sup> faciendam Neratius ait, quod et nos probamus.

- 83 IULIANUS libro duodecimo digestorum. Si creditor filii tui heredem te in- [B. 41, 1, 82] S stituerit et legis Falcidiae rationem ponas, peculii quantitas, quod aditae hereditatis tempore fuisset, in quadrantem tibi imputabitur. 45

- 84 IDEM libro tertio decimo digestorum. Repperitur casus, quo heres agere [B. 41, 1, 83] S F(W [incipit a u. 37 tres partes] DEQICK)

<sup>1</sup> et ideo, si soli ei liberatio relicta est?    <sup>2</sup> dumtaxat usque ad centum del. (Voorda)  
<sup>3</sup> tota] tantum?    <sup>4</sup> hic desinit Infortiatum proprie sic dictum incipiuntque quae dicuntur  
Tres partes    <sup>5</sup> ferat legatarius?

7 legatari'o' F<sup>2</sup> 23 diue's F<sup>2</sup> 28 fera'n'  
tur F<sup>2</sup> | accepit lationem F<sup>2</sup> 37 tres partes]    in margine manus saec. XV quae adnotauit in F,  
euanuerunt 44 po'e'nas F<sup>2</sup>



potest, quamvis testator agere non potuerit: ueluti si tutor, cum solueret legata, non interposuerit stipulationem, quanto plus quam per legem Falcidiam capi licuerit solutum fuerit, reddi: pupillus quidem eo nomine tutelae non agit, sed heredi eius hoc quoque nomine tutor obligatus erit.

- 85 IDEM libro octavo decimo digestorum. Si dos socero data est et solus filius [B. 41, 1, 84] heres patri exstitisset, dotem confestim in computatione hereditatis et Falcidiae ratione in aere alieno deducet: aliter enim uidebitur indotatam uxorem habere. quod si filius extraneum coheredem habeat, ipse quidem semper pro qua parte patri heres erit dotem in aere alieno deducet, et<sup>1</sup> coheres eius, antequam dos a filio praecipiat.
- 86 IDEM libro quadragesimo digestorum. Titia testamento suo Titium fratrem [B. 41, 1, 85] suum ex parte tertia heredem instituit fideique eius commisit, ut hereditatem retenta quarta parte Secundae et Proculae restituat: eadem fratri quaedam praedia praelegauit: quaero, an Titiam ea quae praelegata sunt etiam pro ea parte hereditatis, quam rogatus est ut restitueret, restituere an integra retinere debeat. respondi Titium legata integra retinere debere, sed in partem quartam imputari oportere duodecimam partem praediorum. sed si<sup>15</sup> non esset adiectum, ut pars quarta deduceretur, totum trientem praediorum legi Falcidiae imputari oportere, quoniam contra sententiam matris familiae lex Falcidia induceretur.
- 87 IDEM libro sexagesimo primo digestorum. Qui fundum solum in bonis centum [B. 41, 1, 86] relinquebat, si heredem suum damnauerit, ut eum quinquaginta Titio uenderet, non est existimandus amplius quam quinquaginta legasse, ideoque lex Falcidia locum non habet.<sup>20</sup>
- 1 Item *is*, qui duos fundos in bonis centum haberet, si me et Titium heredes instituisset et damnasset me, ut Titio fundum Cornelianum quinquaginta uenderem et contra Titium damnasset, ut mihi fundum Seianum quinquaginta uenderet: non animaduerto, quemadmodum lex Falcidia locum habere possit, cum uterque heredum unius fundi partem dimidiam hereditario iure habiturus sit, in qua<sup>2</sup> pars dimidia hereditatis est: nam certe qui<sup>25</sup> damnatus est fundum Cornelianum uendere, Seiani fundi partem hereditario iure habet, item qui damnatus est Seianum fundum uendere, partem Corneliani fundi hereditario iure
- 2 retinet. Si quis heredem instituerit eum, cui rogatus fuerat post mortem suam centum restituere,<sup>3</sup> in ratione legis Falcidiae centum deducere debet, quia, si alius quilibet heres
- 3 exstitisset, haec centum in aere alieno ponerentur. Si tu ex parte quarta, Titius ex parte<sup>30</sup> quarta heredes scripti fueritis, deinde tu ex parte dimidia heres institutus fueris sub conditione, et legata, item libertates datae fuerint: pendente condicione libertates competent, legata tota praestabuntur, quia siue condicio exstiterit, te herede existente utraque ualent, siue condicio defecerit, tu et Titius heredes eritis. de lege Falcidia, si hoc quaeris, an
- 4 existente condicione miscetur quadrans tuus et semis atque ita pro dodrante ratio po-<sup>35</sup> nenda est cum his, quibus a te pure herede legatum est, respondebimus misceri duas
- 4 partes. Qui filium suum impuberem et Titium aequis partibus heredes instituerat, a filio totum semissem legauerat, a Titio nihil et Titium filio substituerat. quaesitum ¶ est, cum q.<sup>40</sup> Titius ex institutione adisset et impubere filio mortuo ex substitutione heres exstitisset, quantum legatorum nomine praestare deberet. et placuit solida legata eum praestare de-
- 5 bere: nam confusi duo semisses efficerent, ut circa legem Falcidiam totius assis ratio haberetur et solida legata praestarentur. sed hoc ita uerum est, si filius antequam patri heres exsisteret decessisset. si uero patri heres fuit, non ampliora legata debet substitutus, quam quibus pupillus obligatus fuerat, quia non suo nomine obligatur, sed defuncti pupilli, qui<sup>45</sup> nihil amplius quam semissis dodrantem praestare necesse habuit. Quod si extranei heredis
- 5 semis totus legatus fuerit isque pupillo, a quo nihil legatum erat, ex substitutione heres

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> et del.    <sup>2</sup> quo?    <sup>3</sup> is ins.

6 computatione m' F<sup>21</sup> | rationem F 13 est ut restitueret restituere] sic scripsi, est ut restituere F<sup>2</sup>, est restituere F<sup>2DE</sup>, est restituere Q, est ut restitueret (restitueretur W)

WICK 21 is ... si me] si is ... si me FDE<sup>2</sup>IC, his ... si me E<sup>2</sup>, si is ... me K 28 centum deducere debet quia si alius quilibet restituere F<sup>2</sup> 34 de om. F<sup>2</sup>

existit, poterit dici augeri legata et perinde agendum, ac si cuilibet coheredi substitutus fuisset eoque omittente hereditatem ex aese heres exstitisset, quia semper substitutus rationem legis Falcidiae ex quantitate bonorum, quae pater reliquerit, ponet. Eadem dicenda sunt et si pater duos impuberes heredes instituerit et eosdem inuicem substituerit, deinde iure substitutionis ad alterum hereditas reciderit et legis Falcidiae ratio habenda sit. Qui filios impuberes duos habebat, alterum heredem instituit, alterum exheredauit, deinde exheredatum instituto substituit ac postea exheredato Maenium et ab eo legauit: et exheredatus fratri impuberi exstitit heres, deinde impubes decessit. cum iudicio patris facultates paternae per causam hereditariam ex substitutione ad eum perueniant, potest dici legata ab eo relicta praestanda esse habita ratione legis Falcidiae in his bonis, quae pater mortis tempore reliquerit. nec huic contrarium est, quod, cum exheredato pater legatum dedit, nihil magis substitutus legatis obligabitur, quia eo casu non hereditatis paternae portio, sed legatum ad eum peruenit. dicit aliquis: quid ergo, si exheredatus filius non ex substitutione fratri suo heres exstitit, sed aut lege aut per interpositam personam atque ita impubes decesserit? sic quoque existimandus erit substitutus legata debere? minime: nam quantum intersit, exheredatus filius ex substitutione fratri suo heres existat an alio modo, uel ex eo apparet, quod alias ab eo legare pater potuit, alias non potuit. est igitur rationi congruens, ne plus iuris circa personam substituti testator habeat, quam habuerat in eo, cui eum substituebat. Coheres pupillo datus si pro parte sua legata, habita legis Falcidiae ratione, praestiterit, deinde impubere mortuo ex substitutione heres existit et semis pupilli legatis exhaustus esset, ex integro legis Falcidiae ratio ponenda erit, ut contributis legatis, quae ab ipso et quae a pupillo data fuerant, pars quarta bonorum apud eum remaneat. licet enim pupillo heres existat, tamen circa legem Falcidiam perinde ratio habetur ac si patri heres exstitisset. nec aliter augebuntur legata, quae ab ipso ultra dodrantem data fuerant, quam augentur, cum ex parte heres institutus et coheredi suo substitutus deliberante coherede legata, habita ratione legis Falcidiae, soluit, deinde ex substitutione alteram quoque partem hereditatis adquirat.

88 AFRICANUS libro quinto quaestionum. Qui quadringenta habebat, trecenta legauit: deinde fundum tibi dignum centum aureis sub hac condicione legauit, si legi Falcidiae in testamento suo locus non esset: quaeritur, quid iuris est. dixi τῶν ἀπόρων hanc quaestionem esse, qui tractatus apud dialecticos τοῦ περὶ ἀπομένων dicitur. etenim quidquid constituerimus uerum esse, falsum repperietur. namque si legatum tibi datum ualere dicamus, legi Falcidiae locus erit ideoque deficiente condicione non debebitur. rursus si, quia condicio deficiat, legatum ualiturum non sit, legi Falcidiae locus non erit: porro si legi locus non sit, existente condicione legatum tibi debebitur. cum autem uoluntatem testatoris eam fuisse appareat, ut propter tuum legatum ceterorum legata minui nollet, magis est, ut statuere debeamus tui legati condicionem defecisse. Quid ergo dicemus, si ducenta legauit et tibi similiter sub eadem condicione ducenta legata esse proponantur? nam aut exstitisse aut defecisse legati tui condicionem, ut aut totum aut nihil tibi debeatur, et iniquum et contra uoluntatem testatoris existimabitur: rursus partem deberi rationi non congruit, quando necesse est totius legati condicionem uel exstitisse uel defecisse. ergo per exceptionem doli mali tota ea res temperanda erit. Quare cum quis tale quid consequi uelit, sic consequetur: si quo amplius legauit uel legauero, quam per legem Falcidiam licebit, tum quantum ad supplendum quadrantem deduci oportet, ex eo legato quod

(FWDEQICK)

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): nec (Cuiacius)?

<sup>2</sup> omittente F 3 ponet] F, et ponet E, ponere debet pene D, deducet pene WICK, pene E<sup>3</sup> 11 est 'ut' quod F<sup>11</sup> 13 ex bis F 21 et semis pupilli legatis exhaustus esset] καὶ ἐπὶ τὸ μέρος αὐτοῦ δαπανηθῆναι λιγύτοις B (Anon.): nihil minus puto uerum uidisse Cuiacium emendantem nec pro et, ut portio

oneratae supra dodrantem accedat portio non onerata. nam quamquam idem locum habere potest in portionibus duabus oneratis, scilicet minus grauata accedente ad magis grauata, tamen qui hoc interpretatione efficere uolunt ex uerbis Iuliani, iudificantur 36 minu'i F<sup>4</sup> | nol'et F<sup>2</sup> 40 rursus F 43 siconsuetur F

- 3 'Titio dedi heres meus damnas esto dare'. Qui ducenta in bonis relinquebat, legauit mihi centum praesenti die, tibi aequae centum sub condicione: post aliquantum temporis exstitit condicio, ita tamen, ut ex reditu eius summae, quae tibi relicta est, non amplius quam uiginti quinque<sup>1</sup> reciperet. legis Falcidiae ratio ita habenda erit heredi, ut uiginti quinque conferre ei debeamus et amplius fructus quinquaginta medii temporis, qui uerbi gratia<sup>5</sup> efficient quinque. cum igitur triginta sint conferenda, quidam putant quina dena ab utroque nostrum conferenda esse, quod minime uerum est: licet enim eandem quantitatem acceperimus, manifestum tamen est aliquanto uberius esse meum legatum. quare statuendum erit tanto minus in tuo legato esse, quantum ex fructibus eius heres perceperit. secundum quod in proposita specie computationem ita iniri oportet, ut ex septem partibus<sup>10</sup> ego quattuor, tu tres conferamus, quoniam quidem quarta pars amplius in meo, quam in tuo legato est.
- 89 MARCIANUS libro septimo institutionum. Diui Senerus et Antoninus rescribse- B. 41, 1, 88 S  
runt pecuniam relictam ad alimenta puerorum Falcidiae subiectam esse et ut idoneis no-  
minibus collocetur pecunia, ad curam suam reuocaturum praesidem prouinciae. Diui Se- 15  
nerus et Antoninus generaliter rescriberunt Bononio Maximo usuras praestaturum eum,  
qui frustrationis causa beneficium legis Falcidiae implorauit.
- 90 FLORENTINUS libro undecimo institutionum. Si heres, cuius fidei commissum B. 41, 1, 89 S  
est, ut accepta certa pecunia hereditatem restituat, a uoluntate eius qui testamentum fecit  
discedat et postea<sup>2</sup> legis Falcidiae beneficio uti uolet: etsi non detur ei, quo accepto here- 20  
ditatem restituere rogatus est, tamen fideicommissum restituere cogi debet, quoniam quod  
ei pater familiae dari uoluit legis Falcidiae commodum praestat.
- 91 MARCIANUS libro tertio decimo institutionum. In quartam hereditatis, quam B. 41, 1, 90 S  
per legem Falcidiam heres habere debet, imputantur res, quas iure hereditario capit, non  
quas iure legati uel fideicommissi uel implendae condicionis causa<sup>3</sup> accipit: nam haec in 25  
quartam non imputantur. sed in fideicommissaria hereditate restituenda siue legatum uel  
fideicommissum datum sit heredi siue praecipere uel deducere uel retinere iussus est, in  
quartam id ei imputatur: pro ea uero parte, quam accepit a coherede<sup>4</sup> extra quartam id  
est, quod a coherede accipitur. sed et si accepta pecunia hereditatem || restituere rogatus f. 109  
sit, id quod accipit in quartam ei imputatur, ut diuus Pius constituit. si quid uero im- 30  
plendae condicionis causa heres accipiat a legatariis, in Falcidiae computationem non  
prodesse: et ideo si centum praedium legauerit defunctus, si quinquaginta heredi legatarius  
dederit, centum legatis<sup>5</sup> computationem fieri et quinquaginta extra hereditatem haberi, ne  
in quartam ei imputentur. 34
- 92 MACER libro secundo de re militari. Si miles testamento facto partem dimi- B. 41, 1, 91 Sf  
diam hereditatis suae tibi restitui iusserit, deinde post missionem factis codicillis alteram  
partem Titio restitui rogauerit: si quidem post annum missionis suae decesserit, et tibi et  
Titio heres partem quartam retinebit, quia eo tempore testator decessit, quo testamentum  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> heres ins. <sup>2</sup> postea] ἕστερον B (Anon.): pro ea? <sup>3</sup> uel implendae condicionis causa del. (cf. u. 26 et 30) <sup>4</sup> pro ea uero parte quam accepit a coherede del. <sup>5</sup> legati?

9 perceperit] F<sup>2</sup>E<sup>2</sup>, receperit WDE<sup>2</sup>IC, acceperit QK, percerit F<sup>2</sup> 15 pecunia in F<sup>2</sup> 24 quas] quam F<sup>2</sup> 26 legatum uel fideicommissum] F<sup>1</sup>, legatum F<sup>2</sup>1D<sup>2</sup>E<sup>2</sup>Q, legato uel fideicommissum cum WE<sup>2</sup>IC, legatum cum D<sup>2</sup>, in legato siue in fideicommissum K 28 accipit F<sup>2</sup>1 30 post constituit ins. sed et quod implendae condicionis causa fideicommissum heredi datur, in eadem causa esse admittendum sciendum est F<sup>2</sup>: Graeci ea non uidentur legisse, nam ita haec reddit Anonymus: ὅσα ὀνόματι κληρονομιαίῳ ἔχει ὁ κληρονόμος, εἰς Φαλκιδίον λογίζονται (in quartam ... capit), οὐ

μήν τὰ ληγατεγθέντα αὐτῷ ἢ τὰ ἐπὶ πληρώσεως αἰρέσεως αὐτῷ δοθέντα (non quas ... causa accipit): εἰ μὴ ἂν παρὰ τοῦ καθ' ὁμολογία διὰ ἀποκαταστάσεως λαβόντος κληρονομίαν ἐδόθη (sed et si accepta ... in quartam ei imputatur) ἢ ἐληγατεγθῆν ἢ εἰ ἐκελεύσθη τι παρακρατῆσαι καὶ τὴν κληρονομίαν ἀποκαταστήσαι (sed in fideicommissaria ... id ei imputatur) καὶ ὅπερ αὐτῷ δοθῆν παρὰ τοῦ συγκληρονόμου, οὐ λογίζεται αὐτῷ εἰς Φαλκιδίον (pro ea uero ... accipitur). εἰ δὲ καὶ ληγατεγθῆν ἄρπός ἄξιός ἐκατόν νομισμάτων κ. τ. λ. (si centum praedium legauerit defunctus seq.) 34 impute n'tur F<sup>2</sup>1

eius ad beneficium principale pertinere desiderat: si uero intra annum missionis decesserit, solus Titius deductionem partis quartae patietur, quia eo tempore fideicommissum ei relictum est, quo testator iure militari testari non potuit.

- 93 PAPINIANUS libro uicesimo quaestionum. Acceptis a Maeuio centum hereditatem Maeuio restituere pecuniamque post mortem suam Titio dare rogatus est. quamquam haec centum quartam bonorum efficiant, tamen propter fideicommissum sequens quartae retentioni locus erit: tunc enim ex constitutione diui Hadriani Falcidiae satisfacit ea quantitas, cum apud heredem remanet. sed Falcidiam patietur solus cui hereditas relicta est: nam in centum, quae mortis causa capiuntur, admitti Falcidia non potest. plane si quis ita scripsit: 'acceptis centum peto restitutas hereditatem' neque personam dantis demonstrauerit, quasi retentam et praeceptam pecuniam, si quartae sufficiat, inducere Trebellianum.
- 94 SCAEUOLA libro uicesimo primo digestorum. Filio et filia scriptis heredibus singulis certa praelegauit, sed longe minus filiae, cui etiam domum obligatam praelegauit cum instrumentis et quicquid ibi fuerit et adiecit haec uerba: 'sed ea condicione lego, ut quidquid aeris alieni in ea domo erit, Titius libertus filii mei exsoluat' et sit eis utrisque 'domus communis'. quaesitum est, si filia legis Falcidiae beneficio uti uolet ad quartam retinendam, an ex hereditate, quae ei relicta est, deducto aere alieno eius quod superfuerit quartam consequi debeat. respondit iure quidem id postulaturam, uerum non alias ea, quae ei data sunt, accepturam, si modo ea quartam suppleant<sup>2</sup>, quam uoluntati defuncti soluedum<sup>3</sup> praestando pareret.
- 95 IDEM libro uicesimo primo digestorum. Maritus uxoris res extra dotem constitutas administrauit eaque decedens ante rationem sibi redditam administrationis ex asse eundem maritum heredem reliquit eiusque fidei commisit, ut decem uncias filio communi cum moreretur restitueret, duas autem uncias nepoti. quaesitum est, an id quoque, quod ex administratione rerum apud maritum resedisse constiterit, cum ceteris bonis pro rata decem unciarum filio restitui debeat. respondit id, quod debuisset hereditati, in rationem uenire debere. Filiae, quam mater rogauerat, si impubes decessisset, restituere hereditatem Titio, patruus legitimus heres existit: in ratione legis Falcidiae ponenda desiderat deduci sortes, ex quarum usuris alimenta impubes defuncta ex persona testatricis suae pluribus debita praestitit: quaesitum est, an, si eas deduxerit, cauere debeat defunctorum alimentarium portionem pro modo sortium se restitutum. respondit debere cauere. Post aditam hereditatem triennio exacto legatariis heres legem Falcidiam || opponit idcirco, quod administrant tutelae testator, quarum ratio nondum reddita sit et quod neget tantum redigi ex nominibus posse, quantum in cautione deductum est. quaesitum est, an rationes defuncti et omnium instrumentorum hereditarium et pupillarum rationum legatariis desiderantibus heres describendi<sup>4</sup> potestatem facere debeat, ne in potestate eius sit proferre quod uelit et per hoc in fraudem legatarii inducantur. respondit ad iudicis officium pertinere explorare ea, per quae probetur, quanti sit in bonis.
- 96 SCAEUOLA libro singulari quaestionum publice tractatarum. Miles si, dum paganus erat, fecerit testamentum, militiae tempore codicillos, lex Falcidia in codicillis locum non habet, in testamento locum habebit.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> quidquid aeris alieni in ea domo habebit Titius libertus filii mei, exsoluat? <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): superant (cf. l. 22 pr. h. t.)? <sup>3</sup> solidum (u. i.: *Alicatus*)? <sup>4</sup> an, rationes defuncti legatariis desiderantibus, omnium instrumentorum hereditarium et pupillarum rationum heres describendi (cf. *Cicero Phil.* 5, 3, 6: facultas agrorum condonandi)?

1 desu'd'erat F<sup>21</sup> 9 falcidia'm' F<sup>2</sup> 15 u'erba F<sup>2</sup> | sed ea condicione lego seq.] και κελεύσῃς δοῦναι αὐτὴν χρέα BS (Cyr.), και κελεύσῃ λιγὰτα δοῦναι B (Anon.) 17 ueneficio F<sup>2</sup> 20 si modo ea quartam suppleant] ἐὰν ὀλωσ πλιρῶσι τὸν φιλκιδιον B (Anon.) 21 pra-

standae F<sup>21</sup>: εἰ μὴ τῆ βογλήσει μοῦ πειθαρχήσει B (Anon.), εἰ μὴ τὰ χρέα δῶ BS (Cyr.) 26 constit' u' erit F<sup>2</sup> 30 quarum] DEICK, quorum FQ 33 legatarii's' F<sup>2</sup> 34 nundum F<sup>2</sup> 38 pertine're' F<sup>2</sup> 40 scaeuola] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup>

## III.

R̄ SI CUI PLUS, QUAM PER LEGEM FALCIDIAM LICUERIT, EP  
LEGATUM ESSE DICETUR R̄

1 ULPIANUS libro septuagesimo nono ad edictum. Si cui plus quam licuerit [B. 41, 2, 1] E  
legetur et dubitari iuste possit, utrum lex Falcidia locum habitura est nec ne, subuenit 5  
praetor heredi, ut ei legatarius satisfaciat, ut, si apparuerit eum amplius legatorum nomine  
cepisse quam e lege Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam det do-  
1 lusque malus ab eo afuturus sit. Neque interest, utrum in primis tabulis hoc fiat an in  
pupillaribus an in utrisque: etenim legem Falcidiam semel esse admittendam, etiamsi du-  
plex sit testamentum, iam conuenit, contributis legatis tam his, quae ab ipso pupillo quam 10  
2 his, quae a substituto impuberi relicta sunt. Si non fuisset interposita stipulatio ex per-  
sona pupilli, tutelae actio heredi pupilli aduersus tutorem competit. sed ut Pomponius ait,  
et ipsi pupillo et heredi eius<sup>1</sup> poterit committi stipulatio, ipsi<sup>1</sup> quo casu uiuo eo Falcidia  
3 incipit locum habere. de tutelae quoque actione idem scribit. Marcellus ait: qui quadrin-  
genta in bonis habebat, impuberem filium heredem instituit eique substituit Titium et Seium: 15  
nihil a pupillo testator legauit, sed a Titio trecenta: utrum ducenta, inquit, praestabuntur  
an centum quinquaginta? nam trecenta nullo modo eum praestare. mihi uidetur uerius  
non amplius eum parte sua erogare compelli, certe nec minus: <sup>2</sup>secundum quod eueniret,  
ut non soli committatur stipulatio, sed omnibus heredibus interponenda est, sed causa  
4 cognita. Falcidiam locum habere et legatorum modus facit et aeris alieni onus. et si qui- 20  
dem euidentis aes alienum est uel certum, facilis est computatio: si autem adhuc incertum  
est, quia forte uel condicio eius pendet uel creditor litem contestatus est et necdum lis  
5 finita est, dubitabitur, quantum legatariis debeatur propter incertum. <sup>3</sup>Hodie tamen sub-  
6 simile aliquid fit in fideicommissis. Cum dicitur lex Falcidia locum habere, arbiter dari  
solet ad ineundam quantitatem bonorum, tametsi unus aliquid modicum fideicommissum 25  
persequatur: quae computatio praediudicare non debet ceteris, qui ad arbitrum missi non  
sunt. solet tamen ab herede etiam ceteris denunciari fideicommissariis, ut ueniant ad ar-  
bitrum ibique causam suam agant, plerumque et creditoribus, ut de aere alieno probent.  
habet tamen rationem in legatariis, item in fideicommissariis, ut, si offerat integrum quod  
7 relictum est heres desiderans cauere sibi hac stipulatione, audiatur. Si legata quaedam 30  
praesenti die relicta sint, quaedam sub condicione, interponenda erit ista stipulatio propter  
legata condicionalia, dummodo ea legata, quae praesenti sint, integra soluantur. Iulianus  
denique scribit, si pure et sub condicione legata fuerint<sup>4</sup> ne existente condicione lex Fal-  
cidia locum habeat, non aliter legatorum, quae pure data sunt, actionem dari debere, quam  
8 si cautum fuerit heredi<sup>5</sup> 'quanto amplius, quam per legem Falcidiam licuerit, ceperit'. Idem 35  
|| Iulianus scribit eum, cui quadrans sub condicione et dodrans pure legatus est, cauere f. 110

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> et heredi eius et ipsi del. <sup>2</sup> centum quae desunt erogari a Seio ins. (u. i.) <sup>3</sup> sublato  
capite de legatariis conuocandis propter Falcidiam tamen male remansit <sup>4</sup> data et heres  
timuerit ins. <sup>5</sup> reddi ins. (Menge)

2 liceret ind. F 3 dicatur F<sup>21</sup> 11 quae 'a'  
substituto F<sup>2</sup> | impubere F<sup>21</sup> | si] et si F<sup>2</sup>  
16 nihil] si nihil F<sup>2</sup> 17 mihi uidetur seq.]  
haec perturbata esse optime intellexerunt Graeci  
interpretes, qui lectionem plane confirmant adeo-  
que uerba non amplius ... nec minus citant  
Latine: quid uoluerit Ulpianus, extra dubium  
est, nam cum stipulationem de reddendo legato  
et a Titio et a Seio interponi iubeat, sequitur ut  
partem dederit etiam Seius. denique eodem fere  
redit decisio Papiniani D. 35, 2, 11, 6: nam

utrum iubeas heredem substitutum per se non  
oneratum ultra dodrantem Falcidiam ita dedu-  
cere, quasi legata omnia data essent aequabi-  
liter ab instituto, an heredem substitutum nullis  
legatis oneratum ad legata alteri substituto im-  
posita ita conferris, quasi legata omnia data  
essent aequabiliter ab instituto, non magnopere  
interest 19 interponenda est sed causa  
cognita om. F<sup>1</sup>, uerterunt Graeci 24 aliqui F<sup>o</sup>  
26 missi] F<sup>1</sup>CK, dimissi F<sup>2</sup>WDEQ, immissi I

9 debere 'quanto amplius, quam per legem Falcidiam liceat, ceperit, reddi'. Haec stipulatio  
 10 ideo locum habet, quia, etsi repeti potest id quod solutum est, tamen fieri potest, ut non  
 11 sit soluendo is cui solutum est ac per hoc pereat quod datum est. In mortis causa quoque  
 12 donationibus potest dici hanc stipulationem esse interponendam. Haec uerba stipulationis  
 'quod amplius legatorum nomine ceperis, quam e lege Falcidia capere licebit' non tantum 5  
 eum comprehendunt, qui amplius accepit, quam ei Falcidia permisit, ut reddat partem;  
 habeat partem, uerum etiam eum qui totum debet restituere. etenim sciendum est legem  
 Falcidiam interdum partem eius quod datum est, interdum totum reuocare. cum enim ha-  
 bita ratione aeris alieni Falcidia ineatur, plerumque enenit, ut emergente debito uel con-  
 13 ditione aeris alieni existente totum quod legatum est exhauriatur. sed et libertatum con-  
 14 dicio interdum existens efficit legatum omnino non deberi, quippe cum habita ratione  
 15 libertatum et deductis pretiis eorum<sup>1</sup> tunc demum legatorum ineatur ratio. In quibusdam  
 autem testamentis Falcidia quidem locum non habet, uerum tamen ita obseruatur, ut, licet  
 quadrantem heres non retineat, tamen hactenus legata debeantur, quatenus patrimonii  
 uires sufficiunt, utique deducto aere alieno, item deductis pretiis eorum, qui libertatem 15  
 13 in testamento uel directam uel fideicommissariam acceperunt. Sed et legatario cauendum  
 14 est, a quo fideicommissum relinquitur. Interdum non legis Falcidiae, sed etiam alterius  
 legis in hac stipulatione ratio facienda est, ut puta si patronus ex asse heres institutus  
 sit et pure quincunx legatus sit et sub condicione aliquid supra debitam patrono partem:  
 nam in hunc casum ratio facienda est illius legis, quae patronos uocat, non legis Falcidiae. 20  
 15 Si res, quae legata sit, apud legatarium interierit, probandum est exceptione succurri ei  
 qui promisit,

2 PAULUS libro septuagesimo quinto ad edictum. etiamsi quanti ea res sit B. 41, 2, 2 E  
 promisit, 24

3 ULPIANUS libro septuagesimo nono ad edictum. nisi si dolo ipsius aliquid B. 41, 2, 3 E  
 factum sit: tunc enim etiam ex doli clausula, quae in ista stipulatione continetur, tenebitur  
 1 et replicatione<sup>2</sup> repelli poterit. Haec cautio, quae propter legem Falcidiam interponitur,  
 2 fideiussorum habet praestationem. Si in plures dies pecunia legata est, cum certum sit  
 legem Falcidiam locum habere, non stipulationi, sed computationi locum esse Pedius ait,  
 ut aestimetur, quanti sit quod in diem legatum est et tantum credatur esse legatum, quan-  
 3 tum efficit aestimatio, ut pro modo eius ex omnibus legatis statim legis Falcidiae ratio  
 habeatur. Quotiens futurum est, ut palam sit et ante diem uenientem iam Falcidiam lo-  
 cum habere, totiens computatio eius fit. nam si condicio in mora est, exspectabimus con-  
 dicionem, quoad existat: si autem dies superest, iam hic intercapedinis temporis habita  
 ratione atque aestimatione sic<sup>3</sup> de Falcidia disputabimus et committi<sup>4</sup> stipulationem dice- 35  
 4 mus. Quamuis autem omnes legatarii et fideicommissarii necesse habeant hac stipulatione  
 canere, tamen quibusdam remitti diui fratres rescripserunt, ut puta his, quibus minuta  
 alimenta sunt relicta. Pompeiae enim Faustinae rescribserunt sic: 'non eandem causam  
 'esse decem aureorum, quos annuos tibi testamenti Pompeiae Crispinae patronae tuae 39  
 'relictos proponis, atque fuit alimentorum et uestiarii libertis relictorum, ¶ quibus propterea f. 110'  
 5 'cautionis onus remittendum existimauimus'. Item sciendum est fiscum hanc cautionem  
 non pati, sed perinde conueniri posse, ac si cauisset. ceteros autem, cuiuscumque digni-  
 tatis sint, licet iam legata perceperint, compelli debere ad cauendum diuus Pius rescripsit:  
 ex quo rescripto etiam illud accipimus, quod etiam post soluta legata uoluit stipulationem  
 6 interponi. Si legatarius heredi, qui controuersiam hereditatis patitur iam uel sperat, de 45  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> eorum] seruorum?    <sup>2</sup> exceptio *ins.*    <sup>3</sup> facta *ins.*    <sup>4</sup> omitti (*u. i.*)?

7 debe're't F<sup>2</sup> 12 eorum] FDICK, earum  
 WE 19 quincunx F<sup>2</sup> | post legatus sit et  
 add. denuo pure quincunx legatus sit et F<sup>2</sup>  
 25 si del. F<sup>21</sup> 29 habere's F<sup>2</sup> 30 quantum]  
 WDEQICK, quan F<sup>21</sup>, om. F<sup>2</sup> 34 quo d'ad F<sup>2</sup>

35 et committi stipulationem dicemus] non  
 aliter Graeci: καὶ βεβαίωται ἢ ἐπερώτης B  
 (Anon.) 38 rescripserunt F<sup>21</sup> 39 crispine  
 WDEICK 41 existimabimus F

restituendo legato sibi praestito cauerit et euicta hereditas sit, sed negligentia uel dolo eius qui legatum praestitit, dicemus non committi stipulationem propter uiri boni arbitrium, quod inest huic stipulationi. Item si ipse, qui praestitit legatum, ex alia causa sibi euicerit, ut puta quia inuenitur sequenti testamento heres scriptus, in quo legatum iste legatarius non acceperat, dicemus committi stipulationem propter uiri boni arbitrium. Et generaliter ubicumque hereditatem uel quantitatem uel emolumentum praestitit is, qui hac stipulatione sibi prospexerat, dicendum est ibi committi eam, si modo culpa abest ab eo, qui stipulatus est. Quaesitum est, an saepius committatur. et placet etiam saepius eam committi, si per partes ablata est hereditas. Si legatum fuerit praestitum ante interpositam hanc stipulationem, an condici possit, ut cautio ista interponatur? mouet quaestionem, quod ea, quae per errorem omissa uel soluta sunt, condici possunt et hic ergo quasi plus solum uidetur ex eo, quod cautio intermissa est. et ait Pomponius conditionem interponendae satisfactionis gratia competere et puto hoc probandum quod Pomponius, utilitatis gratia.

4 PAULUS libro septuagesimo quinto ad edictum. Haec autem satisfactio locum B. 41, 2, 4 *E* habet, si iusta causa esse uidebitur: nam iniquum erat omnimodo caueri nondum illata controuersia<sup>1</sup> litis, cum possint ei lusoriae minae fieri: ideoque eam rem praetor ad cognitionem suam reuocat. Si duo ex testamento hereditatem in solidum sibi uindicerint, forte quod eiusdem nominis sint, tam in possessorem quam in petitem competunt actiones et creditoribus et legatariis. Haec cautio utique necessaria est, si quis pecuniam suam soluat uel rem tradat: si uero pecuniam hereditariam soluat uel rem tradat, quidam non putant cauendum, quia nec teneri potest eo nomine uictus, cum non possideat uel dolo fecerit, quo minus possideat. hoc si ante motam controuersiam soluat: quod si postea, tenebitur culpa nomine<sup>2</sup>. Sed cum de nomine inter duos quaestio est, numquid non sit cauendum ei, qui hereditariam rem tradat, quia omnimodo unus liberatur: quemadmodum si aes alienum hereditarium soluat? sed si petitor suam pecuniam soluet aut rem suam tradat, non habet unde retineat et ideo necessaria est ei cautio.

5 MARCELLUS libro uicesimo primo digestorum. Uideamus, an stipulatio qua B. 41, 2, 5 *RM* 'amplius per Falcidiam ceperis licuerit' dari aduersus eum non sufficiat, qui legatum alii restituere ex fideicommissi causa debet. sufficiet autem dici nihil eius fidei commissum esse: cauebit scilicet legatario et is, qui fideicommissum accipiet, nisi forte malet legatarius circuitu sublati heredi caueri. sed et legatario praeterea cauendum est, si (ut plerumque aequum est) pro rata ex fideicommissio retinere ei concedendum est, quantum tantum ex legato apud eum erit remansurum, ut sufficere possit ad praestandum fideicommissum.

6 CALLISTRATUS libro quarto de cognitionibus. | Cum non facile satisfactionem B. 41, 2, 6 *RM* offerre legatarius uel fideicommissarius possit et futurum sit, ut propter hoc a petitione liberalitatis ex testamento submoueantur, numquid onus satisfactionis eis remittendum erit? quod uidetur adiuuari rescripto diui Commodi in haec uerba: 'is, cuius de ea re notio est, aditus si compererit ideo cautionem a te exigi, ut a fideicommissi petitione auertaris, onus satisfactionis tibi remitti curabit'.

7 PAULUS libro septimo ad legem Iuliam et Papiam. Diuus Pius ab eo, qui B. 41, 2, 7 *RM* annua legata praecipere ad distribuendum iussus erat, uenit cautionem exigi cessantium partes reddi, nisi aperte cauere iussus esset.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> heredi et interdum etiam mota controuersia *ins.*    <sup>2</sup> § 1. 3 uidentur continuatas fuisse et § 2 interposita esse ex auctore diuerso    <sup>3</sup> quod amplius quam per Falcidiam licuerit ceperis (similiter *Hal.*)?    <sup>4</sup> dici nihil eius fidei commissum esse *del.*

7 ibi] *E* (*margin.* al. tibi) *CK*, tibi *FQI*, hoc ibi *D* 16 haeret *F* | nam iniquum erat *seq.* | οὐ γὰρ ἔάν τις μὴ κινή τῷ κληρονόμῳ ἢ καταγελάστως ἀπειλή, δίδοται *B* (*Anon.*) 28 qua

(quam *WE-QIK*) amplius per falcidiam ceperis (ceperit *W*, ceperint *Q*) licuerit (licuint *I*) | *FWDEQICK* 31 mallet *F* 38 submouea'n'tur *F*<sup>2</sup> | ei's' *F*<sup>2</sup>

- 8 MAECIANUS libro decimo fideicommissorum. Si heres partem bonorum vel B. 41, 2, 8 P etiam uniuersa bona delata ad fiscum diceret, constaret autem de fideicommisso, decretum est, ut petitori cauendi 'suicta hereditate restitutu iri' solneretur.
- 9 IDEM libro duodecimo fideicommissorum. Si non in controuersia sit proprie- B. 41, 2, 9 P tas, sed usus fructus (potest enim rei, cuius proprietates Titio legata est, usus fructus alii 5 legari), tunc de eo restituendo non heredi, sed Titio cauendi debeat'. interdum et si ab herede legetur usus fructus, Titio cauendum est: ueluti si detracto usu fructu proprietates ei legetur, usus fructus Seio: quid enim attinebit hoc casu heredi cauendi, ad quem emolumentum intercedentis usus fructus non sit spectandum? uerum si usu fructu Seio legato proprietates Titio ita legetur, ut, cum ad Seium pertinere desierit, habeat proprietatem, tunc 10 heredi cauendi oportebit a fructuario, ab herede autem Titio, quia non sit certum usu fructu intercepto<sup>3</sup> ad Titium proprietatem reuersuram.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> tunc ... cauendi debeat *del.*    <sup>2</sup> intercedente?

3 restitui iri *F*, restitutum iri *K*<sup>2</sup>, restitui iri *K*<sup>2</sup>, restitui *WDEQIC* 4 proprietates *F*<sup>21</sup> cedentis *F*<sup>21</sup> | spectandum] *FDEICK*, prestandum *W*  
 5 proprietates *F*<sup>21</sup> 6 legata iri *F*<sup>21</sup> 9 inter-



## LIBER TRIGESIMUS SEXTUS.

L III'

## I.

## R AD SENATUS CONSULTUM TREBELLIANUM R

PSE

1 **U**LPIANUS libro tertio fideicommissorum. Explicito tractatu, qui ad fideicommissa sin- P  
gularum rerum pertinet, transeamus nunc ad interpretationem senatus consulti Trebelliani. 5  
1 Factum est enim senatus consultum temporibus Neronis octavo calendas Septembres An-  
2 naeo Seneca et Trebellio Maximo consulibus<sup>1</sup>, cuius uerba haec sunt: 'Cum [B. 35, 11, 1  
'esset aequissimum in omnibus fideicommissariis hereditatibus, si qua de his bonis iudicia  
'penderent, ex his<sup>2</sup> eos subire, in quos ius fructusque transferretur, potius quam cuique  
'periculosum<sup>3</sup> esse fidem suam: placet, ut actiones, quae in heredem<sup>4</sup> heredibusque dari 10  
'solent, eas neque in eos neque his dari, qui fidei suae commissum sic, uti rogati essent,  
'restituissent, sed his et in eos, quibus ex testamento fideicommissum restitutum fuisset,  
3 'quo magis in reliquum confirmatur supremae defunctorum uoluntates'. Sublata hoc  
senatus consulto dubitatio eorum, qui adire hereditatem recusare seu metu litium seu prae-  
4 textu metus censuerunt<sup>5</sup>. Quamquam autem senatus subuentum uoluit heredibus, subuenit 15  
tamen et fideicommissario: nam in eo, quod heredes, si conueniantur, exceptione uti pos-  
sunt, heredibus subuentum est: in eo uero, quod, si agant heredes, repelluntur per ex-  
ceptionem quodque agendi facultas fideicommissariis competit, procul dubio consultum est  
5 fideicommissariis. Hoc autem senatus consultum locum habet, siue ex testamento quis heres  
6 esset siue ab intestato rogatusque sit restituere hereditatem. In filii quoque familias mi- 20  
litis iudicio, qui de castrensi peculio uel quasi castrensi testari potest, senatus consultum  
7 locum habet. Bonorum quoque possessores uel alii successores ex Trebelliano restituere  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> anno ut uidetur p. Chr. 57    <sup>2</sup> ex his] eas lites?    <sup>3</sup> periculosam (edd.)?    <sup>4</sup> heredes (edd.)?  
<sup>5</sup> consuerant?

3 post trebellianum add. et pegasianum ind. F  
contra Graecos: cf. Inst. 2, 23, 7. — Propter ea  
quae infra dicenda sunt necessarium uisum est  
adscribere numeros legum huius tituli, quos apud  
Graecos adhuc reperire potui. ubi numeri po-  
nuntur simpliciter, conueniunt cum numeris hu-  
iusce editionis, ubi secus est, numerum quem  
Graeci ponunt distincti asterisco. l. 11 § 2 (Tipuc.  
3, 591 n. i Heimb.) || l. 13 § 4 (Enantioph. 1, 384:  
Anon. 1, 578) || l. 15 (Enantioph. 4, 493) || l. 15  
§ 6 (Tipuc. 3, 588 n. g) || l. 18 (Schol. 4, 72) ||  
l. 20 (Schol. 4, 119) || l. 21 = 20\* (Enantioph.  
4, 547) || l. 22 (Schol. 4, 107: Tip. 3, 589 n. l.) ||  
l. 23 § 3 = 22\* (Schol. 4, 104) || l. 26 § 2 (Tip.  
3, 591 n. t) || l. 29 (Tip. 3, 588 n. e) || l. 37  
(Tip. 3, 588 n. b) || l. 45 (Tip. 3, 589 n. i) || l. 51  
(Tip. 3, 589 n. k) || l. 57 § 4 (Tip. 3, 584 n. a) ||  
l. 60 = 58\* (Enantioph. 2, 681) || l. 65 § 3 (Tip.  
3, 590 n. r) || l. 67 = 27\* [κζ' pro εζ'] (Schol. 4,  
59) = 65\* (Enantioph. 1, 257. 4, 52. 54: Anon.  
4, 488) || l. 70 § 1 (Enantioph. 1, 84) || l. 71 (Tip.

3, 592 n. f) || l. 72 § 2 (Tip. 3, 592 n. b) || l. 79  
= 81\* (Enantioph. 4, 515) || l. 79 § 1 (Tip. 3,  
587 n. e). denique quae in Basilicis excerpta ex  
digestis sequitur epitome nouellarum 39 et 108  
(nam codicis titulum 6, 49 huic digestorum res-  
pondentem Basilicorum conditores fecerunt ter-  
tium libri 41) duobus locis (2, 681. 3, 600)  
numeratur 86. iam cum nostra numeratio a  
Florentino libro eo differt, quod hic omittit  
l. 14. 45. 84. 85, apparet illam Graecorum testi-  
monis ita confirmari, ut Tipucitiana allega-  
tiones, quae sunt et longe plurimae et maxime  
certae, omnes concordent 4 qui a'd F<sup>6</sup> | fidei-  
commissarum exp' singularum F<sup>5</sup> 5 nunc]  
onc F<sup>6</sup> 6 oct'au'o F<sup>6</sup> | calendis septem-  
bribus F<sup>6</sup> | anneo F 7 sen'a'eca F<sup>6</sup> 9 trans-  
feretur F 11 sua'e' F<sup>6</sup> 13 supr'a'em'a'e F<sup>6</sup> 16  
conuenis'n'tur F<sup>6</sup> 21 testa'to'ri F<sup>6</sup> 22 uel  
alii successores om. F<sup>6</sup>: περι ἀγαθῶν διακα-  
τόχων καὶ περι ἀλλῶν διαδόχων B (Tip.) | ex  
et F<sup>6</sup>

runt<sup>1</sup> hereditatem. De illo quaeritur, an is, cui ex causa fideicommissi restituta est itas ex Trebelliano senatus consulto, ipse quoque restituendo ex eodem senatus con- transferat actiones: et Iulianus scribit etiam ipsum transferre actiones, quod et Mae- s probat et nobis placet. Sed et quotiens quis rogatus duobus restituere hereditatem, pure uel in diem, alteri sub condicione, suspectam dicit: ei, cui erat rogatus pure 5  
 1 diem restituere, interim uniuersam hereditatem restitui senatus censuit, cum autem erit condicio, si uelit alius fideicommissarius partem suam suscipere, transire ad eum iure actiones. Si filio uel seruo herede instituto rogatoque restituere hereditatem do- 10  
 1 uel pater restituat, ex Trebelliano transferuntur actiones: quod est etiam, si suo re rogati sunt restituere. Idem est et si ipsi filio pater rogatus sit restituere heredi- 10  
 . Sed et si tutor uel curator adulescentis uel furiosi rogatus sit restituere hereditatem, Iulio Trebelliano locus erit. Fuit quaesitum, si ipsi tutori rogatus sit restituere pu- 15  
 o, an ipso auctore restitutionem facere possit? et. est decretum a diuo [cf. l. 38 § 1 h. t. o non posse tutori se auctore restituere hereditatem, quia in rem suam auctor esse potest. Curatori tamen adulescentis ab adulescente poterit restitui hereditas, quoniam 15  
 saria non est auctoritas ad restitutionem. Si autem collegium uel corpus sit, quod um est restituere decreto eorum cui, qui sunt in collegio uel corpore, in singulis in- 1  
 1 eorum persona restitutionem ualere: nec enim ipse sibi uidetur quis horum resti- Si heres praecepto fundo rogatus sit hereditatem restituere, ex Trebelliano senatus 10  
 lto restituet hereditatem. nec multum facit, si fundus pignori datus est: neque enim 20  
 alieni personallis actio fundum sequitur, sed eum, cui hereditas ex Trebelliano senatus lto restituta est. sed || cauendum est heredi a fideicommissario, ut, si forte fundus f. 112  
 euictus a creditore, habeat heres cautum. Iulianus autem cauendum non putat, sed iandum fundum, quanti ualet sine hac cautione, hoc est quanti uendere potest sine 25  
 me: et si potest tanti uendere non interposita cautione, quantum facit quarta pars 25  
 um, ex Trebelliano transituras actiones: si minoris, retento eo quod deest similiter ebelliano restitutionem fieri: quae sententia multas quaestiones dirimit. Si is, qui ingenta in bonis habeat, trecenta legauerit et deductis ducentis rogauerit heredem restituere hereditatem, an trecentorum onus fideicommissarius subeat an uero haecenus, 30  
 nus ad eum ex hereditate peruenit? Iulianus ait competere quidem aduersus eum 30  
 rorum petitionem, non autem amplius quam in ducentis actionem aduersus fideicom- rium daturum<sup>2</sup>, in heredem autem centum. et mihi uidetur uera esse Iuliani sententia, mnum fideicommissarius sentiat ultra, quam ad eum ex hereditate quid peruenit: ne- a enim oportere plus legati nomine praestare, quam ad eum ex hereditate peruenit, nis Falcidia cesset, ut<sup>3</sup> rescripto diui Pii continetur. Denique nec ex militis testa- 35  
 1 plus legatorum nomine praestatur, quam quantitas est hereditatis aere alieno de- . nec tamen quartam retinere fideicommissario permittitur. Inde Neratius scribit, si rogatus restituere<sup>4</sup> totam hereditatem non deducta Falcidia rogato et ipsi, ut alii iat, non utique debere eum<sup>5</sup> detrahere fideicommissario secundo quartam, nisi libera- DEQJCK)

runt (D<sup>1</sup>K)? <sup>2</sup> datum iri? <sup>3</sup> ut del. <sup>4</sup> restituat ino. (similiter Hal.) <sup>5</sup> fidei-  
 issarium ias.

qui F<sup>o</sup> 7 ex a'titerit F<sup>2</sup> 10 idem  
 . restituere om. F<sup>1</sup>: habent et suo loco  
 26, 12 inter sed et his et in eos (praes-  
 t sed DIC, sed et E) WDE (marg.: hoc  
 non est Pisis) I<sup>o</sup>CK in libro Florentino  
 ta adiecta sunt, ut facile putes inserenda  
 nte u. his et, a quibus incipit uersus: εἰ  
 γὰρ γιῶ ἐκελεύσθη ὁ πατὴρ ἀποκαταστήσαι  
 11 f<sup>u</sup>r<sup>o</sup>s<sup>o</sup> F<sup>1</sup> 14 tutori s<sup>o</sup>e auctore  
 tori se auctori I<sup>o</sup>, tutori eidem et (eidem-  
 ) F<sup>2</sup>, idemque K<sup>o</sup> auctori (auctore C)  
 'CK, tutori se auctore idemque auctori  
 ue auctori del. et adscr. in marg.:

P[isis] E 15 ab a'dulescente F<sup>2</sup> 17 cui]  
 addidi secundum B (Typ.): εἰς τὸν κληρονόμον ἢ  
 σωματοῖον ἀξιοῦν ἀποκαταστήσαι ἐνὶ τῶν τοῦ  
 σωματοῖου 20 pignor'e'i F<sup>4</sup> 21 cui] qui F<sup>o</sup>  
 24 aestimandum 'fundum' F<sup>2</sup> 25 e's't F<sup>4</sup>  
 27 multa's' F<sup>4</sup> | diramit F<sup>o</sup> 28 quadri-  
 genta F<sup>1</sup> | t'recenta F<sup>4</sup> 29 n'onus F<sup>4</sup> 33 sen-  
 tia]sententia F<sup>2</sup> | neminem enim] neminem F<sup>1</sup>  
 37 permittit'ur F<sup>4</sup> | si heres seq.] εἰ ἀποκαταστή  
 ὁ φιδικομισσάριος παρὰ τοῦ κληρονόμου πᾶσαν  
 τὴν κληρονομίαν, εἰ καὶ αὐτὸς ἤξιώται ἐτέρω  
 ἀποκαταστήσαι, πᾶσαν ἀποκαθίςτῃ B (Typ.)  
 38 rogatu's' F<sup>4</sup> | rogat'io F<sup>4</sup> 39 restitu't'at F<sup>4</sup>

- 20 litatem tantum ad priorem fideicommissarium heres uoluit pertinere. Sed si quadringenta habens ducenta legauerit Titio et partem dimidiam hereditatis Sempronio restituere rogauerit, ex Trebelliano restitutionem faciendam Iuliano ait et legatorum petitionem scindi sic, ut centum quidem petantur ab herede, centum uero alia legatarius a fideicommissario petat. quod idcirco dicit Iulianus, quoniam secundum hanc rationem integram quartam 5
- 21 habet, id est centum integra. Idem Iulianus scribit, si is, qui quadringenta in bonis habeat, trecenta legasset et deductis centum rogasset heredem, ut hereditatem Sempronio restituat, debere dici deductis centum restituta hereditate legatorum actionem in fideicommissarium dari.
- 2 CELSUS libro uicesimo primo digestorum. Qui quadringenta reliquit, Titio B. 85, 11, 2 9 trecenta legauit, heredis fidei commisit, ut tibi hereditatem restitueret, isque suspectam iussu praetoris adiit et restituit: quaerebatur, quid legatario dare deberes. dicendum est, quia praesumptum est uoluisse testatorem cum onere legatorum fideicommissum restitui<sup>1</sup>, tota trecenta te dare Titio debere: nam heres hoc rogatus intellegi debet, ut te suo loco constituat et quod heres perfunctus omnibus hereditariis muneribus, id est post legatorum 15 dationem, reliquum habiturus foret, si non esset rogatus et<sup>2</sup> tibi restitueret hereditatem, id tibi restituat. quantum ergo haberet? nempe centum: haec ut tibi daret rogatus est. itaque sic inuenda est legis Falcidiae ratio, quasi heres trecenta Titio dare damnatus<sup>3</sup>, tibi centum dare damnatus sit: quo euenit, ut, si hereditatem sua sponte adisset, daret Titio ducenta uiginti quinque, tibi septuaginta quinque. non ergo plus Titio debetur, quam si 20 iniussu praetoris adita hereditas foret.
- 3 ULPIANUS libro tertio fideicommissorum. Marcellus autem apud Iulianum in B. 85, 11, 3 P hac specie ita scribit: si ad heredis onus esse testator legata dixerit et heres sponte adiit hereditatem, ita debere ¶ computationem Falcidiae iniri, ac si quadringenta per fideicom- 1.117 missum essent relicta, trecenta uero legata, ut in septem partes trecenta diuidantur et ferat 25 quattuor partes fideicommissarius, tres partes legatarius. quod si suspecta dicta sit hereditas et non sponte heres adiit et restituit, centum quidem de quadringentis, quae habiturus esset heres, resident apud fideicommissarium, in reliquis autem trecentis eadem distributio fiet, ut ex his quattuor partes habeat fideicommissarius, reliquas tres legatarius: nam iniquissimum est plus ferre legatarium ideo, quia suspecta dicta est hereditas, quam 30 laturus esset, si sponte adita fuisset. Quod autem in suspecta hereditate dictum est, hoc idem dici potest in his testamentis, in quibus lex Falcidia locum non habet, in militis dico 2 et si qui sunt alii. Item Pomponius scribit, si deductis legatis restituere quis hereditatem rogatur, quaesitum est, utrum solida legata praestanda sint et quartam ex solo fideicommissio detrahere possit, an uero et ex legatis et ex fideicommissio quartam detrahere possit? et refert Aristonem respondisse ex omnibus detrahendam, hoc est ex legatis et fidei- 3 4 commissio. Res, quae ab herede alienatae sunt, in quartam imputantur heredi. Quidam liberis suis, ex disparibus partibus institutis, datis praeceptionibus, ut ipse maximam partem patrimonii inter liberos ita diuisisset, rogauit eum, qui sine liberis decederet, portionem suam fratribus restituere. imperator noster rescripsit praeceptiones quoque fideicom- 40 missio contineri, quia non portionem hereditariam testator commemorauit, sed simpliciter 5 portionem: in portionem autem et praeceptiones uideri cecidisse. Si is, qui rogatus fuerit hereditatem restituere, ante quaestionem de familia habitam uel tabulas aperuerit uel hereditatem adierit uel quid eorum quae senatus consulto prohibentur fecerit ac per hoc F(WDEQICK)

<sup>1</sup> quia praesumptum est ... restitui uidentur addita a compilatoribus respectu l. sequentis, maxime u. 23 <sup>2</sup> ut (u. i.)? <sup>3</sup> dare damnatus del.

4 a) WDEQICK, om. F 6 quadri'n'genta F<sup>4</sup>  
10 quadri'n'genta F<sup>4</sup> 14 t'recenta F<sup>2</sup> 16 et  
tibi restitueret] F, ut tibi restitueret WDE  
(super ut scr.: uel et) CK, tibi ut restitueret I  
18 inuenda F | titio F<sup>4</sup> 23 h'onus F<sup>4</sup>  
27 quadringentis F 28 heres 'resident F<sup>2</sup>

33 pomponius] porempopius F<sup>2</sup> 36 et fideic.]  
et ex fideic.] F<sup>2</sup> 38 dis'paribus' partibus F<sup>2</sup>  
39 p'a'trimonii F<sup>2</sup> | ita diuisisset] DE, ita  
diu'sset (sic) F<sup>4</sup>, sic adiuisset W, diuisisset  
ICK | dece'deret F<sup>2</sup> 40 fratribus bis F<sup>2</sup>  
44 ac] hac F

publicata fuerit hereditas, fiscus cum suis oneribus hereditatem acquirit. quare commodum quartae, quod erat habiturus heres institutus, id ad fiscum pertinet et ex Trebelliano actiones transeunt. sed et si prohibuerit testamentarium introducere uel testes conuenire uel mortem testatoris non defendit uel ex alia causa hereditas fisco uindicata est, aequae quartae quidem commodum ad fiscum pertinebit, dodrans uero fideicommissario restitueretur. 5

IDEM libro quarto fideicommissorum. Quia poterat fieri, ut heres institutus [B. 35, 11, 4] P nolit adire hereditatem ueritus, ne damno adficeretur, prospectum est, ut, si fideicommissarius diceret suo periculo adire<sup>1</sup> et restitui sibi uelle, cogatur heres institutus a praetore adire et restituere hereditatem. quod si fuerit factum, transeunt actiones ex Trebelliano nec quartae comodo heres in restitutione utetur: nam cum alieno periculo adierit hereditatem, merito omni comodo arcebitur. nec interest, soluendo sit hereditas nec ne: sufficit enim recusari ab herede instituto. neque illud inquiritur, soluendo sit hereditas an non sit<sup>2</sup>. opinio enim, uel metus uel color, eius, qui noluit adire hereditatem, inspicitur, non substantia hereditatis, nec immerito: non enim praescribi heredi instituto debet, cur metuat hereditatem adire uel cur nolit, cum uariae sint hominum uoluntates: quorundam negotia timentium, quorundam uexationem, quorundam aëris alieni cumulum, tametsi locuples uideatur hereditas, quorundam offensas ¶ uel inuidiam: quorundam gratificari uolentium his, quibus hereditas relicta est, sine onere tamen suo. f. 113

MAECIANUS libro sexto fideicommissorum. Sed et qui magna praeditus est [B. 35, 11, 5] P<sup>a</sup> dignitate uel auctoritate, harenarii uel eius mulieris, quae corpore quaestum fecerit, hereditatem restituere cogetur. 20

ULPIANUS libro quarto fideicommissorum. Recensare autem non tantum praesentes, sed etiam absentes uel per epistulam possunt: nam etiam aduersus absentes postulatatur decretum, siue certior sit eorum uoluntas recusantium adire et restituere hereditatem siue incerta: adeo praesentia eorum non est necessaria. Meminisse autem oportebit de herede instituto senatum loqui: ideoque tractatum est apud Iulianum, ad intestatos<sup>3</sup> locum habeat. sed est uerius eoque iure utimur, ut hoc senatus consultum ad intestatos quoque pertineat, siue legitimi siue honorarii sint successores. Sed et ad filium<sup>4</sup> qui in potestate est hoc senatus consultum locum habet et in ceteris necessariis, ut a praetore compellantur miscere se hereditati, sic deinde restituere: quod si fecerint, transtulisse uidebuntur actiones. 30 Si fisco uacantia bona deferantur nec uelit bona agnoscere et fideicommissario restituere, acquissimum erit, quasi uindicauerit, sic fiscum restitutionem facere. Item si municipes hereditatem suspectam dicant heredes instituti, dicendum erit cogi eos agnoscere hereditatem et restituere: idemque erit et in collegio dicendum. Titius heres institutus Sempronio substituto rogatus est ipsi Sempronio hereditatem restituere: institutus suspectam dicebat hereditatem: quaeritur, an cogendus est adire et restituere hereditatem. et deliberari potest: sed uerius est cogendum eum, quia interesse Sempronii potest ex institutione quam ex substitutione hereditatem habere, uel legatis uel libertatibus onerata substitutione: nam et si legitimus heres fuerit is, cui fideicommissaria hereditas relicta est, idem dicitur. Si quis alio loco restituere hereditatem iussus sit et suspectam eam dicat, Iulianus scribit cogendum eum esse similemque ei, qui in diem rogatus est restituere. 40

MAECIANUS libro quarto fideicommissorum. Sed sciendum est impendiorum [B. 35, 11, 7] P quoque, quae ad iter explicandum necessaria essent, rationem haberi debere: nam<sup>5</sup> si ita F(WDEQICK)

<sup>1</sup> adiri (Hal)?    <sup>2</sup> neque illud . . . an non sit del. (Heraldus)    <sup>3</sup> ad intestatos] ab intestato senatus consultum (Menge)?    <sup>4</sup> in filio (comma male relatum est ad ea quae praecedunt)?  
<sup>5</sup> etiam ins.

1 suis 'no' oneribus F<sup>2</sup>. 6 libro 'res' quarto F<sup>2</sup>  
8 nisi F<sup>1</sup> 11 sufficit F<sup>1</sup> 14 substantia F  
16 uex]a'ctionem F<sup>2</sup> | locuplus F<sup>2</sup> 18 onera F<sup>2</sup>  
20 ha'berenarii uel F<sup>2</sup>, habere non uult W,  
al. habere non uult (hasc postea deleta sunt)

26 ideoque] F, id quoque WDE (marg. Pi[sis] ideo) IC, idem quoque K | ad intestatos] F,  
an (et ins. E<sup>2</sup>) ad intestatos WDEQICK  
33 suspecta'm' F<sup>2</sup> | heredes] heredas F<sup>2</sup>  
36 deliberari F<sup>1</sup> 37 institutione] FE, resti-  
tutione WQICK

institutus esset 'si Titio decem dedisset', non aliter cogeretur, quam si ei pecunia offeratur. sed et salutis ac dignitatis ratio habenda erit: quid enim si morbo adplicitus<sup>1</sup> Alexandriae iussus fuit adire uel nomen uispellionis testatoris ferre?

- 8 PAULUS libro secundo fideicommissorum. De aetate quoque et iure, id est [B. 35, 11, 8] P  
liceat ei eo ire nec ne, aestimabitur. 5
- 9 ULPIANUS libro quarto fideicommissorum. Sed et si alio loco iussus est adire [B. 35, 11, 9] P  
et rei publicae causa absit, aequae cogendum adire hereditatem et restituere Iulianus ait,  
1 ubi abest. Plane si quis petierit ad deliberationem tempus et impetrauerit, deinde post  
tempus deliberationis adierit et restituerit hereditatem, non uidetur coactus hoc fecisse:  
2 nec enim suspectam coactus adit, sed sponte post deliberationem. Quod si suspectam dicit, 10  
proferri debet non sibi expedire adire hereditatem, neque hoc dici oportere<sup>2</sup> non esse sol-  
3 uendo, sed profiteri eum oportet, quod non putat sibi expedire hereditatem adire. Si quis  
sub condicione fuit heres scriptus, pendente condicione nihil agit, tametsi paratus sit re-  
stituere hereditatem. 10
- 10 GAIVS libro secundo fideicommissorum. Sed et si ante diem uel ante con- [B. 35, 11, 10] P  
dicionem || restituta sit hereditas, non transferuntur actiones, quia non ita restituitur here-  
ditas, ut testator rogauit. plane posteaquam exstiterit condicio uel dies uenerit si ratam  
habeat restitutionem hereditatis, benignius est intellegi tunc translatas uideri actiones.
- 11 ULPIANUS libro quarto fideicommissorum. Apud Iulianum [Inl. l. 28 § 15 h. t. B. 35, 11, 11] P  
relatum est, si legatum fuit heredi instituto relictum 'si heres non erit' et ob hoc suspectam  
dicat hereditatem ne perdat legatum, offerri ei oportere quantitatem legati a fideicommissario,  
deinde cogendum. nec illud admittit Iulianus, ut, quasi hereditatem non adisset, sic  
legatum a coherede petat (adiit enim), sed magis arbitratur a fideicommissario ei praes-  
tandum. sed et si quid aliud sua interesse dicet, non cogitur adire, nisi ei dam- [Inl.]  
num uel lucri a fideicommissario sarcitur uel a praetore onus remittatur, quod recusat. 10
- 1 Idem Iulianus ait, si duo fuerint a patre instituti cum<sup>3</sup> filio eius impubere [Inl. l. 28 § 5 h. t.]  
et idem substituti filio, sufficere ei, qui fideicommissum in secundis tabulis accepit, unum  
ex heredibus institutis cogere adire patris hereditatem: hoc enim facto confirmatisque pa-  
2 tris tabulis poterunt ex substitutione ambo cogi adire et restituere hereditatem. Utrum [Inl.]  
autem praesenti an etiam absentis restitui possit procuratore aduente praetorem, uidendum  
est. ego puto absentis<sup>4</sup> quoque fideicommissario cogi posse heredem institutum adire et  
restituere nec uereri heredem oportere, ne forte in damno moretur: potest enim ei per  
praetorem succurri, siue cautum ei fiat, siue non et ante decesserit fideicommissarius, quam  
ei restituatur hereditas. est enim huius rei exemplum capere ex rescripto [cf. D. 42, 6, 1, 6  
diui Pii in specie huiusmodi. Antistia decedens Titium heredem instituit et libertatem  
dedit Albinæ directam eique filiam per fideicommissum reliquit rogauitque, ut filiam manu-  
mitteret: sed et Titium rogauit, ut manumissae Albinæ filiae restitueret hereditatem. cum  
igitur Titius suspectam diceret hereditatem, rescriptum est a diuo Pio compellendum eum  
adire hereditatem: quo aduente Albinæ competituram libertatem eique filiam tradendam  
et ab ea manumittendam tutoremque filiae manumissae dandum, quo auctore restituatur  
hereditas filiae statim, quamuis sic fuisset ei rogatus restituere, cum nubilem aetatem com-  
plessset. cum autem possit, inquit, euenire, ut ante decedat ea, cui fideicommissaria libertas  
et hereditas relicta est, nec oporteat damno adfici eum, qui rogatus<sup>5</sup> adit hereditatem, re-  
medium dedit, ut, si quid horum contigerit, perinde permittatur uenundari bona Antistiae,  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> adplicitus (*Brennannus*)?  
dato (*Cuiacius ex l. gem.*)?

<sup>2</sup> oportere] opus est?

<sup>3</sup> cum] *idem Graecus* (u. i.): exhere-

<sup>4</sup> absente? <sup>5</sup> rogatus] coactus (*Cuiacius*)?

1 si titio] *DEICK*, titio *F* | dedisset *F*<sup>21</sup>

2 applicitus *f* 11 sibi] sibe *F*<sup>2</sup> 17 ex's'ti-  
terit *F*<sup>4</sup> 25 a fideicomm.] *WDEICK*, fidei-  
comm. *F* 26 si duo fuerint *seq.*] *ἐάν τις*  
*τοῦς δύο κληρονόμοις τοῦ ἀνήθου αὐτοῦ πα-*  
*τρὸς ὑποκαταστήσῃ αὐτῷ καὶ ἀξιώσῃ αὐτοῦς ἐν*

*τῇ ὑποκαταστάσει τὴν κληρονομίαν ἀποκαταστή-*  
*σαι B (Tip.) 27 qu'e'i *F*<sup>4</sup> | accepit *F* 30 ab-*  
*sent *F* 32 pote'st *F*<sup>6</sup> 33 succuri *F**  
*34 restituatur *F*<sup>2</sup> 35 titi'um *F*<sup>4</sup> 39 com-*  
*petituram] competitiva an *F*<sup>2</sup> 42 euenere *F*<sup>2</sup>*

ac si heres ei non exstisset. cum igitur demonstrauerit diuus Pius succurri heredi instituto, qui compulsus adit, dici potest etiam in ceteris causis exemplum hoc sequendum, sibi euenierit, restituatur fideicommissaria hereditas ei, qui compulsi adire et restituere sibi hereditatem.

- 12 PAPINIANUS libro nicesimo quaestionum. Sed cum ab herede pro parte in- [B. 35, 11, 12] P<sup>a</sup> stituto fideicommissa hereditas sub condicione relicta esset, imperator Titus Antoninus rescriptis non esse locum constitutioni suae neque pupillum extra ordinem iuuandum, praesertim si nouum beneficium cum alterius iniuria postularetur<sup>2</sup>.
- 13 ULPIANUS libro quarto fideicommissorum. Ille, a quo sub condicione fidei- [B. 35, 11, 13] P<sup>a</sup> commissum relictum est, causari quid non poterit, ne condicio deficiat et haereat actio- 10 nibus, cum nullum damnum sit futurum<sup>3</sup>. Secundum ea quae osten- dimus iam igitur<sup>4</sup> non f. 114 desideratur heredis praesentia. Si de testamento aliquid quaeratur, heres non debet audiri, si suspectam sibi hereditatem dicat: nam et si maxime dicatur<sup>5</sup> uel ius testandi non habuisse eum qui testatus est uel de uiribus testamenti uel de sua condicione, non erit audiendus. Quid ergo si de uiribus fideicommissi tractetur? haec quaestio praetori praeter- 15 mittenda non erit. sed quid si quis<sup>6</sup> fideicommissarius dicat: 'adeat prius et sic de hoc quaeratur?' credo interdum audiendum fideicommissarium, si cognitio prolixiore tractatum habeat: finge enim uerba fideicommissi de longinquo petenda et iustam deliberationem de quantitate fideicommissi incidere: dicendum erit compellendum eum adire, ne prius 4 heres decedens fideicommissarium decipiat. Tempestiuum est requirere, per quem quis 20 cogatur adire et restituere hereditatem: ueluti si praetor aut consul fuerit heres institutus suspectamque hereditatem dicat, an cogi possit adire et restituere? et dicendum est praetorem quidem in praetorem uel consulem in consulem nullum imperium habere: sed si iurisdictioni se subiciant, solet praetor in eos ius dicere. sed et<sup>6</sup> si ipse praetor heres institutus suspectam dicat, ipse se cogere non poterit, quia triplici officio fungi non potest 25 et suspectam dicentis et coacti et cogentis. sed in his omnibus casibus atque simili- (B) bus principale auxilium implorandum est. Si quis filius familias sit et magistratum gerat, patrem suum, in cuius est potestate, cogere poterit suspectam dicentem hereditatem adire et restituere: 29
- 14 HERMOGENIANUS libro . . . epitomarum. nam quod ad ius publicum attinet, non se- 30 quitur ius potestatis. P<sup>a</sup>
- 15 ULPIANUS libro quarto fideicommissorum. Sed et qui repudiauit hereditatem, [B. 35, 11, 14] P<sup>a</sup> cogatur adire et restituere ipsam hereditatem, si iustae causae allegentur. Plane si bona uenerint, non oportet praetorem ne quidem pupillam restituere nisi ex causa, ut diuus 34 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> no ins. (cf. D. 35, 2, 11, 5)    <sup>2</sup> l. 12 extra ordinem inserta collocanda fuit non hoc loco, sed post l. 13 pr.    <sup>3</sup> igitur del.    <sup>4</sup> dicat?    <sup>5</sup> cui?    <sup>6</sup> et del.

1 exstisset F<sup>2</sup>    3 euenierit F<sup>2</sup>    6 titus F<sup>2</sup> 7 iubandum F<sup>2</sup> 9 fideicommissorum F<sup>2</sup> 10 est] et F, est et WDE (marg.: [F]is] non est est) QICK | condicio n' F<sup>2</sup> 11 iam (iaut F<sup>2</sup>) igitur . . . praesentia] idem Graeci: οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖα ἡ παρούσα τοῦ κληρονόμου B (Tip.): uerba secundum ea quae ostendimus quamquam compilatores retulerunt ad ea quae praecedunt nec per se inepte, tamen ne in his quae sequuntur oratio male hist, eo transferenda sunt igitur uocabulo eiecto: referuntur eadem ad ea quae leguntur p. 229 u. 25: praesentia eorum (heredum) non est necessaria 18 te n' standi F<sup>2</sup> 15 praetori praetermittenda] scripsi, praetormittenda F<sup>2</sup>, a praetore mittenda F<sup>2</sup>; a praetore praetermittenda WDEQICK 18 petenda et iustam (petendae titius tan F<sup>2</sup>, petenda et tam Q) deli-

berationem (deliberat'at'ationem F<sup>2</sup>) FDQK, petende ticius tam deliberat'ationem W, petende et uitam deliberatione titius tande liberat'ationem E<sup>2</sup> (Pisanam restituit E<sup>2</sup>), petende (petenda I<sup>2</sup>, petendo J<sup>2</sup>) et iustam deliberat'ationem I, petenda et iustam liberationem C 20 decepiat F<sup>2</sup> 22 et] e's't F<sup>2</sup> 23 quidem in praetorem om. F<sup>2</sup> 25 dicat . . . 26 et suspectam om. F<sup>2</sup>, uertunt Graeci 27 implo-randum F<sup>2</sup> 30 seq. Hermogenianus libro quarto fideicommissorum. Nam . . . potestatis. sed et qui repudiauit F: mutauit sic ut uoluit Cuiacius, cum praesertim numeri digitorum huius tituli apud Graecos allati (uide supra p. 226) ad l. 13 cum Florentina concordent, deinceps inde ab ipsa hac lege 15 eam quam nos dedimus numerationem sequuntur 34 praetorem] EQIK, praepceptorem FWDIC

3 Pius rescripsit. Si quis compulsus adierit hereditatem ex testamento, quod secundas ta-  
 4 bulas habebat, quaesitum est, an per additionem et tabulae secundae firmarentur, quod uide-  
 5 bantur euanuisse non adita patris hereditate. et Iulianus libro quinto decimo scribit et  
 6 sequentes tabulas confirmari: quae sententia uerissima est: nemo enim dubitat etiam legata  
 7 praestari et libertates competere et cetera, quaecumque sint in testamento, perinde ualere,  
 8 ac si sua sponte heres hereditatem adisset. Qui compulsus adit hereditatem, sicuti ceteris  
 9 commodis caret, ita hoc quoque casu careat, ne possit paenitendo quartam retinere: et ita  
 10 inuenio ab imperatore nostro et diuo patre eius rescriptum. Non omnis autem suspectam  
 11 hereditatem repudiatione<sup>1</sup> amissam cogere potest adiri et sibi restitui, sed is demum, ad  
 12 quem actiones transire possunt: neque enim aequum est ad hoc quem compelli adire he-  
 13 reditatem, ut emolumentum quidem hereditatis refundat, ipse uero oneribus hereditatis ob-  
 14 strictus relinquatur. Quare si fideicommissum pecuniarium alicui fuerit relictum, cessat  
 15 compulsio, tametia indemnitate cautio offeratur. Proinde qui hereditatem rogatur resti-  
 16 tuere, is demum compellitur restituere. Sed et si quis bona rogatus sit uel familiam uel  
 17 pecuniam rogetur uel uniuersam rem meam

16 (15) PAULUS libro secundo fideicommissorum. uel 'omnia sua',

B. 35, 11, 15 P

17 (16) ULPIANUS libro quarto fideicommissorum. cogi poterit: hoc idem et si

B. 35, 11, 16 P

'patrimonium' fuerit rogatus et si 'facultates' et si 'quidquid habeo' et si 'census meum'  
 et si 'fortunas meas' et si 'substantiam meam'. et si 'peculium meum' testator dixerit, quia  
 plerique ὑποκοριστικῶς patrimonium suum peculium dicunt, cogendum erit: de successione  
 enim sua et hic rogauit. nec ignoro in quibusdam ex his Maecianum dubitare et uolun-  
 tatis || esse dicere quaestionem, utrum de pecunia tantum an et de successione testator  
 sensit. in ambiguo tamen magis de successione sensum dico, ne interdicat fideicommissum.  
 1 Sed et si quis ita rogauerit: 'quidquid ad te ex hereditate bonisue meis peruenit, rogo  
 2 restituas', cogi poterit adire et restituere hereditatem ex Trebelliano senatus consulto,  
 3 quamquam peruenire proprie dicatur quod deductis oneribus ad aliquem peruenit. Et  
 4 generaliter autem potest dici ita demum quem non posse cogi adire et restituere heredi-  
 5 tatem, si de re uel quantitate fuerit rogatus: ceterum si de uniuersitate sensisse testatorem  
 6 appareat, nulla quaestio est, quin, siue suspectam dicat, cogi possit, siue sponte adit, ex  
 7 Trebelliano transeant actiones. Inde quaeritur, si quis hereditatem rogatus sit restituere  
 8 deducto aere alieno uel deductis legatis, an suspectam dicens cogi possit adire et resti-  
 9 tuere hereditatem, quia ui ipsa magis id, quod superest ex hereditate, quam ipsam heredi-  
 10 tatem restituere sit rogatus. et sunt qui putent, ut Maecianus, inutilem esse hanc deductio-  
 11 nem: nec enim posse ex iure deduci quantitatem, non magis quam si fundum quis deducto  
 12 aere alieno uel deductis legatis restituere sit rogatus: neque enim recipit fundus aeris alieni  
 13 uel legati minutionem. sed Iulianum existimare refert Trebelliano senatus consulto locum  
 14 esse et, ne dupliciter fideicommissarius oneretur, et cum heres aes alienum uel legatam  
 15 deducit et cum conuenitur a creditoribus et legatariis, restituta sibi ex Trebelliano heredi-  
 16 tate debere aut deductionem eum non pati ab herede aut cauere illi heredem defensum iri  
 17 eum aduersus legatarios ceterosque. Si quis heres institutus rogatus fuerit hereditatem  
 18 non totam, sed partem restituere, uel si duobus restituere sit rogatus et alter ex his uelit  
 19 sibi restitui hereditatem, alter recuset: senatus censuit utroque casu exonerari eum, qui  
 20 suspectam hereditatem dicit, totamque hereditatem transire ad eum, qui adire cogit. Sed  
 21 et si quis non hereditatis suae partem dimidiam rogauit heredem suum restituere, sed  
 22 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> repudiationeue (cf. p. 231 u. 28. 32)?

<sup>2</sup> et del. (u. i.)

<sup>3</sup> et del. (cf. p. 233 n. 1)

2 a'n' F<sup>1</sup> | uideba'n'tur F<sup>2</sup> 4 cumfirmari F<sup>2</sup>,  
 confirmari F<sup>3</sup> 6 adii't F<sup>2</sup> 7 ca'reat F<sup>2</sup> |  
 p'a'enitendo F<sup>2</sup> 14 is demum compellitur  
 restituere om. F<sup>1</sup> | et ip'si F<sup>2</sup> 18 et s'i' F<sup>2</sup>  
 19 substantiam F 22 quaestionum F<sup>1</sup> 24 sed]  
 desed F<sup>2</sup> | uonisue F<sup>2</sup> 26 et] FEI<sup>2</sup>CK, om.  
 WDI<sup>2</sup> 29 suspectam] F nec quicquam emen-

datum 30 transean't F<sup>1</sup> 31 suspecta'n'm  
 F<sup>2</sup> | restituere deducto hereditatem F<sup>2</sup> 32 ex  
 om. F<sup>2</sup> 33 esse om. F<sup>2</sup> 36 locum] cum F  
 37 cum] com F<sup>2</sup> 40 legatario's' F<sup>2</sup> 44 dimi-  
 diam] F, dum totam WI<sup>2</sup>, nec totam I<sup>2</sup>, di-  
 midiam dumtaxat DE (ubi ad prius uoc. ad-  
 notatur Pi.) C, dum (de K<sup>2</sup>) taxat uel totam K

hereditatem Seiae, quae ad eum peruenerat, uel totam uel partem eius, heresque institutus suspectam dicat, cum placeat illud quod Papinianus ait ex Trebelliano transire actiones, dici poterit, si suspecta dicatur hereditas, cogendum heredem institutum adire<sup>1</sup> et restituere  
6 hereditatem totamque hereditatem ad eum cui restituitur pertinere. Sed et<sup>2</sup> si miles roga-  
uerit quem rea Italicas restituere uel res prouinciales, dicendum est suspectam dicentem 5  
cogi adire et restituere: nam, ut eleganter Maecianus libro sexto fideicommissorum ait, qua  
ratione ex certa re miles heredem instituere potest actionesque ei dabuntur, pari ratione  
etiam ex Trebelliano transibunt actiones: et quamuis placeat<sup>3</sup>, cum quis hereditatem bo-  
naeque, quae sibi ab aliquo obuenerunt uel quae in aliqua regione habet, restituere rogat,  
ex Trebelliano non transeant actiones, tamen contra responderi in militis testamento ait: 10  
nam sicuti concessum est, inquit, militibus circa institutionem separare species bonorum,  
ita et, si per fideicommissum ab institutis heredibus id fecerit, admitteretur Trebellianum  
7 senatus consultum. Cum quidam duos heredes instituerit eosque inuicem substituerit et  
ab his petierit, siue uterque siue alter heres esset, ut hereditas sua ex parte dimidia resti-  
tueretur alicui post quinquennium, et scripti suspectam sibi hereditatem dicant, fideicom- 15  
missarius autem desideret suo periculo adiri hereditatem: censuit ¶ senatus ambos heredes f. 115  
alterumque cogi adire hereditatem et fideicommissario eam restituere ita, ut fideicommissario  
8 et aduersus eum actiones competant quasi ex Trebelliano restituta hereditate. Maecianus  
scribit: cum quis ex fideicommissariis abesset et praesentes desiderent suo periculo adire  
hereditatem<sup>4</sup> translatisque in solidum actionibus in eum qui coegit absentes, si uelint fidei- 20  
commissum suscipere, a praesente petent: consequenter ait nec quartam eum retenturum  
9 aduersus fideicommissarios suos<sup>5</sup>, quia nec heres potuit. Idem Maecianus quaerit, an is,  
qui duobus uel pluribus rogatus est restituere hereditatem, cogente aliquo adire possit et<sup>6</sup>  
in horum, qui id non desiderauerunt, portionibus Falcidiae beneficio uti, siue ipsi quoque  
desiderent sibi restitui siue alius in locum eorum successerit. et cum hodie hoc iure uti- 25  
mur, ut totum transeat ad eum qui coegit, consequens erit dicere quartae retentionem  
amississe eum qui coactus est, quia in solidum actiones transierint in eum qui coegit. plane  
si proponas fideicommissarium non ita coegisse, ut tota hereditas in se transferatur: cum  
coeperint ceteri desiderare sibi restitui hereditatem, dicendum Falcidia eum uti posse.  
recte igitur Maecianus ait multum interesse, utrum totam restitui hereditatem sibi fidei- 30  
commissarius desiderauerit an suam tantummodo partem. nam si sola pars transferatur, in  
residuo Falcidiae erit locus: si tota hereditas translata sit, cessat huius legis beneficium.  
10 Si seruo duorum rogatus quis sit restituere hereditatem et alter cogere uelit suspectam  
dicentem, alter restituere sibi recuset, hoc erit dicendum, quod in duobus, quorum alter  
11 suscipere uoluit hereditatem, alter non. Si pater filio, quem in potestate habet, rogetur 35  
restituere hereditatem, an filius patrem suum, si suspectam dicat hereditatem, cogere possit?  
12 et non est dubium patrem a filio per praetorem cogi posse. Sed<sup>7</sup> et si id fideicom-  
missum ad castrense peculium spectaturum est et filius familias is fuit, qui munus militiae  
F(WDEQICK)

<sup>1</sup> cum placeat ... adire] haec compilatores interpolauerunt, nam Ulpianus hic posuit similia uis  
quae leguntur u. 8 seq. (cf. l. 28 § 9. 10 h. t.) ad hunc modum: cum placeat ... ex Trebelliano  
non transire actiones, nequaquam dici poterit, si suspecta dicatur hereditas, cogendum  
heredem institutum adire, ut hoc capite proponatur regula, sequente exceptio testamenti militaris  
<sup>2</sup> et del. <sup>3</sup> placeat del. <sup>4</sup> cum quis ex fideicommissariis praesens desideret suo periculo  
adiri, heres cogetur adire hereditatem? <sup>5</sup> suos] hos? <sup>6</sup> et del. <sup>7</sup> sed del.

4 totamque hereditatem bis F<sup>a</sup> 7 ex certa  
re] WDEQICK, excepta re F | d'abuntur F<sup>b</sup>  
9 ragione F<sup>a</sup> 10 non] FDEQC, om. WIK<sup>a</sup>  
(WI mox omittunt item contra) | responderi]  
responderi debere F<sup>2</sup> 11 inquit F<sup>a</sup> 15 sus-  
ceptam F (em. f) 16 desideret suo periculo  
adiri hereditatem om. F<sup>2</sup> 17 eam restituere  
ita ut fideicommissario om. F<sup>2</sup> 20 si ue-  
lint] neumquidolint F<sup>a</sup> | fideicommissus F<sup>2</sup>

21 sus'ci'pere F<sup>b</sup> 24 ipse F<sup>a</sup> 26 ut om. F<sup>2</sup>  
27 amissae F 31 desiderauerit] derauerit F  
34 pecuset F 35 suspicere F | pater] patri F<sup>2</sup>  
36 suam F<sup>a</sup> 38 ad c'r'a'n'strensae F<sup>b</sup> | spec-  
taturum est (est om. D<sup>b</sup>) et] FD<sup>b</sup>I<sup>b</sup>, spectat  
uerum et WD<sup>a</sup>E (marg. Pi[sis] spectaturum  
est) I<sup>a</sup>, spectauerit et C, spectauerit uerum  
etiam si K



- sustinebat alioque quo officio praererat, multo magis dicendum erit posse eum postulare, ut pater suus cogatur adire et restituere hereditatem, quamvis contra obsequium patri debitu-  
 13 restitutum uidetur id desideraturus. Sed si seruo suo rogatus sit cum libertate quis hereditatem restituere, sine directa data sit libertas sine fideicommissaria, dici poterit eum a seruo suo non posse cogi adire hereditatem, quamvis, si sponte adisset, cogere praestare fideicommissariam libertatem et hereditatem: idque Maecianus libro septimo de fideicommissis scribit.
- 14 Idem quaerit, si quis paratus sit domino cauere de indemnitate, an possit<sup>1</sup> cogi adire hereditatem, maxime et si pretium serui offeratur. et recte ait non oportere sub incerto  
 15 cautionis committere se aditioni hereditatis. Hi qui solidum capere non possunt, ex asse heredes instituti et rogati restituere solidum, adire hereditatem et restituere cogentur, cum  
 16 nihil oneris<sup>2</sup> apud eos remansurum. Si ego heres institutus et rogatus sim Stichum manumittere uel alius legatarius, fidei autem meae commissum sit, ut Titio hereditatem restituam, deinde Titii fidei commissit, ut Sticho eandem redderet: Stichus cogere me possit  
 17 adire et restituere hereditatem. Talis quoque casus a dno Pio terminatus est: nam seruo uni ex heredibus legato per fideicommissum erat ab eo libertas data et ab altero hereditas. 18  
 diuus etenim Pius rescripsit Cassio Dextro in haec uerba: Hermias si Mosco<sup>3</sup> Theodoto ex parte heredi: instituto a Pamphilo testatore legatus est eumque Theodotus, postquam  
 adierit ¶ hereditatem, prius quam a coherede eiusdem Pamphili adiretur hereditas, ad f. :  
 iustam libertatem perduxit et ob hoc in eum casum res perducta est, ut is qui legauit  
 intestatus esse non possit, Hermia postulante mihi id<sup>4</sup> Euarestus compellendus est peri-  
 culo eius adire et ex causa fideicommissi hereditatem restituere.
- 18 (17) IDEM libro secundo fideicommissorum. Ex facto tractatum est, an per fidei- B. 85, 11, 17 P  
 commissum rogari quis possit, ut aliquem heredem faciat. et senatus censuit rogari quidem quemquam, ut aliquem heredem faciat, non posse: uerum uideri per hoc rogasse, ut hereditatem suam ei restituat, id est quicquid ex hereditate sua consecutus est ut ei resti-  
 1 tueret. Iulianus quoque libro quadragesimo digestorum fideicommissum [Inl. l. 28 § 9 h. t.]  
 tale ualere ait: fidei tuae committo, ut hereditatem Titii restituas, cum esset is qui ro-  
 2 gatus est a Titio heres institutus. Non tantum autem si heredem quem scripsero, [Inl.]  
 potero rogare, ut heredem faciat aliquem, uerum etiam si legatum illi uel quid aliud re-  
 3 liquero: nam hactenus erunt obligati, quatenus quid ad eos peruenit. Si quis cauere peto  
 'ut illi des' aut 'illi fideicommissum relinquo' aut 'illi libertatem adscribas', admittenda sunt:  
 nam cum in heredum institutione senatus censuit utile, de ceteris quoque idem erit acci-  
 4 piendum. Si quis rogatus fuerit, ut, si sine liberis decesserit, restituat he- Pap. D. 31, 77, 18  
 reditatem, Papinianus libro octauo responsorum scribit etiam naturalem filium efficere, ut  
 deficiat condicio: et in libertino eodem colliberto hoc scribit. mihi autem, quod ad [Pap.] 21  
 naturales liberos attinet, uoluntatis quaestio uidebitur esse, de quibus liberis testator sen-  
 serit: sed hoc ex dignitate et ex uoluntate et ex condicione eius qui fideicommissit acci-  
 5 piendum erit. Ex facto tractatum memini: rogauerat quaedam mulier filium suum, ut, si  
 sine liberis decessisset, restitueret hereditatem fratri suo: is postea deportatus in insula  
 liberos susceperat: quaerebatur igitur, an fideicommissi condicio defecisset. nos igitur hoc  
 dicemus quidem ante deportationem, licet postea edantur, efficere, ut condicio  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> is ins.    <sup>2</sup> oneris] lucri sit?    <sup>3</sup> Mosco] Mindio? uel simile nomen    <sup>4</sup> mihi id] Mindius? uel simile nomen

1 praererat] F<sup>2</sup>, quaerat F<sup>o</sup>, quae erat F<sup>2</sup>:  
 ΜΑΛΙΣΤΑ ΕΙ ΣΤΡΑΤΕΙΑΝ ἢ ἌΛΛΟ ὀφφίκιον μετέρ-  
 χεται B (Tip.) 4 seruo F<sup>2</sup> 6 hereditatem  
 F<sup>2</sup> | de fideicommissis F 8 serui F<sup>2</sup> | offer-  
 ratur F 9 capere ... 10 solidum bis F<sup>2</sup>  
 12 mea's' F<sup>2</sup> | ut] aut F<sup>1</sup> 13 commis'sit  
 F<sup>2</sup> | redderet F<sup>2</sup> | possit] potest F<sup>2</sup> 17 he-  
 rede F 19 ob] b F<sup>2</sup>, ab, mox ob em. F<sup>2</sup>  
 20 mihi id euarestatus F<sup>2</sup>, me titius euare-

stus F<sup>2</sup> | periculo] DPCK<sup>2</sup>, periculum F, pe-  
 culium WEIK<sup>2</sup>? 22 fideicommissor'um F<sup>2</sup>  
 23 quidem quemquam] WDEICK, quidem  
 quam F, quod postquam Q 29 relinquo F  
 30 quid] quis F | caueret F<sup>2</sup> 31 adscribas F  
 35 hoc] F<sup>2</sup>, hos F<sup>2</sup> | autem bis F (em. f)  
 39 decessisset F<sup>2</sup> 40 an fideicommissi con-  
 dicio defecisset (defecisset altero loco F<sup>2</sup>)  
 nos igitur bis F (em. f)

deficiat, post deportationem vero suscepto<sup>1</sup> quasi ab alio non prodesse, maxime cum etiam bona cum sua quodammodo causa fisco sint vindicanda. Si quis rogatus fuerit filiis suis vel cui ex his uoluerit restituere hereditatem, Papinianus libro octauo re- [Pap. D. 81, 77, 4] sponsorum etiam deportato ei tribuit eligendi facultatem, cui liber factus<sup>2</sup> fideicommissum restitui uelit. sed si seruus poenae fuerit constitutus, nullo ante concepto filio iam [Pap.]<sup>5</sup> parere conditioni non poterit decessisseque sine liberis uidetur. sed<sup>3</sup> cum<sup>4</sup> decedit, electionem illam, quam Papinianus deportato dedit, huic dari non oportet. Si quis autem susceperit quidem filium, uerum uiuus amiserit, uidebitur sine liberis decessisse. sed si naufragio uel ruina uel adgressu uel quo alio modo simul cum patre perierit, an condicio defecerit, uideamus. et magis non defecisse arbitror, quia non est uerum filium eius superuixisse. 10 aut igitur filius superuixit patri et extinxit condicionem fideicommissi, aut non superuixit et extitit condicio: cum autem, quis ante et quis postea decesserit, non apparet, extitisse condicionem fideicommissi magis dicendum est. Si quis ita fideicommissum reliquerit: 'fidei tuae, fili, committo, ut, si alieno herede moriaris, restituas Seio hereditatem', uideri eum 14 de liberis sensisse diuus Pius rescripsit: et ideo, cum quidam sine ¶ liberis decederet, aunculum ab intestato honorum possessorem habens, extitisse condicionem fideicommissi rescripsit. f. 116

19 (18) IDEM libro quinto decimo ad Sabinum. In fideicommissaria hereditatis re- [B. 85, 11, 18] S<sup>1</sup>stitutione constat non uenire fructus, nisi ex<sup>5</sup> mora facta est aut cum quis specialiter fuerit<sup>1</sup> rogatus et fructus restituere. Plane fructus in quartam imputantur, ut est et rescriptum. 20<sup>2</sup> Quotiens quis rogatur hereditatem restituere, id uidetur rogatus reddere, quod fuit hereditatis: fructus autem non hereditati, sed ipsis rebus accepto feruntur. Si legatum sit hereditatum et rogatus sit portionem hereditatis restituere, id solum non debere eum restituere, quod a coherede accepit: ceterum quod a semetipso ei relictum est, in fideicommissum cadit: et id diuus Marcus decreuit. 25

20 (19) PAULUS libro tertio ad Sabinum. Ubi pure fideicommissum datum est, si [B. 85, 11, 19] S<sup>1</sup> adiectum sit: 'rogo des filio tuo faciasque, ut ad eum perueniat', rescriptum est uideri in<sup>1</sup> id tempus dari, quo capere potest, id est sui iuris fiat. 'Te rogo, Luci Titii, hereditatem meam cum Attio partiaris'. ex senatus consulto Trebelliano in eum, cui restituta est hereditas, actiones competere Aristo ait, quia pro hoc accipiendum sit 'rogo hereditatem illam<sup>2</sup> restituas': nec uerba spectantur senatus consulti<sup>3</sup>, sed sententiae quibuscumque uerbis, dum<sup>4</sup> testator senserit, ut hereditas sua restitueretur. Qui in distrahendis conseruandisque rebus hereditariis sumptus factus est, imputari heredi<sup>7</sup> debet.

20) ULPIANUS libro nono decimo ad Sabinum. Sed et si ad tempus liberorum [B. 85, 11, 20] S<sup>1</sup> fuerit legatum relictum et is uxore praegnate decesserit, ad heredem suum transferat legatum. 25

21) POMONIUS libro uicensimo secundo ad Sabinum. Heres cum debuerat [B. 85, 11, 21] S<sup>1</sup> quartam retinere, totam hereditatem restituit nec cauit sibi stipulatione proposita. similem eum esse Aristo ait illis, qui retentiones, quas solas habent, omittunt: sed posse eum rerum hereditariarum possessionem uel repetere uel nunciari et aduersus agentem doli mali<sup>4</sup> exceptione uti posse eum et debitoribus denunciare, ne solueretur.

22) ULPIANUS libro quinto disputationum. Mulier, quae duobus filiis in potestate [B. 85, 11, 22] S<sup>1</sup> patris relictis alii nupserrat, posteriorem maritum heredem instituit eumque rogauit liberis suis post mortem patris eorum hereditatem suam restituere uel ei qui eorum superesset: F(WDEQICK)

<sup>1</sup> suscepto (Menge)?    <sup>2</sup> liber factus] liberorum (Cuiacius)?    <sup>3</sup> et ins.    <sup>4</sup> liberis cum ins.  
<sup>5</sup> ex del. (u. t.)    <sup>6</sup> senatus consulti] fideicommissi (Faber: notis permutatis S·C et F·C)?  
<sup>7</sup> hereditati?

1 suscepto F    5 seruus F    6 elictione F  
8 uirum F<sup>3</sup>    9 condicione fecerit F<sup>2</sup>    13 fideicommissi magis dicendum est si quis ita bis F(em. f) | reliqu' erit F<sup>4</sup>    14 restituaseio F  
16 extitisse F    19 nisi ex mora facta est] FD, nisi mora facta est W, nisi et mora facta est EICK: εἰ μὴ ὑπέθεσεν γέγονεν B (Syn.)

25 decrebit F    28 luci titii] B<sup>2</sup>, luci titii FWI, luti titii DCK, luti E<sup>2</sup>    31 spectantur F | sententiam F    33 imputari heredi] λογίζονται τῷ κληρονόμῳ B (Tip.)    36 pomponius] paulus F<sup>2</sup>    39 nunciari F    42 posteriorem F | eumqu'a'e F<sup>4</sup>

cisdem emancipatis a patre suo utricus restituisse hereditatem dicebatur, mox alter ex filiis uiuo patre decessisse: quaerebatur, an is, qui supererat ex filiis, partem fratri suo restitutam petere possit quasi praemature datam. Scaenola diuum Marcum in auditorio de huiusmodi specie iudicasse refert: Brasidas quidam Lacedaemonius uir praetorius, cum filiis suis ab uxore diuortio separata, si morte patris sui iuris fuissent effecti, fideicommissum relictum esset, eos emancipauerat: post emancipationem fideicommissum petebant. decreuisse igitur diuum Marcum refert fideicommissum eis repraesandum<sup>1</sup> intellecta matris uoluntate, quae quia non crediderat patrem eos emancipaturum, distulerat in mortem eius fideicommissum non dilatura id in mortalitatem, si eum emancipaturum sperasset. secundum haec dicebam et in proposita quaestione decretum diui Marci esse trahendum et recte fideicommissum

1 utriusque solutum. Non est dubitatum cogi posse heredem institutum adire et restituere hereditatem seruis, siue directa siue fideicommissaria libertas eis data fuisset, cum aspernari heres non deberet personam cogentis: habet enim hic quoque aditum<sup>2</sup>, ut, qui nondam petere || fideicommissariam libertatem possit nec directam sibi iudicare, propter spem

2 tamen libertatis et hereditatis aditum ad praetorem et per se habeat. Si heres post multum temporis restituat, cum praesenti die fidei commissum sit, deducta quarta restituet: fructus enim qui percepti sunt neglegentia petentis, non iudicio defuncti percepti uidentur. alia causa est, si sub condicione uel in diem rogatus fuerit: tunc enim quod percipitur summouet Falcidiam, si tantum fuerit, quantum quarta facit et quartae fructus: nam fructus,

3 qui medio tempore percepti sunt, ex iudicio testantis percepti uidentur. Sed enim si quis rogetur restituere hereditatem et uel serui decesserint uel aliae res perierint, placet non cogi eum reddere quod non habet: culpae plane reddere rationem, sed eius quae dolo proxima est. et ita Neratius libro primo responsorum scribit. sed et si, cum distrabere deberet, non fecit lata culpa, non leui et rebus suis consueta neglegentia, huiusmodi rei rationem reddet. sed et si aedes ustae sunt culpa eius, reddet rationem. praeterea si qui partus extant et partuum partus, quia in fructibus hi non habentur<sup>3</sup>. sed et ipse si quem sumptum fecit in res hereditarias, detrahet. quod si sine facto eius prolixitate temporis

4 aedes usu adquisitas sint, aequissimum erit nihil eum praestare, cum culpa careat. Cum proponeretur quidam filiam suam heredem instituisse et rogasse eam, ut, si sine liberis decessisset, hereditatem Titio restitueret, eaque dotem marito dedisse certae quantitatis, mox decedens sine liberis heredem instituisse maritum suum, et quaereretur, an dos detrahi possit, dixi non posse dici in euersionem fideicommissi factum, quod et mulieris pudicitiae et patris uoto congruebat. quare dicendum est dotem decedere, ac si quod superfuisset rogata esset restituere. quod si tantos fructus ex hereditate mulier procepit, ut inde poterit doti satisfieri, dicendum est potius fructibus hoc expensum ferendum quam fidei-

5 commisso. Ut Trebelliano locus esset, non sufficit de hereditate rogatum esse, sed quasi heredem rogari oportet. denique si cui portio hereditatis fuerit legata (legari enim posse etiam portionem hereditatis placet nobis) rogatusque fuerit hanc partem restituere, dubio procul non fiet restitutio ex senatus consulto ideoque nec quarta retinetur.

24 (23) IULIANUS libro trigensimo nono digestorum. Quotiens pater familias unum [B. 35, 11, 23] uel duos heredes coheredibus suis restituere hereditatem iubet, intellegitur easdem partes in fideicommissis facere, quas in hereditate distribuenda fecerit. sed si iubeantur hi, quibus fideicommissum datur, pecuniam numerare atque ita fideicommissa recipere, ex quantitate pecuniae, quam dare iubentur, uoluntas colligenda est patris familias. nam si ex disparibus F(WDEQICK)

<sup>1</sup> repraesentandum (u. i.)?    <sup>2</sup> aditum] locum?    <sup>3</sup> reddentur ins.

4 speciei iudicasse F | lacedaemonius F 5 patrisui F 7 repraesentandum] F, repraesentandum WDI, repraesentatum E, praestandum CK 16 tempore F 17 qui] que F<sup>2</sup> 19 quarta] WDEQICK, quartam F 22 culpae plane reddere quod non habet culpa plane rationem F<sup>2</sup> 24 leui e't F<sup>2</sup> | negle-

centia F 25 husta'e' F<sup>2</sup>, hu's'ta F<sup>2</sup> 29 filiam] falcidiam F<sup>2</sup> | e'am F<sup>2</sup> 30 eaque] aequ'a'e F<sup>2</sup> | cert'a'e F<sup>2</sup> 31 maritum F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>) 36 ut] at F 37 cui] K, qui F, qua WDEQIC, om. E<sup>2</sup> 40 ulpianus FWDEQICK 43 fideicommissum datur pecuniam numerare atque ita ter F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>)

partibus heredes scripti aequas partes dare iubentur, propius est, ut uiriles recipere debeant: si uero summa pecuniae dandae congruit portionibus, hereditarias portiones accipere debebunt.

- 14) PAPINIANUS libro quinto decimo quaestionum. Nonnumquam autem ex B. 85, 11, 24 \*P uoluntate uarie rescriptum et iudicatum est, uidelicet si non sub appellatione heredum, sed <sup>5</sup> propriis nominibus expressis fideicommissum relinquatur.
- 15) IULIANUS libro trigensimo nono digestorum. Quidam ita testamento scrip- B. 85, 11, 25 S serat: 'a te, heres, peto fideique tuae committo, ut quidquid ex hereditate mea ad te <sup>1. 117</sup> peruenierit, filio meo prima quaque die aut, si prius quid<sup>o</sup> ei acciderit, matri eius des <sup>10</sup> reddas'. quaeritur, cum antequam adeatur hereditas puer decesserit, an fideicommissum <sup>10</sup> matri debeatur. respondi, si puer, antequam dies fideicommissi cedat, decessisset, fideicommissum translatum esse ad matrem, postea autem quam dies fideicommissi cedit si decesserit, ad heredem pueri fideicommissum pertinere. sed an ea uoluntas fuit patris <sup>15</sup> familiae, ut, si ante restitutum fideicommissum puer decessisset, matri potius quam heredibus praestaretur, praetor aestimabit ex persona matris et ex persona heredis pueri. <sup>15</sup> MARCELLUS: sed testatoris uoluntati congruum est, quandocumque puer decesserit, sine antequam dies fideicommissi cedit sine postea, ad matrem transferri fideicommissum, si <sup>1</sup> non iam puer hoc acceperit, eoque iure utimur. Si seruo herede scripto dominus rogatus <sup>2</sup> est eidem seruo restituere hereditatem, cum liber esset, utile fideicommissum est. Si quis filium suum ex asse heredem instituit et codicillis, quos post mortem filii aperiri iussit, <sup>20</sup> fidei eius commisit, ut, si sine liberis decesserit, hereditatem suam sorori suae restitueret, et filius cum sciret, quod in codicillis scriptum esset, Stichum seruum hereditarium testamento suo liberum esse iussit: heredes filii pretium eius serui sorori defuncti praestare <sup>25</sup> debent libertate fauore sui seruata. hoc amplius et si ignorasset filius codicillos a patre factos, nihilo minus heredes eius pretium praestare debebunt, ne factum cuiusquam alteri <sup>3</sup> damnum adferat. Sed et si seruus iste a Sempronio heres institutus sit eamque hereditatem, posteaquam ex testamento fratris ad libertatem peruenerat, adierit, hereditatis quoque aestimationem heredes fratris sorori eius praestare debent, quia, si manumissus non esset, iussu mulieris adire eam potuisset. si uero uiuente filio Sempronius decesserit, <sup>30</sup> hereditas in causa fideicommissi non deduceretur: quippe ab ipso filio adire iussus hereditatem ei acquireret.
- 16) PAULUS libro singulari de senatus consultis. Omnibus ciuitatibus, quae B. 85, 11, 26 S\* sub imperio populi Romani sunt, restitui debere et posse hereditatem fideicommissam Apronianum senatus consultum iubet. sed et actiones in eas placuit ex Trebelliano transferri: sed municipes ad eas admittuntur <sup>35</sup>
- 17) IULIANUS libro quadragensimo digestorum. ita tamen<sup>1</sup>, ut hi quibus resti- B. 35, 11, 27 S tuetur hereditas actorem eligant et ad agendum et ad excipiendas actiones. Si Gai. l. 65 § 4 h. t. seruum hereditarium heres, qui coactus adierit, iussisset adire hereditatem ab alio eidem seruo relictam et tunc hereditatem, quam suspectam sibi esse dixerat, restituerit, an etiam eam hereditatem, quae per seruum adquisita esset, restituere deberet, quaesitum est. dixi <sup>40</sup> non magis hanc hereditatem in restitutionem uenire, quam quod seruus hereditarius post aditam hereditatem stipulatus fuisset aut per traditionem accepisset aut fructus, qui ex (Gai.) rebus hereditariis percepti fuissent, utique si nulla mora fideicommisso facta fuisset. sed si quid ante aditam hereditatem seruus stipulatus fuisset aut per traditionem accepisset, *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> tantum?

1 proprius FWEIC, prius D, proprium K  
5 et] est F 7 scripserat F<sup>21</sup> 9 eius des]  
eiusdem WDEQICK (supra u. al. eius) 12 ce-  
dit] F<sup>2</sup>, cessit F<sup>6</sup> 16 uoluntati's F<sup>21</sup> 17 ce-  
dat F<sup>21</sup> 18 herede's F<sup>21</sup> 22 et filius cum  
sciret bis F<sup>2</sup> 24 codicill'os F<sup>6</sup> 25 facto's F<sup>21</sup> |  
cuiusquam] G, eiusquam F, eius WDEQIK

26 adferat F 28 quoquae e'estimationem F<sup>5</sup>,  
quoque aestimationem F<sup>21</sup> | quia] WEQICK,  
qua F, quod D 33 fideicommissa'm F<sup>6</sup>  
36 qua'dragensimo F | hi] his F 39 etiam  
eam sibi esse dixerat rest. an etiam] heredi-  
tatem F<sup>2</sup> 42 fuisset aut] WD<sup>6</sup>EQIC, fuisset  
F, fuisset ac K, om. inter alia D<sup>2</sup> 44 au't F<sup>2</sup>

- 2 id restitui debet, sicut fructus ante aditam hereditatem in restitutionem venient. Qui suspectam sibi hereditatem dicit, nullum commodum ex testamento consequetur, quod habiturus non esset, si heres institutus non fuisset aut non adisset. et ideo si pupillo substitutus fuerit itaque<sup>1</sup>: 'quisquis mihi heres erit, idem filio meo heres esto', hereditatem, quae ex substitutione || ad eum peruenerit, restituere cogendus erit. si uero detracto hoc articulo 'quisquis mihi heres erit' substitutus ita fuerit: 'Titius filio meo heres esto', tum, si solus patri heres extiterit, nihilo minus cogendus erit hereditatem pupilli restituere, si uero coheredem habuerit, retinebit pupilli hereditatem, quia potuit coherede aduente, quamuis ipse patris omisisset hereditatem, ex substitutione adire. Si pater filium, quem in potestate habebat, heredem scripserit et ab eo petierit, ut hereditatem Sempronio restitueret, isque suspectam sibi esse dicet, poterit ex Trebelliano senatus consulto hereditas restitui. quare<sup>2</sup> et si non immiscuerit se hereditati, nihilo minus actiones, quae ei et in eum competeabant, ad Sempronium transferentur. A patre heres scriptus et exheredato filio substitutus si rogatus fuerit hereditatem, quae ad eum ex substitutione peruenerit, Titio restituere, cogendus non est uiuo pupillo patris hereditatem adire, primum quia sub condicione fideicommissum datum est, deinde quia non probe de hereditate uiuentis pueri agat: mortuo autem pupillo compelli debet hereditatem patris adire. Quod si duo heredes a patre instituti fuerint et utriusque fidei commissum sit, ut exheredati filii hereditatem restituerent, satis erit uel unum cogi adire: hoc enim factum etiam is, qui patris hereditatem non adit, filii hereditatem adire et restituere cogitur. Quotiens filius emancipatus bonorum possessionem contra tabulas accipit, nulla ratio est compellendi heredis ad restituendam hereditatem et sicut neque legata neque fideicommissa cetera praestare cogitur, ita ne ad restitutionem quidem hereditatis compelli debet. MARCELLUS: plane non est compellendus adire, si iam filius bonorum possessionem<sup>3</sup>, ne intercidat fideicommissum mortuo herede instituto et omissa a filio bonorum possessione. Qui ex Trebelliano senatus consulto hereditatem restituit, siue petat a debitoribus hereditariis siue ab eo petatur, exceptione restitutae hereditatis adiuuari uel summoueri potest. actiones autem fideicommissario competunt, quas habuit heres eo tempore, quo fideicommissum restituebat. MARCELLUS: sed eas quoque actiones, quae sub condicione erant et quarum dies eo tempore non cesserat, fideicommissario competere placet. sed antequam restitueretur hereditas, exceptione aliqua heres adiuuandus non est: cum hoc minus ex causa fideicommissi sit restitutus. Trebellianum senatus consultum locum habet, quotiens quis suam hereditatem uel totam uel pro parte fidei heredis committit. Quare si Maenius te heredem instituerit et rogauerit, ut hereditatem Titii restituas, a quo esses heres institutus, et tu hereditatem Maenii adieris, perinde a te fideicommissum petetur, ac si fundum, qui tibi a Titio legatus esset, restituere rogatus fuisses: ideoque et si suspectam Maenii hereditatem dixeris, cogi te non oportet eam adire. Quod si Maenius te rogauerit et suam hereditatem et Titianam restituere tuque sponte adieris hereditatem, uteris legis Falcidiae commodo et partem quartam Maenianae hereditatis retinebis, dimidiam et quartam ex fideicommissis restituas, nec intererit, eidem utramque
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> ita (u. i.)?    <sup>2</sup> aut pro quare scr. quin aut ins. a praetore compellitur miscere se hereditati et sic restituere: sed (cf. l. 6 § 2 h. t.)    <sup>3</sup> accepit: sed compelli potest, si nondum agnouit filius bonorum possessionem ins.

4 itaque] F, ita WDEQICK | isto F 5 uera F | hoc] F<sup>21</sup>, hof F<sup>2</sup> 6 h'eres' erit F<sup>21</sup> 9 omi- si'asset F<sup>4</sup> | si parter F(em. f) 12 qu'a'e F<sup>4</sup> 13 competebat F(em. f) 17 uiuenti F 19 he- reditate F | erit] eri F 21 es't F<sup>21</sup> 24 si iam filius bonorum possessionem] F, suam filius bonorum possessionem WDEQICK, si iam filius bonorum possessionem accepit I<sup>2</sup> 27 adiubari F 30 cessaret F 31 h'eredi- tas F<sup>4</sup> | here'd's adiubandus F<sup>4</sup> 32 sit om. F |

habet] habens F: τότε χάριαν ἔχει B (Tip.) 34 ut hereditatem titii ... 35 Maenii adie- ris] suppleui ad l. 18 § 1 h. t., ubi hunc locum Iuliani Ulpianus citat: ut hereditate (— tem WQ) maenii adieris FWQ, ut hereditatem titii (meuii E) adeas (adea K) et restituas (adeas al. restituas D<sup>4</sup>) tunc hereditatem me- uii (restitueris pro meuii C) adieris D<sup>4</sup>EICK, om. inter alia D<sup>4</sup> 36 a titio] attio F 37 mae- ui'a'i F<sup>4</sup> | e'a'm F<sup>21</sup> 40 ultra'm'que F<sup>21</sup>

hereditatem an alii Maenianam, alii Titianam rogatus fueris restituere. sed si suspectam Maenianam hereditatem dixeris, cogaris eam adire et restituere ei, cui rogatus fueris: is autem, cui Titianam hereditatem restituere rogatus fueris, non poterit te compellere ad  
 11 adeundum. Si ex Trebelliano hereditatem restituit heres et fructus praediorum || retinet q. 60 f. 118  
 vel ipsa praedia, sine etiam debitor eius qui testamentum fecit fuerit, necessarium est  
 5 actionem adversus eum fideicommissario dari. MARCELLUS: hoc idem necessario faciendum est, cum parte hereditatis restituta familiae erotsundae iudicium inter eum qui restituit  
 13 hereditatem et qui receperit accipietur. Qui rogatus est emancipato filio restituere hereditatem, cogi debet adire et restituere, quamvis filius contra tabulas bonorum possessionem  
 13 accipere possit. Si patronus ex parte debita heres institutus et rogatus restituere hereditatem suspectam sibi esse dicat, puto rectius facturum praetorem, si coegerit eum adire hereditatem et restituere, quamvis possit mutata voluntate eam partem hereditatis retinere.  
 14 Si praecipis quibusdam rebus heres rogatus sit restituere hereditatem et coactus eam adierit, an praecipere debeat? respondi eum, qui iussu praetoris adit hereditatem, omni  
 15 commodo prohiberi debere. Sed si eidem legatum esset sub hac condicione [Ulp. l. 11 pr. h. t. 15  
 'si heres non esset' et suspectam sibi hereditatem dicat, non aliter cogendus est adire, quam ut legata, quae sub condicione 'si heres non esset' data erant, restituantur, non quidem a coheredibus, ne onerentur, sed ab eo cui restituta fuerit hereditas. nam sicut ex-  
 16 plendae fidei gratia cogendus est adire hereditatem, ita ob id ipsum damno adfici non  
 16 debet. Heres ex asse erat instituta consobrina mea et eius fidei commissum, ut [Ulp.] 20  
 partem dimidiam hereditatis statim Publico Maenio restitueret, alteram partem, cum ipsa moreretur, eidem Publico Maenio: praeterea alia aliis legata data sunt. Maenius partem dimidiam hereditatis statim percepit et cauit, quod amplius quam per legem Falcidiam liceret  
 cepisset, redditu iri: sed et ceteri legata solida acceperant et similiter de restituendo quod  
 amplius percipissent cauerunt. mortua consobrina mea Publius Maenius desiderat sibi al-  
 25 teram partem hereditatis cum fructibus restitui. quaero itaque, quantum ei restituere debeam? utrum quod supra quadrantem bonorum penes consobrinam meam remanserat nec  
 amplius quicquam? an et ab aliis, quibus legata soluta sunt, repetere quid debeam et  
 quantum? item quaero, si quod ab his ex stipulatione percepero et quod apud consobri-  
 nam meam supra quadrantem remanserat, non efficiet partem dimidiam hereditatis, an ex  
 30 incremento et fructibus eius summae, quae supra quadrantem bonorum penes consobrinam  
 meam remansit, supplere ei debeam, dumtaxat ne partem dimidiam hereditatis quantitas  
 quae restitueretur excedat? an vero, sicut Publius Maenius desiderat, quidquid seposito  
 35 quadrante bonorum eiusque quadrantis fructibus perceptum est restitui ei debet? respondi,  
 quod supra quadrantem penes consobrinam tuam remansit, si adiectis fructibus quantitatem  
 35 partis dimidiae hereditatis, quae mortis tempore fuit, non minuet<sup>1</sup>, totum Publico Maenio  
 restituendum: nec ex stipulatione ab his, quibus legata soluta sunt, repeti quicquam potest.  
 si vero fructus quantitatem partis dimidiae exuberant<sup>2</sup>, quadranti tuo et fructibus eius ac-  
 cedet. si vero fructus eius partis, quae supra quadrantem apud consobrinam tuam reman-  
 serat, non implent quantitatem partis dimidiae bonorum, ex stipulatione agi poterit. in  
 40 summa ratio ita ponenda est, ut tu omni modo quadrantem et fructus eius, praeterea, si eius  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> non minuet] aequet?    <sup>2</sup> exuberant] exuperant (sic Hal.), quod exuperat?

1 fuerit F 2 cui] qui F 4 praediorum retinet] FE<sup>2</sup>, cum E<sup>2</sup> praedio retinet WDEQCK, cum retinet praedio I 7 cum parte h. restituta] cum p. h. instituta C, cum partem h. restituta I<sup>2</sup>, cum partem h. (om. restituta) W, cum pro parte h. r. DP, cum propter partem (parte E<sup>2</sup>) h. r. E (marg.: hoc propter adiecit G[uarnerius?]), propter partem her. (om. rest.) K | eroundae F 8 emancipato F<sup>2</sup> 15 si eidem F<sup>2</sup> | hac] ac F 17 ut ellegata F<sup>2</sup> 18 cui] qui F 20 debet] deit F

21 alteram] alter F 22 data] dota F 25 percipissent F | desiderat n't F<sup>2</sup> 27 paenes F 30 quadrantem F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>) | hereditatis F<sup>2</sup> 31 incremento F<sup>2</sup> | paenes F 34 bonorum F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>) | eiusque] E<sup>2</sup>Q, eius FDE<sup>2</sup>IC, et eius K 35 si] de si F<sup>2</sup>, des ei WE<sup>2</sup>CK 40 part'eis F<sup>2</sup> 41 tu] FWE<sup>2</sup>Q, si DE<sup>2</sup>ICK, cum Taur. | quadrantem et fructus eius praeterea si eius quod quadrantem excedit fructus] scripsi, quadrantem excedit fructus FWDEIK, quadrantem et si eius quod accepit fructus C

- quod quadrantem* excedit fructus in tantum excreuerit, ut quantitatem partis dimidiae bonorum excedat, etiam id quod excesserit retineas. Qui suos seruos rogatus est manu[m]mittere et hisdem hereditatem restituere, detracto pretio seruorum hereditatem restituere debebit.
- 29 (28) AFRICANUS libro sexto quaestionum. Ex asse heres institutus partem hereditatis mihi pure, tibi sub condicione restituere rogatus cum suspectam diceret, postulante me adit et mihi totam ex senatus consulto restituit: quandoque condicio extiterit, an fructus partis tuae restituere tibi debeam, non immerito dubitabatur. et plerisque placet non esse eos praestandos, quia nec ab herede praestarentur, si sua sponte adisset, sufficiat autem ius tuum tibi integrum conseruari, non etiam meliorem condicionem tuam fieri. Idem tamen existimabant, si ex asse heres institutus mihi quadrantem pure, tibi aequae quadrantem sub condicione restituere rogatus sit et, cum suspectam hereditatem diceret, cogente me adit, quandoque condicio extiterit, semissem tibi esse restituendum. Sed nec lege Falcidia in proposita specie usurum me puto, quamuis scriptus heres, si sponte adisset, uteretur.
- 30 (29) MARCIANUS libro quarto institutionum. Si quis priore facto testamento posterius fecerit testamentum, etiamsi ex certis rebus in posteriores tabulas heredes instituit, superius tamen testamentum sublatum est, ut diui quoque Seuerus et Antoninus resciperant, cuius constitutionis uerba recte, cum alia quoque praeterea in constitutione expressa sunt. Imperatores Seuerus et Antoninus Cocceio Campano. Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, iure ualere, perinde ac si rerum mentio facta non esset, sed teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis aut suppleta quarta ex lege Falcidia hereditatem restituat his, qui priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissaria uerba, quibus ut ualeret prius testamentum expressum est, dubitari non oportet. et hoc ita intellegendum est, si non aliquid specialiter contrarium in secundo testamento fuerit scriptum.
- 31 (30) IDEM libro octauo institutionum. Si legatus suspectam hereditatem dicat, et legationis tempore compellendus est accipere iudicium, quia hic non multum officio occupatur: et licet deliberare se dicat an adeat, cogendus est adire, sed non ut statim restituat, sed ut reuersus domum, si putauerit sibi expedire, commodo Falcidiae uel testamenti utatur uel, si non putauerit, restituat totam hereditatem, ne onera patiat. Si quis bona sua uel omnia sua rogauerit restituere, fideicommissariam restitutionem esse intellegendum est: nam meorum et tuorum appellatione etiam actiones contineri dicendum est. Si filio familias uel seruo restituatur ignorans patre familias uel domino et postea pater uel dominus ratum habuerit, transeunt ex Trebelliano senatus consulto actiones. Multum interest, utrum quarta pars iure hereditario retineatur an uero in re uel pecunia: nam superiore casu actiones diuiduntur inter heredem et fideicommissarium, posteriore uero apud fideicommissarium sunt actiones. Et heres institutus rogatusque hereditatem restituere
- F (WDEQICK)*

<sup>1</sup> fideicommissaria om. *Inst.*

<sup>2</sup> secundo testamento *ins. Inst.*

<sup>3</sup> et *del.*

<sup>4</sup> officii?

<sup>5</sup> et] credibile est, si princeps sit *similiae requiruntur* (u. i.)

2 manu[m]mittere *F* 6 tibi *suppl. F<sup>2</sup>* | sub] *F<sup>2</sup>*, sib *F<sup>1</sup>* 7 adit] *odit F<sup>1</sup>* 8 tuae] *IC<sup>2</sup>*, suae *FDE<sup>2</sup>C<sup>2</sup>K*, et sue *B<sup>2</sup>*, om. *Q* 11 a'aeque *F<sup>2</sup>* 15 *seq.* sed si quis priore testamento iure perfecto posterius aequae iure fecerit, etiamsi ex certis rebus in eo heredem instituerit, superius testamentum sublatum esse diui Seuerus et Antoninus resciperunt. cuius constitutionis inseri uerba iussimus, cum aliud quoque praeterea in ea constitutione expressum est *Inst.* 16 testamen'tum *F<sup>2</sup>* 18 resciperint *F* | alia' *F<sup>4</sup>* 19 campano] *WEICK cum Inst.*, cumpano *F*, capano *D* 22 priore] in priore *Inst.* 31 fideicommissaria in *F<sup>2</sup>*

33 filio familias uel seruo restituatur ignorante patre familias uel domino] *scripsi: supplem ex parte Graeci: εὐὰν γιῶν ἢ δοῦλον μοῦ ἀποκαταστῆ κληρονομία καὶ τοῦτο ἀναδέξομαι B (Tip.) (cf. l. 67 pr. h. t.): filio familias uel domino *FWE<sup>2</sup>QIK*, filio familias uel seruo *D<sup>2</sup>C*, filio familias uel seruo restituatur hereditas *B<sup>2</sup>* (*adscr.* hoc non est *P[is]is*), filio familias uel *D<sup>2</sup>* 35 quarta] *WDE<sup>2</sup>CK cum B (Tip.): ὁ κληρονομός εἰ τὸ δ' (δεῖν οὐδ.) παρακράτις, μερίζονται δὲ ἀγῶραι· εἰ δὲ νομίσματα ἢ πράγματα ἀγῶρατιοῦ τάσιν ἐπέχει, qua F, om. B<sup>2</sup>QI 37 et] si princeps *WDEIC, om. K***

- praecepta aliqua summa uel re, etiamsi in praeceptione minus quam quarta pars esset, non amplius principem pati uindicaturum. Sed et si sine ulla praeceptione rogatus fuerit hereditatem restituere, plerumque quarta donata est a principibus: et ita diuus<sup>1</sup> Traianus et Hadrianus et Antoninus rescripserunt.
- 31) IDEM libro nono institutionum. Si cui pure libertas et per fideicommissum sub condicione hereditas relicta est, cogitur heres adire hereditatem, si suspectam dicat, et restituere: et deficiente condicione libertas ei eripi non potest. Si autem ei, qui in diem libertatem accepit, hereditas per fideicommissum relicta fuerit, suspectam eam interim non posse adiri diuus Pius Cassio Hadriano rescripsit, cum non potest est nondum libero hereditas restitui: nec rursus contra uoluntatem defuncti libertatem esse praestandam. Si sub condicione heres institutus rogatusque hereditatem restituere non uult condicioni parere et adire hereditatem, si facti est condicio, debet parere et adire et restituere uel, si in dando sit, offerente fideicommissario. recusante autem herede factum adimplere licentia dabitur fideicommissario secundum imitationem dationis factum implere, et tunc necessitas imponitur heredi adire hereditatem. ceterae condiciones, quae non sunt in potestate heredis, ad officium praetoris non pertinent.
- 32) CELSUS libro uicensimo digestorum. Ballista filium familias heredem instituit ita: 'Rebellianus si cauerit coloniae Philippensium, si sine liberis morietur, quantacumque pecunia ex hereditate deue bonis meis ad eum peruenit, eam pecuniam omnem ad coloniam Philippensium peruenturam'. respondi: ex his uerbis quae proponis, id est 'pecuniam', existimo etiam fructus, quos ex hereditate percepit, restituere eum debere, perinde quasi specialiter hoc testator expressisset.
- 33) MARCIANUS libro octauo institutionum. Scribit Celsus libro uicensimo digestorum, si qui quadringenta in bonis habebat petit ab herede suo, ut, si sine liberis moreretur, quanta pecunia ex hereditate sua ad eum peruenisset, Maeuio restitueretur: si ex fructibus medio tempore quadringenta perceperit, et sine liberis decesserit, heredem eius Maeuio quadringenta debiturum. et cum diu multumque tractauit, an, cum augmentum heres sensit, et periculum sustineat an per contrarium, nouissime ait iniquum esse ad fideicommissarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet: et an ad supplementum, inquit, quodcumque ex quadringentis defuerit, etiam augmentum ad eum pertinebit, hoc est ut usque ad summam quadringentorum damni et fructus computentur: quod uerius esse arbitratur.
- 34) IDEM libro secundo regularum. Si eius, qui nouissimus ex filiis mortuus est, partem hereditatis propinquo uoluit pater restitui et simul fratres diem suum obissent: propinquum, si non ostenderit quis nouissimus obisset, ad partem hereditatis non admitti sed matrem ex Tertulliano senatus consulto ad utriusque hereditatem admitti constat.
- 35) ULPIANUS libro sexto de officio proconsulis. Cum heres instituta furiosa hereditatem esset rogata restituere, curatorem eius secundum tabulas bonorum possessione accepta posse transferre actiones diuus Pius decreuit.
- 36) PAULUS libro tertio decimo ad edictum. Cum hereditas ex fideicommissi causa restituta est, si ante cum herede compromissum est, puto fideicommissarium cauere

<sup>1</sup> dimi? <sup>2</sup> statim ins. <sup>3</sup> uel? scilicet? <sup>4</sup> id est pecuniam del. <sup>5</sup> an del. <sup>6</sup> damna et fructus compensentur?

5 cui] qui F 7 condiciones F | 'eripi F<sup>4</sup> | autem] FD I, a me WE (marg. Pi[sis] autem) C, me K 9 Cassio Hadriano] Ulpio Hadriano D. 37, 7, 1 pr., Claudio Hadriano D. 37, 10, 3, 1: uidetur idem intellegi tribus his locis 13 offerente F 15 heredi adire hereditatem] WDEQCK, hereditatem adire (om. heredi) I, supra hereditatem adscripsit adire heredi, mos ea deleuit F<sup>2</sup> 18 coloniae] colono F<sup>2</sup> 19 deue bonis] scripsi secundum B (Tip.): τὴς ἐμᾶς κληρονομίας ἢ τῶν ἐμῶν πραγμάτων, debeonis F

20 philippensium F<sup>2</sup> 24 quadringenta F 26 quadringenta F 27 quadringenta F 28 nouissime F<sup>2</sup> 29 supplementum F<sup>2</sup> 30 quadringentis F 31 quadringentorum F | damni et fructus] FWDEQI, dampna et fructus C, damnorum fructus K 32 araitror F<sup>2</sup> 34 restitui et F<sup>2</sup> 35 obissent (obierint C) ad (ad om. Q) propinquum si non (sine I, siue W) ostenderit quis nouissimus obisset (ad ins. C) partem FWDEQICK 36 tertulliano F 37 de om. F



debere heredi, sicut cum heres multa<sup>1</sup> antequam restitueret administravit. nam quod dicitur retinere eum oportere, non est perpetuum. quid enim si nihil est, quod retineat? ueluti cum omnia in nominibus sunt aut in corporibus quas non possideat? nempe enim is cui restituta est omnia persequitur et tamen ¶ heres iudiciis quibus conuentus est aut stipu- f. 119<sup>9</sup> lationibus quibus necesse habuit *promittere*, obstrictus manebit. ergo non alias cogetur<sup>5</sup> restituere quam ei caueatur.

- 38 (37) ULPIANUS libro sexto decimo ad edictum. Restituta hereditas uidetur aut [B. 35, 11, 37] E re ipsa, si forte passus est heres possideri res hereditarias uel totas uel aliquas earum hac mente, ut uellet restitueret ille suscipere<sup>2</sup>, non si ex alia causa putauit te possidere. sed et si postea ratum habuit, idem erit dicendum. sed et si uerbo dixit se restituere, uel 10 per epistulam uel per nuntium restituat, audietur. sed et si uoluntate tua alii restituerit, in te transibunt actiones. item si alius iussu meo restituit uel ratam habui restitutionem, 1 transisse actiones uidentur. Pupillus autem ipse debet restituere tutore auctore, non tutor sine pupillo, nisi infans est, quia nec mandare actiones tutor pupilli sui potest. <sup>2</sup> ne se quidem auctore pupillum restituere potuisse hereditatem diuus Seuerus [cf. l. 1 § 13 h. t. 15 in persona Arri Honorati pupilli decreuit, qui Arrio Antonino patruo et tutori suo restituerat. Sed et si pupillo sit restituenda, non posse pupillo sine tutoris auctoritate restitui constat:
- 39 (38) PAULUS libro uicensimo ad edictum. non enim solutio est hereditatis restitutio, sed E et<sup>4</sup> successio, cum obligetur. 20
- 40 (39) ULPIANUS libro sexto decimo ad edictum. Sed nec ipsi tutori indistincte [B. 35, 11, 38] E restitui potest.
- 41 (40) PAULUS libro uicensimo ad edictum. Quamuis senatus de his actionibus [B. 35, 11, 39] E transferendis loquatur, quas iure ciuili heredi et in heredem competunt, tamen honorariae actiones transeunt: nulla enim separatio est: immo et causa naturalium obligationum transit. 25
- 1 Persona autem heredis institui Trebelliano continetur: uerum hoc iure utimur, ut et successor heredis recte ex Trebelliano restituat, ueluti heres bonorumue possessor, uel pater dominusue, quibus acquisita est hereditas: omnes enim quod iuris habent, ex Trebelliano senatus consulto restituere debent, nec interest, is qui institutus est an pater dominusue 2 rogatus est restituere. Nihil interest, cui nostro nomine restituitur pater familias sit an 30 is qui in aliena potestate est,
- 42 (41) PAULUS libro secundo fideicommissorum. mulier an masculus: et ideo seruo quoque \*P uoluntate nostra uel si ratum habuerimus restitui potest,
- 43 (42) PAULUS libro uicensimo ad edictum. quia perinde est, atque si mihi restituta esset he- E reditas. Restituta hereditate iura sepulchrorum apud heredem remanent. 35
- 44 (43) ULPIANUS libro uicensimo secundo ad edictum. Papinianus tractat, si quis [B. 35, 11, 40] E heres institutus ex semisse rogatus sit restituere hereditatem et eam suspectam dicens compulsus adit, deinde fideicommissarius gnarus sit<sup>5</sup> adreuisse portionem hereditatis post restitutionem scripto heredi, an opus sit ei alia actione. et ait securum esse eum posse de F(WDEQICK)

<sup>1</sup> nonnulla?    <sup>2</sup> restituere et te suscipere?    <sup>3</sup> tutori ipsi *ins.* (similiter Hal.)    <sup>4</sup> et *del.* (u. i.)    <sup>5</sup> fit?

1 na'm' F<sup>6</sup> 3 nominibus] omnibus F | cui] qui F 5 promittere] WDEQ (marg. dimittere P[isis]) ICK, promittere omittit F 9 restitueret ille] F, restituere et ille DEIK, restituere ille W, restituere uel C 12 d'iussu F<sup>6</sup> | habui] E, habuit FWE<sup>6</sup>ICK, habuerit D 16 decrebit F | qui arrio] qui arrio F, quia prior WDEQICK 19 sed et] FK, sed etiam C, sed WEI, sed est D, huius Q 24 ciuil F 26 instituiti] institui F (sm. f) 30 cui] qui F 32 gaius Taur. 33 nostra] postra F 35 sepulchrorum F 36 l. 44 Tipucitus ita reddit:

καὶ περὶ τοῦ γραφέντος εἰς ἡμῶν τῆς κληρονομίας (si quis ... semisse) καὶ κληρονομίας ἀκόντος καὶ ἀποκαταστήσαντος (et eam ... adit), ἐὰν μετὰ ταῦτα προσαγῆθῃ τὸ ἄλλο ἡμῶν (deinde ... heredi), πῶς οὗ χρεῖαν ἔχει ἀποκαταστάσεως δευτέρως ὁ ἀλιωθεὶς τῆς ἀποκαταστάσεως (plane de hoc solo ... esse) 37 ex emisse F | sit bis F | eam] tam F | compulsus F 38 gnarus] Cuiacius, quod confirmat silentium Graecae uersionis de ignorantia fideicommissarii, ignarus F

illo: plane de hoc solo quaerendum ait, an ei opus sit noua restitutione, posteaquam portio adcreuit: sed ne hanc quidem necessariam esse.

..... Qui rogatus est restituere quod ex bonis alicuius ad eum B. 35, 11, 40 peruenit, ea restituit quae ex hereditate habet, non quae habet ex persona sua. 4

(44) MARCELLUS libro quinto decimo digestorum. Postulante Sticho, qui eodem B. 35, 11, 41 E testamento libertatem et fideicommissam hereditatem acceperat, heres suspectam adiit: mox Stichus, antequam moram in recipienda hereditate faceret, decessit relicto herede Titio. quaero, an in Titium, si nolit recipere fideicommissam hereditatem, actiones ex senatus consulto competant. respondi: quoniam fere is, qui compulsus est adire hereditatem, con- 9 festim ei restituet, || de manumisso dumtaxat senatus consulto comprehensum est nec he- f. 120 redis facta est mentio. potest tamen euenire, ut restitutionem distulerit heres, ueluti si pecuniam ei debuerit defunctus, quam retinere maluit quam petere. ceterum existimo idem in herede eius constituendum, quod in illo constitutum est: cur enim recusaret, quam recusare non potuit is, cuius hereditatem suscepit? quod si forte ante hereditatis restitutio- 15 nem sine herede decesserit libertus, perinde bona eius creditoribus hereditariis uendere 15 permittendum est, ac si restituta hereditate decessit. Set in huiusmodi quaestione rogo respondeas, an recte senserim. rogata est filia ex asee heres restituere hereditatis partem dimidiam deductis legatis minimis et aere alieno non magno, ut legi Falcidiae locus non sit: mora facta non est restitutioni fideicommissi. desidero uerbo tenus mihi restitui hereditatem, ut ex Trebelliano senatus consulto agenti<sup>1</sup> et ex eo competentibus actionibus 20 etiam usuras debitas ex mortis die in tempore restitutionis persequar: item quaero et de pensionibus, quia locationum obligatio in hereditate fuit. ab herede fructus nullos peto, sed illa desiderat refundere me aut concedere ei actiones usurarum et pensionum: non possum persuadere hereditatis appellatione, quam rogata erat mihi restituere, etiam hanc stipulationem usurarum ad me pertinere. respondi: omnia haec hereditatis appellatione 25 continentur: quantum enim quod<sup>2</sup> ad hoc refert, inter haec ceteraque, quae sub condicione sunt promissa aut in annos singulos uel menses, nihil interest. sane pro fructu rei, quae hereditate continetur, haec cedunt, nec fructus fideicommissarium sequitur, si mora non intercessit. sed quia non ut heres fideicommissum, ut sic dixerim, suppleat postulet, set qualis nunc est hereditas, desideret restitui sibi, nequaquam id debet heres recusare: nam 30 et quodammodo in partem hereditatis senatus recipi uoluit fideicommissarium et haberi heredis loco, pro qua parte ei restituta esset hereditas. sed cum hereditarios nummos F(WDEQICK)

<sup>1</sup> agenti del.    <sup>2</sup> quod del.

1 de hoc solo] scripsi, loco solo FE, solo DIC, solui K?, om. inter alia W | proportio F  
2 adcreuit: sed ne hanc quidem necessariam esse] sic dedi ad Tipucitum, adcreuit WDEICK, ad F 8 l. 45 (scilicet secundum uersionem Anonymi) citat scholium ad B. 60, 3. 15 (5, 278 Heimb.): ἔγνωσ ἐν ΒΙΒ. ΛΕ' ΤΙΤ. κεφ. με', ὅτι ὁ κληρονόμος τὰ ἐκ τῆς κληρονομίας ἀγῶν κερδαθῆντα δίδωσι τῷ φιδεικομισσαρίῳ, οὗ μὴν τὰ δι' αὐτὸν (ἀγῆν cod.). praeterea principium laudat Tipucitus ad l. 27 § 1 h. t. sic: κεφ. με', οὗ ἢ ἀρχῆ· ὁ ἀζιοῦμενος τὸ περιερχόμενον, item suo loco inter l. 44 et 46 argumētum proponit ita: καὶ ποῖα καταφέρονται sic τὴν τῆς κληρονομίας ἀπαίτησιν. numeri Graecorum, qui uulgares Florentinae accommodati ad l. certe 37 unione tantum superant (s. p. 226. 231), postea autem, certe inde a l. 57, huius, hiatus confirmant. confirmat eundem huiusque similem in hoc titulo extremo admissum condicio eorum quae proxime praecedunt admodum mendosa: utroque loco exemplar euani-

dum fuisse apparet, ut librarius primum in describendo haereret, deinde plane desisteret. uterque locus cum separatur Florentini libri foliis octo et paullo plus, duo hiatus ita sibi respondent, ut prior incidat in quaternionis archetypi paginam primam, posterior in eiusdem quaternionis paginam postremam 7 morem F 9 ferre F 14 is] n'is F 16 decesserit F 18 et aere] aetere F 21 ex mortis die] E, ex die mortis D<sup>2</sup>I<sup>2</sup>, ex mortis de F<sup>2</sup>, ex mortis F<sup>2</sup>W, mortis die C, ex moris E<sup>2</sup>I<sup>2</sup>, ex moris id Q (in marg. sic P[isis]), ex mortis tempore K, om. D<sup>2</sup> 25 hec hereditatis F<sup>2</sup>, ea ereditatis F<sup>2</sup> 26 inter haec F<sup>2</sup> | ceteraque quae] WDEICK, cetera quae FQ, et ea quae tamquam lectionem Pisanam offert in margine E<sup>2</sup> 32 sed cum hereditarios] pro sed expectes sane, nisi excidit ante sed cum tale quid: itaque quos nummos fenerauit testator agrosque locauit, eorum usuras mercedesque non recte sibi soli heres retinebit: similia proponunt etiam Graeci: καὶ τὰῦτα μὲν περὶ

faeneravit aut ex fundis fructus percepit, nihil eo nomine praestat ei, cui hereditas per fideicommissum relicta est, si non intercessit mora, scilicet quia suo periculo faeneravit colendoue fundo uel in cogendis fructibus insumpsit operam: nec aequum erat alterius, ut sic dixerim, procuratorem constitui. nullum autem impendium uel opera intercedit heredis, cum his modis, de quibus est quaesitum, augmentum hereditas recepit.

- 47 (45) **MODESTINUS** libro singulari de heurematicis. Qui totam hereditatem restitueret rogatus quartam retinere non uult fidumque obsequium defuncti precibus praebere desiderat, sua sponte adire debet hereditatem, quasi ex Trebelliano eam restitutus. suaserim tamen, suspectam potius dicat hereditatem coactusque a praetore restituat: hoc enim casu ex ipso Trebelliano restituere uidetur expositoque hereditario metu uniuersas actiones in eum transfert, qui recepit hereditatem.
- 48 (46) **IAUOLENUS** libro undecimo epistularum. Seius Saturninus archigubernus ex classe Britannica testamento fiduciarium reliquit heredem Ualerium Maximum trierarchum, a quo petit, ut filio suo Seio Oceano, cum ad annos sedecim peruenisset, hereditatem restitueret. Seius Oceanus antequam impleteret annos, defunctus est: nunc Mallius Seneca, qui se auunculum Seii Oceani dicit, proximitatis nomine haec bona petit, Maximum autem trierarchus || sibi ea uindicat ideo, quia defunctus est is cui restituere iussus erat. quaero ergo utrum haec bona ad Ualerium Maximum trierarchum heredem fiduciarium pertineant an ad Mallium Senecam, qui se pueri defuncti auunculum esse dicit. respondi: si Seius Oceanus, cui fideicommissa hereditas ex testamento Seii Saturnini, cum annos sedecim haberet, a Ualerio Maximo fiduciario herede restitui debeat, priusquam praefinitum tempus aetatis impleteret, decessit, fiduciaria hereditas ad eum pertinet, ad quem cetera bona Oceani pertinuerint, quoniam dies fideicommissi uiuo Oceano cessit, scilicet si prorogando tempus solutionis tutelam magis heredi fiduciario permississe, quam incertum diem fideicommissi constituisse uideatur.
- 49 (47) **POMPONIUS** libro primo uariarum lectionum. Si heredi eius, cui natura debuerit, aliquis soluerit, ei, cui fideicommissa hereditas relicta sit, id reddendum.
- 50 (48) **PAULUS** libro quarto decimo responsorum. Paulus respondit: si certa portio hereditatis alicui relicta proponitur et is res hereditarias quasdam furatus sit, in his rebus, quas subtraxit, denegari ei petitionem oportere recte respondetur.
- 51 (49) **PAPINIANUS** libro tertio quaestionum. Cum hereditas ex Trebelliano senatus consulto restituitur, si res urgeat et metus erit, ne per absentiam forte fideicommissarii dies actionis exeat, heres iudicium suscipere cogitur. Similique modo filio de possessione contra tabulas deliberante scriptus heres a creditoribus hereditariis conuenitur.
- 52 (50) **IDEM** libro undecimo quaestionum. Imperator Hadrianus, cum Uiuio Cerealis filio suo Uiuio Simonidi, si in potestate sua esse desisset, hereditatem restituere rogatus esset ac multa in fraudem fideicommissi fieri probaretur, restitui hereditatem filio iussit ita, ne quid ea pecunia, quamdiu filius eius uiueret, iuris haberet. nam quia cautiones non poterant interponi conseruata patria potestate, damnum condicionis propter fraudem

<sup>1</sup> filio] illico?      <sup>2</sup> in *ins.* (u. i.)

ὦν ὁ διαθέμενος ἐπερώτησε τόκων ἢ ἀγροῦς ἐγεώργησεν. εἰ γὰρ αὐτός ὁ κληρονόμος ἐδά-  
νευσεν ἢ ἐγεώργησεν κ. τ. λ. *B* (*Syn.*) 1 fae-  
narau'erit *F*<sup>2</sup> 2 quia] *WDE* (*arg.* Pi[sis]  
qua) *I*, quia ea *K*, quam *C*, qua *F*: ἐπειδὴ  
ἰδίῳ κινδύνῳ δανεῖζει καὶ δαπανᾷ περὶ τὴν  
γεωργίαν *B* (*Syn.*) 3 aerat *F* 4 dixerix *F*  
5 hereditas] *scripsi*, heredis *FCK*, heres  
*WDEI* 6 eurematicis *F* 7 fidumquem *F* |  
precibus *F* 9 restituat hoc enim sua ex  
ipso trebelliano restituit hoc enim (*uncinis*  
*deletoriis postea erasis*) *F* 11 transfert] *WDE*  
(*arg.* al. transferri) *IK*, transferri *F*<sup>2</sup>, trans-

ferri *F*<sup>2</sup>, transferre *C*, *inc. C*<sup>2</sup> 12 sicius *F* |  
archigubernus *F* 13 britanica *F* | fiduciarium  
*FWCK*? 15 seeius *F* 17 cui] qui *F* 20 seii]  
siei'i *F*<sup>2</sup> 22 hoceani *F* 27 ei cui] ei qui *F*  
29 aliqui *F* 33 exeat *F* | suscipere *F* 35 ui-  
uius] uius *F* 36 simonid'es i in potestate  
*F*<sup>2</sup> | dedisset *F*<sup>2</sup> 37 restitui hereditatem *seq.*  
ἀναγκάζεται ἀποκαταστήσαι ἐφ' ᾧ μὴ ἔχειν ἐν  
αὐτῷ μετουσίαν, ἐφ' ὅσον τῆ ὁ γίος *B* (*Tip.*),  
ἀναγκάζεται καὶ ὑπερσοῦσι ὄντι τὴν κληρονο-  
μίαν ἀποκαταστήσαι καὶ μηδὲν ἔχειν ἐπ' αὐτὴν  
δικαίον, ἐφ' ὅσον ὁ γίος περιέσσι *B* (*Syn.*)  
38 ea] *FE*<sup>2</sup>, in ea *WDEIC*, *om. inter alia K*

infixit. post decreti autem auctoritatem in ea hereditate<sup>1</sup> filio militi comparari debuit, si res a possessoribus peti uel etiam cum debitoribus agi oporteret. sed paternae reuerentiae congruum est egenti forte patri officio iudicis ex accessionibus hereditariis emolumentum praestari.

- (51) IDEM libro septimo decimo quaestionum. Cum heres deductis legatis hereditatem per fideicommissum restituere rogatur, non placet ea legata deduci, quae peti non poterant. sed cum uxori pro parte heredi scriptae dos praelegatur eaque deductis legatis hereditatem restituere rogatur: etiamsi quarta, quam per legem Falcidiam retinet, tantum efficiat, quantum in dote est, tamen pro sua portione dotis praelegatae partem deducit. cum enim utrumque<sup>2</sup> consequitur, nihil interest inter hanc mulierem et quemuis alium creditorem heredem institutum et hereditatem restituere rogatum. idem probatur et si non deductis legatis fideicommissum ab ea relictum sit.
- (52) IDEM libro nono decimo quaestionum. Si res aliena Titio legata fuerit isque domino rei herede instituto petierit, ut hereditatem Maeuio restituit, Maeuius legatum inutiliter petet: non enim poterit consequi, quod ad institutum, id est rei dominum peruenire non poterat. Seruus ab altero ex heredibus libertatem, ab altero fideicommissum hereditatis accepit. si neuter adire uelit, nullae praetoris partes erunt, quia neque propter solam libertatem compellitur adire<sup>3</sup> neque is, a quo libertas data non est, propter eum, qui nondum liber est, ut adeat, compellitur: et senatus consulto locus est, cum ab omnibus directa, uel fideicommissa libertas ab eo datur a quo hereditas quoque relinquitur. sed si forte is, a quo libertas data est, portionem suam repudiauit uel condicione exclusus est, cum portio eius ad alterum peruenerit, defendi poterit adire cogendum: quid enim interest, quo iure debitor libertatis et hereditatis idem esse coeperit?
- (53) IDEM libro uicensimo quaestionum. Non est cogendus heres suspectam adire hereditatem ab eo, cui libertas a legatario, hereditas ab herede relicta est, cum status hominis ex legato pendeat et nemo se cogatur adstringere hereditariis actionibus propter legatum. quid enim, si inter moras non manumittente legatario seruus decesserit? si autem uiuo testatore legatarius decesserit, benigne respondetur cogendum adire, cum in ipsius sit potestate manumisso restituere hereditatem.
- (54) IDEM libro nono decimo quaestionum. Titius rogatus est, quod ex hereditate superfuisset, Maeuio restituere. quod medio tempore alienatum uel deminutum est, ita quandoque peti non poterit, si non interueniendi fideicommissi gratia tale aliquid factum probetur: uerbis enim fideicommissi bonam fidem inesse constat. diuus autem Marcus cum de fideicommissaria hereditate cognosceret, his uerbis: 'quidquid ex hereditate mea superfuerit, rogo restituas' et uiri boni arbitrium inesse credidit: iudicauit enim erogationes, quae ex hereditate factae dicebantur, non ad solam fideicommissi deminutionem pertinere, sed pro rata patrimonii, quod heres proprium habuit, distribui oportere. quod mihi uidetur non tantum aequitatis ratione, uerum exemplo quoque motus fecisse. cum enim de conferendis bonis fratribus ab emancipato filio quaereretur, praecipuum autem, quod in castris fuerat acquisitum militi, relinqui placeret, consultus imperator sumptus, quos miles fecerat, non ex eo tantummodo patrimonio, quod munus collationis pati debuit, sed pro rata etiam caestrensis pecuniae decedere oportere constituit. propter huiusmodi tractatus Maeuius

<sup>1</sup> filius *ins.*    <sup>2</sup> utrumque?    <sup>3</sup> is a quo libertas data est *ins.*

2 peti] *DEICK*, ueti *FW* 8 quartam *F* 9 quantam *F* (*em. f.*) 15 pete't *F*<sup>2</sup> 19 locus] tunc locus *WDEQICK* 25 adire 'heres' hereditatem *F*<sup>2</sup> | cui] qui *F* | ab] ad *F* 28 responditur *F*<sup>2</sup> 33 cum] *fDEICK*, *om. F* 34 ex hereditate'm cognosceret his uerbis quid (quidquid *f*) ex hereditate' mea *F*<sup>2</sup> 35 rogo (hoc *ins. K*) restituas et] *DE*<sup>2</sup> (*laudans Pisanam*) *K*, rogare t' his uerbis quidquid' stituas et *F*<sup>2</sup>, rogatus ticius et (*et om. F*) *WI*,

rogatus fuerit ticius *C*, rogo restituas rogatus titius *E*<sup>2</sup>, rogo restitui as *Q* 36 ex] *WDEQIK*, de *C*, *om. F* 39 praecipuum] *FI* (*supra u. uel precum*) *C*, p'icipium *K*, peculium *WDE* 40 place'ri't *F*<sup>2</sup> 42 caestrensis i's *F*<sup>2</sup> | decedere oportere] *FDE* (*significans in marg. ita habere Pisanam*) *K*, debere imputare *WI* et in *marginis*, sed *deletum*, *E*<sup>2</sup>, debere oportere *C*

fideicommissi nomine cautionem exigere debet: quod eo pertinet, non ut ex stipulatione petatur, quod ex fideicommissis peti non poterit, sed ut habeat fideiussores eius quantitatis, quam ex fideicommissis petere potuit.

- 57 (55) IDEM libro uicensimo quaestionum. Si patroni filius extrario restituerit ex B. 35, 11, 52 P Trebelliano hereditatem, operarum actio, quae transferri non potuit, apud heredem manebit, nec ei nocebit exceptio, cum eadem prodesse non posset ei qui fideicommissum accepit, et generatim ita respondendum est non summoueri heredem neque liberari ex his causis,
- 1 quae non pertinent ad restitutionem. Imperator Titus Antoninus rescripsit cf. l. 32 § 1 h. t. in tempus directo data libertate non esse repraesentandam hereditatis restitutionem, quando
  - 2 persona non est, cui restitui potest. Qui fideicommissam hereditatem ex Trebelliano, cum suspecta diceretur, totam recepit, si ipse quoque rogatus sit alii restituere, totum restituere cogetur. et erit in hac quoque restitutione Trebelliano locus: quartam enim Falcidiae iure fideicommissarius retinere non potuit<sup>1</sup>. nec ad rem pertinet, quod, nisi prior, ut adiretur hereditas, desiderasset, fideicommissum secundo loco datum intercidisset: cum enim semel adita est hereditas, omnis defuncti uoluntas rata constituitur. non est contrarium, quod legata cetera non ultra dodrantem praestat: aliud est enim ex persona heredis conueniri, aliud proprio nomine defuncti precibus adstringi. secundum quae potest dici non esse priore tantum desiderante cogendum institutum adire, ubi nulla portio remansura sit apud eum, utique si confestim uel post tempus cum fructibus rogatus est reddere: sed et si sine fructibus rogatus est reddere, non erit idonea quantitas ad inferendam adeundi necessitatem. nec ad rem pertinebit, si prior etiam libertatem accepit: ut enim pecuniam, ita nec libertatem ad cogendum institutum accepisse satis est. quod si prior recusauerit, placuit, ut recta uia secundus possit postulare, ut heres adeat et sibi restituat. Quid ergo, si non alii, sed ipsi heredi rogatus sit restituere? quia non debet eidem quandoque quarta reddi quam perdidit, propter huius portionis retentionem erit audiendus. sed nec illud translaticie omittendum est instituto, qui coactus est adire, fideicommissi petitionem denegandam esse: cur enim non uideatur indignus, ut qui destituit supremas defuncti preces consequatur aliquid ex uoluntate? quod fortius probabitur, si post impletam condicionem coactus est adire. nam si pendente condicione, durum erit idem probare, cum et Falcidiam paenitendo potuit inducere: nec ignoro posse dici nullo modo fideicommissi petitionem denegandam ei qui. iura sepulchrorum adquiri insequuntur<sup>2</sup>, adeo senatus nihil apud eum ex ea parte, quam derelinquit, uoluit relinquere, ut nec Falcidiam exercere possit nec praecipio apud eum relinquantur nec substitutio quoque secundarum tabularum ita facta: 'quis
  - 4 'quis mihi heres erit, filio meo heres esto' eidem daretur. Cui Titiana hereditas ex Trebelliano senatus consulto restituta est, Maecianam hereditatem, quam Titius defunctus ex Trebelliano Sempronio restituere debuit, et ipse restituere poterit sic ut alius quilibet successor. Actiones temporariae Trebelliani solent esse euicta hereditate ab eo, qui, postquam fideicommissam restituit hereditatem, uictus est, scilicet ante restitutionem lite cum eo contestata: potestas enim euictionis tollit intellectum restitutionis indebito fideicommissum constituto. plane si fideicommissum ab eo quoque qui postea uicit relictum est: quia possessor in ratione reddendae hereditatis partem, quam fideicommissario restituit, heredi reputat, defendi potest actiones Trebelliani durare.

- 58 (56) IDEM libro septimo responsorum. Filiam fratribus certis rebus acceptis hereditatem restituere pater uoluit: ante restitutam hereditatem in possessionem hereditatis filiam quoque mitti placuit. cum autem interea filii res bonorum in solidum distraxissent B. 35, 11, 53 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> poterit? <sup>2</sup> tale quid fuit: ei qui [tempore ad paenitentiam uenit. ceterum si heres quantum in se est uoluntatem defuncti destituit, etsi] iura sepulchrorum ad[euntem] sequuntur (cf. l. 43 § 1 h. t.)

8 titius F 10 cui] qui F 17 precipibus F 23 secundum F<sup>1</sup> | here F (suppl. f) 28 fortius F<sup>2</sup> 30 penitendo F 31 ei qui iura sepulchrorum (sepulchrorum F) adquiri insequuntur FWE<sup>2</sup>QI<sup>2</sup>, eis qui iura sep. adquiruntur C, ei qui (quid K) iura sep. adquiruntur DE<sup>2</sup>PK 44 uoluit ante] uoluntate F<sup>1</sup>

item alias pignori dedissent, hereditate postea restituta constitit ex eo facto ceterarum quoque portionum uenditiones, item pignora confirmari.

- 57) IDEM libro octauo responsorum. Heredes mei quidquid ad eos ex hereditate bonis meis peruenerit, id omne post mortem suam restituant patriae meae coloniae Beneuentanorum: nihil de fructibus pendente condicione perceptis petitum uideri constitit. 5
- 1 Cum ita fuerat scriptum: fidei filiorum meorum || committo, ut, si quis eorum sine liberis prior diem suum obierit, partem suam superstiti fratri restituat: quod si uterque sine liberis diem suum obierit, omnem hereditatem ad neptem meam Claudiam perueneri uolo: defuncto altero superstiti filio, nonissimo autem sine liberis neptis prima quidem facie propter condicionis uerba non admitti uidebatur: sed cum in fideicommissis uoluntatem spectari conueniat, absurdum esse respondi cessante prima substitutione partis nepti petitionem denegari, quam totum habere uoluit auus, si nouissimus fratris quoque portionem suscepisset. Peto de te, uxor carissima, uti cum morieris hereditatem meam restituas filiis meis uel uni eorum uel nepotibus meis uel<sup>1</sup> cui uolueris uel cognatis meis si<sup>2</sup> cui uoles ex tota cognatione mea. inter filios respondi substitutionem fideicommissi factam uideri, 15 circa nepotes autem et ceteros cognatos facultatem eligendi datam: ex ceteris autem cognatis, si nepotes superessent, non recte mulierem electuram propter gradus fideicommissi<sup>3</sup> praescriptos: deficiente uero gradu nepotum ex cognatis quam uelit personam eligi posse. 19
- 8) IDEM libro nono responsorum. Deducta parte quarta restituere rogatus hereditatem, prius quam restitueret, hereditario debitori heres extitit. quoniam actio eo confusa per Trebellianum redintegrari non potest, pecuniae quoque debitae dodrinas ex causa fideicommissi petetur. sed in eum diem, quo actio confusa est, usurae praeteriti temporis, quae in obligatione uel in officio iudicis fuerunt, computabuntur: posterioris ita demum, si mora fideicommissi facta sit. Cum hereditas ex causa fideicommissi in tempus restituenda est, non idcirco nominum periculum ad heredem pertinebit, quod heres a quibusdam pecuniam exegerit. Qui post tempus hereditatem restituere rogatur, usuras a debitoribus hereditariis perceptas, quarum dies post mortem creditoris cessit, restituere non cogitur: quibus non exactis omnium usurarum actio (nam hereditaria stipulatio fuit) ex Trebelliano transferetur, et ideo nec indebiti repetitio erit. ac similiter hereditario creditori si medii temporis non soluantur usurae, fideicommissarium in his quoque Trebellianum tenebit nec ideo querellae locus erit, quod de fructibus heres, quos iure suo percipiebat, faenus non soluerit. quod si faenus heres medii temporis soluerit, eo nomine non erit retentio, cum proprium negotium gessit, quippe sortem reddere creditori coactus fideicommissario nihil 3 usurarum medii temporis imputabit. Acceptis centum hereditatem rogatus restituere totam pecuniam iure Falcidiae percipere uidetur, et ita diui Hadriani rescriptum intellectum est, tamquam si ex bonis nummos retenturus fuisset. quod tunc quoque respondendum est, cum pro parte hereditatem coheredi suo restituere rogatur. diuersa causa est praediorum pro hereditaria parte retentorum: quippe pecunia omnis de portione retineri potest, praediorum autem alia portio non nisi a coherede, qui dominium habet, accipitur. cum autem 40
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> uel] *idem Graeci* (ἢ ᾧ ΤΙΝΙ ΒΟΥΛΗΘῆ ἢ ΤῶΝ ΣΥΓΓΕΝῶΝ ΜΟΥ ᾧ ΤΙΝΙ ΘΕΛΕΙ): *del.* (u. i.) <sup>2</sup> cognatis meis si *del.* <sup>3</sup> fideicommissi?

1 ex<sup>1</sup> F<sup>4</sup> 4 restituant<sup>1</sup> F<sup>4</sup> 5 beneuentanorum F 8 meam claudiam perueneri uolo defuncto bis F<sup>2</sup> 11 ab<sup>1</sup> d<sup>1</sup> surdum F<sup>2</sup>, ad fundum W 13 clarissima F 14 uel cui] cui WDE (sed omissis item u. nepotibus meis) IK, om. inter alia C 15 substitutionem F 16 et ceteros] W<sup>1</sup>CK, ceteros F, ceterosque DE, et F 18 cognatus F<sup>2</sup> 21 actio eo] FE, actiones K, actio WDQIC 23 petatur F<sup>2</sup> 25 fideicommissi F 27 rogatur usuras] E<sup>2</sup>, rogatur usuras F, rogatur (cogatur K) is

usuras DE<sup>1</sup>IK, rogatus usuras (usura C) QC 29 exactis quibus omnium F<sup>2</sup> 30 indebiti repetitio] E<sup>2</sup>, indebitus repetitio F, indebiti petitio DI<sup>1</sup>CK, indebite petitio W, indebitio petitio E<sup>2</sup>, indebita petitio I<sup>2</sup> 32 percipiebat F 35 imputabim F | accepit<sup>1</sup>is F<sup>2</sup> | centum bis F<sup>2</sup> (in margine est x): περί τοῦ κελεγεθέντος λαβεῖν ἑκατὸν νομίσματα καὶ ἀποκαταστήσαι τὴν κληρονομίαν B (Tip.) 37 nummo F | quod F<sup>2</sup> 38 diuersa<sup>1</sup>e<sup>1</sup> F<sup>2</sup>

- praedia maioris pretii quam portio hereditatis essent, in superfluo praediorum petenti fideicommissario Falcidiam interuenire uisum est: concurrentem enim pecuniam compensari placuit. ¶ Hereditatem post mortem suam exceptis rebus restituere rogatus ancillarum 4 partus non retinebit nec fetus pecorum, qui summissi gregem retinent. Ante diem fideicommissi cedentem fructus et usurae, quas debitores hereditarii cum postea accesset<sup>1</sup> dies soluerunt, item mercedes praediorum ab herede perceptae portioni quadrantis imputabuntur. 6 Cum autem post mortem suam rogatus hereditatem restituere res hereditarias distrahere non cogatur heres, sortium, quae de pretiis earum redigi potuerunt, usurae propter usum medii temporis perceptae non uidebuntur: denique nec periculum mancipiorum aut urbanorum praediorum praestare cogitur: sed nihilo minus usus et casus eorum quadrantem 7 quoque deminuit. Quod ex hereditate superfuisset, cum moreretur, restituere rogatus fructus superfluos restituere non uidetur rogatus, cum ea uerba deminutionem quidem hereditatis 8 admittant, fructuum autem additamentum non recipiant. Heres eius, qui bonorum superfluum post mortem suam restituere fuerat rogatus, pignori res hereditarias datas, si non in fraudem id factum sit, liberare non cogitur.
- 61 (59) PAULUS libro quarto quaestionum. Debitor sub pignore creditorem heredem [B. 85, 11, 56] instituit eumque rogauit restituere hereditatem filiae suae, id est testatoris: cum nollet adire ut suspectam, coactus iussu praetoris adit et restituit: cum emptorem pignoris non inueniret, desiderabat permitti sibi iure domini id possidere. respondi: aditione quidem hereditatis confusa obligatio est: uideamus autem, ne et pignus liberatum sit sublata naturali obligatione. atquin sine possidet creditor actor idemque heres rem siue non possidet, uideamus de effectu rei. et si possidet, nulla actione a fideicommissario conueniri potest, neque pigneraticia, quoniam hereditaria est actio, neque fideicommissum, quasi minus restituerit, recte petetur: quod eueniret, si nullum pignus intercessisset: possidet enim eam rem quasi creditor. sed et si fideicommissarius rem teneat, et hic Seruiana actio tenebit: uerum est enim non esse solutam pecuniam, quemadmodum dicimus, cum amissa est actio propter exceptionem. igitur non tantum retentio, sed etiam petitio pignoris nomine competit et soluta non repetetur. remanet ergo propter pignus naturalis obligatio. in re autem integra non putarem compellendum adire, nisi prius de indemnitate esset ei cautum uel soluta pecunia esset: nam et cum de lucro heres scriptus a sit<sup>2</sup>, quod forte legatum accepit, si heres non extitisset, responsum est non esse cogendum adire nisi legato praestito. ubi quidem potuit dici nec cogendum esse heredem adire quodammodo contra uoluntatem defuncti, qui legando heredi, si non adisset, in ipsius uoluntate posuit aditionem: 1 sed cum testator alterutrum dederit, nos utrumque ei praestamus. Ea quae dotem dabat pacta erat cum marito, ut mortua se in matrimonio dotis pars matri eius redderetur, nec eo nomine stipulatio a matre interposita est: moriens deinde matrem et maritum suum heredem fecerat et a matre petierat, ut hereditatem Titio restitueret: ¶ iudex addictus de hereditate diuidenda partem dotis quasi ex utili pacto pro parte<sup>3</sup> matri adiudicauerat: quaerebatur, an et ea portio ex causa fideicommissi praestanda sit. quam non esse restituendam puto, quia non quasi heres, sed quasi mater ex pacto accepit nec occasione hereditatis, sed errore ex pacto eam habuit.
- 62 (60) IDEM libro undecimo quaestionum. Patronus ex debita portione heres in [B. 85, 11, 57] stitutus sextam partem restituere rogatus restituit: non transeunt ex Trebelliano actiones, quoniam non fuit debitum quod restituit, et ideo si per errorem fecit, etiam repetetur.

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> cum praeterisset?    <sup>2</sup> scriptus a sit] sollicitus sit?    <sup>3</sup> pro parte del.

2 cumcurrentem F 4 summissi F 5 hereditarii F<sup>1</sup> | postea accesset] F, postea accessisset f (m. s. XV) 6 ab] ad F 10 nihilo F 11 moraretur F 13 admittunt fructum F 21 actor idemque] FE<sup>1</sup>, idemque actor Q, idemque WDEQICK 25 et hic F<sup>1</sup>

28 remanet F<sup>2</sup> | in re F<sup>2</sup> 30 a sit] F, absit f, adsit WDEIC, assit Q, asserit K 33 si non F<sup>2</sup> 36 matrem et maritum suum heredem fecerat et a bis F<sup>2</sup> 38 diuidenda F<sup>2</sup> 39 an om. F<sup>2</sup> 42 heres F<sup>1</sup> 43 trebellianum F 44 restituit F<sup>1</sup>, restitui in F<sup>2</sup>

- 3 (61) **IDEM** libro quarto decimo responsorum. Paulus respondit his uerbis: 'Sem- B. 35, 11, 58 <sup>P</sup>  
'proni, heredem te non scripsi festinas per infirmitatem: ideoque ei dari uolo tantum,  
'quantum pro uncia hereditatis competeret' uideri quidem magis quantitate, quam por-  
tionem hereditatis relictam, sed sic accipiendum, uti uideatur de uncia etiam restituenda  
sensisse. <sup>5</sup>
- 4 (62) **SCAEUOLA** libro quarto responsorum. A filia petit, ut, si liberis superstiti- B. 35, 11, 59 <sup>P</sup>  
bus moreretur, partem eius quod ad eam ex bonis patris peruenisset, quod si sine liberis,  
uniuersum fratri restitueret: quaeritur, defuncta ea in matrimonio superstita filia, an heres  
eius cum parte hereditatis eius quoque quod dotis nomine datum erat partem restituere  
debeat. respondit id, quod in dotem fuisset, non contineri in partem hereditatis quae re- <sup>10</sup>  
stituenda est: sed et si ex promissione dotis aliquid debitum fuit, aeris alieni loco habendum.
- 1 **Alumno** certam pecuniam legauit et eam recipi a Sempronio mandauit et certas usuras  
alumno praestari, donec ad uicensimum annum perueniret: deinde alumni fidei commisit,  
ut, si sine liberis decederet, partem restitueret Sempronio, partem Septiciae. quaesitum <sup>15</sup>  
est defuncto alumno intra annum uicensimum, an substituti fideicommissum petere pos-  
sint an uero in id tempus sustinere, quo, si uiueret, alumnus uicensimum annum impleret.  
respondi secundum ea quae proponerentur posse.
- 5 (63) **GAIUS** libro secundo fideicommissorum. Facta in fideicommissarium resti- B. 35, 11, 60 <sup>P</sup>  
tutione statim omnes res in bonis fiunt eius, cui restituta est hereditas, etsi nondum earum  
1 **nactus** fuerit possessionem. Si is<sup>1</sup> qui hereditatem sibi reddi ab herede stipulatus sit <sup>20</sup>  
eique<sup>2</sup> ex stipulatu agenti restituta fuerit hereditas, constat nihilo minus transferri actiones.  
hoc ita est, si is cum quo actum sit restituat hereditatem: si uero ob id quod non resti-  
tuerit aestimatione hereditatis condemnatus fuerit, remanent actiones hereditariae apud  
2 **eum** qui condemnatus sit, actor autem quantitatem consequitur. Si heres scriptus resti-  
tuerit hereditatem et postea de hereditate controuersiam passus uictus sit aut lite cesserit, <sup>25</sup>  
3 **durare** actiones constitit in fideicommissarium semel translatas. Si quis maiorem partem  
restituerit quam rogatus est, in eam partem quae excedit non transferuntur actiones. sed  
cum praecepta aliqua re aut summa rogatus sit heres restituere et omnia retentione  
4 **totam** hereditatem restituerit, recte dicitur transferri actiones. Si heres ante restitutam  
hereditatem seruum hereditarium heredem ab aliquo institutum iusserit adire hereditatem, <sup>30</sup>  
5 **negat** Iulianus debere hanc hereditatem restitui, quia de ea rogatus non cf. Iul. l. 28 § 1 h. t.  
esset: et hoc est fatendum. requirendum tamen et illud est, num cum ¶ incremento resti- <sup>f. 128'</sup>  
tuere heres rogatus sit hereditatem: si enim hoc fuerit subsecutum, etiam eam hereditatem  
restituere cogitur, nisi euidentissimis probationibus fuerit ab herede adprobatum contem-  
6 **platione** sui seruum esse heredem institutum. Rescripto diui Antonini significatur, ut, si <sup>35</sup>  
7 **quis** accepta a Titio pecunia, quae quartam hereditatis continet, rogatus sit ei restituere  
hereditatem, licet tardius detur pecunia, sine usuris eam dari debere, quia quanto tardius  
quisque pecuniam dat, tanto tardius ad fideicommissum peruenit et medii temporis fructus  
perdit. quamobrem si ante datam pecuniam tenuerit hereditatem, fructus quos percepit  
8 **restituere** heredi eum oportere. Idem iuris est et si quis ita heredis fidei commisserit: <sup>40</sup>  
9 **rogo**, si Titius tibi centum dederit, restituas ei hereditatem meam'. Si sub condicione  
heres institutus sit qui suspectam sibi hereditatem esse dicit, si neque difficultatem neque  
turpitudinem ullam habet condicio nec impendium aliquid, iubendus est parere condicione  
et adire et ita restituere: si uero turpis aut difficilis sit condicio, aperte iniquum est cogi  
**F(WDEQICK)**

<sup>1</sup> is del.    <sup>2</sup> que del.

2 festinas F | in'de'firmitatem F<sup>4</sup> 3 pro-  
u'ncia F<sup>2</sup> 4 uti] IC, uni F, ut WDEQK  
7 quod ad] WDE'ICK cum B (Tip.): τὸ μέρος  
τῶν εἰς αὐτὴν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐλαθόντων, quod  
ea F<sup>1</sup>, quae ad F<sup>2</sup>E<sup>4</sup> 8 ma' o'rimonio F<sup>4</sup>  
9 datum erat um erat partem F 11 h'aeris F<sup>4</sup>

12 al'umno F<sup>2</sup> 32 num cum] F, num si cum  
WDIK, num si ei cum E (marg. hoc si non  
est Pi[sis]), nūs cum C 33 heres] D, hes F,  
om. WEICK | si enim] enim F, et WDE'ICK,  
nam E<sup>4</sup> 43 impendium] FDE<sup>4</sup>I cum B, im-  
pedimentum WE'CK 44 aparte F<sup>4</sup>



eum explere eam alterius gratia. sed et remitti eam ab initio<sup>1</sup> uisum est: plus enim tribui a praetore ei qui fideicommissum petit, quam testator uoluit, absurdum est: utique autem testator, nisi expleta sit condicio, neque scriptum heredem ad hereditatem uocauit neque per hunc illi uoluit restitui hereditatem. Si dandae pecuniae condicio adscripta est heredi, debet ei offerre pecuniam is qui poscit fideicommissum, ut hereditatem impleta condicione possit adire et restituere. Quod si condicio adscripta est et ea est, quam praetor remittit, sufficit edictum, ut Iulianus ait: haec tenus iubendus est, ut constituat praetoris actionibus uti aut petat bonorum possessionem secundum tabulas, ut ita nactus actiones tunc restituta hereditate transferat eas ex senatus consulto. Si uero nominis ferendi condicio est, quam praetor exigit, recte quidem facturus uidetur, si eam expleuerit: nihil enim male est honesti hominis nomen adsumere, nec enim in famosis et turpibus nominibus hanc conditionem exigit praetor. sed tamen si recuset nomen ferre, remittenda est ei condicio, ut Iulianus ait, et permittendae utiles actiones, aut bonorum possessionem secundum tabulas danda est, uti nactus actiones transferat eas ex senatus consulto. Si cum suspectam uideret<sup>2</sup>, hereditatem postulante me iussu praetoris adieris et restitueris mihi, ita utar legis Falcidiae beneficio aduersus legatarios, si tu quoque ea lege uti poteras et quatenus uti poteras: nam si quid praeterea a me alicui per fideicommissum relictum sit, id quasi a legatario relictum non uenit in computationem eius legis, sed extrinsecus numeratur. Si Titius rogatus sit hereditatem Maecio restituere, Maecius Seio certam pecuniam, et Titius quartae retinendae beneficio aduersus Maecium usus fuerit: Neratius scribit Maecium quoque Seio eo minus aequum esse praestare, ne ipse de suo damnum sentiat. Iulianus ait, si heres institutus Titio rogatus sit restituere, substitutus Maecio et institutus suspectam sibi hereditatem esse dicat, desiderante Titio iubendum eum adire et restituere. Si quis bonorum possessoris fidei commiserit de hereditate restituenda et is passus fuerit diem bonorum possessionis agnoscendae transire aut per hoc tempus, quo is<sup>3</sup>, cui restitui debet hereditas, aliqua ex causa non potuit adire praetorem et postulare, ut petita bonorum possessione restituitur sibi hereditas, succurri ei debet, id est ut restituatur tempus bonorum possessionis admittendae exhibendi fideicommissi gratia. Admonendi autem sumus, si is, qui soluendo non sit, Titio herede instituto seruum liberum esse iusserit et rogauerit Titium hereditatem eidem restituere, uix esse, ut Titius recusans adire hereditatem cogatur. nam licet desiderante seruo Titius adierit hereditatem, non tamen potest libertas seruo competere quasi in fraudem creditorum data, licet Titius locuples sit: qua de causa nec hereditas ei restitui potest. sed ex sententia legis dicendum est perinde habendum, ac si is seruus solus liber et heres scriptus esset nec Titius heres esset.

66 (64) MAECIANUS libro quarto fideicommissorum. Si eius pupilli, cui sine tutoris auctoritate pecunia credita erat, restituta ex eo senatus consulto mihi fuerit hereditas, si soluam creditori, non repetam: adquin heres si post restitutionem soluat, repetet: non ob aliud, quam quod ab eo in me naturalis obligatio translata intellegitur. et si eius mihi restituta sit hereditas, qui pupillo sine tutoris auctoritate crediderit, si soluerit mihi pupillus, non repetet: at si heredi soluerit, repetet, non repetiturus, si ante restitutionem soluisset. Si necessarij heredes sub condicione quamuis leuissima heredes sint instituti, cui parere solent<sup>4</sup>, dicendum est cogi restituere hereditatem desiderantibus his, quibus restituere ro-

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> ab initio] a praetore iniquum (= APR·INICŪ)? <sup>2</sup> suspecta uideretur (u. i.)? <sup>3</sup> aut per hoc tempus quo is] idem Graeci (u. i.): et per hoc tempus is? <sup>4</sup> nolint?

2 absurdum F 4 dandae pecunia F, in danda pecunia WDEQICK 7 sufficereditum F<sup>o</sup> 10 male] F, mali DEICK 14 suspectam uideret hereditatem postulante me] FE<sup>o</sup>, suspecta uideretur (uideatur E<sup>o</sup>) hereditas postulante me WDEICK, suspectam hereditatem postulante uidere Q 16 quoque lege F 19 hereditatem h'aeuio F<sup>o</sup> 21 praestari

FWICK, praestaret Q 25 aut per hoc tempus seq.] ἢ καὶ ὁ κελεύσθεος λαβεῖν τι ἐμποδισθεὶς εἰς τὸ τοιοῦτου χρόνου μὴ ἀγνοῦν... αὐτὸν ἀναγκάσαι B (Tip.) 26 aliquae ex F 35 maecianus F | cui u'sine F<sup>o</sup> 36 erat] epat F<sup>o</sup> | re'restituta F<sup>o</sup> 37 adquin] quod si WDE (in marg. affertur Pisana) ICK | herede's F<sup>o</sup> 41 cui] qui F

gati sunt, quia etiam necessari heredes fideicommissae hereditatis restituendae gratia conditioni parere erunt compellendi. Si quis rogatus restituere hereditatem decessit, antequam eam restituat, heres eius poterit hereditatem restituere et ex Trebelliano senatus consulto transeunt actiones. sed si duo ei heredes extitissent, uti quisque restituisset, pro ea parte transitaras actiones: nam et si ipse partem restituisset, pro parte interim transitaras uerius est. sed et si plures heredes extiterunt ei, qui rogatus est restituere hereditatem, si quidam interim restituerint, uel cum ei, cui restitui debuit, plures heredes extiterint: ut cui restituta erit, is pro ea parte ex hoc senatus consulto habebit actiones.

3 Si patronus ex parte debita heres institutus rogatus fuerit eam liberis exhereditatis defuncti liberti restituere, si sua sponte adierit, erit Falcidia locus, si coactus, in solidum transibunt actiones ex hoc senatus consulto.

57 (65) IDEM libro quinto fideicommissorum. Serno inuito domino uel ignorante [B. 85, 11, 62] P non recte restituetur hereditas: sed si postea ratum habuerit, confirmabitur restitutio, uerum ipsi domino adquirentur actiones. nec quia hereditatis acquisitionis similis est haec restitutio, iussum praecedere oportet, sed ut dictum est, etiam rati habitio subsequi poterit 15 exemplo bonorum possessionis. neque interest, quod ad propositum attinet, ipsi domino an seruo quis rogetur restituere hereditatem, nec in ea re consensu aut opera serui opus est: atquin in bonorum possessione uel in aduenda hereditate consensus eius necessarius est. itaque si qui suspectam dicent hereditatem, postulante domino compellendi erunt adire et restituere hereditatem. Si testator rogasset heredem, ut restituat hereditatem mulieri, 20 si non nupsisset, dicendum erit compellendum heredem, si suspectam dicat hereditatem, adire et restituere eam mulieri, etiamsi nupsisset. idem in ceteris quoque condicionibus Iulianus noster probat, quae similiter nisi fine uitae expleri non possent. secundum quam sententiam cautione praestita his, quorum interest, ab his, quibus restitui sub idem con- 24 ditionibus heres rogatus esset, restituat hereditatem. ¶ Cum praetor cognita causa per errorem uel etiam ambitiose iuberet hereditatem ut ex fideicommissis restitui, etiam publice 124' interest restitui propter rerum iudicatarum auctoritatem. Si pupillo infanti restituere hereditatem quis rogatus sit, si sponte adierit, etiam seruo eius et ipsi pupillo tutore auctore restituetur hereditas: si quidem eo, quod dari non potest, non magis ea res impediatur, quam in tuto pubere uolente sibi restitui hereditatem. si autem heres recuset adire hereditatem, quemadmodum res expediri possit, difficile est, quia neque tutore desiderante periculo pupilli adiri hereditatem Trebelliano senatus consulto locus sit futurus neque pupillus ipse id desiderare possit, cum dari non possit. quod aliquatenus circa nutu expediri potest, nam<sup>1</sup> si auditus capaces sunt uel interrogati nutu possint significare uelle se periculo suo hereditatem adire<sup>2</sup>, quomodo absentes per nuntium. sed et infanti non dubito 35 omnimodo subueniendum idque ex similitudine iuris ciuilibus uel honorariis constituendum est: siue enim heres institutus esset, non dubie pro herede tutore auctore gerere posse uidetur, siue de bonorum possessione ageretur, peti ei per tutorem posset. ideoque et heres compelli per tutorem potest adire et restituere hereditatem. quo exemplo et mutus, qui nihil intellegere potest, per curatorem adiuuatur. Si singulae res ab herede traditae 40 sunt iussu meo ei cui eas uendiderim, non dubitabimus mihi intellegi factam restitutionem. idem erit, et si iussu meo tradantur, cui ego ex fideicommissis aliaue qua causa eas praestare debuerim uel in creditum ire uel donare uoluerim.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> nam del.    <sup>2</sup> adiri (Hal.)?

1 necessari'a' F<sup>6</sup> 4 uti] utis F, ut unus WDEQICK, et unus E: καὶ ὁ εἰς ἀποκαταστήσῃ B (Tip.) 7 ei cui] ei qui F 8 cui' F<sup>6</sup> 10 in solidum transibunt] I, in sol. transibunt in eum WQCK, transibunt in sol. in eum DE 13 si om. F 17 aut opera] K, aut operae FQ, auctore WE (margo P[isis] aut opere) IC, auctoris D 18 ad-

quin F<sup>1</sup> 20 et] ec F 21 nupsi't's's'e F<sup>4</sup>, nupsit WDEQICK 23 posset F 30 in'q' mutuo F<sup>6</sup> | uolenti F 31 expedir'e'i F<sup>6</sup> | difficile F<sup>2</sup> 33 id desiderare F 34 nutu] nuito F<sup>2</sup> | significare] WDEICK, significare F: cf. 1, 572, 34 | periculo suo her. adire quomodo absentes bis F<sup>2</sup> 37 tutor F 38 per'p'tutorem F<sup>6</sup> 40 adiuuatur F 42 cui] qui F | praestaret F

- 68 (66) PAULUS libro secundo fideicommissorum. Qui ita institutus esset si coheres [B. 35, 11, 63] P  
 'eius adisset', uti potest lege Falcidia, etsi coheres eius coactus adisset, modo si ipse non  
 1 coactus adierit hereditatem. Etiam absentis procuratori, si desideraret, posse restitui here-  
 ditatem ex hoc senatus consulto Iulianus scripsit, si tamen caueat de rato habendo, si non  
 euidens absentis uoluntas esset. sed dicendum est, ut heres, qui suspectam dicat, non sit  
 2 compellendus adire, si incertum sit, an mandauerit, quamuis ei caueatur, propter fragili-  
 tatem cautionis. quod si sponte adierit hereditatem, non magna captio est: sed actiones,  
 3 si non mandauit, transibunt eo tempore, quo ratum habuerit. Si damnum in seruo heredi-  
 tario datum sit, licet per seruum hereditarium heredi competere actio coepit, non tamen  
 transit legis Aquiliae actio ad fideicommissarium: haec enim actiones transeunt, quae ex  
 4 bonis defuncti pendent. Si legatus Romae compulsus adierit hereditatem et restituerit,  
 5 cogetur Romae actiones pati fideicommissarius, quamuis heres non cogetur. An ubi [B]  
 defunctus conueniri debuit, et fideicommissarius debeat? uidendum, si sua sponte heres  
 adit et restituit hereditatem, an tribus locis fideicommissarius defendi debeat: ubi defunctus  
 et ubi heres et ubi ipse domicilium habeat. <sup>1</sup> oportet itaque ibi fideicommissarium conue- 15  
 niri, ubi uel domicilium habet uel maior pars restitutae hereditatis habetur.
- 69 (67) VALENS libro tertio fideicommissorum. Si postulante me suspectam hereditatem ex P  
 decreto praetoris adieris nec ego postea eam mihi restitui uelim nec bonis me immiscere,  
 hoc fieri debet, ut (quod Octaueo non ineleganter uidebatur) a praetore perinde actiones 19  
 1 || in me dentur, ac si hereditatem recepissem, quod est iustus. Etiam eo tempore, quo f. 12  
 creditorum fraudandorum consilium inieris, citra periculum interdicti fraudatorii hereditatem  
 suspectam adibis et restituas mihi, quia et remoto fideicommissio liberum tibi fuerat no-  
 lenti adire hereditatem creditores tuos tali commodo fraudare, et ego nihil turpiter faciam  
 recipiendo eam hereditatem, quam remota postulatione mea creditores compellere te ut  
 2 adires non potuerint. Sed et filius suus heres patri rogatus sit<sup>2</sup> a patre hereditatem mihi 25  
 restituere, cum suorum creditorum fraudandorum consilium inisset, tamquam suspectam ex  
 decreto praetoris restituerit mihi, nix fraudatorio interdicto locus erit, quia bonis patris  
 eius uenditis nihil proprium creditores eius ex ea hereditate ferre potuerint: nisi forte pro-  
 prii creditores filii audiri debeant, si postulent, ut dimissis patris eius bona uendere sibi  
 3 permittatur. Si donationis causa suspectam hereditatem sibi heres dixerit et [B. 35, 11, 64] 30  
 restituerit ei, qui solidum capere non possit, auferetur ei id quod capere non potest. idem  
 dicendum est et si citra consilium donandi fiduciarius heres id fecerit.
- 70 (68) IDEM libro quarto fideicommissorum. Si heres, ab eo qui cum moreretur [B. 35, 11, 65] 35  
 soluendo non fuit rogatus hereditatem restituere, suspectam sibi dicit, dubium non est,  
 quin hodie coactus ex Trebelliano senatus consulto restituere possit. sed et si sua sponte  
 adierit, ex eodem senatus consulto restitutus est, quamuis, cum summa aut certum cor-  
 pus per fideicommissum ab eo qui soluendo non fuit datum est, perinde non debeat  
 1 atque si legatum esset: eo enim casu legatarii, superioris heredis uice fungi eum, cui fidei-  
 commissum relictum est. Si totam hereditatem rogatus restituere tu sponte adieris et, sine  
 deductione quartae partis restitueris, difficile quidem crederis per ignorantiam magis, non  
 2 explendi fideicommissi causa hoc fecisse: sed si probaueris per errorem te quartam non  
 retinuisse, recipere eam poteris.
- 71 (69) MAECIANUS libro octauo fideicommissorum. De enictione praediorum uel [B. 35, 11, 66] 40  
 mancipiorum uel ceterarum rerum hereditariarum cauere heres, cum restituit hereditatem  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> plura omiſsa ſunt    <sup>2</sup> rogatus ſit] ſi rogatus?

3 ſi om. F 5 uoluntas F<sup>2</sup>, nonoluntan F<sup>2</sup>  
 10 tranſis F (em. f) | haec] haec F 18 nec  
 ego] et nego F<sup>2</sup>, et non (n̄ F<sup>2</sup>) ego F<sup>2</sup>WD  
 QICK, et nec ego E (margo P[isiſ] nego) |  
 eam] eum F et ex P(ſana) margo E 24 reci-  
 piendo fraudare et ego nihil turpit' eam here-  
 ditatem F<sup>2</sup> | creditorec F 25 ſuus] ſuos F

30 permittatur] DEICK, permittitur F, per-  
 mittantur W, permittant Q 33 ſi F<sup>2</sup>  
 36 cum] quam F<sup>2</sup> 38 'o'nim F<sup>2</sup> | ſuperiores  
 FWDEQICK 40 deducti'one F<sup>2</sup> 41 proua-  
 ueris F 44 rerum hereditariarum] ſcripſi ſecun-  
 dum Graecos: περι ἐκδικησεως τῶν κληρονομι-  
 αίων πραγμάτων B (Typ.), rerum DEIC, om. FK

non debet: quin immo in contrarium caueri heredi oportet, si quid ex his euictum esset, quae ab ipso herede uenissent.

9) POMPONIUS libro secundo fideicommissorum. Si heres institutus Titio rogatus fuerit restituere hereditatem et rursus Titius heredi post tempus, sufficiunt directae actiones heredi. Si heres antequam fideicommissam hereditatem restitueret, alienauerit quid ex hereditate aut seruum hereditarium manumiserit aut ruperit quid uel fregerit uel userit, non competit in eum ulla ciuilis actio restituta postea hereditate ex Trebelliano senatus consulto, sed ex fideicommissi causa erit hoc quod deperierit persequendum. sin uero post restitutam hereditatem horum quid admiserit heres, dicendum est lege Aquilia cum eo agi posse, si seruum forte hereditarium aut uulnerauerit aut occiderit. Si temporalis actio in hereditate relicta fuerit, tempus, quo heres experiri ante restitutam hereditatem potuit, imputabitur ei cui restituta fuerit.

73 (71) MAECIANUS libro decimo fideicommissorum. Omnes qui de hereditate delibentant desiderante eo, qui suo periculo uelit adiri hereditatem, coguntur adire, sed non statim restituere, sed ut completo tempore deliberationis, si expedire sibi compererint hereditatem, sentiant commodum testamenti eo iure, quo si sponte adissent, sin uero contra onerosam crediderint, restituta ea exonerentur actionibus hereditariis.

74 (72) POMPONIUS libro quarto fideicommissorum. Heres praeepto fundo rogatus erat hereditatem restituere: fundus alienus erat. Aristoteles aiebat uidendum, utrum omnimodo pones heredem fundum esse uoluit testator an ita demum, si ipsius est: sed sibi superius placere: ideoque aestimatio eius retinenda est.

(73) MAECIANUS libro tertio decimo fideicommissorum. Si heres pecuniam hereditariam crediderit et in eam causam pignora acceperit, actiones non competunt ei, cui restituta fuerit hereditas, aduersus ipsa pignora. sed aliqua dubitatio remanebit, si in eum contractum, qui ex defuncto fuerit, interpositus heres, antequam restitueret hereditatem, pignus acceperit. sed nec sic quidem ipse admitteretur: ex fideicommissio tamen habet aduersus heredem actionem, ut ei cedat pro pignoris commodo actionem. Cum ex Trebelliano senatus consulto restituitur hereditas, seruitutes, quas mutuo praedia heredis et testatoris habent, nihilo minus ualent.

(74) PAULUS libro secundo decretorum. Qui filium et filiam habebat, testamentum fecit et ita de filia sua cauerat: ἐντέλλομαι σοι μὴ διατίθεσθαι, πρὶν τέκνα σοι γενέσθαι. pronuntiauit imperator fideicommissum ex hac scriptura deberi, quasi per hoc, quod prohibuisset eam testari, petisset, ut fratrem suum heredem faceret: sic enim accipiendam eam scripturam, ac si hereditatem suam rogasset eam restituere. Fabius Antoninus impuberem filium Antoninum et filiam Honoratam relinquens exheredatis his matrem eorum Iuniam Ualerianam heredem instituit et ab ea trecenta et quasdam res filiae reliquit, reliquam omnem hereditatem filio Antonino, cum ad annum uicensimum aetatis peruenisset, uoluit restitui: quod si ante annum uicensimum decessisset filius, eam hereditatem Honoratae restitui praeecepit. mater intestata decessit utrisque liberis legitimis heredibus relictis. postea filius annum agens plenum nonum decimum et ingressus uicensimum necdum tamen eo expleto decessit filia herede Fabia Ualeriana sua<sup>1</sup> relicta, a qua amita fideicommissum et ex testamento patris portionem hereditatis petebat: et apud praesidem optinuerat. tutores Ualerianae filiae Antonini egestatem eius praetendebant et recitabant diui

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> filia Fabia Ualeriana herede sua?

1 quid] quis F 4 tempus sufficiunt directam et rursus titius heredi post tempus sufficiunt directae F<sup>2</sup> 9 dicendu's m F<sup>4</sup> 12 cui] qui F | restitu'ta F<sup>4</sup> 14 hereditate F 15 completo F | si om. F | hereditatem F<sup>4</sup> 17 exonerentur F<sup>4</sup> 19 omnimodo] F<sup>2</sup>, omnimodo F<sup>1</sup>, enim omnimodo WE<sup>1</sup>K, ne omnimodo DQC et margo E, eum omni-

modo F<sup>4</sup> 20 si om. F 21 ideoquae estimatio F<sup>2</sup> 23 cui] qui F 24 in eum contractum ... fuerit] ἐφ' οἷς ὁ τελεγίτας συνήλασε B (T<sup>1</sup>p.) 33 testar'a i F<sup>4</sup> 34 fabinus F<sup>4</sup>, sabinus F<sup>4</sup> WDEQICK 36 ualereanam F 38 bonoratae F<sup>4</sup> 39 pater F<sup>4</sup> 40 filius le annum F<sup>4</sup> 41 expleto F | fauia ualeriana F<sup>4</sup> 43 a'egestatem F<sup>4</sup>

Hadriani constitutionem, in qua quantum ad munera municipalia iusserat eum annum, quem quis ingressus esset, pro impleto numerari. imperator autem noster motus et aequitate rei et uerbis testamenti 'si ad annum uicensimum aetatis', quamuis scire se diceret a diuo Marco non excusatum a tutela eum qui septuagensimum annum aetatis ingressus fuisset, nobis et legis Aeliae Sentiae argumenta proferentibus et alia quaedam, contra petricem pronuntiauit.

- 77 (75) SCAEUOLA libro octauo decimo digestorum. Epistolam ad heredem suum [B. 35, 11, 73] A in haec uerba scripsit: 'Titius Cornelio heredi suo salutem. a te peto, Corneli, quoniam 'ad te deuoluta est pars matris meae, item pars Sempronii curatoris quondam mei contraria fortuna usi et per hoc totus as meus apud te esse speratur, uti reddas restituas 10 'Gaio Seio uncias quattuor'. quaesitum est, cum Sempronius in integrum restitutus sit ab imperatore, ¶ a quo fuerat deportatus et adierit hereditatem, an is quoque rogatus sit, ut f. 120 ex sua portione restituat hereditatem. respondit Sempronium quidem non proponi rogatum, Cornelium autem heredem debere pro rata portione maternas defuncti rerum restitu- 1 tionem Seio facere. Mulier heredis instituti fidei commisit, ut reventa parte quarta reliquam 15 partem restitueret nurui quondam suae, cuius fidei commisit in haec uerba: 'rogo te, ut 'id, quod ad te ex bonis meis peruenerit, facias peruenire ad filium tuum': quaesitum est, quando hoc fideicommissum restituere debeat, utrumne post mortem suam an iam nunc. respondit ad tempus, quo nurus moreretur, fideicommissum aptandum esse. 19
- 78 (76) IDEM libro nono decimo digestorum. Scaeuola respondit, si pater filium [B. 35, 11, 73] A suum impuberem ex asse scripserit heredem eique codicillis substituerit, deinde filius impubes decesserit, licet substitutio inutilis sit, quia codicillis hereditas neque dari neque adimi potest, tamen benigna interpretatione placet<sup>1</sup>, ut mater, quae ab intestato pupillo successit, substitutis fideicommissis obligetur: quod si inuicem fuerunt substituti, et in fideicommissis substitutionem ualere: unoque eorum mortuo qui supersunt totum accipiunt. 25
- 79 (77) IDEM libro uicensimo digestorum. Heredibus institutis filiis utriusque sexus [B. 35, 11, 74] A singulos rogauit, ut qui sine liberis decederet partem suam hereditatis sorori fratriue restitueret aut, si frater sororue non esset, matri suae et haec uerba adiecit: 'uosque, liberi 'carissimi, hoc fideicommissum teneri inuicem uolo, donec binos liberos educaueritis'. quaesitum est, si quis ex liberis duos filios procreauerit, quamuis superstites non reliquerit, an 30 heredes eius fideicommissum debeant. respondit secundum ea quae proponerentur uideri 1 fideicommissi onere liberatos. Titius nepotes ex filia et furiosam filiam suam heredes instituit et fidei commisit filiae, ut, si sine liberis decessisset, pars ei data perueniret ad coheredes: eam furiosam ipse Titius in matrimonio collocauit et enixa est filiam post mortem patris. quaesitum est, defuncta furiosa superstiti ex eiusmodi coniunctione parua filia, 35 an fideicommissum ad coheredes pertineret. respondit, cum filiam reliquiasse proponeretur, fideicommissum non deberi. CLAUDIUS: nam etsi matrimonium cum furiosa non fuit, satis tamen factum est eiusmodi conditioni.
- 80 (78) IDEM libro uicensimo primo digestorum. Lucius [Scaeu. l. III resp. D. 31, 89, 8. B. 35, 11, 75] A Titius intestato moriturus, cum haberet uxorem et ex ea filiam emancipatam, codicillis 40 haec uerba inseruit: 'pertinent autem hi codicilli ad uxorem et filiam. ¶ itaque rogo, quid- F(WDEQICK)

<sup>1</sup> placere?    <sup>2</sup> primum autem rogo, sic inter uos agatis, ut me uiuo egistis *ins. l. gem.*

2 et aequitate] aequitate F<sup>2</sup> 4 a u'tutela F<sup>2</sup> 5 quaedam 'se' contra pet. 'pro'nuntiauit F<sup>2</sup> 7 l. 77 *continuat antecedenti* F 8 in haec uerba] WDIC, in haec K, haec uerba (uerua F<sup>2</sup>) F, his uerbis E | cornelio] cornelius FWDEICK 9 e's't F<sup>2</sup> | meae] maea F: τὸ μέρος τῆς μητρὸς μου B (Tip.) | sempronii' F<sup>2</sup> 10 usi] ut si WDQIK, ut E (marg. P[isis] usi), uersi C | speratur] F<sup>2</sup>, 's'perator F<sup>2</sup> 12 a] P, om. FDEICK | quo's' que F<sup>2</sup> 14 rerum] derum F<sup>2</sup> 15 reventa F | quata F 16 roga F<sup>2</sup>

17 factas F<sup>2</sup> 18 nu'n'o F<sup>2</sup> 24 et *suppl.* F<sup>2</sup>: κρατεῖ καὶ ἐν τῇ ἀποκαταστάσει ἢ ὑποκατάστασις B (Tip.) 27 liberit F<sup>2</sup> | patriue'l' (sic) F<sup>2</sup> 29 inuicem uolo] inuicem uolo F<sup>2</sup> | ueritis quaesitum ... filios procrea bis F<sup>2</sup> 31 respond'er'it F<sup>2</sup> 32 one're' F<sup>2</sup> | liberatus FWQI<sup>2</sup> et *supra* u. E 34 coherede's ea'm F<sup>2</sup> | eni'm'xa F<sup>2</sup> | filiam] DEQIC, filiae F<sup>2</sup>, filia F<sup>2</sup>K 35 huiusmodi Taur. 36 relinquiasse F 37 nam] nom F<sup>2</sup> 40 inte's'tato F<sup>2</sup> | uxorem] e' uxorem F 41 hi] Thi F | fam'iliam F<sup>2</sup> | rogo] rogo ut l. gem.

'quid aut ego reliquero aut uos ipsae habeatis<sup>1</sup>, commune uobis sit: quod si non ego rogarem, uos pro uestra pietate faceretis'. filia intestati patris bonorum possessionem accepit: quaesitum est, an aliqua pars hereditatis Lucii Titii ex causa fideicommissi a filia matri debeatur<sup>2</sup>. respondit secundum ea quae proponerentur *dimidiam partem* deberi, si etiam uxor parata sit in commune bona sua conferre. Maenia duos filios heredes [Scaeu.]<sup>5</sup> reliquerat et eodem testamento ita cauit: 'fidei autem heredum meorum committo, uti omnis substantia mea sit pro deposito sine usuris apud Gaium Seium et Lucium Titium, quos etiam, si licuisset, curatores substantiae meae dedissem remotis aliis, ut hi restituant nepotibus meis, prout quis eorum ad annos uiginti quinque peruenerit, pro portione, uel si unus, | ei omnem'. quaesitum est, an fideicommissum praestari a scriptis heredibus f. 126<sup>6</sup> Lacio Titio et Gaio Seio debeat. respondit secundum ea quae proponerentur Lucium Titium, etiam Gaium Seium fideicommissum petere non posse. Tres heredes scripsit Maenium fratrem suum ex dodrante, Seium ex sextante, Stichum eiusdem Seii seruum, filium autem naturalem Maenii ex uncia et fidei commisit Seii, uti Stichum manumitteret, in haec uerba: 'a te peto, Sei, uti tu Stichum manumitteres: dedi unde faceres'. sed et codicillis ita cauit: 'unciam, ex qua feci Stichum heredem, si quam Seius controuersiam moueret<sup>3</sup>, ad Maenium fratrem meum reuerti uolo. tu, frater, secundum fidem et pietatem tuam, quidquid ad te peruenerit ex hereditate mea Sticho filio tuo restitues: quod ut facias, fidei tuae committo'. quaesitum est, cum Seius adierit hereditatem et propter hoc compulsus Stichum manumiserit, an unciam hereditatis, ex qua Stichus heres institutus est, Sticho manumisso restituere debeat. respondit non proponi Seium rogatum unciam ei restituere. Idem quaesit, an, si aliquam controuersiam Seius de uncia hac, ex qua Stichus institutus est, facere uelit et Maenius unciam ex causa fideicommissi a Seio fuerit consecutus, utrum haec solam unciam, ex qua Stichus institutus est, an uero et dodrantem, ex quo ipse Maenius institutus est, eidem Sticho restituere debeat. respondit de omni restituendo, quod ad Maenium quoquo modo peruenit, testatricem sensisse. Pater puerum et puellam heredes instituit eosque inuicem substituit et, si neuter heres esset, eis plures substituit substitutosque inuicem substituit his uerbis: 'substitutos heredes inuicem substituo': eorundem filiorum fidei commisit, ut, qui eorum uita superasset et sine liberis intra annum trigensimum moreretur, hereditatem his, quos heredes substituerat, restituat. filius uita sororem superauit et intra trigensimum annum sine liberis decessit: quaesitum est, ex substitutis uno defuncto ante filium, pars eius, quae ad ceteros substitutos qui superuicerent pertinet, utrum pro uirilibus an pro hereditariis portionibus, quibus sunt substituti, pertineat. respondit consequens esse pro his partibus, quibus substituti essent, fideicommissum pertinere. Maenia filium heredem instituit ex quincunce, Titiam filiam ex quadrante, Septicum filium ex triente, cuius fidei commisit in haec uerba: 'te rogo, fili Septici, si intra uicensimum annum sine liberis morieris, quidquid ex hereditate mea ad te peruenerit, hoc fratribus tuis restituas'. quaesitum est, an Septicio filio defuncto intra uicensimum annum sine liberis hoc fideicommissum utrum pro portionibus hereditariis ad fratrem et sororem eius pertineat an uero aequaliter. respondit pro parte hereditaria. Titia ex asse heres scripta partem dimidiam hereditatis Maeniae rogata restituerat: fundum a testatore obli-

F(WDEQJCK)

<sup>1</sup> habetis l. gem.    <sup>2</sup> et quota ins. l. gem.    <sup>3</sup> mouerit (u. i.)?

1 ipse' F<sup>2</sup> | quod si ... 2 faceretis om. l. gem. 3 quaesitum est] quaeritur l. gem. 4 deberetur l. gem. | dimidiam partem] inserui et l. gem. et Graecis: ἡ θυγάτηρ τὸ ἕμισυ τοῦ κληρονομίου, om. F | s'i' F<sup>2</sup> 5 etiam] modo l. gem. | conferre] l. gem., conferri F 6 committo F 7 lacium F<sup>2</sup> 8 me'ae' F<sup>2</sup> | dedissem F 9 pro'portione F<sup>2</sup> 11 titi'o (sic) F<sup>2</sup> | et gaio] Hal., et F<sup>2</sup>, om. F<sup>2</sup> WDEICK | lacium titium F<sup>2</sup> 13 sextante] F<sup>2</sup>, stante

F<sup>2</sup> | seruum filium autem naturalem maenii suppl. F<sup>2</sup>, uertunt Graeci 16 moueret] FIC, mouerit WDEK 17 uolo tu] F<sup>2</sup>, uoluto F<sup>2</sup> 26 puellam] F<sup>2</sup>, uellom F<sup>2</sup> 27 plures substituit 'et si neuter heres esset ei plures substituit' substitutosque F<sup>2</sup> 32 pertine'n't F<sup>2</sup> 33 p'ortionibus F<sup>2</sup> 34 esse't' pro F<sup>2</sup> 35 quincunce titiam] quincuntetiam F 36 si 'intra F<sup>2</sup> 37 mea ad] mead F

tum luere noluit, sed eum uendente creditore mandauit redimendum Seiae: quaesitum est, an Titia ex causa fideicommissi Maenuae teneatur. respondit, cum rogata hereditatem restituere proponatur, nihil proponi, cur non teneatur. CLAUDIUS: subest enim praestari oportere id, quanto pluris fundus fuit, quam ad creditorem peruenire oportuit. Gaio Seio ex semisse, Titia ex quadrante et aliis ex reliquis portionibus heredibus institutis ita cauuit: 'fidei autem uestrae mando, Gai Sei et Lucia Titia, uti post obitum uestrum red-  
 7 datis restituantis Titio et Sempronio semissem patrimonii et portionis eius, quam uobis dedi'. quaesitum est, cum utriusque adierint hereditatem et postea Gaius Seius || defunctus sit Lucia Titia herede instituta, an haec Lucia Titia partem dimidiam semissis, quam rogatus erat Gaius Seius restituere, protinus debeat? an uero post suam demum mortem uniuersum fideicommissum tam ex sua persona quam ex Gaii Seii datum restituere debeat? respondit  
 8 Luciam Titiam statim teneri, ut partem dimidiam semissis ex persona Seii restituat. Filiam suam heredem scripsit et nepotem, quem ex ea habebat, ei substituit et ita cauuit: 'Lucio Titio fratris mei filio genero meo ducentos aureos relinquo. quo legato scio illum contentum esse, quoniam scripsi uniuersam rem meam, eo quod filiam meam et nepotem  
 15 'meum heredes scripsi, uniuersam substantiam eis communicasse'. quos inuicem commendo'. filia adita patris hereditate diuertit a marito: quaesitum est, an Titius quondam eius maritus suo uel filii sui nomine ex fideicommissio communionem bonorum consequi possit uia quondam uxore sua uel post mortem eius. respondit nihil fideicommissi datum genero  
 9 poni praeter ducentos aureos. Idem quaesitum eandem uxorem marito herede scripto fideicommississe, ut, cum moreretur, filio communi omne, quod ad eum ex hereditate sua peruenisset, restitueret: an illae quoque res et possessiones, quae in dotem datae et post diuortium restituae mulieri fuerant, fideicommissio contineantur. respondit, quod mulier in bonis suis reliquisset, id fideicommissio contineri. CLAUDIUS: et alias de eodem facto consultus ita respondit, siue restituae sint res, secundum id quod supra responsum est in  
 10 bonis mulieris computari, siue non sint restituae, quia ex stipulatione de dote reddenda interposita restituendae sint, eo auctiorem hereditatem computari. Quae habebat filium et ex eo nepotem utrosque in mariti potestate, maritum ex asse scripsit heredem eiusque fideicommissit in haec uerba: 'si Titius maritus meus mihi heres erit, peto fideique eius committo, quidquid ex hereditate mea ad eum peruenerit, cum mori coeperit, det restituat'.  
 11 'Gaio filio nostro, ita tamen, ut decem quidem uncias Gaius habeat, duas autem uncias Seius nepos habeat: quod ut fiat, fidei eius Titi heredis mei committo'. pater emancipauit filium, nepotem amisit et superstiti filio decessit. quaesitum est, an priore parte scripturae uniuersa hereditas patris ex causa fideicommissi filio debeat et illa sequentia uerba 'ita tamen, ut decem uncias filius, duas autem nepos habeat' ex uoluntate defunctae ita demum locum haberent, si die fideicommissi cedente filius et nepos eorum in natura essent, cum autem non superuixit ad diem fideicommissi nepos, sequens scriptura cesset. respondit ea quae proponerentur ostendere decem dumtaxat uncias filio datas. Heres institutus uxor  
 11 rogatus totam hereditatem restituere restituit detracta quarta: quaesitum est, cum uxor quartam partem hereditatis praesenti die et reliquam post tempus alii rogata a testatore  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> sic fere fuit: quoniam et ipsi uniuersam rem meam eo, quod filiam meam et nepotem meum heredes scripsi uniuersae substantiae, uideor communicasse <sup>2</sup> ex ins. <sup>3</sup> matris (Schulting)? <sup>4</sup> eorum in] in rerum?

1 mandauit redimendum Seiae] κληρονόμου ... ἐντεταλμένου αὐτῷ ὀνόματι ἄλλου ἀγορασθῆναι B (Tip.) 4 id] i'n'd F<sup>2</sup> 7 semissem patrimonii (secundo loco patrimonio) ter F<sup>1</sup> | 'de'di F<sup>2</sup> 14 fatris F 15 quoniam ... 16 commendo] ἐπειδὴ ἐγράψα εἰς πᾶσαν τὴν οὐσίαν μου τὴν θυγατέρα καὶ τὸν γιόν αὐτῆς κληρονόμος καὶ ἐπικοινωνῶ αὐτοῖς ἐποίησα τὴν κληρονομίαν μου, οὗς καὶ ἀλλήλους παρακατάθηναι B (Tip.): non puto Graecos legisse diuerse |

'eo F<sup>1</sup> 16 scri]spi uniuersam F 20 fideicommissae F 22 restituere F 24 relinquisset F 26 sint] sit F 27 auctiorem] F<sup>2</sup>, auctiorem F<sup>2</sup> 28 utriusque F 29 fideique eius' comm. F<sup>2</sup> 30 ex suppl. F<sup>2</sup> | coeperit F<sup>2</sup> 32 fidei 'ei'us F<sup>2</sup> 35 de'cem F<sup>2</sup> | nepos' habeat F<sup>2</sup> | defuncti F<sup>1</sup> 36 et nepos' F<sup>2</sup> | eorum in natura] eorum in rerum natura DC, eorum in natura rerum I<sup>6</sup>, om. inter alia B 37 superuixit' F<sup>2</sup>

fuisset restituere, an id, quod heres ei detraxisset quartae nomine, in restituendo fideicom-  
 12 mmo imputare possit. respondit, quatenus cepisset, fideicommissio obstrictam. Heredum  
 fidei commisit, ut, quidquid ex parte tertia hereditatis peruenerit ad eos, id redderent Gaius  
 Maecio alumno testatoris, cum fuerit annis quindecim, et subinxiit haec uerba: 'interim ex  
 'reflectu paupertatis, qui ad uos peruenerit, alatis eum ex usuris pro quantitate nummorum 5  
 'redactis'. hoc amplius eidem alumno meo hominem Caletanum et uernam autorem, qui  
 'cum artificio suo mercede data alere poterit'. quaesitum est, cum alimenta multo minora  
 praestiterint heredes scripti, quam usurae summae redactae competebant, an et || residuas f. 127'  
 praestare compelli debeant totius temporis an ex die, quo quintum decimum expleisset?  
 et cum serui legati ei specialiter, ut ex mercedibus aleretur, statim uenerint, utrum mer- 10  
 cedes an usuras petere debeat? respondit secundum ea quae proponerentur testatorem  
 13 uideri de omni reditu et mercede seruorum restituenda sensisse. Pluribus heredibus insti-  
 tutis, in quibus et libertis tribus ex dodrante, eisdem fundos per praeeptionem dedit et  
 ab his potit, ne eos alienarent et ut, qui uita superasset, solidos eosdem fundos optineret:  
 deinde unius ex his libertis Otacilii fidei commisit, uti quidquid ad eum ex hereditate bo- 15  
 ninae peruenisset, deducto pro ea parte aere alieno et legatis et sibi uiginti aureis restituat  
 Titio: quaesitum est, an etiam partes tertias fundorum, praelegatorum cum conlibertis  
 eidem, deducere deberet. respondit secundum ea quae proponerentur non debere restituere  
 14 praeeptionem, cum ipse testator et legata excipi uoluisset. Maritus uxore instituta herede  
 ex parte tertia et pluribus ei fideicommissis datis dotem quoque praelegauit his uerbis: 20  
 'Seise uxori meae dari uolo a filiis meis summam dotis eius, quae mihi pro ea illata est'  
 eundemque uxoris fidei commisit, ut partem hereditatis et quaecumque ei legasset post  
 mortem suam Titio filio communi restitueret. quaesitum est, an summam quoque dotis  
 inter cetera legata ex causa fideicommissi filio suo restituere debeat. respondit non alias, 25  
 nisi manifestum esset de dote quoque restituenda testatorem sensisse: atque etiamsi sen-  
 sisset et hoc fuerit adprobatum, ita eius quoque petitionem fore, si non minus in quanti-  
 15 tate, quae Falcidiae nomine remaneret, foret quam in quantitate dotis. Rogatus heredi-  
 tatem restituere Septicio, cum erit annis uiginti, interea fundos, quos defunctus pignori  
 acceperat, uendidit et propterea pigneraticia iudicio a debitore conuentus decessit herede  
 relicto Sempronio et<sup>2</sup> iudicio nondum finito restituit hereditatem Septicio. quaesitum est, 30  
 an iudicio nihilo minus ipse condemnari debeat, cum potuerit retinere (uel cauere sibi) id,  
 quod ex causa iudicati praestaturus esset. respondit iudicii executionem nihilo minus ad-  
 16 uersus heredem et post restitutam hereditatem mansisse. Heres eius, qui post mortem suam  
 rogatus erat uniuersam hereditatem restituere, minimam quantitatem, quam solam in bonis  
 fuisse dicebat, his quibus fideicommissum debebatur restituit: postea repertis instrumentis 35  
 apparuit quadruplo amplius<sup>3</sup> hereditate fuisse: quaesitum est, an in reliquum fideicommissi  
 nomine conueniri possit. respondit secundum ea quae proponerentur, si non transactum  
 esset, posse.

(79) IDEM libro singulari quaestionum publice tractatarum. Si pupillus parenti [B. 35, 11, 76] A  
 suo heres extitit et fideicommissam hereditatis partem restituit, mox abstinetur paterna he- 40  
 reditate: optio deferenda est fideicommissario, ut aut portionem quoque pupilli adgnoscat  
 aut toto discedat. aut omnimodo bona uendenda sunt, ut id quod superfluum est pupillo  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> redacta (u. i.)?    <sup>2</sup> is ins.    <sup>3</sup> in ins. (u. u. 8 et i.)

1 quartae nomine F<sup>2</sup> 2 heredem F: τοῦς  
 κληρονόμους ἡξίωσα B (Tip.) 3 gato F<sup>2</sup>  
 4 ex reflectu paupertatis] ἐκ τῆς προσόδου τῶν  
 πραγμάτων μου B (Tip.): intellegitur substantia  
 non testatoris, sed alumni, quasi esset ex re-  
 flectu paupertatis eius 5 qui 'ad F<sup>2</sup> | alatis  
 F<sup>2</sup> | ex (ex suppl. F<sup>2</sup>) usuris pro quantitate  
 nummorum redactis] ἐκ τῶν τόκων τῶν συνα-  
 γομένων νούμμων B (Tip.) 10 ei' F<sup>2</sup> 11 de-

beat] edd., debeant FDEICK 12 de suppl.  
 F<sup>2</sup> | redita F<sup>2</sup> 14 ab] hab F | fundo's' F<sup>2</sup>  
 18 'deducere F<sup>2</sup> 22 post om. F<sup>2</sup> 23 resti-  
 tu'taret F<sup>2</sup> 27 hereditatis F<sup>2</sup> 28 se'ri'pti-  
 cio F<sup>2</sup> 30 et iudicio seq.] ὁ κληρονόμος αὐτοῦ  
 ἡρτημένου τοῦ δικαστηρίου ... ἀποκατέστησε  
 B (Tip.) 31 cum 'si potuerit F<sup>2</sup> 36 here-  
 ditate] in her. WDEICK 37 respond'e it F<sup>2</sup>  
 41 deferrenda F 42 aut' omnimodo F<sup>2</sup>



seruetur, et, si in solidum bona uenire non possunt, omnimodo actiones fideicommissario denegandae erunt: erat enim in potestate illius uniuersum suscipere et si quid plus erit, pupillo seruare.

32 (80) SOAEUOLA libro quinto digestorum. Matrem et auunculum eisdemque cre- [B. 35, 11, 77] A°  
ditores suos heredes scripsit Lucius Titius et eorum fidei commisit, ut post mortem resti-  
tuerent, quod ex re familiari testatoris superfuerit, Septicio. heredes non modicam partem  
bonorum testatoris consumpserunt et multos heredes reliquerunt, ¶ quibus scientibus multa  
corpora, quae remanserant ex bonis Lucii Titii, Septicius possedit. quaesitum est, an id,  
quod Lucius Titius debuit matri et auunculo, heredes eorum a Septicio petere possint,  
respondit non posse. CLAUDIUS: aditione enim hereditatis confusa obligatio interciderat,  
sed fideicommissi repetitio erat: cuius aequitas defecit his, qui multa ex hereditate con-  
sumpsisse proponuntur.

83 (81) PAULUS imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris VI [B. 35, 11, 78] A°  
libro primo seu decretorum libro II. Iulius Foebus testamento facto, cum tres liberos  
heredes institueret, Foebum et Heracliam ex eadem matre, Polycraten ex alia aequis por-  
tionibus, petit a Polycrate minore fratre, ut accepto certo praedio hereditatem fratribus  
concederet: et inuicem eos, qui ex eadem matre erant, si qui eorum heres non fuisset,  
substituerat. Polycrati, si intra pubertatem decessisset, secundas tabulas fecit, quas matri  
eius commendauit aperiendas, si inpubes obiisset. deinde petit a prioribus, ut, si quis  
eorum sine liberis decederet, portionem suam exceptis bonis maternis eorum et auitis ei  
uel eis qui superessent restitueret. Heraclia soror mortua sine liberis fratrem Foebum  
heredem instituit: Polycrates fideicommissum petierat et optinuerat apud Aurelium Pro-  
culum proconsulem Achaiae: appellatione facta, cum solus Foebus egisset μονομερῶς,  
uictus est, quia 'ei uel eis' uerba utrosque fratres complecterentur. adqui inuicem duos  
illos tantum substituerat: sed et uoluntas haec patris uidebatur, qui exceperat eorum  
bona materna, quia Polycrates aliam matrem et quidem superstitem habebat, cuius etiam  
fidei commissum erat, ut legata, quae ei dederat in testamento, moriens Polycrati filio suo  
restitueret. ....

84 ..... Si quis eum, quem debere sibi dicit eo [B. 35, 11, 79] 30  
negante, heredem scripserit eumque rogauerit, ut hereditatem restituat alii, uideamus de iur-  
debiti .....

85 ..... Si filio familias hereditas restituta sit, [B. 35, 11, 80]  
uideamus, quatenus actiones hereditariae post emancipationem ei et in eum dentur .....

F(WDEQICK)

2 uniuersu's m F<sup>1</sup> 4 scaeuola] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> |  
matrem suppl. F<sup>2</sup> 6 familiari's F<sup>1</sup> 8 reman-  
sera'n't F<sup>1</sup> 10 intercideret F<sup>1</sup> 11 'h'is  
qui F<sup>2</sup> 13 l. 83 continuat antecedenti F | pro-  
latarum F<sup>2</sup> 14 seu] F<sup>2</sup>, ex F<sup>1</sup> | tres] cres F<sup>1</sup>  
15 matre] macre F 16 petit a'm' polycrate  
F<sup>2</sup> | m'inoe fratre ut accepto certo praedio  
hereditatem' F<sup>2</sup>: εἰπὼν αὐτὸν παρακρατῆσαι  
τινα κτήματα καὶ ἀποκαταστήσαι τὸ ἴδιον μέρος  
τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ B (Tip.) 17 concederet  
et] concedere est F<sup>2</sup> | fuisset' F<sup>2</sup> 18 poly-  
cratis intra F<sup>1</sup>, polycrates intra F<sup>2</sup> | deces-  
sisset' F<sup>2</sup> 19 petit] petie F<sup>1</sup> 20 liberi's'i  
decederet F<sup>2</sup> | abitis F 21 uel et'is F<sup>2</sup> |  
mortua] mortuo F<sup>1</sup> | foenum F<sup>2</sup>, foenum F<sup>1</sup>  
22 apud F<sup>1</sup> 23 solus] F<sup>2</sup>, solum F<sup>1</sup> | foebus]  
foebus F<sup>1</sup> 24 utrusque F<sup>1</sup> 25 et

'a' uoluntas F<sup>2</sup> | exce'pe'rat F<sup>2</sup> 27 n  
WDEICK, uel F, de f, ut et Q | in test-  
mento] margo I, intesta F<sup>1</sup>, intestata F  
intestato WDEQICK 29 intercideret extre-  
mam partem l. 83 intellegitur collatis relique-  
fragmentis decretorum Paulli, ubi relatis par-  
tium allegationibus diserte semper enuntiatu  
quid pronuntiauerit imperator, quod decretu  
hic deficit. deficere item l. 84. 85 intellegitu  
ex indice Tipucitiano, cuius quae huc pertinet  
haec sunt: καὶ περὶ τοῦ ἕαν ἐλεγόμενν χρεωστῆι-  
σοὶ καὶ ἡρνοῦμην, εἴτα γράψας με κληρονόμο  
ἀζιώσῃς ἀποκαταστήσαι, πότε ἐνάγομαι ἢ μὴ περ-  
χρέοις. καὶ περὶ τοῦ ἕαν ἀποκαταστή ὑπεζούσι  
κληρονομία, πῶς μετὰ αὐτεζουσιότητα ἐνάγε  
καὶ ἐνάγεται ταῖς κληρονομιαῖαις ἀγωγαῖς. praes-  
terea uide p. 226

II.

R QUANDO DIES LEGATORUM UEL FIDEICOMMISSORUM SEPA  
CEDAT R

- 1 PAULUS libro secundo ad Sabinum. Mortuo patre, licet uiuo pupillo, dies B. 44, 20, 1 S  
legatorum a substituto datorum cedit. 5
- 2 ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum. Si pure sit usus fructus legatus B. 44, 20, 2 S  
uel usus uel habitatio, neque eorum dies ante aditam hereditatem cedit neque petitio ad  
heredem transit. idem et si ex die sit usus fructus relictus:
- 3 IDEM libro quinto disputationum. nam cum ad heredem non transferatur, frustra est, S\*  
si ante quis diem eius cedere dixerit. 10
- 4 IDEM libro nono decimo ad Sabinum. Si 'cum heres morietur' legetur, con- B. 44, 20, 3 S  
dicionale legatum est: denique uiuo herede defunctus legatarius ad heredem non transf-  
fert. si uero 'cum ipse legatarius morietur' legetur ei, certum est legatum ad heredem  
transmitti. 14
- 5 IDEM libro uicesimo ad Sabinum. Si post diem legati cedentem legatarius B. 44, 20, 4 S  
decesserit, ad heredem suum transfert legatum. Itaque si purum legatum sit, ex die mortis  
dies eius cedit: si uero post diem sint legata relicta, simili modo atque in puris dies cedit,  
nisi forte id fuit legatum, quod ad heredem non transit: nam huius dies non ante cedit,  
ut puta si usus fructus sit post annum relictus: hanc enim sententiam probamus. Sed si  
sub condicione sit legatum relictum, non prius dies legati cedit quam condicio fuerit im- 20  
pleta, ne quidem si ea sit condicio, quae in potestate sit legatarii. Sed si ea condicio  
fuit, quam praetor remittit, statim dies cedit: Idemque et in impossibili condicione, quia  
pro puro hoc legatum habetur. Item si qua condicio sit, quae per legatarium non stat  
quo minus impleatur, sed aut per heredem aut per eius personam, in cuius persona || iussus f. 128\*  
est parere condicione, dies legati cedit, quoniam pro impleta habetur: ut puta si iussus sim 25  
heredi decem dare et ille accipere nolit. sed et si ita mihi legatum sit, si Seiam uxorem  
duxero, nec ea uelit nubere, dicendum erit diem legati cedere, quod per me non stat,  
quo minus paream condicione, sed per alium stat, quo minus impleatur condicio. Isdem  
autem diebus, id est isdem pensionibus heredi praestabitur legatum, quibus legatario ipsi  
praestabatur. Si, cum dies legati cedere inciperet, alieni quis iuris est, deberi his legatum, 30  
quorum iuri fuit subiectus. et ideo si purum legatum fuerit et post diem legati cedentem  
liber factus est, apud dominum legatum relinquet: sed si usus fructus fuerit legatus, licet  
post mortem testatoris, ante aditam tamen hereditatem sui iuris efficiatur, sibi legatum  
adquirat. 34
- PAULUS libro tertio ad Sabinum. Quod pure datum est si sub condicione B. 44, 20, 5 S  
adimatur, quasi sub condicione legatum habetur. At si extrinsecus suspendatur legatum,  
non ex ipso testamento: licet ante decedat legatarius, ad heredem transmississe legatum  
dicimus: ueluti si rem dotalem maritus legauerit extero et uxori aliquam pro dotali re  
pecuniam, deinde deliberante uxore de electione dotis decesserit legatarius atque legatum  
elegerit mulier, ad heredem transire legatum dictum est. idque et Iulianus respondit: magis 40  
enim mora quam condicio legato iniecta uidetur. Eorum legatorum, quae in codicillis re-  
licta sunt, perinde dies cedit atque testamento relictorum.

F(WDEQICK)

7 hereditatem suppl. F<sup>2</sup> | peti'tio F<sup>2</sup> 9 est] et F<sup>2</sup> 11 heres suppl. F<sup>2</sup>: ὅτε ἀποθάνῃ ὁ ἀπονομός B (Tip.) 12 uiuo herede] uiuo eo herede DEICK, uiuo eo relicto herede W | ad] ab F<sup>1</sup> 16 sit] est F<sup>2</sup> 17 puris] poris F<sup>1</sup> 18 'cedit F<sup>1</sup> 19 hanc suppl. F<sup>2</sup> 28 quo minus paream] quon minus par. F 29 pen-

sionibus] F, pendicionibus WDEICK<sup>2</sup>, conditionibus PK<sup>2</sup> Hal. 31 subiectus et ideo si purum legatum fuerit bis F<sup>1</sup> 33 ante] a'd nte F | aditam tamen] aditamentum F<sup>1</sup> 36 at i si F<sup>1</sup> 37 transmis'siase F<sup>1</sup> 39 elic-tione F 40 ad] ab F<sup>2</sup> 41 codicillos F<sup>2</sup>

- 7 ULPIANUS libro uicesimo ad Sabinum. Heredis aditio moram legati quidem [B. 44, 20, 6] 9  
 1 petitioni facit, cessione diei non facit. Proinde siue pure institutus tardius adeat siue sub  
 2 condicione per condicionem impediatur, legatarius securus est. Sed et si nondum natus  
 sit heres institutus aut apud hostes sit, similiter legatario non nocebit, eo quod dies legat  
 3 cessit. Inde dicimus et si a substituto legatum sit relictum, quamdiu institutus deliberat  
 defuncto legatario non nocebit, si postea heres institutus repudiauit: nam ad heredem suum  
 4 transtulit petitionem. Tantundem et si ab impuberis substituto legetur: nam ad heredem  
 5 suum legatum transfert. Tractari tamen potest, si impuberi substitutus damnatus sit, s  
 intra pubertatem filius decesserit, Seio centum dare, an uiuo pupillo defunctus Seius ad  
 heredem transferat, quasi ea condicio sit expressa, quae inerat. et magis est ad heredem 10  
 6 legatarii transire. Interdum aditio heredis legatis moram facit, ut puta si forte seruo ma-  
 numisso uel ei cui seruus legatus est et ideo seruo<sup>1</sup> aliquid legatum sit: nam seruo legati  
 relictis ante aditam hereditatem dies non cedit.
- 8 IDEM libro uicesimo quarto ad Sabinum. Nam cum libertas non prius competat quam S<sup>o</sup>  
 adita hereditate, aequissimum uisum est nec legati diem ante cedere: alioquin inutile fieret 15  
 legatum, si dies eius cessisset antequam libertas competeret. quod euenit, si seruo pure  
 legetur et liber esse sub condicione iubeatur et pendens condicio inueniatur et post aditam  
 hereditatem.
- 9 IDEM libro uicesimo primo ad Sabinum. Si habitatio filio familias uel seruo [B. 44, 20, 7] S<sup>o</sup>  
 legata sit, puto non adquiri domino uel patri legatum, si ante aditam hereditatem filius 20  
 uel seruus decesserit: nam cum personae cohaereat, recte dicitur ante aditam hereditatem  
 diem non cedere.
- 10 || IDEM libro uicesimo tertio ad Sabinum. Cum in annos singulos legatur, [B. 44, 20, 8] S<sup>o</sup> L<sup>12</sup>  
 non unum legatum esse, sed plura constat 24
- 11 IULIANUS libro trigesimo septimo digestorum. (nec refert, singuli aurei in annos sin- S<sup>o</sup>  
 gulos legentur an in annum primum mille aurei, in secundum homo, in tertium frumentum)
- 12 ULPIANUS libro uicesimo tertio ad Sabinum. nec semel diem eius cedere, [B. 44, 20, 9] S<sup>o</sup>  
 1 sed per singulos annos. Sed utrum initio cuiusque anni an uero finito anno cedat, quae-  
 stionis fuit. et Labeo<sup>2</sup> Sabinus et Celsus et Cassius et Iulianus in omnibus, quae in annos  
 singulos relinquuntur, hoc probauerunt, ut initio cuiusque anni huius legati dies cederet. 30  
 2 Inde Iulianus ait, hoc legatum si seruo relinquatur, deinde post primum uel alterum annum  
 3 sit liber, sibi eum adquirere. Item Celsus scribit, quod et Iulianus probat, huius legati  
 diem ex die mortis cedere, non ex quo adita est hereditas, et si forte post multos annos  
 4 adeatur hereditas, omnium annorum<sup>3</sup> legatario deberi. Sed et si quotannis sit legatum,  
 mihi uidetur etiam in hoc initium cuiusque anni spectandum, nisi forte euidentis sit uolun- 35  
 tuntas testatoris in annuas pensiones ideo diuidentis, quoniam non legatario consultum  
 5 sed heredi prospectum uoluit, ne urgueretur ad solutionem. Si in habitationem aliquid  
 uel in disciplinam legetur sic 'annua' uel 'quotannis', quibus diebus pensio debetur habit-  
 tionis uel merces disciplinarum, isdem intellegitur legatum relictum, coniectura uoluntat-  
 6 facta. Nouissime Pomponius scribit nihil interesse, utrum 'in annos singulos' uel 'quotannis'  
 an 'in singulos menses' uel 'quot mensibus' an 'in singulos dies' uel 'quot diebus'<sup>4</sup> legetur. 40

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> uel, si cui seruus legatus est, eidem seruo (sic fere Cuiacius confirmantque Graeci, u. i.

<sup>2</sup> et ins. (W al.) <sup>3</sup> legata ins. <sup>4</sup> utrum 'in annos singulos' an 'quotannis', 'in singul-  
 menses' an 'quot mensibus', 'in singulos dies' an 'quot diebus' (οὐδέ γάρ διαφέρει ἐνιαυτῶν  
 τοῦ κατ' ἔτος ἢ μηνιαίων τοῦ κατὰ μῆνα ἢ ἡμερησίων τοῦ καθ' ἡμέραν Tip.)?

1 aditio<sup>o</sup> F<sup>1</sup> 3 per] FEK<sup>2</sup>, nec per WDCK<sup>2</sup>,  
 ne per I 6 ad suppl. F<sup>2</sup> 7 transtul'erit F<sup>2</sup>  
 8 transfert] transfere F<sup>1</sup> 9 ad] ab F<sup>1</sup>  
 12 est et ideo<sup>o</sup> seruo F<sup>2</sup>: ἐὰν ληγατεύσω τὸν  
 δοῦλόν μου ἢ ἐλευθερώσω αὐτὸν καὶ ληγατεύσω  
 αὐτόν, τὸ ληγατεύθην αὐτόν.... B (Tip.) 15 alio-  
 quin q' inutile F<sup>1</sup> 16 cessisset F<sup>1</sup> 17 et

posteaditam F 19 h' habitatio F<sup>2</sup> 21 ue' se-  
 uus F<sup>1</sup> | deces's'erit F<sup>1</sup> 23 in suppl. F<sup>1</sup>  
 legetur F<sup>2</sup> 32 et iulianus 'et' probat  
 36 'di' uidentis F<sup>2</sup> 37 prospectam F<sup>1</sup> | habi-  
 tatione aliquid uel in disciplina F: εἰς οἴκῳ  
 ἢ μάθησιν B (Tip.) 39 mercedis discipl.  
 40 quotannis F

- ipse quoque huic sententiae accedo: proinde et si 'annui' legentur tot aurei, idem erit di-  
7 ceandum. Si cui homo generaliter sit legatus et antequam uindicet, decesserit, ad heredem  
8 suum legatum transfert. Si Titio sit sic legatum 'quem Seius elegerit' et Seius post electio-  
nem decesserit, locus est uindicationi semel adquisitae.
- 13 POMONIUS libro sexto ad Sabinum. Huiusmodi legatum: 'siue illud factum [B. 44, 20, 10] S  
'fuerit siue non fuerit, illi do lego', ad heredem non transit, nisi alter casus uiuo legatario  
existerit, quoniam causa, ex qua debeatur, praecedere semper debet. nec, quia certum est  
alterutrum futurum, omnimodo debetur: nam tale legatum, 'cum morietur, heres dato',  
certum est debitum iri et tamen ad heredem legatarii non transit, si uiuo herede decedat. 9
- 14 ULPIANUS libro uicesimo quarto ad Sabinum. Si usus fructus aut decem, [B. 44, 20, 11] S  
utrum legatarius uoluerit, sint legata, utrumque spectandum<sup>1</sup> et mortem testatoris et aditionem  
hereditatis, mortem propter decem, aditionem propter usum fructum: quamuis enim  
electio sit legatarii, tamen nondum electioni locus esse potest, cum proponatur aut non-  
1 dum testatorem decessisse aut eo mortuo hereditas nondum adita. Inde quaerit Iulianus,  
si post mortem testatoris legatarius decedat, an ad heredem transferat decem legatum, et 15  
libro trigensimo septimo digestorum scribit posse dici decem transtulisse, quia mortuo lega-  
tario dies legati cedit. argumentum Iulianus pro sententia sua adfert tale: 'Seius decem  
'aut, si pepererit, fundum heres meus dato': nam si, antequam pariat, inquit, decesserit, ad  
2 heredem suum decem transmittet. Si ita quis legauerit filio familias, ut ipsi soluantur,  
potest procedere legatum nec imputari heredi, cur non patri, sed potius filio soluat: finge 20  
eum hoc nominatim expressum 'ita ut filio || soluat': certe si pater petat, exceptione erit f. 129'  
3 repellendus. Si dies legati cesserit, deinde legatarius in ius alienum peruenit, ipsi<sup>2</sup> potius  
debetur legatum, in cuius ipse ius peruenit: transeunt enim cum eo, quae ei debebantur.  
sed si sub condicione fuerit legatum, non transit, sed expectabit condicionem eique ad-  
4 quiratur, cuius iuris erit condicionis existentis tempore: quod si sui iuris fuerit eo tempore, 25  
sibi potius adquiret.
- 15 IDEM libro quinto disputationum. Si ita esset liberis fideicommissum re- [B. 44, 20, 12] S  
lictum, si morte patris sui iuris essent effecti, nec mortalitate patris, sed emancipatione  
patris familiarum constituti sint, deberi eis fideicommissum nemo dubitauerit diemque eius  
emancipatione cessisse, qui morte patris cederet. 30
- 16 IULIANUS libro trigensimo quinto digestorum. Cum ita legatum est: 'Stichum [B. 44, 20, 13] S  
'ad quod ex Pamphila natum erit heres meus dato', non ante dies legati eius cedit, quam  
1 aliquid ex Pamphila natum fuerit aut certum fuerit nasci non posse. Cum seruo legato,  
antequam hereditas eius qui legauerat adiretur, usus fructus ab alio legatus fuerit et prior  
hereditas eius, qui usum fructum legauerit, adita fuerit: nulla ratio est, cur diem legati 35  
cedere existimemus, antequam ea quoque hereditas, ex qua seruus legatus erat, adeatur,  
cum neque in praesentia ullum emolumentum hereditati acquiratur et, si interim seruus  
mortuus fuerit, legatum extinguitur. quare adita hereditate existimandum est usum fructum  
2 ad eum, cuius<sup>3</sup> seruus legatus esset, pertinere. Quod si seruus, cui usus fructus legatus  
fuerit, ipse legatus non fuerit, dicendum est usum fructum ad hereditatem<sup>4</sup> pertinere, eo 40  
quod dies eius ante aditam hereditatem non cesserit.
- 17 IDEM libro trigensimo sexto digestorum. Cum legato seruo aliquid legatur, [B. 44, 20, 14] S  
dies eius legati quod seruo datur non mortis tempore, sed aditae hereditatis cedit: et ideo

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> expectandum (Cuiacius)? <sup>2</sup> ipsi] ei? <sup>3</sup> cui (u. i.)? <sup>4</sup> idem Gracii (τῆ κληρονομία  
πρὸς τῆς ἢ χρεῖς): ad heredem adita hereditate (similiter Faber: cf. D. 41, 1, 61, 1)

1 tot'at' aurei F<sup>2</sup> 2 cui] qui F 3 trans-  
fert ... legatum om. F<sup>1</sup> | que'm' F<sup>2</sup> | elic-  
tionem F 4 adquisitae] admissitae F<sup>1</sup>  
5 legatum F<sup>2</sup> 6 alter'uter' casus F<sup>2</sup> 8 de-  
betur F<sup>2</sup> 11 testatoris aditionem F  
12 quamuis enim F 15 transferat] Q, trans-  
ferat F, transferatur WEK, transfertur DIC

17 argumentu'mentu'm F<sup>2</sup> 18 pepererit]  
pererit F, peperit WEICK, pepererit D  
22 ce'se'rit F<sup>2</sup> 23 ipse ius] ipsius F 24 ad-  
quiretur] ECK, acquireretur FWQI, quaere-  
tur D 28 emancipatione F 33 aut 'c'er-  
tum F<sup>1</sup> 38 mortuos F<sup>1</sup> 39 cuius] q'cuius F<sup>1</sup>,  
cui WDEICK

- impedimento non est regula iuris, quo minus manumisso legatum debeatur, quia etsi con-  
festim pater familias moreretur, non in eiusdem personam et emolumentum legati et obli-  
gatio iuris concurreret. perinde igitur est hoc, de quo quaeritur, ac si filio herede instituto  
patri legatum esset: quod consistere intellegitur eo, quod, quamvis statim pater familia-  
moriatur, potest emancipatus adire hereditatem, ut patri legatum debeat.
- 18 IDEM libro trigensimo septimo digestorum. Is cui ita legatum est 'quando- B. 44, 20, 15 S  
'que liberos habuerit' si praegnate uxore relicta decesserit, intellegitur expleta condicione  
decessisse et legatum ualere, si tamen postumus natus fuerit.
- 19 IDEM libro septuagensimo digestorum. Cum sine praefinitione temporis B. 44, 20, 15 S  
legatum ita datum fuerit: 'uxori meae penum heres dato: si non dederit, centum dato', 10  
unum legatum intellegitur centum et statim peti potest, penoris autem causa eo tantum  
1 pertinet, ut ante litem contestatam tradita peno heres liberetur. Quod si ita scriptum sit  
'si penum intra kalendas non dederit, centum dato', non efficitur, ut duo legata sint, sed  
ut centum legata sub condicione uideantur: idecirco si uxor ante kalendas decesserit, heredi  
suo neque penum relinquet, quia legata non est, neque centum, quia dies legati cesserit 1 5  
2 *neesse est legataria uiua. Statim dies mihi cedit, ¶ cum ab eo mihi fideicommissum datum est,*  
cui sub condicione legatum est, quemadmodum si herede instituto sub condicione pure 130  
3 mihi legetur. Si debitori quod sub condicione debet legatum est, praesens legatum est  
agique ex testamento statim potest, ut liberatio praestetur, et, si post mortem testatoris  
4 decesserit, ad heredem transmittit actionem. Haec dicenda erunt et si non ipsi debitori, 20  
sed alii cuilibet similiter legatum esse proponatur.
- 20 MARCIANUS libro sexto institutionum. Si cum praefinitione annorum lega- B. 44, 20, 17 S  
tum fuerit, ueluti 'Titio dena usque ad annos decem', Iulianus libro trigensimo digestorum  
scribit interesse: et si quidem alimentorum nomine legatum fuerit, plura esse legata  
et futurorum annorum legatum legatarium mortuum ad heredem non transmittere: 15  
uero non pro alimentis legauit, sed in plures pensiones diuisit exonerandi heredis gratia,  
hoc casu ait omnium annorum unum esse legatum et intra decennium decedentem lega-  
tarium etiam futurorum annorum legatum ad heredem suum transmittere, quae sententia  
uera est. 29
- 21 PAULUS libro secundo ad Uitellium. Si dies adposita legato non est, prae- B. 44, 20, 1 1 1 E  
sens debetur aut confestim ad eum pertinet cui datum est: adiecta quamuis longa sit,  
certa est, ueluti Kalendis Ianuariis centesimis, dies quidem legati statim cedit, sed ante  
diem peti non potest: at si incerta, quasi 'cum pubes erit' 'cum in familiam nupserit' 'cu-  
'magistratum inierit' cum aliquid demum, quod scribenti comprehendere sit commodum,  
fecerit: nisi tempus condicione optigit, neque res pertinere neque dies legati cedere pote- 35  
1 Si sub condicione, qua<sup>1</sup> te heredem institui, sub ea condicione Titio legatum sit, Pomp-  
ninus putat perinde huius legati diem cedere atque si pure relictum esset, quoniam certum  
esset herede existente debitum iri: neque enim per condicionem heredum fieri incer-  
legata nec multum interesse tale legatum ab hoc 'si heres erit, dato'.

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> sub qua condicione?

6 cui] qui F 7 praegnatae F 8 natus fuerit] FK<sup>o</sup>, natus uiuus fuerit WIC, unius natus fuerit D, natus fuerit uiuus EK<sup>o</sup>, P[isis] deest' *margo Q, non habens uoc. uiuus 9 c'as'um F<sup>2</sup> 12 penore WDEQICK 14 kalendas F 15 quia] W, qua[quae] F, quae DEICK | neque centum] DEI, nequea centum F, neque ad centum WQCK | post cesserit (sic FWE, non cesserit DICK<sup>o</sup>, inc. K<sup>o</sup>) in fine paginae uacui remanserunt uersus duo cum dimidio in F: apparet desiderari finem § 1 et principium § 2, quam ita reddit interpres: καλῶς ληγατέω χωρὶς αἰρέσεως ἀπὸ τοῦ*

ὑπὸ αἰρέσει ληγαταρίου καὶ τοῦ ὑπὸ αἰρέσει κληρονομίᾳ καὶ προχωρεῖ (cod. παραχωρεῖ) B (Ti- 16 cum h'ab eo F<sup>2</sup> 17 post legatum e- ins. tale est WDEICK: ante pure ins. deb legatum Q 20 h'eredem F<sup>2</sup> 23 uelutitio 25 ad] ab F<sup>2</sup> 31 deuetur F | confestim F 32 centesimis F 33 pe'r'ti F<sup>4</sup> | cum F familia] F, cum filia WDECK, cum in familia filia E, in familia cum filia Q, cum filio I familia I 34 magistratu'um F | quod scribenti] K, quod scribendi FQIC, conscribendi WD<sup>o</sup>E, quod conscribendi D<sup>4</sup> 35 perti'nero' F<sup>2</sup> 38 exis'tente F<sup>2</sup> | ire F<sup>o</sup>

- 22 POMPONIUS libro quinto ad Quintum Mucium. Si Titio, 'cum is annorum [B. 44, 20, 19] *E* quattuordecim esset factus', legatum fuerit et is ante quartum decimum annum decesserit, verum *est* ad heredem eius legatum non transire, quoniam non solum diem, sed et conditionem hoc legatum in se continet 'si effectus esset annorum quattuordecim', qui autem in rerum natura non esset, annorum quattuordecim *esse* non intellexeretur. nec interest, utrum *scribatur* 'si annorum quattuordecim factus erit' an ita, cum priore scriptura per conditionem tempus demonstratur, sequenti per tempus condicio, utrobique tamen eadem condicio *est*. Quaedam autem condiciones etiam superuacuae sunt, ueluti si ita scribat: 'Titius [B] heres esto. si Titius hereditatem meam adierit, Maenio decem dato': nam pro non scripto ea condicio erit, ut omnimodo ad heredem Maenii legatum transeat, etiamsi Maenius ante *aditam* hereditatem decesserit. et idem, si ita fuerit scriptum: 'si Titius hereditatem meam adierit, intra dies centum Maenio decem dato': nam hoc legatum in diem erit, non sub conditione, quia definitio Labeonis probanda est dicentis id demum legatum ad heredem *legatarii* transire, quod certum sit debitum iri, si adeatur hereditas. Si tamen duos heredes instituat et, si alter ex his adeat hereditatem, alicui legem ab omnibus heredibus: non *erit* pro superuacuo ea condicio, sed in portionem quidem coheredis ualebit, in ipsius autem, cuius persona in conditione comprehensa est, superuacua erit, perinde atque || si l. 130<sup>o</sup> solo eo herede instituto eo modo legatum esset.
- 23 ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Cum in annos singulos [B. 44, 20, 20] *E* legatum relinquitur, sine dubio per annos singulos inspecta conditione legatarii aut capere<sup>1</sup>. et si plurium seruus sit, singulorum dominorum erunt personae spectandae.
- 24 PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. Si penum heres dare [B. 44, 20, 21] *Ef* damnatus sit uel fundum et, si non dedisset, decem, ego accepi et penum legatam et translata esse in decem, si noluerit penum heres dare, et tunc pecuniam deberi, cum interpellatus fundum non dedisset, et, si interea decesserit legatarius, tunc heredi eius *non nisi* fundum deberi. namque cum dictum est: 'at Publicius fundum dato', perfectum est legatum et cum dicit: 'si non dederit, centum dato', sub conditione fundi legatum *ademptum* uideri eo casu, quo centum deberi coeperit. quorum quia condicio nullo legatario non existerit, forte quia interpellatus heres non sit, euenit, ut ademptio nihil egerit *fundique* legatum durauerit. Plane si sic legatum sit: 'si penum non dederit, decem dato', *dicimus non esse* penum legatum<sup>2</sup>.
- 25 PAPIANUS libro octauo decimo quaestionum. Cum illud aut illud legetur, [B. 44, 20, 22] *P* enumeratio plurium rerum disiunctiuo modo comprehensa plura legata non facit. nec aliud probari poterit, si pure fundum alterum uel alterum sub conditione legauerit: nam pendente conditione non erit electio nec, si moriatur, ad heredem transisse legatum uidebitur. *Heres meus Titio dato quod mihi Seius debet*. si Seius pupillus sine tutoris auctoritate *nummos accepit nec locupletior factus est et creditor* ad praesens debitum uerba rettulit, quia nihil Seius debet, nullius momenti legatum erit: quod si uerbo debiti naturalem obligationem et futuram solutionem cogitauit, interim nihil Titius petet, quasi tacite condicio *inserta sit*, non secus ac si ita dixisset: 'Titio dato, quod pupillus soluerit' uel si legasset *quod ex Arethusa natum erit* uel 'fructus, qui in illo fundo nascentur'. contrarium non *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> posse dicendus est aut non capere *ins.*    <sup>2</sup> legatum (u. i.)?

1 ad quitum *F* 3 est] *WDEPCK*, om. *FP*  
 4 effectus *F* 5 esse non] *D*<sup>4</sup>, non esse non  
*FD*<sup>6</sup>, non esse *WEICK* 8 superuacuae *F* |  
 Titius heres *F*<sup>2</sup> 9 non] no *F* 10 omne-  
 modo *F* | ante] ad te *F*<sup>2</sup> 15 institu'tam *F*<sup>2</sup>  
 17 superuacua *F* 18 eo herede] *FE*, cohe-  
 rede *DICK Tawell*. 20 aut] *F*<sup>2</sup>, ait *F*<sup>2</sup>, om.  
*WDEICK* 23 accipi *F* 25 interpellatis *F*  
 26 at] ita *WDEQICK* 28 quo] ouo *F*  
 29 exstitit *F*<sup>2</sup> | euenit *F*<sup>2</sup>, etienit *F*<sup>2</sup>  
 30 durauerit] *PK*, dorauerit *F*, donauerit *WD*

(suprascr. al. durauit) *EQIC* 31 legatum]  
*FCK*<sup>2</sup>, legatam *WDEQIK*<sup>2</sup> 35 nec] ne *F* |  
 moratur *F* 36 mihi seius] mihi si eius *F*  
 37 accepit nec] *scripsi*, accepissec *F*<sup>2</sup>, acce-  
 pisset *F*<sup>2</sup>*Q*, accepisset nec *DEICK*: και οὐ  
 γέγονεν ἐκ τοῦτοῦ πλογυϊώτερος *B (Tip.)* | est  
 et creditor] *scripsi*, est se et petitor *F*, set  
 et petitor *E*, esset petitor *WD*<sup>2</sup>*QI*<sup>2</sup>, esset et  
 petitor *D*<sup>2</sup>*IC*, esset sed petitor *K* 38 seius]  
*van de Water*, eius *F*, ei *WDEICK* 39 nihil  
 si titius *F* 41 nascentum *F*<sup>2</sup>

est, quod, si medio tempore legatarius moriatur et postea partus edatur, fructus perveniant, pecuniam pupillus exsoluat, heres legatarii petitionem habet: namque dies legati, cui condicio non adscribitur, quamvis extrinsecus expectanda sit, cedit.

- 26 **IDEM** libro nono responsorum. Firmio Heliodoro fratri meo dari uolo quin- B. 44, 20, 28 P  
 'quaginta ex reditu praediorum meorum futuri anni postea'<sup>1</sup>. non uideri condicionem ad- 5 5  
 ditam, sed tempus soluendae pecuniae prolatum uideri respondi: <sup>2</sup>fructibus fini relictas  
 1 pecuniae non perceptis ubertatem esse necessariam anni secundi. Cum ab heredibus  
 alumno centum dari uoluisset testator *et* eam pecuniam ad alium transferri, ut in annum  
 uicensimum quintum trientes usuras eius summae perciperet alumnus ac post eam aetatem  
 sortem ipsam: intra uicensimum quintum annum eo defuncto transmissum ad heredem 10  
 pueri fideicommissum respondi: nam certam aetatem sorti soluendae praestitutum uideri,  
 non pure fideicommissio relicto condicionem *insertam*. cum autem fideicommissum ab eo  
 peti non posset, penes quem uoluit pecuniam collocari, propter haec uerba 'eamque alumnus  
 meo post aetatem supra scriptam curabis reddere' fideicommissum ab heredibus petendum,  
 qui pecuniam dari stipulari debuerunt: sed fideiussores ab eo non petendos, cuius fidem 15  
 2 sequi defunctus maluit. Pater annua tot ex fructu bonorum, quem uxori legauit, accessura  
 filii patrimonio praeter  $\parallel$  exhibitionem, quam aequae matri mandauit, ad annum aetatis eius f. 131  
 uicensimum quintum *ab* uxore praestari uoluit. non plura, sed unum esse fideicommissum  
 certis pensionibus diuisum apparuit et ideo filio intra aetatem supra scriptam diem functo  
 residui temporis ad heredem fideicommissum <sup>3</sup> eius transmitti, sed non initio cuiusque anni 20  
 peti pecuniam <sup>4</sup> oportere, quod ex fructibus uxori datis pater filio praebere uoluit. ceterum  
 si pecuniam annuam pater alimentis filii destinasset, non dubie persona deficiente causa  
 praestandi uidetur extincta.
- 27 **SCAEUOLA** libro tertio responsorum. Filium familias ex parte pure instituit B. 44, 20, 24 P  
 heredem eique fideicommissum dedit et eodem testamento ita cauit: 'quod ego Lucium 25  
 Titium heredem institui, ita eum adire hereditatem uolo, si is patria potestate liberatus  
 fuerit': quaesitum est, an a coheredibus eius adita hereditate legati filio familias dati dies  
 cesserit. respondit, si pure sit datum, a coherede filii pro hereditaria parte fideicommissum  
 1 peti posse. Menstruos denarios denos manumissis legauit: quaesitum est, cum absentibus  
 heredibus ex senatus consulto libertatem sunt consecuti, ex quo tempore eis cibaria de- 30  
 beantur. respondit secundum ea quae proponerentur ex eo tempore his cibaria debeantur<sup>5</sup>,  
 quo liberi esse coeperint.
- 28 **IDEM** libro quarto responsorum. Si fundus instructus cf. Scaeu. D. 33, 7, 28. B. 44, 20, 26 P  
 relictus erit, quaeritur, quemadmodum dari debeat, utrum sicut instructus fuit mortis tem- 35  
 pore an eo tempore quo facti sunt codicilli an quo peti coepit. respondit ea quibus in- 40  
 structus sit fundus, cum dies legati cedat, deberi.
- 29 **UALENS** libro primo fideicommissorum. 'Rogo, quandoque heres meus Titio B. 44, 20, 26 P  
 'decem det': utique decem heres debet, sed quando, dubitari potest: utrum <sup>6</sup> cum primum 45  
 potuerit, et dies cedit et ab ipso petitur.
- 30 **LABEO** libro tertio posteriorum a **IAUOLENO** epitomatorum. Quod pupillae B. 44, 20, 27 P  
 legatum est 'quandoque nupserit', si ea minor quam uiripotens nupserit, non ante ei lega- 50  
 tum debetur, quam uiripotens esse coeperit, quia non potest uideri nupta, quae uirum  
 pati non potest.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> postea] post mortem meam? <sup>2</sup> et primo anno *ins.* <sup>3</sup> fideicommissum ad heredem (W)?  
<sup>4</sup> pecuniam *del.* <sup>5</sup> deberi (*Hal.*)? <sup>6</sup> uerum (*Rob. Stephanus*)?

5 postea non F<sup>2</sup> 6 fini] fundi f 7 pe-  
 cuniae] f, pecun'ia F<sup>4</sup> 8 et *om.* F 12 in-  
 sertam] sertam F 13 posses F | eamque]  
 eamquem F 15 no'n' F<sup>4</sup> 16 annuo F |  
 quem] *sic Graeci*: ἐάν ἀηγάτεῦσω τῆ γαμετῆ  
 μοῦ τὴν χρεῖαν B (*Tip.*), quam F, quae DEICK  
 17 aequae F 18 ab *om.* F 20 tempore F

21 uxuri F | praebari F 22 annuam] E,  
 annum FQ, *om.* WDICK | destinasset non  
 dubie] DICK, destinasse dubie F, destinasset  
 dubie EQ (*margin.*: P[isia] de[est]) 27 dies  
 decesserit F 30 ciuaria F 31 ciuaria F  
 35 ea] *sic l. gem.*, a F 36 cum] eum F  
 41 uiripote'n's F<sup>4</sup>

31 SCAEUOLA libro quarto decimo digestorum. Uxori ex parte sextante heredi [B. 44, 20, 28] A institutae substituit et heredem<sup>1</sup> fidei commisit, si uxor heres non erit, dotem ei et alia quaedam dari: post mortem mariti uxor ante condicionem et priusquam adeat hereditatem decessit. quaesitum est, an dies fideicommissi cum moritur cessisse uideatur ideoque heredibus eius debeat. respondi, si uxor prius decessit, quam hereditatem adiret, uideri diem 5 fideicommissi cessisse.

## III.

R UT LEGATORUM SEU FIDEICOMMISSORUM SERUANDORUM *ESPA*  
CAUSA CAUEATUR R

1 ULPIANUS libro septuagesimo nono ad edictum. Legatorum nomine satis- [B. 44, 21, 1] E dari oportere praetor putauit, ut, quibus testator dari fieriue uoluit, his diebus detur uel 11 fiat dolumque malum afuturum stipulentur. Semper autem satisfacere cogitur, cuiuscumque 2 sit dignitatis uel facultatum quarumcumque heres. Nec sine ratione hoc praetori uisum est, sicuti heres incumbit possessioni bonorum, ita legatarios quoque carere non debere bonis defuncti: sed aut satisfacitur eis aut, si satis non datur, in possessionem bonorum 15 3 uenire praetor uoluit. Non solum autem omnibus | legatariis satisfacere oportet, sed et successoribus legatariorum satisfacere debere iam constat, quamuis isti non ex iudicio defuncti, 4 sed successionis necessitate quasi ad aes alienum admittantur. Sed et procuratoribus legatariorum satisfacendum est eoque iure utimur. Plane si ei qui in potestate alicuius erit legatum sit, cauebitur ei cuius iuri subiectus est. Non solum autem legatorum nomine heredes 20 6 cauent, sed et successores eorum. Is etiam, cui ex senatus consulto restituta est hereditas, nihilo minus ad cautionem compellitur. Nec non et qui per alios heredes existunt 8 siue honorarii successores ad satisfactionem compelluntur. Plane si quis omisa stipulatione 9 item de legato contestatus est, probandum est cessare debere stipulationem. Idemque 10 in fideicommissis quoque probandum est. Si cui ita sit legatum uel fideicommissum re- 11 lictum et si id perdidisset, rursus relictum<sup>2</sup>, uideamus, an satis sequentis legati siue fideicommissi petere possit. mouet quaestionem, an fideicommissum hoc siue legatum debeat 12 et quotiens debeat et an ipse legatarius cauere debeat se non perditurum. de his omnibus extat rescriptum diui Pii ad Iunium Maucium tale: 'Clodio Fructulo [cf. D. 32, 11, 18] 13 secundum ea, quae epistula continentur, legata siue fideicommissa ex testamento Clodii Felicis praestari debent citra necessitatem cauendi nihil ex his deminuturum se. nam quod 14 fidei heredis ab eodem testatore commissum est, ut, si Fructulus perdidisset quod ei in testamento relictum est, rursus heres ei id restitueret, non eo pertinet, ut aut Fructulo 15 priorum legatorum nomine satisfacere iniungenda aut onerandus sit heres in infinito<sup>3</sup>, ut, quotiens is perdidisset, restituere ei tantundem debeat, sed ut per fideicommissum poste- 16 rius duplicata legata eius uideantur nec amplius ad periculum heredis pertineat, si quid 17 postea is consumpsit exsoluto ei<sup>4</sup> posteriore fideicommisso'. rescripto ergo ostensum legatarium heredi non debere cauere se non perditurum. uersa uice an heres de sequenti legato siue fideicommisso cauere debeat, quaeritur. et putem non oportere ei cauere, cum 18 in suo arbitrio habeat, ne perdat id quod sibi relictum est, quamuis si quis inspexerit, 19 quod sub condicione relictum est, dicere debeat satisfactionem exigendam. Certe siue ex 20 esse siue ex parte quis legatum debeat, cauere debet, siue institutus sit heres siue sub- 21 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> et heredem] coheredes et eorum (u. i.)?  
<sup>2</sup> infinitum? <sup>4</sup> et l. gem.

<sup>3</sup> ut, si id perdidisset, rursus sit relictum?

1 uxori F 2 substituit et heredem (heredi WC, heredum D, heredis EIK, inc. I<sup>o</sup>) ἡ νόμο-κατέστησα αὐτῇ τοὺς συγκαληρονόμοις αὐτῆς B (Tip.) 4 heredeibus F 11 his diebus] hisdem (supra u. I: al. id) ut WIC, hisdem K, idem ut D, uel hisdem diebus E 14 in-

cumbit] DICK, incumbit F, incubuit W, om. inter alia E 16 satisfacere FWDEICK 17 defuncti F 20 caueatur F<sup>a</sup> | legatarum F 24 cessare] F, nec cessare WEICK, necessarie D 25 cui] qui F | sit] sis F<sup>a</sup> 29 rescripti F 33 restitueret F



- 13 stitutus. Bellissime quaeritur, an haec stipulatio incrementum ex fructibus uel usuris sentiat. et recte placuit ex mora incrementum habituram stipulationem, ut id quod oportebit  
 14 comprehendat. Si quis sub condicione legatum stipulatus pendente condicione decesserit, stipulatio euanescit, quia nec legatum transmittitur. huic stipulationi<sup>1</sup> easdem causas et condiciones inesse sciendum est: proinde si qua sit exceptio, quae petenti legatum opponi  
 15 solet, eandem ex stipulatu quoque agenti opponendam esse placet. Procuratori eius, qui absens esse dicitur, si stipulanti legati nomine spondeat heres, Ofilius ait ita cauere debere, si is, cuius nomine caueat, niuat, uidelicet ne teneatur illo ante defuncto. Item quaeritur, in hanc stipulationem utrum ipsae res ueniant quae legatae sunt an uero pretia  
 16 earum. et est uerius in hanc stipulationem res uel pretia deduci. Si decem quae in arca  
 17 erant mihi legata sint, tibi eorum usus fructus legatus sit, si pure utrique legatum sit  
 || relictum, is cui proprietates legata est ipso iure decem uindicabit, fructuarium autem ex  
 18 senatus consulto acturum et quinque usum fructum petiturum constat. sed cum decem uindicat proprietarius, per exceptionem doli repelli,<sup>2</sup> qua fructuarius de restituendis quinque heredi canit. plane si decem aureorum possessionem legatarius habeat, Marcellus ait dan-  
 19 dam uel heredi uel fructuario utilem actionem in legatarium, si modo ei caueatur. sed si sub condicione ei decem legata sint, fructuarium interim decem oblata cautione habiturum, legatario uero, cui proprietates relictae est, interim legatorum stipulatio praestanda est. sed si omiserit stipulationem, existente condicione ad exhibendum eum posse agere Marcellus ait. sed si ignorans heres legatum decem fructuario dedit, ad exhibendum eum non teneri  
 18 palam est: succurrendum tamen legatario aduersus fructuarium Marcellus ait. Si ad fiscum portio hereditatis peruenerit, cessabit ista stipulatio, quia nec solet BS. 41, 2, § sch. 3  
 19 fiscus satisfacere. Qui minorem partem hereditatis possidet, cum ex maiore parte heres sit, si quidem ipso iure minuatur portio hereditatis, securior erit heres: neque enim<sup>3</sup> ex maiore parte ex stipulatu tenetur legatariis, quam ex qua heres est: si uero nomen quidem  
 20 heredis apud eos integrum maneat, uerumtamen effectum minus habeant hereditatis et cauerint legatorum nomine, uidentur onerari, quia ipso iure pro ea parte legata debent, pro qua heredes sint. sed enim aequissimum est non maiorem partem legatariis soluere, quam cuius habent emolumentum. hoc autem euenit, cum hereditas pro aliqua parte ex Trebelliano restituitur: nam pro rata exonerandi sunt heredes eius partis nomine, cuius emolumentum sibi ablatum est. Si ei, qui in alterius potestate erit, incerta die legatum fuerit, cauebitur ei, qui habet eum in potestate, non praecise, sed sub condicione 'si, cum eius legati dies cedit, in potestate sit'. ceterum si sui iuris inueniatur, iniquum esse uisum est patri cautum esse, cum alii legatum debeatur, quamquam etsi sine hac adiectione caueretur, uerum<sup>4</sup> tamen exceptione patrem uel dominum submoueremus, si existentis condicione tempore non haberent eos in potestate. euenit tamen secundum hoc, ut in casum non sit de legato cautum: nam si existentis condicione tempore sui iuris sunt, non erit cautum.
- 2 PAPINIANUS libro uicensimo octauo quaestionum. Nec si forte uelit pater cauere neminem amplius petiturum, compellendus erit heres legatum, quod iam filius petere potest, alii quam cui debetur exsoluere.

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> et legatorum actioni *ina*.    <sup>2</sup> *talia fere exciderunt: si paratus sit heres quinque ei soluere et stipulationem ei cedere*    <sup>3</sup> *erit: neque enim heres?*    <sup>4</sup> *uerum del.*

1 uellissime F | incrementum F    2 ut om. F  
 4 nec legatum] WDEQK, negligens atum non F<sup>4</sup>, legatum non I<sup>4</sup>C, nec legatum non I<sup>4</sup> | easd'as'em causa et F<sup>5</sup> 5 inesse] ineste F | petenti] et petenti F    8 ante] ant F    12 uindicauit F    14 qua] FIC, quia WDE, quoniam K  
 18 cui] qui F<sup>2</sup>    25 extipulatu F    26 effectum minus habeant hereditatis] DE, effectum minus h. h. F, effectum minus h. h. f, nec minus

facti h. h. W, minus effectus h. h. Q, nec totius factus (factus em.) h. h. K<sup>2</sup>, nec totius factus (factus em.) h. h. nec actum (ne factum em.) minus h. h. (ne factum minus h. h. *postea del.*) I, nec minus effectum h. h. CK<sup>2</sup>    32 praecise F | condicione si] condicione F    35 exceptionem F    37 legato] locato F    39 papini'sanus F    41 quan F

3 ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum. Sed et ipsis, qui sunt in potestate, *E* cauendum est, quemadmodum solet caueri, si eadem res duobus sub diuersis uel contrariis condicionibus relicta sit: duobus enim satisfacitur, sed in utroque casu isdem personis satisfactionem subituris.

4 IDEM libro quinto decimo ad edictum. Si ex causa fideicommissi sit apud B. 44, 21, 2 *E<sup>o</sup>f* aliquem hereditas nec legatorum satisfacit, in possessionem aduersus eum legatarius mittitur.

5 PAPIANUS libro uicensimo octauo quaestionum. Postquam heres ab hosti- B. 44, 21, 3 *P* bus captus est, condicio legati, cuius nomine proposita<sup>1</sup> stipulatione cautum fuerat, extitit: fideiussores interim teneri negauit, quia neque ius neque persona esset, ad quam uerba stipulationis derigi possint. Imperator Marcus Antoninus Iulio Balbo rescripsit eum, a quo res || fideicommissae petebantur, cum appellasset, cauere uel, si caueat aduersarius, ad aduersarium transferri possessionem debere. recte placuit principi post pronocationem quoque fideicommissi cautionem interponi: quod enim ante sententiam, si petitionis dies moraretur, fieri debuit, amitti post uictoriam dilata petitione non oportuit. sed quare<sup>2</sup> non cauerat de fideicommissis qui prouocauerit, si caueret aduersarius, ad eum possessionem esse transferendam rescripsit, cum alia sit edicti condicio? non enim exigitur a legatario uice mutua cautum, sed uicaria custodiae gratia possessio datur et qui optinuit in possessionem per praetorem aut praesidem inducitur. sed praetor quidem in omnium rerum possessione, quae in causa hereditaria permanent omnimodo, fideicommissi seruandi gratia esse permittit: princeps autem earum rerum nomine, de quibus fuerat iudicatum, mutuas admisit cautiones: sicuti, cum de bonis suis conferendis filius accepta possessione cauere non potest, quia denegamus ei actiones, defertur condicio cauendi fratribus ex forma iurisdictionis, quod ex portione fratris fuerint consecuti, cum bona propria conferre coeperit, se restituros. sed si nec ipsi cauere possint, utiliter probatum est uirum bonum ab utraque parte eligendum, apud quem ut sequestrem fructus deponantur<sup>3</sup> quique utiles actiones a praetore datas exerceat. possessio autem ex rescripto supra relato non aliter ad eum, qui fideicommissum petit, transfertur, quam si cauerit, tametsi maxime aduersarius non per inopiam, sed per contumaciam cauere noluerit: sed si is qui uicit non possit cauere, uel res deponenda uel iurisdictione restituenda erit. Si dies aut condicio legati fideicommissi petitionem actionemque differre dicatur et ideo satisfactio desideretur, heres autem per calumniam postulari contendat et relictum neget, non aliter audiendus erit qui cauere postulat, quam si scripturam, qua relictum adfirmet, exhibuerit. Cum quaerebatur, ubi fideicommissi seruandi causa caueri oporteat, imperator Titus Antoninus rescripsit, si domicilium Romae non haberet heres et omnis hereditas in prouincia esset, ad satisfactionem fideicommissi nomine in prouinciam fideicommissarium remittendum esse. quare si heres in eum locum cauendi gratia remitti desideret, ubi domicilium habet, legatarius autem ibi caueri postulet, ubi est hereditas, non erit heres remittendus. idque imperator Titus Antoninus rescripsit. Quibus litteris adiectum et si bona iam distracta sunt uel testatoris permisso uel concedente legatario, pretium eorum fideicommissi seruandi causa in deposito habendum.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> praetoria (*Cuiacius*: p̄toria = p̄posita)? <sup>2</sup> cum *ins.* (similiter *Cuiacius*) <sup>3</sup> fructus deponantur] relictus deponatur (*cf. D. 37, 6, 1, 10 et 36, 1, 80, 12*)? <sup>4</sup> fideius?

2 conuendum *F* | contrariis *F*<sup>4</sup> 5 quinto decimo] *F*<sup>4</sup>, quinto (*super o pos. a, mox del. F*) dedicto *F*<sup>4</sup> 6 nec] neg *F* | satisfacit in] satisfactisdati in *F*: τοῦ καθ' ὁμάδα φιδικομισσαρίου ἢ ἀφαιζομένου *B* (*Tip.*) 9 interin *F* | uerba in stipulationis *F* 11 si caueat aduersarius ad aduersarium transferri] scripsi (*cf. u. 15*), si caueat aduersarium transferri *F*<sup>4</sup>, si caueat ad eum transferri *F*<sup>4</sup> *Q*, si non caueat (cauerat *I*<sup>o</sup>) ad (ad *om.* *IK*) aduersarium transferre *WDICK*, si non ca-

ueat ad eum transferri *E* 12 prouocationem] *EQ* (*margo*: Pisana est haec), prouocationem *F*, probo cautionem *WDI<sup>4</sup>CK<sup>o</sup>?*, ea cautionem *I<sup>4</sup>K<sup>o</sup>*, *inc. I<sup>4</sup>K<sup>o</sup>* 13 petitiones *F*<sup>4</sup> 18 p̄e'r *F*<sup>4</sup> 22 defe'n'rtur *F* | ex firma *F* 23 fatris *F* 24 ipsi] ipse *F* 27 tamensi *F* 28 uicit] *WDEICK*, uiuit *F* 31 cuntendat *F*<sup>4</sup> 32 qua relictum] *I*, qua relictam *FK*, quam relictam *WDEC*, qua relictura *Q* 33 domicilium *F* (*em. f.*) 35 prouincia *F* 37 e's't *F*<sup>4</sup> 38 testatoris in' *F*<sup>4</sup>

- 6 ULPIANUS libro sexto fideicommissorum. Si quando incerta summa est fidei- B. 44, 21, 4 P  
 1 commissi, qui cognoscit taxationem<sup>1</sup> quoque fideiussores petuntur. Admonendi autem sumus  
 rebus publicis remitti solere satisfactionem fideicommissorum etiam si quando necessitas  
 dandi intercedat: repromissio plane exigenda est uoluntati defuncti statu iri. 4
- 7 PAULUS libro secundo manualium. Filio uel seruo sub condicione a patre B. 44, 21, 5 P  
 dominoue herede instituto legatum est. huius legati satis petere non possunt: sed pendente  
 condicione emancipatus || uel manumissus si satis petant, quaeritur, an audiendi sint, ne f. 18 183  
 beneficium patris dominoue ipsis onerosum sit, an sibi imputare deberent, qui dederunt eis  
 postulandi aduersus se facultatem. sed melius est per mediocritatem causam dirimere, ut  
 cautioni tantum cum hypotheca suarum rerum committantur. 10
- 8 ULPIANUS libro quadragesimo octauo ad Sabinum. Cum legatorum nomine B. 44, 21, 6 S  
 satisfatum est, simul dies legatorum cessit, protinus isdem diebus etiam ex stipulatione  
 debentur<sup>2</sup>, S
- 9 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. non tamen ut statim peti possint<sup>3</sup>: B. 44, 21, 7 S  
 deberi enim dicimus et quod die certa legatario praestari oportet, licet dies nondum uenerit. 15
- 10 POMONIUS libro uicensimo sexto ad Sabinum. Si a te herede legatum mihi B. 44, 21, 8 S  
 sit sub condicione tuque, postquam adieris hereditatem, satisfideris legatorum et post mor-  
 tem tuam ante aditam tuam hereditatem condicio legati extiterit, Sabinus ait fideiussores  
 mihi teneri, quia omnimodo dari oportet legatum et in rem esset concepta stipulatio. 19
- 11 GAIVS libro tertio decimo ad edictum prouinciale. Si legatariis, qui aduersus B. 44, 21, 9 S  
 me in possessionem legatorum seruandorum causa missi sunt, procurator uel quis alius  
 meo nomine cauerit, perinde mihi praetor accommodat interdictum, quo iubeantur disce-  
 dere legatarii possessione, ac si ego cauissem.
- 12 MARCIANUS libro septimo institutionum. Licet, ut non petatur cautio, con- B. 44, 21, 10 S  
 dicio testamento scripta fuerit, non uidetur condicio: et ideo licet desiderauerit quis caneri 25  
 sibi, non uidetur condicione defectus, quia postquam remitti talem cautionem iure publico  
 placuit, nec onus cautionis sequitur nec quidem condicio intellegitur.
- 13 NERATIUS libro septimo membranarum. Ei quoque, cui legatorum actio B. 44, 21, 11 S  
 datur in eum, qui praetermissa institutione ab intestato possidet hereditatem, legatorum  
 satisfatur et, nisi satisfadbitur, in possessionem legatorum seruandorum causa mittitur: nam 30  
 haec quoque praetor porinde salua esse uult atque ea quae iure ciuili debentur. idem  
 Aristoni placet.
- 14 ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum. Haec stipulatio et in fidei- B. 44, 21, 12 S  
 commissis locum habet, siue pure fideicommissum sit relictum siue ex die certa uel incerta  
 uel sub condicione, siue res aliqua siue hereditas siue ius aliquod relictum est. Diuus 35  
 quoque Pius rescripsit, quotiens euident res est, ut certum sit nullo modo cf. D. 36, 4, 1, 3  
 fideicommissio locum esse, perquam iniquum esse superuacua cautione onerari heredem.
- 15 PAULUS libro septuagensimo quinto ad edictum. Etiam de praesenti legato B. 44, 21, 13 S  
 1 locum habet haec satisfatio, quoniam nonnullas moras exercitio iudicii habet. Si et ad  
 herede instituto legatorum satis acceperit legatarius et a Trebelliano fideicommissario, utra- 40  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> talia exciderunt: facit et ita eius <sup>2</sup> debetur? <sup>3</sup> possit?

2 taxationem] sic FWDEQICK 4 statu iri] staturi F, statum iri WEQIK, statim iri DC 8 beneficium] fieficium F<sup>o</sup> | ipsi F 9 midio- critatem F 12 legatorum 'nomine satisd' cessit F<sup>a</sup> 15 certa legatario] scripsi col- lata epitoma Graeca: περί τοῦ ληγατεγομένου ὑπὸ ἡμέραν, certario F, certa f 16 si a te] sitat F<sup>1</sup> 17 satisfaderit F 20 legatariis qui] legatoribus F, legatarius D, cum lega- tarii E, legatarii ICK: ἐάν οἱ ληγατάριοι πεμφθῶσιν εἰς νομὴν καὶ ὑστερον ὁ ἐπτολεῦς μοῦ ἢ ἄλλος ὑπὲρ ἐμοῦ δῶσει τὴν ἀσφάλειαν

B (Typ.) 21 me in] mei]non F 22 caneri F | discedere F<sup>o</sup> 26 defactus F | publicio F 27 ne quidem F 28 cui] E, om. FWDQICK 30 possessione F 31 perininde F | ciuile F 32 aristoni] aristo in F 34 siue pure fidei- commissum sit relictum siue ex die certa uel incerta] sic scripsi cum interprete: εἴτε χωρὶς ἀίρεσῶς ἐστὶν ἢ ὑπὸ ἡμέρας δῆλως ἢ ἀδῆλως ἢ ὑπὸ ἀίρεσιν, si pure fideic. sit re- lictum siue ex di certa F 36 est] et F(em. f) 39 satisfadatis F(em. f) | exercitio] F, exceptio WDEQICK

que quidem stipulatio committetur, sed exceptione se tuebatur heres, quia cauere non debuerit. sed si pars hereditatis restituta sit, ab utroque cauendum est. Etiam si ab intestato debeatur fideicommissum, locum habet haec stipulatio.

GAIUS libro uicensimo septimo ad edictum prouinciale. Si duo eiusdem nominis de legato contendant, utrisque *satisfatur*: nec onerari heredem, cum possit eosdem fideiussores ad utramque stipulationem adhibere, qui et ipsi non onerantur, cum futurum sit, ut uni tenerentur.

PAULUS libro quadragensimo octavo ad edictum. Si ab uno ex heredibus legatorum satis accipimus, cum ab omnibus heredibus nobis legatum esset: si pars heredis adcrecat promissori, in totum fideiussores tenentur, si solidum legatum is coeperit debere.

SCAEUOLA libro uicensimo nono digestorum. Quae filium legitimum relinquebat, patrem eundemque collibertum ex asse scripsit heredem fideique eius commisit, ut, quicquid ad eum ex hereditate eius peruenisset, cum moreretur, restitueret filio testatricis nepoti suo, et haec uerba adiecit: 'satis a Seio patre meo exigi ueto'. quaesitum est, cum iste Seius substantiam suam dissipat et ueretur pater fideicommissarii, ne inane fideicommissum constituatur, an ad satisfactionem fideicommissi nomine patrem defunctae compelli possit. respondit secundum ea quae proponerentur non compellendum cauere. Idem quaesit: testatricem apud maritum suum, ex quo filium reliquerat, res deposuisse non exacta cautione depositionis: an ea res patri heredi restitui debeat? an uero quoniam emolumentum totius hereditatis ad filium defunctae reuerti deberet, apud maritum remaneret, quod quem dos remansisset? respondit, quod mulieris mansisset nec in dote fuisset, restituendum esse heredi. Tutor, qui et coheres pupilli erat, absente pupillo, cum admonuerant eum legatarii, fideicommissi nomine in solidum ipse cauit. quaesitum est, an in pupillum adultum factum danda sit utilis actio. respondit dandam.

### III.

#### UT IN POSSESSIONEM LEGATORUM UEL FIDEICOMMISSORUM SERUANDORUM CAUSA ESSE LICEAT

ULPIANUS libro quinquagensimo secundo ad edictum. Si quis, cum uetitus esset satis accipere, acceperit, an repeti satisfatio ista possit, ut heres condicat liberationem? et quidem si sciens heres indebitum cauit, repetere non potest. quid deinde, si ignorauit remissam sibi satisfactionem? potest condicere. si uero hoc non potuisse remitti crediderit, numquid condicere possit qui ius ignorauit? adhuc tamen benigne quis dixerit satisfactionem condici posse. quid deinde, si commissa sit stipulatio, fideiussores putamus exceptione uti posse an non? et magis est, ut utantur exceptione, quia ex ea causa intercessit satisfatio, ex qua non debuit. Non exigit praetor, ut per heredem stet, quo minus

(WDEQICK)

ita (Breemannus)?

haec] sec F 5 nominis] inominis F<sup>o</sup> | de] WDEQICK, om. F: ἐάν ... φιλοεικῶς περὶ τοῦ ἀληγᾶτος B (Tip.) | satisfatur] satur F | nec] nec F 6 non onerantur] nonerantur F 9 nobis legatum esset] homis l. e. F<sup>o</sup>, hōbis l. e. F<sup>o</sup>, l. e. (om. nobis) WDEQICK, huiusmodi leg. nobis esset E | si paris F: καὶ προσαγγίζῃ τὰ τῶν συγκαληρονόμων μέρη B (Tip.) 10 tenetur F | legatum] C<sup>o</sup>K, secatum FQ, se cautum I, secarum W, secutum D, legatum secutum E, sed aliis legatum secutum C<sup>o</sup> 11 debet F, deberet W, debet D, deberi E 13 heredum F (em. f): κληρονόμον εἰς ὁλόκληρον ἔγραψε B (Tip.) 15 haec] hac F |

berna F<sup>o</sup> 16 seius] eius F (em. f) | dissipat] WDEQICK, dissipatre F: εἰ σκορπίζει τὰ πράγματα B (Tip.) 28 seruandorum om. ind. F 31 et quidem si sciens] DEI, et si quidem sciens K, et si quidem si sciens W, et quidem sciens F, qui dum sciens si ciens C 33 quid' ius F<sup>o</sup> 35 est ut utantur F<sup>o</sup> 36 § 1 sic reddit epitome *Typucitiana*: καὶ περὶ τοῦ ἐάν ἢ ὁ κληρονόμος ὀχληθεῖς μὴ ἀσφαλίσῃται ἢ ἀπολιμπάνῃται, πῶς πέμπεται εἰς νόμῳ ὁ ἀληγᾶτιος. καὶ πότε δοκεῖ ὁ κληρονόμος ἐμποδίζειν δοῦναι τὰ ἱκανὰ καὶ πότε οὐ. καὶ πότε δοκεῖ ὑπερτίθεσθαι. unde addendum uidetur abest post hoc est

- caueat, sed contentus fuit per legatarium uel fideicommissarium non stare, quo minus ei caueatur. quare si non fuerit, qui interpelletur cautionis nomine, hoc est<sup>1</sup> is a quo legatum fideiue commissum relictum est, omnimodo poterit legatarius et fideicommissarius in possessionem ex hoc edicto mitti, quia uerum est per eum, qui caueri oportebit, non fieri, quo minus caueatur. non tamen et satisfactio debet offerri legatario, sed sufficit, siue desiderauit et non cauetur, siue non habeat, a quo satis desideret. Si debitori liberatio sit relicta, non est exigenda cautio, quia habet penes se legatum: quippe, si conueniatur, exceptione doli mali uti possit<sup>2</sup> ei cui legatum solutum est. Cum constet legatum non deberi, diuus Pius ad Aemilium Equestrem rescripsit non debere praetorem satisfactionem admittere. Tunc ante aditam hereditatem satisfaciendum de legatis est, cum adhuc dubium est, an hereditas adeatur. ceterum si certum sit repudiatam uel omissam hereditatem uel absentos necessarios heredes, frustra hoc edictum imploratur, cum certum sit legatum uel fideicommissum non deberi.
- 2 IDEM libro septuagesimo nono ad edictum. Si autem certum sit hereditatem necdum aditam fuisse, nec satisfactio nec possessio locum habet. [B. 44, 22, 2]
- 3 IDEM libro quinquagesimo secundo ad edictum. Si is, a quo satis petitur, offerat cognitionem et dicat: 'hodie constet de fideicommissio, hodie agamus', dicendum est cessare satisfactionem, cum possit ante de fideicommissio quam de satisfactione constare. [B. 44, 22, 3]
- 1 Nec non illa cognitio imploranda erit ab herede, si forte dicatur per calumniam satis peti: hoc enim commune est omnium satisfactionum. diuus enim Pius rescripsit eum, apud quem satis petitur, debere explorare, num per calumniam satis petatur: de qua re summam debet cognoscere. Si procurator satis legatorum desideret, si quidem mandatum ei sit, non habebit necesse de rato cauere, sed erit ei satisfaciendum: si uero dubitetur, an mandatum sit uel non sit, de rato cautio erit exigenda. Si semel fuerit satisfactum, quaesitum est, an etiam rursus cauendum sit, si forte dicatur egenos fideiussores esse datos. et magis est, ut caueri non debeat: hoc enim diuus Pius rescripsit Pacuinae Liciniana: ipsam enim facilitati suae expensum ferre debere, quae minus fideiussores idoneos accepit: neque enim oportet per singula momenta onerari eum, a quo satis petitur.
- 4 PAPIANUS libro uicensimo octauo quaestionum. Plane si noua causa allegetur, ueluti quod fideiussor decesserit aut etiam rem familiarem inopinato fortunae impetu amiserit, aequum erit praestari cautionem. [B. 44, 22, 4]
- 5 ULPIANUS libro quinquagesimo secundo ad edictum. Is cui legatorum fideiue commissorum nomine non cauetur missus in possessionem nunquam pro domino esse incipit. nec tam possessio rerum ei quam custodia datur: neque enim expellendi heredem ius habet, sed simul cum eo possidere iubetur, ut saltem taedio perpetuae custodiae extorqueat heredi cautionem. Si alius damni infecti nomine missus sit in possessionem, alius legatorum seruandorum causa, posse eum, qui legatorum seruandorum causa in possessionem missus est, etiam damni infecti satisfacere: qui si satisfecerit, non aliter decedere possessione debet, quam ei cautum fuerit etiam eo nomine, quod se damni infecti obligauit. Si plures legatarii mitti in possessionem desiderauerint, omnes uenire debent in possessionem: is enim qui ex causa legatorum possidet sibi, non alii possidet. alia est causa, cum creditores rei seruandae causa mittuntur in possessionem: nam is qui possidet
- F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> abest ins. (u. ad p. 269 u. 36)<sup>2</sup> similisque sit ins.

1 legatorum F<sup>2</sup> | non stare] FEK, stare WDIC  
 5 legatorio F<sup>2</sup> 6 et non cauetur (caueatur K) | WDIK, ei non cauetur F<sup>2</sup>, ei non caueatur Q, non cauetur E, et non cauerunt FC 7 penes F 8 solutam F | cum constet (constel F) seq.] hinc caput ordiri intelligitur et ex loco gemino et ex Graecis: ἐὰν ὁμολόγηται μὴ χρεωστεῖσθαι τὸ ληγόν 9 deueri F 11 sit] si F 12 obstantos F

13 deberi] WDEQICK, debere F 14 hereditate F: εἰ δὲ ἄλλόν ἐστιν, ὡς οὕτω ὑπεσελεῖσθαι ἢ κληρονομία B (Tip.) 16 l. 3 continuat antecedenti F | idem] Idem F (em. f) 17 offerat F | de] ae F (em. f) 26 rescripsit F<sup>2</sup> | pacubiae F 27 facilitate F (em. f) 29 allegetur F 33 commissarum F 35 soltem F (em. f) 39 quod] quo F 40 debet F (em. f)

non sibi, sed omnibus possidet. Qui prior missus est legatarius in possessionem, non praefertur ei qui postea mittitur: inter legatarios enim nullum ordinem observamus, sed simul omnes aequaliter tuemur. Postquam rei seruandae creditores possidere coeperunt, legatorum seruandorum gratia missus in possessionem creditoribus potior non habebitur. Qui in possessionem legatorum seruandorum causa mittitur, in possessionem quidem rerum hereditariam omnimodo ueniet, hoc est earum quae in causa hereditaria manent: earum autem, quae in causa hereditaria non erunt, non alias mittitur, quam si dolo malo in ea causa esse desierint, nec semper, sed causa cognita. 'Bonorum' autem appellatione hae res comprehensae uidebuntur, quarum proprietates ad heredem pertinet. Sed et si uectigales agri sunt et si qua pignora testatori data, in eorum quoque mittitur possessionem. Sed et in partus ancillarum et fetus pecorum, item fructus aequae omni modo legatarius et fideicommissarius mittentur. Sed et si rem alienam defunctus bona fide emerit, in possessionem eius mittendum legatarium constat: nam et haec res in causa hereditaria est. Si deposita res apud defunctum fuerit uel commodata, locum missio non habet, quia non sunt istae res hereditariae. Si ex duobus heredibus alter satisfacere sit paratus, alter non, in partem eius missio locum utique habere debet. missi itaque legatarii impediunt etiam eum, qui satisfacere, rei administratione: quare suadendum erit heredi, ut in assem satisfacere, ne administratio eius impediatur. Si ab impuberis substituto legata sint relicta et impubes decesserit, missio non solum in ea bona, quae testatoris fuerunt, uerum ad ea quoque, quae impubes adquisiit, locum habebit: nam haec quoque hereditaria sunt: uiuio autem impubere neque missio neque satisfactio locum habet. Si heres non sit, a quo fideicommissum relictum est, sed alterius nominis successor, dicendum est<sup>1</sup>, ut edicto locus sit et dolo eius sit aestimandus. Sed et si heredis heres sit, qui dolo fecit, aequae nocere debet. Dolum accipere debemus et culpam latam, sed non omnem dolum, sed qui in necem legatariorum et fideicommissariorum factus est. Imperator Antoninus [cf. § 25: D. 43, 4, 3, 1: Cod. 6, 54, 6 Augustus rescripsit certis ex causis etiam in propria bona heredis legatarios et fideicommissarios esse mittendos, si post sex menses, quam aditi pro tribunali fuerint hi quorum de ea re notio est, in satisfactione cessatum est, inde fructus percepturos, quoad uoluntati defunctorum satisfiat. quod remedium seruaretur et aduersus eos, qui ex qua<sup>2</sup> causa fideicommissio moram faciunt. Satisfactionis uerbum licet latius patet, tamen ad exsoluendum legatum refertur. Proinde et si remissa sit satisfactio, rescriptum locum habebit, quia mora fit solutioni. Sex autem mensum puto continuum tempus, non possessionem<sup>3</sup> computandum. Cessatum non accipimus, si pupillus tutorem non habeat nec curatorem furiosus uel adulescens: nam frustratio non debet huiusmodi personis nocere, quae sunt indefensae. certe si hereditas iacuerit aliquo tempore, hoc tempus de medio detrahendum est. Quae<sup>3</sup> queri poterit,

## F(WDEQICK)

<sup>1</sup> eum quoque satisfacere debere *similiae ins.* <sup>2</sup> quaqua (Best)? <sup>3</sup> possessionum] per sessiones (similiter Zoannetus: cf. D. 33, 15, 2, 1)?

1 profertur F: προτιμάται B (Tip.) 4 in possessionem F<sup>1</sup> 5 seruandorum causa] DIC, seruandorum gratia missus' causa F<sup>1</sup>, seruandorum gratia WEQ, om. inter alia K 8 esse bis F | desierit F 9 proprietates F | si uectigales F<sup>1</sup> 11 aequae F 12 sed et et si F 16 lucum F 20 adquisiit F 22 nominibus successor F | dolo] WDEQICK, dolo F 23 aequae F 25 antoninus angustus F: intellegitur Caracalla, scilicet diuus Antoninus pater imperatoris Alexandri (Cod. 6, 54, 8), quem Augustum dici post mortem (nam diuus appellatur § 25) non conuenit usui recepto et fieri potest, ut in angustus lateat nomen eius, ad quem imperator rescripsit: sed magis crediderim has appellationes imperatoris Augusti et diui quodammodo sibi contrarias

inde explicandas esse, quod haec scripta sunt circa ipsum tempus, quo Caracalla obiit (a. p. Chr. 217), nam quinquagesimum ad edictum librum Ulpianus rescripsit Caracalla etiam tum uiuo (D. 48, 18, 3) 27 quam] quom F: μετά εἰς μῆνας τοῦ ἐν βήματι προσελεγεσθῆναι τὸν ἀρχοντα B (Syn.) 28 in satisfactione cessatum est] FK, satisfactum non est W, nec satisfactum est DIC, nec al. in satisfactione cessatum est satisfactum est E | quoad] quod ad F 29 quod remedium seq.] τὸ δὲ λεχθῆν χώραν ἔχει ἐπὶ πάντων χρεωστοῦντος ἀποκατάστασιν B (Tip.) 30 moram] ram F (suppl. f) 34 frustrario F (em. f) 35 iacuerit] f, iacurrit F, iacurrit Q, ita currit WDIK, tunc iacuerit currit E, currit C | medio etrahendum F

- an in vicem usurarum hi fructus<sup>1</sup> cedant, quae in fideicommissis debentur. et cum exemplum pignorum sequimur, id quod ex fructibus percipitur primum in usuras, mox, si quid superfluum est, in sortem debet imputari: quin immo et si amplius quam sibi debetur perciperit legatarius, exemplo pigneraticiae actionis etiam utilis actio ad id refundendum dari debet. sed pignora quidem quis et distrahere potest, hic autem frui tantum ei constitutio
- 22 permittit, ut festinetur ad sententiam<sup>2</sup>. Qui legatorum seruandorum causa in possessionem mittitur, et fructus custodire et cetera debet. et pati quidem heredem colere agros et fructus redigere, sed custodire legatarium fructus oportebit, ne ab herede consumantur: quod si heres fructus nolit cogere, permittendum erit legatario cogere fructus et coactos seruare. quin immo si tales sint fructus, quos primo quoque tempore venire expediat, vendere quoque legatario permittendum est et pretium seruare. in ceteris quoque rebus hereditariis missi in possessionem hoc erit officium, ut uniuersas res hereditarias colligat et ibi custodiat, ubi domicilium defunctus habuit, et, si nulla domus sit, habitationem conducat, uel horreum quoddam, in quo res collectae custodiantur. et puto ita legatarium custodire res hereditarias debere, ut neque heredi auferantur neque deperant deterioresque fiant.
- 23 Quod si ex constitutione quis in possessionem mittatur, curandum est, ne uis fiat utentis et fruendi legatario. Satisfieri uoluntati defuncti sic accipitur, quoad uoluntati defuncti uel ex fructibus uel aliunde satisfiat. Constitutio autem diui Antonini pertinet<sup>3</sup> ad eos, a quibus utiliter fideicommissum relictum est, quamuis heredes non sint: par enim utilitas est.
- 26 In possessionem missus legatorum seruandorum causa si litem eo nomine contestatus non ante decedere possessione debet, quam ei pro lite fuerit cautum. Missus in possessionem si non admittatur, habet interdictum propositum: aut per uiatorem aut per officium
- 28 lem praefecti aut per magistratus introducendus est in possessionem. Missio autem locum habebit non tantum, si quis id ipsum, quod legatum est, rogatus sit, uerum etiam si quod uel ex eo uel pro eo restituere fuerit rogatus. Si Titio pure legatum fuerit et eius fideicommissum sub condicione, ut Sempronio restitueret, non inique praetorem statuerit. Iulianus scripsit, si, antequam legatum consequatur legatarius, fideicommissi condicione satis non det, ut magis Sempronio det legati persecutionem, ut is legatario satisfacere condicione reddi decem. sed et si acceperit Titius ab herede decem, aequum Iulianus ait cogi eum inuicem satisfacere aut ipsa decem tradere et Sempronium Titio
- 30 uere: et hoc iure utimur, id enim et Marcellus ait. Quid ergo, si et legatum sub condicione sit relictum et fideicommissum, neque fideicommissi satisfacere? aequissimum erit fideicommissarium nomine legati satis accipere ab herede, si ei legatarius non caueat, scilicet ut et ipse legatario caueat. quod si iam accepit legatarius ab herede satis, decernendum erit ex ea satisfactione magis fideicommissario quam legatario dandam actionem, in eum scilicet casum, quod fideicommissi eius condicio extitit: ipsius etiam legati persecutio danda erit fideicommissario, si nondum solutum est et condicio eius extitit, scilicet si fuerit fideicommissarius paratus cauere legatario.
- 6 IULIANUS libro trigensimo octauo digestorum. Si pecuniae numeratae usus [B. 44, 22, 6] fructus legatus esset et in testamento cautum, ne eo nomine satis daretur, proprietates non est legata, sed legatario permittendum satisfacere et usum fructum pecuniae habere: et propemodum in hac propositione nullae praetoris erunt partes, quia, nisi satisfacere, agi *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> hi fructus an in vicem usurarum (cf. p. 271, 28)? <sup>2</sup> sententiam] satisfactionem (*Cuiacius*)? <sup>3</sup> et ins. (*Menge*)

7 pati quidem] *FEC*, ratio quidem *WDI*, ratio quidem pati qui *K* | agros et fructus] *F*, ac posse fructus *DI*, ac fructus posse *W*, agros ac posse fructus *ECK* 13 habitatione *F* 14 custodeantur *F* 17 quo a'd *F*<sup>1</sup> 19 est] est si *F* 20 legatarum *F* | contestatus] *firmant* *Graeci*: περί τοῦ πεμφθέντος εἰς νόμῳν καὶ περί ληγάτου προκαταρξάμενου *B* (*Tip.*) 24 non] no *F* | est] et *F* 25 uel ex *F*<sup>1</sup>

28 det ut] *DEICK*, de ut *F*, dum et *W* | sempronio] pronio *F* | legatarios *FW* 29 sed] sese *F* | titius] tins *F* 36 casum] quasum *F* 39 numeratae *F* 42 propemodum] *K Taur.* propendum *F*, propter hedum *W*, propter heredum *E*, propterea *DI*, propterea dum (*arg. protendendum*) *Q*, propterea utendum non est *C*, prop.....um est *F* | in hac propositione *F*

1 cum herede non poterit. Qui fideicommissi seruandi causa in possessionem missus est, non prius de possessione decedere debet, quam ei fideicommissum solutum aut eo nomine satisfatum fuerit: nam quod si integra re fieret, in possessionem non mitteretur, id cum offeretur<sup>1</sup>, discedere a possessione debet.

7 MARCIANUS libro tertio regularum. Dum uenter in possessionem est, nullus B. 44, 22, 7 *Sf* legatorum seruandorum causa in possessionem esse potest.

8 PAPIANUS libro sexto quaestionum. Si legatorum satis non datur, restituta B. 44, 22, 8 *P* hereditate in earum quoque rerum possessionem legatarius mittendus erit, quae dolo malo eius, cui restituta est hereditas, in hereditaria causa<sup>2</sup> desierunt.

9 IDEM libro nono decimo quaestionum. Etiam si condemnatus heres fuerit B. 44, 22, 9 *P*

1 nec pecuniam soluat, legatarius potest desiderare mitti in possessionem. Cum sub conditionibus contrariis eadem res duobus legetur, si non caueatur, uterque mittitur in possessionem.

10 PAULUS libro tertio sententiarum. || Si nullae sint res hereditariae, in quas B. 44, 22, 10 *P l. 185'* legatarii uel fideicommissarii mittantur, in rem quidem heredis mitti non possunt, sed per praetorem denegatas heredi actiones ipsi persequantur.

11 HERMOGENIANUS libro quarto iuris epitomarum. Si fideicommissorum uel B. 44, 22, 11 *P*

legatorum seruandorum causa missus in possessionem eam rem teneas, quae mihi per fideicommissum relicta esset, aequius est me eam habere, cui ea ipsa relicta est, quam te, qui alterius fideicommissi nomine ingressus in eam esses. nam et si mihi sub conditione legatum est et tu medio tempore in possessionem eius factus fueris legatorum seruandorum causa, deinde condicio impleta esset, non denegabitur mihi eius rei integra<sup>3</sup> persecutio. sic enim et si statuliberum ex eadem causa possidere coepisset<sup>4</sup>, impleta condicione iustam libertatem eius impedire non potest<sup>4</sup>. Si rei seruandae causa in possessionem missus esset<sup>5</sup> proprius creditor heredis et rei per fideicommissum mihi relictae adeptus fuerit, nihil me per eam laedi oportere conuenit, non magis quam si ab ipso herede eam rem pignori accepisset.

12 MAECIANUS libro duodecimo fideicommissorum. Municipiis fideicommissum B. 44, 22, 12 *Pf\** relinqui posse dubium non est. sed si non caueatur, aduersus municipes quidem non dubitauimus ex hoc edicto iri in possessionem posse: ipsos uero municipes, si his non caueatur, non idem adsecuturos: sed extraordinario remedio opus erit, uidelicet ut decreto praetoris actor eorum in possessionem mittatur.

CALLISTRATUS libro tertio edicti monitorii. Quamuis minima res legata sit B. 44, 22, 13 *\*E* uel per fideicommissum relicta, tamen, si non soluatur ab herede uel eo nomine caueatur, eam caneri oporteat, in possessionem omnium bonorum, quae ex ea hereditate sunt, legatarii siue fideicommissarii praetor legatorum seruandorum causa mittit.

LABEO libro secundo posteriorum a Ianuleno epitomatorum. Quae legato B. 44, 22, 14 *A* rum seruandorum causa in bonis est, in causa uescendi deminuet, si filia neptis proneptis uxorie esset nec nupta sit nec suum quicquam habeat.

VALENS libro septimo actionum. Interdum licet dolo malo fecerit heres, B. 44, 22, 15 *A* quo minus res in causa hereditaria maneant, non poterit in possessionem earum legatarius *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> nam id cum offeretur, quod si integra re fieret, in possessionem non mitteretur? <sup>2</sup> esse *tas.* (u. i.: cf. l. 5 § 5 h. t.) <sup>3</sup> interea? <sup>4</sup> coepisses ... potes (u. i.)? <sup>5</sup> esset *del.*

<sup>6</sup> Uennleius (*Kruager*)?

1 non] no F | est] et F 5 marcianus] mo-  
destinus F\* 9 cui] qui F | desierunt] esse  
desierunt WDEQICK 16 persequantur F  
18 rem teneas] remitteneas F 19 cui]  
qui F | quam te] quante F 23 et] ei F |  
cepisses ... potest DEQK, cepisses ... potes  
WIC 24 si rei seq.] εάν ο ιδικός του κλη-  
ρονόμου δαιεστής πεμφθείς εις νομήν κατάσχῃ

τὸ ἀγαγεῖθέν μοι B (*Tip.*) 25 me per eum  
laedi] me per em laedi F, me perinde ledi  
(legi EC) EICK, perinde me laedi W, per-  
inde ledi me D 30 dubitabimus F 31 idem]  
P, uide a'm F\*, uidere WDEPK, uideri O  
35 possessione F 87 a om. F 89 quicquam F  
41 paterit F



mitti, veluti si locum religiosum fecerit aut quid publice consecraverit permissu scilicet imperatoris aut aliquem non in fraudem creditoris manumiserit.

- 16 ..... Si Titius servum Maevio legat sub conditione et eidem seruo Sempronius sub conditione legat, pendente conditione utraque ab herede Sempronii tam Titii heres quam Maevius iure satisfactionem postulant. B. 44, 22, 16
- 17 ..... Si filio qui in potestate est a patre herede instituto legata data sunt, ad satisfactionem pater a filio compelli non potest: sed si male administrat, curator constituendus est rerum filio relictarum ita, ut reditus earum utriusque praestet: aut si pecuniae summa legata est, princeps adendum est. B. 44, 22, 17

*F(WDEQICK)*

1 si] in F | fecerit F<sup>2</sup> | permissu] D<sup>2</sup>EIK, permissum FWD<sup>2</sup>, permisit C 2 manumerit F 3 l. 16. 17 om. F, servavit epitome Tipuciti: καὶ περὶ τοῦ εἰ ὑπὸ αἰρεσιν ληγατεῦθῃ μοι δοῦλος καὶ ληγατεύσῃ τις τῷ δοῦλῳ ὑπὸ αἰρεσιν, καὶ σὺ ἀπαιτεῖς ἱκανὰ κἀγὼ. καὶ ὅτι πατέρα οὐκ ἀπαιτεῖ ἱκανὰ ὁ ὑπεξοχσιος γίος ἕνεκεν τῶν αὐτῷ ληγατεῦθέντων· ἀλλ' εἰ κακῶς διοικῆ, ἐπιλεγέσθω διοικητῆς ἐπὶ τοῖς καταλειφθεῖσιν αὐτῷ

ἐφ' ᾧ τὰς προσόδους ἑκατέρῳ χορηγεῖν. εἰ δὲ χρήματά εἰσι, βασιλεῖ προσερχέσθω. l. 17 citatur etiam in scholio ad B. 40, 3, 15 = D. 37, 4, 16: ἀλλὰ μᾶλλον φυλάττεται αὐτῷ (scilicet ei cui fideicommissum datum est in id tempus quo sui iuris futurus est suspecto eo qui eum habet in potestate) τὸ φιδεικόμισσον εἰς καιρὸν αὐτεξοχσιότητος· ἀνάγκηθι τὸ τέλος τοῦ λς βιβλίου. cf. D. 36, 3, 18, cuius haec lex fortasse pars est

## LIBER TRIGESIMUS SEPTIMUS.

q. 63 f. 186

## I.

## R DE BONORUM POSSESSIONIBUS R

SP

- 1 **U**LPIANUS libro trigesimo nono ad edictum. Bonorum possessio admissa B. 40, 1, 1 S\* commoda et incommoda hereditaria itemque dominium rerum, quae in his bonis sunt, tri- 5  
buit: nam haec omnia bonis sunt coniuncta.
- 2 **I**DEM libro quarto decimo ad edictum. In omnibus enim uice heredum bo- B. 40, 1, 2 S\*  
norum possessores habentur.
- 3 **I**DEM libro trigesimo nono ad edictum. Bona autem hic, ut<sup>1</sup> plerumque sole- B. 40, 1, 3 S\*  
mus dicere, ita accipienda sunt<sup>2</sup> uniuersitatis cuiusque successionem, qua succeditur in ius 10  
demortui suscipiturque eius rei commodum et incommodum: nam siue soluendo sunt bona  
siue non sunt<sup>3</sup>, siue damnum habent siue lucrum, siue in corporibus sunt siue in actio-  
nibus, in hoc loco proprie bona appellabuntur. Hereditatis autem bonorumue<sup>4</sup> possessio, ut  
Labeo scribit, non uti<sup>5</sup> rerum possessio accipienda est: est enim iuris magis quam corporis  
possessio. denique etsi nihil corporale est in hereditate, attamen recte eius bonorum pos- 15  
sessionem adgnitam Labeo ait. Bonorum igitur possessionem ita recte definiemus ius per-  
sequendi retinendique patrimonii siue rei, quae cuiusque cum moritur fuit. Inuito autem  
nemini bonorum possessio acquiritur. A municipibus et societatibus et decuriis et corpo-  
ribus bonorum possessio adgnosci potest. proinde siue actor eorum nomine admittat siue 20  
quis alius, recte competet bonorum possessio: sed et si nemo petat uel adgnouerit bono-  
rum possessionem nomine municipii, habebit municipium bonorum possessionem praetoris  
edicto. Dari autem bonorum possessio potest tam patris familias quam filii familias, si  
modo ius testandi habuit de peculio castrensi uel quasi castrensi. Sed et eius, qui apud  
hostes decessit, bonorum possessionem admitti posse, quamuis in seruitute decedat, nulla 25  
dubitatio est. Acquirere quis bonorum possessionem potest uel per semetipsum uel per  
alium. quod si me non mandante bonorum possessio mihi petita sit, tunc competet, cum  
ratum habuero id quod actum est. denique si ante decessero quam ratum habeam, nulla  
dubitatio est quin non competet mihi bonorum possessio, quia neque ego ratum habui  
neque heres meus ratum habere potest, cum ad eum non transeat ius bonorum posses-  
sionis. Si causa cognita bonorum possessio detur, non alibi dabitur quam pro Ep. 14, 28 30  
tribunali, quia neque decretum de plano interponi neque causa cognita bonorum possessio  
alibi quam pro tribunali dari potest. In bonorum possessione sciendum est ius esse (Ep.)  
adcrecendi: proinde si plures sint, quibus bonorum possessio competit, quorum unus ad-  
misit bonorum possessionem, ceteri non admiserunt,

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> ut del.    <sup>2</sup> ita accipienda sunt del.    <sup>3</sup> siue soluendo sunt bona siue non sunt del.  
<sup>4</sup> ne del. (u. i. et u. 15)    <sup>5</sup> utique (u. i.)?

7 heredem F<sup>1</sup> 11 rei commodum] ri quem  
modum F<sup>1</sup> 12 siue lucrum] isue lucrum F<sup>2</sup>  
13 propriae F<sup>2</sup> | hereditatis (hereditas WD  
EICK) autem bonorumue possessio] ἢ νομὴ  
τῆς διακατοχῆς καὶ τῆς κληρονομίας B (Anon.),  
ἢ κληρονομία: καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἢ διακατοχῆς  
BS (Dorotheus in indice: cf. BS. 39, 1, 33.

40, 4, 4 sch. 12. 41, 7, 2 sch. 9. 45, 1, 28 sch. 20)  
14 labeo rescribit F: ὡς ὁ λαβέων γράφει BS  
(Dorotheus) | uti] utique DEICK | est est] est  
esse F<sup>1</sup> | corpori'bu's F<sup>2</sup> 15 est] sit F<sup>2</sup>  
17 retinendi'si'que F<sup>1</sup> 26 'oom'petet F<sup>2</sup>  
27 habuero] habuerit F<sup>1</sup> 28 qui'n' non F<sup>2</sup>  
29 pote'st F<sup>2</sup> | cum] eum F<sup>1</sup> 32 in om. F<sup>1</sup>

- 4 GAIUS libro octauo ad legem Iuliam et Papiam. ueluti quod spreuerunt ius B. 40, 1, 4 <sup>\*E</sup> suum aut tempore bonorum possessionis finito exclusi sunt aut ante mortui sunt quam petierunt bonorum possessionem,
- 5 ULPIANUS libro trigesimo nono ad edictum. ei, qui admisit, ad crescent etiam B. 40, 1, 5 <sup>S</sup> hae portiones, quae ceteris competere, si petissent bonorum possessionem.
- 6 PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Sed cum patrono quidem B. 40, 1, 6 <sup>S</sup> contra tabulas certae<sup>1</sup> partis bonorum possessionem praetor pollicetur, scripto autem heredi secundum tabulas alterius partis: conuenit non esse ius ad crescendi. igitur non petente scripto secundum tabulas alterius quoque partis nominatim patrono possessionem pollicetur, cum ceteri, quibus ad crescendi ius est, semel debent adgnosce bonorum possessionem. Bonorum possessionis beneficium multiplex est: nam quaedam bonorum possessiones competunt contra uoluntatem, quaedam secundum uoluntatem defunctorum, nec non ab intestato habentibus ius legitimum uel non habentibus propter capitis deminutionem. quamuis enim iure ciuili deficient || liberi, qui propter capitis deminutionem desierunt sui heredes esse, propter aequitatem tamen rescindit eorum capitis deminutionem praetor.
- 2 legum quoque tuendarum causa dat bonorum possessionem. Notis scriptae tabulae non continentur edicto, quia notas litteras non esse Peditus libro uicesimo quinto ad edictum scribit.
- 7 ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Seruus bonorum possessionem recte ad- B. 40, 1, 7 mittere potest, si praetor de condicione eius certus sit: nam et absenti et non petenti dari bonorum possessio potest, si hoc ipsum praetor non ignoret. ergo et femina poterit alii bonorum possessionem petere. Impubes nec bonorum possessionem admittere nec iudicium sine tutoris auctoritate accipere potest. Quia tutor pupillo et pater infanti filio bonorum possessionem petere possunt, dies, quibus tutor aut pater scit, cedere placet.
- 8 PAULUS libro octauo ad Plautium. Tutor autem bonorum possessionem pu- B. 40, 1, 8 pillo competentem repudiare non potest, quia tutori petere permissum est, non etiam repudiare.
- 9 POMPONIUS libro tertio ad Sabinum. Si plures gradus sint possessionis ad- B. 40, 1, 9 mittendae, quamdiu incertum sit petierit nec ne prior, posteriori diem non procedere constat.
- 10 PAULUS libro secundo ad Sabinum. In bonorum possessionibus iuris igno- B. 40, 1, 10 rantia non prodest, quo minus dies cedat, et ideo heredi instituto et ante apertas tabulas dies cedit. satis est enim scire mortuum esse seque proximum cognatum<sup>2</sup> fuisse copiamque eorum quos consuleret habuisse: scientiam enim non hanc accipi, quae iuris Ep. 3, 10 prudentibus sit, sed eam, quam quis aut per se habeat aut consulendo prudentiores adsequi potest.
- 11 GAIUS libro quarto decimo ad edictum prouinciale. Si pupillo tutor bono- B. 40, 1, 11 rum possessionem petierit et plus incommodi quam commodi hae bonorum possessio habeat, tutor tutelae iudicio tenetur.
- 12 ULPIANUS libro quadragesimo octauo ad edictam. Non est ambigendum, B. 40, 1, 12 quod plerumque et contra fiscum et contra rem publicam<sup>3</sup> admitti debeant quidam, ut puta *F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> fuit alterius (cf. u. 8. 9 alterius partis)<sup>2</sup> populum Romanum (R·P = P·R)?<sup>3</sup> cognatum] *idem Graeci: del. (cf. D. 37, 11, 1, 4. 2, 4)*

1 spreberunt *F*<sup>2</sup> 4 ei] et *F*<sup>1</sup> | ad crescent] ad crescent *F*<sup>2</sup> 5 qu'a'e *F*<sup>2</sup> 9 secundo *F*<sup>2</sup> 10 debent] *DCK*, debet *FQEI*, debere *W* 12 contra uoluntatem *F* 13 ius om. *F*<sup>2</sup> 22 petere impubes nec bonorum possessionem om. *F*<sup>2</sup> 23 quia tutor pupillo ... 24 possessionem petere possunt] *ad praecedentia refert uertens: ΑΛΛΑ ΤΩ ΜΕΝ ΑΝΗΘΩ Ο ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ΑΙΤΕΙ ΔΙΑΚΑΤΟΧΗΝ, ΤΩ ΔΕ ΝΗΠΙΩ ... Ο ΠΑΤΗΡ interpre*

*Graecus (Anon.) 24 aut pater] uertunt Graeci citantque leges huic contrarias 26 tutor'e i F<sup>2</sup> 29 prior suppleuit Schulting secundum Graecos: ΕΩΣ ΟΤΕ ΕΝ ΔΑΝΛΩ ΕΣΤΙ ΤΟ ΕΙ ΗΤΗΣΑΝ ΟΙ ΕΝ ΤΩ Α ΒΑΘΜΩ ΤΗΝ ΔΙΑΚΑΤΟΧΗΝ BS (Doroth.), εφ' οσον ΔΑΝΛΩΝ ΕΣΤΙΝ, ΕΙ ΚΑΤΑΔΕΧΟΝΤΑΙ ΟΙ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΑΘΜΟΥ B (Anon.) 33 esse 'se'que *F*<sup>2</sup> 34 hanc om. *F*<sup>2</sup>: ΤΗΝ ΓΑΡ ΕΙΔΗΣΑΝ ΟΥ ΤΑΥΤΗΝ ΔΕΧΟΜΕΘΑ BS: cf. D. 38, 15, 2, 5 41 plerumque 'et' contra *F*<sup>2</sup>*

uenter, item furiosus, item is qui captiui<sup>1</sup> bonorum possessionem petit. Ubi-  
 uel senatus<sup>2</sup> uel constitutio capere hereditatem prohibet, et bonorum possessio cessat.

AFRICANUS libro quinto quaestionum. Edicto praetoris bonorum possessio B. 40, 1, 18 *Sf*  
 his denegatur, qui rei capitalis damnati sunt neque in integrum restituti sunt. rei autem  
 capitalis damnatus intellegitur is, cui poena mors aut aquae et ignis interdictio sit. cum s  
 autem in relegationem quis erit, ad bonorum possessionem admittitur.

PAPINIANUS libro tertio decimo quaestionum. Cum quidam propinquus fal- B. 40, 1, 14 *P*  
 sum testamentum accusaret ac post longum spatium temporis probasset, licet dies ei pe-  
 tendae possessionis, quam forte certus accusationis petere debuit, cessasse uideretur, attamen  
 quia hoc proposito accusationem instruit<sup>3</sup>, ut suum ius sibi seruet, adgnouisse successionem 10  
 non inmerito uidebitur.

PAULUS libro undecimo responsorum. Paulus respondit petitionem matris B. 40, 1, 15 *P*  
 solam non adquisisse filiae impuberi bonorum possessionem, nisi si is qui eam dedit eui-  
 denter uoluit eam impuberi dare. 14

IDEM libro tertio sententiarum. Quotiens is, cui bonorum possessio ab altero B. 40, 1, 16 *P*  
 postulata est, furere coeperit, magis probatum ratum eum<sup>4</sup> uideri habuisse: rati enim ha-  
 bitio ad confirmationem prioris postulati pertinet.

## II.

## I R SI TABULAE TESTAMENTI EXTABUNT R

f. 187

PAULUS libro tertio ad Sabinum. Heredi, cuius nomen inconsulto ita dele- B. 40, 1, 26 *S*  
 tum sit, ut penitus legi non possit, dari bonorum possessio minime potest, quia ex con- 21  
 iectura non proprie scriptus uideretur, quamuis, si post prolatas tabulas deletum sit testa-  
 mentum, bonorum possessio competat. nam et si mortis tempore tabulae fuerint, licet  
 postea interierint, competet bonorum possessio, quia uerum fuit tabulas exstare.

## III.

25

R DE BONORUM POSSESSIONE FURIOSO INFANTI MUTO PS  
 SURDO CAECO COMPETENTE R

PAPINIANUS libro quinto decimo quaestionum. Furioso Titius substitutus est: B. 40, 2, 1 *P*  
 bonorum possessionis tempus, quamdiu furiosus in eadem condicione est, neque instituto 30  
 neque substituto cedit. nec, si curator furiosi nomine possessionem accipere potest, idcirco  
 spatium temporis, quod scientibus praefinitum est, uidebitur cedere: nam et pater infanti  
 filio possessionem accipit, quo tamen cessante infans non excluditur. quid ergo, si curator  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> nomine ins. (edd.: u. i.)    <sup>2</sup> consultum ins. (edd.)    <sup>3</sup> instituit (edd.)?    <sup>4</sup> non ins. (u. i.)

1 furiosus 'item' is F<sup>2</sup> | qui captiui bonorum  
 possessionem petit] sic mei omnes neque aliter  
 Graeci: ó πρός τήν κληρονομίαν τοῦ αἰχμα-  
 λώτου ἀπό νόμου καλούμενος BS (Doroth.),  
 ó κληρονόμος τοῦ αἰχμαλώτου B (Anon.)  
 4 'h' is F<sup>2</sup> 7 papinianus] Οὔλη. B 9 etta-  
 men F<sup>1</sup> 12 respondit 'solam' petitionem ma-  
 tris solam F<sup>2</sup> IC<sup>2</sup>, respondit solam petitionem  
 matris WDEQC<sup>2</sup> K 13 nisi 'si' is F<sup>2</sup> 14 eam]  
 DECK, eum FI: εἰ μή ὁ ἄρχων βοῦληθῆ φε-  
 νερώς αὐτὴν δοῦμαι διὰ τῆς μητρὸς τῆ ἀνήθφ  
 B (Anon.) | dari F<sup>2</sup> 16 ratum eum uideri  
 habuisse] idem Graeci: δοκεῖς δεκτὸν ἠγέσασ-  
 θαι B (Anon.). sed contrariam sententiam fla-  
 gitat et timor iuris et comparatio alterius capitis

eiusdem Pauli D. 29, 2, 48 et maxime quae  
 subicitur ratio, quae eo pertinet, ut ratihabitio  
 subsequi debeat postulationem: quare sine dubio  
 deficit negatio. crediderim autem secundum ea  
 quae tradit altero loco Paulum hoc sic fere  
 scripsisse: ratum eum non uideri habuisse,  
 ratihabitio enim ad confirmationem prioris  
 postulati pertinet, sed si praecessit mandatum  
 et furere coepit postquam mandatarius petiit,  
 ratihabitio opus non esse, eaque compila-  
 tores male confudisse 21 sit' F<sup>2</sup> | p'a'e-  
 nitus F<sup>1</sup> 24 competit F<sup>2</sup> 27 competen-  
 tem F<sup>1</sup>, competenti F<sup>2</sup>, conpetenti ind. F  
 28 totius F<sup>1</sup> 31 ced'd'ere F<sup>2</sup> 32 accepti F<sup>1</sup>

accipere nolit? nonne iustius atque utilius erit ad eundem modum proximo cuique possessionem dari, ne bona iaceant? quo admissio substitutus cautionem praestare cogitur omnibus his, quibus bona restitui debent, si forte institutus in eodem furore decesserit aut compos mentis effectus ante mortem obierit, quam hereditatem agnosceret. nam et fieri potest, ut uiuo furioso substitutus decedat nec tamen<sup>1</sup> furiosus obstet ceteris, si prius et ipse de-

- 2 cesserit, quam hereditatem acquireret.  
 2 ULPIANUS libro trigesimo nouo ad edictum. Mutus surdus caecus bonorum B. 40, 2, 2 S possessionem admittere possunt, si quod agatur intellegant.

## III.

## R DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA TABULAS R

1 ULPIANUS libro trigesimo nouo ad edictum. In contra tabulas bonorum pos- B. 40, 3, 1 S sessione liberos accipere debemus siue naturales siue adoptiuos, si neque instituti neque  
 1 exheredati sunt. Uocantur autem ad contra tabulas bonorum possessionem liberi eo iure  
 2 eoque ordine, quo uocantur ad successione[m] ex iure ciuili. Haec autem clausula etiam  
 3 ad postumos uidetur pertinere. Sed et si ab hostibus postliminio redierint filii, Pomponius  
 4 putat ad contra tabulas bonorum possessionem eos admitti. Si ex tribus filiis unus ab  
 5 hostibus captus sit, duobus, qui sunt in ciuitate, b[on]is bonorum possessio competit. Idem  
 6 et in postumo: nam quamdiu postumus speratur, in ea causa est, ut partem faciat. Et sui  
 7 iuris factos liberos inducit in bonorum possessionem praetor (siue igitur emancipati sunt  
 8 siue alias exierunt de patris potestate, admittuntur ad bonorum possessionem): sed adoptiuus  
 9 patris non potest: ut enim admitti possit, ex liberis esse eum oportet. Qui habebat filium,  
 10 habebat et nepotem ex eo, filium emancipauit et adoptauit in locum nepotis, deinde emancipauit<sup>2</sup>:  
 11 quaeritur an nepoti obstet. et mihi magis uidetur hunc nepotem non excludi, siue pater eius in  
 12 adoptione mansisset quasi nepos siue emancipatus est: puto enim et  
 13 emancipato patre nepotem quoque cum patre suo ex edicto admitti. Filium habuit et ex  
 14 eo nepotem: filius emancipatus uel in potestate manens deportatus est: quaeritur, an nepoti  
 15 noceat. et uerius est in utroque casu nepotem admittendum: deportatos enim mortuorum loco  
 16 habendos. Si et pater et filius deportati sint et ambo restituti, dicemus ad  
 17 bonorum possessionem admitti filium. sed et si filius in metallum damnatus uel alia poena,  
 18 quae seruum efficit, restitutus sit, nihilo minus admittetur: aliter non.

- 2 HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. Idemque est et si pater poenae B. 40, 3, 2 et<sup>3</sup> seruus efficiatur et postea restituatur.

3 ULPIANUS libro trigesimo nouo ad edictum. Non tantum autem ipsi emancipati admittuntur ad bonorum possessionem, uerum etiam hi quoque, qui ex his nati sunt.  
 1 Si duos habens nepotes alterum emancipatum loco filii adoptauerit, uidendum, an solus  
 2 ille quasi filius admittatur: quod ita scilicet procedit, si quasi patrem eius nepotis, quem  
 3 retinuerat, sic adoptauerit: melius est autem dicere posse eum solum ad bonorum possessionem  
 4 peruenire. Sed si sit hic nepos emancipatus, uerum est dicere non admitti eum  
 5 quasi filium: hic enim quasi filius non est ex liberis, cum iura adoptionis emancipatione  
 6 finita sint. Si filium habens et ex eo nepotem in locum filii nepotem adoptauero, ambo  
 7 admittentur: plane si fuerit emancipatus nepos, non admittetur, quia pater eum praecedit.  
 8 Si quis post emancipationem quaesitum sibi filium patri suo in adoptionem dederit in locum

F(WDEQICK)

<sup>1</sup> tamen *del.*    <sup>2</sup> deinde emancipauit *del.*    <sup>3</sup> et *del.* (u. l.)

1 cuiqu'a'e F<sup>1</sup> 5 furioso substitutus decedat nec tamen *om.* F<sup>1</sup>, *uertunt Graeci* 8 intellegantur F<sup>1</sup> 14 clausula F<sup>2</sup> 17 uesis F<sup>1</sup> 22 et adoptauit *om.* F<sup>1</sup> 23 hunc] hanc F<sup>1</sup> 24 adoptionem F<sup>1</sup> | emancipatos F<sup>1</sup> 25 admitti F<sup>1</sup> 27 admittendam F<sup>1</sup>

30 aliter non *del.* F<sup>2</sup> 32 et seruus] seruus WDEQICK 33 ulpianus libro trigesimo nouo ad edictum *om.* et *sequentia legi 2 adnectit* F<sup>1</sup>: Οὔλιπ. Β 38 *peruenire* F<sup>2</sup> 39 *ex om.* F<sup>1</sup> 40 amuo F<sup>1</sup> 41 qui'a F<sup>1</sup>: ἐπειδὴ ὁ πατὴρ αὐτοῦ προλαμβάνει αὐτόν BS 42 locus F<sup>1</sup>

imum est ei praestari quod cuius adrogato filio, idcircoque patri suo iungendus i emancipatus hic nepos post adoptionem proponatur, aequissimum erit eum recipit enim locum suum) nec debet patri suo iungi. Si emancipatus [Ep. 23, 9 non ex uoluntate patris ducta filium fuerit sortitus, dein nepos patre iam mortuorum possessionem aut uelit uenire, admittendus est ad eam: non enim per is, qui filius iustus est, efficietur non filius, cum rescissio, quo magis ad quo minus, adhibeatur. nam etsi tam ignominiosam duxerit uxorem filius, ut tam ipsi quam patri mulierem talem habere, dicemus et ex ea natum ad possessionem aut admitti, cum possit auus iure suo uti eumque exheredare: nec in hoc nepote is, qui de officioso cogniturus est, quam merita nepotis patris perpendet. Si emancipatus filius praeteritus ante petitam bonorum possessionem se dederit, amittit contra tabulas bonorum possessionem. Si quis adoptionem nepotem, quem ex eo retinuerat, dederit in adoptionem, nepos iste abulabonorum possessionem aut sui admittitur patre eius ante defuncto, quia familia, qui et ipse admitti potuit ad bonorum possessionem contra tabulas. et si emancipatus filium, quem post emancipationem quaesierat, patri suo in dederit et decesserit: nam et hic nepos iste ad bonorum possessionem patris debet, quasi non sit in alia familia. Si pater alicuius peruenerit in adoptionem ius non, an patris sui in adoptiua familia mortui bonorum possessionem accipiet et arbitrator humaniore esse hanc sententiam, ut filius hic, quamuis non sit familia, in qua pater, ad bonorum possessionem tamen eius admittatur. Liberi, heredes iure non possunt, nec contra tabulas bonorum possessionem petere nec autem uerba 'institutui non possunt' ad mortis tempus referantur. Si quis ex scriptus sit, ad contra tabulas bonorum possessionem uocari non debet: cum secundum tabulas habere possessionem, quo bonum est ei contra tabulas dari? is committat edictum, et ipse ad contra tabulas bonorum possessionem ad edictum si sub condicione scriptus sit, bonorum possessionem contra tabulas accipiet, et ita Iulianus quoque libro uicesimo tertio digestorum scripsit. quid ergo condicio? uerum est eum contra tabulas accipere bonorum possessionem. Si filio emancipatus heres sit institutus, quae in ipsius potestate non est, si heres est, bonorum possessionem secundum tabulas accipere potest et debet, abulabonorum potest: et si forte defecerit condicio, tuendus erit a praetore in tantum, ut, si contra tabulas bonorum possessionem accepisset. Sed et si nepos sub

patri suo iungendus est *del.* (u. i.) <sup>2</sup> et *ins.* <sup>3</sup> si adhuc pendet *ins.* (cf. 2, 1. l. 5)

patri suo iungendus est] *idem* τοῦτο οὖν συζητῆται τῷ οἰκείῳ κ. κόντρα τάβογλας BS (Doroth.). *c. quamdiu adoptio durat filii loco emancipationem uero nepotis ex filio illo casu non patri naturali iungenda quasi frater eius esset portionem* 13 § 3 h. t.: 37, 6, 3, 6: 37, 8, 1, 9), *u. excluditur. additamentum oritur uerbis u. 3 nec debet patri suo ius in contrarium actis* 3 abstinuit <sup>3</sup> uelit <sup>3</sup> rescissionem <sup>3</sup> | 8 dedecuri <sup>3</sup> | a d' <sup>3</sup> 10 in iungitur <sup>3</sup> | quam merita nepos nepotis (om. quam) <sup>3</sup>, merita <sup>3</sup> | <sup>3</sup> <sup>3</sup>: quod dedit similiterque restituit, confirmant Graeci: ὁ γὰρ φιλόσοφος δικαστικῶς οὐ μόνον τῶν ὁσίων ἐξετάζει ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ *Epi.* 18 suo's <sup>3</sup> 15 qui et]

*sic WDEICK cum BS (Doroth.):* ὅς καὶ αὐτὸς ἠδύνατο λαβεῖν τὴν κόντρα τάβογλας, quia et <sup>3</sup> quam et <sup>3</sup> 18 ad o' mitti <sup>3</sup> 23 non possint <sup>3</sup> 24 possessionem *etsi habet* <sup>3</sup>, tamen *supra u. iterum posuit* <sup>3</sup> 26 ipsi <sup>3</sup> 27 sed si sub (sub om. <sup>3</sup>) condicione *seq.* *Anonymus ita uertit, quasi uerba u. 30* quae in ipsius potestate non est *legerentur post scriptus sit u. 27:* εἰ δὲ ὑπὸ ἀίρεσιν αἰτιατικὴν ἐγράφῃ ὁ αὐτεξούσιος καὶ ἀτονῆσει, αἰτεῖ τὴν κατὰ τῆς διαθήκης ἐναντιῶσιν (u. 28 quid ergo ... 29 possessionem). ὁ δὲ γεγραμμένος ὑπὸ ἀίρεσιν ἠρτημένης αὐτῆς αἰτεῖ τὴν ἐκ τῆς διαθήκης βοήθειαν (u. 29 si sub ... 31 potest) ἔάν γὰρ ἀτονῆσῃ (u. 32 et si forte defecerit) κ. τ. λ. *hoc fecit, ut aliqua ratione se expediret: neque enim legit diuerse* | possessionem <sup>3</sup> 28 scripsit] <sup>3</sup>, scripsit <sup>3</sup> 29 condicito <sup>3</sup> 30 emancipatus <sup>3</sup> si heres <sup>3</sup> | potestate <sup>3</sup> <sup>3</sup> 33 accepisset <sup>3</sup>

15 huiusmodi condicione scriptus sit heres, idem erit dicendum. Si quis ex liberis non sit  
 16 scriptus heres, sed seruus eius scriptus sit eumque iusserit adire hereditatem, denegari ei  
 debet bonorum possessio contra tabulas. Idemque est et si legatum relictum sibi uel seruo  
 suo elegerit: nam et hic dicimus bonorum possessionem contra tabulas debere denegari.

4 PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Illud notandum est, quod [B. 40, 3, 4]  
 bonorum possessio contra tabulas quae liberis promittitur locum habet, siue quis heres  
 extiterit siue non: et hoc est quod dicimus contra ipsum testamentum liberis competere  
 1 bonorum possessionem: quod in patrono contra est. Si quis filium quem in potestate ha-  
 buit instituerit heredem uel exheredauerit et ex eo nepotem omiserit, bonorum possessioni  
 locus non est, quia non esset nepos suus heres futurus. eadem sunt et in sequentibus  
 2 gradibus. Ad testamenta feminarum edictum contra tabulas bonorum possessionis non (B)  
 3 pertinet, quia suos heredes non habent. Si quis eum qui in utero est praetermiserit, etiam  
 nondum nato eo alius qui heres institutus est bonorum possessionem contra tabulas ad-  
 mittere potest, quia iniquum est neque quasi scriptum posse petere bonorum possessionem,  
 quamdiu contra tabulas peti potest, nec contra tabulas, quamdiu non nascitur praeteritus:  
 ut et si ante moriatur, bonorum possessionis beneficium ad heredem transmittat. quod  
 maxime necessarium est in filio emancipato scripto herede, qui nec hereditatem interim  
 adire potest.

5 IULIANUS libro uicesimo quarto digestorum. Sed et si decesserint, antequam peterent  
 bonorum possessionem, non est iniquum praetorem decernere heredibus eorum saluum fore  
 commodum bonorum possessionis secundum tabulas uel contra tabulas.

6 PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Si emancipatus filius nepotem [B. 40, 3, 5]  
 procreauerit et ita decesserit, deinde auus eius, nepos ad aui bonorum possessionem uenire  
 1 potest. Quod si et filium et nepotem emancipauerit, uiuente quidem filio nepos non ueniet,  
 2 post mortem autem eius ad bonorum possessionem aui ueniet. Nepote quoque solo eman-  
 cipato et suo mortuo, deinde patre eius, nepos praeteritus accipiet patris bonorum posses-  
 3 sionem, quia suus heres esset futurus patri, si potestate aui non exisset. Filio emanci- (B)  
 pato si nepos retentus sit et utriusque praeteriti, utriusque accipient bonorum possessionem.  
 4 Si filius emancipatus<sup>1</sup> in adoptiua familia nepotem sustulerit, ne nepos quidem ad bono-  
 rum possessionem aui naturalis ueniet. sed et si emancipatus filius procreatis nepotibus  
 in adoptionem se dederit, ut eum filii sequantur, idem erit. plane si is, qui apud adopti-  
 uum auum procreatus est, emancipatus sit, ueniet ad bonorum | possessionem aui natu-  
 5 ralis. <sup>2</sup> adoptio tamdiu nocet, quamdiu quis in familia aliena sit. ceterum emancipatus ad  
 bonorum possessionem parentum naturalium uenit, sed emancipatus uiuis eis, non etiam  
 post mortem eorum: hoc enim uerius est post mortem eorum emancipatum non admitti.

7 GAUUS libro quarto decimo ad edictum prouinciale. Si retentus fuerit in [B. 40, 3, 6]  
 potestate nepos filio emancipato, admittitur nepos uiuo auo ad patris bonorum possessionem.

8 ULPIANUS libro quadragesimo ad edictum. Non putauit praetor exheredatione notatos  
 et remotos ad contra tabulas bonorum possessionem admittendos, sicuti nec iure ciuili  
 testamenta parentum turbant: sane si uelint inofficiosi querellam instituere, est in ipsorum  
 1 arbitrio. Aliqua parte tabularum exheredem scribi non sufficit, sed eo gradu, contra  
 quem petitur bonorum possessio. unde si a primo gradu exheredatus sit filius, a secundo  
 praeteritus et primo gradu scripti non petierint bonorum possessionem, poterit contra ta-  
 2 bulas accipere bonorum possessionem. Non quaeuis exhereditatio summouet filium a contra  
 F(WDEQICK)

<sup>1</sup> in adoptionem se dederit et ins. <sup>2</sup> inscriptio excidit (u. l.)

4 diceamus F<sup>1</sup> 9 possessione'i F<sup>1</sup> 11 ad  
 om. F<sup>1</sup> 13 nato] dato F 22 omnia in-  
 scriptione hanc legem proxima praecedenti ad-  
 nectit F<sup>1</sup>, ΠΑΥΛ. B 23 possessione'm' F<sup>2</sup>  
 24 nepotem om. F<sup>1</sup> 25 ueniet' F<sup>2</sup> 27 exis-  
 set] existat F<sup>1</sup> 28 utriusque F<sup>2</sup> 30 natu-  
 ralis F<sup>2</sup> 32 ueniet F<sup>1</sup> 33 adoptio] FI,

adoptio enim WDECK: sed magis credide-  
 rim inscriptionem excidisse, cum etiam quae se-  
 quuntur priora non recte continent 35 est  
 in post F<sup>2</sup> 37 possessione'm' F<sup>2</sup> 40 testa-  
 mento F<sup>1</sup> | si] sine F<sup>1</sup> 41 aliqua tabula-  
 rum parte tabularum F<sup>2</sup> 43 scripti F | pote-  
 rit ... 44 possessionem non om. F<sup>1</sup>

3 tabulas bonorum possessione, sed quae rite facta est. Si ab uno ex heredibus sit filius  
 exheredatus, Marcellus libro nono digestorum scribit filium non uideri exheredatum: id-  
 4 circo contra tabulas bonorum possessionem peti posse contra utrumque heredem. Si ex-  
 heredatus sit filius et institutus, optinente eo gradu, in quo institutus est, puto commisso  
 5 edicto ab alio filio contra tabulas eum bonorum possessionem petere posse. A primo  
 gradu praeteritus est filius, a secundo exheredatus. si in primo gradu scripti non sint in  
 rebus humanis mortis tempore testatoris, dicendum est contra tabulas bonorum possessio-  
 nem praeteritum petere non posse: hereditas enim in secundo gradu uersatur, non in  
 primo, ex quo neque adiri hereditas neque bonorum possessio peti potest. sed si post  
 mortem testatoris decesserint heredes scripti, idem Marcellus putat contra tabulas bonorum  
 10 possessionem semel natam competere. sed et si defecerit condicio institutionis, adhuc  
 tantundem dicit praeteritum ab eo gradu filium contra tabulas bonorum possessionem pe-  
 titurum. idem scribit et si postumus, qui institutus fuit, non fuerit natus: nam adhuc  
 11 contra tabulas bonorum possessionem competere filio Marcellus ait. Si quis sua manu se  
 exheredem scripsit, an contra tabulas bonorum possessionem possit accipere, uideamus. 12  
 et Marcellus libro nono digestorum nocere ei hanc exheredationem ait, quia senatus hoc  
 13 pro non scripto non facit, quod contra eum est. Si quis emancipatum filium [B. 40, 3, 7  
 exheredauerit eumque postea adrogauerit, Papinianus libro duodecimo quae- [Pap. 28, 2, 23 pr.  
 14 stionum ait iura naturalia in eo praesualere: idcirco exheredationem nocere. Sed in (Pap.)  
 15 extraneo Marcelli sententiam probat, ut exhereditio ei adrogato postea non noceat. Post- 20  
 16 liminio autem reuerso filio dicendum est exheredationem ante factam nocere. Si (B)  
 filium in adoptiua familia constitutum pater naturalis exheredauerit, deinde sit filius eman-  
 17 cipatus, nocebit ei exhereditio. In adoptionem datos filios non summoueri praetor uoluit,  
 modo heredes instituti sint, et hoc iustissime eum fecisse Labeo ait: nec enim in totum  
 extranei sunt. ergo si fuerint heredes scripti, accipient contra tabulas bonorum posses- 25  
 sionem, sed ipsi soli non committent edictum, nisi fuerit alius praeteritus ex liberis qui  
 solent committere edictum. sed si ipse || scriptus non sit, sed alius, qui ei acquirere he- f. 189  
 reditatem potest, non est in ea causa, ut eum ad bonorum possessionem contra tabulas  
 18 admittamus. Ut autem admittantur ad bonorum possessionem, ex liberis esse eos oportet.  
 ceterum si adoptiuum filium dedi in adoptionem et heredem scripsi, commisso per alios 30  
 19 edicto bonorum possessio contra tabulas ei non dabitur. Datur autem ei, qui in adoptiua  
 familia est, contra tabulas possessio, si eo gradu heres scriptus sit, contra quem peti  
 20 potest bonorum possessio. Non est nouum, ut emancipatus praeteritus plus iuris scriptis  
 heredibus fratribus suis tribuat, quam habituri essent, si soli fuissent: quippe si filius qui  
 in potestate patris est ex duodecima parte<sup>1</sup> heres scribatur emancipato praeterito, dimi- 35  
 diam<sup>1</sup> partem beneficio emancipati occupat, qui, si emancipatum fratrem non haberet, duo-  
 decimam partem<sup>1</sup> habiturus esset. sed si<sup>2</sup> ex parte minima sit heres institutus, non pro  
 ea parte, qua institutus est, tuendus est commisso edicto, sed amplius per bonorum pos-  
 sessionem habere potest. praetori enim propositum est, cum contra tabulas bonorum  
 possessionem dat, eas partes unicuique liberorum tribuere, quas intestato patre mortuo in 40  
 hereditate habiturus esset, si in potestate mansisset: et ideo siue emancipatus siue is qui  
 in potestatem mansit siue in adoptionem datus ex minima parte heres scriptus sit, non re-  
 digitur ad eam portionem, ex qua institutus est, sed uirilem accipit.

*F(WDEQICK)*

<sup>1</sup> requiritur aut u. 35 et similiter u. 37 ex duodecima et uicesima quarta parte aut potius u. 36 tertiam pro dimidiam (cf. u. 34 fratribus suis) <sup>2</sup> sed si] scilicet etsi?

1 sit<sup>1</sup> F<sup>2</sup> 2 exheredatum F<sup>2</sup> 3 si hex-  
 heredatus F<sup>2</sup>, si et exheredatus F<sup>2</sup> 5 eorum  
 F<sup>2</sup> 6 si] sit F<sup>2</sup> 10 scripti a' F<sup>2</sup> 13 et 'si' F<sup>2</sup> |  
 natus] satis F<sup>2</sup> 14 s'e' F<sup>2</sup> 15 scripsit]  
 scriperit F<sup>2</sup> 22 adoptiua' a' F<sup>2</sup> 23 noce-  
 nit F<sup>2</sup> | ei] et F<sup>2</sup> 24 modo] si modo F<sup>2</sup> | fa-  
 ctus F<sup>2</sup> 25 sint F<sup>2</sup> | fuerint F<sup>2</sup> 27 scrip-

tum F<sup>2</sup> 28 est] po F<sup>2</sup> | causa 'a'ut F<sup>2</sup>  
 29 admittantur F<sup>2</sup> 31 datur non ei' autem  
 ei F<sup>2</sup> 32 possessio] bonorum possessio F<sup>2</sup>  
 33 praeritus F<sup>2</sup> 34 quippe] quippe F<sup>2</sup> 35 duo-  
 decimo F<sup>2</sup> 36 r'emancipato F<sup>2</sup> 37 sed] F<sup>2</sup>,  
 nam F<sup>2</sup> WDEQICK 38 parte 'a'qua F<sup>2</sup> |  
 commisso a' F<sup>2</sup>



- 9 GAIUS libro quarto decimo ad edictum prouinciale. Utrum autem pater [B. 40, 3, 8] adoptiuus uiuit an defunctus est, nihil interest: nam hoc solum quaeritur, an in adoptiua familia sit. 8
- 10 ULPIANUS libro quadragesimo ad edictum. Si post mortem testatoris heres institutus 8  
 filius in adoptionem se dederit, bonorum possessionem contra tabulas accipere potest, 8  
 1 quia scriptis heredibus<sup>1</sup> instituti non solet nocere adoptio. Si filius in adoptio- [B. 40, 3, 9]  
 nem datus auo materno heres institutus sit a patre naturali, commisso per alium edicto-  
 magis est, ut bonorum possessionem accipere possit: nec enim<sup>2</sup> exigimus, ut adeat here-  
 2 ditatem, sed sufficit, ut ei delata sit adquireque possit. Si in adoptionem datus, postea-  
 quam iussu patris adoptiui hereditatem adiit, emancipatus fuerit, potest contra tabulas 10  
 bonorum possessionem accipere hereditatemque ipse potius habebit, quam pater adoptiuus.  
 3 Illud notandum est, quod et si adierit hereditatem in adoptionem datus, contra tabulas em-  
 datur: alias autem si quis legatum<sup>3</sup> si quis portionem sibi datam adgnouerit, a contra-  
 4 tabulas bonorum possessione repellendus est. Liberi, qui contra tabulas habere non pos-  
 sunt, nec partem faciunt, si per alios committatur edictum: quo enim bonum est eis fauere 15  
 5 ut partem faciant, nihil habituris? Exheredati liberi quemadmodum edictum non commit-  
 tunt, ita nec commisso per alios edicto cum illis uenient ad bonorum possessionem unaque  
 6 eis querella superest, si de inofficioso dicant. Hi, qui propter alios contra tabulas [B. 40, 3, 10]  
 bonorum possessionem petunt, non exspectant ut praeteriti possessionem accipiant, uerum  
 ipsi quoque bonorum possessionem petere contra tabulas possunt: cum enim semel bene 20  
 fecio aliorum ad id beneficium fuerint admissi, iam non curant, petant illi nec ne bonorum  
 possessionem.
- 11 PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Si in adoptionem datus sub [B. 40, 3, 11] 8  
 condicione scriptus sit heres a naturali patre, alio committente contra tabulas edictum 24  
 ipse ueniet: sed si defecerit condicio, repellitur ab ea possessione. idem puto et in 1. 187  
 1 qui pure quidem, sed non iure scriptus sit heres. Exemplo iuris legitimi et bonorum pos-  
 sessio contra tabulas distribuitur: igitur nepotes ex uno filio unam partem habebunt.
- 12 GAIUS libro quarto decimo ad edictum prouinciale. Si duobus filiis et ex altero<sup>4</sup> filio 8  
 duobus nepotibus bonorum possessio competat et alter ex nepotibus non petat, pars ei  
 fratri adreseat. si uero ex filiis alter non petat, tam fratri quam nepotibus id prodest: 20  
 namque tunc duo semisses fiunt, ex quibus alterum filius, alterum nepotes consequuntur.
- 1 Si prius testamentum exstet iure factum, quo filius exheredatus est, sequens [B. 40, 3, 11]  
 imperfectum, in quo praeteritus sit filius, posteriore testamento praeteritus recte petet bo-  
 norum possessionem, si remoto quoque<sup>5</sup> filio potiores sunt in ea hereditate posteriore  
 testamento scripti heredes: et ita ius habet, ut, cum is, contra quem filius petit bonorum 25  
 possessionem, amoto filio possit optinere hereditatem, filius quoque recte uideatur petere  
 bonorum possessionem, si uero ille non possit optinere hereditatem, filius quoque excludatur.
- 13 IULIANUS libro uicesimo tertio digestorum. Cum emancipatus bonorum pos- [B. 40, 3, 12] 8  
 sessionem contra tabulas accipit, scriptus heres ei hereditatem petenti cogendus est et  
 praedia et seruos hereditarios praestare: omne enim ius transferri aequum est, quod per 20  
 causam hereditariam scriptus heres nanciscitur, ad eum, quem praetor heredis loco con-  
 F(W, deficiens u. 30 in uoc. si uero, DEQICK)

<sup>1</sup> scriptis heredibus del. (similiter Cuiacius) <sup>2</sup> enim del. <sup>3</sup> si quis legatum del. <sup>4</sup> alio?  
<sup>5</sup> quoque del.

1 prouinciale m' F<sup>2</sup> 2 uinis F<sup>2</sup> 6 insti-  
 tuti] F, institutus WDQICK, institutus Q |  
 sole n't F<sup>2</sup> 8 nec enim exigimus seq.] οὐδέ  
 γὰρ ἀπαιτοῦμεν αὐτὸν ἀδιτεῦσαι τὴν τοῦ φυ-  
 σικοῦ πατρὸς κληρονομίαν BS (Dorath.) 9 ad-  
 quiriqu'a e F<sup>2</sup> | poste'a'quam F<sup>2</sup> 11 accipere  
 om. F<sup>2</sup> | hereditatem'que' F<sup>2</sup> 13 a'd' con-  
 tra F<sup>2</sup> 14 repellendum F<sup>2</sup> 15 edicto F<sup>2</sup>  
 16 faciant] patiant F<sup>2</sup>: ἀνωφελεῶς γὰρ θάλλο-

μεν αὐτοὺς εἰς τὸ ποιῆσαι μέρος BS (Dorath.)  
 17 alio's' F<sup>2</sup> | ueniunt F<sup>2</sup> 18 si om. F<sup>2</sup> | hi  
 qui] ei qui F<sup>2</sup>, hique qui F<sup>2</sup> 19 praeteriti  
 'bonorum' possessionem F<sup>2</sup> 20 semel om. F<sup>2</sup>  
 23 si om. F<sup>2</sup> 25 ea] eo F<sup>2</sup> | possessione  
 27 igitur om. F<sup>2</sup> | nepo'stes F<sup>2</sup> 29 potat  
 p'et'ars F<sup>2</sup> 31 nepotes qui F<sup>2</sup> 32 ex'stat  
 33 sit' F<sup>2</sup> 34 in ea m' hereditate F<sup>2</sup>

- stituit. Qui duos filios et ex altero eorum nepotem habebat, eum in adoptionem dedit et heredem instituit praeterito altero filio: quaeritur, quid in his seruari debeat, utrum in partem patris sui admittatur an uirilem portionem habeat. respondi: in adoptionem datus nepos et heres scriptus, quamdiu pater eius aut in potestate aut emancipatus est, non potest contra tabulas bonorum possessionem accipere: sed et si pater eius, antequam bonorum possessionem acciperet, decesserit, non admittitur nepos ad bonorum possessionem. B
- Si pater emancipato filio praeterito heredes duos scripserit, filium quem in potestate habebat et alterum quem in adoptionem dederat, ex quo duos nepotes in familia reliquerat<sup>1</sup>, qui et ipsi testamento praeteriti sint: bonorum possessionem pro parte tertia emancipatus, pro parte tertia is qui in potestate remansit, pro parte tertia qui in adoptionem datus est et filii eius simul habebunt, ita ut sextans patri, sextans nepotibus cedat. Si pater ex duobus filiis alterum habentem filios emancipauerit Iul. 37, 6, 3, 6. Ulp. 37, 8, 1, 9. B. 40, 3, 12 et unum ex nepotibus, quem ante emancipauerat, in locum filii adoptauerit, praeterito deinde emancipato decesserit, aequius erit nepoti, qui in locum filii uenerit, succurri et in tres partes hereditatem diduci, ut unam habeat qui in potestate remanserit, alteram nepos adoptatus in locum filii, tertiam emancipatus cum filio suo, qui nepotis loco fuerit. sed etsi mortuo filio alter ex nepotibus in locum filii adoptatus fuerit, tres partes in bonis fient, cum sit aequius eum, qui in locum filii adoptatus est, non minus habere, quam si non ex numero nepotum, sed extraneus adoptatus esset. 19
- 14 **AFRICANUS** libro quarto quaestionum. Si duobus filiis emancipatis alter heres B. 40, 3, 18 institutus sit, alter praeteritus, si institutus adierit, quamuis uerbis edicti parum expressum sit, tamen § non posse eum petere bonorum possessionem respondit, quia iudicium patris secutus sit: nec enim emancipatum, si legatum acceperit, admitti ad bonorum possessionem, siue ab heredibus institutis siue ab his, qui contra tabulas petierint, acceperit. sed illud obseruandum, ut praetor eum, qui heres institutus adierit, in eam partem qua scriptus sit tueri debeat, dum tamen non ampliorem, quam habiturus esset, si bonorum possessionem accepisset: ut hactenus deteriorem causam suam fecerit, quod, si ex minore parte sit institutus, eam dumtaxat retinere possit et quod extraneis quoque legata praestare cogatur. quod si is qui in potestate est heres institutus sit, quoniam necessarius heres fit, non aliud dici posse, quam et ipsum petere posse bonorum possessionem, si modo hereditati se non inimicauerit: tunc enim, quia iudicium patris comprobasse uidetur, in eodem loco quo emancipatum haberi debere. Filius in adoptiua familia uxore ducta filium sustulit eumque post mortem patris adoptiui emancipauit: hunc nepotem contra tabulas aui naturalis decreto posse petere bonorum possessionem respondit. item si filius emancipatus sublato filio et emancipato adrogandum se dederit et mortuo adoptiui patre decesserit, et contra patris et contra aui tabulas ex decreto hunc admitti minime dubitari debere, ne alioquin ab omnium bonis excluderetur.
- 15 **MARCIANUS** libro quinto regularum. Si praeteritus filius emancipatus ex B. 40, 3, 14 adoptionem doli mali agentis heredi patris opposuerit de eo quod patri debuit, non posse eum contra tabulas bonorum possessionem petere existimo: nam hoc ipso quasi repudiavit bonorum possessionem. quod ita intellegendum est, si heredem petentem debitum noluerit

*F(DQICK)*

<sup>1</sup> retinuerat?    <sup>2</sup> *idem Graeci: ex testamento similiaue exciderunt (cf. D. 38, 2, 50, 6)*

<sup>2</sup> quod F<sup>1</sup> 4 nepote's et F<sup>2</sup> | aut emancipatus quamdiu pater eius aut in potestatem est non F<sup>2</sup>: fortasse Graeci pro est legerunt superest: εως οτε ο πατηρ αυτου περιεστιν η υπελοιγιος μεινας του πατρος η εμαρκιπατος γεννημενος BS (Doroth.), εφ' οσον ο πατηρ αυτου περιεστιν ετε υπελοιγιος μου ετε αυτελοιγιος γενωμενος B (Anon.) 7 filium] filius F<sup>2</sup> 8 quo duo's F<sup>2</sup> 12 filios emancipauerit et (ut F<sup>2</sup>)

unum ex nepotibus hoc loco F<sup>2</sup>, post emancipauerat u. 13 F<sup>2</sup> 15 deduci F<sup>2</sup> 17 partis F<sup>2</sup> 20 si] ex F<sup>2</sup> 21 beruis F<sup>2</sup> 24 acceperit n't F<sup>2</sup> 25 adierit in eam partem (parte altero loco) qua scriptus bis F<sup>2</sup> 26 habebiturus F<sup>2</sup> 28 et] ex F<sup>2</sup> | cog'natur F<sup>2</sup> 29 necessarius si] heres F<sup>2</sup> 30 petire F<sup>2</sup> 33 nepo'tem F<sup>2</sup> 34 filio om. F<sup>2</sup> 35 patris et] patris ex F<sup>2</sup> 36 aui om. F<sup>2</sup> 40 patere F<sup>2</sup>

- filius repellere illa exceptione 'si non contra tabulas bonorum possessio filio dari potest', sed magis doli exceptione usus est.
- 16 POMPONIUS libro quarto ad Sabinum. Si emancipatus filius nepoti in potestate aui relicto ab extraneo herede fideicommissam hereditatem, si liberatus aui potestate fuisset, reliquisset: si suspectus auus sit quasi consumpturus bona nepotis, non esse ei dandam bonorum possessionem. B. 40, 3, 16 S<sup>r</sup>
- 17 ULPIANUS libro trigesimo quinto ad Sabinum. Si pater se dedit in adoptionem nec sequatur eum filius emancipatus ab eo antea factus, quia in alia familia sit pater, in alia filius, bonorum possessionem contra tabulas non potest filius eius habere: et ita Iulianus scripsit. Marcellus autem ait iniquum sibi uideri excludi eos<sup>1</sup> a bonorum possessione, cum pater se dedit in adoptionem: ubi enim filius non datur in adoptionem, at pater se dat, nullum patrem filio adsignat: quae sententia non est sine ratione. B. 40, 3, 16 S<sup>r</sup>
- 18 HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. Sub condicione exheredatus contra tabulas bonorum possessionem petet, licet sub condicione heres institutus a contra tabulas bonorum possessione excludatur: certo enim iudicio liberi a parentum successione remouendi sunt. Ei, qui contra tabulas bonorum possessionem accepit, tam legati quam fideicommissi exactio, sed et mortis causa donationis retentio denegatur: nec interest, per semet ipsos<sup>2</sup> an per alium quaeratur. B. 40, 3, 17 P
- 19 TRYPHONINUS libro quinto decimo disputationum. Quod uulgo dicitur liberis datam bonorum possessionem contra lignum esse sic intellegendum est, ut sufficiat exstitisse tabulas mortis tempore patris, ex quibus uel adiri hereditas uel secundum eas bonorum possessio peti potuit, quamuis neutrum eorum postea secutum sit uel sequi potuit: nam si uel omnes instituti substituti ante testatorem decesserint uel is scriptus heres fuit, cum quo testamenti factio non fuit, peti contra tabulas inane est, quae sine effectu forent. B. 40, 3, 18 P
- 20 IDEM libro nono decimo disputationum. Filium quem in potestate habebat exheredauit, emancipatum praeteriit: quaesitum est, quatenus emancipatus bonorum possessionem habiturus sit. dixi, si scripti heredes extranei adierint hereditatem, repellendum esse filium, qui mansit in potestate. quod si hi repudiauerint hereditatem (quod facile sunt facturi nihil latari ex hereditate propter eum, qui contra tabulas accepit bonorum possessionem), filius ab intestato patris<sup>4</sup> suus heres deprehenditur: emancipatus autem petens contra tabulas bonorum possessionem solus habebit bonorum possessionem. sed cum exhereditatio non adita hereditate ex testamento nullius sit momenti (ideoque non obstare eam nec quo minus contra tabulas libertorum patris accipiat bonorum possessionem, Iulianus recte respondit, ne testamentum per omnia irritum ad notam exheredationis solam profecisse uideatur), redit res ad intestati exitum, ut aduersus filium suum ex asse heredem ab intestato patri emancipatum praetor in parte dimidia tueatur. erit ergo uenale beneficium scripti heredis extranei, ut, cum ipse iure hereditatis nihil sit consecuturus, adeundo repellat filium in potestate relictum praestetque asem emancipato filio iure contra tabulas bonorum possessionis: si autem omiserit hereditatem, in portionem bonorum exheredatum effectum admittet, iure factum solum suum heredem. sed quemadmodum praetor emancipatum tueatur, si adita non fuerit hereditas, ita nec filius qui in potestate remansit aditione adhibita in totum expellendus erit, sed ad hereditatis petitionem admittendus est ex causa inefficaciae *F(DEQICK)* B. 40, 3, 18 P

<sup>1</sup> eos] liberos?<sup>2</sup> ipsum (u. l.)?<sup>3</sup> uel] modo (ū = ō)?<sup>4</sup> patri (K)?

4 'a'ui rel. F<sup>2</sup> 5 re'li'quisset F<sup>2</sup> 11 at] ad F<sup>1</sup>, sed F<sup>2</sup> 12 nullam F<sup>1</sup> 13 'sed' sub condicione F<sup>2</sup> 15 liberi a] DECK, liberta F<sup>2</sup>, liberari F<sup>2</sup>, liberari a I: χωρίς ἀπέσεως γὰρ ἀποκνήζει δὲ τοῦς παῖδας ἀποκλείεσθαι B (Anon.) 17 ex's'actio F<sup>2</sup>? 18 ipsum DEQICK 19 uulgo F<sup>2</sup> 20 datum F<sup>1</sup> | lignum] F, legem DEQICK | ex's'titisse F<sup>2</sup>

23 substitutiqu'e' F<sup>2</sup> | is om. F<sup>1</sup> 24 testament'o'i F<sup>2</sup> | e's't F<sup>2</sup> 25 foret F 27 habiturus sit] habiturum F<sup>1</sup> 29 quod facile] quo facile F 31 here's' F<sup>2</sup> 35 'ex'heredationis F<sup>2</sup> 37 patri] patre F 38 consecutu's'rus F<sup>2</sup> 39 praestatqu'a'e F<sup>2</sup> 40 ad om. F<sup>1</sup> | effectu] Cuiacius (cf. D. 37, 5, 15 pr.), effectum F

- 1 querellae contra emancipatum mouendae. Uideamus tamen isto casu, quo utrique ad bona patris ueniunt, an ei conferre debeat emancipatus: nam neque ex hac parte edicti uerbis ad facere cogitur, unde contra tabulas accepit bonorum possessionem, quae inter eos, quibus ita bonorum possessio dabitur, cauere de collatione ab emancipato iubet: iste enim qui mansit in potestate quod exheredatus nominatim fuit, non est uocatus ad bonorum possessionem contra tabulas: neque ex illa parte edicti, qua intestato patre mortuo emancipatus ad bonorum possessionem admissus ad collationem compellitur, quia etsi frater ab intestato heres sit, emancipatus tamen non inde accepit bonorum possessionem. et uereor, ne hactenus filio suo profuerit factum heredis scripti non aduentis, ut eum ad portionem admitteret bonorum paternorum, non etiam eorum, quae emancipatus propria habuit, et hoc sit 10 consequens illi, quod, cum ex minore parte scriptus a patre heres relictus in potestate, admissio fratre emancipato ad contra tabulas bonorum possessionem, eius beneficio plus consequatur, quamuis edicti uerbis collatio inducatur, ex mente prae||toris denegandam eam f. 141 respondetur. multo magis autem huic conferri non oportet, quia ei<sup>1</sup> a patre exheredatus, a praetore ad bonorum possessionem contra tabulas non uocatus occasione omissae hereditatis a scripto herede (nihil habituro propter delatam emancipato a praetore contra tabulas bonorum possessionem) nomen sui heredis adeptus est. Legata tamen ex parte sua iste emancipatus liberis et parentibus praestare cogetur non solida, sed deminuta in dimidium, quod relinquuntur manenti in potestate<sup>2</sup>. sed nec aduersus eum constituendae actionis 2 legatorum ratio est, qui mero iure intestato heres existit. Sed qui accepit contra tabulas bonorum possessionem, etiamsi non fuerit adita hereditas a scripto, praestat legata ea parte testamenti data, contra quam bonorum possessio accepta est. erit ergo melior hoc casu condicio in familia relictii filii, quam foret, si exheredatus non esset.
- 21 **MODESTINUS** libro sexto pandectarum. Si is, qui filium et ex eo nepotem in potestatem habebat, filium in adoptionem dedit nepote retento in potestate, postea filius emancipatus a patre adoptiuo decessit extraneis heredibus institutis: filius huius, qui in potestate aui remansit, contra tabulas patris sui bonorum possessionem petere poterit, quamuis nunquam in potestate huius fuerit. ideo nec debuisset in potestate esse uidetur<sup>3</sup>. nam, si aliter obseruatur, nec si emancipatus filius fuerit, nepos ex eo, qui in potestate aui remansit, bonorum possessionem contra tabulas petere poterit. Idemque iuris est, si emancipato filio nepos ex eo in potestate aui remanserit et postea patri suo in adoptionem datus fuerit: id est contra tabulas aui bonorum possessionem petere poterit, quia per adoptionem in aliena familia non fuerit. Sed si emancipatus filius meus adoptauerit extraneum filium, is qui adoptatus est filius contra tabulas meas bonorum possessionem petere non poterit, quia nunquam nepotis loco apud me fuit.

## V.

DE LEGATIS PRAESTANDIS CONTRA TABULAS BONORUM POSSESSIONE PETITA

- 1 **ULPIANUS** libro quadragesimo ad edictum. Hic titulus aequitatem quandam habet naturalem et ad aliquid nouam, ut, qui iudicia patris rescindunt per contra tabulas bonorum possessionem, ex iudicio eius quibusdam personis legata et fideicommissa praestarent, hoc *F(DEQICK)*

<sup>1</sup> quia ei] qui (*Hal.*)?    <sup>2</sup> caput legata tamen ... in potestate collocari debuit u. 23 post non esset    <sup>3</sup> ideo nec debuisset in potestate esse uidetur *del.*

1 qu'a'erellae F<sup>2</sup> | mouenda'e' F<sup>2</sup>    2 de-bea'n't F<sup>3</sup> | nam 'ne'que F<sup>2</sup>    3 unde] unnet F<sup>2</sup>  
6 illo F<sup>2</sup> | edicto F<sup>2</sup> | qua] quia F<sup>2</sup>    9 ut 'ad' eum ad F<sup>2</sup>    10 etiam] et tam F<sup>3</sup> | qu'a'e F<sup>2</sup> | proprio F<sup>2</sup>    14 quia ei] FQ, quia et DEICK    16 a'd' scripto F<sup>2</sup>    19 relinqui-

mur F<sup>2</sup> | manent'i' F<sup>2</sup>    20 qui mer'it'o F<sup>2</sup> | qui accepit 'qui' F<sup>2</sup>    21 a'd' scripto F<sup>2</sup>    24 si om. F<sup>2</sup> | filium] filio F<sup>2</sup>    26 a om. F<sup>2</sup>    32 in aliena] DE'CK, aliena FE'I, in alia Q    33 filium] fam'iliu' F<sup>2</sup>    34 possessione'm' F<sup>2</sup>    35 'num'quam F<sup>2</sup>    40 iudicio F<sup>2</sup>

- 1 est liberis et parentibus, uxori nuruique <sup>1</sup>dotis nomine legatum. Generaliter parentes  
liberos praetor excepit nec gradus liberorum parentum enumeravit: in infinitum igitur  
eis praestabitur. sed nec personas persecutus <sup>2</sup> est, utrum ex virili sexu an ex femina  
descendant. quisquis igitur ex liberis parentibusque fuerit, ad legati petitionem admittetur  
2 sed ita demum, si iura cognationis sunt inter eos. Liberos autem etiam eos ad legatorum  
petitionem admittimus, qui in adoptionem dati sunt vel etiam adoptivi, dummodo maneat  
3 liberi. Postumis liberis legata relicta utique praestabuntur:
- 2 IULIANUS libro nicesimo tertio digestorum. et ideo si praegnate uxore filius emanci-  
patus fuerit et bonorum possessionem contra tabulas acceperit, legatum nepoti praestare  
debebit.
- 3 ULPIANUS libro quadragesimo ad edictum. Sed et si mortis causa dona- [B. 39, 1, 39]  
tiones *sunt in personas exceptas* ¶ collatae, credo tuendae sunt: si autem excepti non sunt,  
1 auferendas eis puto mortis causa donationes. Liberis autem tantum et parentibus [D]  
2 praetor prospexit, non etiam fratri et sorori conseruavit legatum. Hoc autem solum de-  
betur, quod ipsis parentibus relictum est et liberis: ceterum si seruo eorum fuerit ad-  
scriptum vel subiectae iuri eorum personae, non debetur: nec enim quaerimus, cui adqui-  
3 ratur, sed cui honor habitus sit. Sed et si coniunctim ei fuerit legatum relictum cum eo,  
4 cui non praestatur, sua tantum portio ei conseruabitur. Item si quis ex his personis ro-  
gatus sit restituere extero quod sibi relictum est, dicendum non esse legatum praestandum,  
5 quia emolumentum ad eum non respicit. Sed si proponas extero legatum rogatumque  
eum praestare hoc alicui ex liberis parentibusque, consequenter dicemus praestari debere.  
6 Hoc amplius et si extraneo relictum sit sub hoc modo, ut <sup>3</sup> alicui ex liberis praestet,  
7 aequissimum erit dicere non debere ei praetorem denegare actionem. Ea autem legata  
sola praestant qui contra tabulas bonorum possessionem accipiunt, quae utiliter data sunt,  
uerum ideo non debentur, quod filius contra tabulas bonorum possessionem accipit,  
4 IULIANUS libro nicesimo tertio digestorum. cum propter hoc plerumque [B. 39, 1, 39]  
scripti heredes omittant hereditatem, cum scirent emancipatum aut petisse aut petiturum  
contra tabulas bonorum possessionem.
- 5 ULPIANUS libro quadragesimo ad edictum. Filium quis impuberem heredem scripsit  
eique substituit, emancipatum autem filium praeteriit: deinde uterque filius acceperunt  
bonorum possessionem: legata sunt etiam a substituto impuberis relicta non tantum liberis  
et parentibus, uerum etiam extraneis: quaeritur, an mortuo impubere cogatur substitutus  
ea praestare. et si quidem ab impubere relicta sunt, solis liberis parentibusque praes-  
tanda sunt: sin uero a substituto impuberis, omnibus eum praestare oportet habita ratione  
legis Falcidiae, scilicet ut partis dimidiae, quae ad eum ex bonis patris peruenit, quartam,  
1 id est totius assis sesunciam retineat. Quod si impubes ex uncia dumtaxat institutus  
heres fuerit, magis est semissem usque legata praestaturum habita ratione legis Falcidiae:  
licet enim ex uncia fuerit impubes institutus, tamen quod accessit, augetur legata a sub-  
F(DEQICK)

<sup>1</sup> quoque *ins.*    <sup>2</sup> persecutus (u. t.)?    <sup>3</sup> aliud quid *ins.*

1 nuruiqui *F*<sup>2</sup> | generaliter] gen. autem *F*<sup>2</sup>  
2 persecutus] persecutus *DEICK* 6 adop-  
tium] *DEICK*, in adoptiu *F* 8 praegnatae  
*F*<sup>2</sup> 11 ulpianus] *IC*, Οὐλπ. Β, iulianus *FEQK*,  
idem *D* 12 sunt in personas exceptas col-  
latae] *scriptis secundum Graecos, cum Ano-*  
*nymus sic reddit: καὶ τὰ θανάτου αἰτία δωρη-*  
*θέντα τοῖς ἀνιούσι καὶ κατιούσι μέχρι τρίτου*  
*βάθμου φυλάττεται· παρὰ δὲ τῶν μὴ ὄντων*  
*ἀνιόντων καὶ κατιόντων ἀφαιροῦνται* *citeturque*  
*in scholio l. 20 pr. h. t., ubi similiter redeunt*  
*personae exceptae: collatae F (ubi ab hoc uoc.*  
*pagina incipit) DEICK<sup>2</sup>, collatae exceptis ho-*  
*minibus K<sup>2</sup>. ceterum exceptis personis com-*

*prehendi liberos et parentes usque ad tertium*  
*gradum (cf. l. 1 § 1 h. t.) Anonymus uidetur*  
*nescio quomodo collegisse ex iis quas de lege*  
*Papia refert Iustinianus cod. 6, 51, 1 pr. collatis*  
*cum h. l. § 1 | tuend' o'ae *F*<sup>2</sup> 14 conseruabit*  
*'soror' legatum *F*<sup>2</sup> 17 honor] bonor *F*<sup>2</sup> | et]*  
*et *F* 20 quia] qui *F* 23 denegari *F*<sup>2</sup> |*  
*actione'm' *F*<sup>2</sup> 24 acceperunt *F* 25 debentur*  
*tur *F*<sup>2</sup> 27 omittant *F* 28 possessionem *F**  
*31 a om. *F* | relicta non tantum liberis om. *F*<sup>2</sup>*  
*33 parentibusqu'a'e *F*<sup>2</sup> 34 a] an *F* 36 ex]*  
*es *F*<sup>2</sup> | uncia'm' *F*<sup>2</sup> 37 e'at' semissem *F*<sup>2</sup>*  
*38 a] aut *F*<sup>2</sup>*

stituto relicta. Omnibus autem liberis praestari legata praetor uoluit exceptis his liberis, quibus bonorum possessionem praetor dedit ex causis supra scriptis: nam si dedit bonorum possessionem, non putat legatorum eos persecutionem habere. constituere igitur apud se debet, utrum contra tabulas bonorum possessionem petat an uero legatum persequatur: si elegerit contra tabulas, non habebit legatum: si legatum elegerit, eo iure utimur, ne petat bonorum possessionem contra tabulas. Si quis contra tabulas bonorum [B. 44, 23, 1] possessionem acceperit, deinde postea apparuerit eum ex his liberis non fuisse, qui eam bonorum possessionem accipere possunt, ex his tamen esse, quibus legata praestantur: optinuit non esse ei denegandam petitionem legatorum, siue ordinariam bonorum possessionem petierit siue Carbonianam. Non solum autem legatum denegatur ei, qui bonorum possessionem accepit, uerum etiam si quid aliud ex uoluntate accepit. cui consequens est, quod Iulianus scripsit, | si fratri suo impuberi substitutus sit acceperitque contra tabulas f. 142 bonorum possessionem, denegari ei persecutionem hereditatis fratris impuberis mortui, cui a patre substitutus est. Si legata fuerint relicta liberis et extraneis, licet utrorumque (B) praestatio Falcidia locum faceret legataque liberorum recideret, tamen nunc ob hoc, 15 quod extraneis non praestantur legata, liberorum augentur. Sed et si portio hereditatis fuerit adscripta ei, qui ex liberis parentibusue eat, an ei conseruanda sit, ut solent legata? et Iulianus saepissime scripsit in portione quoque hereditatis idem quod in legato probandum, cuius sententia rescripto diui Pii comprobata est, cum hereditates non modo honestioris titulo, sed et pleniore onere tribuantur. Ad eum autem modum talibus personis succurrendum est, ut ampliore quidem quam uirili portione hereditatis data usque ad uirilem tueantur, in minorem autem eatenus actiones his tribuantur, quatenus scriptae sint. idem obseruatur et circa legata fideiue commissa, quae his data fuerint, et in mortis causa donationibus. Is autem, cui portio hereditatis conseruatur, utrum omnibus an tantum exceptis personis legata cogatur praestare? et magis probatur exceptis personis solis praestanda: nec tamen solius commodo id cedit. nam si legatis onerata sit portio tam liberorum parentiumue quam extraneorum, id, quod extraneis non praestatur, liberis parentibusue profuturum non dubitamus. igitur ita demum quod extraneis non praestatur communicatur cum eo, qui contra tabulas petit, si non legatariis liberis parentibusque dandum sit. 30

IULIANUS libro uicesimo tertio digestorum. Saluius<sup>1</sup> Aristo Iuliano salutem. qui filium emancipatum habebat, praeterito eo patrem suum et extraneum heredem instituit et patri legatum dedit: filius contra tabulas bonorum possessionem petit: quaero, si aut uterque hereditatem adisset aut alter ex his aut neuter, an et quantum legatorum nomine patri debeatur. respondit: saepe animaduerti hanc partem edicti, qua emancipatus accepta contra tabulas bonorum possessione liberis et parentibus legata praestare iubetur, habere nonnullas reprehensiones: nam si dodrans legatus fuerit, plus habiturus est cui legatum erit quam emancipatus. decreto itaque ista temperari debebunt, ut et hereditatis partem emancipatus praestet ita, ne scriptus heres amplius habeat quam emancipatus, et legatorum modus temperaretur, ut nihil plus ex legatis ad aliquem perueniat, quam apud emancipatum bonorum possessionis nomine remansurum est. 40

F(DEQICK)

<sup>1</sup> Saluius del. (gl. ad Iulianus: u. i.)

1 praestari 'quam' legata F<sup>1</sup> 10 carbonianam F<sup>2</sup> | denegatu' m'r F<sup>1</sup> 11 uerum etiam si q. a. ex uoluntate accepit om. F<sup>2</sup> 13 'de'negari F<sup>2</sup> | mortui] mortuus F<sup>2</sup> 14 utrorum-que a'e's' praestatio F<sup>2</sup> 15 faceret' legata-qua's F<sup>2</sup> 17 solet F 18 saepissimae F | prouandam F<sup>2</sup> 20 honestior] E<sup>1</sup>QK<sup>2</sup>, honestio F, honesto DICK<sup>2</sup>, onestire E<sup>2</sup> | honore F, honore EICK, titulo (sic) D 21 qui-

dam F<sup>2</sup> 22 tueantur F | actiones] actionem F<sup>2</sup> 23 sint] sunt F<sup>2</sup> | fidei'ue' F<sup>2</sup> 24 is] his F 26 cedit] eedit F<sup>2</sup> 27 liberarum F<sup>2</sup>? | id] is F | parentibusque (non quae) f 31 iuliano] iulianus F<sup>2</sup> 33 quaero] quo de re F<sup>2</sup> 34 a'u'disset F<sup>2</sup> 35 enim aduerti F<sup>2</sup> 37 repr'a'ehensiones F<sup>2</sup> | cui] is cui F<sup>2</sup> 39 praest'et' ita F<sup>2</sup> 40 ut om. F<sup>2</sup>

- 7 TRYPHONINUS libro sexto decimo disputationum. Nam secundum constitutionem diuini Pii ad Tuscianum<sup>1</sup> Numidiae legatum placuit parentes et liberos heredes quoque institutos tueri usque ad partem uirilem exemplo legatorum, ne plus haberent ex institutione tales personae, quam ad eum peruenturum esset, qui contra tabulas bonorum possessionem accepit.
- 8 ULPIANUS libro quadragesimo ad edictum. Uirilis portio quemadmodum accipienda sit uideamus. pone duos esse, qui contra tabulas bonorum possessionem accipiunt, unum esse ex liberis parentibusque: uirilis tertia erit portio: sed si tres sunt, qui contra tabulas acceperunt, quarta erit uirilis: hoc idem et in legatis obseruabitur. sed si unus sit ex liberis, qui accepit contra tabulas bonorum possessionem, plures sint, qui ex liberis parentibusque legata acceperunt, sic hoc accipiendum est, ut filius praeteritus semissem habeat, ceteri omnes, qui sunt ex liberis parentibusue, semissem. Si quis ex liberis parentibusque et heres institutus sit et legatum acceperit, utrum tantum portionem ei conseruamus an uero et legatum an alterutrum quod elegerit? et magis est, ut utrumque conseruetur, sed sic, ne amplius in utroque quam uirilem habeat. Si adierit hereditatem is cui uirilis conseruatur, libertates competent ex necessitate per aditionem: uerumtamen uidentum est, an de dolo actione teneatur qui adit. et magis est, ut, si denuntiante eo, qui praeteritus accepit contra tabulas bonorum possessionem, hic adit hereditatem pollicente eo portionem uirilem, sit quod ei imputetur et de dolo actione teneatur: damno enim adficit hereditatem, dum competunt libertates. Si quid uxori nuruique fuerit legatum praeter dotem, accepta contra tabulas bonorum possessione non praestabitur. Nurus autem appellatione et pronorum uerasque contineri nulla dubitatio est. Cum autem dotis nomine legatur, non puto ad uirilem uxorem nurumue redigendam, cum mulier ista ad aes alienum ueniat. Non solum autem dotem praelegatam praetor complectitur, uerum etiam si pro dote aliquid fuerit relictum, ut puta si dos in rebus sit et pro rebus ei quantitas relinquatur uel contra: dum tamen hoc nominetur, quod pro dote relinquatur.
- 9 PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Sed et si plus sit in legato quam in dote, dabitur illis actio.
- 10 ULPIANUS libro quadragesimo ad edictum. Sed et si pro dote ex parte aliqua eandem heredem scripserit, tuendam esse puto. Esse autem uxorem mortis tempore exigemus. si nurui dotem praelegauerit eaque mortis tempore nupta sit, nullum legatum est, quia dos nondum debeatur: sed cum et constante matrimonio aduersus heredes socii dabitur actio, dicendum est etiam praelegatae dotis petitionem dari debere. Non omnia, quae ab omnibus gradibus relicta sunt, legata praestare eum oportet qui contra tabulas petit, sed ea sola, quae in eo gradu data sunt, contra quem bonorum possessionem accepit, sed nonnumquam contra alium quidem gradum petita est bonorum possessio, ex alio uero legata praestanda sunt: ut ecce duos gradus heredum fecit, emancipatum praeteriit, utroque tamen gradu liberis et parentibus legata adscripsit. ait Iulianus: si quidem quis ex primo gradu uiuit, ea legata praestabit, quae liberis et parentibus a primo gradu data sunt: sin uero nemo uiuit eorum, ea quae a sequenti: quod si neque ex primo gradu neque ex secundo quisquam in rebus fuerit humanis, cum testator moritur, tunc ab
- F(DEQICK)

<sup>1</sup> Matuccium Fuscium (*Renier: cf. inscr. Alger. n. 23. 24. 1631*)? <sup>2</sup> relegateam (*Hal.*)? <sup>3</sup> dum tamen hereditas eo non minuetur (=  $\bar{\eta}$  eo  $\bar{\eta}$   $\bar{\mu}\bar{\nu}\bar{\epsilon}\bar{\rho}\bar{\nu}\bar{\alpha}$ )? <sup>4</sup> usque ad id quod in dote *ins.* (*cf. l. 15 § 3 h. t.*) <sup>5</sup> relegauerit (*Hal.*)? <sup>6</sup> relegateae (*Hal.*)? <sup>7</sup> praeteriit ab utroque: ab utroque item?

2 liberis *F*<sup>1</sup> 6 libro *om. F* 8 parentibus-  
qu'a'e *F*<sup>1</sup> 11 acceperint *F*<sup>2</sup> | accipiendum]  
accipiuntum *F*<sup>2</sup> 12 parentibusqu'a'e *emen-*  
*dauit, mos* parentibusque *restituit F*<sup>1</sup> 14 ut  
*om. F*<sup>1</sup> 15 si *om. F*<sup>1</sup> | is *om. F*<sup>2</sup> | conse-  
quatur *F*<sup>1</sup> 16 uirumtamen *F*<sup>2</sup> 17 denun-  
tiane *F*<sup>1</sup> 20 nuruique] *F*<sup>2</sup>, nurbiq'u'a'e *F*<sup>1</sup> |

praetor *F* 21 possessione'm' *F*<sup>2</sup> 23 re-  
re'm' *F*<sup>2</sup> | redicendam *F*, reduendam *DE*  
reducendum *IC* | se's' *F*<sup>2</sup> 32 dos] uos  
33 da'bi'tur *F*<sup>2</sup> | dare *F*<sup>1</sup> 34 qu'a'e  
eum] eam *F* 35 gradu data] graduata *F* |  
sessio'nem' *F*<sup>2</sup> 37 duo's' *F*<sup>2</sup> | facit  
39 e'a' *F*<sup>2</sup>

testato magis bonorum possessionem praeterito filio competere nec legata cuiquam praestanda: quod si post mortem testatoris ante aditam hereditatem instituti decesserint, contra ipsos quidem uideri petitam, uerumtamen ab eis relicta legata non esse praestanda, sed quae a substitutis relicta sunt.

- 1 PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. At ubi institutus et substitutus uiuant, licet nemo adeat hereditatem, ea tamen legata deberi dicimus, quae ab instituto data sunt. 4 S
- 2 || ULPIANUS libro quadragesimo ad edictum. Siue autem omiserint instituti siue non omiserint, dicendum est legata, quae ab ipsis relicta sunt, praestanda, quamuis secundo gradu instituti omittentibus eis adierint hereditatem. S f. 148 10
- 3 TRYPHONINUS libro secundo disputationum. Item a substituto legata deberi dicimus, si institutus condicione defectus esset, quae in ipsius potestate non fuit: nam si eam, quae in ipsius potestate fuit, non impleuit, pro eo habendus est, qui noluit adire hereditatem, quando nihil habiturus emolumenti condicioni merito non paruerit. \*P 14
- 4 ULPIANUS libro quadragesimo ad edictum. Nonnumquam contra tabulas bonorum possessionem quis habet iure secundum tabulas bonorum possessionis: ut puta heres institutus est emancipatus filius, alius emancipatus praeteritus, institutus accepit contra tabulas bonorum possessionem, praeteritus omisit: apertissimum est, ut cogatur omnibus perinde legata praestare, atque si commissum edictum non fuisset: nec enim occasio emancipati praeteriti debet institutum lucro adficere, cum praeteritus iure suo non utatur. Si ab uno ex filiis herede instituto nominatim alicui ex liberis parentibusque legatum datum sit et accepit bonorum possessionem contra tabulas cum aliis, melius est probare omnes, qui contra tabulas bonorum possessionem acceperunt, cogendos id legatum praestare. S 20
- 5 PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Is qui in potestate est praeteritus legata non debet praestare, etsi contra tabulas bonorum possessionem petierit, quia et non petita bonorum possessione intestati hereditatem optineret: nec enim exceptio doli mali huic nocet et absurdum est eum cogi legata praestare, quia bonorum possessionem petierit, cum et sine hac hereditatem habiturus sit suo iure. unde si duo praeteriti sunt, emancipatus et is qui in potestate est, quidam nec emancipatum praestare debere legata existimant, quia effectu fratris auferit partem dimidiam, cum et<sup>1</sup> si hic non peteret, suus solus rem habiturus esset. quid ergo est? ubi praeteritus sit suus, uerius est quod dictum est: ubi uero scriptus est et uoluntatem patris habet, debet teneri legatariis, etiamsi omiserit bonorum possessionem. Sed si unus emancipatus heres scriptus sit, alter praeteritus et utriusque contra tabulas bonorum possessionem acceperint, et institutus eadem praestat quae praeteritus. sed si solus heres institutus contra tabulas bonorum possessionem acceperit, omnibus debet legata praestare, perinde atque si adisset hereditatem. sed si scriptus quidem adierit hereditatem, praeteritus autem bonorum possessionem acceperit: hic quidem, qui bonorum possessionem acceperit, certis personis legata debet, de scripto autem quaeritur. et complures putant certis personis et eum praestare debere, quod puto uerius esse: nam et praetor hac ratione eum tuetur, quod ex liberis est qui contra tabulas petere potuerunt. Ita autem tuendus est in partem dimidiam, si aut ex maiore parte quam dimidia heres institutus sit aut ex semisse: quod si ex minore parte quam dimidia institutus sit, dicimus non ex maiore parte, quam institutus sit, tuendum eum esse: qua enim ratione maiorem partem habere potest, cum nec bonorum possessionem accepit nec ex maiore parte institutus sit? Ei, quae dotem non habet, nullum legatum debetur, licet sub praes-

F(DEQICK)

<sup>1</sup> et del.

<sup>3</sup> quidam F<sup>o</sup> | petitem F<sup>1</sup> 5 uiuant F<sup>2</sup> 26 possessionem' m' F<sup>2</sup> 27 nocet' a't F<sup>2</sup> | quia  
<sup>6</sup> instituto] intestato F<sup>o</sup> 10 gradum F | in- om. F<sup>1</sup> 30 suus] suos F<sup>1</sup> 32 est et om.  
 tituti omittentibus] institutumtentibus F<sup>1</sup> F<sup>1</sup> | debe' a't F<sup>2</sup> 35 acceperit n't F<sup>2</sup> 38 bo-  
<sup>19</sup> atqu' a'e F<sup>2</sup> 21 parentibusquae F 24 po- norum] borum F 40 hac] hoc F<sup>1</sup> | ex liberis]  
 testate m' F<sup>2</sup> | legatum F<sup>2</sup> 25 non om. F<sup>o</sup> exhiberis F<sup>o</sup> 44 maiorem] maiore F(em. f)



- 4 textu dotis legetur. Si extraneo herede instituto sub hac condicione [B. 39, 1, 31. 44, 23, 8] exceptae personae legatum sit, si heredi decem dederit, ita ei legatorum actio dabitur, si ei, qui contra tabulas bonorum possessionem accepit, dederit, non si heredi instituto, quia absurdum est illum commoda hereditatis habere, alium onera sustinere in praestando legato. sed et si Titio iussus fuerit dare, non illi, sed filio dare debet.
- 16 ULPIANUS libro quarto disputationum. Si duo proponantur esse unus in potestate praeteritus, alius emancipatus institutus, apparet commissum esse edictum per eum, qui in potestate est: et si ambo petissent contra tabulas bonorum possessionem, is quidem, qui in potestate mansit, cum rem ab intestato habeat, non praestabit liberis et parentibus legata. emancipatus uero numquid nec ipse praestat, quia ei rem auferret, qui praestaturus non erat, si solus esset? sed uerius est uel hunc saltem debere liberis et parentibus praestare legata. proinde si contra tabulas non accepit, dicendum est tuendum eum in partem et utique liberis parentibusque legata praestaturum. sed an et omnibus, dubito: tamen quia plena fruatur uoluntate, plenum et obsequium praestare testatoris iudicio pro sua parte debet.
- 17 IULIANUS libro trigensimo sexto digestorum. Si emancipato filio praeterito pater extraneum heredem instituisset et ab eo rem legasset eaque adita hereditate dolo scripti heredis perisset, aduersus emancipatum utilis actio dari debebit ei scilicet personae, cui filius legata praestare cogitur, quia praetori propositum est sine iniuria ceterarum personarum bonorum possessionem contra tabulas testamenti dari.
- 18 AFRICANUS libro quarto quaestionum. Nepos qui in potestate mansit et filius suus heredes instituti sunt: nepoti legatum dedit: pater eius emancipatus petit bonorum possessionem: nepos legato contentus est. quidam in eum solum, qui in potestate esset, legationem nepoti dandam responderunt, quia ei nihil auferatur et emancipatus partem filii sui occupet, in qua onus legatorum non consisteret. sed rectius dicitur in emancipatum solum dandam esse actionem nepoti, et quidem non ultra quadrantem,
- 19 IDEM libro quinto quaestionum. quia, et si omnes petissent bonorum possessionem, semi nepotis inter eum et patrem eius diuideretur.
- 20 MARCIANUS libro quarto regularum. Si filius emancipatus contra tabulas bonorum possessionem petierit, tuendos quidem liberos et parentes constat. sed si uarie donatum fuerit exceptis personis a testatore mortis causa, pro rata conferent a uirilem emancipato, sicut accidit in portionibus hereditariis et legatis. Intestato autem mortuo patre super donationibus mortis causa factis non poterit filius quaeri, quoniam comparatio nulla legatorum occurrit.
- 21 PAPINIANUS libro tertio decimo quaestionum. Si portio hereditatis, quam excepta per sona beneficio legis habere potuit, repudietur, pro ea quoque parte filius, qui bonorum possessionem accepit, non aliis quam exceptis personis legata praestabit.
- 22 IDEM libro quinto responsorum. Bonorum possessione contra tabulas testamenti praeterito emancipato filio data, scriptus heres alter filius, qui possessionem accepit uel iuriciuili contentus non accepit, legata praecipua non habebit.
- 23 HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. Hi, quibus uel relictum uel uirilem diu

## F(DEQICK)

<sup>1</sup> *idem Graeci*: siue heredes scripti sunt siue legata acceperunt, ut non minus quam uirili portio relinquatur emancipato *ins.* (cf. u. 32 sicut accidit) <sup>2</sup> et *ins.*

4 hereditat' em' is F<sup>4</sup> 8 petisse n't F<sup>4</sup> 9 cum om. F<sup>4</sup> 10 ei] et F<sup>2</sup> 14 plena] plane F<sup>2</sup> 18 scripti's' F<sup>4</sup> 19 cui's' F<sup>4</sup> | qui'a' F<sup>2</sup> | praetori's' F<sup>4</sup> 23 in eum 'qui' solum qui F<sup>4</sup> 25 in qu'a' F<sup>2</sup> | onus' que' F<sup>4</sup> 26 esse om. F<sup>4</sup> 28 neptis F 31 uariae F: ei δὲ μόρτις καὶ σα δωρεὰς διαφόρους ἐποιήσατο BS (Doroth.) 32 emancipatos F: εἰς τὸ ἀναπληρωθῆναι τὸν

3 institutus emancipatus siue sit praeteritus. Filio in potestate ex esse, emancipato ex  
triente herede instituto Iulianus ait nepotem praeteritum petita contra tabulas bonorum  
4 possessione patris sextantem, patri unciam ablaturum. Si pater emancipatus exheredatus  
sit nepotibus ex eo praeteritis qui erant in potestate retenti, nepotes admittuntur: absur-  
dum enim est, cum patri praeterito iungantur, instituto eo uel exheredato non admitti<sup>5</sup>. 35

F(DEQICK)

<sup>1</sup> habebit *l. gem.*    <sup>2</sup> habeat *ins. l. gem.*    <sup>3</sup> reliquam *l. gem.*    <sup>4</sup> et *del.*    <sup>5</sup> cum patri  
praeterito iungantur institutoe, eo exheredato non admitti?

1 papinianus] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> 2 exheredabit F |  
inofficiosi] inofficiosae F<sup>1</sup> 6 fratre's F<sup>2</sup>  
8 eamqu'a'e F<sup>2</sup> 9 se] si F<sup>1</sup> | abstinnis'set' F<sup>2</sup>  
10 res om. F<sup>1</sup> 11 alter'am' utrum F<sup>2</sup> 14 he-  
reditate'm' F<sup>2</sup> 15 e'st est a'aeris F<sup>2</sup>  
16 abcessit F 17 titulos 8. 9 inuertunt  
F<sup>2</sup>DEQICK: uerum ordinem habent ind. F  
et Graeci (coniunguntur in B. 40, 4 tituli 8. 9,  
sed ut praecedat octauus: praeterea ad rubri-  
cam index Coisl. adscribit: ΒΙ. ΑΖ' ΤΩΝ ΔΙΓ.  
ΤΙ. Η') et F<sup>2</sup> (ubi adnotatur ad tit. 9: οὔτος  
ο τίταος μετά τὸν ἐξῆς ἐστίν et adponuntur  
in margine ueri numeri) 18 eius om. F<sup>1</sup>,

habet ind. F: περὶ συνηγεγμένου μετὰ ἀγτερογ-  
cioy παιδός αἰτοῦ B 20 is] F<sup>2</sup> cum *l. gem.*,  
om. F<sup>1</sup> 21 liberisqu'a'e F<sup>2</sup> 22 datum F  
(em. f) 23 reliquam liberi eius hisque] F,  
reliquam liberi eius his qui DI, reliqua eius  
liberis his qui E, reliquam eius liberis  
hisque Q, reliquam liberi eius hisque C,  
reliquam liberis eius is qui K 24 'a'equis-  
simum F<sup>2</sup> 25 nepo'te's in F<sup>2</sup> 29 diffe-  
rentia'm' F<sup>2</sup> | inter in] inter F<sup>1</sup> 30 instituto]  
intestato F<sup>1</sup> 33 possessione'm' F<sup>2</sup> 34 ex  
eo quae praeteritis F<sup>2</sup> | era'n't' F<sup>2</sup> 35 iun-  
ga'n'tur F<sup>2</sup>

5 Sed et si patruus eorum, qui erat<sup>1</sup> in potestate, sit praeteritus, pater exheredatus, debent  
 6 nepotes admitti: nam exheredatus pater eorum pro mortuo habetur. Si pater in potestate  
 manens exheredatus uel institutus sit, nepotem ex eo siue in potestate manentem siue  
 emancipatum ad bona aui neque uocari neque uocandum esse Scaeuola ait: totiens enim  
 nepoti consulendum est, quotiens in potestate retentus est patre emancipato. liberos igitur  
 in familia esse oportet, ut huic edicto locus sit, eius scilicet familia<sup>2</sup>, cuius bonorum posses-  
 7 ceptus, idem erit dicendum. Liberos autem non omnes simul uocat praetor, sed gradatim,  
 hoc est eos, qui sui sunt, scilicet nepotes, si sunt, si minus, eos qui sunt inferioris gradus:  
 nec eos miscibimus. plane si sint ex emancipato nepos et ex nepote eius alio pronepos,  
 8 dicendum erit utrumque ei iungi: ambo enim in suorum loco successerunt. Si postliminio  
 9 nepos redierit, dicendum est eum patri emancipato coniungi. Si pater ex duobus filiis,  
 quos in potestate habuit, alterum emancipauerit et nepo- [Iul. 37, 4, 13, 3. 37, 6, 3, 6. B. 40, 4, 1  
 tem ex eo in locum filii adoptauerit et praeterito emancipato decesserit: Iulianus ait nepoti  
 in locum filii adoptato succurri oportere, ut quasi filius portionem habeat, quam haberet  
 et si extraneus adoptatus esset. sic fiet, inquit, ut filius, qui in potestate fuit, tertiam  
 partem, nepos in locum filii adoptatus aliam tertiam<sup>3</sup> emancipatus filius cum nepote altero  
 retento in potestate partiatur: nec enim minus debet ferre nepos in locum filii adop- (B)  
 10 tatus, quam si ab extraneo esset adoptatus. Illud non interest, quota portio here- (Iul.)  
 ditatis ad nepotem pertineat, an perquam modicam<sup>4</sup>: nam et si modica sit, attamen dice- 20  
 11 mus locum esse huic parti edicti. Inter ipsum filium et liberos eius diuiditur hereditas  
 ita, ut ipse dimidium, liberi dimidium habeant. proinde pone solum esse filium emanci-  
 patum, esse et nepotes in potestate duos, neminem praeterea ex liberis: habebit emanci-  
 patus dimidiam partem hereditatis et aliam dimidiam duo nepotes, ut quadrantes ferant. 24  
 sed si sit praeterea alius filius, eueniet, ut filius habeat dimidiam partem hereditatis<sup>5</sup>, || ex f. 150  
 quo nepotes non sunt, alius filius semissem cum filiis suis ita, ut quadrantem hereditatis  
 ipse ferat, quadrans inter liberos eius diuidatur. sed si ambo filii sint emancipati et ha-  
 beant singuli nepotes, eueniet, ut singuli singulos semisses cum nepotibus suis diuidant  
 ita, ut ipsi quidem quadrantes ferant, nepotes autem residuos quadrantes: et si alter duos  
 12 filios, alter tres habeant, quadrans unus inter duos, alius inter tres diuiditur. Si quis ex 30  
 nepotibus portionem suam omiserit, eueniet, ut non ad patrem eius, sed magis ad fratrem  
 pertineat. sed et si omnes nepotes omittant, patruo nihil adcreset, sed soli patri: quod  
 13 et si<sup>6</sup> pater omiserit, tunc patruo adcreset. Emancipatus filius si quidem nepotes in aui  
 potestate non habeat, fratribus suis conferet: sed si sint nepotes, uoluit eum praetor filiis  
 suis qui sunt in potestate solis conferre, merito, quia ueniendo ad bonorum possessionem 35  
 14 illis solis iniuriam facit. Nunc uideamus, quantum eis conferat. et quidem semper, cum  
 fratribus emancipatus confert, uirilem sibi detrahit: utrum et in eo casu uirilem detrahat,  
 an uero, quia dimidiam partem habeat bonorum possessionis, dimidiam partem etiam bo-  
 norum suorum conferat? et puto dimidiam tantum bonorum eis partem conferre: nam et  
 si alius emancipatus sit filius, alius in potestate retentus, filius emancipatus his duobus 40  
 nepotibus unam partem tantum conferet et patruo eorum qui in potestate mansit unam  
 partem dabit, tertiam ipse habebit: nec quod nepotibus confertur a patruo emancipato,

F(DEQICK)

<sup>1</sup> erant (u. i.)? nisi praestat delere uerba qui erat in potestate    <sup>2</sup> familia del.    <sup>3</sup> habeat, tertiam tertiam ins.    <sup>4</sup> an perquam modicam del.    <sup>5</sup> is ins.    <sup>6</sup> quod si et (Hal.)?

1 patrius F<sup>2</sup> | erat] FDIC, erant EK  
 3 manente'm' F<sup>2</sup> 6 in familia's' F<sup>2</sup> | fami-  
 line f 7 ex'e'mancipato F<sup>2</sup> 9 eo's' qui sui  
 F<sup>2</sup> | nepotes si'nt' sunt F<sup>2</sup> 10 miscuimus  
 F<sup>2</sup> | ex'e'mancipato F<sup>2</sup> 12 dice'ndu'm F<sup>2</sup>  
 15 filius] filios F<sup>2</sup> 16 si] is F<sup>2</sup> | inquit F<sup>2</sup> |  
 fuit] etat F<sup>2</sup> 17 parte'm' F<sup>2</sup> 25 euenie't F<sup>2</sup>

27 inter liberis F<sup>2</sup>, in liberos F<sup>2</sup> 28 ne-  
 po'te's F<sup>2</sup> 29 residuas F<sup>2</sup> 31 portionem  
 om. F<sup>2</sup> 33 nepo'te's F<sup>2</sup> 35 a'd' F<sup>2</sup>  
 37 ema'n'cipatus F<sup>2</sup> | uirilem 'sib' detrahat F<sup>2</sup>  
 38 quia mi' dimidiam F<sup>2</sup> | habe'a't F<sup>2</sup> 39 con-  
 ferre] conferre debere F<sup>2</sup> 41 in] an F<sup>2</sup>



- ipsi patri conferent: hoc enim non de bonis aui, sed propter bona postea eis accessit.
- 15 Eueniet igitur, ut pater emancipatus si centum in bonis habeat, quinquaginta sibi detrahat, residua quinquaginta omnibus nepotibus, id est filiis suis conferat, aut si unum nepotem habeat et duos ex alio pronepotes, ita diuidat quinquaginta, ut nepos habeat uiginti quinque, pronepotes ex alio una uiginti quinque: nam et bonorum possessionis ambo unam partem 5
- 16 habent. Si sit filius in potestate, alius emancipatus, ex defuncto unus nepos in potestate, alius nepos emancipatus, eleganter Scaeuola tractat, patruus emancipatus quantum nepotibus, quantum fratri suo conferat. et ait posse dici tres eum partes facere, unam sibi, unam fratri, unam istis collaturum: quamuis hi minus quam patruus ex hereditate aui con-
- 17 currente patre sint habituri<sup>1</sup>: quae sententia uera est. Sed et si sint duo nepotes ex eodem filio hique emancipati sunt et ex altero eorum pronepos in potestate defuncti: partem habebit nepos unus, aliam nepos cum filio suo. sed et si<sup>2</sup> nepos et ex alio nepote defuncto duo pronepotes: unus ex pronepotibus emancipatus soli fratri suo conferat uel, si frater non est, soli patruo, non etiam patruo maiori.
- 2 PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Nihil in hac parte edicti cauit praetor, ut legata exceptis personis nepos praestet: sed potest superior sermo et ad hunc casum referri. nam absurdum est patrem quidem eius legata praestare, ipsum uero plus habere, cum eadem condicione in eandem partem uocantur.
- 3 MARCELLUS libro nono digestorum. Qui duos filios habebat, alterum ex his emancipauit, nepotem ex eo in potestate retinuit: emancipatus filium sustulit et a patre exheredatus est: quaero, cum frater eius et ipse emancipatus praeteritus sit et nepotes ex emancipato filio ab aui heredes instituti, quid de bonorum possessione iuris sit? et quid in||tersit, si emancipatum quoque, ex quo nepotes erant nati, praeteritum esse ponamus. respondi, si filium retento ex eo nepote emancipauerit et emancipatus procreauerit filium et heres uterque nepos institutus fuerit, pater eorum exheredatus, alius filius praeteritus: solus filius praeteritus bonorum possessionem contra tabulas petere poterit: exheredatus enim obstat filiis suis post emancipationem susceptis<sup>3</sup>. nepoti tamen retento in potestate bonorum possessio dari debet, quoniam, si pater eius emancipatus praeteritus esset, simul cum eo bonorum possessionem accipere posset propter id caput edicti, quod a Iuliano introductum est, id est ex noua clausula, nec debet deterioris esse condicionis, quia pater eius exheredatus sit. idque ei praeterito quoque praestari oportebit. sed fratris eius, qui post emancipationem natus est, diuersa condicio est: conseruanda est tamen et illi ad uirilem partem hereditas, sicut etiam imperator Antoninus in persona nepotis ex filia rescripsit.
- 4 MODESTINUS libro sexto pandectarum. Emancipato quis filio retinuit ex eo [B. 40, 4, 2] nepotes in potestate: filius emancipatus susceptis postea liberis decessit. placuit in aui potestate manentes simul cum his, qui post emancipationem nati sunt, decreto bonorum possessionem accipere, manente eo, ut, si uelit auus sibi per nepotes adquiri, bona sua conferat aut nepotes emancipet, ut sibi emolumentum paternae hereditatis adquirant: idque ita diuus Marcus rescripsit.
- 5 IDEM libro sexto differentiarum. Si nepos exheredatus heres extiterit ei, quem auus heredem fecerat, deinde pater eius emancipatus testamento praeteritus accipiat contra ta-
- F(DEQICK)*

<sup>1</sup> patruus emancipatus quantum nepoti suo conferat. et ait posse dici tres eum partes facere, unam sibi, unam fratri, unam isti collaturum, quamuis hic minus quam patruus ex hereditate aui concurrente fratre sit habiturus (*similiter Pothier*)? <sup>2</sup> sit *ins.* <sup>3</sup> exheredatus enim obstat filiis suis post emancipationem susceptis *del.*

1 confere'n't F<sup>2</sup> 4 et *die* F<sup>1</sup> | uiginti quinque pronepotes ita diuidat quinquaginta ut ex F<sup>1</sup> 5 alio uno FK, auo uno DC, uno auo I 7 nepos 'e'mancipatus F<sup>2</sup> | quantum nepotibus] nepotum quantibus F<sup>1</sup> 8 facere] facere debere F<sup>2</sup> 9 hi minus] hii minus K<sup>2</sup>, no minibus F<sup>1</sup>, ni minus F<sup>2</sup>, nil minus K<sup>2</sup>, w<sup>1</sup> auus DEQIC | concurrent'e' F<sup>2</sup>

11 filio's F<sup>2</sup> 12 aliam] alia F | 'et' ex F<sup>2</sup> 18 condicione'm' F<sup>2</sup> | partem u'o'eantur (*sic*) F<sup>2</sup> 20 potestate'm' F<sup>2</sup> 21 ex emancipatus F<sup>1</sup> 22 ab auo] au abo F<sup>1</sup> | possessionem *suppl.* F<sup>2</sup> 28 cum eo'n' F<sup>1</sup> 29 idtroducunt F<sup>1</sup> 31 pra'e's'tari F<sup>1</sup> | 'o'portebit F<sup>2</sup> 32 et *om.* F<sup>1</sup> 33 imperatur F | nepo'tis F<sup>2</sup> 35 nepo'te's F<sup>2</sup> 38 emancipet 'a'ut F<sup>1</sup> 40 si *om.* F<sup>1</sup>

bulas patris bonorum possessionem, iungi patri suo nepos non poterit, sed ut extraneus excludatur, quia non suo nomine suo heres extiterit.

6 SOAEUOLA libro quinto quaestionum. Si quis filium habens in potestate ex- [B.40, 4, 3] P  
traneum in nepotis locum quasi ex eo filio natum adoptet, mox filium emancipet, non iun-  
getur hic nepos filio emancipato, quia desiit esse emancipato ex liberis. 5

7 TRYPHONINUS libro sexto decimo disputationum. Si post emancipationem filii susceptus P  
ex eo fuerit nepos, conseruanda illi erit portio, sed quanta, uideamus. finge enim patruo  
scripto heredi coheredem datum hunc nepotem, patrem autem eiusdem praeteritum acce-  
pisse contra tabulas bonorum possessionem. quod ad edictum praetoris attinet, semisses  
bonorum fiet: nunc uero post constitutionem diui Pii si conseruatur pars nepoti, utrum 10  
uirilis an quarta debeat seruari? nam si in aui natus potestate fuisset, coniungebatur in  
unam partem cum patre suo. et proponamus esse alium ex eodem nepotem in familia aui:  
duo unam quartam habituri erant patre eorum accipiente contra tabulas bonorum posses-  
sionem, si fuissent<sup>1</sup> in aui potestate: an ergo nunc in rescunciam tuendus sit, qui non in  
familia retentus est? et cui abscedet pars, quae huic cessura est, patri eius tantum an et 15  
patruo? et puto et patruo: nam et legatum eidem datum praestaret.

## VIII.

(f. 147')

R DE UENTRE IN POSSESSIONEM MITTENDO ET CURATORE SP  
EIUS R

1 ULPIANUS libro quadragensimo primo ad edictum. Sicuti liberorum eorum, [B.40, 4, 4] S  
qui iam in rebus humanis sunt, curam praetor habuit, ita etiam eos, qui nondum nati sint, 21  
propter spem nascendi non neglexit. nam<sup>2</sup> et hac parte edicti eos tuitus est, dum uentrem  
1 mittit in possessionem uice contra tabulas bonorum possessionis. Praegnatem esse mulie-  
rem oportet omnimodo nec dicere se praegnatem sufficit: quare nec tenet datio bonorum  
possessionis, nisi uere praegnas fuit et mortis tempore et eo, quo mitti in possessionem 25  
2 petit. Totiens autem mittitur in possessionem uenter, si non est exheredatus et id quod  
in utero erit inter suos heredes futurum erit. sed et si incertum sit, aliquo tamen casu  
possit existere, quo<sup>3</sup> qui editur suus futurus sit, uentrem mittemus: aequius enim est uel  
frustra nonnumquam impendia fieri quam denegari aliquando alimenta ei, qui dominus bo-  
3 norum aliquo casu futurus est. Quare et si ita exhereditatio facta sit: 'si [(B) BS. 89, 2, 14] 30  
'mibi filius unus<sup>4</sup> nascetur, exheres esto', quia filia nasci potest uel plures filii uel filius et  
filia, uenter in possessionem mittitur: satius est enim sub incerto eius qui edetur [(BS) f. 148  
ali etiam eum qui exheredatus sit, quam eum qui non sit exheredatus fame necari: ratum-  
4 que esse debet, quod deminutum est, quamuis is nascatur, qui repellitur. Idem erit dicen-  
5 dum et si mulier, quae fuit in possessione, abortum fecisset. Sed et si sub condicione 35  
postumus sit exheredatus, pendente condicione Pedii sententiam admittimus existimantis  
6 posse uentrem in possessionem mitti, quia sub incerto utilius est uentrem ali. Si uenter  
ab institutis exheredatus sit, a substitutis praeteritis, Marcellus negat in possessionem eum  
7 mitti posse uiuentibus institutis, quia exheredatus est: quod uerum est. Per contrarium

## F(DEQICK)

<sup>1</sup> ambo *ins.*    <sup>2</sup> et alias eorum curam egit *similiaue exciderunt*    <sup>3</sup> possit existere quo *del.*

<sup>4</sup> *idem Graeci* (εἰς μόνον γίος BS): unus *del.*

1 sed 'uel'ut F<sup>2</sup> 4 ex eo filio] EI, ex eo-  
filium FDC, filium ex eo K: εἰς τὸν οὐρανὸν  
γίον γίωσθῆναι εἰς τὰς ἑγγόνους ὡς ἀπὸ  
κοῦ ἐξωτικόν B (Anon.) 5 desiit esse eman-  
cipato ex liberis] FEIC cum B (Anon.):  
μετὰ γὰρ τὴν ἀγρεογισιότητα ἐπαύσατο γίος  
κοῦ εἶναι, desiit esse emancipatus ex libe-  
ris D, desiit esse ex emancipato ex liberis K

6 decimo om. F<sup>1</sup> 7 potio F 11 nam] utam  
F<sup>2</sup> 14 aui] abi F 17 de ordine titulo-  
rum u. ad p. 298 u. 18 19 eius 'titulus' F<sup>2</sup>  
21 nondam F<sup>2</sup> 22 parte 'e'dicti F<sup>2</sup> 23 mit-  
tit in possessionem bis F<sup>2</sup> 31 quia filia]  
quia filio F<sup>1</sup> 32 e's't F<sup>2</sup> 33 quam ei qui F<sup>2</sup>  
35 auortum F<sup>1</sup> 36 a'd'mittimus F<sup>2</sup> 37 si]  
is F<sup>2</sup> | uenter] DEICK, uentrem F

autem si ab institutis praeteritus sit uenter, a substitutis exheredatus, uiuis institutis mittendus est in possessionem: quod si non uiuant, negat mittendum, quia ad eum gradum  
 8 deuoluta hereditas est, a quo exheredatus est. Si filius ab hostibus captus sit, [B. 40, 4, 4  
 uxor eius praegnas in possessionem soceri bonorum mittenda est: nam aliquo casu spes  
 est id quod nascitur inter suos heredes futurum, ut puta si pater eius apud hostes de-  
 9 cedat. Sed et si<sup>1</sup> quis uentrem exheredasset: 'qui mihi intra menses tres mortis meae [B]  
 'natus erit, exheres esto' uel 'qui post tres menses', uenter in possessionem utique mittetur,  
 quia aliquo casu suus heres futurus est: et sane benigniorem esse praetorem in hanc par-  
 tem oportebit, ne qui speratur ante uitam necetur. Rectissime autem praetor [B. 40, 4, 4  
 10 nusquam uxoris fecit mentionem, quia fieri potest, ut mortis tempore uxor non fuerit, quae  
 11 se ex eo praegnatam dicit. Etiam ex emancipato uenter ad possessionem admittitur. [B]  
 unde apud Iulianum libro uicensimo septimo digestorum quaeritur, si emancipatus quis sit  
 uxore iam praegnate, deinde decessisset et pater eius mortuus sit, an uenter in possessio-  
 nem emancipati patris mitti possit. et rectissime scripsit rationem non esse, cur uenter,  
 quem edictum admittit, repelli debeat: est enim aequissimum partui consuli, qui natus bo-  
 12 norum possessionem accepturus est. sed et si auus uiueret, similiter uentrem admitteremus.  
 Si filius in adoptionem datus decesserit praegnate uxore, tunc deinde adoptator defunctus  
 fuerit, mittetur uenter in possessionem aui adoptiui. sed an etiam in eius, qui in adoptio-  
 nem dederat filium, mittetur, uideamus: et si hic nepos postumus heres ab auo naturali  
 institutus sit, mittetur in possessionem, quia et nato ei, si nemo ex liberis sit alius<sup>2</sup> bo-  
 13 norum possessio secundum tabulas dari potest, aut, si sint liberi praeteriti, etiam contra  
 tabulas cum ipsis potest accipere. Si pater nuru praegnate filium emancipauerit, non in  
 totum repelli uteris debet: namque natus solet patri ex nouo edicto iungi. et generaliter  
 14 quibus casibus patri iungitur natus, admittendus est uenter in possessionem. Si [B. 40, 4, 4  
 ea, quae in possessionem uult ire, uxor negetur uel nurus uel esse uel fuisse uel ex eo  
 praegnas non esse contendatur: decretum interponit praetor ad exemplum Carboniani edicti.  
 et ita diuus Hadrianus Claudio Proculo praetori rescripsit, ut summam de re cognosceret  
 et, si manifesta calumnia uidebitur eius, quae uentris nomine in possessione mitti desiderat,  
 nihil noui decerneret: si dubitari de re poterit, operam daret, ne praeiudicium fiat ei, quod  
 in utero est, sed uentrem in possessionem mitti oportet<sup>3</sup>. apparet itaque, nisi mani-  
 15 sit calumniatrix mulier, debere eam<sup>4</sup> decretum eligere: et ubi omnino iuste dubitari poterit,  
 an ex eo praegnas sit, decreto tuenda est, ne praeiudicium partui fiat. idemque est et si  
 16 status mulieri controuersia fiat. Et generaliter ex quibus causis Carbonianam bonorum  
 possessionem puero praetor dare solitus est, ex hisdem causis uentri quoque subuenire  
 praetorem debere non dubitamus, eo facilius, quod fauorabilior est causa partus [Ep. 4, 6  
 quam pueri: partui enim in hoc fauetur, ut in lucem producat, puero, ut in familiam  
 inducatur: partus enim iste alendus est, qui et si<sup>5</sup> non tantum parenti, cuius esse [Ep.]  
 17 dicitur, uerum etiam rei publicae nascitur. Si quis prima uxore praegnate facta mox aliam  
 duxerit eamque praegnatam fecerit diemque suum obierit, edictum ambobus sufficit, uide-  
 licet cum nemo contendit nec calumniatricem dicit. Quotiens autem uenter in possessionem  
 mittitur, solet mulier curatorem uentri petere, solet et bonis. sed si quidem tantum uentri  
 curator datus sit, creditoribus permittendum in custodia bonorum esse: si uero non tantum  
 uentri, sed etiam bonis curator datus est, possunt esse securi creditores, cum periculum  
 ad curatorem pertineat. idcirco curatorem bonis ex inquisitione dandum, idoneum scilicet,  
 F(DEQICK)

<sup>1</sup> sic *ins.*    <sup>2</sup> per quem committitur edictum *ins.*    <sup>3</sup> sed uentrem in possessionem mitti oportet *del.*    <sup>4</sup> eum?    <sup>5</sup> alendus est qui et si *del.*

1 sit' F<sup>2</sup> 4 possessione'm' F<sup>2</sup> 8 in ha'nc parte'm' F<sup>2</sup> 10 potes't' F<sup>2</sup> 13 praegna-  
 tae F 16 et om. F<sup>1</sup> | a'd'mitemus F<sup>2</sup> 17 praegnatae F 18 eius] equis F<sup>2</sup> 20 alius] aliis F<sup>1</sup> 22 ipsi's' F<sup>2</sup> | praegnatae F 24 e's't' F<sup>2</sup> 26 ad] DEICK, om. FQ 28 nomina F<sup>1</sup> 29 dubitari d'e re F<sup>2</sup> | ne] ne quod F<sup>2</sup>  
 34 dare] dure F<sup>2</sup> | sol'u'itus F<sup>2</sup> 35 fauor'a-  
 bilior' F<sup>2</sup> 36 ut 'in' lucem F<sup>2</sup> 38 praegna-  
 tae F 39 praegnatam F<sup>2</sup> | diemque] F<sup>2</sup> 44 in'do-  
 neum F<sup>2</sup>

oportet creditores curare uel si quis alius est, qui non edito partu successionem speret.  
 18 Hoc autem iure utimur, ut idem curator et bonis et uentri detur: sed si creditores instant  
 uel qui sperat se successurum, diligentius atque circumspectius id fieri debet et plures,  
 19 si desiderentur, dandi sunt. Mulier autem in possessionem missa ea sola, sine quibus fetus  
 sustineri et ad partum usque produci non possit, sumere ex bonis debet: et in hanc rem 5  
 curator constituendus est, qui cibum potum uestitum tectum mulieri praestet pro faculta-  
 20 tibus defuncti et pro dignitate eius atque mulieris. Deminutio autem ad hos sumptus fieri  
 debet primum ex pecunia numerata: si ea non fuerit, ex his rebus, quae patrimonialia one-  
 31 rare magis impendio quam augere fructibus consueuerunt. Item si periculum est, ne interim  
 22 res usu capiantur, ne debitores tempore liberentur, idem curare debet. Ita igitur curam 10  
 23 hoc quoque officio administrabit, quo solent curatores<sup>1</sup> atque tutores pupillorum. Eligitur  
 autem curator aut ex his, qui tutores dati sunt postumo, aut ex necessariis adfinibusque  
 24 uidebitur: aut si de personis eorum quaestio moueatur, uir bonus eligitur. Quod si non-  
 dum sit curator constitutus (quia plerumque aut non petitur aut tardius petitur aut serius 15  
 datur), Seruius aiebat res hereditarias heredem institutum uel substitutum obsignare non  
 25 debere, sed tantum pernumerare et mulieri adsignare. Idem ait ad custodienda ea, quae  
 sine custodia salua esse non possunt, custodem ab herede ponendum (ut puta pecoris, et  
 si nondum messis uindemiae facta sit): et si fuerit controuersia, quantum deminui oport-  
 26 teat, arbitrum dandum. Curatore autem constituto haec omnia cessare puto: conscribere<sup>2</sup> 20  
 27 tamen curatoribus debent<sup>3</sup> et uendenti et inuentarium rerum facienti. Tandiu autem uenter  
 in possessionem esse debet, quamdiu aut pariat aut abortum faciat aut certum sit eam  
 28 non esse praegnatam. Et si sciens prudensque se praegnatam non esse consumpserit, de  
 suo eam id consumpsisse Labeo ait. 24

<sup>2</sup> PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Sed et si eum ediderit qui [B.40, 4, 5] S f. 149  
 repulsus est, discedere debet<sup>4</sup>.

<sup>3</sup> HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. Sumptus autem ab ea facti [B.40, 4, 6] \*P  
 bona fide non repetuntur.

<sup>4</sup> PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Habitatio quoque, si domum [B.40, 4, 7] S  
 defunctus non habuit, conducenda erit mulieri. Seruis quoque mulieris, qui necessarii sunt 30  
 ad ministerium eius secundum dignitatem, cibaria praestanda sunt.

GAIUS libro quarto decimo ad edictum prouinciale. Curator uentris alimenta [B.40, 4, 8] S  
 mulieri statuere debet. nec ad rem pertinet, an dotem habeat, unde sustentare se possit,  
 quia uidentur quae ita praestantur ipsi praestari qui in utero est. Curator uentri datus sol-  
 uendi debiti rationem habere debet, utique eius, quod sub poena aut pignoribus pretiosis 35  
 debetur.

ULPIANUS libro quadragesimo primo ad edictum. Extraneo postumo herede [B.40, 4, 9] S

### F(DEQICK)

<sup>1</sup> minorum ins. (u. i.) <sup>2</sup> idem Graeci: contrascribere (notis uoc. con et contra permutatis)?  
 debet? <sup>4</sup> l. 2 collocari debuit post l. 1 § 27

2 instat'nt F<sup>1</sup>, instent F<sup>21</sup> 6 cinum F<sup>1</sup>  
 11 administra'tuit F<sup>1</sup> | quo solent curatores  
 atque tutores pupillorum] ὡς οἱ κουράτωρες  
 καὶ ἐπιτροποὶ τῶν νέων B (Anon.) 12 po-  
 tum'o' F<sup>2</sup> 13 'ex' substitutis F<sup>2</sup> | credito-  
 ribus F<sup>1</sup> 14 uir'i bonus F<sup>2</sup> 15 aut'em'  
 non F<sup>2</sup> | aut tardius] ad tardius F<sup>1</sup> 17 per-  
 numerare'm' F<sup>1</sup> | ait om. F<sup>1</sup> 18 ab herede]  
 haberede F<sup>2</sup> 20 conscribere tamen cura-  
 tori (curatore F<sup>2</sup>) ... facienti] χρή συναπογρά-  
 φεσθαι (heredes) καὶ συμπραεῖναι τῷ κουράτωρι  
 B (Anon.), ubi adnotat Anonymus opinor: Δω-  
 ρόςος φησι χρῆναι τὴν γυναῖκα πρᾶεῖναι καὶ

συναπογράφεσθαι· ἐγὼ δὲ νομίζω λέγεσθαι αὐτὸ  
 καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος κληρονομεῖν 21 ta-  
 m'en' diu F<sup>2</sup> 23 prudensquae F<sup>1</sup> 24 com-  
 sumpsisse F<sup>2</sup> 25 si eum ediderit qui re-  
 pulsus est] εἰ δὲ καὶ νεκροτοκῆσει B (Anon.):  
 intellegitur opinor fetus monstrosus (cf. D. I,  
 5, 14) et ideo siue a patre siue a pontificibus  
 reiectus et expositus, quamquam eiusmodi mon-  
 strum morti destinatum 'repulsus' dici solitum  
 esse aliunde confirmare nequeo 27 iuris et  
 epitomarum F<sup>2</sup> 33 se om. F<sup>1</sup> 35 pra'e-  
 tiosis F<sup>1</sup> 37 postimo F<sup>2</sup>, proximo F<sup>1</sup>

instituto non aliter uenter in possessionem mittitur, nisi mater aliunde se alere non possit, ne forte ei, qui natus bonorum possessor futurus est, denegasse alimenta uideamur.

- 7 IDEM libro quadragesimo septimo ad edictum. Ubi cumque ab intestato ad- B. 40, 4, 10  
mittitur quis, illic et uenter admittitur, scilicet si talis fuerit is qui in utero est, ut, si in  
rebus humanis esset, bonorum possessionem petere posset: ut in omnibus partibus edicti  
1 pro superstitibus habeatur is qui in utero est. Interdum non passim, sed cum causae cogni-  
tione mitti uenter in possessionem debet, si qui sit, qui controuersiam referat. sed hoc  
tantum ad eum uentrem erit referendum, qui cum liberis admittitur. ceterum si mittatur  
unde legitimi uel qua alia ex parte, dicendum est non esse causae cognitionem necessa-  
riam: nec enim aequum est in tempus pubertatis uentrem uesci de alieno in tempus puber-  
tatis dilata controuersia. sed enim<sup>1</sup> placet omnes controuersias, quae quasi status contro-  
uersiam continent, in tempus pubertatis differri, sed non ut in possessione sit status con-  
2 trouersia dilata, sed sine possessione. Quamuis autem praetor uentrem in possessionem  
mittat cum his, quibus possessionem dederit, attamen etiam solus uenter admittetur ad  
bonorum possessionem. 15
- 8 PAULUS libro primo de adulteris. Si uentris nomine mulier missa sit in pos- B. 40, 4, 11  
ssessionem, diuus Hadrianus Calpurnio Flaeco differendam accusationem adulterii rescripsit,  
ne quod praesudicium fieret nato. 8
- 9 ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum. Cum uenter mittitur in posses- B. 40, 4, 12  
sionem, quod in uentris alimenta deminutum est detrahitur uelut aes alienum. S<sup>o</sup>
- 10 PAULUS libro septimo quaestionum. Postumus natus quocumque tempore, B. 40, 4, 13  
qui tamen testatoris morte conceptus iam erit, potest agnoscere bonorum possessionem:  
nam et uentrem praetor ex omnibus partibus edicti mittit in possessionem bonorum, non  
missurus scilicet, si ei nato daturus non esset bonorum possessionem. P

## X.

## R DE CARBONIANO EDICTO R

- 1 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad edictum. Si cui controuersia fiet, an B. 40, 5, 1  
inter liberos sit, et impubes sit, causa cognita perinde possessio datur ac si nulla de ea re  
1 controuersia esset et iudicium in tempus pubertatis causa cognita differtur. Eum qui con-  
trouersiam facit, si pro pupillo satis ei non ¶ detur, simul in possessionem eorum bonorum  
2 esse praetor iubet. Non tantum masculi, sed et feminae ex uirili sexu descendentes Car-  
3 boniani commodum habebunt. Et generaliter dicimus his demum Carbonianum competere,  
quibus contra tabulas bonorum possessio competit, his uero non competere, qui repelluntur  
4 a contra tabulas bonorum possessione. Si quis non ab aliquo<sup>2</sup> hanc controuersiam patiat, quod  
inter liberos non sit, sed ab ipso patre, ut puta nepos, qui se retentum in potestate  
aui dicit, ab emancipato patre, cui iungi desiderat, an differri debeat? et magis est, ut  
differatur: parui enim refert, quis ei controuersiam faciat, cum et si testator eum negauerit  
5 ex liberis, non tamen exheredem scripserit, Carboniano possit esse locus. Sed et si quis  
non tantum ex liberis negetur esse, uerum seruus etiam esse dicatur forte ex ancilla editus,  
F(DEQICK)

<sup>1</sup> sic fere haec ordinanda: qui cum liberis admittitur: nec enim aequum est in tempus pubertatis uentrem uesci de alieno. ceterum si mittatur unde legitimi ... non esse causae cognitionem necessariam in tempus pubertatis dilata controuersia: etenim <sup>2</sup> alio?

1 institut'io F<sup>1</sup> 6 cognitione'm' F<sup>2</sup> 7 si qui] si quis f<sup>9</sup> uel qu'a' alia F<sup>2</sup> 11 delata F<sup>1</sup> 12 controuersi'a' F<sup>2</sup> 17 culpurnio F<sup>2</sup> 22 qui'a' F<sup>2</sup> 23 uentrem] uenter F<sup>2</sup> | ex omnibus partibus edicti] cf. u. 5: ex omnibus edicti partibus DEICK, ex omnibus edicti FQ 26 carboniano ind. F 27 post si cui (quod deletum est) tractatum quendam

brevem de Carboniano: impuberi hanc questionem fit (sic) ne filius passa ... edicti partibus petat carbonianum implorat interpositi Q: eundem ad 37, 8, 3 in margine habet E 28 et i'ampubes F<sup>2</sup> 29 esset] est et F<sup>2</sup> 30 pro om. F<sup>2</sup> 32 et] s'e'd't F<sup>2</sup> 33 possessio competit] possessionem petist F<sup>2</sup> | repellentur F<sup>2</sup> 36 aui] abi F<sup>1</sup>

Iulianus scripsit adhuc Carboniano locum esse: quod et diuus Pius rescripsit: nam uel magis consulendum est his quibus maius periculum intenditur. nam si aliter obseruetur, inuenta erit ratio, quemadmodum audacissimus quisque maiore iniuria inpuerem adficiat, quod et plura et grauiora de eo mentiatur. Sed et si ipse defunctus seruus esse dicatur, idem erit dicendum. Sed et si fiscus facit impuberi controuersiam, Carbonianum edictum potest locum habere. Pomponius libro septuagensimo nono ad edictum scripsit, cum filius heres uel exheres scriptus est, Carbonianum edictum cessare, quamuis filius esse negetur, quia uel quasi scriptus habet bonorum possessionem, etiamsi filius non est, uel repellitur quasi exheredatus, etsi filius esse uideatur: nisi forte postumus, inquit, est heres institutus et natus negetur esse filius, sed subiectus esse dicetur, quo casu eius partis tantum danda est ei bonorum possessio, ex qua institutus est. Idem ait, cum quidam exheredem scripsisset filium, quod diceret eum ex adulterio conceptum, quia fieret ei haec controuersia, an inter liberos sit, ex hac parte edicti ei bonorum possessionem competere, cum, si sine elogio exheres scriptus esset, non haberet bonorum possessionem. idemque et si ita sit scriptum: 'quisquis est, qui filium meum se esse dicit, exheres esto', quia non est filius exheredatus. Si quis filium suum heredem instituerit ex minima parte sic 'ille qui ex illa natus est heres esto', non quasi filium suum, deinde hic contendat patrem intestatum decessisse seque ei suum heredem esse, interest, coheredes eius utrum negent eum filium an uero contendunt testamentum ualere. si testamentum ualere contendunt, controuersia non est differenda et Carbonianum cessat: quod si filium eum negant et ad ipsos potius quasi ad consanguineos hereditatem pertinere dicunt, data bonorum possessione impuberi controuersia in tempus pubertatis differtur. Si mater subiecti partus arguatur, an differenda sit quaestio propter statum pueri, quaeritur. et si quidem pupilli status in dubium deuocatur<sup>2</sup>, differri quaestio in tempus pubertatis debet, cum metus potest esse, ne minus idonee defendatur: cum uero mater rea postulat utique integra fide, et maiore constantia causam defensura recenti tempore, dubium non est cognitionem fieri oportere, et post euentum cognitionis, si suppositum apparuerit, actiones hereditariae puero denegandae sunt omniaque perinde habenda, atque si heres scriptus non fuisset.

<sup>2</sup> MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Licet mulier, quae partum subiecisse dicitur, decesserit, tamen, si ¶ participes maleficii sint, in praesenti cognoscendum est. si autem nemo sit qui puniri possit, quia omnes participes facinoris forte decesserint, secundum Carbonianum edictum in tempus pubertatis differenda cognitio est.

<sup>3</sup> ULPIANUS libro quadragesimo primo ad edictum. Carbonianum edictum aptatum est ad contra tabulas bonorum possessionem et intestati, cum et in secundum tabulas in quibusdam casibus possit uideri necessarium edictum, ueluti si pater familias ita instituerit: 'postumus heres esto' uel 'postuma heres esto' et negetur esse uerum, quod in testamento scriptum est. Et cum de fideicommissis uel de legatis quaeritur, differri potest causa in tempus pubertatis: id enim diuus Pius Claudio Hadriano rescripsit. Quamuis scripto heredi non promitti bonorum possessionem ex edicto Carboniano certum sit, tamen quaestionem status in tempus pubertatis differri procul dubio est. ergo si quidem de parentis bonis simul et de statu controuersia fiat, hoc edictum locum habebit: sin uero tantum status, differetur quaestio in tempus pubertatis, sed non ex Carboniano, sed ex constitutionibus. Puberi quamuis minori uiginti quinque annis Carbonianum non succurrit. sed et si, cum esset pubes, quasi impubes obreperit bonorumque possessionem accepit, dicitur **F(DEQICK)**

<sup>1</sup> quasi *ins.*    <sup>2</sup> deuocatur] inde uocatur (u. i.)?

1 plus *om.* F<sup>1</sup> 2 obserue'r'tur F<sup>2</sup> 3 ratio quem rationem admodum F<sup>2</sup> | maiore'm' F<sup>2</sup> 4 grauior's' F<sup>2</sup> 6 non'o' F<sup>2</sup> 7 uel exheres *om.* F<sup>1</sup> 9 postumos F<sup>2</sup> 14 'idem'que F<sup>2</sup> 15 e'x'heres F<sup>2</sup> 19 uale're' F<sup>2</sup> 23 que-ritur F] [dubium] debium F<sup>2</sup>: fortasse *scr.* inde in dubium uocatur 26 suppositum] suppo-

situm partum F<sup>2</sup>: ἐὰν ἀποφανθῆ ὑποβολιμαῖον εἶναι τὸ παιδίον B (Anon.) 34 intesta'ti' F<sup>2</sup> 35 ita *om.* F<sup>1</sup> 38 claudio hadriano] u. p. 241 ad u. 9 41 simul] simil F<sup>2</sup> 42 sed ex] sex ex F<sup>1</sup> 43 quambis F<sup>2</sup> 44 et si] DE, si ICK, *om.* FQ: εἰ δὲ ἐφηβοῦς ὢν ὡς ἀνηβοῦς ἀγῆτην λάβῃ B (Anon.) | esse't' F<sup>2</sup> | obre'p'serit F<sup>2</sup>



dum erit nihil eum egisse: nam et si impubes esset mox pubes factus, finiretur bonorum  
 4 possessionis emolumentum. Causae cognitio in eo uertitur, ut, si manifesta calumnia ap-  
 pareret eorum, qui infantibus bonorum possessionem peterent, non daretur bonorum pos-  
 sessio. summatim ergo, cum petitur ex Carboniano bonorum possessio, debet praetor  
 cognoscere: et si quidem absolutam causam inuenerit euidenterque probatur filium non  
 esse, negare debet ei bonorum possessionem Carbonianam: si uero ambigam causam, hoc  
 est uel modicum pro puero facientem, ut non uideatur euidenter filius non esse, dabit ei  
 5 Carbonianam bonorum possessionem. Duae autem sunt causae cognitiones, una danda  
 Carbonianae possessionis, quae habet commodum illud, ut, perinde atque si nullam contro-  
 uersiam pateretur impubes, possessionem accipiat, alia causae cognitio illa, utrum differri  
 10 debeat in tempus pubertatis cognitio an repraesentari. hoc autem diligentissime praetori  
 examinandum est, an expediat pupillo repraesentari cognitionem an potius differri in tem-  
 pus pubertatis, et maxime inquirere hoc a cognatis matre tutoribusque pupilli debet. finge  
 esse testes quosdam, qui dilata controuersia aut mutabunt consilium aut decedent aut  
 15 propter temporis interuallum non eandem fidem habebunt: uel finge esse anum obstetricem  
 uel ancillas, quae ueritatem pro partu possunt insinuare, uel instrumenta satis idonea ad  
 uictoriam uel quaedam alia argumenta, ut magis damnum patiatu pupillus, quod differtur  
 cognitio, quam compendium, quod non repraesentatur: finge pupillum satisfacere non posse  
 et admissos in possessionem, qui de hereditate controuersiam faciunt, multa posse subtra-  
 here nouare moliri: aut stulti aut iniqui praetoris erit rem in tempus pubertatis differri  
 20 cum summo eius incommodo, cui consultum uelit. diuus etiam Hadrianus ita rescripsit  
 'Quod in tempus pubertatis res differri solet, pupillorum causa fit, ne de statu periclitentur  
 'antequam se tueri possint. ceterum si idoneos habeant, a quibus defendantur, et tam ex-  
 'peditam causam, ut ipsorum intersit mature de ea iudicari, et tutores eorum iu- [Ep. 7, 30] 26  
 'dicio experiri uolunt: non debet aduersus pupillos obseruari, quod pro ipsis excogitatum  
 25 'est, et pendere status eorum, cum iam possit indubitatus esse'. Si mater impu- [Ep. 7, 30] 26  
 beris subiecti partus rea postulata causam optinuerit, poterit adhuc superesse status quaestio  
 ut puta si dicatur aut non esse ex ipso defuncto conceptus aut ex ipso quidem, sed non  
 7 ex matrimonio editus. Si is, qui status controuersiam filio faciebat et solum se filium di-  
 cebat, decesserit et mater ei heres extiterit, si quidem eandem controuersiam impuberi  
 mater faciat, qui se ex alia natum adfirmat, quam filius eius faciebat, scilicet ut neget eum  
 filium, idcircoque ad se totam hereditatem ex persona filii sui defuncti pertinere debere  
 8 in tempus pubertatis differri Iulianus ait, quia nihil interest, suo an hereditario nomi-  
 ne controuersiam faciat. plane si mater concedat hunc quoque defuncti filium esse idcircoque  
 partem dimidiam hereditatis solam sibi uindicet ex bonis paternis<sup>1</sup>, non erit iudicium in  
 tempus pubertatis differendum: non enim de paternis, sed de fraternis bonis impuberi  
 8 controuersia. Ibidem Iulianus quaerit: si duo impuberes patiantur status controuersiam  
 et alter eorum puberit, expectari alterius quoque pubertas debet, scilicet ut sic de utriusque  
 9 statu agatur, ne aliquod praediudicium fiat impuberi per puberis personam. Parui refer-  
 utrum petitor sit impubes an possessor, qui status controuersiam patitur: nam siue possi-  
 10 deat siue petat, in tempus pubertatis differtur. Si duo impuberes inuicem faciant statu  
 controuersiam, interest, utrum quisque se solum filium dicat an et se. nam si<sup>2</sup> se solum  
 dicat filium, dicendum est debere controuersiam ad utriusque pubertatem differri, siue pe-

## F(DEQICK)

<sup>1</sup> adiecit fortasse Ulpianus utpote habens ius liberorum      <sup>2</sup> utrum quisque solum filium  
 dicat se an alter solus. nam si quisque (u. i.)?

2 in eo] meo F<sup>1</sup> 3 peterent] petereet F<sup>2</sup>  
 5 probetur F<sup>2</sup> 15 eandem ... anum om. F<sup>1</sup>  
 16 instrument' o' a F<sup>2</sup> 17 uictoriam uel quae-  
 dam alia argumenta ut magis damnum pa-  
 tiatur F<sup>2</sup> 20 stulti] stultm F<sup>2</sup> | pu'ber'ta-  
 tis F<sup>2</sup> 21 incommoda F<sup>1</sup> 22 res] rem F<sup>1</sup>  
 23 se tueri] sed ueri F<sup>1</sup> 26 indubitatum

F<sup>2</sup> 27 poterit om. F<sup>1</sup> 32 etcircoque F<sup>2</sup>  
 33 'iulianus F<sup>2</sup> 34 faciat F<sup>2</sup> | concedat] F<sup>2</sup>  
 negat DEIC, non negat K | defuncti filium  
 esse idcircoque bis F<sup>1</sup> 37 duo] duos emen-  
 dauit, deinde duo restituit F<sup>2</sup> 38 pub'uerit F<sup>2</sup>  
 42 se et mos an et se nam si se solum dica-  
 om. F<sup>1</sup> 43 differre F

titor sine possessor sit. si uero alter se solum, alter et se dicat, si quidem ille adoleuerit qui se solum dicat, adhuc differtur controuersia propter puentiam eius qui et se dicit, sed de parte, non de toto: de parte enim utique nec litigatur. quod si ille adoleuerit qui et se dicit, ille impubes sit qui se solum dicit, non differtur, controuersia: nec enim patitur impubes status controuersiam, sed facit, cum hic pubes et se dicat, illum non neget filium. 5  
 Si quis liber et heres esse iussus status controuersiam impuberi faciat, qui filius esse et testamentum patris rupisse dicitur, Iulianus ait utraque iudicia et hereditatis et libertatis in tempus pubertatis differenda: neutrum enim eorum ita explicari potest, ut non conditioni eius, qui se filium esse contendat, praeiudicetur. ceterae quoque libertatis quaestiones ex testamento pendentes in tempus pubertatis differuntur. Cum extaret impubes, qui se 10 filium defuncti diceret, debitoresque negent eum filium esse defuncti et intestati hereditatem ad adgnatum, qui forte trans mare aberit, pertinere: necessarium erit puero Carbonianum edictum. sed et absenti erit prospiciendum, ut cautio praestetur. Missum autem ex Carboniano in possessionem student praetores possessorem constituere. quod si coeperit aut hereditatem petere quasi bonorum possessor Carbonianus aut singulas res, rectissime 15 Iulianus libro uicensimo quarto digestorum scribit exceptione eum summouendum: contentus enim esse debet hac praerogatiua, quod possessorem eum praetor tantisper constituit. si igitur uult hereditatem aut singulas res petere, petat, inquit, directa actione quasi heres, ut ea petitione iudicari possit, an quasi ex liberis heres sit, ne praesumptio Carbonianae bonorum possessionis iniuriam aduersariis afferat: quae sententia habet rationem et aequi- 20 tatem. Haec autem possessio intra annum datur, sicuti ordinariae quoque, quae liberis dantur, intra annum dantur. Sed || oportebit hunc, qui se filium dicit, non solum Carbonianam bonorum possessionem accipere, uerum etiam ordinariam agnoscere. Currunt autem tempora ad utramque bonorum possessionem separatim, ordinariae quidem, ex quo patrem suum decessisse scit et facultatem bonorum possessionis petendae habuit, Carbonianae uero 25 ex eo tempore, ex quo controuersiam sibi fieri cognouit.

IULIANUS libro uicensimo quarto digestorum. Ideo si ex prima parte edicti [B.40, 5, 4] S\* bonorum possessionem non<sup>1</sup> petierit, alias poterit ex sequenti parte edicti ad exemplum Carboniani accipere bonorum possessionem, alias non poterit. nam si confestim post patris mortem controuersia ei facta fuerit, an inter liberos bonorum possessionem accipere possit, 30 simul ad utriusque edicti causam annus cessisse uidebitur: si uero interposito tempore scierit controuersiam sibi moueri, poterit etiam finito tempore, intra quod ex prima parte bonorum possessionem acceperat, ex sequenti bonorum possessionem petere. quam cum acceperit, perpetuo possessoris actionibus utetur: sed si post pubertatem contra eum iudicatum fuerit, denegabuntur ei actiones. 35

ULPIANUS libro quadragesimo primo ad edictum. Sed si is, qui controuer- [B.40, 5, 5] S siam impuberi facit, ex liberis sit, eueniet, ut, siue caueat hic, cui status fit controuersia, siue non caueat, attamen simul sit in possessionem. Si impubes non defendatur idcircoque missus sit in possessionem etiam aduersarius eius, actiones hereditarias quis exercebit? et ait Iulianus libro uicensimo quarto digestorum curatorem constitui debere, qui omnia 40 curet<sup>2</sup> actiones exercent. denique scribit etiam eum, qui cum impubere missus est in possessionem, actiones posse aduersus curatorem<sup>3</sup> intendere nec esse prohibendum: nullum enim per hoc praeiudicium hereditati fieri: nam et aduersus ipsum pupillum<sup>4</sup>, si satis F(DEQICK)

<sup>1</sup> non] intra annum (= IANUS: similiter Zoannetus)?    <sup>2</sup> et ins. (u. i.)    <sup>3</sup> idem Graeci: aduersus curatorem del.    <sup>4</sup> nam et ipse pupillus?

1 et] est F<sup>2</sup> | si] IK, is FQ, his E, non C, em. inter alia D: εἰ μὲν ὁ λέγων ἑαυτὸν εἶναι μόνον ἠθήσει B (Anon.) 10 pendente B F<sup>2</sup> 11 debitores qui F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>) 13 ut] et F<sup>2</sup> 20 adferat F<sup>2</sup> 21 liberis dantium F<sup>2</sup> 27 si ex] ICK, sex F, ex DE 38 si n't F<sup>2</sup> | defendata m'r F<sup>2</sup> 39 qui's F<sup>2</sup> 41 curet]

FDIK, curet et E, cure C 42 actiones posse seq.] idem Graeci: ἔχει κατ' αὐτοῦ (τοῦ κουράτωρος) ἀγωγὴν ὁ ἀντίδικος τοῦ ἀνήθοῦ B (Anon.), nam ex actionibus fecerunt actionem, ut aliqua ratione consideret enuntiatum 43 nam et aduersus ipsum pupillum seq.] idem legerunt Graeci: εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ ἀνήθοος

- 2 dedisset, recte experiretur. Quotiens impubes satis non dat, mittitur in possessionem aduersarius eius, siue satis det siue non det. si uelit aduersarius committi sibi administrationem, satis dare debet pupillo: ceterum si satis non det, debet curator constitui, per quem bona administrantur. aduersarius autem si satis dederit, res, quae tempore periturae aut deteriores futurae sint, distrahere debet: item a debitoribus, qui tempore liberabuntur, exigere debet: cetera cum pupillo possidebit. An autem uescendi causa deminuere possit is qui ex Carboniano missus est, uideamus. et si quidem satis impubes dedit, siue decreuit praeses siue non, deminuet uescendi causa et hoc minus restituet hereditatis petitori. quod si satis dare non potuit et aliter alere se uidetur non posse, deminuendi causa usque ad id, quod alimentis eius necessarium est, mittendus est. nec mirum debet uideri hereditatem propter alimenta minui eius, quem fortasse iudicabitur filium non esse, cum omnium edictis uenter in possessionem mittatur et alimenta mulieri praestentur propter eum, qui potest non nasci, maiorque cura debeat adhiberi, ne fame pereat filius, quam ne minor hereditas ad petitoirem perueniat, si apparuit filium non esse. Maxime autem 4 puto, si missus fuerit in possessionem aduersarius, desiderandum a praetore, ne instrumenta in possessionem suam redigat: ceterum decipietur pupillus, dum uel instruitur ad uersarius eius<sup>1</sup> uel etiam interciperi ea potest. Cum autem in satisfactione et pupillus et aduersarius eius cessant, curator constituendus est, qui bona administret et quandoque qui iudicio uicerit restituat. quid tamen, si tutores pupilli uelint || administrare? non erunt audiendi, nisi satis dederint nomine pupilli aut curatores quoque idem ipsi sint constituti.
- 6 PAULUS libro quadragensimo primo ad edictum. De bonis matris an decretum interponendum sit, quaeritur. et decretum quidem non est interponendum, dilatum autem longissima danda est, quae in tempus pubertatis extrahet negotium. Plane si simul de paternis et de maternis bonis controuersia sit uel etiam de fratris, et has controuersias in tempus pubertatis differendas esse Iulianus respondit. Huic autem edicto locus est etiam si ab intestato ad bonorum possessionem ueniant liberi, tametsi ex inferioribus partibus petant, qua legitimi uocantur, quoniam sui sunt, uel ex illa, qua cognatis datum est. Ita demum autem huic edicto locus est, si status et hereditatis controuersia sit: nam si tantum status (quod puta seruius dicatur esse) nec ulla bonorum controuersia sit, hoc casus liberale iudicium statim explicandum erit. Qui pupillo controuersiam facit si simul cum eo in possessionem missus est, alii ex bonis defuncti non debent nec quicquam de bonis deminuere: haec enim possessio pro satisfactione cedit. Non solum alimenta pupillo praestari debent, sed et in studia et in ceteras necessarias impensas debet impendi pro modo facultatum. Post pubertatem quaeritur, an actoris partes sustinere debeat qui ex Carboniano missus est in possessionem. et responsum est rei partes eum sustinere debere, maxime si cauit. sed et si non cauerat, si nunc paratus sit cauere, quasi possessor conueniendus est: quod si nunc non caueat, possessio transfertur aduersario satis offerente: perinde atque si nunc primum ab eo peteretur hereditas.
- 7 IULIANUS libro uicensimo quarto digestorum. Si impubes negetur iure adoptatus et ideo paternae hereditatis ei controuersia fiat, non erit iniquum simile Carboniano decretum interponi. Item si impubes in adoptionem datus esse dicatur et ideo naturalis patris hereditas ad eum pertinere, quia et hoc casu quaeritur, an iure filii hereditatem optinere possit, locus erit Carboniano edicto. Cum uero proponitur exhereditatus esse, non est necessarium controuersiam in tempus pubertatis differri, quia non de ipsius
- F(DEQICK)

<sup>1</sup> eis (Hal)?

ΔΟΥΣ ΤΑ ΙΚΑΝΑ ΕΠΕΜΟΘΗ ΕΙΣ ΝΟΜΗΝ, ΗΔΥΝΑΤΟ Ο ΑΝΤΙΔΙΚΟΣ ΑΥΤΟΥ ΚΙΝΕΙΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΥ Β (Anon.)  
 3 det om. F<sup>1</sup> 4 aut'em' F<sup>2</sup> 5 qui] quae F<sup>1</sup>  
 8 praesis F<sup>1</sup> | causa] tausa F<sup>1</sup> 9 se] sed F<sup>o</sup>  
 10 mittendu'm's F<sup>2</sup> 12 mitta'n'tur F<sup>1</sup> 13 adhiberi debeat F<sup>2</sup> 16 pupillis F<sup>o</sup> 19 uicerit] uiderit F<sup>1</sup> | tamen] FDEIQK, tam F,

tantum I<sup>o</sup>C 21 patris F<sup>1</sup> 24 mater'nis' F<sup>1</sup>  
 25 h'u'ic F<sup>2</sup> 26 ab intestato 'ne' ad F<sup>1</sup>  
 27 sunt] sint F<sup>1</sup> | qua] quo F<sup>1</sup> 28 et] est F<sup>1</sup>  
 30 qui om. F<sup>1</sup> 44 in tempus] addidi cum F<sup>1</sup>  
 secundum BS (Doroth.): οὐκ ἐστὶ χρεῖωδες τὸ ὑπερτίθεσθαι τὴν ζήτησιν εἰς τὸν τῆς ἕβης κἀπόν, om. FDEIC

- 3 filii, *sed* de testamenti iure quaeritur. Si mater eius, cui et de libertate et de hereditate paterna controuersia fit, in quaestionem libertatis uocatur, iudicium de matre non semper in tempus pubertatis differendum erit: nam et ipsi, qui subiectus esse dicitur, ex causa 4 representari solet. Quotiens Carbonianum decretum interponitur, eodem loco rem haberi oportet, quo esset, si nulla controuersia fieret ei, qui bonorum possessionem acceperit. 5 Cum autem ex duobus fratribus ex hoc decreto missis alter pro parte sua paternam hereditatem non defendit, compellitur alter totam defendere aut uniuersa creditoribus cedere. 6 Interdum etiam exheredatus filius ex Carboniano decreto bonorum possessionem accipiet, si non contra tabulas petit bonorum possessionem, sed ab intestato unde liberi (quia neget tabulas testamenti patris tales esse, ut secundum eas bonorum possessio dari possit) et 10 dicatur non esse filius. Si pupillus liberti paterni bonorum possessionem petet, negaretur autem filius patroni esse, quia<sup>1</sup> de paternis bonis nulla controuersia ei fieret, differendum hoc iudicium non est. si uero post interpositum Carbonianum decretum haec quoque controuersia moueretur, hoc iudicium in id tempus differri debet. Quaesitum est, an simul f. 158<sup>7</sup> et pupillus ex Carboniano et scripti heredes secundum tabulas bonorum possessionem haberent. respondendi, si filius non esset aut non accepisset contra tabulas uel ab intestato bonorum possessionem, simul et ipsum ex Carboniano et scriptos heredes secundum tabulas habituros bonorum possessionem.
- 8 AFRICANUS libro quarto quaestionum. Decessit, quem ego filium meum et B. 40. 5. 8 S in mea potestate esse dico: existit impubes, qui eum patrem familias et ad se hereditatem 20 pertinere dicat: decretum necessarium esse respondit. Item emancipatus decessit intestato superstitute filio impubere, qui se ei suum esse dicit: ego contendo ante emancipationem conceptum atque ideo in mea potestate esse et bona emancipati ad me pertinere. et quidem hunc filium esse constat: sed hactenus de statu eius quaeritur, quod<sup>2</sup> in potestate patris fuerit nec ne: sententia tamen edicti procul dubio ex Carboniano admittitur. 25
- 9 NERATIUS libro sexto membranarum. Quod Labeo scribit, quotiens suppo- B. 40. 5. 9 Sf nitus esse dicitur pupillus, cum quo de patris eius hereditate controuersia est, curare praetorem debere, ut is in possessione sit: de eo puto eum uelle intellegi, qui post mortem patris familiae, qui se sine liberis decedere credidit, filius eius esse dici coepit: nam eius, qui agnitus est ab eo, de cuius bonis quaeritur, iustior in ea re causa est quam postumi. 30
- 10 MARCELLUS libro septimo digestorum. Cum mulier defere- Ulp. D. 12, 2, 3, 3. B. 40, 5, 10 F rente herede iurauerit se praegnatem esse, bonorum possessio ex edicto Carboniano dari debet, uel denegari, si illa heredi detulit iniurandum, cum causa cognita detur possessio<sup>3</sup>,

F(DIQICK)

<sup>1</sup> quia] *idem Graeci* (ἐπειδὴ *Anon.*): quamdiu? <sup>2</sup> quod *del. uel ins.* quaeritur <sup>3</sup> *fuit sic fere*: cum mulier deferente herede iurauerit se praegnatem esse, bonorum possessio uentris nomine dari debet, uel denegari, si illa heredi detulit iniurandum: partui tamen propterea nec dabitur nec denegabitur ex edicto Carboniano, cum causa cognita detur, possessio (u. i.)

1 testamenti] testamento F: περι τῶν δικαίων τῆς διαθήκης BS (Doroth.) 5 si null'o a F<sup>4</sup> 7 creditori's bus F<sup>4</sup> 13 post interpositum F<sup>2</sup> 14 simul] simil F<sup>2</sup> 15 here's des F<sup>4</sup> 16 si filius non esset] εἰ μὴ ἦν ὁ γιός BS (Doroth.), εἰ μὴ ἔστιν γιός B (Anon.) | uel om. F<sup>2</sup> 19 quarto om. F<sup>2</sup> 20 et om. F<sup>2</sup> 22 filio impubere] filio impubere F<sup>2</sup> | e'i su'um 24 constat 'sed hactenus de statu F<sup>2</sup> nec 'ne' F<sup>2</sup> 26 quod' F<sup>2</sup> 28 intellegi] qui post mortem patris familiae ... filius eius esse dici coepit] quasi esset qui post mortem patris familiae ... filius natus est uerit Anonymus (ὅς μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐπίτην τελευτήν): at hoc uoluit Labeo causam filii eius, quem pater ipse agnouisset, iustior

esse quam postumi, extra ordinem autem subueniendum ei soli, qui post mortem demum filius dici coepit: unde hoc efficiemus certe Labeonem, fortasse etiam Neratium non nouisse edictum Carbonianum 30 ad i'gnitus F<sup>4</sup> | iustior F<sup>2</sup> | causa'm' F<sup>4</sup> 31 marcellus] Μαρκελ. B citatque sub eius nomine Ulpianus D. 12, 2, 3, 3, marcellianus F | cum mulier seq.] *idem legerunt Graeci, nam quamquam Anonymus extrema ita reddidit*: πρόκριμα δὲ οὔτε τῷ κληρονόμῳ οὔτε τῷ παιδί γίνεται, tamen hoc fecisse eum, quoniam quae reperiret rationem non habebant, ostendit Index: μετὰ γὰρ διαγνώσεως δίδεται ἡ καρβωνιανή, ἵνα μήτε τῷ κληρονόμῳ κ. τ. λ. quid scripserit Marcellus, assequi licet ex Ulpiani relatione Marcellum citantis

- ne aut heredi bonorum possessio data faciat praeiudicium aut denegata ius ordinarium eripiat pupillo.
- 11 PAPINIANUS libro tertio decimo quaestionum. Cum sine beneficio praetoris [B. 40, 5, 11] qui patitur controuersiam filius heres esse potest, forte quia scriptus est, edicto Carboniano locus non est: ac similiter cum certum est, quamuis filius sit, eum tamen heredem non fore, ueluti si Titio herede instituto postumus aut impubes exheredatus negetur filius. nec ad rem pertinet, quod interest illius in quibusdam filium esse, ueluti propter fratris ex alia matre nati bona uel iura libertorum et sepulchrorum: istos enim casus ad Carbonianum constat non pertinere.
- 12 IDEM libro quarto decimo quaestionum. Scriptus heres, contra quem filius impubes, qui subiectus dicitur, ex edicto primo bonorum possessionem petit, exemplo legitimi secundum tabulas interim accipere non potest. quod si medio tempore scriptus uel ille, qui intestati possessionem habere potuerit, moriantur, heredibus eorum succedendum erit: quid enim, si non potuerunt adire hereditatem iure cessante uel ob litem dubio constituti?
- 13 PAULUS libro undecimo responsorum. Titia post mortem mariti sui postumam enixa est: eidem Titiae crimen adulterii Sempronius apud praesidem prouinciae obiecit: quaero, an in tempus pubertatis quaestio adulterii differri debeat, ne praeiudicium postumae fiat. Paulus respondit, si ei pupillae, de qua quaeritur, bonorum paternorum quaestio non moueatur, sine causa tutores desiderare adulterii quoque quaestionem in tempus pubertatis pupillae differri.
- 14 SCABUOLA libro secundo responsorum. Quaeritur, an impubes, qui bonorum possessionem ex Carboniano accepit, si, antequam possessio ad eum translata || fuerit, puber factus sit, petitoris partibus fungi debeat. respondit in eo, quod a possessore petet, probationem ei incumbere.
- 15 HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. Haec bonorum possessio, si satis datum sit, non tantum ad possessionem apiscendam, sed ad res etiam persequendas et debitum exigendum et collationem bonorum et dotis et omnium quae conferri diximus prodest.
- 16 PAULUS libro quadragensimo primo ad edictum. Sed sicuti de bonis paternis emancipato cauetur, ita de istis quae ipsi confert cauendum est.

## XI.

## R DE BONORUM POSSESSIONE SECUNDUM TABULAS R SEP

- 1 ULPIANUS libro trigensimo nono ad edictum. Tabulas testamenti accipere debemus omnem materiae figuram: siue igitur tabulae sint lignee siue cuiuscumque aliterius materiae, siue chartae siue membranae sint uel si corio alicuius animalis<sup>1</sup>, tabulae recte dicuntur. Non autem omnes tabulas praetor sequitur hac parte edicti, sed supremae enim haec sunt non quae sub ipso mortis tempore factae sunt, sed post quas nullae factae sunt: supremae sunt, licet haec ueteres sint. Sufficit autem extare tabulas, etsi non proferantur, si certum sit eas exstare. igitur etsi apud furem sint uel apud eum, apud quem depositae sunt, dubitari non oportet admitti posse bonorum possessionem: nec enim opus est aperire eas ut bonorum possessio secundum tabulas agnoscatur. Semel autem exstitisse tabulas mortuo
- F(DEQICK)

<sup>1</sup> alicuius animalis *del.* (cf. D. 32, 52 pr.)<sup>2</sup> post quas nullae factae sunt *del.*

1 denegata F<sup>1</sup> 13 possessionem F  
 22 an impubes F 26 si satis datum sit  
 om. F<sup>2</sup>, εὰν παράσχη τὰς ἐγγύας ὁ αἰτήσας BS  
 (Dorothe.) similiterque B (Anon.) 30 primo  
 om. F<sup>2</sup> 31 ipsi] περί συνεισφερομένων αὐτῶ  
 παρὰ τοῦ ἐμαγκιπῆτοῦ BS (Dorothe.) 33 pos-

sessione] *ind. F cum Graecis* (περί ἀγαθῶν δια-  
 κατοχῆς), possessionibus F 35 omnem ma-  
 teriae figuram] πᾶν εἶδος ὕλης B (Tipuc-  
 37 suppremas F 38 suppra'em'ae F-  
 41 quem] eum F<sup>2</sup> 42 bonorum bis  
 43 a'd'gnoscatu F<sup>2</sup>

testatore desideratur, tametsi exstare desierint: quare et si postea interciderunt, bonorum possessio peti poterit. Scientiam tamen exigemus, ut sciat heres extare tabulas certusque sit delatam sibi bonorum possessionem. Si quis in duobus exemplaribus fecerit testamentum et aliud extet, aliud non extet, tabulae extare uidentur petique potest bonorum possessio. Sed et si in duobus codicibus simul signatis alios atque alios heredes scripserit 5 et utrumque extet, ex utroque quasi ex uno competit bonorum possessio, quia pro unis tabulis habendum est et supremum utrumque accipiemus. Sed si unum fecerit testator quasi testamentum, aliud quasi exemplum, si quidem id extat quod uoluit esse testamentum, bonorum possessio petetur, si uero id quod exemplum erat, bonorum possessio peti non poterit, ut Pomponius scripsit. Exigit praetor, ut is, cuius bonorum possessio datur, 10 utroque tempore ius testamenti faciendi habuerit, et eum facit testamentum et cum moritur. proinde si impubes uel furiosus uel quis alius ex his qui testamentum facere non possunt testamentum fecerit, deinde habens testamenti factionem decesserit, peti bonorum possessio non poterit. sed et si filius familias putans se patrem familias testamentum fecerit, deinde mortis tempore pater familias inueniatur, non potest bonorum possessio secundum tabulas peti. sed si filius familias ueteranus de castrensi faciat, deinde emancipatus uel alias pater familias factus decedat, potest eius bonorum possessio peti. sed<sup>1</sup> si quis utroque tempore testamenti factionem habuerit, medio tempore non habuerit, bonorum possessio secundum tabulas peti poterit. Si quis autem testamentum fecerit, deinde amiserit testamenti factionem uel furore uel quod ei bonis interdictum est, potest eius peti 20 bonorum possessio, quia iure testamentum eius ualet: et hoc generaliter de omnibus huiusmodi dicitur, qui amittant mortis || tempore<sup>2</sup> testamenti factionem, sed ante factum eorum f. 154<sup>3</sup> testamentum ualet. Si linum, quo ligatae sunt tabulae, incisum sit, si quidem alius contra uoluntatem testatoris incididerit, bonorum possessio peti potest: quod si ipse testator id fecerit, non uidentur signatae et ideo bonorum possessio peti non potest. Si rosae sint a 25 muribus tabulae uel linum aliter ruptum uel uetustate putrefactum uel situ uel casu, et sic uidentur tabulae signatae, maxime si proponas uel unum linum tenere. si ter forte uel quater linum easet circumductum, dicendum est signatas tabulas eius<sup>3</sup> extare, quamuis uel incisa uel rosa sit pars uni<sup>4</sup>. 29

IDEM libro quadragesimo primo ad edictum. Aequisimum ordinem praetor [B. 35, 17, 2] S secutus est: noluit enim primo ad liberos bonorum possessionem contra tabulas pertinere, mox, si inde non sit occupata, iudicium defuncti sequendum. expectandi igitur liberi erunt, quamdiu bonorum possessionem petere possunt: quod si tempus fuerit finitum aut ante decesserint uel repudiauerint uel ius petendae bonorum possessionis amiserint, tunc reuertetur bonorum possessio ad scriptos. Si sub condicione heres institutus filius sit, 35 Iulianus peraeque putauit secundum tabulas competere ei quasi scripto bonorum possessionem, qualisqualis condicio sit, etiam si haec 'si nauis ex Asia uenerit': et quamuis defecerit condicio, praetor tamen filium, qui admiserit secundum tabulas, tueri debet ac si contra tabulas acceperit: quae tuitio ei qui emancipatus est necessaria est. Pro qua quisque parte heres scriptus est, pro ea accipiet bonorum possessionem, sic tamen, ut, si non 40 sit qui ei concurrat, habeat solus bonorum possessionem: quamdiu tamen ex heredibus unus deliberat, utrum admittat bonorum possessionem an non, portio bonorum possessionis<sup>5</sup> eius coheredi non defertur. Si Primus quidem<sup>6</sup> ita substitutus sit, si intra decem, Secun-

*F(DEQICK)*

<sup>1</sup> et ins.    <sup>2</sup> fuit fere: qui amittant [testamenti factionem casu aliquo: non habent] mortis tempore    <sup>3</sup> eius] nihilo setius (= Moserius)?    <sup>4</sup> lini (u. i.)?    <sup>5</sup> bonorum possessio portionis?    <sup>6</sup> cuidam?

1 desiderint F (em. f)    2 certisque F<sup>o</sup>  
7 supremum F    8 qua e si testamentum F<sup>2</sup>  
10 ut i's F<sup>2</sup>    11 'et cum' moritur F<sup>2</sup>  
13 peti om. F<sup>2</sup>    16 tabulas] DEQICK, om. F  
18 utroque tempore F<sup>o</sup>    20 furore] futuroq F<sup>2</sup>  
23 linum] nihilum F<sup>2</sup> | legatae F    27 maximae F

28 uel incisa om. F<sup>1</sup>    29 rosa] r.sa F<sup>1</sup> |  
pars uni] F, lini pars C, lini (om. pars) I<sup>o</sup>,  
pars una tantum DEQ, pars lini tantum K,  
lini pars una tantum I<sup>o</sup>    37 qualis'qualis'  
F<sup>2</sup> | et om. F<sup>2</sup>    41 possessione s'm F<sup>2</sup>

- dus, si post decem intra quattuordecim annos<sup>1</sup>: si quidem intra decem decesserit, Primus solus heres erit et accipiet bonorum possessionem, si vero post decem intra quattuordecim, Secundus solus heres erit et accipiet bonorum possessionem, nec sibi iunguntur, cum ad  
 4 suam quisque causam substitutus sit. Defertur bonorum possessio secundum tabulas primo gradu scriptis heredibus, mox illis non petentibus sequentibus, non solum substitutis, verum substituti quoque substitutis, et per seriem substitutos admittimus. primo gradu autem scriptos accipere debemus omnes, qui primo loco scripti sunt: nam sicut ad  
 5 ad adeundam hereditatem proximi sunt, ita et ad bonorum possessionem admittendam. Si quis ita scripserit: Primus ex parte heres esto: si Primus heres non erit, Secundus heres esto. Tertius ex alia parte dimidia heres esto: si non erit, Quartus heres esto,  
 6 Primus et Tertius priores ad bonorum possessionem inuitantur. Si quis ita instituerit heredes: 'uter ex fratribus meis Seiam uxorem duxerit, ex dodrante mihi heres esto, uter non duxerit, ex quadrante heres esto', si quidem mortua fuerit Seia, aequas partes habituros heredes constat: quod si ab altero uxor ducta fuerit, dodrantem et quadrantem eis  
 7 competere: bonorum autem possessionem, antequam existat condicio, neutrum petere. Si consulto sit inductum nomen heredis, indubitanter probatur bonorum possessionem petere eum non posse, quemadmodum non potest, qui heres scriptus est non consulto testatore  
 8 nam pro non scripto est, quem scribi noluit. Si duo sint heredes instituti Primus et Secundus, Secundo Tertius substitutus, omittente Secundo bonorum possessionem Tertius succedit: quod si Tertius noluerit hereditatem adire uel bonorum possessionem accipere, reocidit bonorum possessio ad Primum. nec erit ei necesse petere bonorum possessionem, sed ipso iure ei adorescit: heredi enim scripto sicut portio hereditatis, ita et bonorum  
 9 possessio adorescit. Si seruus heres scriptus sit, ei domino defertur bonorum possessio, ad quem hereditas pertinebit: ambulat enim cum dominio bonorum possessio. quare si mortis tempore Stichus heres institutus fuit seruus Sempronii nec Sempronius eum iussit adire, sed uel decessit uel etiam eum alienauit et coepit esse Septicii: euenit, ut, si Septicius eum iusserit, Septicio deferatur bonorum possessio: ad hunc enim hereditas pertinet unde si per multos dominos transierit seruus tres uel plures<sup>2</sup>, nouissimo dabimus bonorum  
 10 possessionem.
- 3 PAULUS libro quadragesimo primo ad edictum. Verum est omnem postumum, qui moriente testatore in utero fuerit, si natus sit, bonorum possessionem petere posse.
- 4 ULPIANUS libro quadragesimo secundo ad edictum. Chartae appellatio et ad nouam chartam refertur et ad delicticam: proinde et si in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio.
- 5 IDEM libro quarto disputationum. Si sub condicione heres quis institutus sit et accepta bonorum possessione secundum tabulas condicio defecerit, interdum euenit ut res possessori concedenda sit, ut puta si filius sit emancipatus sub condicione heres institutus: nam si defecerit condicio, attamen secundum tabulas<sup>3</sup> bonorum possessionem
- F(DEQICK)*

<sup>1</sup> decesserit ins. <sup>2</sup> tres uel plures del. contra tabulas (u. i.)?

<sup>3</sup> nam et si defecerit condicio ante, tamen

3 secundum m's F<sup>3</sup> 5 substitutus F<sup>2</sup> 6 primo 'ad' gradu m' F 8 adeundum F<sup>2</sup> 16 nomen F<sup>2</sup> 18 quem om. F<sup>1</sup> | et] est F<sup>2</sup> 26 septicius F<sup>2</sup> 27 eum] DEICK, cum FQ | hereditatis F<sup>2</sup> 33 chartam F<sup>2</sup> 38 nam si defecerit condicio seq.] Iuliani sententia cum haec fuerit (cf. h. t. l. 2 § 1 et D. 37, 4, 3, 12, 13) filium sub condicione institutum, si peteret bonorum possessionem condicione defectus, contra tabulas petere debere, si condicione pendente, secundum tabulas ita, ut ea postea deficiente effectu rediret ad possessionem contra tabulas, adsendendum est iis, qui haec corrupta

iudicantur mutauitque probabiliter Adolfs Schmidt (Notherbenrecht p. 85) secundum in contra: notae enim utriusque uocabuli simillimae sunt. sed praeterea qui attente legit, intelleget indolem bonorum possessionis eius, quae datur condicione pendente, accurate determinare postea demum p. 313 u. 3 uerbis et filius seq. quam ob rem ne id hoc loco occupemus, item ne Iulianum faciamus contra tabulas bonorum possessionem ipsam confundere cum secundum tabulas bonorum possessione uim contra tabulas possessionis habente, crediderim hic comparari possessionem datam post condicione defectum

eam accipere Iulianus scribit. sed et si is fuerit, qui ab intestato bonorum possessor futurus esset, tuendum esse scripsit, et hoc iure utimur. Uidendum, an legata ab eis debeantur. et filius quidem quasi contra tabulas bonorum possessione accepta rem habere uidetur, ceteri uero quasi ab intestato: et ideo filius liberis parentibusque legata relicta solis praestare cogetur, ceteris non<sup>1</sup>. plane ei, cui ab intestato fideicommissum relictum est, erit praestandum, quasi uideatur hoc ipso fraudatus, quod ex testamento petita sit bonorum possessio.

- 6 **IDEM** libro octauo disputationum. Hi demum sub condicione heredes instituti bonorum possessionem secundum tabulas etiam pendente condicione necdum impleta petere possunt, qui utiliter sunt instituti: quod si inutiliter quis sit institutus, nec ad bonorum possessionem inutilis institutio proficit.
- 7 **IULIANUS** libro uicensimo tertio digestorum. Cum tabulae testamenti plurium signis signatae essent et quaedam ex his non parent, septem tamen signa maneant, sufficit ad bonorum possessionem dandam septem testium signa comparere, licet non omnium qui signauerint maneant signa.
- 8 **IDEM** libro uicensimo quarto digestorum. Si ita scriptum sit: 'Sempronius ex parte dimidia heres esto. Titius, si nauis ex Asia uenerit, ex parte tertia heres esto. idem Titius, si nauis ex Asia non uenerit, ex parte sexta heres esto': Titius non ex duabus partibus heres scriptus, sed ipse sibi substitutus intellegi debet ideoque non ex maiore parte quam tertia scriptus uidetur. secundum hanc rationem cum sextans uacuos relinquitur, bonorum possessionem Titius accipiet non solum tertiae partis, sed eius quoque, quae ex sextante eidem adcrecit. Qui filio impuberi substituitur ita: 'si filius meus moriatur, priusquam in suam tutelam ueniat, tunc Titius mihi heres esto', sicut hereditatem uindicat, perinde ac si uerbum hoc 'mihi' adiectum non esset, ita bonorum quoque eius possessionem accipere potest. Sed et cum in praenomine<sup>2</sup> cognomine erratum est, is ad quem hereditas pertinet etiam bonorum possessionem accipit. Is autem, cuius nomen in testamento uoluntate testatoris perductum est, sicut ad adeundam hereditatem, ita ad petendam bonorum possessionem scriptus non intellegitur, quamuis nomen eius legatur. Quidam testamentum in tabulis sibi fecit, filio autem impuberi per nuncupationem substituit. respondi sententiam praetoris in danda bonorum possessione eam esse, ut separatim patris, separatim filii heredes aestimari debeant: nam quemadmodum scripto filii heredi separatim ab heredibus patris, ita nuncupato potest uideri separatim a scriptis patris heredibus bonorum possessio dari.
- 9 **POMPONIUS** libro secundo ad Sabinum. Ut bonorum possessio secundum pupillares tabulas admitti possit, requiritur, an patris testamentum signatum sit, licet secundae tabulae resignatae proferantur.
- 10 **PAULUS** libro octauo ad Plantium. Si seruus sub condicione heres institutus sit, an bonorum possessionem accipere potest, dubitatur. et Scaeuola noster probat posse.
- 11 **PAPINIUS** libro tertio decimo quaestionum. 'Qui ex liberis meis impubes supremus morietur, ei Titius heres esto'. duobus peregre defunctis si substitutus ignoret, uter nonissimus decesserit, admittenda est Iuliani sententia, qui propter incertum condicione etiam prioris posse peti possessionem bonorum respondit. Filius heres institutus post mortem patris ab hostibus rediit: bonorum possessionem accipiet et anni tempus a quo rediit ei computabitur. Testamento facto Titius adrogandum se praebuit ac postea sui iuris effectus uita decessit. scriptus heres si possessionem petat, exceptione doli mali

**F (DEICK)**

<sup>1</sup> ceteri autem nulla ins. (similiter Cutacius)      <sup>2</sup> nomine ins. (u. i.)

1 futurus] facturus F<sup>1</sup> 11 institutio] institutio F<sup>1</sup> 15 signaueri n't F<sup>2</sup> 18 'non' uenerit F<sup>2</sup>, τὸν αὐτὸν δὲ Πάλλον εἰς τὸ ἔκτον, ἐὰν μὴ ἴσῃ ἢ ναῦς B (Tipuc.) 20 quam om. F<sup>2</sup> praenomine cognomine] FDEICK<sup>2</sup>, in nomine cognicione K<sup>2</sup>: περὶ τὸ ὄνομα ἢ τὸ ἐπώνυμον B (Tip.) 26 heredita'tis F<sup>2</sup> 30 respondo F<sup>2</sup> 32 a om. F<sup>2</sup> 40 suppressus F<sup>2</sup> | defunctus F<sup>2</sup> 43 rediit F<sup>2</sup> 45 sui om. F<sup>2</sup>



summouebitur, quia dando se in<sup>1</sup> adrogandum testator cum capite fortunas quoque suas in familiam et domum alienam transferat. plane si sui iuris effectus codicillis aut aliq<sup>2</sup> litteris eodem testamento se mori uelle declarauerit, uoluntas, quae defecerat, iudicio recenti redisse intellegetur, non secus ac si quis aliud testamentum fecisset ac supremas tabulas incidisset, ut priores supremas relinqueret. nec putauerit quisquam nuda uoluntate constitui testamentum: non enim de iure testamenti maxime quaeritur, sed uiribus exceptionis. quae in hoc iudicio quamquam actori opponatur, ex persona tamen eius qui opponit aestimatur<sup>3</sup>.

12 PAULUS libro septimo quaestionum. Ut scriptus heres agnoscere possit [B. 35, 17, 11] bonorum possessionem, exigendum puto, ut et demonstratus sit propria demonstratione et portio adscripta ei inueniri possit, licet sine parte institutus sit: nam qui sine parte heres institutus est, uacantem portionem uel alium assem occupat. quod si ita heres scriptus sit, ut interdum<sup>4</sup> excludatur a testamento, eo quod non inuenitur portio, ex qua institutus est, nec bonorum possessionem petere potest. id euenit, si quis ita heredem instituat: 'Titius quanta ex parte priore testamento eum heredem scriptum habeo, heres esto' uel 'quanta ex parte codicillis scriptum eum habeo, heres esto', 'sic scriptus non inueniatur. quod si ita scripsero: 'Titius, si eum priore testamento ex semisse scriptum heredem habeo' uel 'si eum codicillis ex semisse heredem scripsero, ex semisse heres esto', tunc accipiet bonorum possessionem quasi sub condicione heres scriptus.

XII.

R SI A PARENTE QUIS MANUMISSUS SIT R

1 ULPIANUS libro quadragesimo quinto ad edictum. Emancipatus a parente in ea causa est, ut in contra tabulas bonorum possessione liberti patiatur exitum. quod aequissimum praetori uisum est, quia a parente beneficium habuit bonorum quaerendorum: quippe si filius familias esset, quodcumque sibi acquireret, eius emolumentum patri quaereret. et ideo itum est in hoc, ut parens exemplo patroni ad contra tabulas bonorum possessionem admittatur. Enumerantur igitur edicto personae manumissorum sic: 'in eo, qui a patre a uoue paterno proauoue patris aui patris'. Nepon ab auo manumissus dedit adrogandum patri suo: siue manens in potestate patris decesserit siue manumissus diem suum obeat, solus admittetur a uis ad eius successionem ex interpretatione edicti, perinde defert praetor bonorum possessionem atque si ex seruitute manumissus esset: porro si hoc esset, aut non esset adrogatus, quia adrogatio liberti admittenda non est, si obreperit, patroni tamen nihilo minus ius integrum maneret. Si parens uel accepit pecuniam, ut emanciparet, uel postea uiuus in eum filius quantum satis est contulit, iudicia eius inquietet, exceptione doli repelletur. Est et alius casus, quo bonorum possessionem contra tabulas parens non accipit, si forte filius militare coeperit: nam diuus Pius rescrisit patrem ad contra tabulas bonorum possessionem uenire non posse. Liberos autem manumissoris non uenire ad contra tabulas bonorum possessionem filii constat, quam uis patroni ueniant. Patrem autem accepta contra tabulas bonorum possessione et ius anti- quum, quod et sine manumissione habebat, posse sibi defendere Iulianus scripsit: nec enim ei nocere debet, quod iura patronatus habebat<sup>5</sup>, cum sit et pater.

2 GAIUS libro quinto decimo ad edictum prouinciale. Non usque adeo exaequandus est patrono parens, ut etiam Fauiana aut Caluisiana actio ei detur, quia iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem.

F(DEQICK)

<sup>1</sup> in del. (Hal.) <sup>2</sup> aestimatur] replicatur? <sup>3</sup> interdum] in totum (cf. D. 28, 5, 2, 1)? <sup>4</sup> si ins. (Brenemannus) <sup>5</sup> habebat] idem Graeci: ἐπειδὴ ἔσχε BS (Doroth.): habeat (D et sic Ad. Schmidt Pflichttheilrecht p. 136)?

1 summouebitur F<sup>o</sup> 4 supremas F 5 sup- BS (Doroth.) 30 ad 'e'ius F<sup>2</sup> 38 quam- premas F 10 demonstratione'm' F<sup>4</sup> 15 ex] bis F<sup>1</sup> 40 habe'b'at posse F<sup>2</sup> 41 nacere F<sup>2</sup> et F<sup>1</sup> 24 praetori' F<sup>6</sup> | qui'a F<sup>4</sup>, ἐπειδὴ 42 exaequandos F<sup>1</sup>

PAULUS libro octavo ad Plautium. Paconius ait: si turpes personas, ueluti meretricem, *E* a parente emancipatus et manumissus heredes fecisset, totorum bonorum contra tabulas possessio parenti datur: aut constitutae partis, si non turpis heres esset institutus. Si *B. 40, 6, 8* filius emancipatus testamento suo patrem suum praeterierit siue heredem instituerit, fideicommissa non cogetur pater praestare ex sua parte, quae ei debetur, etiamsi adierit hereditatem. sed et si filia uel neptis manumissa sit et pater uel auus praeteritus petat bonorum possessionem, eadem quae in filio dicenda sunt.

MARCELLUS libro nono digestorum. Patri qui filium emancipauit de his, quae *B. 40, 6, 4* *E* libertatis causa imposita fuerint, praetor nihil edicit, et ideo frustra pater operas stipulabitur de filio. *10*

PAPINIANUS libro undecimo quaestionum. Diuus Traianus filium, quem pater *B. 40, 6, 5* *P* male contra pietatem adiciebat, coegit emancipare. quo postea defuncto, pater ut manumissor bonorum possessionem sibi competere dicebat: sed consilio Neratii Prisci et Aristonis ei propter necessitatem soluendae pietatis<sup>1</sup> denegata est.

## XIII.

15

## R DE BONORUM POSSESSIONE EX TESTAMENTO MILITIS R

ULPIANUS libro quadragesimo quinto ad edictum. Non dubium est, quin debeant ratae *S* uoluntates esse eorum, qui in hosticolo<sup>2</sup> suprema iudicia sua quoquo modo ordinassent ibidemque diem suum obissent. quamquam enim distet condicio militum<sup>3</sup> ab his || personis *f. 156'* constitutiones principales separent, tamen qui in procinctu uersantur cum eadem pericula<sup>20</sup> experiantur, iura quoque eadem merito sibi uindicant. omnes igitur *D. 29, 1, 44. B. 35, 21, 38* omnino, qui eius sunt condicionis<sup>4</sup>, ut iure militari testari non possint, si in hosticolo<sup>5</sup> deprehendantur et illic decedant, quomodo uelint et quomodo possint, testabuntur<sup>6</sup>, siue praeses quis sit provinciae siue legatus siue quis alius, qui iure militari testari non potest. *(D)* Item nauarchos et trierarchos classium iure militari posse testari nulla dubitatio est. in *25* classibus omnes remiges et nautae milites sunt. item uigiles milites sunt et iure militari eos testari posse nulla dubitatio est. Si quis militum ex alio numero translatus sit in alium, quamuis et hinc sit exemptus et illo nondum peruenerit, tamen poterit iure militari testari: est enim miles, quamuis in numeris non sit.

## XIII.

30

## R DE IURE PATRONATUS R

SEPA

ULPIANUS libro nono de officio proconsulis. Patronorum querellas aduersus *B. 49, 1, 1* *S\** libertos praesides audire et non translaticie exsequi debent, cum, si ingratus libertus sit, non impune ferre eum oporteat. sed si quidem inofficiosus patrono patronae liberisue eorum sit, tantummodo castigari eum sub comminatione aliqua seueritatis non defuturae, si *35* rursum causam querellae praebuerit, et dimitti oportet. enimvero si contumeliam fecit aut *F(DEQICK)*

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): potestatis (Grotius)? <sup>2</sup> hostico *scr.* (cf. u. 22) <sup>3</sup> militesque *ins.* (u. i.)  
<sup>4</sup> rescripta principum ostendunt omnes omnino qui eius sunt gradus *D. l. gem.* <sup>5</sup> hostico *D. l. gem.* <sup>6</sup> testari *D. l. gem.*

1 paconius] *F*, pacunius *E*, faconius *I*, iaconius *C*, pacinus *D*, pantonius *K*, neratius *Q*: cf. *D. 13, 6, 1, 1* 4 praeterierit *F*<sup>2</sup> 12 mater *F*<sup>1</sup> 14 propter necessitatem soluendae pietatis] *Dorotheus uidetur emendasse saluandae, nam sic reddit: ἵνα ἐξ ἀνάγκης οἱ πατέρες εἴσεσθωσ περὶ τοὺς παῖδας διακινῆται BS* 16 de om. *F*<sup>1</sup> 18 hosticolo] *F*, hostico loco (co *add.*, sed postea *erasum*) *f*, hostico *C*<sup>4</sup>, hostili *DK*,

hostili loco *EIC*<sup>5</sup>: ἐν πολεμοῦμένῳ τόπῳ *B* (*Tip.*) 19 quamquam *F*<sup>2</sup> | personis] *F*<sup>1</sup>, personis quas *F*<sup>2</sup> 21 igitur] *ignitur F*<sup>5</sup> 22 hosticolo] *F*, hostico loco (co *add.*, sed *mos detersum*) *f*, hostico *C*<sup>4</sup> et *D. l. gem.*, hostili *DK*, hostili loco *EIC*<sup>5</sup> 23 decedant] *F*<sup>1</sup> cum *l. gem.*, decedent *F*<sup>5</sup> 26 item uigiles milites sunt om. *F*<sup>1</sup> 32 proculis *F* 33 translaticiae *F* 34 liberisue *F*<sup>1</sup> 35 sit *F*<sup>2</sup> 36 causa *F*

conuicium eis dixit, etiam in exilium temporale dari debet: quod si manus intulit, in metallum dandus erit: idem et si calumniam aliquam eis instruxit uel delatorem subornauit uel quam causam aduersus eos temptauit.

- 2 **ULPIANUS** libro primo opinionum. Liberti<sup>1</sup> homines negotiatione licita pro- B. 49, 1, 2 8  
hiberi a patronis non debent. 5
- 3 **MARCIANUS** libro secundo institutionum. Si quis tutor datus, cum sibi legata B. 49, 1, 3 - 8  
esset ancilla et rogatus eam manumittere, manumiserit adgnito legato et tutela pupilli se  
excusauerit, diui Seuerus et Antoninus rescripserunt hunc esse quidem patronum, sed omni —  
commodo patronatus carere. 9
- 4 **IDEM** libro quinto institutionum. Iura libertorum patronorum liberis, cum B. 49, 1, 4 = 8  
pater eorum erat perduellionis damnatus, salua esse diui Seuerus et Antoninus benignis-  
sime rescripserunt, sicut ex alia causa punitorum liberis iura libertorum salua sunt. —
- 5 **IDEM** libro tertio decimo institutionum. Diuus Claudius libertum, qui probatus B. 49, 1, 5 8  
fuit patrono delatores summisisse, qui de statu eius facerent ei quaestionem, seruum pa-  
troni esse iussit eum libertum<sup>2</sup>. Imperatoris nostri rescripto cauetur, ut, si patronus liber- 15  
tum suum non aluerit, ius patroni perdat.
- 6 **PAULUS** libro secundo ad legem Aeliam Sentiam. Adigere iureiurando, ne B. 49, 1, 6 8f.  
nubat liberta uel<sup>3</sup> liberos tollat, intellegitur etiam is, qui libertum iurare patitur. sed si  
ignorante eo suus filius adegerit stipulatus fuerit<sup>4</sup>, nihil ei nocebit: certe si in iussu patroni  
1 is qui in potestate est idem fecerit, dicendum est eum hac lege teneri. Stipulatus est cen- 10  
tum operas aut in singulas aureos quinos dari: non uidetur contra legem stipulatus, quia  
2 in potestate liberti est operas dare. Quamuis nulla persona lege excipiatur, tamen intel-  
legendum est de his legem sentire, qui liberos tollere possunt. itaque si castratum libertum  
3 iureiurando quis adegerit, dicendum est non puniri patronum hac lege. Si patronus liber- 15  
tam iureiurando adegerit, ut sibi nuberet, si quidem ducturus eam adigit, nihil contra legem  
fecisse uidebitur: si uero non ducturus propter hoc solum adigit, ne alii nuberet, fraudem  
legi factam Iulianus ait et perinde patronum teneri, ac si coe||gisset iurare libertam non  
4 nupturam. Lege Iulia de maritandis ordinibus remittitur iusiurandum, quod liberto in hoc f. 151  
impositum est, ne uxorem duceret, libertae, ne nuberet, si modo nuptias contrahere recte  
uelint. —
- 7 **MODESTINUS** libro singulari de manumissionibus. Diuus Uespasianus decreuit, B. 49, 1, 7 J  
ut, si qua hac lege uenierit, ne prostituatur et, si prostituta esset, ut esset libera, si  
postea ab emptore alii sine<sup>5</sup> condicione uenit, ex lege uenditionis liberam esse et libertam  
1 prioris uenditoris. Mandatis Imperatorum cauetur, ut etiam in prouinciis praesides de que- —  
rellis patronorum ius dicentes secundum delictum admissum libertis poenas irrogent. <sup>6</sup>in-  
terdum illae poenae a liberto ingrato exiguntur: uel pars bonorum eius aufertur et patrono  
datur: uel fustibus caeditur et ita absoluitur.
- 8 **IDEM** libro sexto regularum. Seruum a filio familias milite manumissum diuus B. 49, 1, 8  
Hadrianus rescripsit militem libertum suum facere, non patris. Seruus non manumissus  
1 libertatem consequitur is, qui ea lege distractus est, ut manumittatur intra tempus: quod  
superueniens, licet non manumittatur, faciet tamen libertum emptoris.

*F(DEQICK)*

<sup>1</sup> libertini (*Hal.*)? <sup>2</sup> eum libertum *del. (Hal.)* <sup>3</sup> *idem Graeci (u. i.): libertus ina.* <sup>4</sup> stipulatusue fuerit (*cf. D. 40, 9, 32 pr.*)? <sup>5</sup> *ea ins.* <sup>6</sup> *omissa sunt quaedam de poena exilii et metalli (cf. h. t. l. 1)*

4 ulpianus] idem *F*<sup>2</sup> 8 omni] omni *F(em. f)*  
10 patronum liberam *F*<sup>1</sup> 14 fu'erit *F*<sup>4</sup>  
17 legem 'in' aeliam *F*<sup>2</sup> | adigere iureiurando  
*seq.*] ὁ ὀρκῶν ἢ ἀνεχόμενος ὁμοίαι τὴν ἀπε-  
λεγθήραν, ὡς οὐ γαμεί ἢ παιδοποιεῖ *B (Anon.)*  
18 se'd' si *F*<sup>2</sup> 19 stipulatus] *FDE*, stipula-  
tusue *QICK* 21 qui's nos *F*<sup>4</sup> 24 iure-  
iurando 'quis ad' legerit *F*<sup>2</sup> 25 ad' legerit *F*<sup>2</sup> |  
adegit] edigit *F*<sup>2</sup> 26 adeg'erit *F*<sup>2</sup> 27 pa-

tronu's m *F*<sup>4</sup> 28 iulia] iuria *F* | remittitur]  
*DEICK cum B (Anon.): συγχωρεῖται ὁ ὀρκος,*  
permittitur *F* 29 duceret] dixerit *F*<sup>2</sup>, duxe-  
rit *F*<sup>2</sup> | liberta'e *F*<sup>2</sup> | con'tra'here *F*<sup>2</sup> 32 li-  
bera] liberta *F*<sup>2</sup> 33 uenit] et prostituta est  
*add. B (Anon.): καὶ πωλήσῃ αὐτὴν ὁ ἀγοραστὴς*  
*χωρὶς τοῦ συμφώνου καὶ προσῆ, puto propter*  
*Cod. 4, 56, 1* 36 illa'e *F*<sup>4</sup> 37 absolbitur *F*<sup>2</sup>  
38 re'lularum *F*<sup>4</sup> | ma'manumissum *F*<sup>4</sup>

- 9 IDEM libro nono regularum. Filii hereditate paterna se abstinentes ius, quod [B. 49, 1, 9] E  
 1 in libertis habent paternis, non amittunt: idem et in emancipato. Ut in bonis liberti locum  
 quidam non haberent, lege excipiuntur: rei capitalis damnatus, si restitutus non est: si  
 index cuius flagitii sit fueritue uel maior annis uiginti quinque cum esset, capitis accusa-  
 uerit libertum paternum. 5
- 10 TERENTIUS CLEMENS libro nono ad legem Iuliam et Papiam. Eum patronum, [B. 49, 1, 10] E\*  
 qui capitis<sup>1</sup> libertum accusasset, excludi a bonorum possessione contra tabulas placuit.  
 Labeo existimabat capitis accusationem eam esse, cuius poena mors aut exilium esset. qui  
 nomen detulit, accusasse intellegendus est, nisi abolitionem petit: idque etiam Proculo pla-  
 cuisse Seruilius refert. 10
- 11 ULPIANUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. Is autem nec ad legi- [B. 49, 1, 11] E\*  
 timam hereditatem, quae ex lege duodecim tabularum defertur, admittitur.
- 12 MODESTINUS libro primo responsorum. Gaius Seius decedens testamento or- [B. 49, 1, 12] E  
 dinato inter filios suos Iulium libertum suum, quasi et ipsum filium, ex parte heredem  
 nominauit: quaero, an huiusmodi scriptura possit liberto statum condicionis mutare. Mo- 15  
 destinus respondit statum mutare non posse.
- 13 IDEM libro primo pandectarum. Filius familias seruum peculiarem manumit- [B. 49, 1, 13] E  
 tere non potest. iussu tamen patris manumittere potest: qui manumissus libertus fit patris.
- 14 ULPIANUS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. Si iurauero me patro- [B. 49, 1, 14] E  
 num esse, dicendum est non esse me quantum ad successionem patronum, quia iusiuran- 20  
 dum patronum non facit: aliter atque si patronum esse pronuntiatum sit: tunc enim sen-  
 tentia stabitur.
- 15 PAULUS libro octauo ad legem Iuliam et Papiam. Qui contra legem Aeliam [B. 49, 1, 15] E  
 Sentiam ad iurandum libertum adegit, nihil iuris habet nec ipse nec liberi eius. 24
- 16 ULPIANUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. Si libertus minorem se [B. 49, 1, 16] E  
 centenario in fraudem legis fecerit, ipso iure non ualebit id quod factum<sup>2</sup> est, et ideo quasi  
 in centenarii liberti bonis locum habebit patronus: quidquid igitur quaqua ratione alienauit,  
 ea alienatio nullius momenti est. plane si qua alienauerit in fraudem patroni, adhuc tamen  
 post alienationem maior centenario remaneat, alienatio quidem uires habebit, ueruntamen  
 per Fauianam et Caluisianam actionem reuocabuntur ea quae per fraudem sunt alienata: 30  
 et ita Iulianus saepissime scribit eoque iure utimur. diuersitatis autem ea ratio est. quo-  
 tiens in fraudem legis fit alienatio, non ualet quod actum est: || in fraudem autem fit, cum f. 157<sup>7</sup>  
 quis se minorem centenario facit ad hoc, ut legis praeceptum euertat. at cum alienatione  
 facta nihilo minus centenarius est, non uidetur in fraudem legis factum, sed tamen in  
 fraudem patroni: ideoque Fauiano uel Caluisiano iudicio reuocabitur id quod alienatum est. 35
- 1 Si quis plures res simul alienando minorem se centenario fecerit, quarum una reuocata uel  
 omnium partibus maior centenario efficitur: utrum reuocamus omnes an pro rata ex sin-  
 gulis, ut centenarium eum faciamus? magisque est, ut omnium rerum alienatio facta nul-  
 2 Huius momenti sit. Si quis plane non semel<sup>3</sup> alienauerit, sed quasdam res ante, quasdam

## F(DEQICK)

<sup>1</sup> eum patronum qui capitis | eum qui capitis paternum?    <sup>2</sup> actum (cf. u. 32)?    <sup>3</sup> simul  
 (edd)?

2 'in' libertis F<sup>1</sup> | habent pat'ernis F<sup>2</sup> 3 quo-  
 dam F<sup>1</sup> | si index cuius flagitii sit fueritue]  
 3 τὸν ἀποπῆμασιν ὑποργῶν (ὑποργῶν cod.)  
 B (Anon.): idem igitur legit interpres, indicem  
 autem flagitii intellexit auctorem hortatoremque:  
 at hoc uoluit Modestinus accusatori in iudicio  
 ordinario aequiparandum esse in eiusdem generis  
 iudicio extraordinario (cf. D. 38, 2, 48) indicem  
 4 cum] eum F<sup>1</sup> | cap'itis F<sup>2</sup> 5 libertus F  
 6 eum patronum qui capitis libertum accusas-  
 set] non aliter Graeci: ὁ πατρῶν κεφαλῆκῶς τοῦ  
 ἀπελευθέρου κατηγορῶν B (Anon.) 7 bonorum

'contra' possessione contra F<sup>2</sup> 8 exilium]  
 enim F<sup>1</sup> 10 seruilius] nomen hoc solo loco  
 inuentum si corruptum est, cum praecedant 30  
 litterae, fortasse substituendum est Uuiiani: hic  
 enim nullum fere auctorem citat praeter Pro-  
 culum (D. 4, 6, 35, 9, 21, 1, 17, 4 [nam sic ibi  
 distinguendum]. 29, 7, 14 pr.) 12 duodeci-  
 m'o F<sup>2</sup> 13 dece'n'dens F<sup>2</sup> 21 non om. F<sup>1</sup> |  
 al'iter F<sup>2</sup> 23 contra] lontra F<sup>1</sup> 25 si  
 om. F<sup>1</sup> 32 est om. F<sup>1</sup> | in] quod in F<sup>2</sup>  
 36 res om. F<sup>1</sup> 38 alienat'io F<sup>2</sup> 39 ante  
 quasdam' postea F<sup>2</sup>

postea, alienatio earum rerum quae postea alienatae sunt ipso iure non reuocabitur, sed priorum: in posterioribus Fauianae locus erit.

- 17 IDEM libro undecimo ad legem Iuliam et Papiam. Diui fratres in haec uerba [B. 49, 1, 17]  $\overline{K}$  rescripserunt: 'Comperimus a peritioribus dubitatum aliquando, an nepos contra tabulas auiti liberti bonorum possessionem petere possit, si eum libertum pater patris<sup>1</sup>, cum an-  
5 norum uiginti quinque esset, capitis accusasset, et Proculum, sane non leuem iuris auctorem, in hac opinione fuisse, ut nepoti in huiusmodi causa non putaret dandam bonorum possessionem. cuius sententiam nos quoque secuti sumus, cum rescriberemus ad libellum Caesidiae Longinae: sed et Uolusius Maecianus amicus noster ut et iuris ciuili praeter ueterem et bene fundatam peritiam anxie diligens religione rescripti nostri ductus sit ut  
1 coram nobis adfirmavit<sup>2</sup> non arbitratum se aliter respondere debere. sed cum et ipso Maeciano et aliis amicis nostris iuris peritis adhibitis plenius tractaremus, magis usum est nepotem neque uerbis neque sententia legis aut edicti praetoris ex persona uel nota patris sui excludi a bonis auiti liberti: plurium etiam iuris auctorum, sed et Salui Iuliani amici  
1 nostri clarissimi uiri hanc sententiam fuisse'. Item<sup>3</sup> quaesitum est, si patroni filius capitis  
accusauerit libertum, an hoc noceat liberis ipsius. et Proculus quidem in hac fuit opinione notam adpersam patroni filio liberis eius nocere, Iulianus autem negauit: sed<sup>4</sup> hic idem quod Iulianus erit dicendum.
- 18 SCAEUOLA libro quarto responsorum. Quaero, an libertus prohiberi potest [B. 49, 1, 18] a patrono in eadem colonia, in qua ipse negotiatur, idem genus negotii exercere. Scaeuola respondit non posse prohiberi.
- 19 PAULUS libro primo sententiarum. Ingratus libertus est, qui patrono obse- [B. 49, 1, 19] quium non praestat uel res eius filiorumue tutelam administrare detractat.
- 20 IDEM libro tertio sententiarum. Sicut testamento facto decedente liberto [B. 49, 1, 20] potestas datur patrono uel libertatis causa imposita petere uel partis bonorum possessionem, ita et cum intestato decesserit, earum rerum electio ei manet.
- 21 HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. Siue patronus siue libertus [B. 49, 1, 21] deportetur et post restituatur, amissum patronatus et petendae contra tabulas bonorum possessionis ius recipitur: quod ius seruatur et si in metallum patronus uel libertus dam-  
1 natus restituatur. Excluditur contra tabulas bonorum possessione patronus et si ex uncia heres instituitur et id, quod deest ad supplendam debitam portionem, per seruum iudicio liberti sine condicione et dilatione ei, hereditate uel legato siue fideicommisso, quaeri  
2 potest. Ex duobus patronis unus, ex debita parte heres institutus sine condicione et dilatione, contra tabulas bonorum possessionem petere non poterit, licet, si minor ei portio esset relicta et contra tabulas bonorum possessionem petisset, alia etiam portio ei ad-  
3 crescere potuisset. Naturales liberi liberti exheredati facti, alio ex parte herede instituto, 4 si per seruum ex alia parte parenti successerint, obiciuntur patrono. Liberti filius heres institutus si bona repudiauerit, patronus non excluditur.
- 22 GAIUS libro singulari de casibus. Satis constat, etiamsi in potestate sit pa- [B. 49, 1, 22] rentis filius patronae, nihilo minus legitimo iure ad eum pertinere hereditatem.

*F(DEQICK)*

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): patris pater (de Retes)? <sup>2</sup> amicus noster uir clarissimus et iuris ... diligens religione ... ductus coram nobis adfirmavit (cf. u. 15 et Uat. fr. 41 et al.: notae v. c. male acceptae pro particula ut genuerunt coniunctiuum sit)? <sup>3</sup> item] idem Graeci (u. i. ad u. 5): itaque (similiter Ad. Schmidt Pflichttheilrecht p. 53)? <sup>4</sup> et ins.

1 sunt] sint  $F^1$  5 pater patris] idem legunt Graeci, interpretati de accusatione instituta ab ipso auo, ut deinde § 1 agatur de accusatione instituta a patre: nam uertit Anonymus: εἶτε ἐγὼ κατηγορῶ κεφαλικῶς τοῦ ἀπελευθέρου μου ... εἶτε ὁ γίός μου, oblitus scilicet eorum quae leguntur u. 13 10 anxia'e  $F^1$  | sit ut] *FDEQICK*, est ut Hal., sicut Taur.

11 respondere debere] *fEQ* (in marg. reddere P[isis]), respondere dedere *F*, respondere (om. debere) *DICK* 14 salui o' iuliani  $F^2$  16 opinione'm'  $F^1$  17 adpersam] ad personam  $F^1$  25 datur] datus  $F^1$  26 earum rerum] rerum rerum  $F^2$  28 's'et post  $F^1$  29 patronu'm's  $F^1$  32 sine om.  $F^1$  36 liberi om.  $F^1$  39 constat ut etiamsi *F*

**23** TRYPHONINUS libro quinto decimo disputationum. Si filius patris necem [B. 49, 1, 23] P inultam reliquerit, quam seruus detexit et meruit libertatem, dixi non habendum pro patroni filio, quia indignus est. Cum ex falsis codicillis, qui ueri aliquo tempore crediti sunt, heres ignorans quasi ex fideicommisso libertatem seruis praestitisset, rescriptum est a diuo Hadriano liberos quidem eos esse, sed aestimationem sui praestare debere: et hos liberos 5 manumissoris esse recte probatur, quia saluum est etiam in his libertis ius patroni<sup>1</sup>.

**24** PAULUS imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum [D. 10, 2, 41. B. 49, 1, 25] A sine decretorum ex libris sex libro primo. Camelia Pia ab Hermogene appellauerat, quod diceret iudicem<sup>2</sup> de diuidenda hereditate inter se et coheredem non tantum res, sed etiam<sup>3</sup> liberos diuuisse<sup>4</sup>: nullo enim iure id eum fecisse. <sup>5</sup>placuit nullam esse libertorum diuisionem: alimentorum autem diuisionem a iudice inter coheredes factam eodem modo ratam esse<sup>6</sup>.

## XV.

R DE OBSEQUIIS PARENTIBUS ET PATRONIS PRAE- SEP  
STANDIS R 15

**1** ULPIANUS libro primo opinionum. Etiam militibus pietatis ratio in parentes [B. 81, 2, 1] S  
**1** constare debet: quare si filius miles in patrem aliqua commisit, pro modo delicti puniendus  
**2** est. Et inter collibertos matrem et filium pietatis ratio secundum naturam salua esse debet.  
**3** Si filius matrem aut patrem, quos uenerari oportet, contumeliis adficit uel impias manus  
**4** eis infert, praefectus urbis delictum ad publicam pietatem pertinens pro modo eius uin- 20  
**5** dicat. Indignus militia iudicandus est, qui patrem et matrem, a quibus se educatum dixerit,  
**6** maleficos appellauerit.

**7** IULIANUS libro quarto digestorum. Honori parentum ac patronorum [B. 81, 2, 2] S  
**8** tribuendum est, ut, quamuis per procuratorem iudicium accipiant, nec actio de dolo aut  
**9** iniuriarum in eos detur: licet enim uerbis edicti non habeantur infames ita condemnati, re 25  
**10** tamen ipsa et opinione hominum non effugiunt infamiae notam. Interdictum quoque unde  
**11** ui non est aduersus eos reddendum.

**12** MARCELLUS libro singulari responsorum. Titius puerum emit, quem post [B. 49, 2, 1] S  
**13** multos annos uenire iussit: postea exoratus accepto ab eo pretio eum manumisit: quare,  
**14** an eum filius et heres manumissoris ut ingratum accusare possit. respondit posse, si nihil  
**15** aliud esset impedimento: nam plurimum interesse, a suo seruo quis uel etiam ab amico  
**16** eius acceptis nummis dederit libertatem, an ab eo seruo, qui cum esset alienus in fidem  
**17** eius deuenit. etenim ille etiamsi non gratuitum, beneficium tamen praestitit, iste nihil am- 34  
**18** plius quam operam suam accommodare uideri potest.

**19** MARCIANUS libro secundo publicorum iudiciorum. Per procuratorem ingratum [B. 49, 2, 2] Sf  
**20** libertum posse argui diuus<sup>7</sup> Seuerus et Antoninus rescripserunt.

**21** ULPIANUS libro decimo ad edictum. Parens, patronus patrona, liberius aut [B. 49, 2, 3. 4] E  
**22** parentes patroni patronaue, neque si ob negotium faciendum uel non faciendum pecuniam  
**23** F(DEQICK)

<sup>1</sup> qui nummis a se datis libertatem impetrauerunt similiaue (cf. D. 37, 15, 3) exciderunt  
<sup>2</sup> Paulus libro primo decretorum. Quaedam mulier ab iudice appellauerat quod diceret  
eum l. gem. <sup>3</sup> et l. gem. <sup>4</sup> et alimenta quae dari testator certis libertis iussisset ins.  
l. gem. <sup>5</sup> ex diuerso respondebatur consensisse eos diuisioni et multis annis alimenta  
secundum diuisionem praestitisse ins. l. gem. <sup>6</sup> placuit standum esse alimentorum prae-  
stationi: sed et illud adiecit nullam esse libertorum diuisionem l. gem. <sup>7</sup> diui (edd.)?

1 necem] nec enim F<sup>o</sup> 2 inultum F<sup>2</sup>  
8 siue] sibe F<sup>o</sup> 14 rubr. om. ind. F<sup>1</sup>, habet,  
sed post 38, 14, ind. F<sup>2</sup> | de obsequiis (obsequis  
ind. F) parentibus] F<sup>2</sup> et ind. F cum B (31, 2:  
cf. 49, 2): περι της οφειλομένης τοις γονευσιν  
υποταγής και πάτρωςιν, de liberis et libertis  
et obsequiis parentibus F<sup>2</sup>, de obsequiis a

liberis et a libertis et (a ins. DC<sup>o</sup>) parentibus  
DEC, de obsequiis a libertis et liberis pa-  
rentibus Q, de liberis et libertis et de (de  
om. K) obsequiis a liberis et libertis parenti-  
bus (par. om. K) IK 19 adficiis F<sup>2</sup> 20 prae-  
fectis F<sup>o</sup> 22 maleficos] γόντας B (Syn. Tip.)  
29 ueniri F<sup>o</sup> | exor'at'us F<sup>2</sup> | pr'a'etio F<sup>2</sup>

- 1 accepisse dicerentur, in factum actione tenentur. Sed nec famosae actiones aduersus eos dantur, nec hae quidem, quae doli uel fraudis habent mentionem,
- 6 PAULUS libro undecimo ad edictum. nec serui corrupti agetur, B. 49, 2, 4
- 7 1 ULPIANUS libro decimo ad edictum. licet famosae non sint. Et in quantum facere possunt, damnantur. Nec exceptiones doli patiuntur uel uis metusue causa, uel interdictum unde ui uel quod ui patiuntur. Nec deferentes iusiurandum de calumnia iurant. 2 Nec non et si uentris nomine in possessionem calumniae causa missa dicatur patrona, 3 libertus hoc dicens non audietur, quia de calumnia patroni quaeri non debet. his enim 4 personis etiam in ceteris partibus edicti honor habebitur. Honor autem his personis habebitur 5 ipsis, non etiam interuentoribus eorum: et si forte ipsi pro aliis interueniant, honor habebitur. B. 49, 2, 4
- 8 PAULUS libro decimo ad edictum. Heres liberti omnia iura integra extranei hominis aduersus patronum defuncti habet. B. 49, 2, 6
- 9 ULPIANUS libro sexagesimo sexto ad edictum. Liberto et filio semper honesta et sancta persona patris ac patroni uideri debet. B. 49, 2, 7
- 10 TRYPHONINUS libro septimo decimo disputationum. Nullum ius libertatis causa impositorum habet in mancipato<sup>1</sup> filio<sup>2</sup>, quia nihil imponi liberis solet. nec quisquam dixit iureiurando obligari filium patri manumissori ut libertum patrono: nam pietatem liberi parentibus, non operas debent. B. 31, 2, 3. 49, 2, 8
- 11 PAPINIANUS libro tertio decimo responsorum. Liberta ingrata non est, quod arte sua contra patronae uoluntatem utitur. B. 49, 2, 9

*F(DEQICK)*

<sup>1</sup> emancipato (u. i.)?    <sup>2</sup> pater *ins.* (u. i.)

2 hae] haec *F*<sup>2</sup> 4 de d'cimo *F*<sup>2</sup> 8 queri *F*<sup>2</sup>  
 14 sexto *om.* *F*<sup>2</sup> 17 causa i'mpositorum *F*<sup>2</sup> |  
 habet] sic libri mei: pater *add. edd.*: οὐδὲν ὁ  
 πατὴρ ἐπιτίθεναι τῷ γίῳ ὑπὲρ τοῦ ποιῆσαι αὐτὸν

ἀγτεζοῦσιον δύνεται *B (Anon.)* | mancipato] *F*  
 emancipato *DEICK* | sole'n't *F*<sup>2</sup> 21 pat

## LIBER TRIGESIMUS OCTAUIUS.

## I.

## R DE OPERIS LIBERTORUM R

SEP

PAULUS libro singulari de uariis lectionibus. Operae sunt diurnum officium. [B. 49, 3, 1] S\*

ULPIANUS libro trigensimo octauo ad edictum. Hoc edictum praetor proponit coar- S\*  
tandae persecutionis libertatis causa impositorum: animaduertit enim rem istam libertatis 6  
causa impositorum praestationem<sup>1</sup> ultra excreuisse, ut premeret atque oneraret libertinas  
personas. Initio igitur praetor pollicetur se iudicium operarum daturum in liber- [B. 49, 3, 2]  
tos et libertas.

POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Operas stipulatus ante peractum diem [B. 49, 3, 3] S\*  
operam eius diei petere non potest. Nec pars operae per horas solui potest, quia<sup>2</sup> id est 11  
officii diurni. itaque nec ei liberto, qui sex horis dumtaxat antemeridianis praesto fuisse,  
liberatio eius diei contingit.

IDEM libro quarto ad Sabinum. A duobus manumissus utrique operas pro- [B. 49, 3, 4] S  
miserat: altero ex his mortuo nihil est, quare non filio eius, quamuis superstiti altero, 15  
operarum detur petitio. nec hoc quicquam commune habet cum hereditate aut bonorum  
possessione: perinde enim operae a libertis ac pecunia credita petitur. haec ita Aristo  
scripsit, cuius sententiam puto ueram: nam etiam praeteritarum operarum actionem dari  
heredi extraneo sine metu exceptionis placet. dabitur igitur et uiuo altero patrono<sup>3</sup>. 19

ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum. Si quis operas sit stipulatus sibi [B. 49, 3, 5] S  
liberisque suis, etiam ad postumos peruenit stipulatio.

IDEM libro uicensimo sexto ad Sabinum. Fabriles operae ceteraeque, quae [B. 49, 3, 6] S  
quasi in pecuniae praestatione consistunt, ad heredem transeunt, officiales uero non  
transeunt. 24

IDEM libro uicensimo octauo ad Sabinum. Ut iurisiurandi obligatio contra- [B. 49, 3, 6] S  
tatur, libertum esse oportet qui iuret et libertatis causa iurare. Plane quaeritur, si quis  
liberto suo legauerit, si filio suo iurauerit se decem<sup>4</sup> operarum nomine praestaturum, an  
obligetur iurando. et Celsus Iuuentius obligari eum ait paruique referre, quam ob cau- f. 159  
sa de operis libertus iurauerit: et ego Celso adquiesco. Iurare autem debet post manu-  
ssionem, ut obligetur: et siue statim siue post tempus iurauerit, obligatur. Iurare autem 30  
et operas donum munus se praestaturum, operas qualescumque, quae modo probe iure  
to inponuntur<sup>5</sup>. Rescriptum est a diuo Hadriano et deinceps cessare operarum persecu-  
tionem aduersus eum, qui ex causa fideicommissi ad libertatem perductus est. Da- [Ep. 4, 31]

## DE QICK)

libertatis causa impositorum praestationem del. (Ad. Schmidt Pflichttheilrecht p. 9) <sup>2</sup> con-  
tra est ins. <sup>3</sup> patroni filio ins. <sup>4</sup> operas aut aliquid ins. (u. i. et D. 37, 14, 6, 1)  
Iura nec Graeci legerunt: intercederunt determinationes doni et muneris (cf. D. 50, 16, 194)

de uarus F<sup>1</sup> | operae F<sup>2</sup> | officium F<sup>1</sup> 26 causa's F<sup>4</sup> 27 se 'q' decem operarum no-  
libertatis om. F<sup>1</sup> 7 excreuisse F<sup>2</sup> | pra'e- mine F<sup>4</sup>: quasi esset decem operas (δέκα  
aret F<sup>3</sup> 10 ante' F<sup>2</sup> 11 ho'no'ras F<sup>3</sup> ὑπηρεσίας) uertunt B (Anon.) propter l. 39 pr.  
2 antemeridian'ae'is F<sup>1</sup> 14 utroque F<sup>1</sup> h. t. 40, 9, 32, 1. 2 cet. 28 iubentius F<sup>2</sup>  
6 habet] habeat F<sup>2</sup> 17 operae] opere F<sup>2</sup> 29 adquies't'co F<sup>4</sup> 30 et] ut F<sup>1</sup> 31 pro-  
2] sibi' liberisque F<sup>2</sup> 21 postumus F<sup>1</sup> ue F<sup>1</sup>



- bitur et in impubere, cum adoleuerit, operarum actio: sed interdum et quamdiu (Ep.) impubes est: nam huius quoque est ministerium, si forte uel librarius uel nomenclator uel calculator sit uel histrio uel alterius uoluptatis artifex. Si liberi patroni ex inaequalibus partibus essent instituti, utrum pro parte dimidia an pro hereditariis habeant operarum actionem? et puto uerius liberos pro aequalibus habituros actionem. Parui autem refert, in potestate fuerint liberi an uero emancipati. Sed<sup>1</sup> si in adoptionem datum heredem scripserit patronus, magis est, ut operae ei debeantur. Nec patronae liberi summonentur ab operarum petitione.
- 8 POMPONIUS libro octauo ad Sabinum. Si quando duobus patronis iurauerit libertus operas se daturum, Labeoni placet et deberi et peti posse partem operae, cum semper praeterita opera, quae iam dari non possit, petatur. quod contingit, si uel ipsis patronis iuretur uel promittatur uel communi eorum seruo uel complures heredes uni patrono existant. Pro liberto iurante fideiubere quemuis posse placet.
- 9 ULPIANUS libro trigensimo quarto ad Sabinum. Operae in rerum natura non sunt. Sed officiales quidem futurae<sup>2</sup> nec cuiquam alii deberi possunt quam patrono, cum proprietates earum et in edentis persona et in eius cui eduntur constitit: fabriles autem aliaeque eius generis sunt, ut a quocumque cuiusque solui possint. sane enim, si in artificio sint, iubente patrono et alii edi possunt.
- 10 POMPONIUS libro quinto decimo ad Sabinum. Seruus patroni a liberto male ita stipulatur: 'operas mihi dare spondes'? itaque patrono dari stipulandum est. Libertus operarum nomine ita iurando 'patrono aut Lucio Titio' soluere Lucio Titio non potest, ut a patrono liberetur
- 11 IULIANUS libro uicensimo secundo digestorum. (nihil autem interest, extraneus sit Lucius Titius an filius),
- 12 POMPONIUS libro quinto decimo ad Sabinum. quia aliae operae erunt, quae Lucio Titio dantur. sed si libertatis causa pecuniam promittat libertus egenti patrono aut Titio, omnimodo adiectio Titii ualet.
- 13 ULPIANUS libro trigensimo octauo ad edictum. Si quis hac lege emptus sit, ut manumittatur, et ex constitutione diui Marci peruenerit ad libertatem, operae ei impositae nullum effectum habebunt. Sed nec cui bona addicta sunt ex constitutione diui Marci libertatum conseruandarum causa, poterit operas petere neque ab his, qui directas, neque ab his, qui fideicommissarias acceperunt, quamuis fideicommissarias libertates quae acceperunt, ipsius liberti efficiantur: non enim sic fiunt liberti, ut sunt proprii, quos nulla necessitate cogente manumisimus. Iudicium de operis tunc locum habet, cum operae praeterierint. praeterire autem non possunt, antequam incipiant cedere, et incipiunt, postquam fuerint indictae. Etiam si uxorem habeat libertus, non prohibetur patronus operas exigere.<sup>3</sup> Si impubes sit patronus, uoluntate eius non uidetur liberta nupta, nisi tutoris auctoritas uoluntati accesserit. Rati quoque habitio patrono obest in nuptiis libertas.
- 14 TERENTIUS CLEMENS libro octauo ad legem Iuliam et Papiam. Plane cum desierit nupta esse, operas peti posse omnes fere consentiunt.

F(DEQICK)

<sup>1</sup> et *ins.* (Menge) <sup>2</sup> non sunt, sed futurae. Officiales quidem (cf. *Gai.* 2, 203 al.)? <sup>3</sup> non plura legerunt Graeci: aliud est, si liberta nupsit uoluntate patroni *ins.* (cf. l. 28. 30 § 1. l. 48 h. l. — l.)

2 lib' e' r' o' s' a' r' i' u' s' F<sup>4</sup>: βιβλιογράφος ἐστὶν ἢ καλλιγράφος B (Anon.) | uel nomenclator] FIC, uel nomen uel culator D, uel nummiculator EQK<sup>o</sup>, uel mimicator K<sup>2</sup>: al. miniculator, id est iugillarius [= iocularius] ut C. de epi. au. l. mime [Cod. 1, 4, 4]: al. nummi calculator, quia bene scit computare et summas conseruare Accursius: omittunt Graeci 3 histria F<sup>2</sup> 5 aequalibus] aequalibus partibus F<sup>2</sup> 6 emancipato F<sup>1</sup> 9 patronus F<sup>1</sup> 10 labeoni] labeo in F<sup>2</sup> 12 commuli F<sup>2</sup> 14 operae

quidem seq.] δι' ὑπηρεσίας οὐκ εἰς τὴν ἐν φύσει καὶ αἱ μὲν officialia καὶ μέλλουσαι καὶ μόνον πατρῶν κεχρεώσθηται B (Anon.) 15 nec quicquam F<sup>2</sup> 16 earum] eorum F 21 aut lu'dicio F<sup>4</sup> 24 lu'dicius F<sup>4</sup> 26 egenti patrono aut titio (titio om. F<sup>1</sup>) πενομένη τῶν πατρῶν ... ἢ Πέτρῳ B (Anon.) 27 titi' 30 nec] nec is F<sup>2</sup> | addita F: εἰ τινὶ προσκρῶθῃ ἢ τοῦ τελεγεῖστος οὐσία B (Anon.) | constitutione lib' diui F<sup>o</sup> 34 manumisimus] manumissus F<sup>2</sup> 36 prohibe'n'tur F<sup>2</sup> 40 fere del. F<sup>2</sup>

ULPIANUS libro trigensimo octauo ad || edictum. Libertus, qui post indictio- B. 49, 3, 14 S f. 159'  
nem operarum ualetudine impeditur, quo minus praestet operas, non tenetur: nec enim  
potest uideri per eum stare, quo minus operas praestet. Neque promitti neque solui nec  
deberi nec peti pro parte poterit opera. ideo Papinianus subicit: si non una, sed plures  
operae sint et plures heredes existant patrono qui operas stipulatus est, uerum est obli- 5  
gationem operarum numero diuidi. denique Celsus libro duodecimo scribit, si communis  
libertus patronis duobus operas mille daturum se iurauerit aut communi eorum seruo pro-  
miserit, quingenas potius deberi, quam singularum operarum dimidias.

PAULUS libro quadragesimo ad edictum. Eius artificii, quod post manu- B. 49, 3, 15 S  
missionem didicerit libertus, operas debet praestare, si haec<sup>1</sup> sint, quae quandoque ho- 10  
neste et sine periculo uitae praestantur, nec semper hae<sup>2</sup>, quae manumissionis tempore  
praestari debuerunt. sed si turpes operas postea exercere coeperit, praestare debet eas,  
quas manumissionis tempore praestabat. Tales patrono operae dantur, quales ex aetate  
lignitate ualetudine necessitate proposito ceterisque eius generis in utraque persona aesti-  
mari debent<sup>3</sup>: 15

IDEM libro singulari de iure patronatus. nec audiendus est patronus, si B. 49, 3, 16 S\*  
noscit operas, quas uel aetas recusat uel infirmitas corporis non patitur uel quibus insti-  
tutum uel propositum uitae minuitur.

IDEM libro quadragesimo ad edictum. Suo uictu uestituque operas prae- B. 49, 3, 17 S  
stare debere libertum Sabinus ad edictum praetoris urbani libro quinto scribit: quod si 20  
scire se non possit, praestanda ei a patrono alimenta:

GAIVS libro quarto decimo ad edictum prouinciale. aut certe ita exigendae B. 49, 3, 18 S  
sunt ab eo operae, ut his quoque diebus, quibus operas edat, satis tempus ad quaestum  
faciendum, unde alii possit, habeat: 24

PAULUS libro quadragesimo ad edictum. quod nisi fiat, praetorem ipsam B. 49, 3, 19 S  
patrono denegaturum operarum praestationem: idque est uerum, quia unusquisque, quod  
spondit, suo impendio dare debet, quamdiu id quod debet in rerum natura est. Ex  
prouincia libertum Romam uenire debere ad reddendas operas<sup>4</sup> Proculus ait: sed qui dies  
interea cesserint, dum Romam uenit<sup>5</sup>, patrono perire, dummodo patronus tamquam uir  
bonus et diligens pater familias Romae moraretur uel in prouinciam proficiscatur: ceterum 30  
si uagari per orbem terrarum uelit, non esse iniungendam necessitatem liberto ubique  
eam sequi.

IAUOLENUS libro sexto ex Cassio. Operae enim loco<sup>6</sup> edi debent ubi patro- B. 49, 3, 20 \*E  
nus moratur, sumptu scilicet et uectura patroni. 34

GAIVS libro quarto decimo ad edictum prouinciale. Cum patronus operas B. 49, 3, 21 S  
stipulatus sit, tunc scilicet committitur stipulatio, cum poposcerit nec libertus praestiterit.  
nec interest, adiecta sint haec uerba 'cum poposcero' an non sint adiecta: aliud enim est  
de operis, aliud de ceteris rebus. cum enim operarum editio nihil aliud sit quam officii  
praestatio, absurdum est credere alio die deberi officium, quam quo is uellet, cui prae-  
standum est. Cum libertus promiserit patrono operas se daturum neque adiecerit 'liberisque 40  
eius', constat liberis eius ita demum deberi, si patri heredes extiterint. heredes tamen ex-  
titiisse liberos parenti ita demum prodesse ad operarum petitionem Iuliano placet, si non  
per alium heredes extiterunt. itaque si quis exheredato emancipato filio seruum eius here-  
dem instituerit et per eum seruum heres extiterit filius, repelli eum ab operarum petitione  
debere, perinde ac repelleretur patronus, qui operas non imposuisset uel quas imposuit 45  
F(DEQICK)

<sup>1</sup> haec (DEQICK)? <sup>2</sup> has? <sup>3</sup> quales patrono operae edantur, ex aetate ... aestimari debet? <sup>4</sup> et uice uersa ins. <sup>5</sup> inue prouinciam ins. <sup>6</sup> loco del.

4 peti om. F<sup>1</sup> | ideon parinianus F<sup>2</sup> 10 ope-  
rat F<sup>1</sup> | honestas F 12 postea F<sup>1</sup> F<sup>2</sup>  
13 ae'q'itate F<sup>2</sup> 14 eius} F<sup>1</sup> cum B (Anon.):  
καὶ ἄλλα τοιοῦτότροπα, eiusdem F<sup>2</sup> 20 sa-  
binum F<sup>1</sup> 27 suo] quo F<sup>2</sup>: ἕκαστος γὰρ

τὸ παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθῆν οἰκείοις διῶσι δα-  
πανήμασιν, ἕως ὅτε τὸ χρεωστούμενον ἔστιν  
ἐν φύσει B (Anon.) | quod suppl. F<sup>21</sup> 30 et]  
F<sup>1</sup>, ac F<sup>2</sup> 33 loco] eo loco DQK, e loco I  
37 interest adiectu F<sup>1</sup> 38 e'n'ditio F<sup>2</sup>

- 2 reuendidiasset. In omnibus operis praecipue obseruandum est, ut temporis spatia, [B. 49, 3, 22] quae ad curam corporis necessaria sunt, liberto relinquuntur.
- 23 IULIANUS libro uicensimo secundo digestorum. Hae operae, quas libertus [B. 49, 3, 23] S promittit, multum distant a fabrilibus uel pictoriis operis. denique si libertus faber aut pictor fuerit, quamdiu id artificium exercebit, has operas patrono praestare cogitur. quare 5 sicut fabriles operas quis potest sibi aut Titio stipulari, ita patronus a liberto operas<sup>1</sup> sibi aut Sempronio recte stipulatur: et libertus obligatione soluetur, si tales operas extraneo 1 dederit, quales patrono praestando liberaretur. Si patroni plures consulto in diuersas regiones discesserint et liberto simul operas indixerint, potest dici diem operarum cedere, sed libertum non obligari, quia non per eum, sed per patronos staret, quo minus operae 10 dentur, sicut accidit, cum aegrotanti liberto operae indicuntur. quod si diuersarum ciuitatum patroni sint et in sua quisque moretur, consentire debent in operis ab eo accipiendis: durum alioquin est eum, qui se liberare potest decem diebus operando, simul operis indictis, si in accipiendis non consentiant, compelli ad praestandam alteri quinque operarum aestimationem. 15
- 24 IDEM libro quinquagensimo secundo digestorum. Quotiens certa species operarum in stipulationem deducitur, ueluti pictoriae fabriles, peti quidem non possunt nisi praeteritae, quia etsi non uerbis, at re ipsa inest obligationi tractus temporis, sicuti cum Ephesi dari stipulemur, dies continetur. et ideo inutilis est haec stipulatio: 'operas tuas 20 'pictoriae centum hodie dare spondes? cedunt tamen operae ex die interpositas stipulationis. sed operae, quas patronus a liberto postulat, onestiam non cedunt, quia id agi inter eos uidetur, ne ante cederent quam indictae fuissent, scilicet quia ex commodo patroni libertus operas edere debet: quod in fabro uel pictore dici non conuenit.
- 25 IDEM libro sexagensimo quinto digestorum. Patronus, qui operas liberti sui [B. 49, 3, 24] S locat, non statim intellegendus est mercedem ab eo capere: sed hoc ex genere operarum, 25 1 ex persona patroni atque liberti colligi debet. Nam si quis pantomimum uel archimimum libertum habeat et eius mediocri patrimonii sit, ut non aliter operis eius uti possit quam 2 locauerit eas, exigere magis operas quam mercedem capere existimandus est. Item plerumque medici seruos eiusdem artis libertos perducunt, quorum operis perpetuo uti non 3 aliter possunt, quam ut eas locent. ea et in ceteris artificibus dici possunt. Sed qui operis 30 4 liberti sui uti potest et locando pretium earum consequi mallet, is existimandus est mercedem ex operis liberti sui capere. Nonnunquam autem ipsis libertis postulantibus patroni operas locant: quo facto pretium magis operarum quam mercedem capere existimandi sunt.
- 26 ALFENUS UARUS libro septimo digestorum. Medicus libertus, quod putaret, [B. 49, 3, 25] S si liberti sui medicinam<sup>2</sup> non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum, postulabat, 35 1 ut sequerentur se neque opus facerent: id ius est nec ne? respondit ius esse, dummodo liberae operas ab eis exigeret, hoc est ut adquiescere eos meridiano tempore et ualetu- 1 dinis et honestatis suae rationem habere sineret. Item rogauit, si has operas liberti dare nollent, quanti oporteret aestimari. respondit, quantum ex illorum operis fructus, non quantum ex incommodo dando illis, si prohiberet eos medicinam facere, commodi patronus 40 consecuturus esset.
- 27 IULIANUS libro primo ex Minicio. Si libertus artem pantomimi exerceat, [B. 49, 3, 26] S uerum est debere eum non solum ipsi patrono, sed etiam amicorum ludis gratuitam operam praebere: sicut eum quoque libertum, qui medicinam exerceat, uerum est uoluntate F(DEQICK)

<sup>1</sup> eas *ins. aut* operas *del.* <sup>2</sup> medicus liberti quod putaret si medicinam (*similiter Bynkershoek*)?

1 praecipua<sup>1</sup>e F<sup>2</sup> 3 iulianus] ianolenus F<sup>1</sup>  
4 promisit F<sup>2</sup> 7 si tales operas *seq.*] κατα-  
βάλλων αὐτὰς ὁ ἀπελεύθερος Πέτρῳ (= extraneo)  
ἐλευθεροῦνται: *cf. l. 11 h. t.* 8 'g' regio-  
nes F<sup>2</sup> 10 stare<sup>1</sup> F<sup>2</sup> 19 ephesi<sup>1</sup> a dari F<sup>2</sup>  
21 sed opera<sup>1</sup>e F<sup>2</sup> | id agi<sup>1</sup> F<sup>2</sup> 22 fuissent  
'q' scilicet F<sup>2</sup> 26 pantomimum uel archimi-

mum] ὀρχηστὴς ἢ μίμος B (Anon.) 31 eo-  
rum F<sup>2</sup> 35 sui] sut F<sup>2</sup> | imperantes] FDEK,  
obperantes I<sup>2</sup>, obtemperantes I<sup>2</sup>, imparantes C  
37 libera<sup>1</sup>e's F<sup>2</sup>: liberae operae dicuntur ut  
libera *legatio*, libera *custodia* 38 haec] eas F<sup>2</sup> |  
liberi F<sup>2</sup> 44 praeuere F<sup>2</sup>

patroni curaturum gratis amicos eius. neque enim oportet patronum, ut operis liberti sui utatur, aut ludos semper facere aut aegrotare.

- 28 **PAULUS** libro singulari de iure patronatus. Si duorum plurimue communis [B. 49, 3, 27] Sf  
liberti unius patroni || uoluntate nupserit, alteri patrono ius operarum manet. f. 160'
- 29 **ULPIANUS** libro sexagesimo quarto ad edictum. Si operarum iudicio actum [B. 49, 3, 28] E  
fuerit cum liberto et patronus decesserit, conuenit translationem heredi extraneo non esse dandam: filio autem et si heres non extat et si lis contestata non fuerat, tamen omnimodo competit, nisi exheredatus sit.
- 30 **CELSUS** libro duodecimo digestorum. Si libertus ita iurauerit dare se, quot [B. 49, 3, 29] E  
operas patronus arbitratus sit, non aliter ratum fore arbitrium patroni, quam si aequum 10  
arbitratus sit. et fere ea mens est personam arbitrio substituentium, ut, quia sperent eum  
1 recte arbitraturum, id faciant, non quia uel immodice obligari uelint. In libertam, quae  
uoluntate patroni nupsit, praeteritarum ante nuptias operarum actio datur.
- 31 **MODESTINUS** libro primo regularum. Operis non impositis manumissus, [B. 49, 3, 30] E  
etiamsi ex sua uoluntate aliquo tempore praestiterit, compelli ad praestandas, quas non 15  
promisit, non potest.
- 32 **IDEM** libro sexto pandectarum. Is qui onerandae libertatis causa pecuniam [B. 49, 3, 31] E  
patrono repromiserit, non tenetur: uel patronus, si pecuniam exegerit, bonorum possessio-  
nem contra tabulas eius non potest petere. 19
- 33 **IAUOLENUS** libro sexto ex Cassio. Imponi operae ita, ut ipse libertus se [B. 49, 3, 32] E  
alat, non possunt.
- 34 **POMPONIUS** libro uicensimo secundo ad Quintum Mucium. Interdum et de- [B. 49, 3, 33] E  
minationem et augmentum et mutationem recipere obligationes operarum sciendum est.  
nam dum languet libertus, patrono operae, quae iam cedere coeperunt, pereunt. sed si  
liberta, quae operas promisit, ad eam dignitatem perueniat, ut inconueniens sit praestare 35  
patrono operas, ipso iure haec intercedunt.
- 35 **PAULUS** libro secundo ad legem Iuliam et Papiam. Liberta maior [Pon. 43, 2. B. 49, 3, 34] E  
quinquaginta annis operas praestare patrono non cogitur.
- 36 **ULPIANUS** libro undecimo ad legem Iuliam et Papiam. Labeo ait libertatis [B. 49, 3, 35] E\*  
causa societatem inter libertum et patronum factam ipso iure nihil ualere palam esse. 30
- 37 **PAULUS** libro secundo ad legem Iuliam et Papiam. 'Qui libertinus duos [B. 49, 3, 36] E  
'pluresue a se genitos' natusue in sua potestate habebit praeter eum, qui artem ludicram  
'fecerit quique operas suas ut cum bestiis pugnaret locauerit: ne quis eorum operas doni  
'muneris aliudue quicquam libertatis causa patrono patronae liberisue eorum, de quibus  
1 iurauerit uel promiserit obligatusue erit, dare facere praestare debeto'. Et si non eodem 35  
tempore duo in potestate habuerit uel unum quinquennem, liberabitur operarum obligatione.  
1a 2 Amissi antea liberi ad eas operas, quae postea imponuntur, prosunt, ut Iulianus ait. Sed  
et si uno amisso obliget se, deinde alter nascatur, multo magis Pomponius ait amissum  
3 huic iungi, uti liberetur. Nihil autem interest, utrum ipsi promittat patrono an eis qui in  
4 potestate eius sint. Sed si creditori suo libertum patronus delegauerit, non potest idem 40  
dici: solutionis enim uicem continet haec delegatio. potest tamen dici, si in id, quod pa-  
trone promisit, alii postea delegatus sit, posse eum liberari ex hac lege: nam uerum est  
patrono eum expromisisse<sup>2</sup>, quamuis patrono nunc non debeat: quod si ab initio delegante  
5 patrono libertus promiserit, non liberari eum. Non solum futurarum, sed etiam praeteri-  
6 tarum operarum liberatio fit. Iulianus etiam si iam petitae sunt operae, liberis sublati 45

F(DRQICK)

<sup>1</sup> non del. (Cuiacius coll. h. t. l. 4: u. i.) <sup>2</sup> a se genitos] ex se natos (similiter Cuiacius: cf. p. 326 u. 3)? <sup>3</sup> promississe?

1 curatorum F<sup>2</sup> 6 non esse dandam] οἱ  
καθαίρει ἢ ἀγωγῆ εἰς ἐξωτικὸν κληρονόμον  
B (Amon.) 7 contestata] contesta F 9 quot]  
quod F 10 arbitrium F<sup>2</sup> 20 opere F  
24 si om. F<sup>2</sup> 25 quae de operas F<sup>2</sup> | digni-  
tate m' F<sup>2</sup> | ut c'inconueniens F<sup>2</sup> 30 esse]  
isse F<sup>2</sup> 31 libertinus F<sup>2</sup> 33 quique F<sup>2</sup> |  
uestiis F 36 unum] enim F<sup>2</sup> 37 ab amissi  
legem incipit F | ea's F<sup>2</sup>

- absolutionem faciendam. sed si iam operarum nomine condemnatus est, non potest liberari, quoniam iam pecuniam debere coepit. Postumus liberti heredes patris sui non liberat, quod proficisci liberatio a liberto debet nec quisquam post mortem liberari intellegi potest. ex lege<sup>1</sup> autem nati liberi prosunt. Etiam si in personam liberti collata liberatio est, fideiussores quoque liberantur ex sententia legis: quod si libertus expromissorem dederit, nihil hoc caput ei proderit.
- 38 CALLISTRATUS libro tertio edicti monitorii. Hae demum impositae operae [B. 49, 3, 37] intelleguntur, quae sine turpitudine praestari possunt et sine periculo uitae. nec enim si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono praestare debet, quamuis adhuc corpore quaestum faciat: nec harenarius manumissus tales operas, quia istae sine<sup>2</sup> periculo uitae praestari non possunt. Si tamen libertus artificium exerceat, eius quoque operas patrono praestare debet, etsi post manumissionem id didicerit. quod si artificium exercere desierit, tales operas edere debet, quae non contra dignitatem eius fuerint, ueluti ut cum patrono moretur, peregre profisciscatur, negotium eius exerceat.
- 39 PAULUS libro septimo ad Plautium. Si ita stipulatio a patrono facta sit: 'si decem dierum operas non dederis, uiginti nummos dare spondes?' uidendum est, an nec uiginti actio danda sit, quasi onerandae libertatis gratia promissi sint, nec operarum, quae promissae non sint? an uero operae dumtaxat promissae fingi debeant, ne patronus omnimodo excludatur? et hoc praetor quoque sentit operas dumtaxat promissas. Sequens illa quaestio est, an libertus impetrare debeat, ne maioris summae quam uiginti condemnatur, quia uidetur quodammodo patronus tanti operas aestimasse ideoque non deberet egredi taxationem uiginti. sed iniquum est nec oportet liberto hoc indulgere, quia non debet ex parte obligationem comprobare, ex parte tamquam de iniqua queri.
- 40 PAPIANUS libro uicensimo quaestionum. Si bona patroni uenierint, operarum, quae post uenditionem praeterierint, actio patrono dabitur, etsi alere se possit: ante uenditionem praeteritarum non dabitur, quoniam ex ante gesto agit.
- 41 IDEM libro quinto responsorum. Libertus, qui operarum obligatione dimissus est atque ita liberam testamenti factionem adsecutus est, nihilo minus obsequi uerecundiae tenetur. alimentorum diuersa causa est, cum inopia patroni per inuidiam<sup>3</sup> libertum conuenit.
- 42 IDEM libro nono responsorum. 'Cerdonem seruum meum manumitti uolo ita, ut operas heredi promittat'. non cogitur manumissus promittere: sed etsi promiserit, in eum actio non dabitur: nam iuri publico derogare non potuit, qui fideicommissariam libertatem dedit.
- 43 IDEM libro nono decimo responsorum. Operis obligatus militiae nomen non sine iniuria patroni dabit.
- 44 SCAEUOLA libro quarto quaestionum. Si libertus moram in operis fecerit, fideiussor tenetur: mora fideiussoris nulla est. at in homine debito fideiussor etiam ex sua mora in obligatione retinetur.
- 45 IDEM libro secundo responsorum. Libertus negotiatoris uestiarii an eandem negotiationem in eadem ciuitate et eodem loco inuito patrono exercere possit? respondit nihil proponi, cur non possit, si nullam laesionem ex hoc sentiet patronus.
- 46 UALENS libro quinto fideicommissorum. Liberta si in concubinato patroni esset, perinde ac si nupta eidem esset, operarum petitionem in eam dari non oportere constat.
- 47 IDEM libro sexto fideicommissorum. Campanus scribit non debere praetorem pati donum munus operas imponi ei, qui ex fideicommissi causa manumittatur. sed

<sup>1</sup> idem Graeci (οἱ νόμιμοι παῖδες): ex se? patroni prouidere?

<sup>2</sup> turpitudine, hae sine *ins.* <sup>3</sup> inopiae patroni

2 a postumus legem incipit F | patres F<sup>2</sup>  
4 persona F 15 a om. F<sup>2</sup> 19 sentiat oreras F<sup>o</sup> 21 ideoque] FQ, ideo ipse DEL, ideoque ipse CK Taur. 24 uenierunt F<sup>o</sup>

25 dabitur] habitur F<sup>o</sup> 28 obsequi] F<sup>2</sup>, obsequio F<sup>2</sup>: χρεώσται τὴν ἡν B (Anon.) 42 concubina'tu F<sup>o</sup>

si, cum sciret posse se id recusare, obligari se passus sit, non inhibendam operarum petitionem, quia donasse uidetur.

- 48 HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum. Sicut patronus, ita etiam [B. 49, 3, 47] P patroni filius et nepos et pronepos, qui libertae nullptiis consensit, operarum exactiorem f. 161' amittit: nam haec, cuius matrimonio consensit, in officio mariti esse debet. Si autem nuptiae, 5 quibus patronus consensit, nullas habeant uires, operas exigere patronus non prohibetur. 2 Patronae, item filiae et nepti et pronepti patroni, quae libertae nuptiis consensit, operarum exactio non denegatur, quia his nec ab ea quae nupta est indecore praestantur.
- 49 GAIUS libro singulari de casibus. Duorum libertus potest aliquo casu sin- [B. 49, 8, 48] P gulis diuersas operas uno tempore in solidum edere, ueluti si librarius sit et alii patrono 10 librorum scribendorum operas edat, alter uero peregre cum suis proficiscens operas custodiae domus ei indixerit: nihil enim uetat, dum custodit domum, libros scribere. hoc ita Neratius libris membranarum scripsit.
- 50 NERATIUS libro primo responsorum. Operarum editionem pendere ex existima- [B. 49, 3, 49] P tione edentis: nam dignitati facultatibus consuetudini artificio eius conuenientes edendas. 15 1 Non solum autem libertum, sed etiam alium quemlibet operas edentem alendum aut satis temporis ad quaestum alimentorum relinquendum et in omnibus tempora ad curam corporis necessariam<sup>1</sup> relinquenda.
- 51 PAULUS libro secundo manualium. Interdum operarum manet petitio, etiamsi [B. 49, 3, 50] P ius patroni non sit: ut euenit in fratribus eius, cui adsignatus est libertus, aut nepote alte- 20 rius patroni extante alterius patroni filio.

## II.

## R DE BONIS LIBERTORUM R

SEPA

- 1 ULPIANUS libro quadragesimo secundo ad edictum. Hoc edictum a praetore propositum S\* est honoris, quem liberti patronis habere debent, moderandi gratia. namque ut Seruius 25 scribit, antea soliti fuerunt a libertis durissimas res exigere, scilicet ad remunerandum tam grande beneficium, quod in libertos confertur, cum ex seruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur. Et quidem primus praetor Rutilius edixit se amplius non daturum patrono quam operarum et societatis actionem, uidelicet si hoc pepigisset, ut, nisi ei obsequium 30 praestaret libertus, in societatem admitteretur patronus. Posteriores praetores [B. 49, 4, 1] 30 certae partis bonorum possessionem pollicebantur: uidelicet enim imago societatis induxit eiusdem partis praestationem, ut, quod uiuus solebat societatis nomine praestare, id post mortem praestaret<sup>2</sup>.
- 2 POMPONIUS libro quarto ad Sabinum. Si patronus a liberto praeteritus bo- [B. 49, 4, 2] S norum possessionem petere potuerit contra tabulas et antequam peteret decesserit uel dies 35 ei bonorum possessionis agnoscendae praeterierit, liberi eius uel alterius patroni petere poterunt ex illa parte edicti, qua, primis non petentibus aut etiam nolentibus ad se pertinere, sequentibus datur, atque si priores ex eo numero non essent. Sed si patronus heres 40 institutus uiuo liberto decessisset superstitibus liberis, quaesitum est, an illi contra tabulas testamenti bonorum possessionem petere possint: et eo decursum est, ut mortis tempus, 40 quo defertur bonorum possessio, spectari debeat, an patronus non sit, ut, si sit, ex prima 2 parte edicti liberi eius bonorum possessionem petere non possint. Si filius emancipatus [B]

F (DEQICK)

<sup>1</sup> *idem Graeci (u. i.): necessaria (Hal.: cf. h. t. l. 22 § 2)?*    <sup>2</sup> ut quod uiuus nolebant societatis nomine praestare, id post mortem praestarent?

10 patronus liberorum F<sup>o</sup> 11 edat] sed  
ita F<sup>1</sup> 12 libro's F<sup>2</sup> 14 ex existimatione]  
scripsi, existimatione FQ, existimationem  
DEI, de existimatione C, de estimatione K,  
ex aestimatione Taur.: δει τας ύπηρεσις δι-  
δοσθαι προς την ύπόληψιν B (Anon.) 15 con-

suetudin'e'i F<sup>4</sup> | edendos F<sup>o</sup> 17 ad curam  
corporis necessariam] προς αναγκαιαν επιμε-  
λειαν του ιδιου σώματος B (Anon.) 23 liberti  
ind. F: περι διακατοχής απελευθέρων B 28 pri-  
mus F<sup>2</sup> 37 petentibus] potentibus F<sup>o</sup>



donationes uice legatorum funguntur. Sed et si non mortis causa donauit libertus patrono, contemplatione tamen debitae portionis donata sunt, idem erit dicendum: tunc enim uel quasi mortis causa imputabuntur uel quasi adgnata repellent patronum a contra tabulas bonorum possessione. Si patrono condicionis implendae causa quid datum sit, in portionem debitam imputari debet, si tamen de bonis sit liberti profectum. Debitam autem partem eorum, quae cum moritur libertus habuit, patrono damus: mortis enim tempus spectamus. sed et si dolo malo fecit, quo minus haberet, hoc quoque uoluit praetor pro eo haberi, atque si in bonis esset.

4 PAULUS libro quadragesimo secundo ad edictum. Si necem domini detexerit [B. 49, 4, 3] S seruus, praetor statuere solet, ut liber sit: et constat eum quasi ex senatus consulto libertatem consecutum nullius esse libertum. Si libertus captus ab hostibus ibi decesserit, quamuis liberti appellatio eum non tangat, tamen propter legem Corneliam, quae testamentum sic confirmat atque si in ciuitate decesserit, patrono quoque bonorum possessio danda erit. Si deportatus patronus sit, filio eius competit bonorum possessio in bonis liberti nec impedimento est ei talis patronus, qui mortui loco habetur. et dissimile est, si patronus apud hostes sit: nam propter spem postliminii obstat liberis suis. Si extraneus a liberto heres institutus rogatus sit filio hereditatem restituere, cum ex senatus consulto f. 162' Trebelliano restituta hereditate heredis loco filius habetur, patronus summouendus est.

5 GAIUS libro quinto decimo ad edictum prouinciale. Libertinus, qui patronum patronique liberos habet, si patronum ex parte debita heredem instituit, liberos eius in eandem portionem substituere debet, ut, licet patronus uiuo liberto mortuus fuerit, satisfactum uideatur liberis eius. Si patroni filium emancipatum et nepotem ex eo, qui in familia remansit, libertus habeat, filio tantum, non etiam nepoti satisfacere debet libertus: nec ad rem pertinet, quod ad parentis bona pariter uocantur. 24

6 ULPIANUS libro quadragesimo tertio ad edictum. Etsi ex modica parte instituti sint liberi liberti, bonorum possessionem contra tabulas patronus petere non potest: nam et Marcellus libro nono digestorum scripsit quantulumque ex parte heredem institutum liberti filium patronum expellere. Cum patroni filia heres instituta cf. l. 42 § 8 h. t. esset a liberto falsumque testamentum dictum esset, in quo scripta erat, et appellatione interposita et pendente diem obisset: heredibus eius diuus Marcus subuenit, ut id haberent, quod haberet patroni filia, si uiueret. Si filius liberti heres ab eo institutus abstinerit, quamuis nomine sit heres, patronus admittitur. Sed et si per integram restitutionem is, qui mixtus est paternae hereditati uel qui adit hereditatem, abstinerit se, poterit quis patronum admittere. Patronus patronique liberi si secundum uoluntatem mortui liberti hereditatem adierint legatumue aut fideicommissum petere maluerint, ad contra tabulas bonorum possessionem non admittuntur. 35

7 GAIUS libro quinto decimo ad edictum prouinciale. Nam absurdum uidetur licere eidem partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere. [B. 49, 4, 5] S

8 ULPIANUS libro quadragesimo tertio ad edictum. Si uero non habuit effectum petitionis eius, dico non impediri, quo minus adiuuetur. quin immo et si sic adit quasi debita portione institutus, mox apparuit eum minorem partem quam sperauit accepisse, sequissimum est admitti eum ad suum auxilium. sed et si testato conuenisset heredem, ut sibi legatum solueretur, mox paenitisset, puto eum posse adiuuari. Si patronus legatum sibi relictum adgnouerit idque fuerit euictum, competit ei legitimum auxilium, quia id, quod sperauit se habiturum, non habet. sed et si non totum euictum sit, uerum aliquo 45

### F(DEQICK)

<sup>1</sup> idem Graeci: suus ins.

15 mortu'o'i F<sup>a</sup> 17 re'stituere F<sup>a</sup> 21 uini F<sup>a</sup> 22 nepotem] scripsi cum B (Anon.): και ε'ρονος ε'ξ αυτου' με'ινας υπο' την ε'ξο'γ'cian του' πα'τ'ρος, nepotes F 30 ut id 'et' haberent F<sup>a</sup> 34 ne] si F<sup>a</sup> | qui's' F<sup>a</sup> 39 si uero non ha-

buit effectum petitiō eius] ει δε μη ει'γεν απο- τελεσμα τα λη'γ'τα B (Anon.) 43 si patronus legatum sibi relictum adgnouerit idque fuerit om. F<sup>a</sup> 45 sperabit F



- 2 minus habet quam putauit, erit ei subueniendum. Si seruo uel filio suo aliquid relictum patronus adgnouerit, perinde a contra tabulas bonorum possessione repelletur atque si adgnouisset sibi relictum. Sed et si mortis causa donationem adgnouerit, dicendum est repelli eum a contra tabulas bonorum possessione, sic tamen, si post mortem liberti adgnouit. ceterum si ei uiuus libertus donauit, ille accepit, non ideirco erit repulsus a contra tabulas bonorum possessione, quia potest dicere sperasse quod in testamento quoque gratus circa eum fieret, remittique ei debet ab eis decedere uel ea compensare in portionem pro rata<sup>1</sup>.
- 4 Quare dicitur et si condiciois implendae causa quid fuerit datum patrono post mortem liberti, repelli eum a contra tabulas bonorum possessione, quasi adgnouerit iudicium. Si patronus minor annis uiginti quinque liberti iudicium adgnouerit, in integrum restitui eum oportere existimamus, ut possit contra tabulas accipere.
- 9 PAULUS libro quadragensimo secundo ad edictum. Qui in seruitutem libertum patrum petierit, nec nomine liberorum bonorum possessionem accipere potest. [B. 49, 4, 6]
- 10 ULPIANUS libro quadragensimo quarto ad edictum. Si ex patronis alicui satisfactum non erit ita, ut alii amplius sua portione ex bonis liberti relinquatur: ei, cui satisfactum non erit, ita actio dabitur, ut eius portio suppleatur ex eo, quod extraneo heredi et quod patrono || supra suam portionem relictum est. eadem ratio et in pluribus patronis seruabitur. Iulianus ait eum, qui ab auo suo exheredatus est, a bonis libertorum eius summoneri, a patris uero sui libertorum bonis non excludi: quod si a patre sit exheredatus, ab auo non sit, non solum a libertorum paternorum bonis, uerum etiam ab aui quoque excludi debere, quia per patrem auitos libertos consequitur: quod si pater eius sit ab auo exheredatus, ipse non sit, posse nepotem auitorum libertorum contra tabulas bonorum possessionem petere. idem ait, si pater me exheredauit, auus meus patrem meum et prior auus decesserit, ab utriusque libertis me repelli: sed si ante pater decessisset, postea auus, dicendum erit nihil mihi nocere patris exheredationem ad auitorum libertorum bona.
- 11 IULIANUS libro uicensimo sexto digestorum. Quod si pater meus a patre suo sit exheredatus, ego neque a patre meo neque ab auo, mortuo quidem patre et aduersus auitos et aduersus paternos libertos ius habebō, uiuente patre, quamdiu in potestate eius ero, non petam contra tabulas auitorum libertorum bonorum possessionem, emancipatus non summonerbor.
- 12 ULPIANUS libro quadragensimo quarto ad edictum. Si patronus testamento iure militari facto filium silentio exheredauerit, debet nocere ei exhereditatio: uerum est enim hunc exheredatum esse. Si quis libertum filio suo adsignauerit eumque exheredauerit, admitti potest ad bonorum liberti possessionem. Si quis non mala mente parentis exheredatus sit, sed alia ex causa, exhereditatio ipsi non nocet: ut puta pone furoris causa exheredatum eum uel ideo, quia impubes erat, heredemque institutum rogatum ei restituere hereditatem. Si quis, cum esset exheredatus, pronuntiatu uel perperam sit exheredatus non esse, non repellitur: rebus enim iudicatis standum est. Si filius patroni exheredatus in partem optinuerit de inofficioso, in partem uictus sit, uideamus, an noceat ei exhereditatio. et nocere arbitror, quia testamentum ualeat, a quo exheredatus est. Ex testamento autem, ex quo neque adita hereditas est neque petita bonorum possessio, liberis exhereditatio non nocet: absurdum est enim in hoc tantum ualere testamentum, ut exhereditatio uigeat, cum alias non ualeat. Si patroni filius priore gradu sit heres scriptus, secundo exheredatus, huic non nocet exhereditatio, cum uoluntate patris uel extiterit heres uel existere potuerit: neque enim debet uideri pater indignum existimasse filium bonis liber-
- F(DEQICK)

<sup>1</sup> pro rata] pro re data?    <sup>3</sup> a del.

1 subueniendum F<sup>1</sup> 5 ille] et ille F<sup>2</sup>  
7 uel hab'ea F<sup>6</sup> 13 paternum] patronum  
F<sup>1</sup> | bonorum om. F<sup>1</sup> 15 ita om. F<sup>2</sup> 17 post  
patronis add. libertorum eius summoneri ea  
patris F<sup>2</sup> 21 auito's' F<sup>2</sup>, au'ito F<sup>6</sup> 28 abito's  
F 31 si patronus ... 33 exheredatum

esse om. F<sup>1</sup> nec uertit interpres Graecus, puto  
quoniam contrarium legitur h. t. l. 47 § 4: sunt  
autem optime scripta et omnino antiqua. cf.  
supra ad p. 328 u. 9 35 sit om. F<sup>1</sup> 36 quia  
impubes] qui iam pubes F<sup>2</sup> 40 quia testa-  
mentom F<sup>2</sup>

torum, quem ad hereditatem suam primum uocauerit. ac ne eum quidem existimandum est summoneri a bonis liberti, qui a primo gradu exheredatus et idem substitutus est. ergo is, qui institutus sit heres uel primo gradu uel sequenti uel alio quo gradu, licet 7 exheres sit eodem testamento, non est summouendus a liberti bonis. Si patroni filius emancipatus noluerit adire hereditatem uel qui in potestate est retinere, nihilo minus liberti 5 bonorum possessionem habebit.

3 IULIANUS libro uicensimo sexto digestorum. Filius patroni exheredatus, [B. 49, 4, 10] S<sup>o</sup> quamuis nepos ex eo heres scriptus fuerit, bonorum possessionem contra tabulas paternorum libertorum accipere non potest: licet enim necessarius existat patri suo, non per semetipsum, sed per alium ad hereditatem admittitur. et certe constat: si emancipatus 10 filius exheredatus fuerit et seruus eius heres scriptus, etsi iusserit seruo hereditatem adire et ita patri suo heres extiterit, non habebit contra tabulas paternorum libertorum bonorum possessionem.

4 ULPIANUS libro quadragensimo quinto ad edictum. Qui, cum maior natu [B. 49, 4, 11] S<sup>o</sup> esset quam uiginti quinque annis, libertum<sup>1</sup> capitis accusauerit aut in seruitutem petierit, 15 remouetur a contra tabulas bonorum possessione. Si uero accusauerit minor, dicendum 2 est hunc non excludi, siue ipse siue tutor eius uel curator accusauerit. Sed<sup>2</sup> si minor quidem instituerit accusationem, maior autem factus sententiam acceperit, benigne erit dicendum ignosci ei debere, quia minor coepit. neque enim || imputare ei possumus, cur f. 163' non deseruit accusationem uel cur abolitionem non petierit, cum, alterum si fecisset, in 20 Turpillianum incideret, alterum non facile impetretur. certe si abolitione publice data repetit iamiam maior, dicendum est hunc esse remouendum: maior enim factus potuit sine 3 timore deserere abolitam accusationem. Is demum uidetur capitis accusasse, qui tali iudicio appetit, cuius poena aut supplicium habuit aut exilium, quod sit uice deportationis, 4 ubi ciuitas amittitur. Si tamen quis libertum eo crimine accusauerit, cuius poena non est capitis, uerumtamen iudicanti placuit augere poenam, non obest hoc patroni filio: neque 5 enim imperitia aut seueritas iudicantis obesse debet patroni filio, qui crimen leuius inportauit. Sed<sup>3</sup> si non accusauerit, sed testimonium in caput liberti dixit aut subiecit accusatorem, 6 puto eum a contra tabulas remoueri. Si libertus maiestatis patroni filium accusauit et patroni filius calumniae eum capitis puniri desiderauit, non debet repelli hoc edicto. 80 idem puto et si ab eo petitus retorsit in eum crimina: ignoscendum enim est ei, si noluit se ulcisci prouocatus. Si patris mortem defendere necesse habuerit, an dicendum sit hic quoque ei succurrendum, si libertum paternum propter hoc accusauit, medicum forte patris aut cubicularium aut quem alium, qui circa patrem fuerat? et puto succurrendum, si affectione et periculo paternae substantiae ducente necesse habuit accusationem uel calumniosam 85 instituire. Accusasse autem eum dicimus, qui crimina obiecit et causam perorari usque ad sententiam effecit: ceterum si ante quieuit, non accusauit: et hoc iure utimur. sed si appellatione interposita desiit, benigne dicetur non pertulisse accusationem. si igitur pendente appellatione decessit libertus, patroni filius admittetur ad bonorum possessionem, quia sententiae libertus morte subtractus est. Si patroni filius aduocationem 90 accusatori liberti praestitit, non est repellendus: neque enim aduocatus accusat. Si pater testamento cauerit, ut accusaretur libertus, quasi uenenum sibi parasset aut quid aliud in se admisisset: magis est, ut ignosci liberis deberet, qui non sponte accusauerunt. Sed et si accusauerit libertum et probauerit crimen patroni filius posteaque hic [B. 49, 4, 12] libertus sit restitutus, non erit repellendus: crimen enim quod intendit etiam perfecit. 45

F(DEQICK)

<sup>1</sup> idem Graeci: paternum ins.    <sup>2</sup> et ins.    <sup>3</sup> et ins. (εἰ δὲ καὶ B)    <sup>4</sup> peregit?

2 exheredatos F<sup>2</sup> 4 exheres F<sup>3</sup> 8 paternorum libertorum 'paternorum' accipere F<sup>2</sup> 14 natu's F<sup>2</sup> 18 erit i dicendum ignosci ei debere F<sup>2</sup>, erit ignoscendum ignoscen deb. F<sup>2</sup> 21 repetit iamiam] F<sup>2</sup>, repetitaiam (sic) F<sup>2</sup>:

μείζων γενόμενος ἀνενώσατο αὐτὴν B (Anon.) 27 debe'at F<sup>2</sup> 32 dicendus F 35 ducent'a'e F<sup>4</sup> 40 sententia F 45 enim] eritum F<sup>2</sup>

- 15 TRYPHONINUS libro septimo decimo disputationum. Idem est et si crimen [B. 49, 4, 12] quidem, quod in liberto probatum est, meruerat capitis poenam, benignius autem punitus est libertus, ueluti tantum relegatus: de calumniatore enim sensit praetor.
- 16 ULPIANUS libro quadragesimo quinto ad edictum. In seruitutem petisse [B. 49, 4, 18] non is uidetur, qui ei, qui in possessione erat seruitutis, petenti se in libertatem contra- 5  
1 dixit, uerum is, qui ex libertate petit in seruitutem. Sed et si quis non totum suum, sed pro parte uel usum fructum in eo suum dicat uel quid aliud, quod habere non potest in 2 eo, nisi seruus sit, an repellatur quasi in seruitutem petierit? quod est uerius. Si petierit in seruitutem et optinuerit, mox cognita ueritate passus sit in libertate morari, non debet 3 ei obesse, maxime si habuit iustam causam errandi. Petisse in seruitutem non uidetur, 10  
4 qui ante litem contestatam destitit: sed et si post litem contestatam, dicendum est nec id nocere debere, quia non usque ad sententiam durauit. Si patroni filius sit uel exheredatus uel si in 1 seruitutem libertum paternum petiit uel capitis accusauerit libertum, non nocet hoc liberis eius, qui in potestate non sunt: et hoc diui fratres Quintillii rescripse- 1-  
5 runt. Si quis bonorum possessionem contra tabulas liberti acceperit, ab omni liberti iudicio repellitur, nec tantum si ipsi liberto heres fuerit scriptus, uerum etiam si inpuberi filio substitutus. nam et Iulianus scripsit, si post petitam bonorum possessionem adierit 6 impuberis filii liberti hereditatem patronus, denegari ei debere actiones. Sed et si quid codicillis fuerit patrono relictum uel mortis causa donatum, simili modo horum quoque 7 persecutio denegabitur. Nonnumquam plane post petitam bonorum possessionem dabitur 8 patrono legati persecutio, si nihil ad emolumentum eius peruenerunt sit, quia forte rogatus est alii restituere. Praeterea non tantum quod ipsis nominatim datum est, id se praetor denegaturum ait, uerum etiam si quid proponas ad ipsos per alios peruenerunt, 9 ut puta per subiectas personas, quod quidem sunt habituri, non restituri. Dabimus legati petitionem patrono, si seruo patroni dederit 3 libertatem pretio eius patrono praele- 2  
10 gato. Ei, qui substitutus erit patrono, qui contra tabulas possessionem petierit, actio eius partis, cuius patrono possessio data erit, non datur. Si patronus 3 sit substitutus et patronus uiuo testatore decesserit, filium patroni petentem contra tabulas bonorum possessionem non solius substituti partem occupare, uerum omnibus heredibus pro parte aliquid 3  
11 auferre constat.
- 17 IDEM libro quadragesimo septimo ad edictum. Liberto sine liberis mortuo [B. 49, 4, 18] in primis patronus et patrona bonorum possessionem accipere possunt et quidem simul. sed et si patrono et patronae proximi sunt aliqui, simul admittentur.
- 18 PAULUS libro quadragesimo tertio ad edictum. Patronae quidem liberi etiam [B. 49, 4, 14] uolgo quaesiti accipient materni liberti bonorum possessionem, patroni autem non nisi iure 3  
12 quaesiti.
- 19 ULPIANUS libro quarto disputationum. Si patronus ex minore parte quam [B. 49, 4, 15] legitima heres institutus falsum testamentum dixisset nec optinisset, non est ambiguum contra tabulas ei non deferri bonorum possessionem, eo quod facto suo perdidit hereditatem, cum temere falsum dixit. Quod si ex debita parte fuerit institutus, siue adiit siue 1  
13 non, a contra tabulas bonorum possessione repellitur, quasi debitam sibi portionem acceperit. nec poterit contra 4 tabulas bonorum possessionem petere.

## F(DEQICK)

1 filius uel exheredatus sit uel in? 2 libertus *ins. cum B* (u. i.: *Ad. Schmidt l. c. p. 71*)  
3 *idem Graeci* (u. i.): patrono (*Pothier*)? 4 contra] secundum (*cf. supra p. 328 u. 32*)?

1 etsi' F<sup>1</sup> 5 contra'dixit F<sup>2</sup> 10 h'habuit F<sup>2</sup>  
11 si del. F<sup>1</sup> 13 uel si in s'trument'eruitutem F<sup>1</sup> | pet'it uel F<sup>2</sup> 14 non s'it'unt F<sup>1</sup>  
17 'si' post F<sup>1</sup> 18 deberi F 19 patronum F<sup>2</sup> 21 patroni F 25 si seruo patroni est.] εἴαν καταλείνη ὁ ἀπελεύθερος λόγῳ τοῦ πάτρωνος ἐλευθερίαν B (*Anon.*) | praelegato] non praelegato DQICK, om. inter alia E

27 si patronus seq.] εἰ δὲ αὐτὸς ὁ πάτρων ὑποκαταστάς ἐν ζωῇ τοῦ ἀπελεύθερου ἐτελεύτησεν B (*Anon.*) 33 admittuntur F<sup>1</sup> 38 legitima' e' F<sup>2</sup> 40 falsum F<sup>2</sup> | siue adiit seq.] κληρονομῶν καὶ μὴ κληρονομῶν ἐκπίπτει τῆς κατὰ τῆς διαθήκης ἐναντιώσεως B (*Anon.*)  
41 tabu's'las F<sup>1</sup> 42 nec poterit om. F<sup>2</sup>

- 20 IULIANUS libro uicensimo quinto digestorum. Libertus sub condicione iuris- [B. 49, 4, 16] S  
 iurandi, quam praetor remittere solet, patronum instituit heredem: non puto dubitandum,  
 1 quia a bonorum possessione submoueat: uerum est enim eum heredem factum. Si Titio  
 legatum fuisse eiusque fidei commissum, ut patrono restitueret, denegatur legatorum actio  
 2 Titio, si patrono pro debita parte a scripto herede fuerit satisfactum. Libertus patronum  
 et extraneum coniunctim ex parte dimidia heredem scripsit: quadrans, ex quo institutus  
 erat patronus, totus ipsi imputari debet, residuum ex debita sibi parte omnibus heredibus  
 3 pro portione cuiusque aufert. Idem seruari conueniet in legato, quod patrono coniunctim  
 et Titio datum fuerit, ut pars legati in portionem debitam patrono imputetur, ex reliqua  
 4 parte tantum Titio detrahatur, quantum ab herede, pro rata portione. Si libertinus filium  
 emancipatum sub condicione heredem instituerit et deficiente condicione substitutus adierit,  
 quaero, utrum patrono aduersus substitutum in partem debitam praetor an emancipato filio  
 in totam hereditatem succurrere debeat. respondi, cum pater filium sub condicione primo  
 gradu heredem instituit, si deficiente condicione, sub qua filius heres institutus est, ad  
 secundum gradum hereditas pertinet uel adhuc pendente condicione filius decesserit, pa- 15  
 trono partis debitae bonorum possessionem aduersus substitutum competere. idemque est  
 et si filius uel non petierit bonorum || possessionem tempore exclusus uel repudauerit. si f. 164  
 uero deficiente condicione hereditas ad filium pertineat, emancipatum potius tuebatur prae-  
 tor aduersus substitutum<sup>1</sup>. existimo autem, quotiens sub condicione heres filius scribitur,  
 alias necessariam esse exheredationem a substitutis, alias supernuacnam: nam si id genus 20  
 condicions fuerit, quae in potestate filii esset, ueluti 'cum testamentum [BS. 40, 8, 3 sch. 10  
 fecerit', puto etiam ommissa condicione filium locum substitutis facere: si uero condicio non  
 fuerit in potestate filii, ueluti 'si Titius consul factus fuerit', tunc substitutus non admit-  
 titur, nisi filius ab eo nominatim exheredatus fuerit. Si libertus filium emancipatum [BS]  
 heredem instituerit eiusque fidei commiserit, ut totam hereditatem Sempronio restitueret, 25  
 et filius, cum suspectam sibi hereditatem diceret, iussu praetoris adierit eam et Sempronio  
 restituerit: non inique patrono bonorum possessio partis debitae dabitur, perinde ac si non  
 6 filius, sed is cui hereditas restituta est liberto heres exstitisset. Item cum filius hereditatem  
 liberti patris omiserit et coheres eius totius hereditatis onus susceperit, danda erit patrono  
 bonorum possessio. utroque enim casu non filio, sed extraneo pars eripitur. 30
- 21 IDEM libro uicensimo sexto digestorum. Ex tribus patronis uno cessante [B. 49, 4, 17] S  
 bonorum possessionem petere duo aequas partes habebunt.
- 22 MARCIANUS libro primo institutionum. Si filius familias miles manumittat, [B. 49, 4, 18] S\*  
 secundum Iuliani quidem sententiam, quam libro uicensimo septimo digestorum probat,  
 patris libertum faciet: sed quamdiu, inquit, uiuit, praefertur filius in bona eius patri. sed 35  
 diuus Hadrianus Flauio Apro rescripsit suum libertum eum facere, non patris.
- 23 IULIANUS libro uicensimo septimo digestorum. Si libertus praeterito patrono [B. 49, 4, 19] S  
 extraneum instituerit heredem et patronus, antequam contra tabulas bonorum possessionem  
 petierit, in adoptionem se dederit, deinde scriptus omiserit hereditatem: patronus totorum  
 1 bonorum liberti possessionem et legitimus petere potest. Si libertus intestato decesserit 40  
 relictis patroni filio et ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admittentur, quamdiu  
 2 filius esset, quia proximum quemque ad hereditatem liberti uocari manifestum est. Si  
 autem ex duobus patronis alter unum filium, alter duos reliquisset, dixi uiriles inter eos  
 44  
 partes fieri.
- 24 IDEM libro sexagensimo quinto digestorum. Communi liberto si ex duobus [B. 49, 4, 20] S  
 F(DEQICK)

<sup>1</sup> aduersus substitutum del. (cf. u. 12)

8 cuiusque F<sup>2</sup> 13 primo ... 14 condicione  
 bis F<sup>1</sup> 18 emancipatu's m F<sup>4</sup> 20 u' alias  
 supernuacnam F<sup>4</sup> 27 perinde] ainde F<sup>2</sup>  
 23 amiserit F<sup>2</sup> 35 facie sed F | in om. F<sup>2</sup>  
 40 ut legitimus petere potest] τὴν ἐκ τοῦ  
 νόμου βουθεσίαν ὁ πατρῶν αἰτεῖν δύναιται B

(Anon.): cf. l. 47 § 3 h. t. 45 legem sic distin-  
 xerunt editio Gothofrediana a. 1781 et nuper  
 Ad. Schmidt l. c. p. 40, quam distinctionem se-  
 quuntur etiam Graeci: τὸ μέρος τοῦ ὀρκώσαντος  
 τὸν ἀπελεύθερον μὴ γῆμαι ἢ προτελεγῆσαντος  
 αὐτοῦ τῷ ἄλλῳ προστίθεται πατρῶνι B (Anon.)

patronis alter iusiurandum exegerit<sup>1</sup> ne uxorem ducat, uel uiuo liberto decesserit: is qui extra hanc culpam fuerit uel superuixerit partis utriusque debitae bonorum possessionem solus habebit.

- 25 IDEM libro primo ad Urseium Feroecem. Quamdiu patrono bonorum possessio [B. 49, 4, 21] partis debitae dari potest, exceptio debitoribus datur aduersus heredem petentem: 'si non in ea causa sit patronus, ut bonorum possessionem pro parte debita contra tabulas petere possit'.
- 26 AFRICANUS libro secundo quaestionum. Liberto octoginta habenti fundus [B. 49, 4, 22] quadraginta legatus est: is die cedente legati decessit extraneo herede instituto. respondit posse patronum partem debitam uindicare: nam uideri defunctum mortis tempore ampliorum habuisse rem centum, cum hereditas eius propter computationem legati pluris uenire possit. neque referre, heres institutus repudiet legatum liberto relictum nec ne: nam et si de lege Falcidia quaeratur, tale legatum quamuis repudiatum in quadrantem hereditatis imputatur legatariis<sup>2</sup>.
- 27 IDEM libro quarto quaestionum. Uiuo filio si nepos exheredatur, nocebit ei [B. 49, 4, 23] exhereditatio ad bona libertorum auitorum.
- 28 FLORENTINUS libro decimo institutionum. Si in libertinum animaduersum [B. 49, 4, 24] erit, patronis eius ius, quod in bonis eius habituri essent, || si is in quem animaduersum est sua morte decessisset, eripiendum non est. sed reliquam partem bonorum, quae ad manumissorem iure ciuili non pertineat, fisco esse uindicandam placet. Eadem seruantur in bonis eorum qui metu accusationis mortem sibi consciuerint aut fugerint, quae in damnatorum bonis constituta sunt.
- 29 MARCIANUS libro nono institutionum. Qui ex causa fideicommissi manu- [B. 49, 4, 25. 26] mittitur, est quidem libertus manumissoris et tam contra tabulas quam ab intestato ad bona eius uenire potest quasi patronus: sed operas ei imponere non potest nec impositas ab eo petere. Sed si defunctus filio suo legauit seruum et rogauit, ut eum manumittat, ea mente, ut plenum ius patroni habeat, defendendum est posse eum operas iure imponere.
- 30 GAIVS libro secundo ad edictum praetoris urbani titulo de liberali causa. Si [B. 49, 4, 27] quis libertum paternum in seruitutem ea uoluntate petierit, ut causam euictionis sibi conseruet, non amittit beneficium bonorum possessionis.
- 31 MARCELLUS libro nono digestorum. Patrono libertus fundum, quem ab eo [B. 49, 4, 27] alienum emerat, legauit et constituit patronus ad se pertinere legatum: contra tabulas bonorum possessionem accipere non potest, etsi nihil profecit ei legatum, quia alienam rem legauerit ei libertus, quia patronus ipse eum liberto uendiderat.
- 32 IDEM libro decimo digestorum. Si libertus meus in seruitutem redactus [B. 49, 4, 28] postea ab alio liberatus est et eius coeperit esse libertus, praefertur mihi in contra tabulas bonorum possessione qui eum<sup>3</sup> manumisit.
- 33 MODESTINUS libro singulari de manumissionibus. Si patronus non aluerit [B. 49, 4, 29] libertum, lex Aelia Sentia adimit eius libertatis causa imposita tam ei, quam ipsi<sup>4</sup> ad quem ea res pertinet, item hereditatem ipsi et liberis eius, nisi heres institutus sit, et bonorum possessionem praeterquam secundum tabulas.
- 34 IAUOLENUS libro tertio ex Cassio. Si libertus, cum duos patronos haberet, [B. 49, 4, 30] alterum praeteriit, alterum ex semisse fecit heredem et alteri extraneo semissem dereliquit, scriptus quidem patronus debitam sibi partem immunem habet: de cetera autem parte patroni, quae supra debitum ei relicta est, et de semisse extraneo relicto alteri patrono pro rata portione satisfieri oportet.

*F(DEQICK)*

<sup>1</sup> adegerit (*Cuiacius*)?    <sup>2</sup> *idem Graeci* (ἀορίζεται τοῖς ἀνηγαταρίοις): imputatum iri a legatariis?  
<sup>3</sup> iterum *ins.* (u. i.)    <sup>4</sup> tam ipsi quam ei?

2 utroque *F*<sup>2</sup> 12 neque h'referre *F*<sup>6</sup> 16 aui-  
 t'orum *F*<sup>6</sup> 18 ius *om.* *F*<sup>2</sup> 19 qu'a'e *F*<sup>2</sup>  
 21 in bonis] is b. *F*<sup>2</sup> | consciberint *F* 24 ma-  
 numisseris *F*<sup>2</sup> | ad bona *om.* *F*<sup>2</sup> 27 defen-

'den'dum *F*<sup>4</sup> | posse] *F*<sup>2</sup> cum *B:* ἀγνάται ἐμ-  
 θεῖναι, postea *F*<sup>2</sup> 28 tituli *F* 32 emerit *F*<sup>2</sup>  
 37 qui eum manumisit] ὁ δεύτερος ἐλεγεθε-  
 ρωτῆς *B* (*Anon.*) 43 dereliquid *F*<sup>2</sup>

5 IDEM libro tertio epistularum. A liberto suo herede Seius usum fructum [B. 49, 4, 31] E fundi Maenio legauit: is libertus Maenio herede relicto decessit: quaero, cum contra tabulas testamenti petierit filius Seii aduersus Maenium, utrum deducto usu fructu pars debita ei fundi restituenda sit an solida, quia eorum bonorum acceperit possessionem, quae liberti cum moreretur fuerunt. respondit: usum fructum in causam pristinam restituendum 5 puto. optimum itaque erit arbitrum postulare, ut arbitrio eius usus fructus in integrum restitatur.

6 IDEM libro octauo epistularum. Libertus, qui soluendo non erat, praerito [B. 49, 4, 32] E patrono extrarios relinquit heredes: quaero, an possit patronus petere contra tabulas bonorum possessionem. respondit: cum a scriptis heredibus adita est hereditas, patronus 10 contra tabulas bonorum possessionem petere potest, quia soluendo hereditas est, quae inueniat heredem. et sane absurdum est ius patroni in petenda bonorum possessione contra tabulas aliorum computatione, non iudicio ipsius patroni aestimari auferrique patrono, quod modicum uindicaturus est. multi enim casus interuenire possunt, quibus expedit 15 patrono petere bonorum possessionem, quamuis aeris alieni magnitudo, quam libertus reliquerit, facultates patrimonii eius excedat, ueluti si praedia sunt aliqua ex bonis liberti, in quibus maiorum patroni sepulchra sint et magni aestimat patronus bonorum possessione iura pro parte ea<sup>1</sup> ad se pertinere, uel aliquid mancipium, quod non pretio, sed affectu f. 165<sup>7</sup> sit aestimandum. non ergo ideo minus habere debet ius petendae bonorum possessionis, qui animo potius quam aliorum computatione bona liberti aestimat, cum eo ipso sufficere 20 patrimonium uideri possit, quod et heredem habeat et bonorum possessorem.

ULPIANUS libro undecimo ad legem Iuliam et Papiam. Iulianus ait, si pa- [B. 49, 4, 33] E tronus libertatis causa imposita libertae reuendiderit, filium eius a bonorum possessione summoneri, scilicet quia nec contra tabulas testamenti liberti bonorum possessionem accipiat, quotiens pater eius<sup>2</sup> donum munus operas liberto reuendiderit. plane si patroni 25 filius libertatis causa imposita reuendiderit, nihilo minus familiam bonorum possessionem contra tabulas liberti accipere ait, quia filius reuendendo libertatis causa imposita fratrem suum non summonet. Si libertus heredem scripserit isque prius, quam de familia quaestionem haberet, adierit hereditatem, patronum ad contra tabulas bonorum possessionem non admitti Iulianus ait: debuit enim et patronus liberti necem uindicare. quod et in pa- 30 trona erit dicendum.

TERENTIUS CLEMENS libro nono ad legem Iuliam et Papiam. Quaeritur, [B. 49, 4, 34] E an filio exheredato etiam nepotes ex eo a bonorum possessione liberti excludantur. quod utique sic dirimendum est, ut uiuo filio, donec in potestate eius liberi manent, non admittantur ad bonorum possessionem, ne qui suo nomine a bonorum possessione summo 35 uentur per alios eam consequantur, sin autem emancipati a patre fuerint uel alio modo sui iuris effecti, sine aliquo impedimento ad bonorum possessionem admittantur. Si filius liberti omiserit patris sui hereditatem, hoc patrono proficiet. [B. 49, 4, 35]

IDEM libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. Patroni filia si in adoptiuam [B. 49, 4, 36] E familia sit, ad bona libertorum paternorum admittitur. 40

7 IDEM libro duodecimo ad legem Iuliam et Papiam. Si pater exheredato [B. 49, 4, 37] Ef filio ita cauit, ut ius in libertum<sup>3</sup> saluum ei esset, nihil ei ad hanc rem nocet exheredatio.

81 PAPIANUS libro duodecimo quaestionum. Si libertus patrono, quod ad de- [B. 49, 4, 37] P bitam portionem attinet, satisfaciat, inuito tamen aliquid extorquere conetur, quid statuendum est, quaeritur. quid enim, si ex parte debita instituto decem praeterea legentur et 45 F(DEQICK)

<sup>1</sup> bonorum possessionem propter iura ea?    <sup>2</sup> accipiat pater eius, quotiens?    <sup>3</sup> libertos?

2 is del. F<sup>21</sup>    3 petierit: F<sup>2</sup> | seii] seu F<sup>1</sup>  
4 post bonorum acceperit inseruit, mos rursus deleuit bonorum F<sup>2</sup>    5 fuerunt F<sup>4</sup> | restituendum F<sup>2</sup>    11 possessionem (sic) F<sup>4</sup>    16 excedant F | praedia] praeceda F<sup>2</sup>

18 pr'aetio F<sup>1</sup>    24 accipiet F<sup>21</sup>    26 imposita reuendiderit F<sup>21</sup> | familiam] F<sup>2</sup> (cf. Ulp. 28, 7), filiam F<sup>21</sup>    27 imposito F<sup>2</sup>    28 suum] summo F<sup>2</sup>    34 admittuntur F<sup>2</sup>    35 summonetur F

rogetur seruum proprium, qui sit decem uel minoris pretii, manumittere? iniquum est et legatum uelle percipere et libertatem seruo non dare: sed parte debita accepta et legato temperare et libertatem imponere non cogi, ne seruum (forte de se male meritum) cogatur manumittere. quid ergo si solo eodem herede instituto idem libertus petierit? si substitutum habebit, aequae decreti remedium poterit procedere, ut accepta debita portione cetera pars ad substitutum perueniat ita, ut, si forte seruus redimi potuisset, praestaretur libertas: cessante uero substitutione patronum hereditatem liberti amplectentem praetor, qui de fideicommissis cognoscit, libertatem seruo eum<sup>1</sup> imponere cogat.

- 42 IDEM libro tertio decimo quaestionum. Filius, qui patri heres exstitit, fra- B. 49, 4, 38 trem exheredatum adrogauit atque ita herede eo relicto defunctus est: bonorum possessionem libertum<sup>2</sup> patris naturalis exheredatus non habebit: nam cui non exheredato talis adoptio noceret, nocere debet exheredato<sup>3</sup>, quoniam poena, quae legibus aut edicto inrogaretur, adoptionis remedio non obliteraretur. PAULUS notat: ei, qui alio iure uenit quam eo, quod amisit, non nocet id quod perdidit, sed prodest quod habet: sic dictum est patrono eodemque<sup>4</sup> patronae filio non obesse, quod quasi patronus deliquit, si ut patronae<sup>5</sup> filius uenire possit. PAPINIANUS. Castrensiu bonorum Titium libertus fecit heredem, ceterorum alium: adita | est a Titio hereditas: magis nobis placebat nondum patronum possessionem contra tabulas petere posse. uerum illa quaestio interuenit, an omittente eo qui reliqua bona accepit perinde Titio adcreascent, ac si partes eiusdem hereditatis accepissent. <sup>6</sup>nerius mihi uidetur intestati iure deferri bona cetera. Titius igitur heres non poterit iniutare manumissorem, cum Titio nihil auferatur, nec bonis ceteris<sup>6</sup>, quae nondum ad causam<sup>7</sup> testamenti pertinent. Cum filius liberti impubes, qui subiectio dicitur, ex prima parte bonorum possessionem accipiat, an patronus defuncti possessionem accipere possit, quaesitum est. et sine dubio qui sequentis gradus sunt, non admittuntur interim: cum enim praecedat alia possessio, qui sequitur accipere non potest. plane si contra eum qui subiectas dicitur fuerit iudicatum, data non intellegitur. sed et in patrono pendente controuersia idem erit dicendum. <sup>7</sup>plane quod ad patroni quoque personam pertinet, differri controuersia<sup>8</sup> debet. Si falsum liberti testamentum ab aliis in prouincia dictum cf. l. 6 § 1 h. t. atque ita res per appellationem extracta esset, defuncta medio tempore patroni filia, quam libertus heredem instituerat, filio mulieris seruauit diuus Marcus eam partem bonorum, quam filia patroni uel iure intestati, si uixisset, habere potuit.
- 43 IDEM libro quarto decimo quaestionum. Iulianus putat patronum, qui Titio B. 49, 4, 39 pro parte dimidia heredi instituto substitutus eo deliberante bonorum possessionem contra tabulas accepit, si postea Titius non adierit hereditatem, nihil ei, qui adit hereditatem, abstulisse, non magis quam si sub condicione fuisset institutus. igitur Titio deliberante res in incerto erit, utrumne semis ex substitutione in possessionem<sup>9</sup> conuertatur an Titio aduente singulis heredibus partes debitaue auferantur.
- 44 PAULUS libro quinto quaestionum. Si patronum ex debita portione heredem B. 49, 4, 40 instituas et pure roges fundum dare eique sub condicione tantundem leges, in condicione fideicommissum redigitur. erit tamen et hic quod moueat: onerabitur enim patronus satisfactione fideicommissi. sed dicendum est ab eo fideicommissario cauendum, a quo patrono
- F(DEQICK)*

<sup>1</sup> eum del. <sup>2</sup> libertorum (*Loehr*)? <sup>3</sup> nam cui non adoptato talis exhereditatio noceret, nocere debet adoptato (*similiter Cuiacius*)? <sup>4</sup> eidemque (*edd.*)? <sup>5</sup> et *ins.* <sup>6</sup> nec bona cetera? <sup>7</sup> PAULUS notat *ins.* (*similiter Cuiacius*) <sup>8</sup> ex possessione in substitutionem (*u. i.: Ad. Schmidt l. c. p. 76*)?

1 rogetur ad seruum *F*<sup>2</sup> | pretio *F*<sup>2</sup> 2 et a legato *f* 4 herede *m* *F*<sup>2</sup> | substitutu's *m* *F*<sup>6</sup> 10 possessione *m* libertum *F*<sup>2</sup>, possessionem liberti *DEQICK* 12 debet exheredat'io *F*<sup>2</sup>: *Græci non uidentur legisse aliter, nam corrupta u. 10 bonorum ... u. 12 exheredato caute interpretari euitauit* 13 paulos *F*<sup>2</sup> 14 ad'misit *F*<sup>2</sup>

15 patrono'ae filio *F*<sup>2</sup> 16 a papinianus *legem incipit F* 17 a 'titio her. *F*<sup>2</sup> 20 inuitare] *F*, euitare *DEQICK* 21 nec] *F*<sup>2</sup>, ne *F*<sup>2</sup>, in *DEQICK* 30 seruabit *F* 33 herede *F* 36 incerta *F*<sup>2</sup> | utrumne semis ... conuertatur] *λαμβάνω τὸ μέρος αὐτοῦ ἐκ τῆς ὑποκαταστάσεως B (Anon.)*

- 1 legatum est, ut undique patronus suum ius habeat imminutum. Patronus heres institutus legato ei seruo, per quem suppleretur debita ei portio, non petet contra tabulas bonorum possessionem, quamvis seruus cluis tabulis decessit. Si ex bonis, quae mortis tempore fuerunt, debitam partem dedit libertus in hereditate uel<sup>1</sup> legato, seruus tamen post mortem liberti reuersus ab hostibus augeat patrimonium: non potest patronus propterea queri, quod minus habeat in seruo, quam haberet, si ex debita portione esset institutus. idem est et in alluione, cum sit satisfactum ex his bonis, quae mortis tempore fuerunt. idem est et si pars legati liberto relicti ab<sup>2</sup> eo, cui simul datum erat, uel hereditatis nunc illis<sup>3</sup> abstinentibus adcreseat.
- 45 IDEM libro nono quaestionum. Si patronus ex sexta et seruus eius ex reliqua parte<sup>4</sup> sit heres institutus, nec ex serui portione fideicommissum debetur: at si seruus dumtaxat heres institutus est, puto nec hic ex debita portione praestandum.
- 46 IDEM libro tertio responderum. Paulus respondit: patronus, qui deceptus falsum iudicium testatoris secutus est, bonorum possessionem contra tabulas testamenti liberti petere non prohibetur.
- 47 IDEM libro undecimo responderum. Paulus respondit exheredationem nepotis, quae non notae gratia, sed alio consilio adiecta est, nocere ei non oportere, quo minus contra tabulas libertorum aut bonorum possessionem petere possit. Quaero, an, si Titia patroni filia iactat Titium patrem suum, priusquam moreretur, litteras ad se fecisse, quibus adiceret<sup>5</sup> per libertos suos maleficiis appetitum easque litteras se secutam post mortem patris libertos accusare, an aliquid ei prodesse possit haec excusatio. Paulus respondit eam, quae ex uoluntate patris accusauit, non debere repelli a || bonorum possessione contra tabulas, quoniam non suum iudicium, sed alienum exsecuta est. Patroni filius epistolam talem liberto emisit: 'Sempronius Zoilo liberto suo salutem. ob merita tua fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti, concedo tibi liberam testamenti factionem'. quaero, an patroni filio nihil relinquere debeat. Paulus respondit eum libertum, de quo quaeritur, liberam testamenti factionem consecutum non uideri. Paulus respondit nepotem etiam post mortem aut conceptum superstitute liberto bonorum possessionem contra tabulas liberti aui petere posse et ad hereditatem legitimam eius admitti: responsum enim Iuliani tantum ad hereditatem legitimam, item bonorum possessionem aut petendam pertinere. Paulus respondit, quamuis filii a patre milite praeteriti pro exhereditatis habeantur, tamen non eo usque silentium patris eis nocere debere, ut et a bonis libertorum auitorum repelli debeant. idem responsum est etiam de bonis libertorum paternorum.
- 48 SCAEUOLA libro secundo responderum. Quaero de eo, qui libertum effracturae crimine accusauit. respondit, si eiusmodi effracturae crimine accusatus sit, ex quo, si probaretur, in metallum datus esset, denegandam bonorum possessionem.
- 49 PAULUS libro tertio sententiarum. Liberto per obreptionem adrogato ius suum patronus non amittit.
- 50 TRYPHONINUS libro septimo decimo disputationum. Nihil interest, ipse patronus scriptus heres ex minore parte adierit hereditatem an seruum suum scriptum iusserit adire hereditatem, quam retinet: nihilo minus enim repulsus erit a contra tabulas bonorum possessione. Si tamen antequam iuberet liberti hereditatem adire, seruum uendiderit aut manumiserit et ita ipse nouus libertus aut emptor heredes extiterint, uerbis adiecti non prohibetur patronus accipere contra tabulas bonorum possessionem. Sed numquid praetor ei denegare possessorias actiones debeat, si fraudem edicto eius facere uoluit,

F(DEQICK)

<sup>1</sup> uel] et?    <sup>2</sup> ab] abstinente?    <sup>3</sup> illis] aliis?    <sup>4</sup> debita *ins.*    <sup>5</sup> quibus se diceret?

5 quaeri F<sup>1</sup> 7 alluione F 10 si patronus *seq.*] εἴτε μόνον τὸν δοῦλον τοῦ πατρῶ-  
νος εἴτε σὺν αὐτῷ τῷ πατρῶνι γράψῃ ὁ ἀπε-  
λθὼς εἰς τὸ νόμιμον B (Anon.) 17 el]  
eo F<sup>1</sup> 20 se del. F<sup>2</sup> 28 superstitute] DEICK,

superstitem F 31 milita'e F<sup>1</sup> 34 scaeuola F | effracturae crimine] fDEICK, effracturae crimine F: περὶ διοργῆς B 38 amittat F<sup>2</sup> 41 adie're F<sup>1</sup> 42 possessione'm' F<sup>2</sup>



ut pretio uberiore percepto uel tacita pactione etiam<sup>1</sup> hereditatis ex institutione delatae commodum et bonorum possessionis contra tabulas haberet? faciliorque suspicio per filium scriptum heredem quamuis emancipatum adeuntem liberti hereditatem ipsum patronum habere, cum omnia, quae nostra sunt, liberis nostris ex noto paremus. Si tamen elusis adhuc tabulis testamenti liberti, cum ignoraret iudicium eius patronus, eorum quid, quae supra scripta sunt, circa institutum subiectum iuri suo fecit, amota fraudis suspicione suo iure in bonorum possessione contra tabulas utetur. Si patronus ex debita portione a liberto scriptus rogatusque hereditatem restituere suspectam dixit et compulsus adire, cum retinere posset, restituerit, non poterit accipere contra tabulas bonorum possessionem, et quia adgnouit iudicium liberti et quia spreuit et quasi damnauit eam possessionem. Longe distat ab hoc patroni filius, quem libertus adrogauit et ex minore parte heredem scripsit, cum nemo ex familia patroni alius esset: quamquam enim hic ipso iure, quippe suus, heres deprehendatur, si tamen se non immiscuit hereditati ut patris, sed abstinuit, quasi patroni tamen filius admittendus est ad contra tabulas bonorum possessionem. Si debenti patrono certam pecuniam liberationem libertus reliquisset isque usus est aduersus heredem petentem debitum doli exceptione aut acceptilatione liberatus est debito propter legatam, dicendum est eum non posse accipere contra tabulas bonorum possessionem.

51 LABEO libro primo pithanon a PAULO epitomatorum. Si eundem libertum [B. 49, 4, 47] et tu capitis accusasti et pater tuus manumisit, non poterit tibi eius liberti bonorum possessio ex edicto praetoris dari. PAULUS: immo contra acci]det, si quem seruum accusaueris, deinde is patris tui fuerit factus et is postea eum manumisit.

III.

R DE LIBERTIS UNIERSITATIUM R

1 ULPIANUS libro quadragesimo nono ad edictum. Municipibus plenum ius [B. 49, 4, 48] in bonis libertorum libertarum defertur, hoc est id ius quod etiam patrono. Sed an omnino petere bonorum possessionem possint, dubitatur: mouet enim, quod consentire non possunt, sed per alium possunt petita bonorum possessione ipsi acquirere<sup>2</sup>. sed qua ratione senatus censuit, ut restitui eis ex Trebelliano hereditas possit: qua ratione alio senatus consulto heredibus eis institutis a liberto acquirere hereditatem permissum est: ita bonorum quoque<sup>3</sup> possessionem petere dicendum est. Temporaque bonorum possessionis petendae cedere municipibus exinde, ex quo decernere de petenda potuerunt. quod et Papinianus respondit.

III.

R DE ADSIGNANDIS LIBERTIS R

1 ULPIANUS libro quarto decimo ad Sabinum. Senatus consulto, quod factum [B. 49, 5, 1] est Claudianis temporibus Uelleo Rufo et Ostorio Scapula consulibus<sup>4</sup> de adsignandis libertis in haec uerba canetur: 'si, qui duos pluresue liberos iustis nuptiis quaesitos in potestate haberet, de liberto libertaue sua significasset, cuius ex liberis suis eum libertum eamue F(DEQICK)

<sup>1</sup> et? <sup>2</sup> sed per alium possunt petita bonorum possessione ipsi acquirere del. <sup>3</sup> posse ins. (Menge) <sup>4</sup> Suillio Rufo et Ostorio Scapula consulibus? inter a. p. C. 41 et 47 <sup>5</sup> uti ins.

2 haberet i' F<sup>1</sup> 4 elusus F<sup>2</sup> 5 patronis F<sup>2</sup> | qu'a'e F<sup>1</sup> 8 susceptam F 12 patron'i F<sup>2</sup> 13 se] si F<sup>2</sup> 18 si] se F<sup>2</sup> 20 quasi esset si quem accusaueris, deinde is seruus patris tui fuerit factus uertit interpres: ἐνθα ὡς μὲν τινος κατηγορήσας, ὑστερον δὲ γενόμενον αὐτὸν δοῦλον ὁ πατήρ σοῦ ἠλεγθερώσεν B (Anon.) 23 sic F, de libertis municipum et aliarum (municipium et alium ind. F<sup>2</sup>) uniuersit. ind. F 30 temporaquo F<sup>2</sup> 35 uelleo rufo et osterio

(hosterio F<sup>2</sup>) scapula] F: Suillo Rufo et Ostorio Scapula Inst. 3, 8, 3: ἐνι Suillu Ruffu et Hostorriu Scapula τῶν ὑπάτων Theoph. (Fabrot.): Suillius Rufus dicitur Plinio h. n. 7, 5, 39, P. Suillius Tacito passim: 'P. Suillio Rufo oco. est in titulo Mur. 304, 4. de P. Ostorio Scapula uid. Huebner mus. Rhen. nou. 12, 47: legatus fuit Britanniae ab a. inde 48 37 libertos libertaue F<sup>2</sup> | cui'us F<sup>1</sup>



libertam esse uellet, is eaque, quandoque is, qui eum eaque manumisit inter uiuos uel  
 'testamento, in ciuitate esse desisset, solus ei patronus solane patrona esset, perinde atque  
 'si ab eo eaque libertatem consecutus consecutaue est'. utique, si ex liberis quis in ciuitate  
 'esse desisset neque ei liberi ulli essent, ceteris eius liberis qui manumisit perinde omnia  
 1 iura seruentur<sup>2</sup>, ac si nihil de eo liberto eaque liberta is parens significasset'. Quamuis  
 2 singulari sermone senatus consultum scriptum est, tamen et pluribus liberis et plures liber-  
 3 tos libertasue posse adsignari certum est. Is quoque libertus, qui apud hostes est, ad-  
 4 signari potest. Adsignare autem quis potest quibuscumque uerbis uel nutu, uel testamento  
 5 uel codicillis uel uiuus. Adimere adsignationem etiam nuda uoluntate poterit. Sed et si  
 6 exheredato filio libertum quis adsignauerit, ualet adsignatio, nec nocet ei nota exhereda-  
 7 tionis quantum ad ius patronatus. Sed si post adsignationem fuerit exheredatus, non  
 8 semper exhereditatio adimet adsignationem, nisi<sup>3</sup> hoc animo facta sit. Sed si is cui ad-  
 9 signatus est repudiauierit, puto uerius, quod et Marcellus scripsit, posse admitti fratres  
 10 eius. Si sit ex patrono<sup>4</sup> filius unus, ex altero duo et uni eorum libertus adsignatus est,  
 11 uidendum, quot partes fiant hereditatis liberti, utrum tres, ut duas habeat is cui adsignatus  
 12 est, id est suam et fratris, an uero aequales partes fiant, quoniam per adsignationem alius  
 13 excluditur. et Iulianus libro septuagensimo quinto scripsit magis esse, ut bessem hic ha-  
 14 beat, qui fratrem excludit: quod uerum est, quamdiu frater eius uiuat uel admitti potuit  
 15 ad legitimam hereditatem: ceterum si<sup>5</sup> fuerit capite minutus, aequales partes habebunt. 19  
 2 POMPONIUS libro quarto senatus consultorum. Sed si is, cui adsignassem, de- [B. 49, 5, 2] \*A  
 3 cessisset relicto filio et fratre et alterius patroni filio, semissem habiturum eum nepotem,  
 4 quem esset filius meus is qui uiuit habiturus, si ego eum libertum non adsignassem.  
 5 ULPIANUS libro quarto decimo ad Sabinum. Idem erit dicendum et si is, [B. 49, 5, 3] S  
 6 qui filium et nepotem habebat, nepoti libertum adsignauerit: admittetur nepos ad legitimam  
 7 hereditatem, licet sit alterius patroni filius, et hoc contingit patri uita: ceterum si ille 25  
 8 non esset, nihil ei prodesset adsignatio ad deminuendum ius alterius patroni filii. Posse  
 9 autem et nepoti adsignari certum est<sup>6</sup> et praeferrī filio nepotem adsignatoris constat. Unde  
 10 quaeri poterit, an, si filium habeat et ex eo nepotem, possit, quasi duos habeat in potestate,  
 11 ius senatus consulti inducere. in qua specie cum placeat<sup>7</sup> etiam ei, qui in potestate re- 29  
 12 casus est, adsignari || quare non admittimus, cum utrumque esse in potestate negare non  
 13 possumus? An autem ad legitimam hereditatem admitti possit hic qui est in potestate,  
 14 tractari poterit. et cum multi sint casus, quibus et libertum habere qui in potestate est  
 15 possit, cur non hoc quoque admittendum sit, ut per eum pater ad legitimae hereditatis ad-  
 16 mittatur emolumentum? quod et Pomponio recte uidetur. habent autem libertos etiam  
 17 filii familias, ut puta si castrensem seruum eorum quis manumisit. Emancipatos quoque 35  
 18 filios eius, cui adsignatus est libertus, habere commodum senatus consulti puto, non ut ad  
 19 legitimam hereditatem admittantur, sed ad ea quae possunt. Secundum quod liberto in-  
 20 testato defuncto, quoniam ad legitimam hereditatem admitti non possunt, uidendum, ne  
 21 admittatur<sup>8</sup> filius adsignatoris in familia remanens an non? et putem emancipatos per  
 22 praetorem praefereandos. Liberos autem eius, cui adsignatus est, accipere debemus non so- 40  
 23 lum filios, uerum etiam nepotes et neptes et deinceps descendentes. Si quis [B. 49, 5, 4]  
 24 duobus adsignauerit libertum et alter in ciuitate esse sine liberis desierit, alter non,  
 25 POMPONIUS libro quarto senatus consultorum. uel uiuus noluerit ad se here- [B. 49, 5, 4] \*A  
 26 ditatem liberti pertinere,

## F(DEQICK)

<sup>1</sup> esset (Hal.)?    <sup>2</sup> seruentur (Hal.)?    <sup>3</sup> non semper ... nisi] semper ... nisi non?  
<sup>4</sup> uno ins. (Hoffmann)    <sup>5</sup> non fuerit uel ins.    <sup>6</sup> certum est del.    <sup>7</sup> cum placeat del.  
<sup>8</sup> uidendum admittaturne?

<sup>2</sup> e o'i F<sup>1</sup>    <sup>3</sup> eo 'e' aue F<sup>2</sup> | ciuitate] f, uici-  
 tate F<sup>1</sup>    <sup>7</sup> quo' que' F<sup>2</sup>    <sup>13</sup> est om. F<sup>1</sup>  
<sup>14</sup> ex patrono] FDEK, ex uno patrono IC  
<sup>22</sup> ego eum] ego eo F<sup>1</sup>    <sup>23</sup> quarto] quinto F<sup>1</sup>  
<sup>26</sup> nihil ei prodesset om. F<sup>1</sup>    <sup>27</sup> autem

'et' F<sup>2</sup>    <sup>29</sup> qui om. F<sup>1</sup> | potestate F<sup>1</sup>    <sup>33</sup> ad-  
 mittetur F<sup>1</sup>    <sup>35</sup> quis del. F<sup>2</sup>    <sup>36</sup> h'ab'ere F<sup>2</sup> |  
 puto 'ut' non ut F<sup>1</sup>    <sup>42</sup> in om. F<sup>1</sup>    <sup>43</sup> ui-  
 uis noluerit ad se hereditatem liberti per-  
 tinere] F<sup>1</sup>, cuius noluerit ad se hereditatem

- 5 **ULPIANUS** libro quarto decimo ad Sabinum. utrum portio eius, qui in ciuitate esse desiit uel repudiauit, in familiam redeat? an uero ei potius adrescat, in cuius persona durat adsignatio? et Iulianus libro septuagesimo quinto scripsit adsignationem in huius solius persona locum habere et solum admittendum, quod est uerum. Quod si non sine liberis decesserit, an cum uiuo admittantur? et putat adhuc solum admittendum, defuncto autem eo liberos alterius succedere, non in familiam libertum redire. Sed si ex duobus istis alter filios, alter nepotes reliquerit, an simul ad legitimam hereditatem admittantur? et puto ordinem inter eos faciendum.
- 6 **MARCIANUS** libro septimo institutionum. Si seruus liber esse inusus fuerit et filio legatus, deinde uiuus testator eum manumiserit, ad filium libertus quasi adsignatus pertinet. hoc ita est, siue<sup>1</sup> expressum est uel certe intellexit non quasi seruum eum legasse, sed quasi libertum adsignasse.
- 7 **SCAEUOLA** libro secundo regularum. Adsignare et pure et sub condicione, et per epistulam uel testationem uel chirographum possumus, quia adsignatio liberti neque quasi legatum neque quasi fideicommissum percipitur: denique nec fideicommissum onerari potest.
- 8 **MODESTINUS** libro septimo differentiarum. Liberi patroni quamquam et ipsi in plerisque causis manumissoris iure censentur, tamen paternum libertum liberis suis adsignare non potuerunt<sup>2</sup>, etiamsi eis a parente fuerit adsignatus: idque et Iulianus et Marcellus probant.
- 9 **IDEM** libro nono pandectarum. Utrum ei tantum qui in potestate sit an etiam emancipato filio adsignare libertum patronus possit, si modo non pauciores quam duos praeterea in potestate habeat, dubitari solet: et magis est posse.
- 10 **TERENTIUS CLEMENS** libro duodecimo ad legem Iuliam et Papiam. Sub condicione uel in diem liberti adsignato interim pendente die uel condicione omnia perinde obseruabuntur, ac si adsignatus non esset: itaque mortuo eo interim ad omnes liberos hereditas et honorum possessio pertinebit. Si uni pure, alii sub condicione libertus adsignatus sit, eum, cui pure adsignatus sit, pendente condicione solum patroni ius habere dicendum est.
- 11 **PAPINIANUS** libro quarto decimo responsorum. Alimentorum causa libertos filiis adtributos filiis adsignatos non uideri respondi, cum ea ratione libertis consuli patronus uoluerit, quo facilius uoluntatis emolumentum consequantur, saluo iure communi.
- 12 **POMPONIUS** libro duodecimo epistularum. Si ex duobus patronis alter eorum filio suo libertum adsignauerit, non obstat, quo minus alter patronus ius solidum suum haberet.
- 13 **IDEM** libro quarto senatus consultorum. Testamento potest quis et seruum manumittere et eundem ad libertum adsignare. De liberis, qui sunt in potestate, senatus locutus est: ergo de postumis nihil hoc senatus consulto prouisum est: magis tamen etiam postumos contineri. Quod inquit senatus si ex liberis quis in ciuitate esse desisset eum significat, qui in perpetuum in ciuitate esse desierit, non etiam si quis ab hostibus captus reuerti possit. Ex die quoque certa adsignari potest, sed usque in diem certum nix potest: nam ipse senatus huic negotio finem praeponuit.

*F(DEQICK)*

<sup>1</sup> si uel?    <sup>2</sup> poterunt (*edd.*)?

liberti pertinere *F*<sup>21</sup>, cuius ad se hereditatem (her. ad se *IC*) liberti (liberi *D*) pertinere (*om.* noluerit) *DIC*, cuius ad se hereditatem liberti uoluerit (noluerit *Q*) *EQ*, cuius hereditatem ad se liberi pertinere uolunt *K*

6 liberis *F*<sup>2</sup> 7 hereditatem *F*<sup>4</sup> 9 libro *F*<sup>2</sup> 11 non] ne *F*<sup>2</sup> 14 chirographo um *F*<sup>2</sup> 21 pandectarum *F*<sup>4</sup> 25 liberto *F*<sup>4</sup> 28 eum] aut eum *F*<sup>2</sup> 33 patronis *F*<sup>2</sup> 34 patronos *F* 35 aberet *F* 39 dedisset *F*<sup>2</sup>

## V.

## R SI QUID IN FRAUDEM PATRONI FACTUM SIT R SE

1 **ULPIANUS** libro quadragesimo quarto ad edictum. Si quid dolo malo B. 49, 6, 1 S  
liberti factum esse dicitur, sine testamento facto sine intestato libertus decesserit, quo  
minus quam pars debita bonorum ad eorum quem perueniat, qui contra tabulas bonorum 5  
possessionem accipere possunt: cognoscit praetor et operam dat, ne ea res ei fraudi sit.  
1 Si alienatio dolo malo facta sit, non quaerimus, utrum mortis causa facta sit an non sit:  
omni enim modo reuocatur. si uero non sit dolo malo facta, sed alias, tunc actori pro-  
bandum erit mortis causa factam alienationem. si enim proponas mortis causa factam  
alienationem, non requirimus, utrum dolo malo facta sit an non sit: sufficit enim docere 10  
mortis causa factam, nec immerito: mortis causa enim donationes comparantur legatis et  
sicut in legatis non quaerimus, dolo malo factum sit an non sit, ita nec in mortis causa  
2 donationibus. Quod autem mortis causa filio donatum est, non reuocatur: nam cui liberum  
3 fuit legare filio quantum uellet, is donando non uidetur fraudasse patronum. Omne  
4 autem, quodcumque in fraudem patroni gestum est, reuocatur. Dolum accipere nos oportet 15  
eius qui alienauit, non eius cui alienatum est: et ita euenit, ut qui fraudis uel doli con-  
scius non fuit, carere debeat re in fraudem patroni alienata, etsi putauit ingenuum<sup>1</sup> nec  
5 credidit libertinum. Aduersus conpatronum, qui contra tabulas bonorum possessionem  
omisit, **Fauiana**<sup>2</sup> non competit, si non plus sit in eo quod donatum est quam pars debita  
patrono. quare si mortis causa ei donatum sit, partem faciet conpatrono, quemadmodum 20  
6 legatarius patronus facit. Utrum autem ad ea sola reuocanda **Fauiana** pertinet, quae quis  
libertus de bonis deminuit, an etiam ad ea, quae non adquisiuit, uidendum est. et ait **Iu-**  
**lianus** libro uicensimo sexto digestorum, si hereditatem libertus non adierit fraudandi pa-  
troni causa uel legatum repulerit, **Fauianam** cessare: quod mihi uidetur uerum. quamuis  
enim legatum retro nostrum sit, nisi repudietur, attamen cum repudiatur, retro nostrum 25  
non fuisse palam est. in ceteris quoque liberalitatibus, quas non admisit is libertus cui  
quis donatum uoluit, idem erit probandum **Fabianam** cessare: sufficit enim patrono, si  
nihil de suo in necem eius libertus alienauit, non si non adquisiuit: proinde et si, cum sub  
condicione ei legatum esset, id egit, ne condicio existeret, uel, si sub condicione stipulatus  
7 fuerit, maluit deficere condicionem, dicendum est **Fauianam** cessare. Quid si in lite uinci 30  
noluit? si quidem condemnatus est data opera uel in iure confessus, dicendum erit **Fa-**  
**uianam** locum habere: quod si noluit optinere, cum peteret, hic uidendum. et puto hunc  
deminuisse de patrimonio: actionem enim de bonis deminuit, quemadmodum si passus esset  
8 actionis diem abire. Sed si puta querellam inofficiosi, quam potuit, uel quam aliam, forte  
iniuriarum uel similem<sup>3</sup> instituere noluit, non potest patronus ob eam rem **Fauiana** expe- 35  
9 riri. At si transegit || in fraudem patroni, poterit patronus **Fauiana** uti. Sed si libertus f. 168<sup>4</sup>  
filiam dotauit, hoc ipso, quod dotauit, non uidetur fraudare patronum, quia pietas patris  
11 non est reprehendenda. Si pluribus in fraudem libertus donauerit uel pluribus mortis causa,  
aequaliter patronus aduersus omnes in partem sibi debitam siue **Fauiana** siue **Caluisiana**  
12 experietur. Si quis in fraudem patronorum rem uendiderit uel locauerit uel permutauerit, 40  
quale sit arbitrium iudicis, uideamus. et in re quidem distracta deferri condicio debet  
emptori, utrum malit rem emptam habere iusto pretio an uero a re discedere pretio re-  
cepto: neque omnimodo rescindere debemus uenditionem, quasi libertus ius uendendi non

**F(DQICK)**

<sup>1</sup> putauit ingenuum del.    <sup>2</sup> **Fabiana** et hic et alibi scribendum    <sup>3</sup> uel quam aliam similem, forte iniuriarum?

<sup>3</sup> libro bis **F**<sup>o</sup> 9 causa om. **F**<sup>1</sup> | si enim proponas mortis causa factam alienationem om. **F**<sup>1</sup>  
11 c'ausa enim **F**<sup>2</sup> 19 **fauiana**] sic plerumque **F**<sup>1</sup>, rarius **fauiana** idque fere ubi fuit, mutauit **F**<sup>2</sup>: retinuit suo quamque loco scripturam

*primitiuam, quamquam debuit esse **Fabiana** | sit om. **F**<sup>1</sup> 26 non si 't non **F**<sup>2</sup> 33 de om. **F**<sup>2</sup> 37 am'iliam **F**<sup>2</sup> 39 debitam siue] **F**<sup>2</sup>, deb. sibi **F**<sup>2</sup>, deb. sibe **F**<sup>2</sup> | **fauiana** am' **F**<sup>2</sup> 43 rescindere 'pr' debemus **F**<sup>2</sup> | uendendi] uendidi **F**<sup>2</sup>*

habuerit, nec fraudemus pretio emptorem, maxime cum de dolo eius non disputetur, sed de  
 13 dolo liberti. Sed si emerit in fraudem patroni libertus, aequè dicendum, si magno emit,  
 in pretio releuandum patronum, condicione non ipsi delata, an uelit ab emptione discedere,  
 sed uenditori, utrum malit de pretio remittere an potius rem quam uendidit recipere per-  
 soluto pretio. et in permutatione et in locatione et conductione similiter idem obseruabi-  
 14 mus. Sed si rem quidem bona fide uendiderit et sine ulla gratia libertus, pretium autem  
 acceptum alii donauit, uidendum erit, quis Fauiana inquietetur, utrum qui rem emit an  
 uero is qui pretium dono accepit? et Pomponius libro octagesimo tertio recte scripsit  
 emptorem non esse inquietandum: fraus enim patrono in pretio facta est: eum igitur qui  
 15 pretium dono accepit Fauiana conueniendum. Et alias uideamus, si dicat patronus rem  
 quidem iusto pretio uenisse, uerumtamen hoc interesse sua non esse uenundatam inque  
 hoc esse fraudem, quod uenierit possessio, in quam habet patronus affectionem uel oppor-  
 tunitatis uel uicinitatis uel caeli uel quod illic educatus sit uel parentes sepulti, an debeat  
 audiri uolens reuocare. sed nullo pacto erit audiendus: fraus enim in damno accipitur  
 16 pecuniario. Sed si forte et res uilius distracta sit et pretium alii donatum, uterque Fauiano  
 iudicio conuenietur et qui illi emit et qui pecuniam accepit muneris. is tamen qui emit si  
 malit rem restituere, non alias restituet, quam si pretium quod numerauit recipiat. quid  
 ergo, si delegatus emptor soluit ei cui donabat libertus, an nihilo minus reciperaret? et  
 magis est, ut recipere debeat, licet pretium ad alium<sup>1</sup> peruenit, qui soluendo non est:  
 nam et si acceptum pretium libertus prodegisset, diceremus nihilo minus eum qui dedit  
 17 recipere debere, si uelit ab emptione discedere. Si mutuum pecuniam libertus in fraudem  
 patroni acceperit, an Fauiana locum habeat, uideamus. et quod remedium in hoc est? ac-  
 cepti mutui: si quod accepit donauit, conuenit eum patronus cui donauit libertus: sed  
 18 accepit et prodegit: non debet perdere qui mutuum dedit, nec ei imputari, cur dedit. Plane  
 19 si non accepit et spondit stipulanti, erit Fauianae locus. Si fideiussit apud me libertus  
 uel rem suam pro alio pignori dedit in necem patroni, an Fauiana locum habeat, uideamus,  
 et numquid cum damno meo non debeat patrono subueniri: neque enim donauit aliquid  
 mihi, si pro aliquo interuenit, qui non fuit soluendo: eoque iure utimur. igitur creditor  
 non poterit Fauiana conueniri: debitor poterit quidem, sed potest et mandati: plane si de-  
 20 ficiat mandati actio, quia donationis causa interuenit, erit Fauianae locus. Sed et si man-  
 dator extitit pro aliquo libertus, idem erit probandum. Quamuis autem in partem Fauiana  
 competat, attamen in his quae diuidi non possunt in solidum competit, ut puta in serui-  
 22 tute. Si seruo meo uel filio familias libertus in fraudem patroni quid dederit, an aduersus  
 me iudicium Fauianum competat, uideamus. et mihi || uidetur sufficere aduersus me pa-  
 tremque<sup>2</sup> arbitrioque iudicis contineri tam id, quod in rem uersum est, condemnandi<sup>3</sup>,  
 23 quam id quod in peculio. Sed si iussu patris contractum cum filio est, pater utique tene-  
 24 bitur. Si cum seruo in fraudem patroni libertus contraxerit isque fuerit manumissus, an  
 Fauiana teneatur, quaeritur. et cum dixerimus dolum tantum liberti spectandum, non etiam  
 25 eius cum quo contraxit, potest manumissus iste Fauiana non teneri. Item [Pom. 24 n. 99  
 quaeri potest, manumisso uel mortuo uel alienato seruo an intra annum agendum sit. et  
 26 ait Pomponius agendum. Haec actio in personam est, non in rem, et in heredem competit  
 F(DEQICK)

<sup>1</sup> aliquem (Menge)?<sup>2</sup> aduersus me patremque del. (u. i.)<sup>3</sup> condemnandi del.

1 habuerit F<sup>2</sup> 2 sed si' F<sup>3</sup> | dicendum] dicendum erit F<sup>2</sup> 5 et 'in' conductione F<sup>2</sup> 7 qui rem] quidem F<sup>1</sup> 8 uero 'is' F<sup>2</sup> 9 inquietandem F<sup>2</sup> 12 patronum's F<sup>3</sup> | oportunitatis uel om. F<sup>2</sup> 14 audiri F<sup>2</sup> 18 donauit F<sup>2</sup> | recuperaret f 19 praetium F<sup>2</sup> | soluendi F<sup>2</sup> 20 pretium F<sup>2</sup> 24 et prodegit] quasi esset et perdidit uel prodegit uertit interpres: εἰ μὲν λαβὼν ἀπολέσῃ ἢ ἀκότως λαβανῆσιν B (Anon.) 26 an fauiana] niana F<sup>2</sup> 27 et om. F<sup>2</sup> 31 prouandum F<sup>2</sup> 32 in his]

inestis F<sup>2</sup> | quaere F<sup>2</sup> | ut] ot F<sup>2</sup> 34 aduersus me patremque] legerunt etiam Graeci: sed qui haec addidit neque intellexit meo u. 33 etiam refertur ad filio familias et Ulpianum non hoc quaerere, utrum hoc casu actio datur in patrem solum an dari possit etiam in filium, sed an Fabianae formula eiusmodi iudicium ad peculium et in rem uersum restrictum recipiat 36 pater om. F<sup>2</sup> 39 iste] este F<sup>2</sup> | fauiana F<sup>2</sup>

- et in ceteros successores, et heredi et ceteris successoribus patroni, et non est hereditaria, <sup>17</sup> id est ex bonis liberti, sed propria patroni. Si libertus in fraudem patroni aliquid dederit, deinde, defuncto patrono uino liberto, filius patroni acceperit bonorum possessionem contra tabulas liberti, an Fabiana uti possit ad reuocanda ea quae sunt alienata? et est uerum, quod et Pomponius probat libro octagesimo tertio, item Papinianus libro quarto decimo <sup>28</sup> quaestionum, competere ei Fauianam: sufficere enim, quod in fraudem patronatus factum sit: magis enim fraudem rei, non personae accipimus. In hanc actionem etiam [B. 49, 6, 2] fructus ueniunt, qui sunt post litem contestatam percepti.
- 2 MARCIANUS libro tertio regularum. In Fauiana et Caluisiana actione recte [B. 49, 6, 2] S<sup>o</sup> dicitur etiam praeteritos fructus uenire, quatenus praetor omnem fraudem libertorum uult <sup>10</sup> rescindere.
- 3 ULPIANUS libro quadragensimo quarto ad edictum. Si patronus heres insti- [B. 49, 6, 3] S<sup>o</sup> tutus ex debita parte adierit hereditatem, dum ignorat aliqua libertum in fraudem suam alienasse, uideamus, an suocuri ignorantiae eius debeat, ne decipiatur liberti fraudibus. et Papinianus libro quarto decimo quaestionum respondit in eadem causa manere ea, quae <sup>15</sup> alienata sunt, idcircoque patronum sibi imputare debere, qui, cum posset bonorum possessionem accipere contra tabulas propter ea quae alienata uel mortis causa donata sunt, non <sup>12</sup> fecit. Haec actio in perpetuum datur, quia habet rei persecutionem. Patrono [Pon. 40 n. 10] num ex asse heredem institutum uolentem Fauiana actione uti praetor admittit, [Pon.] quia erat iniquum excludi etiam a Fauiana, qui non sponte adit hereditatem, sed quia bo- <sup>20</sup> norum possessionem contra tabulas petere non potuit. Si intestatus libertus decesserit, patronus adeundo hereditatem eius reuocat per Caluisianam actionem ea, quae alienata sunt dolo malo, quo minus pars ex testamento debita bonorum liberti ad patronum liberosue eius perueniret: idque est, siue petita sit a patrono ab intestato bonorum possessio <sup>4</sup> siue non sit<sup>1</sup>. Si plures sint patronae et patroni, singuli uirilem tantum reuocabunt uel <sup>5</sup> Caluisiana. Si libertus intestatus decesserit relicta patrono debita portione aut aliquo amplius, aliquid etiam alienauerit, Papinianus libro quarto decimo quaestionum scribit nihil esse reuocandum: nam qui potuit alicui relinquere quid testamento, si debitam portionem patrono relinquat praeterea, donando nihil uidetur in fraudem facere. <sup>29</sup>
- 4 IDEM libro quadragensimo tertio ad edictum. Quodcumque dolo malo liberti [B. 49, 6, 4] S<sup>o</sup> alienatum est, Fauiana actione reuocatur. Et si plures patroni sint, omnes unam partem habebunt: sed si<sup>2</sup> uiriles non petent, portio ceteris ad crescet. quod in patronis dixi, et in liberis patronorum est: sed non simul ueniunt, sed patronis deficientibus.
- 5 PAULUS libro quadragensimo secundo ad edictum. Tenetur Fabiana actione [B. 49, 6, 5] S<sup>o</sup> tam is qui accepit ipse, quam qui iussit alii ¶ dari id quod ipsi donabatur. In [B. 49, 6, 6] f. 169<sup>o</sup> actione Fauiana si res non restituatur, tanti damnabitur reus, quanti actor in litem <sup>26</sup> iurauerit.
- 6 IULIANUS libro uicensimo sexto digestorum. Si libertus, cum fraudare patro- [B. 49, 6, 6] S<sup>o</sup> nam uellet, filio familias contra senatus consultum pecuniam crediderit, non erit in hibenda [FIDEI] (FIDEI)

<sup>1</sup> idem Graeci (u. l.): idemque est, si petita sit a patrono ab intestato bonorum possessio (del. siue non sit)? <sup>2</sup> qui ins.

<sup>2</sup> libertus F<sup>2</sup> 3 deinde def. F<sup>2</sup> | liberti F<sup>2</sup>  
<sup>4</sup> fabiana F<sup>2</sup> 7 in] an F<sup>2</sup> 20 qui non] D<sup>2</sup>,  
quia non FIDEI: οὐ γὰρ ἐκὼν κληρονομεῖ,  
ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι κινήσαι τὴν κατὰ τῆς  
διαθήκης ἐναντιώσιν B (Anon.) | hereditatem  
F<sup>2</sup> 21 intestatus F<sup>2</sup> 24 idque est siue  
petita seq.] εἴτε τὴν ἐξ ἀδιαθέτου διακατοῦν  
αὐτῶν ὁ πατρῶν εἴτε μὴ, ἀνατρέπει τὰ ... ἐκ-  
πονήματα B (Anon.): at neque idque quod  
est ferri potest nec satis intellegitur primum  
cur moueat Ulpianus praeter hereditatis ad-  
tionem non requiri possessionis agnitionem,

deinde cur patronum qui non adit, sed posses-  
sionem petit aut excludat a Caluisiana aut certe  
praetereat 25 uel caluisiana] sic Taur. recte,  
nam praecedebant apud Ulpianum quas legun-  
tur l. 4 § 1 h. t.: uel caluisianam F, per cal-  
uisianam D<sup>2</sup> FIDEI, pro calumpnia D<sup>2</sup>: ἐὰν  
πολλοὶ πατρῶνες ἐξ ἀδιαθέτου (= uel calui-  
siana) διαδέχονται τὸν ἀπελεύθερον B (Anon.)  
27 etiam F<sup>2</sup> 31 u<sup>2</sup> nam F<sup>2</sup> 33 patrono-  
rum] scripsi ad B: ἐπὶ παιδῶν πατρῶνων,  
patro F, patroni FIDEI 84 quadra's gen-  
simo F | fauiana F<sup>2</sup> 88 cum om. F<sup>2</sup>

- actio Fauiana, quia libertus donasse magis in hunc casum intellegendus est in fraudem patroni quam contra senatus consultum credidisse.
- 7 SCAEUOLA libro quinto quaestionum. Ergo si senatus consultum locum non [B. 49, 6, 7] P  
habet, cessat Fauiana, cum exigi possit.
- 8 IULIANUS libro uicensimo sexto digestorum. Sed si minori quam uiginti [B. 49, 6, 8] S  
quinque annis natu filio familias crediderit, causa cognita ei succurri debet.
- 9 IDEM libro sexagesimo quarto digestorum. Uuius libertus donare bene me- [B. 49, 6, 9] S  
rentibus amicis potest: legare uero nec bene merentibus amicis potest, quo patroni partem  
minuat.
- 10 AFRICANUS libro primo quaestionum. Si id, quod a liberto in fraudem alie- [B. 49, 6, 10] S  
natum est, non extet, actio patroni cessat, quemadmodum si pecuniam in fraudem abie-  
cisset aut etiam si is, qui mortis causa a liberto accepisset, eam rem uendidisset<sup>1</sup> et  
bonae fidei emptor eam usu cepisset.
- 11 PAULUS libro tertio ad legem Aeliam Sentiam. Non uidetur patronus frau- [B. 49, 6, 11] Sf  
dari eo quod consentit: sic et quod uolente patrono libertus donauerit, non poterit Fauiana  
reuocari.
- 12 IAUOLENUS libro tertio epistularum. Libertus cum fraudandi patroni causa [B. 49, 6, 12] B  
fundum Seio tradere uellet, Seius Titio mandauit, ut eum accipiat, ita ut inter Seium et  
Titium mandatum contrahatur. quaero, post mortem liberti patronus utrum cum Seio  
dumtaxat qui mandauit actionem habet, an cum Titio qui fundum retinet, an cum quo  
uelit agere possit? respondit: in eum, cui donatio quaesita est, ita tamen si ad illum res  
peruenerit, actio datur, cum omne negotium, quod eius uoluntate gestum sit, in condemna-  
tionem eius conferatur. nec potest uideri id praestaturus quod alius possidet, cum actione  
mandati consequi rem possit, ita ut aut ipse patrono restituat aut eum cum quo man-  
datum contraxit restituere cogat. quid enim dicemus, si is, qui in re interpositus est, nihil  
dolo fecit? non dubitabimus, quin omnimodo cum eo agi non possit. quid enim non<sup>2</sup> potest  
uideri dolo fecisse, qui fidem suam amico commodauit quam alii<sup>3</sup> quam sibi ex liber-  
fraude adquisiit.
- 13 PAULUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. Constitutione diui Pii [B. 49, 6, 13] B  
cauetur de impubere adoptando, ut ex bonis, quae mortis tempore illius qui adoptatus  
fuerunt, pars quarta ad eum pertineat qui adoptatus est: sed et bona ei, quae adquisita  
patri, restitui inssit: si causa cognita emancipatus fuerit, quartam perdit. si quid itaq;  
in fraudem eius alienatum fuerit, quasi per Caluisianam uel Fauianam actionem reuoca-  
dum est.

## VI.

R SI TABULAE TESTAMENTI NULLAE EXTABUNT, UNDE  
LIBERI R

- 1 ULPIANUS libro quadragensimo quarto ad edictum. Posteaquam praetor lo- [B. 45, 1, 1] S  
cutus est de bonorum possessione eius qui testatus est, transitum fecit ad intestatos, eum  
ordinem secutus, quem et lex duodecim tabularum secuta est: fuit enim ordinarium ante  
de iudiciis testantium, dein sic de successione ab intestato loqui. Sed successionem ab  
intestato in plures partes diuisit: fecit enim gradus uarios, primum liberorum, secundum  
legitimorum, tertium cognatorum, deinde uiri et uxoris. Ita autem ab intestato potest  
F(DEQICK)

<sup>1</sup> *idem Graeci* (πώλις B): perdidisset? <sup>2</sup> quid enim? num *scr. uel non del.* <sup>3</sup> quam  
alii] *requiritur* et magis alii

3 non habet cessat] FDEK<sup>o</sup>, non habet non  
cessat IC, habet cessat K<sup>o</sup> 5 sed si minori  
seg.] εἰ δὲ ἀφ' ἡλικίᾳ ὑπεξουσίῳ δανεῖσιν, μετὰ  
διαγνώσεως βοηθεῖται B (Anon.) 8 quo] qui  
F<sup>o</sup>: ἐν ᾧ μεῖοι B (Anon.) 15 fauianam F

25 restituere't F<sup>o</sup> | si om. F 27 qui'd fidem  
F<sup>o</sup> | quam alii] F<sup>o</sup>D<sup>o</sup>IC, qua alii F<sup>o</sup>, quam  
tam alii QD<sup>o</sup>, quantam alii E, qui tam alii K<sup>o</sup>,  
quia alii K<sup>o</sup> 41 testatium F

competere bonorum possessio, si neque secundum tabulas neque contra tabulas bonorum  
 3 possessio agnita sit. Plane si tempora quidem petendae bonorum possessionis ex testa-  
 mento largiebantur, uerumtamen repudiata est bonorum possessio, dicendum || erit ab in- f. 170  
 testato bonorum possessionem iam incipere: cum enim is qui repudiavit petere bonorum  
 possessionem non potest post repudiationem, consequens erit, ut ab intestato posse peti 5  
 4 incipiat. Sed et<sup>1</sup> si ex Carboniano edicto bonorum possessio data sit, magis est, ut dicere  
 debeamus ab intestato nihilo minus posse peti: ut enim suo loco ostendimus, non impedit  
 5 bonorum possessionem edictalem Carboniana bonorum possessio. Recte autem praetor a  
 liberis initium fecit ab intestato successionis, ut, sicuti contra tabulas ipsis defert, ita et  
 6 ab intestato ipsos uocet. Liberos autem accipere debemus quos ad contra tabulas bono- 10  
 rum possessionem admittendos diximus, tam naturales quam adoptiuos. sed adoptiuos  
 haecenus admittimus, si fuerint in potestate: ceterum si sui iuris fuerint, ad bonorum pos-  
 7 sessionem non inuitantur, quia adoptionis iura dissoluta sunt emancipatione. Si quis (B)  
 filium suum emancipatum in locum nepotis adoptauit et emancipauit<sup>2</sup>, cum haberet et  
 nepotem ex eo, quaesitum est apud Marcellum, an adoptio rescissa<sup>3</sup> impediatur nepotem. 15  
 sed cum soleat emancipato patri iungi nepos, quis non dicat, etsi adoptatus sit et quasi  
 filius, nihilo minus filio suo eum non obetare, quia quasi filius adoptiuus est in potestate,  
 8 non quasi naturalis? Si heres institutus non habeat uoluntatem, uel quia in- [B. 45, 1, 1  
 ciae sunt tabulae uel quia cancellatae uel quia alia ratione uoluntatem testator mutauit  
 uoluitque intestato decedere, dicendum est ab intestato rem habituros eos, qui bonorum 20  
 9 possessionem acceperunt. Si emancipatus filius exheres fuerit, is autem qui in potestate  
 fuerat praeteritus, emancipatum petentem ab intestato bonorum possessionem unde liberi  
 tueri debet praetor usque ad partem dimidiam, perinde atque si nullas tabulas pater re-  
 liquisset. 24

2 IULIANUS libro uicensimo septimo digestorum. Emancipatus praeteritus si [B. 45, 1, 2 S<sup>o</sup>  
 contra tabulas bonorum possessionem non acceperit et scripti heredes adierint hereditatem,  
 sua culpa amittit paternam hereditatem: nam quamuis secundum tabulas bonorum possessio  
 petita non fuerit, non tamen eum praetor tuetur, ut bonorum possessionem accipiat unde  
 liberi. nam et patronum praeteritum, si non petat contra tabulas bonorum possessionem,  
 ex illa parte edicti, unde legitimi uocantur, non solet tueri praetor aduersus scriptos 30  
 heredes.

3 ULPIANUS libro octauo ad Sabinum. Bonorum possessio potest peti ab inte- [B. 45, 1, 3 S  
 stato, si certum sit tabulas non extare septem testium signis signatas.

4 PAULUS libro secundo ad Sabinum. Liberi et capite minuti per edictum prae- [B. 45, 1, 4 S  
 toris ad bonorum possessionem uocantur parentium, nisi si adoptiui fuerint: hi enim et 35  
 liberorum nomen amittunt post emancipationem. sed si naturales emancipati et adoptati  
 iterum emancipati sint, habent ius naturale liberorum.

5 POMPONIUS libro quarto ad Sabinum. Si quis ex his, quibus bo- [D. 37, 8, 1 pr. B. 45, 1, 5 S  
 norum possessionem praetor pollicetur, in potestate parentis, de cuius bonis agitur, cum  
 is moritur, non fuerit, ei liberisque, quos in eiusdem familia habebit, si ad eos hereditas 40  
 suo nomine pertinebit neque nominatim exheredes scripti erunt, bonorum possessio eius  
 partis datur, quae ad eum pertineret, si in potestate permansisset, ita, ut ex ea parte  
 1 dimidiam habeat, reliquum liberi eius, hisque dumtaxat bona sua conferat. Sed et<sup>3</sup> (D)

F(DEQICK)

<sup>1</sup> idem Graeci (ει δὲ καὶ BS): et del.    <sup>2</sup> et emancipauit et rescissa uidentur adiecta ab  
 interpolatore propter uerba u. 16 emancipato patri male relata    <sup>3</sup> idem Graeci (ει δὲ καὶ BS):  
 et del.

4 repudiabit F 5 non om. F<sup>2</sup> 7 ab in-  
 testato F 9 successioni bu's F<sup>6</sup>: ἐποίησατο τὴν  
 ἀρχὴν τῆς ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομίης BS  
 (Doroth.) 25 ante l. 2 rubricam unde liberi  
 ma. D<sup>1</sup> P, ante l. 4 C, ante l. 5 K<sup>2</sup> 26 ac-  
 ceperit F<sup>2</sup> | heredis F<sup>o</sup> 29 petat om. F<sup>2</sup>:

καὶ μὴ αὐτῶν BS (Doroth.) 36 'et' adoptati  
 F<sup>2</sup>: οἱ παῖδες οἱ φυσικοὶ ἐμαρκιπτικοὶ γενόμενοι  
 καὶ εἰς θεσὶν ληφθέντες BS (Doroth.) 37 ius  
 naturale liberorum] τὸ φυσικὸν δίκαιον τῶν  
 παίδων BS (Doroth.) 42 permansisset F<sup>2</sup> |  
 parte midiam F



- si filium et nepotem ex eo pater emancipauerit, filius solus ueniet ad bonorum possessionem, quamuis capitis deminutio per edictum nulli obstet. quin etiam hi quoque, qui in potestate numquam fuerunt nec sui heredis locum optinuerunt, uocantur ad bonorum possessionem parentum. nam si filius emancipatus reliquerit in potestate aui nepotem, dabitur ei, qui in potestate relictus sit, patris emancipati bonorum possessio: et si post emancipationem ¶ procreauerit, ita nato dabitur aui bonorum possessio, scilicet non obstante ei patre suo. Si filius emancipatus non petierit bonorum possessionem, ita integra sunt omnia nepotibus, atque si filius non fuisset, ut quod filius habiturus esset petita bonorum possessione, hoc nepotibus ex eo solis, non etiam reliquis aderescat.
- 6 ULPIANUS libro trigensimo nono ad edictum. Si pater filium emancipauerit, [B. 45, 1, 6] nepotem retinuerit, deinde filius decesserit: et rei aequitas et causa edicti, quo de bonorum possessione liberis danda canetur, efficit, ut eius ratio habeatur et bonorum possessio intestato patris detur, ut tamen bona sorori, quae necessaria heres patri extitit, conferre cogatur auus, qui per eum bonorum possessionis emolumentum adquisiturus est: nisi forte auus iste nullum ex his fructum acquirere uult paratusque est de potestate [cf. D. 37, 6, 5 pr.] nepotem demittere, ut ad emancipatum emolumentum omne bonorum possessionis perueniat. nec idcirco soror, quae patri heres extitit, inste queri poterit, quod eo facto a colationis commodo excluditur, cum auo quandoque intestato defuncto ad bona eius simul eum fratre possit uenire.
- 7 PAPINIANUS libro uicensimo nono quaestionum. Scripto herede deliberante [B. 45, 1, 7] filius exheredatus mortem obit atque ita scriptus heres omisit hereditatem. nepos ex illo filio susceptus auo suus heres erit neque pater uidebitur obstitisse, cuius post mortem legitima defertur hereditas. nec dici potest heredem, sed non suum nepotem fore, quod proximum gradum numquam tenuerit, cum et ipse fuerit in potestate neque pater eum in hac successione praeuenerit. et alioquin si non suus heres est, quo iure heres erit, qui sine dubio non est adgnatus? ceterum et si non sit exheredatus nepos, adiri poterit ex testamento hereditas a scripto herede filio mortuo: quare qui non obstat iure intestati, iure testati uidebitur obstitisse. Non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas: parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos naturae, simul et parentum commune uotum.
- 8 IDEM libro sexto responsorum. Filius familias ut proximus cognatus patre consentiente possessionem adgnouit: quamuis per condicionem testamento datam, quod in patris potestate manserit, ab hereditate sit exclusus, tamen utiliter possessionem adgnouisse uidebitur nec in edicti sententiam incidet, quoniam possessionem secundum tabulas non adgnouit, cum inde rem habere non poterit<sup>1</sup> nec in filii potestate condicio fuerit nec facile pater emancipare filium cogi poterit.
- 9 PAULUS libro undecimo responsorum. Si postea, quam filius emancipatus bonorum possessionem patris petit, statum suum mutauit, nihil obesse ei, quo minus id quod adquisiit retineat: quod si prius condicionem suam mutauit, bonorum possessionem eum petere non posse.

## VII.

## R UNDE LEGITIMI R

- 1 IULIANUS libro uicensimo septimo digestorum. Haec uerba edicti 'tum quem ei heredes dem esse oporteret, si intestatus mortuus esset' παρατατικῶς et cum quodam tempore F(DEQICK)

<sup>1</sup> potuerit?

2 capitis] positus F<sup>2</sup> | hij] ei F<sup>1</sup> 5 sit om. F<sup>2</sup>  
8 a u' tque F<sup>4</sup> 11 de] ad F<sup>1</sup> 12 possessionem  
stato patris F<sup>2</sup> 14 cogetur F 21 omiserit  
FQCK, omiserat D<sup>4</sup> EI, om. inter alia D<sup>2</sup>:  
καὶ τότε παρήτησατο τὴν κληρονομίαν ὁ σκρί-

πτος BS (Doroth.) 25 est quo iure heres  
om. F<sup>1</sup>, uertunt BS 27 a) ac f 32 in patris]  
patris in F<sup>1</sup> 37 undecimo responsorum  
'undecimo' si F<sup>4</sup> 43 septimo om. F<sup>2</sup> 44 παρα-  
τατικῶς] παρατακτικῶς F<sup>2</sup>: cf. D. 42, 4, 2, 4

spatio accipiuntur: non ad mortis testatoris tempus referuntur, sed ad id, quo bonorum possessio peteretur. et ideo legitimum heredem, si capite deminutus esset, ab hac bonorum possessione summoneri palam est.

2 ULPIANUS libro quadragesimo sexto ad edictum. Si repudierint sui ab [B.45, 2, 1] S  
intestato bonorum possessionem, adhuc dicemus obstare eos legitimis, hoc est his, quibus  
legitima potuit deferri hereditas, idcirco, quia repudiando quasi liberi bonorum possessio-  
nem hanc incipiunt habere quasi legitimi. Haec autem bonorum possessio non tantum  
masculorum defertur, uerum || etiam feminarum, nec tantum ingenuorum, uerum etiam f. 171  
libertinorum. communis est igitur pluribus. nam et feminae possunt uel consanguineos  
2 uel adgnatos habere, item libertini possunt patronos patronasque habere. Nec tantum 10  
3 masculi hac bonorum possessionem accipere possunt, uerum etiam feminae. Si quis de-  
cesserit, de quo incertum est, utrum pater familias an filius familias sit, quia pater eius  
ab hostibus captus adhuc uiuat uel quod alia causa suspendebat eius statum, magis est,  
ne possit peti bonorum eius possessio, quia nondum intestatum eum esse apparet, cum  
incertum sit, an testari possit. cum igitur coeperit certi status esse, tunc demum petenda 15  
est bonorum possessio: non cum certum esse coeperit intestatum esse, sed cum certum  
4 esse coeperit patrem familias esse. Haec autem bonorum possessio omnem uocat, qui ab  
intestato potuit esse heres, siue lex duodecim tabularum eum legitimum heredem faciat  
sine alia lex senatusue consultum. denique mater, quae ex senatus consulto uenit Ter-  
tulliano, item qui ex Orphitiano ad legitimam hereditatem admittantur, hanc bonorum pos- 20  
sessionem petere possunt.

3 PAULUS libro quadragesimo tertio ad edictum. Generaliter igitur sciendum [B.45, 2, 2] S  
est, quotienscumque uel lex uel senatus<sup>1</sup> defert hereditatem, non etiam bonorum posses-  
sionem, ex hac parte eam peti oportere: cum uero etiam bonorum possessionem dari iubet,  
tum ex illa parte, qua ex legibus, peti debere: sed et ex hac parte poterit. 25

4 IULIANUS libro uicensimo septimo digestorum. Si ex duobus fratribus alter [B.45, 2, 3] Sf  
decesserit testamento iure facto, dein deliberante herede alter quoque intestato decesserit  
et ascriptus heres omiserit hereditatem, patruus legitimam hereditatem habebit: nam haec  
bonorum possessio 'tum quem heredem esse oportet' ad id tempus refertur, quo primum  
ab intestato bonorum possessio peti potuisset. 30

5 MODESTINUS libro tertio pandectarum. Inter adgnatos et cognatos hoc interest, quod E  
in adgnatis et cognati continentur, in cognatis non utique et adgnati. uerbi gratia patris  
frater, id est patruus, et adgnatus est et cognatus, matris autem frater, id est auunculus,  
1 cognatus est, adgnatus non est. Quamdiu spes est snum heredem aliquem de- [B.45, 2, 4]  
functo existere, tamdiu consanguineis locus non est: puta si defuncti uxor praegnas sit 35  
aut defuncti filius apud hostes sit.

6 HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. Nati post mortem patris uel [B.45, 2, 5] P  
post captiuitatem siue deportationem, sed et hi, qui tempore, quo capiebatur uel deporta-  
batur pater, in potestate fuerunt, ius inter se consanguinitatis habent, etsi heredes patri  
non extiterint, sicuti exheredati.

#### F(DEQICK)

<sup>1</sup> consultum *ins.* (u. i.)

1 non ad mortis testatoris tempus referuntur] om. F<sup>2</sup>E, suppl. F<sup>3</sup>, habent, sed inter mortuus esset et et cum quodam, Graeco uocabulo omissa, DQICK 2 capiti F<sup>1</sup> 11 possunt 't uerum F<sup>2</sup> 18 Pex' F<sup>2</sup> 19 tertulliano F 23 uel senatus] ὁ δίκαιος ἢ νόμος ἢ δόγμα

συγκλήτου κληρονομίαν χαρίζεται BS (Doroth.) 25 tum ex illa parte qua ex legibus] τότε ἐξ ἐκείνου τοῦ μέρους αἰτεῖσθαι τὴν διακατοχὴν τὴν λεγόμενην tum cui ex legibus BS (Dor.) similiterque B (Anon.) | pot u' erit F<sup>2</sup> 35 consanguinei's' F<sup>2</sup>

## VIII.

## R UNDE COGNATI R

- 1 ULPIANUS libro quadragesimo sexto ad edictum. Haec bonorum possessio [E. 45, 2, 6] S  
 nudam habet praetoris indulgentiam neque ex iure ciuili originem habet: nam eos inuitat  
 ad bonorum possessionem, qui iure ciuili ad successionem admitti non possunt, id est S  
 1 cognatos. Cognati autem appellati sunt quasi ex uno nati, aut, ut Labeo ait, quasi com-  
 2 mune nascendi initium habuerint. Pertinet autem haec lex ad cognationes non seruales:  
 3 nec enim facile ulla seruilis uidetur esse cognatio. Haec autem bonorum possessio, quae  
 4 ex hac parte edicti datur, cognatorum gradus sex complectitur et ex septimo duas per-  
 5 sonas sobrino et sobrina natum et natam. Cognationem facit etiam adoptio: etenim quibus K 10  
 fiet adgnatus hic qui adoptatus est, isdem etiam cognatus fiet: nam ubicumque de cognatis  
 agitur, ibi sic accipiemus, ut etiam adoptione cognati facti contineantur. euenit igitur, ut  
 is qui in adoptionem datus est tam in familia naturalis patris iura cognationis retineat  
 quam in familia adoptiua nanciscatur: sed eorum tantum cognationem in adoptiua familia - 14  
 5 ¶ nanciscetur, quibus fit adgnatus, in naturali autem omnium retinebit. Proximus autem K 11  
 6 accipietur etiam is qui solus est, quamuis proprie proximus ex pluribus dicitur. Proximum  
 7 accipere nos oportet eo tempore, quo bonorum possessio defertur. Si quis igitur proximus  
 8 cognatus, dum heredes scripti deliberant, diem suum obierit, sequens quasi proximus ad-  
 mittetur, hoc est quicumque fuerit tum deprehensus proximum locum optinens. Si quis  
 9 proximior cognatus nasci speretur<sup>1</sup>, in ea condicione est, ut dici debeat obstare eum se-  
 10 quentibus: sed ubi natus non est, admitteremus eum, qui post uentrem proximus uidebatur.  
 sed hoc ita demum erit accipiendum, si hic qui in utero esse dicitur uiuo eo de cuius  
 bonorum possessione agitur fuit conceptus, nam si post mortem, neque obstabit alii neque  
 ipse admittetur, quia non fuit proximus cognatus ei, quo uiuo nondum animax<sup>2</sup> fuerit.  
 11 Si qua praegnas decesserit et utero exsecto partus sit editus, in ea condicione est partus S 15  
 iste, ut matris suae accipere bonorum possessionem possit 'unde proximi cognati'. sed  
 post senatus consultum Orphitianum et 'unde legitimi' petere poterit, quia mortis tempore  
 10 in utero fuit. Gradatim autem admittuntur cognati ad bonorum possessionem: ut qui sunt  
 11 primo gradu, omnes simul admittuntur. Si quis apud hostes fuerit mortis tempore eius,  
 de cuius bonorum possessione quaeritur, dicendum est bonorum possessionem peti ab  
 eo posse.
- 2 GAIVS libro sexto decimo ad edictum provinciale. Haec parte proconsul na- [E. 45, 2, 7] S  
 turali aequitate motus omnibus cognatis promittit bonorum possessionem, quos sanguinis  
 ratio uocat ad hereditatem, licet iure ciuili deficiant. itaque etiam uulgo quacesiti liberi  
 matris et mater talium liberorum, item ipsi fratres inter se ex hac parte bonorum posses-  
 sionem petere possunt, quia sunt inuicem sibi cognati, usque adeo, ut praegnas quoque S 16  
 manumissa si pepererit, et is qui natus est matri et mater ipsi et inter se quoque qui  
 nascuntur cognati sint.

## F(DEQICK)

<sup>1</sup> Ulpianus libro XLVI ad edictum. Si quis proximior cognatus nasceretur *Priscianus* 3, 4, 21 p. 97 Hertz <sup>2</sup> animans (*Brenemann*: cf. *D.* 11, 8, 2)?

6 appellati<sup>1</sup> F<sup>2</sup> | 'a'nt ut F<sup>4</sup> 7 'nitium F<sup>4</sup> | habuerunt F<sup>2</sup> 10 nat'a'um et F<sup>4</sup> | quibus 'enim' fiet F<sup>4</sup> 12 ibi] ibu F<sup>4</sup> | contineat'ur F<sup>2</sup> 17 quo om. F<sup>2</sup> 19 optinent FDE, optineret F<sup>4</sup>, optinere Q<sup>1</sup>CK 20 nasci speretur] F cum BS (*Doroth.*): ἐὰν δὲ ἐλπίζηται τικτεσθαι, nasceretur libri *Prisciani*. ceterum quod nuper suspicatus est *Huschkius* (*iurisprud. Anteiust.* p. 528) *Priscianum* pendere non ex ipso *Ulpiano*, sed ex digestis, non recte posuit: nam digesta prodierunt a. p. Chr. 533, *Prisciani*

autem libri subscriptionem habent eius qui eos descripsit per a. 526. 527 24 animax] F<sup>2</sup>, animal F<sup>2</sup>DEQICK: οὔτινος ζῶντος οὔπω (οὔπω om. cod.) σΥΝΕΛΙΦΘΗ BS 25 exs'p'ecto F<sup>4</sup> 28 ut qui sunt ... 29 admittuntur] idem legerunt *Graeci*: ἵνα οἱ ὄντες ἐν τῷ πρώτῳ βαθμῷ πάντες ἅμα καλοῦνται BS (*Dor.*): defendi ita poterit, ut ut particulam hic sumamus pro eo quod est exempli causa 32 hac] ac F<sup>4</sup> 33 promittit] F<sup>2</sup> cum BS: ἐπαγγέλλεται, permittit F<sup>2</sup> 38 sunt F

- 3 IULIANUS libro ulcensimo septimo digestorum. Capitis deminu- [Pot. 16 n. 61. B. 45, 2, 8 S  
tione peremuntur cognationes, quae per adoptionem acquisitae sunt. igitur si post mortem  
verbi gratia fratris adoptiui intra centensimum diem adoptiuus frater capite deminutus  
fuerit, bonorum possessionem accipere non poterit, quae proximitatis nomine fratris de-  
fertur: praetorem enim non solum mortis tempus, sed etiam id, quo bonorum possessio 5  
petitur, intueri palam est.
- 4 ULPIANUS libro sexto regularum. Si spurius intestato decesserit, iure con- [B. 45, 2, 9 S  
sanguinitatis aut adgnationis hereditas eius ad nullum pertinet, quia consanguinitatis, item-  
que adgnationis iura a patre oriuntur: proximitatis autem nomine mater eius aut frater  
eadem matre natus bonorum possessionem eius ex edicto petere potest. 10
- 5 POMPONIUS libro quarto ad Sabinum. Legitimis capite deminutis non datur [B. 45, 2, 10 S\*  
bonorum possessio iure heredis legitimi, quia non eadem causa eorum est, quae liberorum:  
sed gradu cognatorum rursus uocantur.
- 6 ULPIANUS libro quadragensimo quinto ad edictum. Cognatis accusatio<sup>1</sup> nihil [B. 45, 2, 11 Sf\*  
obest ad successionem, si accusauerint cognatos suos. 15
- 7 MODESTINUS libro sexto regularum. Is, qui aliqua ratione seruus factus est, [B. 45, 2, 12 E  
manumissione nulla ratione recipit cognationem.
- 8 IDEM libro quarto decimo responsorum. Modestinus respondit non ideo [B. 45, 2, 13 Ef  
minus ad auisae maternae bona ab intestato nepotes admitti, quod uulgo quaesiti propo-  
nantur. 20
- 9 PAPINIANUS libro sexto responsorum. Octauum gradus adgnato iure legitimi [B. 45, 2, 14 P  
heredis, etsi non extiterit heres, possessio defertur: ut proximo autem cognato, quamuis  
extiterit heres, non defertur. Fratris filius pro parte heres institutus, cum patrum sur-  
dum esse contenderet atque ideo testamentum facere non potuisse, possessionem ut proxi- 24  
mus cognatus || accepit. ex die mortis temporis haberi rationem placuit, quia ueri- [Ep. 4, 19 f. 172  
simile non uidebatur tam coniunctum sanguinis defuncti ualitudinem ignorasse.
- 10 SCAEVOOLA libro secundo responsorum. Intestata reliquit sororem Septiciam diuerso P  
patre natam et praegnatam matrem ex alio marito: quaero, si mater hereditatem repudia-  
uerit, dum adhuc praegnas est, posteaque enixa fuerit Semproniam, an etiam Sempronia  
bonorum Titiae possessionem accipere possit. respondit, si mater hereditate exclusae est, 30  
eam quae, ut proponeretur, postea nata est, accipere posse.

## VIII.

## R DE SUCCESSORIO EDICTO R

SP

- 1 ULPIANUS libro quadragensimo nono ad edictum. Successorium edictum [B. 45, 2, 25 S  
idcirco propositum est, ne bona hereditaria uacua sine domino diutius iacerent et credi- 35  
toribus longior mora fieret. e re igitur praetor putauit praestituere tempus his, quibus  
bonorum possessionem detulit, et dare inter eos successionem, ut maturius possint credi-  
tores scire, utrum habeant, cum quo congrudiantur, an uero bona uacantia fisco sint de-  
lata, an potius ad possessionem bonorum procedere debeant, quasi sine successore defuncto.
- 1 Unus enim<sup>2</sup> quisque suam bonorum possessionem repudiare potest, alienam non potest. 40
- 2 Proinde procurator meus sine mea uoluntate meam bonorum possessionem repudiare non  
3 potest. Per seruum delatam bonorum possessionem dominus repudiare potest. Tutor im-  
4 paberis an repudiare possit bonorum possessionem, uideamus. et magis est, ne possit:  
5 sed ille ex auctoritate tutoris repudiare potest. Furiosi curator nequaquam poterit repu-  
6 diare, quia necdum delata est. Qui semel noluit bonorum possessionem petere, perdidit

F(DEQICK)

<sup>1</sup> accusatio del. <sup>2</sup> enim del.

22 quamuis] quasi esset nisi uertit interpres: ei  
 μη ἀδελφείκη BS (Dor.) 23 fratris F 25 accepit]  
 acceperit FDEQICK 26 sanguini F 31 pro-

ponere'tur F<sup>2</sup> 33 successorio] cussorio F<sup>2</sup>  
 36 fieret] EICK, fiet FD | praetor suppl. F<sup>2</sup> 1:  
 ἀναγκαῖον τοῖνυν ἐνόμισε ὁ πραιτωρ BS (Dor.)

ius eius, etsi tempora largiantur: ubi enim noluit, iam coepit ad alios pertinere bonorum  
 7 possessio aut fisci inuitare. Decretalis bonorum possessio an repudiari possit, uideamus.  
 et quidem diebus finire potest: sed repudiari eam non posse uerius est, quia nondum de-  
 8 lata est, nisi cum fuerit decreta: rursum posteaquam decreta est, sera repudiatio est,  
 9 quia quod acquisitum est repudiari non potest. Si intra centensimum diem mortuus sit  
 prior, statim sequens admitti potest. Quod dicimus 'intra dies centum' bonorum posses-  
 sionem peti posse, ita intellegendum est, ut et ipso die centesimo bonorum possessio  
 10 peti possit, quemadmodum intra kalendas etiam ipsae kalendae sunt. idem est et si  
 in diebus centum dicatur. Quibus ex edicto bonorum possessio dari potest, si quis eorum  
 aut dari sibi noluerit aut in diebus statutis non admiserit, tunc ceteris bonorum possessio  
 11 perinde competit, ac si prior ex eo numero non fuerit. Sed uidendum est, an inter ce-  
 teros ipse quoque qui exclusus est admittatur. ut puta filius est in potestate: delata est  
 ei bonorum possessio ex prima parte, unde liberis defertur: exclusus est tempore aut re-  
 12 puidiatione: ceteris defertur: sed ipse sibi succedat ex hac successoria parte? et magis  
 est, ut succedat, ut unde legitimi possit petere et post hos suo ordine ex illa parte, unde  
 13 proximi cognati uocantur. et hoc iure utimur, ut admittatur: poterit igitur ex sequenti  
 parte succedere ipse sibi. item hoc dici poterit et in secundum tabulas bonorum posses-  
 sione, ut, si secundum tabulas non petierit bonorum possessionem is qui potuit et ab in-  
 14 testato succedere, ipse sibi succedat. Largius tempus parentibus liberisque [Pon. 24, 1] 16  
 petendae bonorum possessionis tribuitur, in honorem sanguinis uidelicet, quia artandi non  
 15 erant, qui paene ad propria bona ueniunt. ideoque placuit eis praestitui annum, scilicet  
 ita moderate, ut neque ipsi urgerentur ad bonorum possessionis petitionem neque bonum  
 diu iacerent. sane nonnumquam urgentibus creditoribus interrogandi sunt in iure, an  
 sibi bonorum possessionem admittant, ut, si repudiare se dicant, sciant creditores, quid  
 16 sibi agendum esset: si deliberare se adhuc dicant, praecipitandi non sunt. Si [Pon. 24, 1] 17  
 quis autem a patre suo impuberi filio sit substitutus, non intra annum, sed intra diem  
 17 centensimum bonorum possessionem petere poterit. Non solum autem cum suo [Pon. 24, 1] 16  
 nomine ueniunt liberi parentesque, hoc eis tribuitur, uerum etiam si seruus eius, qui ex  
 liberis parentibusque est, heres institutus est, intra annum competit bonorum possessio:  
 18 persona enim ea est, quae meruit hoc beneficium, quae petat. Sed et si pater [Pon. 24, 1] 19  
 emancipati filii bonorum possessionem contra tabulas accipere uelit, anni tempus ei com-  
 19 petere constat. Et generaliter ait Iulianus ex omnibus causis liberis parentibusque intra  
 annum bonorum possessionem competere.  
 2 PAPINIANUS libro sexto responsorum. Inferioris gradus cognatus beneficium [B. 45, 2, 2] 26 P  
 edicti successorii non habuit, cum prior ex propria parte possessionem accepisset: nec ad  
 27 rem pertinuit, quod abstinendi facultatem ob auxilium aetatis prior cognatus acceperat.  
 igitur fisco uacantia bona recte deferri placuit.

X.

DE GRADIBUS ET ADFINIBUS ET NOMINIBUS EORUM [B. 45, 2, 2] ESP

1 GAIUS libro octauo ad edictum prouinciale. Gradus cognationis alii supe- [B. 45, 2, 2] 1 E  
 rioris ordinis sunt, alii inferioris, alii ex transuerso siue a latere. superioris ordinis sunt  
 parentes. inferioris liberi. ex transuerso siue a latere fratres et sorores liberique eorum.  
 1 Sed superior quidem et inferior cognatio a primo gradu incipit, ex transuerso siue a latere

F(DEQICK)

1 an ins. 2 persona enim quae meruit hoc beneficium ea est?

7 ita om. F: οὐτω δὲ νοεῖν BS 8 ipse F |  
 sint F 10 sibi s' F<sup>2</sup> 11 an inter] an ter F,  
 ante E, an .. K<sup>2</sup>, et ante Q, an DIC, an  
 autem K<sup>2</sup>? μετὰ τῶν ἄλλων BS 12 ad-  
 mitt'atur F<sup>2</sup> 22 neque bona F<sup>2</sup> 23 non-  
 numquam F<sup>2</sup> 30 persona enim seq.] τὸ

γὰρ αὐτὸ πρόσωπόν ἐστι τὸ τιμῆθεν τῷ ἐνιαυτῷ  
 τὸ αἰτοῦν τὴν διακατοχὴν BS (Dorothe.) 31 ac-  
 cipere possit uelit F<sup>2</sup> 36 ob] ab F<sup>2</sup> | acci-  
 perat F 37 deferri] FQC<sup>2</sup>, differri DIOK,  
 de'con'ferre F<sup>2</sup> 41 alii s' inferioris F<sup>2</sup>



nullus est primus gradus et ideo incipit a secundo. itaque in primo gradu cognationis superioris quidem et inferioris ordinis cognati possunt concurrere, ex transuerso uero numquam eo gradu quisquam concurrere potest. at in secundo et tertio et deinceps in ceteris possunt etiam ex transuerso quidam concurrere et cum superioris ordinis cognatis. Sed admonendi sumus, si quando de hereditate uel honorum possessione quaeramus, non semper eos, qui eiusdem gradus sint, concurrere. Primo gradu sunt supra <sup>(B)</sup> cf. I. 8, 6, 1—5 pater mater. infra filius filia. Secundo gradu sunt supra auus auia. infra nepos neptis. ex transuerso frater soror. Tertio gradu sunt supra proauus proauia. infra pronepos proneptis. ex transuerso fratris sororisque filius filia: et conuenienter patruus amita, auunculus matertera. Quarto gradu sunt supra abauus abauia. infra abnepos abneptis. ex transuerso fratris sororisque nepos neptis: et conuenienter patruus magnus amita magna (id est aui frater et soror), auunculus magnus matertera magna (id est auiae frater et soror): item fratres patruelis sorores patruelus (id est qui quaeue ex duobus fratribus progenerantur), item consobrini consobrinaeque (id est qui quaeue ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini), item amitini amitinae (id est qui quaeue ex fratre et sorore propagantur). sed fere uulguis omnes istos communi appellatione consobrinos uocant. Quinto gradu sunt supra atauus atauia. infra adnepos adneptis. ex transuerso fratris et sororis pronepos proneptis: et conuenienter propatruus et proamita (id est proaui frater et soror), proauunculus et promatertera (id est proauiae frater et soror): item fratris patruelis sororis patruelis filius filia, et similiter consobrini consobrinae, item amitini amitinae filius filia: propior sobrino propior sobrina (isti sunt patrum magni amitae magnae, auunculi magni materterae magnae filius filia),

2 ULPIANUS libro quadragesimo sexto ad edictum. hoc est patris eius, de cuius cognatione quaeritur, consobrini consobrina siue frater patruelis.

3 GAIUS libro octauo ad edictum prouinciale. Sexto gradu sunt supra tritauus <sup>(cf. I. 8, 6, 6)</sup> tritania<sup>1</sup>. infra trinepos trineptis. ex transuerso fratris et sororis abnepos abneptis: et conuenienter || abpatruus abamita (id est abauis frater et soror), abauunculus abmatertera (id est abauiae frater et soror): item patrum magni amitae magnae, auunculi magni materterae magnae nepos neptis: item fratris patruelis sororis patruelis, consobrini consobrinae, amitini amitinae nepos neptis: propatrum proamita, proauunculi promaterterae filius filia. item<sup>2</sup> qui ex fratribus patruelibus aut consobrini aut amitini undique<sup>3</sup> propagantur, quae<sup>4</sup> proprii sobriini uocantur. In septimo gradu quam multae esse possint personae, ex his quae diximus satis apparet. Admonendi tamen sumus parentum liberorumque personarum semper duplicari: auum enim et auiam tam maternos quam paternos intellegemus, item nepotes neptesque tam ex filio quam ex filia: quam rationem scilicet in omnibus deinceps gradibus supra infraque sequemur.

4 MODESTINUS libro duodecimo pandectarum. Non facile autem, quod ad nostrum <sup>(B. 45, 3, 2)</sup> ius attinet, cum de naturali cognatione quaeritur, septimum gradum quis excedit, quatenus

F (DEQICK)

<sup>1</sup> tritauus tritania (Inst.)? <sup>2</sup> item del. (u. i.) <sup>3</sup> utrimque? <sup>4</sup> quae del.

4 ex<sup>1</sup> F<sup>2</sup> | cum superioris ordinis cognatis]   
 μετὰ τῶν ἀνωτέρων συγγενῶν BS (Doroth.)   
 6 gradu's sint F<sup>4</sup> 8 frater soror ter soror   
 tertio F<sup>4</sup> 9 ex transuerso F<sup>2</sup> 10 mater-   
 tera F<sup>2</sup> | auuus abauia F<sup>2</sup> 14 consobri-   
 nae quae F<sup>2</sup> | qui quaeue F<sup>2</sup> 15 soror e F<sup>2</sup>   
 16 uocant] sic F nec quicquam mutatum   
 17 atauus] atauus F<sup>2</sup> | abnepos abneptis F   
 18 et proamita F<sup>2</sup> 20 sororis F<sup>2</sup> | filia]   
 patruelis F<sup>2</sup> 21 propior F<sup>2</sup>: propior   
 etiam Inst. libri cum Theophilo uulgaris errore |   
 propior F<sup>2</sup> | patrum] patrum F<sup>2</sup> 25 sexto   
 (non sexti) gradu's F<sup>2</sup> 28 patrum magni F<sup>2</sup>   
 29 amitini] amitine F<sup>2</sup> 31 item ... 32 uo-

cantur] item sobriini sobrinaeque, id est qui quaeue ex fratribus uel sororibus patruelibus uel consobrini uel amitini progenerantur Inst., ubi ommissa sunt quae praecedunt u. 28 item patrum magni ... u. 30 promaterterae filius filia. propagati autem ex fratribus patruelibus utrimque ipsi sunt patrum magni nepotes nominati ante u. 28 | quae] F, qui DEICK 32 propior e F<sup>2</sup> 33 admonendi F<sup>2</sup> | liberorumque F<sup>2</sup> 35 nepotes F<sup>2</sup> 38 quatenus om. F<sup>2</sup>: ἐπειδὴ οὐδὲ ἢ φύσις ἀνήχεται ὑπὲρ τοῦτον τῶν βαθμῶν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπεκτείνεσθαι BS (Doroth.)

- 1 ultra eum fere gradum rerum natura cognatorum uitam<sup>1</sup> consistere non patitur. Cognati ab eo dici putantur, quod quasi una communiterue nati uel ab eodem orti progenitiue sint.
- 2 Cognationis substantia bifariam apud Romanos intellegitur: nam quaedam cognationes iure ciuili, quaedam naturali conecuntur, nonnumquam utroque iure concurrente et naturali et ciuili copulatur cognatio. et quidem naturalis cognatio per se sine ciuili cognatione intellegitur quae per feminas<sup>2</sup> descendit, quae uolgo liberos peperit. ciuilis autem per se, quae etiam legitima dicitur, sine iure naturali cognatio consistit per adoptionem. utroque iure consistit cognatio, cum iustis nuptiis contractis copulatur. sed naturalis quidem cognatio hoc ipso nomine appellatur: ciuilis autem cognatio licet ipsa quoque per se plenissime hoc
- 3 nomine uocetur, proprie tamen adgnatio uocatur, uidelicet quae per mares contingit. Sed quoniam quaedam iura inter adfines quoque uersantur, non alienum est hoc loco de adfinibus quoque breuiter disserere. adfines sunt uiri et uxoris cognati, dicti ab eo, quod duae cognationes, quae diuersae inter se sunt, per nuptias copulantur et altera ad alterius
- 4 cognationis finem accedit: namque coniungendae adfinitatis causa fit ex nuptiis. Nomina uero eorum haec sunt: socer socrus, gener nurus, nouerca uitricus, priuignus priuigna.
- 5 6 Gradus autem adfinitati nulli sunt. Et quidem uiri pater uxorisque socer, mater autem eorum socrus appellatur, cum apud Graecos proprie uiri pater ἐκγρός, mater uero ἐκγρὰ uocitetur, uxoris autem pater πενθερός et mater πενθερὰ uocatur<sup>3</sup>. filii autem uxor nurus, filiae uero uir gener appellatur. uxor liberis ex alia uxore natis nouerca dicitur, matris uir ex alio uiro natis uitricus appellatur: eorum uterque natos aliunde priuignos priuignas<sup>4</sup> que uocant. potest etiam sic definiri. socer est uxoris meae pater, ego illius sum gener: socer magnus dicitur uxoris meae auus, ego illius sum progener: et retro pater meus uxoris meae socer est, haec illi nurus: et auus meus uxoris meae socer magnus est, illa illi pronurus. item<sup>4</sup> prosocerus mihi uxoris meae auia est, ego illius sum progener: et retro mater mea uxoris meae socrus est, illa huic nurus: et auia mea uxoris meae socrus magna est et uxor mea illi pronurus est. priuignus est uxoris meae filius ex alio uiro natus, ego illi sum uitricus: et in contrarium uxor mea liberis, quos ex alia uxore habeo, nouerca dicitur, liberi mei illi priuigni. uiri frater leuir. is apud Graecos δάμρ appellatur, ut est apud Homerum<sup>5</sup> relatum: sic enim Helena ad Hectorem dicit:

δάμρ ἐμεῖο κύνος κακομηχάνου ὀκρυόεσσς. 30

uiri soror glos dicitur, apud Graecos γάλωσ. duorum fratrum uxores ianitrices ] dicuntur, l. i. apud Graecos εἰνάτερεσ. quod uno uersu idem Homerus<sup>6</sup> significat:

ἢ εἰ τινεσ<sup>7</sup> γάλωων ἢ εἰνάτέρων ἐγπέπων.

### F(DEQICK)

<sup>1</sup> idem Graeci: uinculum? <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): de femina? <sup>3</sup> uocatur del. <sup>4</sup> non plus legerunt Graeci: socrus mihi uxoris meae mater est, ego illius sum gener ino. <sup>5</sup> Iliad. 6, 344 <sup>6</sup> Iliad. 6, 378 <sup>7</sup> τινεσ] πῆ ἐκ libri Homeri

2 n'ati F<sup>2</sup> 3 cognitionis F<sup>1</sup> 4 conec-  
tentur (sic) F 5 cognitio F | cognitio F<sup>1</sup>  
6 quae per feminas (femina E) descendit  
(descendere D) quae uolgo liberos (libertos C)  
peperit] FDEQICK: ἡ (συγγένεια) διὰ τῶν γυ-  
ναικῶν συντρέγουσα καὶ ἐλευθέροσ ἐκ πορνείας  
τίκτουσα BS (Doroth.) 7 constitit F<sup>1</sup>: συν-  
ίσταται BS 8 contrac'tis F<sup>2</sup> 9 appella-  
tur' F<sup>2</sup> | per se plenissime] καθ' ἐλατῆν τε-  
λεῖωσ BS (Doroth.) 10 tam a'en F<sup>4</sup> 11 non]  
sic C<sup>4</sup> cum Graecis: οὐκ ἔστιν ἀλλότριον BS  
(Doroth.), num num F<sup>2</sup>, num F<sup>4</sup>, nullum  
DEQIC<sup>2</sup> 13 diuersae inter' se F<sup>2</sup>: διάφοροι  
πρὸς ἐαυτοῦσ BS 14 fit ex nuptiis] quasi  
esset] sunt nuptiae uertit interprete male: συν-  
απτεὰς ἔνεκεν τῆσ ἀγχιτεῖασ γίνονται οἱ γά-  
μοι BS 16 adfinitati] F<sup>2</sup>: βαθμοὶ δὲ τῆσ  
ἀγχιτεῖασ οὐκ εἰσὶν BS 21 socer'et' uxoris

F<sup>2</sup> 22 pater] mater F<sup>2</sup> 23 et auus meus  
uxoris meae socer magnus est] sic scripsi se-  
cundum BS: καὶ ὁ πάπποσ μοῦ τῆσ γαμετῆσ  
μοῦ μέγασ πενθερός ἔστιν, uxoris meae om. F  
24 et bis F<sup>2</sup> 25 et 'auia F<sup>2</sup> | uxoris meae]  
addidi secundum BS: μεγάλην πενθερὰ ἔστι τῆσ  
γαμετῆσ μοῦ, om. F 26 illa F: ἐκέκινε BS |  
illi sum] sic u. d. apud Schullingium cum BS:  
ἐγὼ δὲ ἐκέκινω πατρώοσ εἰμι, illorum F 27 u-  
itricus et bis F<sup>2</sup> 28 leuir] λέβιροσ BS | δάμρ]  
dati F<sup>1</sup> | homerum] eomerum F<sup>2</sup> 29 'he-  
lena F<sup>4</sup> 30 δάμρ F<sup>2</sup>, δαμ F<sup>1</sup> | αἰμε'γο F<sup>2</sup>,  
ἐμοῖο BS | ὀκρυόεσσς] BS, οκρυόεσσς (sic) F  
31 glos] gnos F<sup>1</sup>, γάλωσ BS | galos F | iani-  
trices] ἰανιτρικεσ BS 32 einateres F<sup>2</sup> | uerso F  
33 n'etines F<sup>2</sup>, καὶ τινεσ BS | ἢ εἰνάτέρων  
bis F<sup>2</sup>

- 7 Hos itaque inter se, quod adfinitatis causa parentum liberorumque loco habentur, matrimonio copulari nefas est. Sciendum est neque cognationem neque adfinitatem esse posse, nisi nuptiae non interdictae sint, ex quibus adfinitas coniungitur. Libertini libertinaeque inter se adfines esse possunt. In adoptionem datus aut emancipatus quascumque cognationes adfinitatesque habuit, retinet, adgnationis iura perdit. sed in eam familiam, ad quam per adoptionem venit, nemo est illi cognatus praeter patrem eosue, quibus adgnascitur: adfinitas autem ei omnino in ea familia nemo est. Is cui aqua et igni interdictum est (B) aut aliquo modo capite deminutus est ita, ut libertatem et ciuitatem amitteret, et cognationes et adfinitates omnes, quas ante habuit, amittit.
- 5 PAULUS libro sexto ad Plautium. Si filium naturalem emancipauero et alium (B. 45, 3, 3) E\* adoptauero, non esse eos fratres: si filio meo mortuo Titium adoptauero, uideri eum defuncti fratrem fuisse Arrianus ait.
- 6 ULPIANUS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. Labeo scribit nepotis ex filia mea Ef nati uxorem nurum mihi esse. Generi et nurus appellatione sponsus quoque et (B. 45, 3, 4) sponsa continetur: item socii et socrus appellatione sponsorum parentes contineri uidentur. 15
- 7 SOAEUOLA libro quarto regularum. Priuignus etiam is est, qui uolgo con- (B. 45, 3, 5) S ceptus ex ea natus est quae postea mihi nupsit, aequae et is qui, cum in concubinato erat mater eius, natus ex ea est eaque postea alii nupta sit.
- 8 POMPONIUS libro primo enchiridii. Seruius recte dicebat socii et socrus et (B. 45, 3, 6) P\* generi et nurus appellationem etiam ex sponsalibus adquiri. 20
- 9 PAULUS libro quarto sententiarum. Crémata cognationum directo limite in duas lineas P separantur, quarum altera superior, altera inferior: ex superiore autem et secundo gradu transuersae lineae pendent, quas omnes latiore tractatu habito in librum singularem conteximus'. 24
- 10 IDEM libro singulari de gradibus et adfinibus et nominibus eorum. Iuris con- (B. 45, 3, 7) P sultus cognatorum gradus et adfinium nosse debet, quia legibus hereditates et tutelae ad proximum quemque adgnatum redire consuerunt: sed et edicto praetor proximo cuique cognato dat honorum possessionem: praeterea lege iudiciorum publicorum contra adfines et cognatos testimonium inuiti dicere non cogimur. Nomen cognationis a Graeca uoce (B) dictam uidetur: συγγενεῖς enim illi uocant, quos nos cognatos appellamus. Cognati sunt 30 et quos adgnatos lex duodecim tabularum appellat, sed hi sunt per patrem cognati ex eadem familia: qui autem per feminas coniunguntur, cognati tantum nominantur. Proximiores ex adgnatis sui dicuntur. Inter adgnatos igitur et cognatos hinc interest quod inter genus et speciem: nam qui est adgnatus, et cognatus est, non utique autem qui cognatus est, et adgnatus est: alterum enim ciuile, alterum naturale nomen est. Non par- (B. 45, 3, 7) 35 timus his nominibus, id est cognatorum, etiam in seruis: itaque parentes et filios fratresque etiam seruorum dicimus: sed ad leges seruiles cognationes non pertinent. Cognationis origo et per feminas solas contingit: frater enim est et qui ex eadem matre tantum natus est: nam qui eundem patrem habent, licet diuersas matres, etiam adgnati sunt.
- 11 Parentes usque ad tritaum apud Romanos proprio uocabulo nominantur: ulte- (B. 45, 3, 7) 40

## F(DEQICK)

<sup>1</sup> conteximus (Hal.)? <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): adfines et nomina cognatorum et ins. (cf. Inscr. et L. 4 § 5 h. t.)

1 hos] hoc F<sup>1</sup> | quos F, επειδή BS 5 adfinitatesque (adfinitatisque altero loco) habuit retinet adgnationis bis F<sup>1</sup> | perdit] resit F<sup>o</sup> 8 aut om. F<sup>2</sup> 11 uidero F<sup>o</sup> 12 arrianus] Πανιανός BS (Doroth.) 15 socii's et F<sup>2</sup> | contineri] F<sup>o</sup>K, non contineri F<sup>1</sup> DEQIC: τῆ τοῦ πενθεροῦ καὶ τῆ τῆς πενθερᾶς προσμηγορία οἱ γονεῖς τοῦ μνηστήρος δοκοῦσι περιέχεσθαι BS (Dor.) similiterque B (Anon.) 16 pribignus F<sup>2</sup> 22 separantur F<sup>1</sup> 25 nominibus eorum de

gradibus paulus libro singulari de gradibus et adfinibus iuris (iures F<sup>o</sup>) consultus F<sup>2</sup> | 26 cognatorum gradus et adfinium] τὰς τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ἀρχιτῶν τάξεις BS (Dor.) 29 cognatos] scripsi secundum BS (Dor.): κατὰ τῶν συγγενῶν ἡμῶν καὶ ἀρχιτῶν et B, adgnatos F | cogitur F<sup>o</sup> 31 per] F<sup>o</sup>, ne per F<sup>o</sup> 32 familia F<sup>2</sup>, eamalia F<sup>2</sup> | qui'n autem F<sup>1</sup> | proximiores F<sup>2</sup> 33 inter om. F<sup>o</sup> 34 e'st speciem F<sup>1</sup>



||riores qui non habent speciale nomen maiores appellantur: item liberi usque ad trinepotem  
 8 ultra hos posteriores<sup>1</sup> uocantur. Sunt et ex lateribus cognati, ut fratres sororesque et (B) : f.  
 9 ex his prognati: item patrum amittae et<sup>2</sup> auunculi et materterae. Nam<sup>3</sup> quotiens quaeritur  
 quanto<sup>4</sup> gradu quaeque persona sit, ab eo incipiendum est cuius de cognatione quaerimus  
 et si ex inferioribus aut superioribus gradibus est, recta linea susum uersum uel deorsum  
 tendentium facile inueniemus gradus, si per singulos gradus proximum quemque nume  
 ramus: nam qui ei, qui mihi proximo gradu est, proximus est, secundo gradu est mihi  
 similiter enim<sup>5</sup> accedentibus singulis crescit numerus. idem faciendum in transuersis gra  
 10 dibus: sic frater secundo gradu est, quoniam patris uel matris persona, per quos coniu  
 11 gitur, prior numeratur. Gradus autem dicti sunt a similitudine scalarum locorum uel p  
 12 cliuium, quos ita ingredimur, ut a proximo in proximum, id est in eum, qui quasi ex  
 13 nascitur, transeamus. Nunc singulos gradus numeramus. Primo gradu cognationis s  
 susum uersum duo pater et mater. deorsum uersum duo filius et filia: qui tamen et  
 18 res esse possunt. Secundo gradu duodecim personae continentur hae. auus, hoc est pater  
 et matris pater. item auia, similiter tam paterna quam materna. frater quoque per utrumque  
 que parentem accipitur, id est aut per matrem tantum aut per patrem aut per utrumque,  
 id est ex utroque parente eodem. sed hic numerum non auget, quod nihil differt hic ab  
 eo, qui eundem patrem habet tantum, nisi quod is eosdem cognatos tam paternos quam  
 maternos habet: et ideo euenire solet in his, qui diuersis parentibus nati sunt, ut qui meo  
 19 fratri frater sit meus cognatus non sit. pone me fratrem habere ex eodem tan- [Ep. 22, 31] 10  
 tum patre, illum habere ex eadem matre: illi inter se fratres sunt, mihi alter cognatus  
 non est. soror similiter numeratur ut frater. nepos quoque dupliciter intellegitur ex filio  
 14 uel filia natus. idem est et in nepto. Tertio gradu personae continentur triginta duo  
 proauus, qui quadrifariter intellegitur: est enim aui patrum aut materni pater, item auia  
 patrum aut auia maternae pater. proauia quoque quattuor personas complectitur: est  
 15 enim aut aui patrum aut auia patrum mater, item aui materni et similiter auia maternae  
 mater. patruus, is autem est patris frater<sup>7</sup> et ipse dupliciter intellegendus est ex patre  
 uel matre. auia patrum mea nupsit patri tuo, peperit te, aut auia patrum tua nupsit patri  
 meo, peperit me<sup>8</sup>: ego tibi patruus sum et tu mihi. id euenit, si mulieres altera alterius  
 filio nupsit: nam qui ex his masculi nati fuerint, inuicem patrum sunt, quae feminae, in- 30  
 uicem amittae, item masculi feminis similiter patrum, feminae illis amittae. si uir et mulier  
 ille filiam eius duxerit, illa filio eius nupsit: qui ex patre adolescentis nati erunt, ex  
 matre puellae natos fratrum filios, illi eos patruos et amittas<sup>9</sup> appellabunt. auunculus est  
 matris frater eadem significatione, qua in patruo diximus contigit<sup>10</sup>. si duo uiri alter alte-  
 rius filiam duxerint, qui ex his masculi nati fuerint, inuicem auunculi, quae feminae, in- 35

## F(DEQICK)

<sup>1</sup> posterius (similiter d'Arnaud)? <sup>2</sup> et amittae? <sup>3</sup> iam? <sup>4</sup> quotiens (edd.)? <sup>5</sup> enim] dein?  
<sup>6</sup> duae (DEQI)? <sup>7</sup> patruus est patris frater: is autem? <sup>8</sup> auia patrum mea ... peperit  
 idem Graeci legerunt: εἰ δὲ καὶ ἡγοράε τις

αὐτὸν παρὰ τῶν πολεμίων, οἷον ἵππεύοντων  
 οἱ ἔγγονοι εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, πρὶν ἀναρρυσθεῖν  
 παρὰ τοῦ ἡγοράκοτος αὐτὸν BS (Dor.): at hoc  
 certe Ulpianus non posuit perversum et absur-  
 dum filios redempti in patris locum succedere  
 post luitionem 30 non p' desiderit F<sup>1</sup> 33 et  
 om. F<sup>2</sup>, uertunt BS 35 quamuis' F<sup>1</sup> | in]  
 ni F<sup>1</sup>

- sub omni institutus non impleta condicione decesserint: nam dicendum erit suos posse succedere, si modo mortis testatoris tempore uel in rebus humanis uel saltem concepti fuerint: idque et Iuliano et Marcello placet. Post suos statim consanguinei uocantur. <sup>9</sup> [B] Consanguineos autem Cassius definit eos, qui sanguine inter se conexi sunt. et est uerum eos esse consanguineos, etiamsi sui heredes non extiterunt patri, ut puta exheredatos: sed et si pater eorum deportatus fuerit, nihilo minus eos inter se esse consanguineos, licet patri sui heredes non extitissent: et qui numquam in potestate fuerunt, erunt sibi consanguinei, ut puta qui post captiuitatem patris nascuntur uel qui post mortem. Non <sup>10</sup> [B. 45, 1, 14] solum autem naturales, uerum etiam adoptiui quoque iura consanguinitatis habebunt cum his qui sunt in familia uel in utero uel post mortem patris nati.
- 2 IDEM libro tertio decimo ad Sabinum. Post consanguineos admittuntur adgnati, si consanguinei non sunt, merito. nam si sunt consanguinei, licet non adierint hereditatem, legitimis non defertur. sed hoc sic erit accipiendum, si nec sperantur esse: ceterum si <sup>1</sup> uel nasci consanguineus uel de captiuitate reueri potest, adgnati impediuntur. Adgnati autem sunt cognati uirilis sexus ab eodem orti. nam post suos et consanguineos statim mihi proximus est consanguinei mei filius et ego ei: patris quoque frater, qui patruus appellatur: deincepsque ceteri, si qui sunt hinc orti, in infinitum. Haec hereditas proximo adgnato, id est ei, quem nemo antecedit, defertur, et, si plures sint eiusdem gradus, omnibus, in capita scilicet. ut puta duos fratres habui uel duos patruos, unus ex his unum filium, alius duos reliquit: hereditas mea in tres partes diuidetur. Parui autem refert, adgnatus hic natiuitate an adoptione sit quaesitus: nam qui adoptatur isdem fit adgnatus, quibus pater ipsius fuit, et legitimam eorum hereditatem habebit uel ipsi eius.
- 4 Legitima hereditas tantum proximo defertur. nec interest, unus solus sit an <sup>2</sup> [B. 45, 1, 15] ex duobus prior pluribusue an duo pluresue ab eodem gradu uenientes, qui uel ceteros antecedant uel soli sint: quia is est proximus quem nemo antecedit, et is ultimus quem nemo sequitur, et interdum idem primus postremusque, qui solus occurrit. Interdum ultimum adgnatum admittimus: ut puta fecit quis testamentum, cum haberet patruum et patrii filium, deliberante herede scripto patruus decessit, mox heres institutus repudiata hereditatem: patrii filius admittetur: ergo et bonorum possessionem petere potest. Proximum non eum quaerimus, qui tunc fuit, cum moreretur pater familias, sed eum, qui tunc fuit, cum intestatum decessisset certum est. secundum quae et si suus erat qui praecedebat uel consanguineus, si nemo eorum, cum repudiatur hereditas, uiuit, proximum eum accipimus, qui tunc, cum repudiatur hereditas, primus est. Unde belle quaeri potest, etiam post repudiationem adhuc demus successionem. propone heredem scriptum rogatum restituere hereditatem repudiasse eam, cum nihilo minus compelli potuit adire hereditatem et restituere, ut diuus Pius rescripsit: finge eum superuixisse centum diebus uerbi gratia et interim proximum decessisse, mox et eum, qui erat rogatus restituere: dicendum postriorem admitti cum onere fideicommissi.
- 3 IDEM libro quarto decimo ad Sabinum. Intestato liberto mortuo primum suis <sup>3</sup> [B. 45, 1, 16 S] deferri hereditatem uerum est: si hi non fuerint, tunc patrono. Libertum accipere debemus eum, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit siue sponte siue necessitate, quoniam rogatus fuit eum manumittere: nam et ad huius legitimam hereditatem admittitur. Si dotalem quis seruum manumisit, ipse patronus habetur et ad legitimam hereditatem **F(DEQICK)**

<sup>1</sup> eos qui] fratres et sorores ex eodem patre quia? certe talia desiderantur <sup>2</sup> enim ins.  
<sup>3</sup> idem Graeci: omnem ins.

1 posse's succedere F<sup>1</sup> 6 eos] F<sup>1</sup>, hos F<sup>2</sup>  
 14 impediuntur adgnati om. F<sup>1</sup> 17 hinc  
 orti] incerti F<sup>2</sup> DQICK, incert. (sic) E 19 in  
 capita] incipit a F, competit DEQICK | ut  
 'duo' putat F<sup>1</sup> 22 quibus] quidems F<sup>1</sup>  
 25 quem nemo F<sup>2</sup> | ultimis F<sup>1</sup> 31 quae F<sup>1</sup>  
 32 consanguineus F<sup>1</sup> 33 repudietur F<sup>1</sup> |

belle] F<sup>1</sup>, uelle F<sup>2</sup> DEQICK, ualde K | an  
 etiam post repudiationem seq.] εἰ καὶ μετὰ τὴν  
 ῥεπουδιᾶσιον τοῦ κρηπτοῦ διδοῦμεν ἐπὶ τὸ τῆς  
 σοῦκκεκκίονος δίκαιον BS (Dor.) 34 ad hoc  
 F<sup>1</sup> | pro'pone F<sup>2</sup> 35 rest. 'hereditatem F<sup>1</sup>  
 re'd'pudiasse F<sup>1</sup> 36 cen'd'tum F<sup>1</sup> 41 eum  
 om. F<sup>1</sup>, ἐκείνον BS 43 si] ex si F<sup>1</sup>

ditatem admittetur. Is plane, quem hac lege emi, ut manumittam, etsi ex constitutione diui Marci peruenerit ad libertatem, tamen, ut eadem constitutione expressum est, meus libertus est et legitima eius hereditas mihi deferretur. Quid si necem domini detexit et ex senatus consulto libertatem meruerit? si quidem adsignauit praetor, cuius libertus sit, sine dubio eius erit et ei legitima hereditas deferretur: quod si non addidit, efficitur quidem cinis Romanus, sed eius erit libertus, cuius proxime fuerit seruus et ad legitimam hereditatem ipse admittetur, nisi sicubi quasi indigno deneganda fuerit hereditas. Si quis libertam sic iureiurando adegit 'ne illicite nubat', non debere incidere in legem Aeliam Sentiam. sed si 'intra certum tempus ne ducat' 'neue aliam, quam de qua patronus consenserit' uel 'non nisi conlibertam' aut 'patroni cognatam', dicendum est incidere eum in legem Aeliam Sentiam nec ad legitimam hereditatem admitti. Si municipes seruum manumiserint, admittuntur ad legitimam hereditatem in bonis liberti uel libertae intestatorum. Miles manumittendo seruum peculiarem suum faciet libertum et ad legitimam hereditatem eius admittitur. Principem ad bona libertorum suorum admitti plus quam manifestum est. Utique et ex lege duodecim tabularum ad legitimam hereditatem is qui in utero fuit admittitur, si fuerit editus. inde solet remorari insequentes sibi adgnatos, quibus praefertur, si fuerit editus: inde et partem facit his qui pari gradu sunt, ut puta frater unus est et uterus, uel patri filius unus natus et qui in utero est. Est autem tractatum, pro qua partem faciat, quia ex uno utero plures nasci possunt. et placuit, si in rerum natura certum sit hanc, quae se dicit praegnatam, praegnatem non esse, ex asse iam esse heredem hunc, qui iam natus est, quoniam et ignorans heres fit. quare si medio tempore decesserit, integram hereditatem ad heredem suum transmittit. Post decem menses mortis natus non admittetur ad legitimam hereditatem. De eo autem, qui centesimo octogesimo secundo die natus est, Hippocrates<sup>2</sup> scripsit et diuus Pius pontificibus rescripsit iusto tempore uideri natum, nec uideri in seruitutem conceptum, cum mater ipsius ante centesimum octogesium secundum diem esset manumissa.

4 POMPONIIUS libro quarto ad Sabinum. Hi, quorum parens capite minutus est, B. 45, 1, 17 S legitimae hereditatis ius et in ceteris personis et inter se retinent et alii aduersus eos.

5 ULPIANUS libro quadragesimo sexto ad edictum. Si quis, cum haberet fratrem et patrum, decesserit testamento facto, deinde pendente condicione heredum scriptorum frater intestato decesserit, mox condicio defecerit: patrum posse utriusque adire legitimam hereditatem constat.

6 IULIANUS libro quinquagesimo nono digestorum. Titius Paul. D. 38, 2, 47, 3. BS. 45, 1, 19 S exheredato filio extraneum heredem sub condicione instituit: quaesitum est, si post mortem patris pendente condicione filius uxorem duxisset et filium procreasset et decessisset, deinde condicio instituti heredis defecisset, an ad hunc postumum nepotem legitima hereditas aui pertineret. respondit: qui post mortem aui sui concipitur, is neque legitimam hereditatem eius tamquam suus heres neque bonorum possessionem tamquam cognatus accipere potest, quia lex duodecim tabularum eum uocat ad hereditatem, qui moriente eo, de cuius bonis quaeritur, in rerum natura fuerit,

7 CELSUS libro nicensimo octauo digestorum. uel si uiuo eo conceptus est, B. 45, 1, 19 S quia conceptus quodammodo in rerum natura esse existimatur.

8 IULIANUS libro quinquagesimo nono digestorum. Item praetor edicto suo BS. 45, 1, 19 S proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur his, qui defuncto mortis tempore cognati fuerint. || nam quod in consuetudine nepotes cognati appellantur etiam eorum, post f. 179

F(DEQICK)

<sup>1</sup> parte ino. (Leoninus)    <sup>2</sup> cf. n. 2 ad 1, 5, 12

2 μεν᾽ α' F<sup>2</sup> 3 deferatur F: ἡ ... κληρονομία ἀγτοῦ ἐμοὶ διαφέρει BS | qui'd' si F<sup>2</sup>: καὶ ὅτε ... οἰκῆτις ἡζιώθῃ ἐλευθερίας BS  
5 cinis F<sup>2</sup> 18 et] est F<sup>2</sup> | pro qua partem faciat] μέρος μέρος λογίζομεθα τῷ ποστούμῳ BS 19 qui'a' F<sup>2</sup> 20 decit F<sup>2</sup> | praegna-

tem praegnatem non esse] sic secundum BS: ὅτι ἡ γυνὴ ἢ φάσκοῦσα ἐγκυμονεῖν οὐκ ἐγκυμονεῖ, praegnatem 'non' esse F<sup>2</sup> 36 legitimam F 38 tamquam cognatus] ὡς λεγιμιος ἢ ὡς κογνάτος BS male 39 moriente m' F<sup>2</sup> 43 libra F<sup>2</sup> 44 defunctu F<sup>2</sup>

- quorum mortem concepti sunt, non proprie, sed per abusionem uel potius ἀναφορικῶς accidit. Si quis praegnatem uxorem reliquisset et matrem et sororem, si uiua uxor mater mortua fuisset, deinde uxor mortuum peperisset, ad sororem solam legitima hereditas pertinet, quia certum esset matrem eo tempore decessisse, quo legitima hereditas ad eam non pertinebat.
- 9 MARCIANUS libro quinto institutionum. Si ex pluribus legitimis heredibus quidam omiserint adire hereditatem uel morte uel qua alia ratione impediti fuerint, quo minus adeant, reliquis, qui adierint, ad crescit illorum portio et licet decesserint, antequam ad cresceret, hoc ius ad heredes eorum pertinet. alia causa est instituti heredis et coheredi substituti: huic enim uiuo defertur ex substitutione hereditas, non etiam, decesserit, heredem eius sequitur.
- 10 MODESTINUS libro sexto differentiarum. Si ad patrem manumissorem filii intestati legitima hereditas perueniat uel non manumissori bonorum possessio competat, mater defunctae summouetur.
- 11 POMPONIUS libro decimo ad Quintum Mucium. Capitis deminutione pereunt legitima hereditates, quae ex lege duodecim tabularum ueniunt, siue uiuo aliquo siue antequam adeatur hereditas eius capitis minutio intercessit, quoniam desinit suus heres uel adgnatus recte dici: quae autem ex legibus nouis aut ex senatus consultis, non utique.
- 12 IDEM libro trigensimo ad Quintum Mucium. Filius patri adgnatus proximus est.
- 13 GAIUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. Nulla femina aut habet suos heredes aut desinere habere potest propter capitis deminutionem.
- 14 IDEM libro tertio decimo ad legem Iuliam et Papiam. In suis heredibus aditio non est necessaria, quia statim ipso iure heredes existunt.
- 15 PAPIANUS libro uicensimo nono quaestionum. Si pater apud hostes moriatur, defunctum iam in ciuitate filium credimus patrem familias decessisse, quamuis patri potestate, quamdiu uixerit, non fuerit in plenum liberatus: itaque heredem habiturus est iste non reuerso patre. sed si postliminio redierit pater iam defuncto filio, quidquid medio tempore per eum quaesitum est, habebit: et non est mirum, si peculium quoque defuncti pridem filii defertur patri, cum ex eo natus potestatis ipsius fiat per suspenae iuris constitutionem.
- 16 IDEM libro duodecimo responsorum. Pater instrumento dotali comprehendit filiam ita dotem accepisse, ne quid aliud ex hereditate patris speraret: eam scripturam ius successionis non mutasse constitit: priuatorum enim cautiones legum auctoritate non censentur.

## XVII.

## R AD SENATUS CONSULTUM TERTULLIANUM ET ORPHITIANUM R

- 1 ULPIANUS libro duodecimo ad Sabinum. Siue ingenua siue libertina mater est, admitti possunt liberi ad hereditatem eius ex senatus consulto Orphitiano. Si ea mater, de cuius statu dubitatur, utrum mater familias sit an filia familias, ut puta quoniam pater eius ab hostibus captus sit: si certum esse coeperit matrem familias esse, liberi ad
- F(DEQICK)*

1 'pro'prie F<sup>2</sup> 10 coheredi's F<sup>1</sup> idque uidentur uertere etiam BS: ἕτερόν ἐστιν, ἡνίκα τις γέγραπται κληρονόμος καὶ ἔχει τὸν αὐτὸν καὶ συγκαληρονόμον καὶ συστπιτόγον ἐαυτῷ διδόμενον 15 deminutione] paminutione F<sup>1</sup>, minutione F<sup>2</sup>: διὰ τῆς κἀπιτις δειμινουγιονος BS 17 suus om. F<sup>1</sup> 29 pridem de filii defertur F<sup>2</sup>: εἰ τοῦ πάλαι τεθνηκότος γιού τὸ πεκοῦμιον ἀρμόζει τῷ πατρί BS 81 instrumento do'tali F<sup>2</sup> 82 ea de'm F<sup>1</sup> 83 cau-

tiones (cautionem F<sup>2</sup>) legem (sic) F: τὰ γὰρ τῶν ἰδιωτῶν σύμφωνα δὴναμις νόμων οὐκ ἔχει BS 85 tertullianum] tertyllianum sic et deinceps F: μάται, quoniam apud Graecos solet dici Τερτογλλιάνειον | orphitianum] debuisset esse Orfitianum appellatum a consule a. p. Chr. 178 Ser. Cornelio Scipione Orfito: sed codes fere sibi constat in scriptura falsa 40 patrem familias F<sup>1</sup>

mittentur. unde tractari potest, an medio tempore, dum status pendet, succurri eis per praetorem debeat, ne, si medio tempore decesserint, nihil ad heredem transmittant: et magis est, ut subueniatur, ut in multis casibus placuit. Sed et uulgo quaesiti admittuntur ad matris legitimam hereditatem. Interdum et in seruitutē quaesito erit concedenda hereditas legitima, ueluti si post moram fideicommissariae libertati matris suae factam natus sit. 5 certe si post manumissionem matris fuerit natus, licet in seruitute conceptus, ad legitimam eius hereditatem admittetur. sed et si apud hostes conceptus a captiua procreatus cum ea rediit, secundum rescriptum imperatoris nostri et diui patris eius [D. 49, 15, 9. 25. Cod. 8, 51, 1 ad Ouinium Tertullum || poterit ex hoc senatus consulto admitti quasi uulgo quaesitus. f. 180

Filio, qui mortis tempore matris cuius Romanus fuit, si ante aditam hereditatem in seruitutem deducatur, legitima hereditas non defertur nec si postea liber factus sit, nisi fortē seruus poenae effectus beneficio principis sit restitutus. Sed si matris exsecto uentre filius editus sit, magis dicendum est hunc quoque ad legitimam hereditatem admitti: nam et institutus secundum tabulas et ab intestato unde cognati et multo magis unde legitimi bonorum possessionem petere potuit: argumento est, quod uenter in possessionem ex omni 15 parte edicti mittitur. Qui operas suas ut cum bestiis pugnaret locauit quie rei capitalis damnatus neque restitutus est, ex senatus consulto Orphitiano ad matris hereditatem non admittebatur: sed humana interpretatione placuit eum admitti. idem erit dicendum et si hic filius in eius sit potestate, qui in causa supra scripta sit, posse eum ex Orphitiano admitti. Sed si mater testamento facto filium heredem scripserit unum sub condicione, cum 20 plures haberet, si condicione pendente possessionem petierit et postea condicio defecit, aequum est ceteris etiam filiis legitimam hereditatem non auferri: quod et Papinianus libro sexto decimo quaestionum scripsit. Capitis minutio saluo statu contingens liberis nihil nocet ad legitimam hereditatem: nam uetus sola hereditas, quae lege duodecim tabularum defertur, capitis minutione peremittitur, nouae uel ex lege uel ex senatus consultis<sup>1</sup> delatae 25 non peremuntur capitis deminutione. proinde siue quis ante delatam<sup>2</sup> capite minuatur, ad legitimam hereditatem admittetur, nisi magna capitis deminutio interueniat, quae<sup>3</sup> uel ciuitatem adimit, ut puta si deportetur. 'Si nemo filiorum eorumue, quibus simul legitima hereditas defertur, uolet ad se eam hereditatem pertinere, ius antiquum esto'. hoc ideo dicitur, ut, quamdiu uel unus filius uult legitimam hereditatem ad se pertinere, ius uetus 30 locum non habeat: itaque si ex duobus alter adierit, alter repudiauerit hereditatem, ei portio ad crescet. et si forte sit filius et patronus, repudiante filio patrono defertur. Si quis adita matris hereditate per in integrum restitutionem fuerit abstentus, an ius antiquum possit locum habere? uerba admittunt, ut possit: 'uolet ad se', inquit, 'eam hereditatem pertinere': nam et hic non uult, etsi aliquando uoluit: et dico posse ius antiquum 35 locum habere. Utrum autem ei defertur successio, qui tunc legitimus deprehenditur, an uero ei, qui tunc fuit, cum filio defertur? ut puta proponamus fuisse defunctae consanguineum eiusque filium, deliberante filio defunctae consanguineum obisse, mox filium repudiasse matris hereditatem: an consanguinei filius admitti possit? et Iulianus recte putat circa Tertullianum locum esse succedenti adgnato. Quod ait senatus: 'quae iudicata transacta 40 finitae sunt, rata maneant', ita intellegendum est, ut 'iudicata' accipere debeamus ab eo

*F(DEQICK)*

<sup>1</sup> senatus consulto (edd.)?<sup>2</sup> hereditatem siue post delatam *ins.* (similiter edd.: u. i.)<sup>3</sup> uel libertatem *ins.* (u. i.)

3 subuenietur *F* | admittentur *F*<sup>2</sup> 5 matris *F*  
6 natis *F*<sup>2</sup> 9 tertullum *F* 12 poenae] *F*<sup>2</sup> cum  
*BS* (*Dor.*): λογος τιμωριας γενόμενος, om. *F*<sup>1</sup> |  
sed] sit *F*<sup>2</sup> 15 omni a parte *F*<sup>2</sup> 18 admiti'  
(sic) *F*<sup>2</sup> 21 possessionem] bonorum possessionem *F*<sup>2</sup>  
22 aequum est 'si' ceteris *F*<sup>2</sup>  
26 siue quis ante delatam] *F*<sup>1</sup>, siue quis ante  
delatam siue delatam (sic) *F*<sup>2</sup>: uidentur Graeci  
quoque illud habuisse, nam uertunt similiter im-  
perfecte: είτε πριν καταεχθρησαι συνεβη, ουκ

εμποδίζεται *BS* (*Dor.*) et κληρονομιαν αρμοσαι hiatu obliuato *B* (*Anon.*)  
27 quae (que *F*<sup>2</sup>) uel ciuitatem adimit] ητις  
η την πολιτειαν αφαιρεται ως η λεπορτατιων  
η την τυχην καταβαλλεται *BS* (*Dor.*) ex supple-  
mento omnino, cum praesertim antea interpre-  
non uerterit uerba u. 23 saluo statu 29 se  
'h'eam *F*<sup>4</sup> 32 sit om. *F*<sup>1</sup> 34 ut om. *F*<sup>2</sup>  
36 locum om. *F*<sup>1</sup> 40 ait] ei *F*<sup>1</sup> 41 debe-  
mus *F*



cui indicandi ius fuit, 'transacta' scilicet bona fide, ut valeat transactio, 'finita' uel consensu uel longo silentio sopita.

- 2 IDEM libro tertio decimo ad Sabinum. Siue ingenua sit mater siue libertina, [B. 45, 1, 28] Sf  
 1 habeat Tertullianum commodum. Filium autem uel filiam accipere debemus, siue iuste  
 sint procreati uel uulgo quaesiti: idque in uulgo quaesitis et Iulianus libro quinquagesimo 5  
 2 nono digestorum scripsit. Sed si filius uel filia libertini sint effecti, mater legitimam hereditatem uindicare non poterit, quoniam mater esse huiusmodi filiorum desiit: idque et Iu-  
 3 lianus scripsit et constitutum est ab imperatore nostro. Sed si in seruitute concepit filium  
 et manumissa ediderit, ad legitimam eius hereditatem admittetur: idemque et si serua  
 4 poenae concepit et restituta edidit: hoc idem et si libera concepit, edidit serua poenae, 10  
 mox restituta est: sed et si libera concepit et in seruitutem redacta edidit, mox manu-  
 5 missa est, ad legitimam hereditatem eius admittetur. item si adhuc praegnas manumissa f. 180  
 est, dicendum erit prodesse. et in seruitute editi filii ad legitimam hereditatem mater ad-  
 mittetur, ut puta si post moram factam in fideicommissa libertate peperit, uel apud hostes  
 4 et cum eo rediit, uel si redempta edidit. Si mulier sit famosa, ad legitimam hereditatem 15  
 5 liberorum admittetur. Impuberem, cui pater secundas tabulas fecit, tunc certum est in-  
 testatum decessisse, cum omiserint substituti hereditatem eius. quare et si impubes adro-  
 gatus sit, dicendum est matrem ad bona eius admitti, quae haberet, si intestatus decessisset.  
 6 Liberi defuncti sui quidem obstabunt matri eius tam uiriliter quam feminini, tam na-  
 turales quam adoptiui matremque excludunt, bonorum possessores uero etiam non sui e-  
 7 quidem soli naturales. adoptiui autem liberi post emancipationem ita admittuntur, si ex  
 liberis naturalibus fuerint, ut puta nepos naturalis ab auo adoptatus: nam licet sit eman-  
 7 cipatus, bonorum possessione accepta matri obstabit. Si uero apud hostes est filius ue-  
 8 nasci speratur, pendet ius matris, donec redierit uel nascatur. Sed si sint sui heredes,  
 uerum hereditas ad eos non pertineat, uideamus, an mater admittatur, ut puta abstinuit  
 9 se hereditate. Africanus et Publicius temptant dicere in casum, quo se abstinent sui, ma-  
 trem uenire, et<sup>2</sup> tunc ei obstant, quotiens rem haberent, ne nudum nomen sui hereditas  
 9 noceat matri: quae sententia aequior est. Sed si quis decessisset relicta filia, quam in  
 adoptionem legitime dederat, relicta et matre, diuus Pius decreuit cessare senatus consultum  
 10 Tertullianum et simul esse admittendas ad bonorum possessionem unde proximi cognati  
 matrem et filiam. sed quod idem Iulianus scripsit matrem ex senatus consulto non posse  
 10 admitti, si filia in bonorum possessione petenda cessauerit, uerum non erit: succedit enim  
 filiae. et ideo dicendum erit matrem, donec filia bonorum possessionem petere potest, bonorum  
 11 possessionem accipere non posse, quoniam succedere quae legitima speraretur. Si  
 bonorum possessione accepta filius emancipatus abstinerit se hereditate per in integrum  
 11 restitutionem, uerum est senatus consultum posse locum habere: sed si fuerit rursus im-  
 mixtus, rursus debet mater abstinere. Si quis ex liberis, dum est in utero, in possessionem  
 12 missus sit, mox natus sit et ante bonorum possessionem acceptam decesserit, an mater  
 noceat, uidentum, quasi bonorum possessor. et puto non nocere, si non suus patri ad-  
 gnascitur: neque enim sufficit<sup>3</sup> mitti in possessionem, nisi natus quoque acceperit bonorum  
 12 possessionem. igitur et si furioso decreto petita sit possessio et priusquam ipse menti  
 cum status controuersiam pateretur, Carbonianam solam acceperit, an noceat matri bonorum  
 13 possessio, quaesitum quidem est: sed cum haec tempore finiatur, dicendum est matri  
 post tempus non nocere aut, si impubes decesserit, matrem posse admitti. Sed si infantem  
 13 per tutorem petita sit possessio, licet statim decesserit, dicendum erit matri obstatisse  
 14 non enim similis est ei, quae furioso datur. Ita demum autem mater senatus consultum

F(DEQICK)

<sup>1</sup> abstinuit] abstinent sui?    <sup>2</sup> ut (Hal)?    <sup>3</sup> ita ins.

1 ualeat n't F<sup>4</sup>    5 uolgo F<sup>1</sup>    9 manumis's'a F<sup>2</sup>    de'n't F<sup>2</sup>    26 casu'm' F<sup>2</sup>    29 adoptione'm' F<sup>2</sup>  
 11 ededit F    13 prodesse et' in seruitute F<sup>2</sup>    30 simil F<sup>1</sup>    47 non om. F<sup>2</sup> | furio'p'so F<sup>4</sup>  
 15 ededit F    23 possessione'm' F<sup>2</sup>    24 pen-

beneficio excludetur, si filius adiit legitimam hereditatem: ceterum si omiserit legitimam hereditatem, mater ex senatus consulto Tertulliano admittetur. sed si non sit solus iste filius legitimus heres, sed sint qui cum eo admittantur, nec in partem eorum mater ex senatus consulto erit uocanda. Obicitur matri pater in utriusque bonis tam filii quam (B) filiae, siue heres siue bonorum possessor existat. sed neque auus neque proauus in Tertulliano matri nocent, quamuis fiduciam contraxerint. pater autem tantum naturalis, non etiam adoptiuus matri nocet: uerius est enim, cum pater esse desierit, a matre eum excludi: sed nec ad bonorum possessionem contra tabulas eum || admitti, cum pater esse f. 181 desierit. Undecumque autem acceperit bonorum possessionem pater naturalis, siue legitimus siue contra tabulas, ex quaui parte excludit matrem. Si sit adgnatus defuncti et 10 naturalis pater sit in adoptiua familia, sit et mater, admittimus matrem, quoniam patrem adgnatus exclusit. Si sit consanguinea soror defuncti, sit et mater, sit et pater adoptatus uel emancipatus: si consanguinea uelit habere hereditatem, matrem ex senatus consulto una cum ea uenire, patrem excludi placet: si consanguinea repudiet, matrem ex senatus consulto propter patrem non uenire: et quamuis alias non soleat mater exspectare con- 15 sanguineam, uelit nec ne adire hereditatem, nunc tamen exspectaturam: consanguinea enim est, quae patrem excludit. repudiante igitur consanguinea bonorum possessionem habebit mater cum patre quasi cognata, sed et in hac moram patietur nec ante accipiet bonorum possessionem quam pater petierit, quoniam omittente eo potest ex senatus consulto succedere. Sed et si ipsa mater eadem sit et soror consanguinea, ut puta quoniam 20 pater matris nepotem suum ex filia adoptauit, sit praeterea et pater naturalis: haec mater si quidem quasi consanguinea ueniat, excludit patrem: si ius consanguineae repudiavit uel capitis deminutione amisit, ex senatus consulto uenire propter patrem non potest, repudiante uero patre rursus ex senatus consulto potest uenire. Si mater hereditatem filii filiaeue non adierit ex senatus consulto Tertulliano, in bonorum possessione antiquum ius 25 seruandum est: cum enim esset<sup>1</sup> praelatio matre omittente senatus consulti beneficium, ius succedit uetus. Sed si mater repudiauere bonorum possessionem, de adeunda autem hereditate deliberet, dicendum erit adgnatum non succedere, quoniam nondum uerum est non adisse matrem. Quod autem diximus ius antiquum seruari matre non adeunte, cui personae deferatur hereditas, uidentium, utrum ei, quae nunc proxima inuenitur, cum 30 mater repudiat, an ei quae fuit, cum intestato decessisse certum est? ut puta fuit patruus, cum intestato decederet, et patruus filius: cum mater repudiasset, patruus nondum delatam hereditatem atque ideo defuncto eo matre deliberante patruus filium uocari. <sup>2</sup>Si mater non petierit tutores idoneos filiis suis uel prioribus excusatis reiectisue [cf. D. 26, 6, 2, 2. B. 45, 1, 28 non confestim aliorum nomina ediderit, ius non habet uindicandorum sibi bonorum in- 35 testatorum filiorum. et quidem si non petit, incidit: ait enim 'uel non petere'. sed a quo non petere? loquitur quidem de praetore constitutio: sed puto et in prouinciis locum habere, etiamsi a magistratibus municipalibus non petat, quoniam et magistratibus municipalibus dandi necessitas iniungitur. Quid ergo, si petiit, sed admonita uel a libertis uel a cognatis, an incidat in senatus consultum<sup>3</sup>? et puto eam incidere, si compulsa fecit, 40 non si, cum petere non cunctaretur, admonita est. Quid si pater eis peti prohibuerat tutorem, quoniam per matrem rem eorum administrari uoluit? incidet, si nec petat nec le-

F(DEQICK)

<sup>1</sup> cesset (u. d. apud Schullingium)? <sup>2</sup> rescriptum Seueri ad Cuspium Rufinum, ad quod pertinent quae sequuntur, legitur supra D. 26, 6, 2, 2 <sup>3</sup> in senatus consultum del. (cf. § 23. 29 et 26, 6, 2, 2. 4 pr.: similiter Cuiacius)

1 excluditur F<sup>2</sup> 3 qui] que F<sup>a</sup> 4 erit uocanda 'erit' obicitur F<sup>b</sup> 5 possessor F<sup>b</sup> 7 nocet] noceat F 9 'undecumque' F<sup>b</sup> 11 familia 'sit' et mater F<sup>a</sup> 12 defuncti 'sit' et F<sup>a</sup> 24 rursus F<sup>2</sup> 25 bonorum possessione] DQI, bonorum possessionem CK, bonorum F<sup>e</sup>, bonis eorum F<sup>a</sup> 28 heredita-

te'm' F<sup>a</sup> 31 est] F<sup>1</sup>, esset F<sup>2</sup> 35 nomina ediderit] nomine uiderit F<sup>2</sup>, nomine dederit F<sup>2</sup>: ἡ μήτηρ ... μὴ ἐκδοῦσα ὀνόματα ἑτέρων BS (Cyr.), εἰάν ἡ μήτηρ ... μὴ ἄλλοις παραχρήμα ὀνομάσῃ B (Anon.): cf. § 38 40 compulsa'n' fecit F<sup>b</sup> 41 peti] pater F<sup>a</sup>

26 gitime tutelam administrat. Quod si penitus egenis filiis non petit, ignoscendum est ei.  
 27 Sed si forte absens a libertis praeuenta est uel ab aliis, dicendum est eam non excludi,  
 28 nisi forte cum frustraretur, id contingit. Filiis autem non petendo punitur, utique et filia-  
 29 bus. quid si nepotibus? similiter non petendo punitur. Quid si curatores non petiit?  
 30 uerba rescripti deficiunt, sed dicendum est, si quidem impuberibus curatores non petiit,  
 30 eandem esse rationem, si iam puberibus, cessare debere. Quid si cum praegnas esset,  
 31 bonis non petiit curatorem? dico in sententiam incidere: nam et si apud hostes habuit  
 31 impuberem, idem erit dicendum. Quid si furioso tutorem uel curatorem non petiit? magis  
 32 est, ut incidat. Non solum autem quae non petiit coercetur, sed et quae defunctorie  
 32 petiit, ut rescripto declaratur, uel priuilegio munitum uel oneratum tribus puta ¶ tutelae,  
 33 sed ita demum, si data opera hoc fecit. Quid ergo, si tales petiit et susceperunt nihilo  
 34 minus uel detenti sunt? excusata erit mater. Quid si indignos, id est minus habiles ad  
 34 tutelam petierit, quoniam sciebat praetorem eos non daturum? quid tamen si<sup>1</sup> dedit eos  
 35 praetor matris petitionem secutus? iam quidem praetoris delictum est, sed et matris pu-  
 35 nimus consilium. Igitur si forte excusati sint illi uel improbati, debet mater alios sine  
 36 mora petere. Ergo siue non petierit siue idoneos non petierit, punietur, etiamsi dati fue-  
 37 rint minus idonei praetore errante. Idoneos autem utrum facultatibus an et moribus pe-  
 37 tere debeat, dubitationis esse potest. puto autem facile ei ignosci, si locupletes sint hi,  
 38 quos petiit. Sed et si prioribus excusatis reiectiue non confestim aliorum nomina edi-  
 38 derit, punitur. Quid ergo, si non fuerint omnes excusati uel non omnes reiecti? uiden-  
 39 dum, an ei imputetur, cur in locum excusati non petiit: et puto imputandum. Quid si  
 40 decesserint quidam? puto, licet uerba deficiant, sententiam constitutionis locum habere.  
 41 Sed quod diximus 'reieci' utrum sic accipimus 'a praetore non dati' an et si suspecti  
 41 fuerint remoti uel ob neglegentiam uel ignauiam repulsi? etiam hos quis reiectos recte  
 42 dicet. ergo et si latitent? sed longum<sup>2</sup> est: nam nec hoc ei imputetur, cur suspectos non  
 42 fecit: alioquin et si latitarent, potuit edicto desiderare ut eos praetor adesse iuberet et  
 42 suspectos eos remouet<sup>3</sup>, si deessent. Quid si non compulit eos miscere se tutelae? cum  
 43 cum plenum officium a matre desideremus, et haec ei curanda sunt, ne in hereditate  
 43 obstant. 'Confestim' autem sic erit accipiendum 'ubi primum potuit', id est praetoris co-  
 43 piam habuit huic rei sedentis, nisi forte infirmitate impedita est uel alia magna causa,  
 44 quae etiam mandare eam ad petendos tutores impediret: ita tamen, ut nullo modo annale  
 44 tempus excederet. si enim mortalitate filii praeuenta est, nihil matri imputetur. Tractari  
 44 belle potest, si pupillo amplum legatum sub condicione sit relictum 'si tutores non habuerit'  
 44 et propterea ei mater non petierit, ne condicione deficeretur, an constitutio cesset.  
 45 puto cessare, si damnum minus sit cumulo legati. quod et in magistratibus municipalibus  
 45 tractatur apud Tertullianum: et putat dandam in eos actionem, quatenus plus esset in  
 45 damno quam in legato. nisi forte quis putet condicionem hanc quasi utilitati publica  
 45 obpugnantem remittendam ut alias plerasque: aut uerba cauillatus imputauerit matri, cum  
 46 curatores non petierit. finge autem plenus condicionem conscriptam: nonne erit matri  
 46 ignoscendum? aut hoc imputatur matri, cur non desiderauit a principe condicionem re-  
 46 mitti? et puto non esse imputandum. Ego etiam si mater ei, qui soluendo non erit, non  
 46 petiit tutorem, puto ignoscendum: consuluit enim ei, ut minus inquietetur quasi indefensus.  
 46 Et si forte quis uxorem communis filii matrem heredem scripsit rogauitque remissa etiam  
 46 satisfatione, ut filio puberi facto restitueret hereditatem, nec mater ei petiit tutores, debet  
 46 dici cessare constitutionem, cum patris uoluntatem secuta sit et nihil habenti filio tutores

## F(DEQICK)

<sup>1</sup> quid si tamen?    <sup>2</sup> longum] inicum?    <sup>3</sup> remoueret (u. i.)?

8 uel curatorem om. F<sup>2</sup>: ἐπιτροπον ἢ κου-  
 ράτωρα τῷ μαινομένῳ B (Anon.) citaturque in  
 scholiis D. 26, 1, 3 pr. 9 defunctoria e F<sup>2</sup>  
 18 dubitationi'bus esse 'puto' potest F<sup>2</sup> | ei  
 'ignosci' F<sup>2</sup> | si locupletes] solocupletes F<sup>1</sup>  
 25 lati'n'tent F<sup>2</sup> 27 remouet] F, remoueret

DEICK, remouetur Q 28 desideramus F<sup>2</sup>  
 29 obste'n't F<sup>2</sup> 30 se'n'dentis F<sup>2</sup>: προκαθ-  
 εξομένου τοῦ πραιτωρος B (Anon.) 31 an-  
 n'o'ale F<sup>2</sup> 33 belle] uelle F<sup>2</sup> 34 ei ma-  
 ter 'ei' non F<sup>2</sup> 38 cauillatus F<sup>2</sup> 40 desi-  
 derabit F<sup>1</sup>

- non petierit. quod si ei remissa satisfactio non fuerit, contra erit, quoniam uel propter hoc debuit tutores habere. sed si forte impubes post matris cessationem fuerit adrogatus et impubes obierit, dicendum erit matri aduersus adrogatorem non competere ex stipulatu actionem. Uidendum est, matre prohibita ius suum uindicare utrum ceteros admit-
- 47 **(B)** tamus, atque si mater non esset, an ipsam heredem dicimus fieri uel aliud nomen successio-  
5 cessionis induere, sed denegamus ei actiones? et inuenimus rescriptum ab imperatore nostro Antonino Augusto et diuo patre eius Mammiae Maximinae pridie idus Apriles Plautiano iterum consule<sup>1</sup> matre remota eos admitti, qui uenirent, si mater non fuisset: ergo et adgnati ceterique succedent aut, si nemo sit, bona uocabunt.
- 3 | **MODESTINUS** libro octauo regularum. Patrem adoptiuum matri non obesse plerique **E** f. 182  
probant.
- 4 **IDEM** libro nono regularum. Matris intestatae defunctae hereditatem ad omnes **(B. 45, 1, 29)** **Ef**  
eius liberos pertinere, etiamsi ex diuersis matrimoniis nati fuerint, iuris est.
- 5 **PAULUS** libro singulari ad senatus consultum Tertullianum. Aequissimum **(B. 45, 1, 30)** **P**  
uisum est omnes filios matri praeferrere, etiamsi per adoptionem in familiam relictis essent. 15
- 1 Sed et nepos ex adoptiuo filio natus ex uerbis senatus consulti matri obstabit. Si ex **(B)**  
filio nepotem auus manumiserit isque patre et auo et matre superstitibus decesserit, potest  
quaeri, quis potior esse debeat. nam si mater excluserit auum manumissorem, qui patri  
anteponitur, edicto praetoris inducetur pater defuncti, quo admissio desinit senatus con-  
sulto locus esse et rursus auus uocabitur. itaque rectius est auo ius suum conseruare, 20  
qui et contra scriptos heredes bonorum possessionem accipere solet.
- 6 **IDEM** libro singulari ad senatus consultum Orphitianum. Filii mater<sup>2</sup> ex hoc **(B. 45, 1, 31)** **P**  
senatus consulto, etiamsi in aliena potestate sit, ad hereditatem admittitur. Filii, qui  
se nolle adire hereditatem matris dixit, an potest mutata uoluntate adire, antequam con-  
sanguineus uel adgnatus adierit, uidendum propter haec uerba 'si nemo filiorum uolet' 25  
'hereditatem suscipere', quia extensius sunt. et cum uerba extensius sint, praesentia eius  
usque ad annum admittenda est, cum et ipsa filii bonorum possessio annalis est.
- 7 **IDEM** libro singulari ad senatus consultum Tertullianum et Orphitianum<sup>3</sup>. **(B. 45, 1, 32)** **P**  
Si quis intestatus decesserit relicta matre et fratre consanguineo uel sorore quamuis per  
adrogationem quaesitis, eadem iura in persona matris seruantur, quae et naturalibus ex- 30  
tantibus liberis.
- 8 **GAIUS** libro singulari ad senatus consultum Tertullianum. In suspenso est **(B. 45, 1, 33)** **P**  
ius matris, si filius defuncti emancipatus deliberet de bonorum possessione petenda.
- 9 **IDEM** libro singulari ad senatus consultum Orphitianum. Sacratissimi prin- **(B. 45, 1, 34)** **P**  
cipis nostri oratione cauetur, ut matris intestatae hereditas ad liberos, tametsi in aliena 35  
potestate erunt, pertineat.
- 10 **POMPONIUS** libro secundo senatus consultorum. Si filius familias miles non sit testatus **A**  
de his, quae in castris adquisierit, an ea ad matrem pertineant, uidendum est. sed non  
puto: magis enim iudicio militum hoc beneficium concessum est, non ut omnimodo quasi  
1 patres familiarum in ea re sint. Quando in pendenti est, an quaedam personae **(B. 45, 1, 35)** 40  
possint obstare matri, et casus tulerit, ut non inducerentur, matris ius integrum erit, quod  
medio tempore appenderit<sup>4</sup>: ueluti si filio intestato mortuo postumus ei filius potuerit nasci  
nec natus sit aut mortuus editus, uel quod<sup>5</sup> etiam filius qui in hostium potestate erat  
postliminio non sit reuersus<sup>6</sup>.

f. 182' uacat

**F(DEQICK)**

<sup>1</sup> a. p. Chr. 203    <sup>2</sup> idem Graeci: matris filius?    <sup>3</sup> et Orphitianum del.    <sup>4</sup> pependerit?  
<sup>5</sup> quod del.    <sup>6</sup> hic desinunt Tres partes quae dicuntur siue Digestorum uolumen alterum Infortiatum

7 idus apriles] **F**<sup>1</sup>, idibus aprilibus (sic) **F**<sup>2</sup>    26 et ius usque **F**    29 decesserit **F**<sup>1</sup>    32 in]  
15 matris **F**<sup>2</sup>    18 exclusa: erit **F**<sup>2</sup> | patre **F**<sup>1</sup>    an **F**<sup>1</sup>    42 appenderit] **F**, apprehenderit **DE**  
21 heredes **F**<sup>2</sup>    25 filiorum] filiorum **F**    **QICK**: ἤρθηται τὰ δίκαια τῆς μητρός **BS** (Cyr.)

## LIBER TRIGESIMUS NONUS.

## I

## R DE OPERIS NOUI NUNTIATIONE R

- 1 ULPIANUS libro quinquagesimo secundo ad edictum. Hoc edicto promittitur, ut, siue iure siue iniuria opus fieret, per nuntiationem inhi-  
 2 retur prohibitio hactenus, quatenus prohibendi ius is qui nuntiasset non haberet. Hoc  
 3 autem edictum remediumque operis noui nuntiationis aduersus futura opera inductum  
 4 non aduersus praeterita, hoc est aduersus ea quae nondum facta sunt, ne fiant: nam  
 5 quid operis fuerit factum, quod fieri non debuit, cessat edictum de operis noui nuntiatione  
 6 et erit transeundum ad interdictum 'quod ui aut clam factum erit ut restituatur',  
 7 'quod in loco sacro religiosoue' et 'quod in flumine publico ripaue publica factum erit':  
 8 nam his interdictis restituatur, si quid illicite factum est. Nuntiatio ex hoc edicto  
 9 non habet necessariam praetoris aditionem: potest enim nuntiare quis et si eum non  
 10 adierit.  
 11 Item nuntiationem et nostro et alieno nomine facere possumus. Item nuntiatio omnibus  
 12 diebus fieri potest. Et aduersus absentes etiam et inuitos et ignorantes operis noui  
 13 nuntiatio procedit. In operis autem noui nuntiatione possessorem aduersarium facimus. Sed  
 14 si is, cui opus nouum nuntiatum est, ante remissionem aedificauerit, deinde coeperit  
 15 agere ius sibi esse ita aedificatum habere, praetor actionem ei negare debet et interdictum  
 16 eum de opere restituendo reddere. Potest autem quis nuntiare etiam ignorans, quid opus  
 17 fieret. Et post operis noui nuntiationem committunt se litigatores praetoriae iurisdictioni.  
 18 Inde quaeritur apud Celsum libro duodecimo digestorum, si post opus nouum nuntiatum  
 19 conueniat tibi cum aduersario, ut opus faceres, an danda sit conuentionis exceptio?  
 20 ait Celsus dandam, nec esse periculum, ne pactio priuatorum iussu praetoris antepositum  
 21 uideatur: quid enim aliud agebat praetor quam hoc, ut controuersias eorum dirimeret?  
 22 quibus si sponte recesserunt, debet id ratum habere. Opus nouum facere uidetur, quod  
 23 aut aedificando aut detrahendo aliquid pristinam faciem operis mutat. Hoc autem edictum  
 24 non omnia opera complectitur, sed ea sola, quae solo coniuncta sunt, quorum aedificatio  
 25 uel demolitio uidetur opus nouum continere. idcirco placuit, si quis messem faciat, ar-  
 26 borem succidat, uineam putet, quamquam opus faciat, tamen ad hoc edictum non perti-  
 27 nere, quia ad ea opera, quae in solo fiunt, pertinet hoc edictum. Si quis aedificium uetus  
 28 fulciat, an opus nouum nuntiare ei possumus, uideamus. et magis est, ne possimus: hic  
 29 enim non opus nouum facit, sed ueteri sustinendo remedium adhibet. Siue autem intra  
 30 F(XYQMOC)

<sup>1</sup> hic incipit Digestorum apud Bononienses uolumen tertium siue Digestum nouum <sup>2</sup> in del.  
<sup>3</sup> per? <sup>4</sup> sed sola solo coniuncta sunt?

6 'hactenus F<sup>2</sup> | ius] is F<sup>2</sup> | habere't' F<sup>2</sup>,  
 'h'abere F<sup>2</sup> 8 quae] que F 9 fieri] fueri F<sup>2</sup>  
 12 illicite F<sup>2</sup> | ex 'h'oc F<sup>2</sup> | ed'iceto F<sup>4</sup>  
 13 'n'untiare F<sup>2</sup> 14 nuntiatio 'om'nibus F<sup>2</sup>  
 15 fieri't potest 'et' aduersus F<sup>2</sup> | nuntiatio]  
 namtatio F<sup>2</sup> 16 aduersari'a'um F<sup>2</sup> 17 cui]  
 qui F<sup>2</sup> | nuntiatum] nuntiationem F<sup>2</sup> | coepe-  
 rit F<sup>2</sup> 18 ita aedificatum] F<sup>2</sup>, itdedifica'ue-

ritca'tum F<sup>4</sup> 19 redde're' F<sup>2</sup> | etiam F<sup>2</sup>  
 21 in'de F<sup>2</sup> 22 tui F<sup>2</sup> 23 iussui] F<sup>2</sup>,  
 iussu F<sup>4</sup> 24 dirimeret 'a' quibus F<sup>2</sup> 26 de-  
 tra'hendo F<sup>2</sup> 27 aedificati'o' F<sup>2</sup> 30 uetus  
 fulciat] FM<sup>2</sup>, fulciat (om. uetus) M<sup>2</sup>XC, refi-  
 ciat Y (superscr. scilicet uetus, item al. ful-  
 ciat) O (superscr. uetus et adscr. al. refulciat)  
 31 opus'o' nouum F<sup>4</sup> 32 ad'ihibet F<sup>4</sup>

oppida sine extra oppida in uillis uel agris opus nouum fiat, nuntiatio ex hoc edicto locum habet, siue in priuato siue in publico opus fiat. Nunc uideamus, quibus ex causis fiat nuntiatio et quae personae nuntient quibusque nuntietur et in quibus locis fiat nuntiatio et quis effectus sit nuntiationis. Nuntiatio fit aut iuris nostri conseruandi causa aut damni depellendi aut publici iuris tuendi gratia. Nuntiamus autem<sup>1</sup>, quia ius aliquid<sup>2</sup> prohibendi habemus: uel ut damni infecti caueatur nobis ab eo, qui forte in publico uel in priuato quid molitur: aut si quid contra leges edictaue principum, quae ad modum aedificiorum facta sunt, fiet, uel in sacro uel in loco religioso, uel in<sup>3</sup> publico ripaue fluminis, quibus ex causis et interdicta proponuntur. Quod si quis in mare uel in litore<sup>4</sup> aedificet, licet in suo non aedificet, || iure tamen gentium suum facit: si quis igitur uelit<sup>5</sup> sibi aedificantem prohibere, nullo iure prohibet, neque opus nouum nuntiare nisi ex una causa potest, si forte damni infecti uelit sibi cauere. Iuris nostri conseruandi aut damni depellendi causa opus nouum nuntiare potest is ad quem res pertinet. Usufructuarius autem opus nouum nuntiare suo nomine non potest, sed procuratorio nomine nuntiare poterit, aut uindicare usum fructum ab eo qui opus nouum faciat: quae uindicatio praestabit ei, quod eius interfuit opus nouum factum non esse.

IULIANUS libro quadragesimo nono digestorum. Si autem domino praedii [B. 58, 10 n.]<sup>6</sup> nuntiauerit, inutilis erit nuntiatio: neque enim sicut aduersus uicinum, ita aduersus dominum agere potest ius ei non esse inuito se altius aedificare: sed si hoc facto usus fructus deterior fiet, petere usum fructum debet.

ULPIANUS libro quinquagesimo secundo ad edictum. In prouinciali etiam praedio si quid fiat, operis noui nuntiatio locum habebit. Si in loco communi quid fiat, nuntiatio locum habebit aduersus uicinum<sup>7</sup>. plane si unus nostrum in communi loco faciat, non possum ego socius opus nouum ei nuntiare, sed eum prohibebo communi diuulundo iudicio uel per praetorem. Quod si socius meus in communi insula opus nouum faciat et ego propriam habeam, cui nocetur, an opus nouum nuntiare ei possim? et putat Labeo non posse nuntiare, quia possum eum alia ratione prohibere aedificare, hoc est uel per praetorem uel per arbitrum communi diuidendo: quae sententia uera est. Si ego superficiarius sim et opus nouum fiat a uicino, an possim nuntiare? mouet, quod quasi inquilinus sum: sed praetor mihi utilem in rem actionem dat, et ideo et seruitutium causa actio mihi dabitur et operis noui nuntiatio debet mihi concedi. Si in publico aliquid fiat, omnes ciues opus nouum nuntiare possunt:

PAULUS libro quadragesimo octauo ad edictum. nam rei publicae interest quam plurimos ad defendendam suam causam admittere.

ULPIANUS libro quinquagesimo secundo ad edictum. De pupillo quaesitum est: et Iulianus libro duodecimo digestorum scripsit pupillo non esse operis noui nuntiationis executionem dandam, nisi ad ipsius priuatum commodum res pertineat, ueluti si luminibus eius officiat aut prospectui obsit. non aliter autem pupilli rata habebitur nuntiatio quam intercedente tutore auctore. Seruo autem opus nouum nuntiaripotest, ipse uero nuntiare non potest neque nuntiatio ullum effectum habet. Nuntiationem autem in re praesenti faciendam meminisse oportebit, id est eo loci, ubi opus fiat, siue quis aedificet siue inchoet aedificare. Nuntiaripotest autem non utique domino oportet: sufficit enim in re praesenti nuntiaripotest ei, qui in re praesenti fuerit, usque adeo, ut etiam fabris uel opifibus

<sup>1</sup> autem] aut?    <sup>2</sup> flumine ins. (cf. p. 374 u. 11)    <sup>3</sup> uicinum] utrumque?

2 abet F | nunc uideamus XYQMO, nunc (nunq F) uidemus F | causas F<sup>o</sup> 3 locis fiat nuntiatio] locis fatiat nuntiatio F<sup>o</sup> 7 molitur] moditur F<sup>o</sup> | principam F<sup>o</sup> 9 pro'ponuntur F<sup>o</sup>, pronunciantur XYQMO 10 non aedificet F<sup>o</sup> 11 aedificantem F<sup>o</sup> 12 siui F<sup>o</sup> | conserbandi F (em. f) 13 nuntiore F<sup>o</sup> 14 n'ontiare F<sup>o</sup> | se'sd F<sup>o</sup> 18 sicut F<sup>o</sup>

19 si om. F | hoc] haec F<sup>o</sup> | usufructus F 20 fiet] fiat F<sup>o</sup> 22 in locomuni F (suppl. f m. saec. XIII) 25 p'raetorem F<sup>o</sup> 26 habea'm F<sup>o</sup> 29 opus] orus F 30 inqui'slinus F<sup>o</sup> 31 debe'a't F<sup>o</sup> | si 'in F<sup>o</sup> 32 omnes'es' F<sup>o</sup> 40 nuntiar'e'i F<sup>o</sup> | effectom F<sup>o</sup> 41 meminiss'e F<sup>o</sup> | est 'e'o F<sup>o</sup>

cibus, qui eo loci operantur, opus nouum nuntiari possit. et generaliter ei nuntiari opus nouum potest, qui in re praesenti fuit domini operisue nomine, neque refert, quis sit iste uel cuius condicionis qui in re praesenti fuit: nam et si seruo nuntietur uel mulieri uel puero uel puellae, tenet nuntiatio: || sufficit enim in re praesenti operis noui nuntiationem **1** factam sic, ut domino possit renuntiari. Si quis forte in foro domino opus nouum nuntiat, hanc nuntiationem nullius esse momenti exploratissimum est: in re enim praesenti et paene dixerim ipso opere, hoc est in re ipsa, nuntiatio facienda est: quod idcirco receptum est, ut confestim per nuntiationem ab opere discedatur. ceterum si alibi fiat nuntiatio, illud incommodi sequitur, quod, dum uenitur ad opus si quid fuerit operis per ignorantiam **5** factum, euenit, ut contra edictum praetoris sit factum. Si plurium res sit, in qua opus nouum fiat et uni nuntietur, recte facta nuntiatio est omnibusque dominis uidetur denuntiatum: sed si unus aedificauerit post operis noui nuntiationem, alii, qui non aedificauerint, **6** non tenebuntur: neque enim debet nocere factum alterius ei qui nihil fecit. Si plurium dominorum rei opus noceat, utrum sufficiet unius ex sociis nuntiatio an uero omnes nuntiare debeant? et est uerius unius nuntiationem omnibus non sufficere, sed esse singulis **15** nuntiare necesse, quia et fieri potest, ut nuntiatorum alter habeat, alter non habeat ius prohibendi. Si quis ipsi praetori uelit opus nouum nuntiare, debet, ut interim testetur non posse se nuntiare: et si nuntianit postea, et quod retro aedificatum erit destruendum **8** erit, quasi repetito die nuntiatione facta. Sed et si in aedes nostras quis immittit aut in loco nostro aedificet, aequum est nos operis noui nuntiatione ius nostrum nobis conseruare. **20** Et belle Sextus Padius definiit triplicem esse causam operis noui nuntiationis, aut naturalem aut publicam aut impositiciam: naturalem, cum in nostras aedes quid immittitur aut aedificatur in nostro, publicam causam, quotiens leges aut senatus consulta constitutionesque principum per operis noui nuntiationem tuemur, impositiciam, cum quis postea, quam ius suum deminuit, alterius auxit, hoc est postea, quam seruitutem aedibus suis imposuit, **25** **10** contra seruitutem fecit. Meminisse autem oportebit, quotiens aedibus in nostro aedificare uel in nostrum inmittere uel proicere uult, melius esse eum per praetorem uel per manum, id est lapilli ictum<sup>2</sup> prohibere quam operis noui nuntiatione: ceterum operis noui nuntiatione possessorem eum faciemus, cui nuntiauerimus. at si in suo quid faciat, quod nobis noceat, tunc operis noui denuntiatio erit necessaria. et si forte in nostro aliquid facere **30** quis perseuerat, aequissimum erit interdicto aduersus eum quod uel aut clam aut uti possidetis uti. Si quis riuos uel cloacas uelit reficere uel purgare, operis noui nuntiatio merito **12** prohibetur, cum publicae salutis et securitatis intersit et cloacas et riuos purgari. Praeterea generaliter praetor cetera quoque opera exceptit, quorum mora periculum aliquod allatura est: nam in his quoque contemnendam putauit operis noui nuntiationem. quis **35** enim dubitat multo melius esse omitti operis noui nuntiationem, quam impediri operis necessarii urgentem extructionem? totiens autem haec pars locum habet, quotiens dilatio **13** periculum allatura est. Proinde si quis, cum opus hoc mora periculum allaturum esset, nuntiauerit opus nouum uel si in cloacis uel ripa<sup>3</sup> reficiendis aliquid fieret<sup>4</sup>, dicemus apud **39** iudicem quaeri debere, an talia opera fuerint, ut contemni nuntiatio deberet: nam si ap- **1. 11**

*F(XYQMOC)*

<sup>1</sup> finito magistratu nuntiare *ins.* (similiter *Pothier*)

<sup>2</sup> iactum (*u. i.*)?

<sup>3</sup> riuus (*Hal.*)?

<sup>4</sup> aliquid fieret *del.*

1 'e'i F<sup>2</sup> | nuntiar] nntiari F<sup>o</sup> 2 is'i'te F<sup>2</sup>  
4 puell'a'e tene'n't F<sup>2</sup> 6 ha'n'c F<sup>2</sup> | explo-  
ratisissimum F | et p'raene dixerim ipso opere  
F<sup>2</sup>, ut (et ut YMO) predixi et (et om. O) in  
ipso opere XYM (marg. Pi[sis] pē, id est puto  
pene) OC: Py[sis] al. presenti et pone [sic]  
dixerim et in ipso opere et est littera  
Py[sana] et bona glossa adscr. in X 8 per]  
pen F<sup>o</sup> | alibi] alih F<sup>2</sup> 15 esse] esise F<sup>o</sup>  
18 posse's se F<sup>2</sup> | nunti'o'auit F<sup>2</sup> | destru-  
h'endum F<sup>2</sup> 19 'a'edes F<sup>2</sup> 20 conseruare

et uelle F, conseruare uelle XYQMO, con-  
seruare C 25 a'edibus suis imposui's't F<sup>2</sup>  
27 uult] uelt F<sup>2</sup> | p'ra'etorem F<sup>2</sup> 28 lapilli  
ictum] per lapilli ictum F<sup>2</sup>, per lapilli secum  
X<sup>o</sup>, per lapilli iactum X<sup>2</sup>YMO cum B: δια-  
λίθου βολή C (Syn.: cf. D. 8, 5, 6, 1. 43, 24,  
1, 6 | nuntiatione'm' cet. F<sup>2</sup> 29 cui] qui F<sup>2</sup> |  
at] aut F<sup>2</sup> 30 facere f quis F<sup>2</sup> 32 cloacas]  
cloces F<sup>2</sup> 33 cloaces F<sup>2</sup> 37 locum 'si cau'  
habet F<sup>2</sup> 39 uel] ues F<sup>2</sup> | si] sin F<sup>o</sup> | ripa]  
FYMC, ripis XO et supra u. C

- paruerit uel in cloaca riuone<sup>1</sup> eoue, cuius mora periculum allatura esset, dicendum est  
 14 non esse uerendum, ne haec nuntiatio noceret. Qui opus nouum nuntiat, iurare debet  
 non calumniae causa opus nouum nuntiare. hoc iusiurandum auctore praetore defertur:  
 15 idcirco non exigitur, ut iuret is ante, qui iusiurandum exigat. Qui nuntiat, necesse habet  
 demonstrare, in quo loco opus nouum nuntiet, scituro eo cui nuntiatum est, ubi possit  
 aedificare, ubi interim abstinendum est. totiens autem demonstratio facienda est, quotiens  
 in partem fit nuntiatio: ceterum si in totum opus fiat, non est necesse demonstrare, sed  
 16 hoc ipsum dicere. Si in pluribus locis opus fiat, utrum una nuntiatio sufficiat an uero  
 plures sint necessariae? et ait Iulianus libro quadragesimo nono digestorum, quia in re  
 praesenti fit nuntiatio, plures nuntiationes esse necessarias et consequenter plures remis-  
 17 siones. Si is, cui nuntiatum erit, ex operis noni nuntiatione satisdederit repromissituae  
 aut per eum non fiet, quo minus boni uiri arbitrato satisfacere repromittatur, perinde est, ac  
 si operis noui nuntiatio omissa esset. habet autem hoc remedium utilitatem: nam remittit  
 18 uexationem ad praetorem ueniendi et desiderandi, ut missa fieret nuntiatio. Qui procura-  
 torio nomine nuntiauerit, si non satisfacit eam rem dominum ratam habiturum, nuntiatio  
 19 omni modo remittitur, etiamsi uerus sit procurator. Qui remissionem absentis nomine de-  
 siderat, sine ad priuatum siue ad publicum ius ea remissio pertinet, satisfacere cogitur:  
 sustinet enim partes defensoris. sed haec satisfactio non pertinet ad ratihabitionem, sed  
 20 ad operis noui nuntiationem. Si procurator autem opus nouum mihi nuntiauerit et satis  
 acceperit, deinde interdicto aduersus eum utar, ne uim mihi faciat, quo minus aedificem,  
 21 ex interdicto eum oportet iudicatum solui satisfacere, quia partes sustinet defensoris:  
 6 IULIANUS libro quadragesimo primo digestorum. et ideo neque exceptiones procura-  
 toriae opponi ei debent nec satisfacere cogendus est ratam rem dominum habiturum.  
 7 ULPIANUS libro quinquagesimo secundo ad edictum. Et si satisfactioem [B. 58, 10 n. E  
 non dabit, summonendus erit ab executione operis noui, et actiones, quas domini nomine  
 1 intendit, debent ei denegari. Et tutor et curator opus nouum recte nuntiant.  
 8 PAULUS libro quadragesimo octauo ad edictum. Non solum proximo uicino, sed E  
 etiam superiori opus facienti nuntiare opus nouum potero: nam et seruitutes quaedam in-  
 1 teruenientibus medijs locis uel publicis uel priuatis esse possunt. Qui opus [B. 58, 10, 6  
 nouum nuntiat, si quid operis iam factum erit, in testationem referre debet, ut appareat, 30  
 2 quid postea factum sit. Si, cum possem te<sup>2</sup> iure prohibere, nuntiauerim tibi opus nouum,  
 3 non alias aedificandi ius habebis, quam si satisfacideris. Quod si nuntiauerim tibi, ne quid  
 contra leges in loco publico facias, promittere debebis, quoniam de eo opere alieno iure  
 contendo, non meo, et tamquam alieni iuris petitor repromissione contentus esse debeo.  
 4 Sciendum est facta operis noui nuntiatione cui nuntiatum est abstinere oportere, donec 35  
 caueat uel donec remissio nuntiationis fiat: || tunc enim, si ius aedificandi habet, recte f. 185  
 5 aedificabit. Sed ut probari possit, quid postea aedificatum sit, modulos sumere debet is  
 6 qui nuntiat, qui ut sumantur conferanturque, praetor decernere solet. Morte eius qui nun-  
 7 tianit extinguitur nuntiatio, sicut alienatione, quia his modis finitur ius prohibendi. Quod  
 si is cui opus nouum nuntiatum erat decesserit uel aedes alienauerit, non extinguitur operis 40  
 noui nuntiatio: idque ex eo apparet, quod in stipulatione, quae ex hac causa interponitur,  
 etiam heredis mentio fit.
- 9 GAJUS ad edictum urbicum titulo de operis noui nuntiatione. Creditori, [B. 58, 10 n. Ef

## F(XYQMOC)

<sup>1</sup> opus fieri *ins.*    <sup>2</sup> meo *ins.* (Goudemits enige Opmerkingen cet. p. 10)

2 h'ae *F*<sup>2</sup> | neceret *F*<sup>1</sup> 4 is ante qui] is  
 (qui nuntiat *ins.* X et margo C) antea (ante O)  
 quam XYM (marg. qui P[isis]) OC | exigit  
*F*<sup>2</sup> | habeat *F*<sup>2</sup> 5 scituro *F*<sup>2</sup> | cui] qui *F*<sup>2</sup>  
 8 pluribus *F*<sup>2</sup> | n'untiatio *F*<sup>4</sup> 9 ab iulia-  
 nus l. incipit *F* 11 cui nuntiatum] *F*<sup>2</sup>, qui  
 renuntiatum *F*<sup>1</sup>: ὁ παραγγελθεῖς B (Tipuc.)  
 12 repromittaturerinde *F*<sup>1</sup> 13 haueat *F*<sup>1</sup>

14 u'exationem *F*<sup>4</sup> 24 quinquadren-  
 simo *F* | edictum *F*<sup>1</sup> 26 et tutori et (pro  
 pro et *Y*<sup>2</sup>, uel *Y*<sup>2</sup>M) curatorio opus nouum  
 recte nuntiatum XYMOC 28 quaedam *F*<sup>2</sup>  
 35 est] sit *F*<sup>1</sup> | nuntiatione cui nuntiatum] *F*<sup>2</sup>,  
 nuntiationem *F*<sup>2</sup>, nuntiatum *F*<sup>2</sup> 37 prouari *F*<sup>1</sup>  
 38 praetor *F*<sup>2</sup> 40 cui] qui *F*<sup>1</sup>



cui pignoris nomine praedium tenetur, permittendum est de iure, id est de seruitute, opus nouum nuntiare: nam ei iudicatio seruitutis datur.

- 10 **ULPIANUS** libro quadragesimo quinto ad Sabinum. Operis noui nuntiatio in B. 58, 10 n. S  
rem fit, non in personam: et ideo furioso et infanti fieri potest nec tutoris auctoritas in  
ea nuntiatione exigitur. 5
- 11 **PAULUS** libro undecimo ad Sabinum. Cuilibet enim intellegenti, neuti fabro, B. 58, 10 n. S  
nuntiatum infantem et furiosum tenet.
- 12 **IDEM** libro tertio decimo ad Sabinum. Ex operis noui nuntiatione si caueatur, B. 58, 10 n. S  
tanti stipulatio committitur, quanti indicatum sit. 9
- 13 **IULIANUS** libro quadragesimo primo digestorum. Cum procurator opus B. 58, 10 n. S  
nouum nuntiat et satisdat rem ratam dominum habiturum et remissio in domini personam  
confertur: si dominus opus nouum nuntiauerit intra diem, quae stipulatione ex operis noui  
nuntiatione interposita comprehensa esset, committitur stipulatio: si praeterita ea die do-  
minus nuntiauerit, non committitur. nam et ipsi domino, cum semel nuntiauerit, non per-  
mittitur iterum nuntiare, quamdiu stipulatio ex operis noui nuntiatione teneret. Si in re 15  
remissione a parte eius, qui opus nouum nuntiauerat, procurator interueniat, id agere praetorem oportet, ne falsus procurator absenti noceat, cum sit indignum quolibet interueniente  
beneficium praetoris amitti.
- 14 **IDEM** libro quadragesimo nono digestorum. Qui uiam habet, si opus nouum B. 58, 10 n. S  
nuntiauerit aduersus eum, qui in uia aedificat, nihil agit: sed seruitutem iudicare non 30  
prohibetur.
- 15 **AFRICANUS** libro nono quaestionum. Si prius, quam aedificatum esset, age- B. 58, 10 n. S  
retur ius uicino non esse aedes altius tollere nec res ab eo defenderetur, partes iudicis  
non alias futuras fuisse ait, quam ut eum, cum quo ageretur, cauere iuberet non prius se  
aedificaturum, quam ultro egisset ius sibi esse altius tollere. idemque e contrario, si, cum 35  
quis agere uellet ius sibi esse inuito aduersario altius tollere, eo non defendente similiter,  
inquit, officio iudicis continebitur, ut cauere aduersarium iuberet nec opus nouum se  
nuntiatum nec aedificanti uim facturum. eaque ratione hactenus is, qui rem non defenderet,  
punietur, ut de iure suo probare necesse haberet: id enim esse petitoris partes sustinere. 39
- 16 **ULPIANUS** libro tertio decimo ad edictum. Si opus nouum praetor iusserit nuntiarī, K  
deinde prohibuit, ex priore nuntiatione agi non potest, quasi aduersus edictum eius  
factum sit.
- 17 **PAULUS** libro quinquagesimo septimo ad edictum. Si procurator opus B. 58, 10 n. S  
nouum facientem prohibuerit, domino competit quod ui aut clam interdictum. 34
- 18 **PAPINIANUS** libro tertio quaestionum. Aedibus communibus si ob opus B. 58, 10 n. F  
nouum nuntiatio uni fiat, si quidem ex uoluntate omnium opus fiat, omnes nuntiatio tenebit,  
si uero quidam ignorent, in solidum obligabitur, qui contra edictum praetoris fecerit. Nec  
ad rem pertinet, cuius solum sit, in quo opus fiat, sed quis eius soli possessor inueniatur,  
modo si eius nomine opus fiat. 39

*F(XYQMOC)*

1 praedium *F* | permit'tendum *F*<sup>5</sup> 4 toto-  
ris *F*<sup>9</sup> 9 tanti] *f*, tati *F* 10 cum procura-  
tor seq.] ἐὰν ὁ ἐντολεὺς (= cum procurator)  
δεδοκῶς τὴν ἰκανοδοσίαν (= postquam satis-  
dat rem ratam dominum habiturum) ἐπι-  
παράγγελία λάβῃ ἀσφάλειαν (= ob operis noui  
nuntiationem satisfactionem acceperit) καὶ ὁ  
δεσπότης μετενεχθεὶς εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ  
τῆς συγχωρήσεως παραγγείλῃ (= et dominus  
remissione in personam suam collata nuntiet),  
πότε βεβαίωται ἢ μὴ ἡ ἰκανοδοσία (= quando  
satisfactio ea teneat uel non teneat) *B* (*Tipuc.*  
et ex parte *Cuiacius obs. 5, 40*): *Graeci igitur*  
*uerba pr. cum ... confertur pro prodosi ha-*  
*buerunt eorum quae sequuntur, quod uerum esse*

*uidit Cuiacius* 11 h'abiturum *F*<sup>4</sup> 12 qu'ae  
*F*<sup>2</sup> | ex operis *F* 13 compr'ehensa *F*<sup>2</sup>  
14 nuntiauerit] *F*<sup>2</sup>, nuntiauerit *F*<sup>2</sup> 16 nuntia-  
uerit *F*<sup>2</sup> 17 interueniente'r beneficium *F*<sup>2</sup>  
20 qui 'i'n uia aedificat *F*<sup>2</sup>, qui uiam edificat  
*XYQOC*, qui iura sig. (= significat, *puto*) *M*:  
'secundum litteram Bononiensium' uiam legi,  
'littera Pisana' autem uia scribit *Uacarius apud*  
*Sauignium 3, 745* 22 ess'e't *F*<sup>2</sup> 28 nec  
aedificanti uim facturum] nec edificium factu-  
rum *XYMO* (*adscripta est lectio Florentina*) *C*  
29 de om. *F* | prouare *F*<sup>2</sup> 31 priore 're'nan-  
tiatione *F*<sup>6</sup> | 'e'dictum *F*<sup>6</sup> 35 ob opus *F*  
38 pertinet 'is' cuius *F*<sup>2</sup>

- 19 PAULUS libro quaestionum. Sciendum est denegata exsecutione operis noui nihilo minus *Pf* integras legitimas actiones manere, sicut in his quoque causis manent, in quibus ab initio operis noui denuntiationem praetor denegat.
- 20 ULPIANUS libro septuagesimo primo ad edictum. Praetor ait: 'Quem in [B. 58, 10, 20] *E* locum nuntiatum est, ne quid operis noui fieret, qua de re agitur, quod in eo loco, ante- 5 quam nuntiatio missa fieret aut in ea causa esset, ut remitti deberet, factum est, id re- 1 'stituas'. Interdictum hoc proponitur ex huiusmodi causis, 'edicto expressum est, ne post operis noui nuntiationem quicquam operis fiat, antequam uel nuntiatio missa fiat uel uice nuntiationis missae satisfactio de opere restituendo fuerit interposita. qui igitur facit, etsi ius faciendi habuit, tamen contra interdictum praetoris facere uidetur et ideo hoc de- 10 struere cogitur. Siue autem uacuus locus sit, ubi nuntiatum est, siue aedificatus, [(B) 2 aequae hoc<sup>2</sup> interdicto locus erit. Ait praetor: 'quod factum est, restituas'. quod factum est, iabet restitui, neque interest, iure factum sit an non: siue iure factum est siue non 4 iure factum est, interdictum locum habebit. Quidquid autem ante remissionem fit uel illud quod loco remissionis habetur, pro eo habendum est, atque si nullo iure factum esset. 13 5 Si quis paratus fuerit satisfacere, deinde actor stipulari nolit, in ea causa est, ut [B. 58, 10 n. remitti debeat: nam cum per actorem fiet, apparet in ea causa esse, ut remitti debeat. 6 7 Hoc interdictum perpetuo datur et heredi ceterisque successoribus competit. Aduersus 8 ipsum quoque<sup>3</sup>, qui opus fecit uel factum ratum habuit, interdicto locus erit. Plane si quaeratur, an in heredem eius, qui opus fecit, interdictum hoc competat, sciendum est 20 Laborem existimasse in id quod ad eum peruenit dumtaxat dari oportere uel si quid dolo malo ipsius factum sit, quo minus perueniret. nonnulli putant in factum esse dan- 9 dam quam interdictum, quod uerum est. Deinde ait praetor: 'Quem in locum nuntiatum est, ne quid operis noui fieret, qua de re agitur, si de ea re satisfactum est, quod eius cautum sit aut per te stat, quo minus satisfidetur: quo minus illi in eo loco opus facere 25 liceat, uim fieri ueto'. Hoc interdictum prohibitorium est, ne quis prohibeat facere uo- 10 lentem eum qui satisfidedit: etenim pertinet ad decus urbium aedificia non derelinqui. Nec quicquam interest, iure quis aedificet an non iure aedificet, cum sit securus is qui opus 12 nouum nuntiauit, posteaquam ei cautum est. Hoc autem interdictum competit ei qui 29 satisfidedit: adicitur et illud 'aut per te stat, quo minus satisfidetur'. proinde si satisfactum f. 136 non est, sed repromissum, interdicto huic locus non erit: neque enim permittendum fuit 14 in publico aedificare, priusquam appareat, quo iure quis aedificet. Et si satisfactum sit, 15 cautum tamen non perseueret, interdictum cessat. Si aliquando stetit per nuntiatorem, 16 quo minus satisfidetur, nunc non stat, interdictum cessat. Hoc interdictum etiam post annum et heredi ceterisque successoribus competit. 35
- 21 ULPIANUS libro octogesimo ad edictum. Stipulatio de operis noui nuntiatione interponi *E* solet, quotiens uicinus dicit ius sibi esse prohibere uicinum opus nouum inuito se facere. 1 Si quis autem uult post opus nouum nuntiatum impune aedificare, offerre debet satis nuntiatori: quod si fecerit, utrique consultum est tam ei qui nuntiauit, quoniam cautum habet de opere restituendo, quam ei cui nuntiatum est, quia molitio eius non impeditur: ante- 40 quam enim caueat quidquid aedificauerit, interdicto restitutorio destruere compellitur. 2 Habet autem ista stipulatio condicionem, ut ita demum committatur, si iudica- [B. 58, 10 n.

*F(XYQMO C)*

<sup>1</sup> sic ut *ins.*    <sup>2</sup> huic (*det.*)?    <sup>3</sup> quoque *del.*

1 ex'ecutione *F*<sup>4</sup> 2 manet *F* 5 opus *F*  
8 uel 'nuntiatio *F*<sup>6</sup> 9 satisf'idatio *F*<sup>7</sup>  
10 'h'ideo *F*<sup>8</sup> 12 pretor *F* 13 an 'n'on *F*<sup>9</sup>  
17 esse't ut *F*<sup>10</sup> 21 peruenit] ueruenit *F*<sup>11</sup>  
22 nonnulli putant *seq.*] κατὰ δὲ κληρονόμων  
οὐχ ἢ παραγγελία δίδονται ἀλλ' εἰς τὸ περιελθόν  
ἢ περὶ τοῦ ἀποτελέσματος ἀγωγὴ καὶ εἰς τὸ  
κατὰ λόλου μὴ περιελθόν *B* (*Tip.*): tam actio-  
nem *post* putant *ins.* *XYMOC*, tam *post* pu-

tant, actionem *post* dandam *ins.* *Q* | in' *F*<sup>12</sup>  
25 'c'antum *F*<sup>13</sup> 28 quidquam *F*<sup>14</sup> | aedifice't  
cum *F*<sup>15</sup> 30 satisfidetur' *F*<sup>16</sup> 31 re'm'p'ro-  
missum *F*<sup>17</sup> 33 cessat] cessat *F*<sup>18</sup> | nun-  
ti'um'atorem *F*<sup>19</sup> 34 etiam] *F*, cessat *X* (*ubi*  
*adnotatur*: 'sic est antiqua littera, sed *Py[sis]*  
non est cessat') *Y* ( *marg.* *Py[sis]* etiam) *MOC*  
35 ce'te'risque *F*<sup>20</sup> 36 *ulpianus]* *F*<sup>21</sup>, idem *F*<sup>22</sup>

- tum fuerit siue ante rem iudicatam causa quae acciderit neque res<sup>1</sup> defendatur: et de dolo malo subicitur clausula. Opus autem factum accipimus non, si unum uel alterum cementum fuit impositum, sed si proponatur instar quoddam operis et quasi facies quaedam facta operis<sup>2</sup>. Siue autem res iudicetur siue res non defendatur, stipulatio in id committitur, ut res uiri boni arbitrato restituatur: quod si ita restitutum non erit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit, si hoc petitori placuerit. Quaesitum est, si plures domini aedificent, an omnes cauere debeant. et ait Labeo unum cauere debere, quia restitutio operis fieri pro parte non possit. Idem ait et si plures nuntient, curandum esse, ut uni caueatur, si inter eos conueniat: plane si non conueniat, et singulis erit cauendum. Idem dicit adiciendum esse in stipulatione, ut tantum praestetur, quanti uniuscuiusque intersit, si hoc maluerint: ceterum si ita fuerit, inquit, cautum 'quanti ea res erit', dubitabitur, utrum ad totius corporis aestimationem haec uerba referuntur an uero ad quod eius interest quam stipulatur. ego puto et si si fuerit uni cautum 'quanti ea res erit', defendi posse stipulationem sufficere: ad operis enim quantitatem ea refertur.
- 22 MARCELLUS libro quinto decimo digestorum. Cui opus nouum nuntiatum [B. 58, 10 n.] est, ante remissam nuntiationem opere facto decessit: debet heres eius patientiam destruendi operis aduersario praestare: nam et in restituendo<sup>3</sup> huiusmodi opere eius, qui contra edictum fecit, poena uersatur, porro autem in poenam heres non succedit.
- 23 IAUOLENUS libro septimo epistularum. Is, cui opus nouum nuntiatum erat, [B. 58, 10, 23] uendit praedium: emptor aedificauit: emptorem an uenditorem teneri putas, quod aduersus edictum factum sit? respondit: cum operis noui nuntiatio facta est, si quid aedificatum est, emptor, id est dominus praediorum tenetur, quia nuntiatio operis<sup>4</sup> non personae fit et is demum obligatus est, qui eum locum possidet, in quem opus nouum nuntiatum est. L. 186'

## II.

## DE DAMNO INFECTO ET DE SUGGRUNDIS ET PROTECTIONIBUS

- 1 ULPIANUS libro primo ad edictum. Cum res damni infecti celeritatem desiderat et periculosa dilatio praetori uidetur, si ex hac causa sibi iurisdictionem reseruaret, magistratibus municipalibus delegandum hoc recte putauit.
- 2 GAIVS libro uicensimo octauo ad edictum prouinciale. Damnum infectum est damnus nondum factum, quod futurum ueremur.
- 3 PAULUS libro quadragensimo septimo ad edictum. Damnum et damnatio ab ademptione et quasi deminutione patrimonii dicta sunt.
- 4 ULPIANUS libro primo ad edictum. Dies cautioni praestitutus si finietur, praetoris uera praesidis officium erit ex causa uel reum notare<sup>5</sup> uel protelare eum et, si hoc localem exigentiam F(XYQMOC)

<sup>1</sup> qua acciderit ne res? <sup>2</sup> operis del. <sup>3</sup> restituendo] destruendo? <sup>4</sup> operi (Hofmann) u. i. et l. 10 h. t.)? <sup>5</sup> iterum dare (u. i.)?

2 uel F<sup>2</sup> | cementum F<sup>2</sup> 3 quaedam F<sup>2</sup>  
4 iudicetur m'r F<sup>2</sup> | defendatur F<sup>2</sup> 7 unum  
FXYM, unumquemque OC, omnes Y<sup>2</sup>  
10 uniuscuiusque F<sup>2</sup> | maluerint F<sup>2</sup> 11 in-  
quit' F<sup>2</sup> 12 corporis] FXYOC, operis M  
et supra u. Y, inc. O<sup>2</sup>, om. inter alia Q | uerbo  
F<sup>2</sup> | referantur F<sup>2</sup> 14 ea referuntur F<sup>2</sup>  
16 nuntiationem F<sup>2</sup>, nuntiationem F<sup>2</sup>  
18 secedit F<sup>2</sup> 19 is] si F<sup>2</sup> 22 quia nunti-  
tatio operis seq.] οὐ γὰρ πρόσωπον ἀλλὰ πρά-  
ματι γίνεται παραγγελία B (Syn.) 25 et de  
suggrundis et (uel F<sup>2</sup>) protectionibus F, et pro-  
tectionibus et suggruendis ind. F: περί τῆς

μελλούσης τινὶ γενέσθαι ζημίας ἢ τοῖς τῆς δάμ-  
νηστος καὶ περὶ κτισμάτων ind. Coislin., ubi quae  
sequuntur pertinent ad D. 9, 2, 29, 1 28 res e-  
uaret F<sup>2</sup> 29 putabit F 30 catus F 33 ad-  
emptionem F<sup>2</sup> | deminutione F 34 praestit-  
ris F<sup>2</sup> 35 reum notare (renouare F<sup>2</sup>) uel  
protelare eum (eam F<sup>2</sup>)] πότε ἢ πρόσκαιρα  
ἢ ἐπὶ τῇ μελλούσῃ ζημίᾳ ὀρισθεῖσα ἐπεκτείνεται  
B (Tip.): omisit igitur hic interpretes uerba cor-  
rupta. ea autem quae de huius loci emendatione  
alibi propositi (in Bekkeri annalium uol. 2, 331),  
falsa sunt: nam collato loco simili L. 15 pr. h. t.  
apparet hic agi de eo decreto, quo praeter

- 1 inquisitionem, ad magistratus municipales hoc remittere. Si intra diem a praetore constituendum non caueatur, in possessionem eius rei mittendus est. 'eius rei' sic accipe, siue  
 2 tota res sit siue pars sit rei. An tamen is, qui non admittit, etiam pignoribus a magistratibus coerceatur? non puto, sed in factum actione tenebitur: nam et si a praetore missus  
 3 non admittatur, eadem actione utendum est. Duas ergo res magistratibus municipalibus 5  
 praetor uel praeses iniunxit, cautionem et possessionem, cetera suae iurisdictioni reseruauit.  
 4 Si forte duretur non cauere, ut possidere liceat (quod causa cognita fieri solet) non duumuiros, sed praetorem uel praesidem permissuros: item ut ex causa decedatur de possessione.  
 5 Praetor ait: 'dum ei, qui aberit, prius domum denuntiari iubeam'. abesse autem uidetur et qui in iure non est: quod et Pomponius probat: uerecunde autem praetorem denuntiari 10  
 iubere, non extrahi de domo sua. sed 'domum, in quam degit' denuntiari sic accipere debemus, ut et si in aliena domo habitat, ibi ei denuntietur. quod si nec habitationem habeat, ad ipsum praedium erit denuntiandum uel procuratori eius uel certe inquilinia.  
 6 Totiens autem praetorem exigere denuntiationem intellegendum est, si sit cui denuntietur: ceterum si non sit, ueluti quod hereditaria insula est nec dum hereditas adita, uel si heres 15  
 non exstet nec inhabitetur, cessat haec pars edicti. est tamen tutius libellum ad ipsas aedes  
 7 proponere: fieri enim potest, ut ita monitus defensor existat. In eum, qui quid eorum quae supra scripta sunt non curauerit, quanti ea res est, cuius damni infecti nomine cautum non erit, iudicium datur: quod non ad quantitatem refertur, sed ad id quod interest, et ad utilitatem uenit, non ad poenam. Hoc autem iudicium certam condicionem habet, si postulatum 20  
 est: ceterum qui non postulauit, experiri non potest. postulare autem proprie hoc dicimus pro tribunali petere, non alibi. Si tam uicinum urbi municipium sit, ut magistratus non interponente potuerit praetor uel praeses adiri, potest dici cessare hanc actionem aduersus magistratus, quasi nihil intersit, cum in tua potestate fuerit a praetore uel praeside desiderare in possessionem mitti. Haec autem actio cum rei habeat persecutionem, 25  
 et heredi | et in heredem et perpetuo dabitur. f. 187
- 5 PAULUS libro primo ad edictum. Praetoris officium est, ut missus in possessionem etiam E  
 1 eam per longi temporis spatium in suum dominium capere possit. Si plures sint domini, qui cauere debent, et aliquis non caueat, in portionem eius mittetur. et contra si aliquot sint, qui cauere sibi desiderant, et alius pretiosiores, alius uiliores habeat aedes, siue unius 30  
 domus plures habeant dispartes partes: tamen non magnitudine domini quisque, sed aequaliter mittentur omnes in possessionem. Si et dominus proprietatis et fructuarius [B. 58, 10 n.  
 2 desideret sibi cauere damni infecti, uterque audiendus est: nec enim iniuriam sentiet promissor, non plus cuique praestaturus, quam quod eius intersit. 34
- 6 GAIUS libro primo ad edictum prouinciale. Euenit, ut nonnumquam damno [B. 58, 10 n. E  
 dato nulla nobis competat actio non interposita antea cautione, ueluti si uicini aedes ruinose in meas aedes ceciderint: adeo ut plerisque placuerit nec cogi quidem eum posse, ut ruderata tollat, si modo omnia quae iaceant pro derelicto habeat.
- 7 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Praetor ait: 'damni in- [B. 58, 10 n. E  
 1 infecti suo nomine promitti, alieno satisfacere iubebo ei, qui iurauerit non calumniae causa 40  
 id se postulare eumue cuius nomine ager postulatorum fuisse, in eam diem, quam causa cognita statuero. si controuersia erit, dominus sit nec ne qui cauebit, sub exceptione

F(XYQMOG)

1 in quam degit del.

cautionem tempore finitam 'ex causa' aut renouari iubet stipulatione repetita aut suo arbitrio post diem extra ordinem tuetur. nec uidentur alia decreta hic opponi posse nisi duo haec de stipulatione iteranda et de die protelando: nam ubi stipulationem tempore finitam non redintegrat praetor, ibi non ex causa decernit, sed a decernendo abstinet 2 rei] res F<sup>1</sup> | accipitur F<sup>2</sup> 4 puto] potu F<sup>a</sup> 5 actio-

ne'm' F<sup>1</sup> 6 res's'ernauit F<sup>2</sup> 8 praetorem F<sup>2</sup> 9 praetor F<sup>2</sup> 10 in del. F<sup>1</sup> 12 ibi] idi F<sup>1</sup> 16 ha'e'o F<sup>2</sup> 18 damninfecti F<sup>1</sup> 20 si] sit F<sup>1</sup> 21 postulabit F<sup>1</sup> 22 uicinun F<sup>1</sup> 24 magistratus' F<sup>1</sup> | n'i'hil F<sup>1</sup> 30 et alius] eallius F<sup>1</sup> 31 tamen] tatem F<sup>1</sup> 32 s'i' et F<sup>2</sup> 33 desiderat F<sup>2</sup> | siui F<sup>2</sup> | est bis F<sup>a</sup> 36 nulla] nalla F<sup>1</sup> | si u'd'icini F<sup>1</sup> 37 placuer'e'it F<sup>1</sup> 40 suo nomine] sonouine F<sup>2</sup> | iu'd'bebo F<sup>1</sup>

'satisfari iubebo. de eo opere, quod in flumine publico ripae eius fiet, in annos [Ep. 15, 53  
 'decem satisfari iubebo. eum, cui ita non cauebitur, in possessionem eius rei, cuius [Ep.]  
 'nomine ut caueatur postulabitur, ire et, cum iusta causa esse uidebitur, etiam possidere  
 'iubebo. in eum, qui neque cauerit neque in possessione esse neque possidere passus erit,  
 'iudicium dabo, ut tantum praestet, quantum praestare eum oporteret, si de ea re ex de-  
 'creto meo eiusue, cuius de ea re iurisdictionis fuit quae mea est, cautum fuisset. eius rei  
 'nomine, in cuius possessionem misero, si ab eo, qui in possessione erit, damni infecti no-  
 1 'mine' satisfabitur, eum, cui non satisfabitur, simul in possessione esse iubebo'. Hoc  
 edictum prospicit damno nondum facto, cum ceterae actiones ad damna, quae contigerunt,  
 sarcinenda pertineant, ut in legis Aquiliae actione et aliis. de damno uero facto nihil edicto  
 cauetur: cum enim animalia, quae noxam commiserunt, non ultra nos solent onerare, quam  
 ut noxae ea dedamus, multo magis ea, quae anima carent, ultra nos non debent onerare,  
 praesertim cum res quidem animales, quae damnum dederunt, ipsae extent, aedes autem  
 2 si ruina sua damnum dederunt, desierint extare. Unde quaeritur, si ante, quam caueretur,  
 aedes deciderunt neque dominus rudera uelit egerere eaque derelinquat, an sit aliqua ad-  
 uersus eum actio. et Iulianus consultus, si prius, quam damni infecti stipulatio interpone-  
 retur, aedes uitiosae corruissent, quid facere deberet is, in cuius aedes rudera decidissent,  
 ut damnum sarciretur, respondit, si dominus aedium, quae ruerunt, uellet tollere, non aliter  
 permittendum, quam ut omnia, id est et quae inutilia essent, auferret, nec solum de futuro  
 sed et de praeterito damno cauere eum debere: quod si dominus aedium, quae deciderunt,  
 nihil facit, interdictum reddendum ei, in cuius aedes rudera decidissent, per quod uicinus  
 compellatur aut tollere aut totas aedes pro derelicto habere.  
 8 GAIUS ad edictum praetoris urbani titulo de damno infecto. Quod forte tunc recte di-  
 cetur, cum non ipsius negligentia, sed propter aliquod impedimentum sibi non prospexit-  
 9 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Hoc amplius Iulianus [B. 58, 10  
 posse dici compellendum eum, ut etiam de praeterito damno caueret: quod enim re integr-  
 custoditur, hoc non iniuste etiam post ruinam aedium praestabitur. integra autem re unus-  
 quisque cogitur aut de damno infecto cauere, aut aedibus carere quas non defendit. den-  
 que, inquit, si quis propter angustias temporis aut quia rei publicae causa aberat no-  
 potuerit damni infecti stipulari, non iniuste praetorem curaturum, ut dominus uitiosarum  
 1 aedium aut damnum sarciat aut aedibus careat. sententiam Iuliani utilitas comprobat. De  
 his autem, quae ui fluminis importata sunt, an interdictum dari possit, quaeritur. Trebatius  
 refert, cum Tiberis abundasset et res multas multorum in aliena aedificia detulisset, inter-  
 dictum a praetore datum, ne uis fieret dominis, quo minus sua tollerent auferrent, si mo-  
 2 damni infecti reprobmitterent. Alfenuus quoque scribit, si ex fundo tuo crusta lapsa sit  
 meum fundum eamque petas, dandum in te iudicium de damno iam facto, idque Lab-  
 probat: nam arbitrio iudicis, apud quem res prolapsae petentur, damnum, quod ante sen-  
 non contineri, nec aliter dandam actionem, quam ut omnia tollantur, quae sunt prolap-  
 ita demum autem crustam uindicari posse idem Alfenuus ait, si non coaluerit nec unitat-  
 F(XYQMOG)

<sup>1</sup> nomine] non (Brenemannus)?

1 satisfacere F<sup>o</sup> 2 cui] qui F<sup>o</sup> 3 uidebi-  
 tur] bibebitur F<sup>1</sup> 4 iubeo F | possessio-  
 ne'm' F<sup>2</sup> 6 cuius F<sup>1</sup> | de 'e'a' F<sup>2</sup> 7 no-  
 mine 'ta' in' cuius F<sup>2</sup> | mis'ero F | demni F |  
 infecti F<sup>o</sup> | nomine] FXM<sup>o</sup>, nomine non  
 YM<sup>o</sup>, om. inter alia C 8 cui] qui F<sup>1</sup> | sa-  
 tisdebitur F<sup>o</sup> 9 damno F | demna F<sup>1</sup>  
 10 bero F<sup>2</sup> 11 anim' o' alia' e' F<sup>3</sup> | qu'a' e' F<sup>2</sup> |  
 solent] olent F<sup>1</sup>, soleant F<sup>2</sup> | enerare F<sup>1</sup>  
 12 nullo F<sup>1</sup> | enerare F<sup>2</sup> 16 damna F<sup>o</sup> |  
 interponere'tur F<sup>2</sup> 17 faceret' posuit, deinde  
 facere restituit F<sup>1</sup> | is] ins F<sup>o</sup> 18 ut] et F<sup>1</sup>  
 21 cuius] cuius F<sup>1</sup> 24 negligentio F<sup>1</sup>

28 quisqu'ie F<sup>2</sup> 29 quia] qua F: Διά το  
 λπεῖναι χάριν δημοσίων πραγμάτων B (Tip-  
 30 potuerit F<sup>2</sup> | iniuste] FXYO<sup>o</sup>C, utique  
 ...que (litora non expleta) M 31 aedium F<sup>2</sup> |  
 aedibus F<sup>2</sup> 33 cum] eum F<sup>o</sup> 34 fieret'  
 F<sup>2</sup> | auferent F 35 reprobmitterent F 36 iam  
 facto] F, iam facto uel infecto O, infecto I  
 (schol. al. de dampno iam facto) YM (supra-  
 uel iam) C male, hoc enim ait Labeo crustam  
 petenti uindicationem denegandam esse, donec  
 de damno iam facto caueat et ex ea cautione  
 iudicium suscipiat: nam ipsa uindicatione  
 damnum id non contineri

- cum terra mea fecerit. nec arbor potest vindicari a te, quae translata in agrum meum cum terra mea coaluit. sed nec ego potero tecum agere ius tibi non esse ita crustam habere, si iam cum terra mea coaluit, quia mea facta est. Neratius autem scribit, si ratis in agrum meum vi fluminis delata sit, non aliter tibi potestatem tollendi faciendam, quam si de praeterito quoque damno mihi cauisses. Quaesitum est, si solum sit alterius, superficies alterius, superficialius utrum repromittere damni infecti an satisfacere debeat. et Iulianus scribit, quotiens superficialia insula vitiosa est, dominum et de soli et de aedificiis vitio repromittere aut eum, ad quem superficies pertinet, de utroque satisfacere: quod si uterque cesset, vicinum in possessionem mittendum. Celsus certe scribit, si aedium tuorum usus fructus Titiae est, damni infecti aut dominum repromittere aut Titiam satisfacere debere. quod si in possessionem missus fuerit is, cui damni infecti cauendum fuit, Titiam uti frui prohibebit. idem ait eum quoque fructuarium, qui non reficit, a domino uti frui prohibendum: ergo et si de damno infecto non cauet dominusque compulsus est repromittere, prohiberi debet frui.
- 10 PAULUS libro quadragesimo octavo ad edictum. Quamuis alienus usus fructus [B. 58, 10 n. E f. 188] sit, dominum promittere<sup>1</sup> oportere Cassius ait. nisi proprietarius in totum repromittat uel fructuarium satisfacat, mitti oportet in possessionem eum, cui non caueatur. sed nisi proprietario repromittenti fructuarium caueat, denegandam ei fructus petitionem Iulianus scribit. sed si fructuarium de soli vitio quid praestiterit, ius domini ad eum transferri oportet.
- 11 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Quid de creditore dice- [B. 58, 10 n. E] mus, qui pignus accepit? utrum repromittere, quia suum ius tuetur, an satisfacere, quia dominus non est, debet? quae species est in contrario latere apud Marcellum agitata, an creditori pignoratitio damni infecti cauere debeat. et ait Marcellus inutiliter [cf. l. 18 § 9 h. t.] ei cauere: idemque etiam de eo cauendum<sup>2</sup> qui non a domino emit: nam nec in huius persona committi stipulationem. aequissimum tamen puto huic prospiciendum, id est<sup>3</sup> creditori, per stipulationem.
- 12 PAULUS libro quadragesimo octavo ad edictum. His qui pignori rem acceperunt potior<sup>4</sup> est is, cui damni infecti non cauetur, si possidere et per longum tempus rem capere ei permissum fuerit.
- 13 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Qui bona fide a non domino emit, videndum est, numquid repromittat, non etiam satisfacat. quod quibusdam uidetur: habet autem rationem, ut magis repromittat quam satisfacat: suo enim nomine id facit. Siue corporis dominus sine is qui ius habet (ut puta seruitutem) de damno infecto caueat, puto eum repromittere debere, non satisfacere, quia suo nomine id facit, non alieno. Cum inter aedes meas et tuas sint aliae aedes non vitiosae, videndum est, utrum tu solus mihi cauere debeas an nero et is, cuius aedes vitiosae non sunt, an ille solus, an ambo<sup>4</sup>. et magis est, ut ambo cauere debeant, quia fieri potest, ut aedes vitiosae in aedes non vitiosas incidentes damnum mihi dent. quamuis possit quis dicere non vitio incolumium aedium hoc factum, si aliae in eas incidentes damni causam praebuerunt: sed cum prospicere sibi poterit damni infecti cautionem, non<sup>5</sup> prospexerit, merito conuenietur. Qui damni infecti cauere sibi postulat, prius de calumnia iurare debet: quisquis igitur iurauerit de calumnia, admittitur ad stipulationem, et non inquiretur, utrum intersit eius an non, uicinas aedes habeat an non habeat. totum tamen hoc iurisdictioni praetoriae subiciendum, cui cauendum sit, cui non. Ceterum neque ei qui in meo deambulet neque ei qui in meo lauet uel
- F(XYQMOG)*

<sup>1</sup> repromittere (edd.)?    <sup>2</sup> statuendum?    <sup>3</sup> id est] item (cf. l. 13 pr. h. t.)?    <sup>4</sup> an ambo del. (Hal.)    <sup>5</sup> cautione nec (N = N': Hal.)?

<sup>2</sup> tegum F | tibi] X<sup>2</sup>YM<sup>2</sup> (in margine P[isis] michi) OC, mihi FX<sup>2</sup>, om. M<sup>2</sup>    <sup>5</sup> cau'e'isses F<sup>2</sup>  
<sup>8</sup> repromittere F<sup>2</sup>    <sup>10</sup> titi'a'e F<sup>2</sup>    <sup>12</sup> reficit F<sup>2</sup>    <sup>15</sup> quadragesimocctauo F    <sup>17</sup> cui] qui F<sup>2</sup>    <sup>19</sup> bitio F<sup>2</sup>    <sup>22</sup> non est non' debet F<sup>2</sup>    <sup>24</sup> in huius] imtuis F<sup>2</sup>    <sup>28</sup> cui]

qui F<sup>2</sup>    <sup>30</sup> a'n' non F<sup>2</sup>    <sup>33</sup> sine is] siuet F<sup>2</sup>  
<sup>34</sup> nomini F<sup>2</sup>    <sup>35</sup> 'a'edes F<sup>2</sup> | uturum F<sup>2</sup>  
<sup>36</sup> a'e'des F<sup>2</sup> | ambo] amho F<sup>2</sup>    <sup>37</sup> qui'a' F<sup>2</sup> | incidentes F<sup>2</sup>    <sup>39</sup> inci'dentes F<sup>2</sup> | cau- sam F<sup>2</sup>    <sup>43</sup> tamen] tatem F<sup>2</sup>    <sup>44</sup> labet F<sup>2</sup>

- 5 in mea taberna deuertat, caueri debet. Vicinis plane inquilinisque eorum et inquilinorum  
 6 uxoribus cauendum esse ait Labeo, item his qui cum his morentur. De illo quaeritur, an  
 inquilinis suis dominus aedium cauere possit. et Sabinus ait inquilinis non esse cauendum:  
 aut enim ab initio uitiosas aedes conduxerunt et habent quod sibi imputent, aut in uitium  
 7 aedes inciderunt et possunt ex conducto experiri: quae sententia uerior est. Si quis iuxta  
 monumentum aedificauerit ¶ uel iuxta aedificium suum monumentum fieri passus sit, de l. 188  
 damno infecto ei postea cauendum non erit, quia rem illicitam admisit: alias autem si  
 monumento aedificium noceat, in quo nihil sit, quod imputari possit ei, ad quem ius monu-  
 8 menti pertinet, cauendum est ei, ad quem ius monumenti pertinet. Superficia- cf. l. 11 h. t.  
 9 rium et fructuarium damni infecti utiliter stipulari hodie constat. Sed ei, qui bona fide a  
 10 non domino emit, damni infecti stipulationem non competere Marcellus ait. Si quis opus  
 nouum nuntiauerit, an nihilo minus damni infecti ei caueri debeat, Iulianus tractat. et  
 magis probat caueri oportere: nam et ei, qui egerit ius aduersario non esse altius tollere  
 aedificium, caueri debere. item eum, aduersus quem interdictum quod ui aut clam com-  
 petit, cauere debere Iulianus ait, quia non est cantum neque de uitio aedium neque de 15  
 11 damno operis. Si quis, quia sibi non cauebatur, in possessionem aedium missus fuerit,  
 deinde is cuius aedes fuerunt, cum praeterea alias aedes haberet, desideret ab eo, qui in  
 possessionem missus est, ut sibi damni infecti harum aedium nomine, quarum in posses-  
 sionem missus est, caueret, an sit audiendus, uideamus. et Iulianus scribit: is qui uitiosas  
 aedibus cesserit, si integras retinuerit, numquid improbe ab eo, qui uitiosas aedes coepi-  
 possidere, cautionem exigit, cum ideo possessionem amiserit, quia ipse damni infecti satis  
 non dederat? et sane parum probe postulat ab eo caueri sibi earum aedium nomine, qua-  
 12 rum ipse cauere supersedit: quae sententia uera est. Si quis stipulaturus iurauerit nec fuerit  
 stipulatus, an postea ei stipulari uolenti iurandum sit, uideamus. et puto iterum iurandum  
 13 quia possit fieri, ut aut tunc aut modo calumnietur. Si alieno nomine caueri mihi dam-  
 infecti postulem, iurare debeo non calumniae causa id eum, cuius nomine cautum postulo  
 14 fuisse postulaturum. Sed si eius nomine postulem, qui, si ipse postularet, iurare non com-  
 pelleretur, ueluti patronus uel parens, dicendum est locum iuriurando non esse: de qu-  
 15 enim ille non iuraret, nec qui uice eius postulat in hac stipulatione debet iurare. Hui-  
 stipulationi debet dies esse insertus, intra quem si quid damni contigerit, cautio locum  
 habet: neque enim in infinitum obligatus esse debet stipulatione. ipse igitur praetor die-  
 dabit stipulationi, aestimatione habita ex causa et ex qualitate eius damni, quod conti-  
 gere speratur.
- 14 PAULUS libro quadragesimo octauo ad edictum. In causae cognitione etiam longi-  
 quitas soli et operis magnitudo spectanda est.
- 15 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Si finita sit dies statuta in cautione  
 1 iterum arbitrato praetoris ex integro erit cauendum. Si uero sine adiectione B. 58, 10  
 diei stipulatio fuerit interposita, si quidem ex conuentione, quandoque fuerit commissa, ¶  
 stipulatu agitur, si uero per errorem, magis est illud dicendum finito die, in quem aliquo-  
 2 caueri solet, desiderandum esse a praetore, ut liberetur. Deinde ait praetor: 'de Ep. 15, 63  
 'eo opere, quod in flumine publico ripaue eius fiet, in annos decem satisfari iubebo'. (Ep.)  
 hic exigitur satisfactio et<sup>1</sup> tempus stipulationi praestituit ideoque, quia in publico fit: cum  
 3 autem in alieno fiat, satisfactioem praetor iniungit. Notandum, quod non etiam de loci  
 uitio, sed de operis tantum cauetur, quamuis, si in priuato fiat, et de loci et de operis uitio  
 F(XYQMO)

<sup>1</sup> exigitur satisfactio et del.

1 uicin'is F<sup>2</sup> 2 cabendum F<sup>2</sup> 12 damni  
 'infecti F<sup>1</sup> | et] aet F<sup>1</sup> 13 et del. F<sup>2</sup> 14 eum]  
 edm F<sup>2</sup> 15 de bitio F<sup>2</sup> 16 in po'te's'y'ses-  
 sionem a'edium F<sup>2</sup> 21 cu'm' F<sup>2</sup> 27 si]  
 se F<sup>2</sup> | si] se F<sup>2</sup> | rostularet F<sup>2</sup> 28 patro-  
 nos F<sup>2</sup> 31 obligatum F<sup>2</sup> 35 soli] F<sup>2</sup>XYMOC,  
 loci F<sup>2</sup> | magnitu'ra'do F<sup>2</sup> 36 fi'a'nita F<sup>2</sup> |

sit] ait F 38 commissae F<sup>1</sup> 41 iubebe F<sup>1</sup>  
 42 exigitur] sic F, igitur errore typ. Gebauer  
 eumque secuti alii 43 in alieno fiat] inalie-  
 nariat F, in aliena re fiat (fit M) XYMC, fit  
 in aliena re O, in aliena erit re Q | neta-  
 dum F<sup>2</sup> 44 in] im F<sup>2</sup> | fiat d' et F<sup>2</sup>

caueatur: sed cum locus publicus sit, non erat necesse ibidem opus facienti de alio uitio  
 4 quam operis satisfacere damni infecti. Si quid igitur damni intra decem annos acciderit, id  
 5 stipulatione continetur. Et quod ait praetor 'de eo opere', sic accipe de eo damno, quod  
 6 7 ex opere fiet. Si quid in uia publica fiat, quia in alieno fit, satisfacendum est. Sed praetor  
 8 causa cognita tempus pro condicione operis determinabit. Siue autem quis muniat uiam 5  
 siue quid aliud in uia publica faciat, debebit cautio locum habere, ne per hoc damno pri-  
 9 uati contingantur. De ceteris locis publicis nihil specialiter cauetur, uerum ex generali  
 10 sermone, quasi in alieno fiat, satisfacere debet damni infecti. Si publicus locus publice  
 reficiatur, rectissime Labeo scribit, eoque iure utimur, de damno infecto non esse cauend-  
 11 dum, si quid uitio loci aut operis fiat: certe legem dandam operis talem, ne quid noceat 10  
 12 uicinis damniae detur. Ex hoc edicto si non caueatur, mittitur in possessionem a praetore  
 13 in eam partem, quae ruinosae esse uideatur. An uero in totas aedes missio locum habeat,  
 uideamus. et extat Sabini sententia in totas aedes mittendum: alioquin si ex superficie,  
 14 inquit, damnum timeatur, non habebit res exitum, nec profuturum in possessionem eius  
 rei mitti, quam quis possidere non possit aut ei non expediat: et uerior est Sabini sen- 15  
 15 tentia. Sed si in plures partes diuisa domus sit, utrum in partem an in totam domum  
 possidendam mitti quis debeat, uideamus. si tam ampla domus sit, ut et spatia inter ui-  
 tiosam partem intercedant et eam quae uitium non facit, dicendum in eam solam partem  
 mitti: si uero unita sit contextu aedificiorum, in totam. itaque et in spatiosis domibus  
 melius dicitur in eam partem domus mittendum, quae uitiosae parti unita est. ceterum 20  
 si modica portiuicula aedium amplissimarum uitium faceret, quale erat dicere totas aedes  
 16 in eam possidere eum, cui damni infecti non caueretur, cum sint amplissimae? Item  
 quid dicemus, si insula adiacens domui uitium faciat, utrum in insulae possessionem an  
 17 uero in totius domus possessionem mittendum sit? et magis est, ut non in domus posses-  
 18 sionem, sed in insulae mittatur. Si plures sunt, qui postulent ut caueatur, omnes mitti in 25  
 possessionem solent. idemque Labeo probat et si prius quis in possessionem missus sit et  
 alius mitti desideret: nam non spectabimus ordinem, sed habebunt ambo possessionem.  
 quod si iam prior possidere iussus sit et alius damni infecti cauere desideret, tunc nisi ca-  
 19 uetur, mittetur in possessionem posterior. Iulianus scribit eum, qui in possessionem damni 29  
 16 infecti nomine mittitur, non prius incipere per longum tempus dominium capere, quam f. 189'  
 17 secundo decreto a praetore dominus constituitur. Si ante hoc decretum alius quoque in  
 possessionem missus fuerit, aequaliter ambo aedium finit domini, scilicet cum iussi fuerint  
 possidere. si uero iam constituto domino eo, qui primus in possessionem missus est, Titius  
 damni infecti sibi cauere desiderabit, cessante primo cauere solus Titius erit in possessione.  
 18 Cum autem plures mittuntur in possessionem, aequaliter mittuntur, non pro rata damni, 35  
 quod unumquemque contingeret, et merito: nam et cum unus mittitur, non pro portione  
 damni mittitur, sed in totum: cum igitur plures mittuntur, aequaliter omnes quasi in totum  
 19 missi concursu partes habebunt. Sed si quis eorum missus in possessionem sumptum fecerit,  
 deinde iubeatur possidere, an sumptum consequi possit is qui fecit et quo iudicio? et placet  
 20 communi diuidendo iudicio consequi eum posse. Si quis autem in possessionem missus, 40  
 nondum possidere iussus sit, an dominus decedere possessione debeat, uideamus. et ait  
 Labeo non decedere, sicuti nec cum creditores uel legatarii mittuntur: idque est uerius.  
 21 Non autem statim ubi misit praetor in possessionem, etiam possidere iubet, sed tunc de-  
 mum, cum iusta causa uidebitur (ergo interuallum aliquod debeat intercedere), quod aut  
 pro derelicto aedes longo silentio dominus uideatur habuisse aut emisso<sup>2</sup> in possessionem 45  
 F(XYQMC)

<sup>1</sup> iubeantur?    <sup>2</sup> misso (u. i.)

5 o'peris F<sup>2</sup> | determinauit F    7 loci's' F<sup>2</sup> |  
 ex' generali F<sup>2</sup>    10 legam F<sup>2</sup>    13 sibi' F<sup>2</sup>  
 14 non' F<sup>2</sup>    18 et' at F<sup>2</sup>    22 ampli' u's-  
 simis' F<sup>2</sup>    26 'qui's' F<sup>2</sup>    27 deside-  
 re' at F<sup>2</sup>    28 tunc isti (sic) cauetur F<sup>2</sup>, tunc  
 enim nisi cauetur F<sup>2</sup> QO, om. XYMC    32 cum

e' iussi F<sup>2</sup>    33 e's't F<sup>2</sup>    34 cauere' i' F<sup>2</sup> |  
 cessante F<sup>2</sup>    36 'u'numquemque F<sup>2</sup>    39 an  
 sumptum F<sup>2</sup>    40 communi] oommuni F<sup>2</sup> | posse  
 si] possessi F<sup>2</sup>    41 iussus' sus' sit F<sup>2</sup>    42 le-  
 gataris F<sup>2</sup>    45 emisso in poss.] misso in poss.  
 XYQMC, misso in poss. aduersario O



22 et aliquamdiu immorato nemo caueat. Si forte dominus rei publicae causa abest aut ex alia iusta causa aut in ea sit aetate cui subueniri solet, probandum est non debere praetorem festinare ad decernendum, ut iubeat possidere. sed etsi decreuerit, nemo dubitat 23 in integrum restitutionem indulturum. Ubi autem quis possidere iussus est, dominus 24 deiiciendus erit possessione. Si qua sint iura debita his, qui potuerunt de damno infecto 5 satisficere, deneganda erit eorum persecutio aduersus eum, qui in possessionem missus est: 25 et ita Labeo probat. Item quaeritur in pignoraticio creditore, an pignoris persecutio denegetur aduersus eum, qui iussus sit possidere. et magis est, ut, si neque debitor repromisit neque creditor satisdedit, pignoris persecutio denegetur. quod et in fructuario recte Celsus 26 scribit. Si de uectigalibus aedibus non caueatur, mittendum in possessionem dicemus nec iubendum possidere (nec enim dominium capere possidendo potest), sed decernendum, ut eodem iure esset, quo foret is qui non cauerat: post quod decretum uectigali actione uti 27 poterit. Sed in uectigali praedio si municipes non cauerint, dicendum est dominium per 28 longum tempus adquiri. Eleganter quaeritur, si, dum praetor de danda stipulatione deliberat, damnum contigerit, an sarciri possit. et missio quidem cessabit: praetor tamen decernere debet, quidquid damni contigerit, ut de eo quoque caueatur, aut, si putat, quod 29 utiliter actionem daturus sit, decernat. Si pupillus tutorem non habeat, ¶ quo auctore 30 damni infecti promittat, quasi non defendatur, missio in possessionem locum habebit. Si quis damni infecti in possessionem missus sit, fulcire eum et reficere insulam debere sunt qui putent eamque<sup>1</sup> culpam praestare exemplo eius, qui pignori accepit. sed alio iure utimur: cum enim ob hoc tantum missus sit, ut uice cautionis in possessione sit, nihil ei 31 imputari, si non refecerit. Item uideamus, si ei cautio offeratur, posteaquam missus est, an non prius decedere debeat, quam si ei caueatur etiam de eo damno, quod contigit, posteaquam missus est in possessionem? quod quidem magis probatur: repetita igitur die promittendum erit. hoc amplius de impensis quoque, si quas fecerit, erit ei cauendum. 32 Illud quaeritur, ex quo tempore damni ratio habeatur, utrum ex quo in possessionem uentum est an uero ex quo praetor decreuit, ut eatur in possessionem. Labeo, ex quo decretum est: Sabinus, ex quo uentum est in possessionem: ego puto causa cognita modo hanc modo illam sententiam probandam. plerumque enim subuenitur etiam ei, qui missus 33 in possessionem aliqua ex causa aut non uenit aut tardius uenit in possessionem. Posteaquam autem quis possidere iure domini a praetore iussus est, nequaquam locus erit cautionis oblationi: et ita Labeo: ceterum nullus, inquit, finis rei inuenietur: et est hoc uerisimum 34 simul seposito eo, quod quibusdam uel aetate uel qua alia iusta causa subuenitur. Si iauerunt aedes, an in possessionem ruinae uel areae mittendus sit nihilo minus is, cui cautum non est, uideamus. et magis est, ut mitti debeat, et ita Labeo: sed adicit, si, posteaquam decreuerit praetor eum in possessionem mittendum, tunc aedes deciderint: et puto Labeonis sententiam ueram. proinde et si refecit aliquid, erit probandum non prius eum discessurum, quam si ei sarciat et de praeterito caueatur. potest autem et in factum actione recipere hoc quod impendit, sed non amplius, quam quod boni uiri arbitratus factum sit: idem est et si alius iussu rogatus meo eorum quid sine dolo malo fecerit et 35 eo nomine condemnatus sim aut dederim sine dolo malo. Si quis metu ruinae decesserit possessione, si quidem, cum adiuuare rem non posset, id fecit, Labeo scribit integrum ius eum habere, perinde ac si in possessione perseverasset: quod si, cum posset succurrere, maluit relinquere, amississe eum praetoris beneficium neque, si postea succurri sibi uelit, audiendum eum. Cassius autem ait, si metu ruinae recesserit, non hoc animo, ut aedificia

*F(XYQMOC)*

<sup>1</sup> eumque (*Krueger*)?

1 aliquamdiu *F*<sup>1</sup> 2 aetate *F* | subuenire *F*<sup>2</sup>  
 3 recreuerit *F* 5 infecto *F*<sup>o</sup> 8 est] et *F*<sup>2</sup>  
 9 'celsus' recte celsus *F*<sup>1</sup> 12 foret 's' is *F*<sup>1</sup>  
 15 conti'n'gerit *F*<sup>1</sup> 17 actionem] rationem *F*<sup>2</sup>  
 23 conti'n'git *F*<sup>2</sup> 24 prouatur *F* 25 fe-

c'er'it *F*<sup>2</sup> 27 decrebit *F*<sup>1</sup> 31 nequaquam *F*  
 32 inquit' *F*<sup>2</sup> 36 de'creberit *F*<sup>2</sup> 37 label-  
 nis *F*<sup>1</sup> | eret *F*<sup>1</sup> 39 inpendit *F*<sup>o</sup> | sed] aet *F*<sup>1</sup>  
 42 quidam *F*<sup>1</sup> 44 amississe *F*

derelinquet, restituendum in possessionem: eum tamen, qui missus in possessionem non accesserit, si aedificia ruerint, beneficium praetoris amississe scribit. hoc ita accipiendum 26 erit, si venire in possessionem neglexit, non si dum uenit ruerunt. Si quis ex hoc edicto a praetore in possessionem missus non est admissus, in factum actione uti poterit, ut tantum praestetur ei, quantum praestari ei oporteret, si de ea re cautum fuisset: extenditur 5 enim actio in id tempus, quo damnum committitur.

16 | PAULUS libro quadragesimo octauo ad edictum. Antequam damnum detur, [B. 58, 10 n. \*S f. 190] impunitum est factum eius, qui neque promisit neque admisit in possessionem, si tamen ante damnum datum uel cauit uel possessione cessit. 9

17 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Si quis missum in possessionem, cum esset in aliena potestate, non admisit, plerique putant noxalem actionem 1 eo nomine competere. Quid deinde, si procurator prohibuerit, utrum in ipsum an in dominum dabimus? sed uerius est in ipsum dandam. Sed et in actore municipum tutore 2 ceterisque, qui pro aliis interueniunt, idem erit dicendum. Actio ista, quae in factum est, 3 perpetuo dabitur, et heredi et in heredem ceterasque itemque ceteris personis. Iudex, 15 qui de damno infecto cognoscit, etiam alienato praedio ab eo, cum quo actum fuerit, damnum aestimare solet omne, quodcumque ante iudicium contigit.

18 PAULUS libro quadragesimo octauo ad edictum. Damni infecti stipulatio [B. 58, 10 n. E] competit non tantum ei, cuius in bonis res est, sed etiam cuius periculo res est. Quod opere facto consecutus sit dominii capione promissor, non teneri eum eo nomine Pomponius ait, quia nec loci nec operis uitio, sed publico iure id consecutus sit. Ei, cuius usus fructus aedium est, de uitio earundem aedium cauere non oportet, etsi alias uicinas habeat, quia reficiendi habet facultatem: nam qui uiri boni arbitrato uti debet, reficiendi quoque potestatem consequitur. ergo nec proprietarius audiri debet, si uelit sibi cauere a fructuario aedium nomine, quas uicinas fructuario<sup>3</sup> habeat, quia habet cum fructuario actionem, ut 25 uiri boni arbitrato is fruatur. Sed inquilino meo, si uicinas aedes habeat, cauere debeo 4 damni infecti propter eas aedes. Ei, qui in conducto solo superficiem imposuit, dominus soli, quod uitio soli damnum futurum sit, cauere non debet nec soli domino superficialis, quia inuicem ex conducto et locato habent actiones: in quas tamen actiones ultra culpam nihil uenit. plus autem in stipulationem uenit damni infecti, quod quidem uitium 30 eius<sup>4</sup> esse dicitur. Si is, qui unas aedes habebat, stipulatus fuerit, deinde uicinas comparauerit, an earum quoque nomine, quas post interpositam stipulationem comparasset, promissorem obligaret, quaesitum est. Iulianus scribit uidentem, ne earum dumtaxat nomine cautum habeat, de quibus inter eum et promissorem initio actum fuerit. cui consequens uideri posse, ut et, cum aedium communium nomine duo socii stipulentur, de eo 35 dumtaxat damno cauere uideatur, quod in parte aedium cuique socio datum fuerit. siue ergo redemerit alteram partem quis ex his siue adiudicata fuerit, non augeri promissionis obligationem. Pomponius relata Iuliani scriptura dicit non se improbare. Si autem res aliqua post stipulationem interpositam in domo habere coeperit stipulator, quae ex ruina uicinarum aedium perierint, agere ex stipulatu potest, licet tunc, cum stipularetur, hae res 40 non fuerint<sup>6</sup>. Emptor praedii si ante traditionem stipulatus sit, cautum habebit de eo f. 191 7 damno, quod post traditionem factum erit. Uenditorem autem aedium prius, quam posses-

F(XYQMOG)

<sup>1</sup> personas ins. <sup>2</sup> fructuariis (u. i.: Cuiacius)? <sup>3</sup> nisi ins. <sup>4</sup> eius] rei? <sup>5</sup> ibi ins.

2 si aedificia ruerint F<sup>2</sup> 4 missus non F<sup>4</sup>  
7 libro quadragesimo octauo] F<sup>2</sup>, libro sexagesimo quadragesimo octauo F<sup>2</sup> 9 cessit] cessit F<sup>2</sup> 10 possessionem] F<sup>2</sup> 12 eo] ei F<sup>2</sup> 14 est in perpetuo F<sup>2</sup> 16 qui personis de damno qui infecto F<sup>2</sup> | etiam] te iam F<sup>2</sup> 19 quod] F<sup>2</sup>, sed quod F<sup>2</sup>: agitur autem de opere factio in litore (cf. l. 1 § 18 h. t.) 22 de bitio F<sup>2</sup> 25 quas uicinas fructuario

habeat] F<sup>2</sup> cum B (Tip.): ὁ δεσπότης ... ἔχων ἄλλον (οἶκον) πλησιάζοντα, quas uicinas fructuarius habet F<sup>2</sup>XYQMOG | ut biri F<sup>2</sup> 26 is] his F<sup>2</sup> 27 damni infecti F<sup>2</sup> | conducto F<sup>2</sup> 28 damnum F<sup>2</sup> 30 damni] dami F<sup>2</sup> 31 unas] FX<sup>2</sup>YMC, uicinas SX<sup>2</sup> et supra u. Y 37 adiudicata] F<sup>2</sup> 39 interposita] m' F<sup>2</sup> | quae] F<sup>2</sup> 40 perderint F<sup>2</sup> | cum] tum F<sup>2</sup>

- 9 sionem tradat, stipulari oportet, quia huius quoque rei culpam praestat. Sed quid fiet, si uenditor sine culpa stipulari non potuerit et ob hoc emptor stipulatus fuerit? nonne damnum patitur? an hoc damnum in aliena re acciderit<sup>1</sup>, reuoluitur autem ad emptorem, quia actionem ex empto non habet? sed nihil in hac causa proficit stipulatio, nisi in id, quod post traditionem accidit, quia, dum uenditoris custodia est, is stipulari debet omnemque diligentiam emptori praestare: et quod alia actione quaeri potest, id in stipulationem damni infecti omnino non deducitur. Sed si uenditor interposuerit stipulationem, etiam id damnum continebit, quod post traditionem emptori contigerit. quod esse iniquissimum Aristo ait, quoniam, si emptor quoque damni infecti stipulatus esset, duobus promissor eiusdem nomine obligaretur: nisi forte id contra se habeat, quia in hoc fit stipulatio, quanti ea res erit: ut possit uideri nihil interesse iam uenditoris. Stipulatione damni infecti interposita Sabini sententia uera est existimantis, ut, si, dum aedificatur intra diem stipulationi comprehensum, supra parietem meum domus deciderit eumque uitiauerit, licet post diem stipulationis paries decidat, possim agere, quia damnum iam tunc acceperim, cum paries uitiosus factus sit. nec quicquam obstare, quo minus etiam antequam decidat agi possit: et, si ita concussus sit paries, ut nulla ratione recipi<sup>2</sup> possit ideoque deponendus est, non minoris litem aestimandam, quam si decidisset. Si uicinas aedes habeamus et inuicenas desideremus damni infecti cauere, nihil obstabit, quo minus et ego in tuarum aedium sessionem mittar et tu in mearum. Si pupillus prohibuit iri in possessionem damni infecti, placet in eum non iniuste competere hanc in factum actionem. Si mandatu meo alius prohibuerit, in me haec actio competit. Non solum autem eum punit praetor, qui in possessione esse, sed etiam eum, qui possidere passus non fuerit, cum alioquin, si is, qui iussu praetoris coeperat possidere et possidendo dominium capere, aut non admissus aut eiectus inde fuerit, utile interdictum unde ui uel Publicianam actionem habere potest: sed si in factum actione egerit, his actionibus experiri non potest, cum praetor id agat, ne damnum faciat actor, non ut in lucro uersetur. Si procurator meus damni infecti stipulatus sit, causa cognita mihi ex ea stipulatione actio competit.
- 19 GAIUS ad edictum praetoris urbani titulo de damno infecto. cf. D. 9, 4, 30. B. 58, 10 n. Eorum, qui bona fide absunt, in stipulatione damni infecti ius non corrumpitur, sed reuersis cauendi ex bono et aequo potestas datur, siue domini sint siue aliquid in ea res ius habeant, qualis est creditor et fructuarius<sup>3</sup> et superficiarius. Siue aedium uitio siue operis, quod uel in aedibus uel in loco urbano aut rustico, || priuato publico fiat, damni aliquid futurum sit, curat praetor, ut timenti damnum caueatur.
- 20 IDEM libro nono decimo ad edictum prouinciale. Inter fructuarium et dominum proprietatis ita damni infecti cautio locum habet, si fructuarius quidem de soli uitio cauere sibi desideret, dominus uero proprietatis de operis uitio, si quid fructuarius aedificet: nam de ruina aedium neuter ab altero cautionem desiderare potest, fructuarius ideo, quia refectio aedium ad eius ipsius onus non<sup>4</sup> pertinet, proprietarius ideo, quia usitata stipulatio, qua de re restituenda fructuarius cauet, ad hunc quoque casum porrigitur.<sup>5</sup>
- 21 PAULUS libro octauo ad Plantium. Si filius familias inquilinus sit, uideamus, an damni infecti nomine in possessionem aedium uicinarum mittendus sit (quaeritur *F(XYQMOC)*)

<sup>1</sup> accidit?    <sup>2</sup> refici (u. i.)?    <sup>3</sup> in noxalibus actionibus eorum qui bona fide absunt ius non corrumpitur, sed reuersis defendendi ex bono ... et fructuarius *D. l. cit.*    <sup>4</sup> idem Graeci: non del. (u. i.)

5 uentitoris *F*<sup>o</sup>    9 s'i' *F*<sup>1</sup>    11 uenditori-  
stipulatione *F*    14 decidet *F*<sup>o</sup>    15 quie-  
quam *F*<sup>1</sup>    16 it'a' *F*<sup>2</sup> | recipi] *F*, refici  
*XYQMOC*    17 decidisset *F*<sup>1</sup> | uicinas] uin-  
nas *F*<sup>1</sup>    18 desideremut *F*<sup>1</sup>    19 e't' tu *F*<sup>2</sup>  
20 hanc] hano *F*<sup>1</sup>    21 ha'e'e' *F*<sup>2</sup>    22 ras-  
sus *F*    26 ficiat *F*<sup>o</sup> | damni i'nfecti *F*<sup>1</sup>  
29 sed reuersis] sic legitur altero loco cum

hoc olim coniuncto: si reu'e'rsis *F*<sup>1</sup>    31 qua-  
les *F*<sup>o</sup>    36 bitio *F*<sup>o</sup> | de operi'a' *F*<sup>2</sup>    38 ad  
eius ipsius onus non pertinet] sic *FX*<sup>o</sup> nec  
aliter legerunt Graeci (*BS. 16, 1, 7 sch. 4*: οὐκοῦ-  
φρογκτογάριος οὐ χρεωστέϊ φιλοκαλεῖν τὸν κα-  
ταπίπτοντα οἶκον), ad eius ipsius (ipsius *om. O*)  
onus pertinet *X<sup>o</sup>Y<sup>o</sup>MOC*, *om. inter alia Q*  
39 de restituenda *F*

enim, an filius familias non uidetur damnum pati, si res peculiares sint) et pater possit stipulari, si quid ei damni fiat. et placet utrumque eorum in possessionem mitti, nisi sic filius conduxerat, ut eius periculo aedes essent: tunc enim, quia solus tenetur ex locato, recte dicitur ipsum mittendum in possessionem, nisi ei caueatur.

- 22 IDEM libro decimo ad Plantium. Si proprietarius de damno infecto repro- 4  
mississet uel forte aliquid praestitisset aut contra fructuarius aliquid praestitit, iniquum est alterum sine damno uti aedibus aut aedes habere. et si optulerit proprietarius aliquid, non est fructuario permittendum uti, nisi contulerit: idemque fructuario praestandum est, ut proprietarius cogatur ei conferre. ergo et solum retinebit fructuarius, si aedes ceciderint, donec praestetur ei damnum, ut, quod haberet uicinus missus in possessionem, id 10  
fructuarius habeat, qui damnum uicino sarcit. eadem erunt et si minimum damnum detur.
- 1 PLAUTIUS. Si ab eo, quem dominum esse negarem, uellem sub hac exceptione 'si dominus 'non esset' satisfacere, ab eo uero, quem dominum esse dicerem, pure repromitti, constitit non debere me impetrare, sed debere me eligere, a quo uelim mihi caueri. 14
- 23 ULPIANUS libro sexagesimo tertio ad edictum. In stipulatione damni in- 14  
fecti, quae aedium nomine interponitur, nisi in solidum fuerit cautum, mittetur in possessionem.
- 24 IDEM libro octogesimo primo ad edictum. Fluminum publicorum communis 14  
est usus, sicuti uiarum publicarum et litorum. in his igitur publice licet cuilibet aedificare et destruere, dum tamen hoc sine incommodo cuiusquam fiat. propter quod operis dum- 20  
taxat nomine cum satisfactione cauetur, de uitio loci nihil cauetur<sup>1</sup>, hoc est operis, quod quis facit. ceterum si ex loci uitio damnum timeatur, minime dicendum est damni infecti stipulationem interponi oportere: quis enim dubitat neminem esse, a quo stipuletur, cum aemine nihil faciente locus ipse publicus damnum inferat sui natura? ad ea igitur opera stipulatio pertinet, quaecumque priuatim fiant. quid ergo, si publice opus fiat, de uitio 25  
eius quid faciemus? et plane uel princeps adeundus est uel, si in prouincia f[il]at, praeses f. 192  
prouinciae. sed quod dictum est 'operis uitio' sic accipiendum est, etiam si proponas<sup>2</sup> non tantum tempore, quo opus fit, sed etiam si postea contingat: quid enim si ideo, quia 30  
1 male aedificatum erat, corrui? Adicitur in hac stipulatione et heredum nomen uel successorum eorumque, ad quos ea res pertinet. successores autem non solum qui in uniuersa 30  
bona succedunt, sed et hi, qui in rei tantum dominium successerint, his uerbis continentur. Sed ut ne quid aedium loci operisue uitio damnum factum sit, stipulatio inter- 35  
ponitur de eo<sup>3</sup> sine satisfactione: quae non solum ad totas aedes, sed etiam ad partem aedium pertinet. uitium autem aedium et loci esse Labeo ait, quod accidens extrinsecus 35  
infirmiores eas facit: denique nemo dixit palustris loci uel harenosi nomine quasi uitiosi 35  
committi stipulationem, quia naturale uitium est: et ideo nec<sup>4</sup> ea stipulatio interponitur 35  
2 neque interposita committitur. Haec stipulatio utrum id solum damnum contineat, quod 35  
inuria fit, an nero omne damnum, quod extrinsecus contingat? et Labeo quidem scribit 35  
de damno dato non posse agi, si quid forte terrae motu aut ui fluminis alioque quo casu 35  
4 fortuito acciderit. Seruius quoque putat, si ex aedibus promissoris uento tegulae deiectae 40  
damnum uicino dederint, ita eum teneri, si aedificii uitio id acciderit, non si uolentia 40  
uentorum uel qua alia ratione, quae uim habet diuinam. Labeo et rationem adicit, quo<sup>5</sup>, 40  
si hoc non admittatur, iniquum erit: quo<sup>5</sup> enim tam firmum aedificium est, ut fluminis 40

F(XYQMOO)

<sup>1</sup> de uitio loci nihil cauetur del. <sup>2</sup> etiam si proponas del. <sup>3</sup> de meo? <sup>4</sup> ob ins. <sup>5</sup> quod (dett.)?

1 an] am F<sup>2</sup> | 'p'ossit F<sup>2</sup> 4 nisi] eisi F<sup>2</sup>  
5 repromississet F<sup>2</sup> 7 uti] ut id F<sup>2</sup> | aedibus  
aut aedes 'aut edes' habere F<sup>2</sup> 8 permit-  
tendum ... fructuario om. F<sup>1</sup> 10 uicinus]  
tarcinus F<sup>2</sup> 11 detur] metur F<sup>2</sup> 13 repro-  
mitti F<sup>2</sup> 16 salidum F<sup>2</sup> | cautum 'possess'ior'  
mittitur F<sup>2</sup> 18 communis 's'est F<sup>2</sup> 19 'a'edi-  
ficare F<sup>2</sup> 23 stipulatur F<sup>2</sup> 24 faciente]

fauente F<sup>2</sup> 25 quaecumque F<sup>2</sup> | si] sti F<sup>2</sup> |  
de bitio F<sup>2</sup> 26 et] est F<sup>2</sup> 27 prouinciali F<sup>2</sup>  
29 hac] 'hae F<sup>2</sup> 30 quos] quod F<sup>2</sup> | qui 'in  
F<sup>2</sup> | uniuerse bona succedunt F<sup>2</sup> 31 suc-  
cessorint F<sup>2</sup> 32 quid] in F<sup>2</sup> 35 herenosi F<sup>2</sup>  
36 nec] nonc F<sup>2</sup> 37 ha'e'e F<sup>2</sup> 39 casu]  
caus F<sup>2</sup> 40 potat F<sup>2</sup>

- aut maris aut tempestatis aut ruinae<sup>1</sup> incendii aut terrae motus uim sustinere possit?  
 5 Idem Seruius putat, si controuersia aquae insulam subuerterit, deinde stipulatoris aedificia  
 ceciderint, nihil eum ex stipulatu consecuturum, quia id nec operis nec loci uitio factum  
 est. si autem aqua uitiet fundamenta et sic aedificium ruisset, committi stipulationem  
 ait: multum enim interesse, quod erat alioquin firmum, ui fluminis lapsum sit protinus,<sup>5</sup>  
 an uero ante sit uitiatum, deinde sic deciderit. et ita Labeo probat: etenim multum inter-  
 6 liorem. Quamquam autem stipulatio committitur, cum uitio operis damnum factum sit,  
 tamen, si opus factum est ab eo, quem promissor prohibere non potuit, stipulatio non  
 committetur. plane si prohibere potuit, committetur. sed<sup>2</sup> si quis promissoris nomine fer-<sup>10</sup>  
 cerit uel eius pro quo promissum est aut alius, qui prohiberi potuerit, stipulatio ista com-  
 7 mittetur. Praeterea si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa  
 8 damnum datum fuerit, non uenire in hanc stipulationem plerisque uidetur. Cassius quoque  
 scribit, quod contra<sup>3</sup> ea damnum datum est, cui nulla ope occurri poterit, stipulationem  
 9 non tenere. Item apud Uinianum relatam est, si ex agro uicini arbores ui tempestatis  
 contractae in meum agrum deciderint eoque facto uitibus meis uel segetibus nocent uel  
 aedificia demoliunt, stipulationem istam, in qua haec comprehenduntur 'si quid arborum  
 lociue uitio acciderit', non esse utilem, quia non arborum uitio, sed ui uentorum damnum  
 10 mihi datum est. plane si uetustate arborum hoc fiebat, possumus dicere uitio arborum  
 damnum mihi dari. Idem ait, si damni infecti aedium mearum nomine tibi promisero,  
 deinde hae aedes ui tempestatis in tua aedificia ceciderint eaque diruerint, nihil ex ea  
 stipulatione praestari, quia nullum damnum uitio mearum aedium tibi contingit: nisi forte  
 ita uitiosae meae aedes fuerint, ut qualibet uel minima tempestate ruerint<sup>4</sup>. haec omnia  
 11 uera sunt. Sed et quod Labeo putat uerum est, referre, utrum impulsu fluminis ruit aedi-  
 12 ficium an deterius ante factum postea ceciderit. Item uideamus, quando damnum dari  
 uideatur: stipulatio enim hoc continet, quod uitio aedium loci operis damnum fit. ut puta  
 in domo mea puteum aperio, quo aperto uenae putei<sup>5</sup> praecissae sunt: an teneat? ait Tre-  
 batius non teneri me damni infecti: neque enim existimari operis mei uitio damnum tibi  
 dari in ea re, in qua iure meo usus sum. si tamen tam alte fodiam in meo, ut paries  
 tuus stare non possit, damni infecti stipulatio committetur.
- 25 PAULUS libro septuagensimo octauo ad edictum. Trebatius ait etiam eum [B. 58, 10 n.]  
 accipere damnum, cuius aedium luminibus officiatur.
- 26 ULPIANUS libro octogensimo primo ad edictum. Proculus ait, cum quis [B. 58, 10 n.]  
 iure quid in suo faceret, quamuis promississet damni infecti uicino, non tamen eum teneri  
 ea stipulatione: ueluti si iuxta mea aedificia habeas aedificia eaque iure tuo altius tollas,<sup>5</sup>  
 aut si in uicino tuo agro cuniculo uel fossa aquam meam auoces: quamuis enim et hic  
 aquam mihi abducas et illic luminibus officias, tamen ex ea stipulatione actionem mihi  
 non competere, scilicet quia non debeat uideri is damnum facere, qui eo ueluti lucro, quo

F(XYQMO C)

<sup>1</sup> aut *ins.* (*edd.*)    <sup>2</sup> committetur sed *del.*    <sup>3</sup> quod contra] quando uolentia?    <sup>4</sup> ruerint?  
<sup>5</sup> tui *ins.* (*u. i.*)

2 si controuersia aquae insulam subuerterit] *ἐὰν τὸν τοῦ γείτονος οἶκον ἐρρωμένον ὄντα ἢ*  
*κύστροφῆ τῶν ὑδάτων καταγάρῃ* B (*Tipuc.*):  
*ut κύστροφῆ ἀνέμων turbo, ita κύστροφῆ ὑδά-*  
*των uertigo est aquae de caelo cadentis, quam*  
*Latine dici aquae controuersiam hinc apparet*  
 5 erat' F<sup>2</sup> 6 propat F<sup>1</sup> 7 samum F<sup>o</sup> |  
 inuecilliohem F 9 pormissor F<sup>o</sup> | potui F  
 12 pr'raeterea F<sup>2</sup> | deind'e' F<sup>4</sup> 14 quod  
 contra ea damnum datum est] *quasi esset*  
*causa ea uertit interpres: ὅτε κατὰ πρόφασιν,*  
*ἤτινι ἀντίστηναι οὐ δυνάμεθα, κύμβῃ ζημία*

B (*Tipuc.*) | cui] qui F<sup>1</sup> | oc'o'urri F<sup>2</sup> 15 ui-  
 uiamum F<sup>o</sup> | temrestatis F<sup>1</sup> 16 meis] mei'n's  
 F<sup>2</sup> 17 comprehenduntur F<sup>o</sup> 18 bitio F<sup>1</sup>  
 20 damnum F | in tibi *litteras t et b in litera*  
*restituit* F<sup>4</sup>, ut mihi uideatur *scripsisse* F<sup>o</sup>  
 22 tibi] mihi F 23 ut om. F<sup>2</sup> | ruerint]  
 ru'mestreferr'erint F<sup>2</sup> 25 damnom F 26 ae-  
 di'u'm F<sup>2</sup> 27 'm'ea F<sup>4</sup> | qu'o' F<sup>4</sup> | putei]  
 FX<sup>o</sup>YMO, tui putei X<sup>4</sup>, putei tui C cum B:  
 δι φλίθες τοῦ κοῦ λάκκου (*Tip.*) 28 infacti F<sup>o</sup>  
 30 tuus 's'tare F<sup>1</sup> 36 quamdis F<sup>2</sup>

adhuc utebatur, prohibetur, multumque interesse, utrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur. mihi uidetur uera esse Proculi sententia.

- 27 PAULUS libro septuagensimo octauo ad edictum. Plures earumdem aedium [B. 58, 10 n. E] domini singuli stipulari debent sine adiectione partis, quia de suo quisque damno stipulatur: quin immo pars adiecta partis partem faciet. contra si plures domini sint uitiosarum aedium, pro sua quisque parte promittere debet, ne singuli in solidum obligentur.
- 28 ULPIANUS libro octogensimo primo ad edictum. In hac stipulatione uenit, quanti ea res erit. et ideo Cassius scribit eum, qui damni infecti stipulatus est, si propter metum ruinae ea aedificia, quorum nomine sibi cauit, fulsit, impensas eius rei ex stipulatu consequi posse: idemque iuris esse, cum propter uitium communis parietis qui cauit sibi damni infecti, onerum eorum releuandorum gratia, quae in parietem incumbunt, aedificia sua fulsit. in eadem causa est detrimentum quoque propter emigrationem inquilinorum, quod ex iusto metu factum est. Aristo autem non male adicit, sicuti hic ¶ exigit Cassius, q. 68 f. 193 ut si iustus metus migrandi causam praebuerit, ita in eius personam qui fulsit eadem Cassium dicere<sup>2</sup> debuisse, si iusto metu ruinae fulcire coactus est. 15
- 29 GAIUS libro uicensimo octauo ad edictum prouinciale. Sed et si conducere [B. 58, 10 n. E] hospitium nemo uelit propter uitium aedium, idem erit dicendum.
- 30 ULPIANUS libro octogensimo primo ad edictum. Damni infecti stipulatio [B. 58, 10 n. E] pertinet<sup>3</sup> etiam, si quid eius operis, quod in fundo meo aquae ducendae causa fit, uitio damnum mihi contigerit: solet enim opus in alieno fieri, cum iure seruitutis, quam quis 20 1 habet alieno agro impositam, opus in alieno faciat. Utrum autem de hoc opere promittere an satisfacere debeat, uideamus. mouet, quod in alieno facit: qui autem de alieno cauet, satisfacere debet, qui de suo, repromittere. unde Labeo putabat eum, qui modulorum aut rui faciendi causa opus faceret, etiam satisfacere debere, quia in alieno solo faceret. sed cum de opere, quod<sup>4</sup> faciet, exigatur stipulatio, consequens erit dicere sufficere repromissionem: quodam modo enim de re sua cauet. Quod dictum est 'aquae ducendae causa', 25 2 exempli gratia scriptum est: ceterum ad omnia opera stipulatio accomodabitur.
- 31 PAULUS libro septuagensimo octauo ad edictum. Qui uias publicas muniunt, [B. 58, 10 n. E] sine damno uicinorum id facere debent. Si controuersia sit, dominus sit nec ne is, a quo cautio exigitur, sub exceptione satisfacere iubetur. 30
- 32 GAIUS libro uicensimo octauo ad edictum prouinciale. Si aedibus meis proximae sint aedes meae et tuae, quaeritur, an, si hae uitium mihi faciant, cauere mihi debeas pro damno propriarum mearum aedium, scilicet pro qua parte dominus existes. et hoc plerisque placet: sed mouet me, quod ipse meas<sup>5</sup> aedes reficere possim et impensas pro socio aut communi diuidendo iudicio pro parte consequi. nam et si unas aedes communes 35 tecum habui aequae uitium faciant et circa refectionem earum cessare uidearis, nostri praecipitores negant cauere te debere, quia ipse reficere possim recepturus pro parte, quod impenderim, iudicio societatis aut communi diuidendo: ideo et interpositam cautionem minus utilem futuram, quia alia ratione damnum mihi posset sarciri. et est plane nostrorum praecipitorum haec sententia, ut credamus inutilem esse damni infecti stipulationem, quo casu damnum alia actione sarciri possit: quod et in superiore casu intelligendum est.

F(XYQMOC)

<sup>1</sup> si] is = iis?    <sup>2</sup> adicere?    <sup>3</sup> continet?    <sup>4</sup> iure seruitutis *similiae ins.*    <sup>5</sup> eas?

2 uera 'esse' proculi F<sup>2</sup>    4 stipulator F  
6 p'o'romittere F<sup>2</sup> | singuli's in F<sup>2</sup>    7 e'a'  
res F<sup>2</sup>    8 scribit't' eum F<sup>2</sup> | infecti F<sup>2</sup>    9 rui-  
ra'e F<sup>2</sup>    11 in papie n'tem F<sup>2</sup>    12 em'i'gra-  
tionem F<sup>2</sup>    13 non male] nomnale F<sup>2</sup>    14 mi-  
granti F<sup>2</sup>    15 cassium] oisium F<sup>2</sup> | iusto F<sup>2</sup>  
19 fit om. F<sup>2</sup>    20 serditutis F<sup>2</sup>    21 h'opere F<sup>2</sup>  
24 quia] F<sup>2</sup>, quia et F<sup>2</sup>, qua et F<sup>2</sup> | alieno] F<sup>2</sup>,  
F<sup>2</sup>, aliaeno F<sup>2</sup> | sulo F<sup>2</sup>    31 proxim'a'e F<sup>2</sup>

32 si hae uitium mihi faciant cauere mihi debeas] si hae uitium mihi (mihi om. M<sup>6</sup>) fecerint cauere (cauere om. Q) mihi debeas QM<sup>6</sup>, si uicium communes edes fecerint id uitium debeas XY<sup>2</sup>M<sup>6</sup>?, si uicium communes edes fecerint ob id uitium cauere mihi debeas Y<sup>2</sup>C, si uicium communes edes fecerint cauere mihi debeas O    37 praecipitor'a'es F<sup>2</sup>    39 alia'm' F<sup>6</sup>

- 33 ULPIANUS libro quadragesimo secundo ad Sabinum. Inquilino non datur [B. 58, 10 n. S] damni infecti actio, quia possit ex conducto agere, si dominus eum migrare prohiberet:
- 34 PAULUS libro decimo ad Sabinum. utique si pro praeterita pensione satisfacere paratus fuit: alioquin iusta retentio pignoris domino fieri uideretur. sed et si quasi pignora retinuerit et ea interierint ruina uicinarnum aedium, potest dici etiam pigneraticia actione locatorem teneri, si poterat eas res in locum tutiorem transferre.
- 35 ULPIANUS libro quadragesimo secundo ad Sabinum. In parietis communis [B. 58, 10 n. S] demolitione ea quaeri oportet, satis aptus fuerit oneribus ferendis an non fuerit aptus.
- 36 PAULUS libro decimo ad Sabinum. Sed ita idoneum esse plerique dixerunt, ut utrarumque aedium onera, quae modo iure imponantur, communis paries sustinere possit.
- 37 ULPIANUS libro quadragesimo secundo ad Sabinum. Nam si non fuit, [B. 58, 10 n. S] utique demolire eum oportuit nec debet, si quid damni ex hac causa attigit<sup>1</sup>, is qui demolitus est teneri, nisi sumptuose aut parum bonus nouus paries sit restitutus. quod si fuerit idoneus paries, qui demolitus est, in actionem damni infecti uenit id, quanti interfuit actoris eum parietem stare: merito, nam si non debuit demoliri, restituere eum debet proprio sumptu. sed et si qui reditus ob demolitionem amissus est, consequenter restitui eum Sabinus uoluit. <sup>2</sup>si forte habitatores migrauerunt aut non tam commode habitare possunt, imputari id aedificatori potest.
- 38 PAULUS libro decimo ad Sabinum. Emptor aedium ante traditam sibi sessionem ideo inutiliter stipulatur, quia uenditor omnem diligentiam ei praestare debet. tunc certe utiliter stipulatur, cum omnis culpa a uenditore aberit, ueluti si precario emptori in his aedibus esse permisit custodiamque ei afuturus tradidit. Si agri nomine non caueatur, in eam partem agri mittendum est, ex qua periculum timeatur: eiusque rei ratio haec est, quod in aedificiis partes quoque reliquae a uitiosa parte traherentur, at in agris non idem est. sed dicendum est, ut in domibus quoque maioribus interdum causa cognita praetor statuere debeat, in cuius partis possessionem is, cui non caueatur, mitti debeat.
- <sup>2</sup> Deducto ueteris parietis pretio, si quid amplius sit, aestimari debet, et si quid ex ueteri in nouum coniectum sit, deduci ex aestimatione oportet.
- 39 POMPONIUS libro uicensimo primo ad Sabinum. Inter quos paries communis [B. 58, 10 n. S] est, aedificiorum nomine, quae quisque propria habet, stipulari damni infecti solent: sed tunc ea cautio necessaria est, cum aut alter solus aedificat et uitium ex opere futurum est, aut alter pretiosiora aedificia habet et plus damni sensurus sit decidente pariete: alioquin si aequale periculum est, quantum quis uicino praestat, tantum ab eo consequitur.
- 1 Si domus in controuersia sit, dicendum est damni infecti onus possessoris esse, cum id quod praestiterit imputare domino praedii possit: quod si non caueat, possessionem ad petitozem, qui caueri damni infecti sibi uelit, transferant<sup>3</sup>: nam iniquum est stipulatorem compelli relicto praedio, ex quo damnum uereatur, dominum quaerere. Damni infecti stipulatio latius patet. et ideo et ei, qui superficiariam insulam habet, utilis est ea stipulatio, si quid in superficie damnum datum fuerit, et nihilo minus et soli domino utilis est, si solo damnum datum fuerit, ut tota superficies tolleretur: fraudabitur enim dominus soli in pensione percipienda. Alieno nomine stipulari ita licet, ut quod damnum domino deficiat (XYQMOC)

<sup>1</sup> accidit?    <sup>2</sup> et *ins.*    <sup>3</sup> transferendam (*Hal.*)?

1 s'e'cundo F<sup>2</sup> | non] no F: οὐκ ἔχει B (*Tip.*)  
 2 damni 'in'fecti F<sup>2</sup> 3 pensio F<sup>2</sup> 4 fieri F<sup>2</sup>  
 5 pigneraticia F<sup>2</sup> 6 poteret F<sup>2</sup> | tu'tiorem F<sup>2</sup>  
 9 idoneum F<sup>2</sup> | pleri's'que F<sup>2</sup> 15 'idoneus F<sup>2</sup> | damni 'in'fecti F<sup>2</sup> | quanti 'in'terfuit F<sup>2</sup>  
 17 ammissus F | consequentur F<sup>2</sup> | restitue F<sup>2</sup>  
 18 commodo F<sup>2</sup> 20 e'u'mptor F<sup>2</sup> | aedem F<sup>2</sup>  
 21 omnem] emnem F<sup>2</sup> 23 perimisit F<sup>2</sup>  
 24 mittendus F<sup>2</sup> 25 ae'di'ficiis F<sup>2</sup> 27 pra'e-

to'r' F<sup>2</sup> | statu'r'ere F<sup>2</sup> | partes F 28 netur-  
 ris F<sup>2</sup> 29 conie'ctum F<sup>2</sup> 30 primo] prim F  
 31 quisqu'a'e F<sup>2</sup> | demni F<sup>2</sup> | solent] *scripsi*,  
 solet F 35 domus in] F et *supra* u. Y, domi-  
 nus in X<sup>2</sup>YMOC, domini X<sup>2</sup> 37 petitozem]  
 petitionem F<sup>2</sup> | caueri] XY<sup>2</sup>C, caueri FY<sup>2</sup>MO |  
 transferant] μετατίθηται ἢ νόμῳ B (*Tipuc.*)  
 38 quaerere] quaeræ F<sup>2</sup> 41 tota] tota F<sup>2</sup>  
 42 nomine e'stipulari F<sup>2</sup> | quod dam'num F<sup>2</sup>

sit, comprehendatur: cauere autem debet is qui stipulabitur dominum ratam rem f. 194  
rum exceptioque procuratoria stipulationi inserenda erit, sicut in stipulatione lega-  
: quod si ei non cauebitur, mittendus est in possessionem procurator omnimodo, ut  
eptio procuratoria non noceat. In aestimando nouo pariete ratio haberi debet eius  
sae, quae modum probabilem non excedet in uetere eius cultus, non qui non ad- 5  
1.

PLANUS libro quadragensimo tertio ad Sabinum. Ex damni infecti stipu- [B. 58, 10 n. S  
non oportet infinitam uel immoderatam aestimationem fieri, ut puta ob tectoria et  
turas: licet enim in haec magna erogatio facta est, attamen ex damni infecti stipu-  
moderatam aestimationem faciendam, quia honestus modus seruandus est, non im- 10  
sta cuiusque luxuria subsequenda. Quotiens communis parietis uitio quid accidit,  
socio nihil praestare debet, cum communis rei uitio contigerit. quod si, quia alter  
resserat uel onerauerat, idcirco damnum contigit, consequens est dicere detrimentum  
uod beneficio eius contingit, ipsum sarcire debere. quod si aequaliter utriusque oner-  
pressus decidit, rectissime Sabinus scripsit, *parem* utriusque causam esse. sed<sup>2</sup> si 15  
diures uel pretiosiores res amiserit, melius est dicere, quia ambo onera imposuerunt,  
aduersus alterum competere actionem. Quotiens ex damni infecti plures agunt,  
eadem re damnum passi sunt, id est in aedibus, non debet unusquisque eorum  
dum agere, sed in partem experiri: neque enim damnum, quod pluribus datum est,  
que in solidum datum est, sed in partem datum esse uidetur. et ideo unicuique in 20  
competere actionem Iulianus scripsit. Item si plurimum sint aedes, quae damnosae  
sunt, utrum aduersus unumquemque dominorum in solidum competit an in partem?  
psit Iulianus, quod et Sabinus probat, pro dominicis partibus conueniri eos oportere.  
res domini sint aedium, qui damni infecti sibi prospicere uolunt, nec quisquam eis  
infecti caueat, mittendi omnes in possessionem erunt et quidem aequalibus partibus, 25  
is diuersas portiones domini habuerint: et ita Pomponius scribit.

POMPONIUS libro uicensimo primo ad Sabinum. In reficiendo communi pa- [B. 58, 10 n. S  
si potius facultas aedificandi praestatur, qui magis idonee reficere parietem uelit.  
ne dicendum est et si de eodem itinere riuoue reficiendo inter duos uel plures  
tur. 30

PLANUS libro quinquagensimo octauo digestorum. Si seruus communis [B. 58, 10 n. S  
infecti stipulatus fuisset, perinde habetur, ac si ipsi domini sua uoce pro partibus  
rentur.

PENUS UARUS libro secundo digestorum. Damni infecti quidam uicino [B. 58, 10 n. S  
uisserrat: ex eius aedificio tegulae uento deiectae ceciderant in uicini tegulas easque 35  
ant: quaesitum est, an ¶ aliquid praestari oportet. respondit, si uitio aedificii et in- f. 194'  
ste factum esset, debere praestari: sed si tanta uis uenti fuisset, ut quamuis firma  
ia conuelleret, non debere. et quod in stipulatione est 'siue quid ibi ruet', non uideri  
'QMOC)

etere eius cultu, non qui nos (sic *Iauch*) adgrauet? <sup>2</sup> et *ins.* (*Best*)

prehendetur *F*, comprehendetur *XY*  
*C* 2 inserend'a' *F*<sup>2</sup> | legatorum ...  
essionem *om.* *F*<sup>1</sup> 4 nobo *F*<sup>1</sup> 5 exce-  
1 | in uetere eius cultu's non qui non  
uet *F*<sup>1</sup>, in ueteri eius cultus qui non  
t *O*, in uetere (ueteri *M*, ueterem *X*?)  
cultus (cultum *X*?) non qui aggrauet  
, in uetere eius cultu (cultus qui *Y*<sup>2</sup>) non  
uet *Y*: περί κοινόϋ [*immo* καινοϋ] τοίχου  
λαπάνη σκοπεῖται καὶ ποία ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ  
*uec.*], ut *Graeci* uideantur intellexisse es-  
de uetere pariete itaque cultus magis le-  
quam cultu: at requiritur cultu, nam  
catur parietem etiam nouum manere de-

bere in statu eo qui fuit nec eo cultu reno-  
uari debere, qui nos adgrauet, puta marmoreo  
facto pariete pro latericio 8 inmoderata'm' *F*<sup>2</sup>  
11 quid] quia *F*<sup>1</sup> 14 beneficio] *EXY* (*supra* u.  
al. maleficio) *O*<sup>2</sup>*C*, uicio *O*<sup>2</sup>, beneficio (*margin*.  
uel edificio) *M* 15 *parem*] *X*<sup>2</sup>*Y*<sup>2</sup>*OC*, parie-  
tem *FX*<sup>2</sup>*M*, parietem *Y*<sup>2</sup> | utriusque *F* 16 ame-  
serit *F*<sup>2</sup> | ambo onera ... 17 actionem] *F*<sup>2</sup>, am-  
bone (*om.* ra ... actionem) *F*<sup>1</sup> 19 nequ'a'e *F* |  
quod] quid *F*<sup>1</sup> 21 scripsit *F*<sup>2</sup> | damnose *F*<sup>2</sup>  
24 sin't' *F*<sup>2</sup> | quisquam'm' *F*<sup>2</sup> 31 digisto-  
rum *F* | sero ommunis *F*<sup>1</sup> 35 easque] meas-  
que *F*<sup>2</sup>



- sibi ruere, quod aut uento aut omnino aliqua ui extrinsecus admota caderet, sed quod  
 1 ipsum per se consideret. Cum parietem communem aedificare quis cum uicino uellet,  
 priusquam ueterem demoliret<sup>1</sup>, damni infecti uicino repromisit adeoque<sup>2</sup> restipulatus est:  
 posteaquam paries sublatus esset et habitatores ex uicinis cenaculis emigrassent, uicinus  
 ab eo mercedem, quam habitatores non redderent, petere uult: quaesitum est, an recte  
 5 petet. respondit non oportuisse eos, cum communem parietem aedificarent, inter se repro-  
 mittere neque ullo modo alterum ab altero cogi potuisse: sed si maxime repromitterent<sup>3</sup>,  
 tamen non oportuisse amplius quam partis dimidia, quo amplius ne extrario quidem quis-  
 quam, cum parietem communem aedificaret, repromittere deberet. sed quoniam iam in  
 totum repromississent, omne, quod detrimenti ex mercede uicinus fecisset, praestaturum.  
 10 2 Idem consulebat, possetae, quod ob eam rem dedisset, rursus repetere, quoniam restipu-  
 latus esset a uicino, si quid ob eam rem, quod ibi aedificatum esset, sibi damnum datum  
 esset, id reddi, cum et ipsam hanc pecuniam, quam daret, propter illud opus perderet.  
 respondit non posse propterea quia non operis uitio, sed ex stipulatione id amitteret. 14
- 44 AFRICANUS libro nono quaestionum. Cum postulassem, ut mihi damni in- [B. 58, 10 n.]  
 facti promitteres, nolisti et priusquam praetor adiretur, aedes tuae corruerunt et damnum  
 mihi dederunt: potius esse ait, ut nihil noui praetor constituere debeat et mea culpa  
 damnum sim passus, qui tardius experiri coeperim. at si cum praetor ut promitteres de-  
 creuisset et te non promittente ire me in possessionem iussisset et prius, quam eo uenis-  
 sem, corruerunt, perinde omnia seruanda esse existimauit, atque si posteaquam in possea-  
 1 sionem uenissem damnum datum esset. Damni infecti nomine in possessionem missus  
 possidendo dominium cepit, deinde creditor eas aedes pignori sibi obligatas persequi uult.  
 non sine ratione dicetur, nisi impensas, quas in refectionem fecerim, mihi praestare ait  
 paratus, inhibendam aduersus me persecutionem. cur ergo non emptori quoque id tribuen-  
 dum est, si forte quis insulam pigneratam emerit? non recte haec inter se comparabuntur,  
 quando is qui emit sua uoluntate negotium gerat ideoque diligentius a uenditore sibi  
 cauere et possit et debeat: quod non aequè et de eo, cui damni infecti non promittatur,  
 dici potest.
- 45 SOAEUOLA libro duodecimo quaestionum<sup>4</sup> a quo fundus petetur si rem nolit. Aedifica-  
 tum habes: ago tibi ius non esse habere: non defendis. ad me possessio transferenda  
 est, non quidem ut protinus destruat opus (iniquum enim est demolitionem protinus fieri),  
 sed ut id fiat, nisi intra certum tempus egeris ius tibi esse aedificatum habere.
- 46 PAULUS libro primo sententiarum. Ad curatoris rei publicae officium spectat, ut dirutae  
 1 domus a dominis extruantur. Domum sumptu publico exstructam, si dominus ad tempus  
 pecuniam impensam cum usuris restituere noluerit, iure eam<sup>5</sup> res publica distrahit.
- 47 NERATIUS libro sexto membranarum. Quod conclauè binarum aedium do- [B. 58, 10 n.]  
 minus ex aliis aedibus in aliarum usum conuertit, non solum si contignatio, qua id susti-  
 nebitur, oriatur ex parte earum aedium, in quarum usum conuersum erit, earum fiet, sed  
 etiam si transuersa contignatio tota in aliarum aedium parietibus sedebit. sed et Labeo  
 in libris posteriorum scribit binarum aedium dominum utrisque porticum superposuisse in-  
 40 que eam aditu ex alteris aedibus dato alteras aedes seruitute oneris<sup>6</sup> porticus seruandas  
 F(XYQMOC)

<sup>1</sup> demolirent?  
<sup>6</sup> oneris del.

<sup>2</sup> ab eoque (Best)?

<sup>3</sup> repromitterent del.

<sup>4</sup> titulo ins.

<sup>5</sup> eam del.

1 caueret F<sup>1</sup> 3 adeoque F 4 et] Best, om. F | emigrassent F<sup>2</sup> 5 quam] quom F<sup>2</sup> 7 altero] ultero F<sup>2</sup> 8 qu'o' F<sup>2</sup> 9 sed om. F<sup>2</sup> 10 repromis'is'sent F<sup>2</sup> 12 aedificatum es- set] F<sup>2</sup>, aedificatum factum esset (factum est Y, est factum X) F<sup>2</sup> XYQ, edificatum factumue est M, edificatum est factumue O, edificatum est C 13 perteret F<sup>2</sup> 14 pos- se's F<sup>2</sup> 16 tu'a'e F<sup>2</sup> 17 deberunt potsus F<sup>2</sup>

18 qui] quia F<sup>2</sup> 19 promittente'o' F<sup>2</sup> 22 uult] uulit F<sup>2</sup>, uelit F<sup>2</sup> 26 diligentius] F<sup>2</sup>, i'diligentium F<sup>2</sup> 27 aequè 'e't F<sup>2</sup> | damni- facti F 29 a quo fundus petetur si rem nolit del. F<sup>2</sup> 32 'e'geris F<sup>2</sup> 33 spetat F 34 do- minis] dominus F<sup>2</sup> | extruantur F 35 pecuniam (sic) F | res publica'm' F<sup>2</sup> 39 etiam] etiam F<sup>2</sup> 40 utriusque F: εἰς τὴν ἐξων λῶο οἴκου κτίω ἐπάνω αὐτῶν ἕνα πορτικιον B (Tipuc.)

imposita uendidisse: totam porticum earum aedium esse, quas retinisset, cum per longitudinem utriusque domus extensa<sup>1</sup> esset transversae contignationi, quae ab utraque parte parietibus domus, quae uenisset, sustineretur. nec tamen consequens est, ut superior pars aedificii, quae nulli coniuncta sit neque aditum aliunde habeat, alterius sit, quam cuius est id cui superposita est.

48 MARCIANUS libro singulari de delatoribus. Si quis ad demolien- [B. 58, 10, 70. Ep. 16, 38] \*S dum negotiandi causa uendidisse domum partem domus fuerit conuictus: ut emptor et venditor singuli pretium, quo domus distracta est, praestent, constitutum est. ad opus autem publicum si transferat marmora uel columnas, licito iure facit.

## III.

## R DE AQUA ET AQUAE PLUUIAE ARCENDAE R

10

ESP

1 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Si cui aqua pluua dam- [B. 58, 13, 1] E num dabit, actione aquae pluuiarum arcendae auertetur aqua. aquam pluuiam dicimus, quae de caelo cadit atque imbre excrescit, siue per se haec aqua caelestis noceat, ut Tubero  
1 sit, siue cum alia mixta sit. Haec autem actio locum habet in damno nondum facto, opere 15 tamen iam facto, hoc est de eo opere, ex quo damnum timetur: totiensque locum habet, quotiens manu facto opere agro aqua nocitura est, id est cum quis manu fecerit, quo aliter flueret, quam natura soleret, si forte immittendo eam aut maiorem fecerit aut citiorem aut uehementiorem aut si comprimendo redundare effecit. quod si natura aqua noceret,  
2 ea actione non continentur<sup>2</sup>. Neratius scribit: opus, quod quis fecit, ut aquam excluderet, 30 quae exundante palude in agrum eius refluere solet, si ea palus aqua pluua ampliatur ea-  
3 que aqua repulsa eo opere agris uicini noceat, aquae pluuiarum actione cogitur tollere. De eo opere, quod agri colendi causa aratro factum || sit, Quintus Mucius ait non com- [B] f. 195' petere hanc actionem. Trebatius autem non quod agri, sed quod frumenti dumtaxat quae-  
4 rendi causa aratro factum solum exceptit. Sed et fossas agrorum siccandarum causa factas 35 Mucius ait fundi colendi causa fieri, non tamen oportere corriuandae aquae causa fieri: sic enim debere quem meliorem agrum suum facere, ne uicini deteriore faciat. Sed et<sup>3</sup> si quis arare et serere possit etiam sine sulcis aquariis, teneri eum, si quid ex his<sup>4</sup>, licet agri colendi causa uideatur fecisse: quod si aliter serere non possit, nisi sulcos aquarios fecerit, non teneri. Ofilius autem ait sulcos agri colendi causa directos ita, ut in unam pergant 30  
6 partem, ius esse facere. Sed apud Seruii auditores relatum est, si quis salicta posuerit et ob hoc aqua restagnaret, aquae pluuiarum arcendae agi posse, si ea aqua uicino noceret.  
7 Labeo etiam scribit ea<sup>5</sup>, quaecumque frugum fructuumque recipiendorum causa fiunt, extra hanc esse causam neque referre, quorum fructuum percipiendorum causa id opus fiat.  
8 Item Sabinus Cassius opus manu factum in hanc actionem uenire aiunt, nisi si [B. 58, 13, 1] 35  
9 quid agri colendi causa fiat: Sulcos tamen aquarios, qui ἐλικες appellantur, si quis faciat,  
10 aquae pluuiarum actione eum teneri ait<sup>6</sup>. Idem aiunt, si aqua naturaliter decurrat, aquae pluuiarum arcendae actionem cessare: quod si opere facto aqua aut in superiorem partem re-  
F(XYQMOC)

<sup>1</sup> suspensa *ins.*    <sup>2</sup> continentur (*u. i.*)?    <sup>3</sup> et *del.*    <sup>4</sup> si quid ex his] si quos derexerit?  
<sup>5</sup> ea *del.*    <sup>6</sup> ait *del.* (*Hal.*)

2 transversae contignationi] FXMO<sup>o</sup>, transuersae contignationis Q, transuersa contignatione YO<sup>o</sup>C 4 coniuicta F<sup>o</sup> 8 pra'e-tium F<sup>2</sup> | praestent<sup>o</sup>t F<sup>2</sup> 9 transserat F 11 de aqua et] *ind. F*, de aquet F | aqu'a'e F<sup>2</sup> 13 plu'ruiae arcendae F<sup>2</sup> | aqua] aqu'q'a F<sup>2</sup> 14 de celo F | inbre F 17 acua nocitura F 18 citationem F<sup>o</sup> 20 continentur] F, continetur XYQMOC 21 palus] pulus F<sup>2</sup> 25 fo'rsas F<sup>2</sup> | siccandarum F<sup>2</sup> | factus F<sup>2</sup> 26 corriuandae] F, deriuandae XY<sup>o</sup>QMOC,

deniandae Y<sup>o</sup> 28 sullis aquaris F<sup>2</sup> 29 setere F<sup>2</sup> | nisi sulcos] isi sulios F<sup>2</sup> 30 ophi-lius F 31 auditores] F<sup>2</sup>, auctores F<sup>2</sup>XYC, actores QMO 32 posse's si F<sup>2</sup> | dicino F 33 labeo] laeo F<sup>2</sup> 34 fructum F 35 eas-sius F<sup>2</sup> 36 qu'i' ἐλικες appellan'tur] F<sup>2</sup>, qui lihec appellantur Q, qui grece appellantur YM, qui grece appellantur nrec C, quod greci naoo apellant X<sup>o</sup>, qui cē gg appellantur (*suprascr.* al. lites) O, *inc.* X<sup>o</sup>

11 pellitur aut in inferiorem deriuatur, aquae pluuiae arcendae actionem competere. Idem (B) aiunt aquam pluuiam in suo retinere uel superficientem<sup>1</sup> ex uicini in suum deriuare, dum opus in alieno non fiat, omnibus ius esse (prodesse enim sibi unusquisque, dum 12 alii non nocet, non prohibetur) nec quemquam hoc nomine teneri. Denique Marcellus scribit cum eo, qui in suo fodiens uicini fontem auertit, nihil posse agi, nec de dolo<sup>5</sup> 13 actionem: et sane non debet habere<sup>2</sup>, si non animo uicino nocendi, sed suum agrum 14 meliorem faciendi id fecit. Item sciendum est hanc actionem uel superiori aduersus inferiorem competere, ne aquam, quae natura fluat, opere facto inhibeat per suum agrum decurrere, et inferiori aduersus superiorem, ne aliter aquam mittat, quam finire natura 15 solet. Huic illud etiam applicandum numquam competere hanc actionem, cum ipsius 16 loci natura nocet: nam (ut uerius quis dixerit) non aqua, sed loci natura nocet. In summa puto ita demum aquae pluuiae arcendae locum actionem habere, si aqua pluuia uel quae pluuia crescit noceat non naturaliter, sed opere facto, nisi si agri colendi causa id factum 17 sit: Imbre autem crescere eam aquam, quae colorem mutat uel increscit. Item sciendum est hanc actionem non alias locum habere, quam si aqua pluuia agro noceat: ceterum si aedificio uel oppido noceat, cessat actio ista, agi autem ita poterit ius non esse stillicidia flumina immittere. et ideo Labeo et Cascellius aiunt aquae quidem pluuiae arcendae actionem specialem esse, de fluminibus et stillicidiis ¶ generalem et ubique agi ea licere. itaque 18 aqua, quae agro nocet, per aquae pluuiae arcendae actionem coerceritur. Nec [B. 58, 13 a] illud quaeramus, unde oriatur: nam et si publico oriens uel ex loco sacro<sup>3</sup> per fundum uicini descendat isque opere facto in meum fundum eam auertat, aquae pluuiae arcendae 19 teneri eum Labeo ait. Cassius quoque scribit, si aqua ex aedificio urbano no- [B. 58, 13, 1] 20 ceat uel agro uel aedificio rustico, agendum de fluminibus et stillicidiis. Apud Labeo- (B) nem autem inuenio relatum, si ex agro meo aqua fluens noceat loco qui est intra continentibus profuens in meum agrum defluat eique noceat, aquae pluuiae arcendae esse 21 actionem. Sicut autem opus factum, ut aqua pluuia mihi noceat, in hanc actionem uenit, ita per contrarium quaeritur, an posset aquae pluuiae arcendae agi, si uicinus opus fecerit, ne aqua, quae alioquin decurrens agro meo proderat, huic prosit. Ofilius igitur et Labeo putant agi non posse, etiamsi intersit mea ad me aquam peruenire: hanc enim actionem 22 locum habere, si aqua pluuia noceat, non si non prosit. Sed et si uicinus opus [B. 58, 13, 1] tollat et sublato eo aqua naturaliter ad inferiorem agrum perueniens noceat, Labeo existimat aquae pluuiae arcendae agi non posse: semper enim hanc esse seruitutem inferiorum praediorum, ut natura profluentem aquam excipiant. plane si propter id opus sublatum uehementior aqua profuat uel corriuetur, aquae pluuiae arcendae actione agi posse etiam 23 Labeo confitetur. Denique ait condicionibus agrorum quasdam leges esse dictas, ut, quibus agris magna sint flumina, liceat mihi, scilicet in agro tuo, aggeres uel fossas habere: si tamen lex non sit agro dicta, agri naturam esse seruandam et semper inferiorem superiori seruire atque hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum a superiore compensareque debere cum alio commodo: sicut enim omnis pinguitudo terrae ad eum decurrit, ita etiam aquae incommodum ad eum defluere. si tamen lex agri non inueniatur, uel (B) tustatem uicem legis tenere. sane enim et in seruitutibus hoc idem sequimur, ut, ubi seruitus non inuenitur imposita, qui diu usus est seruitute neque ui neque precario neque F(XYQMOC)

<sup>1</sup> superficientem (u. i.)? <sup>2</sup> et sane non debet habere nec de dolo actionem? <sup>3</sup> uel sacro ex loco?

2 superficientem] FX<sup>o</sup>Y<sup>o</sup>MOC, superficientem X<sup>o</sup>Y<sup>o</sup> 4 marcell's'us F<sup>o</sup> 7 aduersis F<sup>o</sup> 10 nonquam F<sup>o</sup> 12 de'm'um F<sup>o</sup> 13 no'n'ceat F<sup>o</sup> 14 increscit] mei omnes, nigrescit Uacarius apud Dirksenium civ. Abh. 1, 425 15 est del. F<sup>o</sup> 16 'a'gi F<sup>o</sup> 17 immittere F<sup>o</sup> | lebeo F<sup>o</sup> | cascellius' F<sup>o</sup> 18 scillicidiis F<sup>o</sup> 19 arcendae] aremdae F<sup>o</sup> 20 'illud F<sup>o</sup> |

'n'am F<sup>o</sup> 22 noc'e'a't F<sup>o</sup> 23 aed'ificio F<sup>o</sup> 25 aedificio] F<sup>o</sup>XYMOC, aedificia F<sup>o</sup> | arcendae F<sup>o</sup> | s'i' ex F<sup>o</sup> 26 arcendae F<sup>o</sup> 27 pluuia'c' mihi F<sup>o</sup> 29 laeoo F<sup>o</sup> 32 laeoo F<sup>o</sup> 33 inferioriorum F<sup>o</sup> 37 agris] apris F<sup>o</sup> 39 adque F<sup>o</sup>, ad F<sup>o</sup> | naturaliter F<sup>o</sup> 41 ad] ab F<sup>o</sup>

clam, habuisse longa consuetudine uelut iure impositam seruitutem uideatur. non ergo cogemus uicinum aggeres munire, sed nos in eius agro muniemus: eritque ista quasi seruitus, in quam<sup>1</sup> rem utilem actionem habemus uel interdictum.

2 PAULUS libro quadragesimo nono ad edictum. In summa tria sunt, per [B. 58, 13, 1] *E* quae inferior locus superiori seruit, lex, natura loci, uetustas: quae semper pro lege ha- 5  
1 betur, minuendarum scilicet litium causa. Apud Labeonem proponitur fossa uetus [B]  
| esse agrorum siccandorum causa nec memoriam extare, quando facta est: hanc inferior f. 196<sup>1</sup>  
uicinus non purgabat: sic fiebat, ut ex restagnatione eius aqua fundo noceret. dicit  
igitur Labeo aquae pluuiae arcendae cum inferiore agi posse, ut aut ipse purgaret aut te  
2 pateretur in pristinum statum eam redigere. Praeterea si in confinio fossa sit neque pur- 10  
gari uicinus patitur eam partem quae tibi accedat, posse te magis<sup>2</sup> aquae pluuiae arcen-  
3 dae Labeo ait. Cassius autem scribit, si qua opera aquae mittendae causa publica aucto-  
ritate facta sint, in aquae pluuiae arcendae actionem non uenire in eademque causa esse  
4 ea, quorum memoriam uetustas excedit. Apud Ateium terno relatum est eam fossam, ex  
qua ad inferiorem fundum aqua descendit, cogendum esse uicinum purgare, siue extet 15  
5 fossae memoria siue non extet: quod et ipse puto probandum. Item Uarus ait: aggerem,  
qui in fundo uicini erat, uis aquae defecit, per quod effectum est, ut aqua pluuia mihi  
noceret. Uarus ait, si naturalis agger fuit, non posse me uicinum cogere aquae pluuiae  
arcendae actione, ut eum reponat uel reponi sinat, idemque putat et si manu factus fuit  
neque memoria eius exstat: quod si exstat, putat aquae pluuiae arcendae actione eum 20  
teneri. Labeo autem, si manu factus sit agger, etiamsi memoria eius non exstat, agi posse<sup>3</sup>  
ut reponatur: nam hac actione neminem cogi posse, ut uicino prosit, sed ne noceat aut  
interpellet facientem, quod iure facere possit. quamquam tamen deficiat aquae pluuiae ar-  
cendae actio, attamen opinor utilem actionem uel interdictum mihi competere aduersus ui-  
cinum, si uelim aggerem restituere in agro eius, qui factus mihi quidem prodesse potest, 25  
6 ipei uero nihil nociturus est: haec aequitas suggerit, etsi iure deficiamus. Apud Namusam  
relatum est, si aqua fluens iter suum stercore obstruxerit et ex restagnatione superiori  
agro noceat, posse cum inferiore agi, ut sinat purgari: hanc enim actionem non tantum  
de operibus esse utilem manu factis, uerum etiam in omnibus, quae non secundum uolun- 30  
tatem<sup>4</sup> sint. Labeo contra Namusam probat: ait enim naturam agri ipsam a se mutari  
posse et ideo, cum per se natura agri fuerit mutata, aequo animo unumquemque ferre de-  
bere, sine melior siue deterior eius condicio facta sit. Idcirco et si terrae motu aut tem-  
pestatis magnitudine soli causa mutata sit, neminem cogi posse, ut sinat in pristinum locum  
7 condicionem redigi. sed nos etiam in hunc casum aequitatem admisimus. Idem Labeo ait,  
si in agro tuo aquarum concursus locum excauauit, aquae pluuiae arcendae actione agi 35  
non posse tecum a uicinis: plane si fossam iure factam aut cuius memoria non exstat, agi  
8 tecum posse aquae pluuiae arcendae, ut reficias. Idem Labeo [cf. Lab. D. 22, 3, 28. B. 58, 13, 2]  
ait, cum quaeritur, an memoria exstat facto opere, non diem et consulem ad liquidum ex-  
quirendum, sed sufficere, si quis sciat factum esse, hoc est, si factum esse non ambigatur: f. 197  
nec utique necesse esse superesse qui meminerint, uerum etiam si qui audierint eos, qui 40  
F(XYZ [incipit u. 37 si in agro tuo] QMOC)

<sup>1</sup> in *ins.* (cf. D. 8, 5, 10 pr.)  
agi non posse (Cuiacius)?

<sup>2</sup> in rem agere quam *ins.*

<sup>3</sup> etiamsi memoria eius exstat,

<sup>4</sup> mutata *ins.*

1 uelut] uel ex *F*<sup>2</sup> 2 muni'a're *F*<sup>2</sup> 5 le'x' *F*<sup>2</sup>  
6 proponetur *F*<sup>2</sup> | fos's'a *F*<sup>2</sup> 8 u'm't ex *F*<sup>2</sup>  
10 fossa sit] seassait *F*<sup>2</sup> 11 pluuiae bis *F*<sup>2</sup>  
12 cassi'us *F*<sup>2</sup> | mittendae ... 13 in aquae  
om. *F*<sup>1</sup> 13 eadem'que' *F*<sup>2</sup> 14 ex] ox *F*<sup>2</sup>  
16 aggerem' *F*<sup>2</sup> 18 pub'luuiae *F*<sup>2</sup> 20 ex-  
stat] exstert *F*<sup>2</sup>, exstert *F*<sup>2</sup>, exstert *F*<sup>2</sup>  
21 laueo *F*<sup>2</sup> 24 h'a'u'ttamen *F*<sup>2</sup> 26 uero  
del. *F*<sup>2</sup> 27 aqua'm' *F*<sup>2</sup> | et ex] ex ex *F*<sup>2</sup> |  
superiori *F*<sup>2</sup> 28 pur'gari *F*<sup>2</sup> | tantum]  
tantum *F*<sup>2</sup> 29 qua'e no'n' *F*<sup>2</sup> | uoluntatem *F*<sup>2</sup>

30 laueo *F*<sup>2</sup> | natura *F*<sup>2</sup> 31 natu'ra *F*<sup>2</sup> |  
unumquemque'm' *F*<sup>2</sup> 32 au't' tempest. *F*<sup>2</sup>  
33 posse 'u't' *F*<sup>2</sup> | 'pristinam *F*<sup>2</sup> | locum] *F*<sup>2</sup>,  
loci *F*<sup>2</sup> 35 excauauit *F*<sup>2</sup> 36 uicinis] cici-  
nus *F*<sup>2</sup> 38 exstat] *F*, extet et *X*, extet ex  
YZMOC 39 quisaiat *F* | factum esse] XY  
(sed omissis uerbis hoc est si factum esse)  
QMOC, factum est *F*, factum esset *Z* | hoc  
'c'est *F*<sup>2</sup> 40 necesse 'e'sse *F*<sup>2</sup> | qui] que *F*<sup>2</sup> |  
meminerint ... eos qui om. *F*<sup>2</sup>

- 9 memoria tenuerint. Idem Labeo ait, si uicinus flumen<sup>1</sup> torrentem auerterit, ne [B. 58, 13.] aqua ad eum perueniat, et hoc modo sit effectum, ut uicino noceatur, agi cum eo aquae pluuiarum arcendae non posse: aquam enim arcere hoc esse curare, ne influat. quae sententia uerior est, si modo non hoc animo fecit, ut tibi noceat, sed ne sibi noceat. Illud etiam uerum puto, quod Ofilius scribit, si fundus tuus uicino seruiat et propterea aquam recipere cessare aquae pluuiarum arcendae actionem, sic tamen, si non ultra modum noceat. cui sequens est, quod Labeo putat, si quis uicino cesserit ius ei esse aquam immittere, aquae pluuiarum arcendae eum agere non posse.
- 3 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Apud Trebatium relatum est eum in cuius fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem instituisse et ex his aquam in fundum uicini immittere coepisse: ait ergo non teneri eum aquae pluuiarum arcendae actione. si tamen aquam conriuat uel si spurcam quis immittat, posse eum impediri plerisque placuit. Idem Trebatius putat eum, cui aquae fluentes calidae noceant, aquae pluuiarum arcendae eum uicino agere posse: quod uerum non est: neque enim aquae calidae aquae pluuiarum arcendae actionem, sic tamen, si non ultra modum noceat. cui sequens est, quod Labeo putat, si quis uicino cesserit ius ei esse aquam immittere, aquae pluuiarum arcendae eum agere non posse.
- 3 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Apud Trebatium relatum est eum in cuius fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem instituisse et ex his aquam in fundum uicini immittere coepisse: ait ergo non teneri eum aquae pluuiarum arcendae actione. si tamen aquam conriuat uel si spurcam quis immittat, posse eum impediri plerisque placuit. Idem Trebatius putat eum, cui aquae fluentes calidae noceant, aquae pluuiarum arcendae eum uicino agere posse: quod uerum non est: neque enim aquae calidae aquae pluuiarum arcendae actionem, sic tamen, si non ultra modum noceat. cui sequens est, quod Labeo putat, si quis uicino cesserit ius ei esse aquam immittere, aquae pluuiarum arcendae eum agere non posse.
- 2 cino agere posse: quod uerum non est: neque enim aquae calidae aquae pluuiarum arcendae actionem, sic tamen, si non ultra modum noceat. cui sequens est, quod Labeo putat, si quis uicino cesserit ius ei esse aquam immittere, aquae pluuiarum arcendae eum agere non posse.
- 3 uenire coepit. Aquae pluuiarum arcendae non nisi eum teneri, qui in suo opus [B. 58, 13, 5] faciat, receptum est eoque iure utimur. quare si quis in publico opus faciat, haec actio cessat, sibi imputare debet is, qui damni infecti cautione sibi non prospexit. si tamen in priuato opus factum sit et publicum interueniat, de toto agi posse aquae pluuiarum arcendae Labeo ait. Neque fructuarius<sup>2</sup> neque cum eo aquae pluuiarum arcendae agi potest. [B]
- 4 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio. Quamquam autem cum domino operis tantum aquae pluuiarum arcendae actio sit, tamen Labeo scribit, si quis sepulchrum aedificauerit, ex quo aqua noceat, etiamsi operis dominus esse desierit loco facto religioso, attamen magis probandum est, inquit, aquae pluuiarum arcendae eum teneri: fuit enim dominus, cum opus faceret: et si iussu iudicis compulsus opus restituerit, non esse sepulchri uiolati actionem.
- 1 Iulianus quoque scribit, si post iudicium aquae pluuiarum arcendae susceptum fundum alienauerit is cum quo actum esset, de praeterito damno et de opere restituendo id statuere iudicem debere, quod indicaret, si nulla alienatio facta esset: nam et fundo alienato nihilominus iudicium manere et damni rationem uenire etiam || eius, quod<sup>3</sup> alienationem contingit. Idem Iulianus scribit aquae pluuiarum arcendae actionem non nisi cum domino esse idcircoque, si colonus ignorante domino opus fecerit, dominum fundi nihil amplius quam patientiam praestare debere, colonum autem interdicto quod ui aut clam impensam quoque restituendi operis et damnum, si quod ex eo datum fuerit, praestare cogendum. si tamen dominus desideret caueri sibi damni infecti ab eo, ex cuius praedio nocet<sup>4</sup>, aequissimum erit caueri oportere. Item si non ego, sed procurator meus tale opus fecerit, ut aqua F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> flumen del. <sup>2</sup> agere ins. <sup>3</sup> post ins. (u. i. et cf. l. 16 h. t.) <sup>4</sup> si tamen dominus desideret caueri sibi damni infecti is ex cuius praedio aqua nocet ab eo, cuius praedio nocet (cf. p. 399 u. 7)?

1 auer'terit F<sup>2</sup> 2 peruen'iat F<sup>2</sup> 4 tibe F<sup>2</sup>  
5 of filius F<sup>2</sup> | serui'tat F<sup>2</sup> 10 cuius] quius  
F<sup>2</sup> | circa F<sup>2</sup> | et ex] et ex F | aquam in fun-  
dum uicini immittere] X<sup>2</sup>, aquam uicini in fun-  
dum uicinimmittere (uicini immittere Z<sup>2</sup>MO)  
FZMO, quam uicini in fundum uicinum im-  
mittere X<sup>2</sup>, aquam in uicini fundum uicinum  
immittere Y, aquam uicini in fundum immit-  
tere Q, aquam in uicini fundum immittere C  
11 plubiae F 12 conriuat] FX<sup>2</sup>MC, conti-  
nuat X<sup>2</sup>Y (superscr. al. contineat uel conri-  
uat) Z, uel continuat (superscr. al. conriuat) O |  
uel si spurcam] X<sup>2</sup>M, uel spurcam (sic) F<sup>2</sup>,  
uellipurcam F<sup>2</sup>, uel spurcam X<sup>2</sup>Q, uel et si

spurcam Y, uel et (et del. C<sup>4</sup>) si purgam C,  
uel etiam si spurcam Z, aut et si purgam O |  
im'm'ittat F<sup>2</sup> | posse ... 13 putat (patat F<sup>2</sup>)  
om. X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>Z<sup>2</sup> 13 cui] qui F<sup>2</sup> | flu'm entes F<sup>2</sup>  
15 aruum] F<sup>2</sup>, hortum F<sup>2</sup>XYZ<sup>2</sup>M (in marg.  
P[isis] arruum) OC, ortum agrum Z<sup>2</sup>, agrum  
Q 16 nocere't' ait F<sup>2</sup> | aquae 'quae plu. F<sup>2</sup>  
23 ulpianus] F<sup>2</sup>, idem F<sup>2</sup> | dumipo F 24 sit]  
si F 25 noceat] noneat F<sup>2</sup> | facto] factum F<sup>2</sup>  
26 inquit a't F<sup>2</sup> 31 alienationem] FX<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>, per  
alienationem Z<sup>2</sup>O<sup>2</sup>, per eius alienationem C,  
post alienationem X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>MO<sup>2</sup>, post eius alie-  
nationem Z<sup>2</sup> 34 inpensam F<sup>2</sup> 36 ab eo]  
abeo F<sup>2</sup> 37 caueri] caueri ei F<sup>2</sup>

pluuia noceat uicino, aduersus me hactenus erit actio, quatenus aduersus<sup>1</sup> colonum: ipse autem procurator interdicto quod ui aut clam conueniri poterit secundum Iuliani sententiam, etiam post opus restitutum.

5 **PAULUS** libro quadragesimo nono ad edictum. Si colonus insciente domino opus fecerit, *E*  
 ex quo aqua uicino noceat, Labeo respondit colonum interdicto quod ui aut clam teneri, 5  
 dominum uero fundi aquae pluuiiae arcendae actione, quia is solus restituere opus potest:  
 sed patientiam dumtaxat eum praestare debere, si ei damni infecti stipulatione caueatur,  
 et, si quam impensam in restitutione operis fecerit, consecuturum a colono locati actione:  
 nisi si quis ideo non putet, quoniam non fuerit necesse ipsum restituere. sed si iussu do-  
 mini fecisset, etiam interdicto dominum teneri. 10

6 **ULPIANUS** libro quinquagesimo tertio ad edictum. Si tertius uicinus opus fecerit, unde *E*  
 decurrens aqua per fundum primi uicini mei mihi noceat, Sabinus ait posse me uel cum  
 1 primo uel cum tertio omisso primo agere: quae sententia uera est. Si ex plurium fundo  
 decurrens aqua noceat uel si plurium fundo noceatur, placuit eoque iure utimur, ut, siue  
 plurium fundus sit, singuli in partem experiantur et condemnatio in partem fiat, siue cum 15  
 2 pluribus agatur, singuli in partem conueniantur et in partem fiat condemnatio. Inde quaeritur,  
 si communi agro meo et tuo ex proprio agro tuo aqua noceat, an agi possit aquae  
 3 pluuiiae arcendae: et putem agendum, sic tamen, ut pars damni praestatur. Uersa quoque  
 uice si communis ager sit, qui nocet proprio, poterit aquae pluuiiae arcendae agi, ut quis  
 4 damnum consequatur, sed in partem. Si quis prius, quam aquae pluuiiae arcendae agat, 20  
 dominium ad alium transtulerit fundi, desinit habere aquae pluuiiae arcendae actionem ea-  
 que ad eum transibit, cuius ager esse coepit: cum enim damnum futurum contineat, ad  
 eum qui dominus erit incipit actio pertinere, quamuis, cum alterius dominium esset, opus  
 5 a uicino factum sit. Aquae pluuiiae arcendae actionem sciendum est non in rem, sed per- 24  
 5 sonalem esse. Officium autem iudicis hoc erit, ut, si quidem a uicino opus factum sit, f. 198  
 eum iubeat restituere damnumque sarcire, si quid post litem contestatam contigit: quod  
 si ante litem contestatam damnum contigit, tantum opus restituere debet, damnum non  
 7 sarciet. Celsus scribit, si quid ipse feci, quo tibi aqua pluuiia noceat, mea impensa tollere  
 me cogendum, si quid alius qui ad me non pertinet, sufficere, ut patiar te tollere. sed  
 si seruus meus fecerit, aut is cui heres sum hoc fecit, seruum quidem noxae dedere debeo: 30  
 8 quod autem is cui heres sum fecit, perinde est, atque si ipse fecissem. Aestimationem  
 autem index faciet ex rei ueritate, hoc est eius damni, quod apparuerit datum.

7 **PAULUS** libro octauo decimo ad edictum. Is cum quo aquae pluuiiae arcendae agitur, *E*  
 quod opus fecit, licet cedere loco paratus sit, cogitur accipere iudicium, quoniam et suo  
 1 nomine conuenitur, ut opus tollat. Aliud est in bonae fidei emptore: hic enim tantum 35  
 patientiam praestat: igitur si et fundo cedat, audiendus est: plus enim praestat.

8 **ULPIANUS** libro quinquagesimo tertio ad edictum. In concedendo iure aquae ducendae *E*  
 non tantum eorum, in quorum loco aqua oritur, uerum eorum etiam, ad quos eius aquae  
 usus pertinet, uoluntas exquiritur, id est eorum, quibus seruitus aquae debebatur, nec im-  
 merito: cum enim minuitur ius eorum, consequens fuit exquiri, an consentiant. et gene-  
 raliter siue in corpore siue in iure loci, ubi aqua oritur, uel in ipsa aqua habeat quis ius,  
 uoluntatem eius esse spectandam placet.

*F(XYZQMOC)*

<sup>1</sup> me propter *ins.*

1 noceat u't *F*<sup>2</sup> | colonom *F*<sup>1</sup> 5 ex qu'o' *F*<sup>2</sup> |  
 aqua] aquae *F* 6 fundo *F*<sup>o</sup> 9 i' deo *F*<sup>1</sup>  
 12 post noceat *ins.* (ex u. 14) uel si plurium  
 fundo noceatur placuit ut *Z* | ait] aim *F*<sup>o</sup> |  
 cum primo] locum primo *F*<sup>1</sup> 13 uel 'c'um  
*F*<sup>2</sup> | omisso] *F*, missore *X*<sup>o</sup>*Y*<sup>o</sup>*Z*<sup>o</sup>*QMO*<sup>o</sup>*C*, re-  
 misso *X*<sup>o</sup>*Y*<sup>o</sup>*Z*<sup>o</sup>, *inc. O*<sup>o</sup> 16 pa'r'tem conu. *F*<sup>2</sup>  
 17 meo et tuo ex] *Z*<sup>o</sup>*O*<sup>o</sup>, meo et *FX*<sup>o</sup>*Y*<sup>o</sup>*Z*<sup>o</sup>*O*<sup>o</sup>,  
 meo ex *X*<sup>o</sup>*Y*<sup>o</sup>*M*, meo et ex *C* 20 pluuiie *F*

21 tra'n'stulerit *F*<sup>2</sup> 22 quius *F*<sup>1</sup> | coep'oe'p'it  
*F*<sup>1</sup> | dam'n'um *F*<sup>2</sup> 24 personalem] *XY*<sup>o</sup>*Z**C*,  
 personam] *F*, personam *Y*<sup>o</sup>, in personam  
*MO* 25 iudicis] iudius *F*<sup>1</sup> | factus sit *F*<sup>1</sup>  
 26 sarcide *F*<sup>o</sup> 27 dam'n'um non *F*<sup>2</sup> 28 plu-  
 bia *F* 30 meo's' *F*<sup>2</sup> | heres sum] peresum  
*F*<sup>1</sup> | fecit] recit *F* 32 aparuerit *F* 35 'e'mp-  
 tore *F*<sup>2</sup> 37 ulpians *F* 38 etiam *om. F*<sup>1</sup>  
 41 ubi] ube *F*<sup>o</sup>

- 9 PAULUS libro quadragesimo nono ad edictum. In diem addicto praedio et emptoris E et nenditoris uoluntas exquirenda est, ut, siue remanserit penes emptorem siue recesserit, 1 certum sit uoluntate domini factam aquae cessionem. Ideo autem uoluntas exigitur, ne dominus ignorans iniuriam accipiat: nullam enim potest uideri iniuriam accipere, qui semel 2 uoluit. Non autem solius eius, ad quem ius aquae pertinebit, uoluntas exigitur in aquae 5 cessione, sed etiam domini locorum, etsi dominus uti ea aqua non possit, quia recidere ius solidum ad eum potest.
- 10 ULPIANVS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Si autem plures sint eiusdem loci E domini, unde aqua ducitur, omnium uoluntatem esse sequendam non ambigitur: iniquum enim uisum est uoluntatem unius ex modica forte portiuncula domini praediuicium sociis 10 1 facere. An tamen subsequi uoluntas possit, uideamus. et placet nihil interesse, utrum praecedat uoluntas aquae ductionem an subsequatur, quia et posteriori uoluntatem praetor 2 tueri debet. Si flumen nauigabile sit, non oportere praetorem concedere ductio- Ep. 15, 51 nem ex eo fieri Labeo ait, quae flumen minus nauigabile efficiat. idemque est et si per hoc aliud flumen fiat nauigabile. 15
- 11 || PAULUS libro quadragesimo nono ad edictum. Supra iter alienum arcus B. 58, 13 n. E aquae ducendae causa non iure fiet: nec is, cui iter actus debetur, pontem, qua possit ire agere, iure extruet. at<sup>1</sup> si specus (non cuniculum) sub riuo aget, aqua corrumpetur, (B) 1 quia suffosso eo aqua manabit et riuus siccatur. Cassius ait, siue ex communi fundo siue communi aqua noceat, uel unum cum uno agere posse uel unum separatim cum sin- 20 gulis uel separatim singulos cum uno uel singulos cum singulis. si unus egerit et restitutio operis litisque aestimatio facta sit, ceterorum actionem euanescere: item si cum uno actum sit et si<sup>2</sup> praestiterit, ceteros liberari idque, quod sociorum nomine datum sit, per 2 arbitrum communi diuidendo recipiari posse. Et ex sociis non utique cum eo agendum qui opus fecerit nec minus eum quoque damnum restituere debere, qui auctor operis<sup>3</sup> 22 fuit, apud Ferozem Proculus ait: si cum uno dominorum actum sit, qui opus non fecerit, debere eum opus restituere sua impensa, quia communi diuidendo actionem habet. sed sibi magis placere patientiam dumtaxat eum praestare oportere, quia sua culpa actor id patiat, qui non agit cum eo, a quo opus factum sit. et est iniquum eum, qui non fecit, id restituere oportere, quoniam communi diuidendo agere potest: quid enim fiet, si socius 30 3 eius soluendo non fuerit? Officium autem iudicis inter duos accepti quale futurum sit, dubitare se Iulianus ait, si forte unius fundus fuerit cui aqua noceat, si<sup>4</sup> uero in quo opus factum sit, plurium et cum uno eorum agatur: utrum et eius damni nomine, quod post litem contestatam datum sit, et operis non restituti in solidum condemnatio fieri debeat, quemadmodum, cum serui communis nomine noxali iudicio cum uno agitur, condemnatio in solidum fiet, quoniam quod praestiterit, potest a socio recipere? an uero is cum quo agitur pro parte sua et damni dati et operis non restituti nomine damnandus sit, ut in actione damni infecti fiat, cum eius praedii, ex quo damnum metuatur, plures domini sint et cum uno eorum agatur? <sup>5</sup> licet opus, ex quo damnum futurum sit, indiuiduum sit et ipsae aedes solumque earum non potest pro parte dumtaxat damnum dare, nihilo minus <sup>4</sup> eum cum quo agitur pro sua parte condemnari. magisque existimat id seruandum in F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> at] et? nisi ante at talia exciderunt: cuniculum sub riuo agere aquae ducendae causa potest  
<sup>2</sup> si] is (dett.)? <sup>3</sup> non ins. <sup>4</sup> si] is? <sup>5</sup> nam cum damni infecti agatur ins.

2 p'a'enes F<sup>1</sup> 6 rec'cidere F<sup>1</sup> 8 ulpianus F | loci] doci F<sup>1</sup> 9 unde F 10 porti'uncula F<sup>2</sup> 13 flumen F<sup>1</sup> | nauigabile F<sup>2</sup> 14 quae] F<sup>2</sup> cum Graecis (ἀπὸ ναυσίπορου ποταμοῦ οὐκ ἔξῆστιν ἴδιον ἀποσπᾶν τοσοῦτον, ὅσον οὐ [οὐ del.] ποεὶ αὐτὸν ναυσίπορον μὴ εἶναι Epit.), quia F<sup>2</sup> XYZQMOC 17 cui iter F<sup>2</sup> | qua] quam F<sup>2</sup> 18 at si specus seq.] ὑποκάτω ἀλλοτρίου ρείθρου δυνάτων εἶναι κανάλην ἐκτεταμένον,

ἀνοικτὸν δὲ οὐ δύνατον εἶναι B (Tip.) | aquae corrump. F<sup>1</sup> 19 manabit F<sup>2</sup> | siccatur F<sup>1</sup> 21 singulis] singulos F<sup>1</sup> 22 ceterarum F<sup>1</sup> 29 agit] F<sup>1</sup>, agat F<sup>2</sup> 31 eiusoluendo F | iu'dicis F<sup>1</sup> 32 cui] qui F 33 cum'm' uno F<sup>1</sup> 34 datum] datus F<sup>1</sup> 36 fiet F<sup>2</sup> | praestiterit F | potest F<sup>1</sup> | recipere F<sup>2</sup> | is] si F<sup>1</sup> 37 dam'ni F<sup>2</sup> 40 eorum F<sup>2</sup> | damnum F<sup>2</sup> 41 condemnari F | id] is F<sup>2</sup>

- aquae pluviae arcendae actione, quod in actione damni infecti, quia utrobique non de  
 4 praeterito, sed de futuro damno agitur. Quod si is fundus, cui aqua pluvia nocet, plurium  
 sit, agere quidem vel singulos posse: sed damni, quod post litem contestatam datum sit,  
 non amplius parte sua consequenturum: item si opus restitutum non fuerit, non amplius,  
 5 quam quod pro parte eorum interfuerit opus restitui, condemnationem fieri oportere. Si  
 ex privato agro in agrum communem aqua immittatur, Ofilius ait socium cum eo agere f. 199  
 6 posse: Trebatius existimat, si de eo opere agatur, quod manu factum sit, omnimodo re-  
 stituendum id esse ab eo, cum quo agitur: si vero ut fluminis agger deletus sit aut glareae  
 infecta aut fossa limo repleta, tunc patientiam dumtaxat praestandam. 9
- 12 PAULUS libro sexto decimo ad Sabinum. Emptor (nisi simulata uenditio est) ceterique \*S  
 successores vel restituere, si uelint, opus factum uel patientiam praestare debent: nam  
 actori moram suam nocere debere manifestum est. in eadem causa est etiam socius eius  
 qui opus fecit, si ipse auctor non fuit: idemque in donato fundo legatione est.
- 13 GAIUS ad edictum praetoris urbani titulo de aquae pluviae arcendae. Sed uenditor aut E  
 donator interdicto quod ui aut clam de damno et impensis ab actore factis tenebitur. 15
- 14 PAULUS libro quadragesimo nono ad edictum. Antaeus<sup>1</sup> ait, si is qui opus fecerit E  
 potentiori<sup>2</sup> uendiderit praedium, quatenus desierit dominus esse, agendum cum eo quod  
 1 ui aut clam: quod si annus praeterierit, de dolo iudicium dandum. Cum agitur aquae  
 pluviae arcendae, de facto quod nocet quaeritur: ideoque si uitio loci pars aliqua soli sub-  
 sedit, quamuis per eam causam aqua pluvia inferiori noceat, nulla competit actio. idem 20  
 2 fortasse dicitur, si in agro manu factum aliquid subsederit. In hoc iudicium, sicut in  
 damni infecti, futurum damnum uenit, cum reliquis fere omnibus iudiciis praeteritum prae-  
 3 stetur. De eo, quod ante datum est, quod ui aut clam agendum est. de eo, quod post  
 sententiam iudicis futurum est, damni infecti cauere oportet uel ita opus restituendum est,  
 4 ut nullum periculum damni supersit. De eo opere, quod post litem contestatam factum 25  
 est, nouo iudicio agendum est.
- 15 IDEM libro sexto decimo ad Sabinum. Sed interdum opus et quod post litem con- \*S  
 testatam factum est tollitur, si id quod antecessit tolli sine eo non potest.
- 16 POMPONIUS libro uicesimo ad Sabinum. Post uenditionem et traditionem quod nocitum \*S  
 sit ei fundo, de quo ante iudicium acceptum sit aquae pluviae arcendae, nihilo minus eo 30  
 iudicio uenditorem posse consequi, non quia uenditori, sed quod rei damnum datum sit,  
 idque eum emptori restituere debere. sed si ante quam noceatur is cum quo actum sit  
 uendat, statim agendum cum emptore, uel intra annum cum eo qui uendiderit, si iudicii  
 euitandi causa id fecerit. 34
- 17 PAULUS libro quinto decimo ad Plautium. Si prius nocturnae aquae seruitus mihi cessa E  
 fuerit, deinde postea alia cessione diurnae quoque ductus aquae concessus mihi fuerit et  
 per constitutum tempus nocturna dumtaxat aqua usus fuerim, amitto seruitutem aquae  
 1 diurnae, || quia hoc casu plures sunt seruitutes diuersarum causarum. Recto<sup>3</sup> [B. 58, 13 n. f. 199<sup>9</sup>  
 F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> Ateius (u. i.: cf. l. 2 § 4 h. t.)? <sup>2</sup> potentiori] postea Titio (similiter Faber, u. i.)? <sup>3</sup> merito?

5 restitu'er'i F<sup>1</sup> 6 immitatur F 8 flumi-  
 nis] fluminis F<sup>1</sup> | agger] Y<sup>2</sup>Z, ager FXY<sup>o</sup>MOC  
 10 paulus] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> | s'i'mulata F<sup>2</sup>  
 12 'na'm'ani'festum F<sup>2</sup> | socius] sicous F<sup>2</sup>  
 14 l. 13 continuat antecedenti F | tutulo F<sup>1</sup>  
 16 antaeus] F, anteus Q, anteiis Y, anterius  
 Z<sup>o</sup>, ateiis uel ateiis Z<sup>1</sup>XOC, om. in sp. uac. M  
 17 potentiori uendiderit] hoc qui retinent, aut  
 substituunt necesse est uerba quod iudicii mu-  
 tandi causa pro iis quae sunt quod ui aut  
 clam cum Cuiacio aut certe inserant uolentia  
 paulo minore ante agendum talia: intra an-  
 num in factum actionem in eum competere  
 aut (cf. l. 16 fin. h. t. et 4, 7, 3, 2). sed lenius

remedium inuenit Faber proponens postea alteri:  
 nec crediderim iam Capitonis aetate illud de  
 alienatione iudicii mutandi causa edictum in usu  
 fuisse | des'ierit F<sup>1</sup> 18 cum] eam F<sup>1</sup> 23 de  
 'e'o quod ante F<sup>1</sup> | de] ed F<sup>o</sup> 24 restu-  
 tuendum F<sup>o</sup> 26 agendum est] agendus F<sup>1</sup>  
 29 uicesimo F 31 posse] esse F<sup>o</sup> | sed]  
 set F<sup>1</sup> | re'i F<sup>2</sup> 32 emptore F<sup>1</sup> 33 empto-  
 rem F 34 euit'r'andi F<sup>1</sup> 36 de'inde F<sup>2</sup> |  
 alia cessione F<sup>o</sup> | fuerit] fuerunt F<sup>o</sup> 37 usus]  
 usum F<sup>o</sup> 38 casu] cas'us F<sup>2</sup> | diuersusum  
 F<sup>o</sup> | recto] F, retro C, facte ZY<sup>o</sup>MO, recte  
 Y<sup>1</sup>Q, om. X<sup>1</sup>, inc. X<sup>o</sup>



- placuit non alias per lapidem aquam duci posse, nisi hoc in seruitute constituenda comprehensum sit: non enim consuetudinis est, ut qui aquam habeat per lapidem stratam (B) ducat: illa autem, quae fere in consuetudine esse solent, ut per fistulas aqua ducatur, etiamsi nihil sit comprehensum in seruitute constituenda, fieri possunt, ita tamen, ut nulum damnum domino fundi ex his detur. Uia publica intercedente haustus seruitatem constitui posse placuit et est uerum: sed non solum si uia publica interueniat, sed et si flumen publicum, eodem casu, quo interueniente flumine publico uiae itineris actus seruitus imponi potest, id est si non sit impedimento transeunti magnitudo fluminis. Sic et si non proximo meo praedio seruitutem uicinus debeat, sed ulteriori, agere potero ius esse mihi ire agere ad illum fundum superiorem, quamuis seruitutem ipse per fundum meum non habeam, sicut interueniente uia publica uel flumine quod uado transiri potest, sed loco sacro uel religioso uel sancto interueniente, quo fas non sit uti, nulla eorum seruitus imponi poterit. Sed si fundus medius alterius inter me et te intercedit, haustus seruitutem fundo tuo imponere potero, si mihi medius dominus iter ad transeundum cesserit, quemadmodum, si ex flumine publico perenni hausta uelim uti, cui flumini ager tuus proximus sit, iter mihi ad flumen cedi potest.
- 18 IAUOLENUS libro decimo ex Cassio. Si in publico opus factum est, quo aqua pluuia noceret, agi non potest: interueniente loco publico agi poterit. causa eius rei haec est, 1 quod ea actione non tenetur nisi dominus solus. Sine permissu principis aqua per uiam publicam duci non potest.
- 19 POMPONIUS libro quarto decimo ad Quintum Mucium. Labeo ait, si patiente uicino opus faciam, ex quo ei aqua pluuia noceat, non teneri me actione aquae pluuiae arcendae:
- 20 IDEM libro trigensimo quarto ad Sabinum. sed hoc ita, si non per errorem aut imperitiam deceptus fuerit: nulla enim uoluntas errantis est. Ep. 3, 12
- 21 IDEM libro trigensimo secundo ad Quintum Mucium. Si in meo aqua erum- pat, quae ex tuo fundo uenas habeat, si eas uenas incideris et ob id desideris ad me aqua peruenire, tu non uideris ui fecisse, si nulla seruitus mihi eo nomine debita fuerit, nec interdicto quod ui aut clam teneris. B. 58, 13 n.
- 22 IDEM libro decimo ex uariis lectionibus. Si usus fructus fundi legatus fuerit, aquae pluuiae arcendae actio heredi et cum herede est, cuius praedium fuerit. quod si ex opere incommodum aliquod patitur fructuarius, poterit quidem interdum uel interdicto experiri quod ui aut clam. quod si ei non competet, quaerendum est, an utilis ei quasi domino actio aquae pluuiae arcendae dari || debeat an uero etiam contendat ius sibi esse uti frui: sed magis est utilem aquae pluuiae arcendae ei actionem accommodare. Non aliter restituisse rem uidetur is qui opus fecit, quam si aquam coerceat. Sed et si fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluuia alicui noceat, erit quidem actio legitima cum domino proprietatis: an uero etiam utilis in fructuaria actio aquae pluuiae arcendae danda sit, quaesitum est: et magis est ut detur.
- 23 PAULUS libro sexto decimo ad Sabinum. Quod principis aut senatus iussu aut ab his, qui primi agros constituerunt, opus factum fuerit, in hoc iudicium non uenit. Haec actio etiam in uectigalibus agris locum habet. Aggeres iuxta flumina in priuato facti in arbitrium aquae pluuiae arcendae ueniunt, etiamsi trans flumen noceant, ita, si memoria eorum exstet et si fieri non debuerunt.
- 24 ALFENUS libro quarto digestorum a Paulo epitomatorum. Uicinus loci superioris pra-

F(XYZQMOC)

2 stratum F<sup>1</sup> 3 consuetudine m' F | d'c' u-  
catur F<sup>4</sup> 4 ita] uta F<sup>2</sup> 5 damnu F(suppl. f) |  
haustus] mustus F<sup>7</sup> | seruitatem F<sup>7</sup> 7 inter-  
ueniente r' F<sup>8</sup> 8 sic et si non] F<sup>2</sup>, licet si non  
F<sup>2</sup>ZXY<sup>2</sup>M<sup>2</sup>O, licet sine Y<sup>2</sup>Q, licet non M<sup>2</sup>C  
9 seruitatem F<sup>9</sup> 12 sancto F<sup>2</sup> 15 publico F  
17 quo] F<sup>2</sup>, qua F<sup>2</sup> 19 p'ncipis F<sup>2</sup> | uiam]  
uian F<sup>2</sup> 21 patiente] FXYOC, sapiente M,

patiente alias sapiente Rehdigeranus 25 tri-  
gessimo F<sup>2</sup> | si i'n F<sup>2</sup> 28 tene'aris F<sup>2</sup>  
30 heredi com' et cum F<sup>2</sup> | quius F<sup>2</sup> 32 est  
'a'n F<sup>4</sup> 33 sibi 'e'sse F<sup>4</sup> 34 pluuia'e F<sup>2</sup>  
36 legitima n' F<sup>4</sup> 38 est 'aori ut detur F<sup>2</sup>  
40 hae'a'c F<sup>4</sup> 41 iuxpa F<sup>2</sup> | facto F<sup>2</sup>  
44 alfenus] alfenus uarus F<sup>2</sup>

- tam ita arabat, ut per sulcos itemque porcas aqua ad inferiorem ueniret: quaesitum est, an per arbitrum aquae pluuiae arcendae possit cogi, ut in alteram partem araret, ne sulci in eius agrum spectarent. respondit non posse eum facere, quo minus agrum uicinus 1 quemadmodum uellet araret. Sed si quos sulcos transuersos aquarios faceret, per quos in eius agrum aqua deflueret, hosce ut operiret, per<sup>1</sup> arbitrum aquae pluuiae arcendae 2 posse cogere. Sed et si fossas fecisset, ex quibus aqua pluuia posset nocere, arbitrum, si apparet futurum, ut aqua pluuia noceret, cogere oportere fossas eum explere et, nisi faceret, condemnare, tametsi antequam adiudicaret<sup>2</sup>, aqua per fossas nunquam fluxisset. 3 Lacus cum aut cresceret aut decreceret, numquam neque accessionem neque [B. 58, 13, 24] decessionem in eos uicinis facere licet. 10
- 15 IULIANUS libro quinto ex Minucio. Is, cuius fundo uia debetur, aquae pluuiae<sup>3</sup> arcen- S dae agere potest fundi sui nomine, quoniam deteriore uia facta fundo nocetur.
- 16 SCAEUOLA libro quarto responsorum. Scaeuola respondit solere eos, qui iuri dicundo S praesunt, tueri ductus aquae, quibus auctoritatem uetustas daret, tametsi ius non probaretur.

## III.

15

## R DE PUBLICANIS ET UECTIGALIBUS ET COMMISSIS R EPS

- 1 ULPIANUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. Praetor ait: 'Quod publi- [B. 56, 1, 1] E canus eius publici nomine ui ademerit quodue familia publicanorum, si id restitutum non erit, in duplum aut, si post annum agetur, in simplum iudicium dabo. item si damnum iniuria furtumue factum esse dicetur, iudicium dabo. si id ad quos ea res pertinebit non 20 exhibebitur<sup>4</sup>, in dominos sine noxae deditioe iudicium dabo'. Hic titulus ad publicanos pertinet. publicani autem sunt, qui publico fruuntur (nam inde nomen habent), siue fisco uectigal pendant uel tributum consequantur: et omnes, qui quod a fisco conducunt, recte appellantur publicani. Dixerit aliquis: quid utique hoc edictum propositum est, quasi (B) non et alibi praetor prouiderit furtis damnis ui raptis? sed e re putauit et specialiter ad- 25 uersus publicanos edictum proponere. Quod quidem edictum in aliqua parte mitius est, quippe cum in duplum datur, cum ui bonorum raptorum in quadruplum sit et furti manifesti aequae in quadruplum, et restituenti facultas publicano ui abreptum datur, quod si f. 200<sup>1</sup> fecerit, omni onere exiuit et poenali actione ex hac parte edicti liberatur. unde [B. 56, 1, 3] quaeritur, si quis uelit cum publicano non ex hoc edicto, sed ex generali ui honorum 30 raptorum, damni iniuriae uel furti agere, an possit? et placet posse, idque Pomponius F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> per del. <sup>2</sup> adiudicaret] de ea re iudicaret (u. i.)? <sup>3</sup> a uia ins. <sup>4</sup> si hi ad quos ea res pertinebit non exhibebuntur (cf. p. 404 u. 6. 15 et p. 406 u. 8)?

1 nenirit F<sup>1</sup> 5 aquae deflueret F<sup>1</sup> | hosce ut operiret] F, hosce ut aperiret Q, hos eum aperiret M, see (inde factum osce) ut operiret X, seu deperiet Y<sup>2</sup>, seu operiet Y<sup>2</sup>, sed ut operiet (suprascr. al. hosce) Y<sup>2</sup>, seu operiret O et sic supra u. X, posse eum operire C, ut corrumperet Z 6 posse cogere sed ... plubia posset nocere] F<sup>2</sup>X<sup>2</sup>?M, posse et hocere (sic) F<sup>1</sup> (om. mediis), posse hoc agere sed ... posset nocere X<sup>2</sup>YZOC 7 et 'si nisi F<sup>2</sup> 8 con'demnare F<sup>2</sup> | adiudicaret] FX<sup>2</sup>YMC, adiudicaret O, iudicaret Z, id iudicaret X<sup>2</sup> 9 numquam neque accessionem neque 'decessionem in eos' uicinis F<sup>2</sup> cum B: οὐκ ἔστι τοῖς γείτοσι ποιεῖν ἔργον, δι' οὗ αἱ λίμναι ἢ ἀΐζουσαι ἢ μειοῦνται B (Syn.), nunquam neque (neque prius in litura) neque decessionem in eo uitinum (uitini X<sup>2</sup>) accessionem X, nunquam neque decessionem in eo

uicinum (neque ins. Y<sup>2</sup>) accessionem Y, nunquam decessionem in eo uicinis accessionem Z, nunquam neque accessionem in eis uicinis neque decessionem Q, nunquam decessionem in eos uicinis accessionemque M, nunquam neque decessionem in eos (eo C) uicinis (nec ins. O<sup>2</sup>) accessionemque (continuum add. C<sup>2</sup>, del. C<sup>2</sup>) OC 12 sui] tui F<sup>2</sup> 13 respond'ait F<sup>2</sup> 18 publici] sic Cuiacius cum Graecis: ὀνόματι τοῦ τέλους (B Syn. Tip.), publicani F 21 exhibebitur F<sup>2</sup> | titulus F<sup>2</sup> 22 publico F<sup>2</sup> 25 sed e re putauit] F<sup>2</sup>, sed reputauit F<sup>2</sup>, sed recte putauit XZ, sed bene putauit YMO, sed abesse putauit Q, sunt qui et recte putant C 27 quippe cum] quippe uum F<sup>2</sup> | raptorum F | quadruplum F<sup>2</sup> | forti F 28 'aeque F<sup>2</sup> | publica's no F<sup>2</sup> 29 poenali' a' actione F<sup>2</sup> 31 idque 'et' pomponius F<sup>2</sup>

- quoque scribit: est enim absurdum meliorem esse publicanorum causam quam ceterorum effectam opinari. Familiae nomen hic non tantum ad seruos publicanorum referemus, uerum et qui in numero familiarum<sup>1</sup> sunt publicani, siue igitur<sup>2</sup> liberi sint siue serui alieni, qui publicanis in eo uectigali ministrant, hoc edicto continebuntur. proinde et si seruus publicani rapuit, non tamen in ea familia constitutus, quae publico uectigali ministrat, hoc edictum cessabit. Quod nouissime praetor ait 'si hi non exhibebantur, in dominos sine noxae deditioe iudicium dabo', hoc proprium est huius edicti, quod, si non exhibeantur serui, competit iudicium sine noxae deditioe, siue habeant eos in potestate siue non, siue possint exhibere siue non possint,
- 2 GAIUS libro uicesimo primo ad edictum prouinciale. nec liceat domino absentem defendere eum, [B. 56, 1, 3]
- 3 ULPIANUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. cum, si exhibuissent, [B. 56, 1, 3] noxali iudicio conuenirentur. idcirco autem tam dura condicio eorum effecta est, quia [B] debent bonos seruos ad hoc ministerium eligere. Quod ait 'in dominos', sic accipiendum est 'in socios uectigalis', licet domini non sint. Ante autem actorem dicere oportet, quem uel quos desideret exhiberi, ut, si non exhibeantur, hinc agatur. sed si dicatur: 'exhibe omnes, ut possim dinoscere quis sit', puto audiendum. Si plures serui id furtum uel damnnum admiserint, hoc debet seruari, ut, si tantum praestetur, quantum, si unus liber fecisset, absolutio fiat.
- 4 PAULUS libro quinquagesimo secundo ad edictum. Si publicanus, qui ui ademit, decesserit, Labeo ait in heredem eius, quo locupletior factus sit, dandam actionem. De rebus, quas in usus aduehendas sibi mandant praesides, diuus Hadrianus praesidibus scripsit, ut, quotiens quis in usus<sup>3</sup> aut eorum, qui prouinciis exercitibusue praesunt, aut procuratorum suorum usus sui causa mittet quendam empturum, significet libello manu sua subscripto eumque ad publicanum mittat, ut, si quid amplius quam mandatum est transferet, id munificum sit. In omnibus uectigalibus fere consuetudo spectari solet idque etiam principalibus constitutionibus canetur.
- 5 GAIUS ad edictum praetoris urbani titulo de publicanis. Hoc edicto efficitur, ut ante acceptum quidem iudicium restituta re actio euanescat, post acceptum uero iudicium nihilo minus poena duret. sed tamen absoluendus est etiam qui post acceptum iudicium restituere paratus est. Quaerentibus autem nobis, utrum duplum totum poena sit et praeterea rei sit persecutio, an in duplo sit et rei persecutio, ut poena || simpli sit, magis placuit, ut res in duplo sit.
- 6 MODESTINUS libro secundo de poenis. Si multi publicani sint, qui illicite quid exegerunt, non multiplicatur dupli actio, sed omnes partes praestabunt et quod ab alio praestari non potest, ab altero exigetur, sicut diuus<sup>4</sup> Seuerus et Antoninus rescripserunt: nam inter criminis reos et fraudis participes multum esse<sup>5</sup> constituerunt.
- 7 PAPIRIUS IUSTUS libro secundo de constitutionibus. Imperatores [B. 56, 1, 7. Ep. 15, 29] Antoninus et Uerus rescripserunt in uectigalibus ipsa praedia, non personas conueniri et ideo possessores etiam praeteriti temporis uectigal soluere debere eoque exemplo<sup>6</sup> actio-  
F(XYZQMO)

<sup>1</sup> familiarum (Hal.)? <sup>2</sup> igitur del. <sup>3</sup> in usus del. <sup>4</sup> diui (edd.)? <sup>5</sup> multum interesse (= tasse: u. i.)? <sup>6</sup> ex empto (Culacius: u. i.)?

1 ceterarum F<sup>1</sup> 4 ministrant] F<sup>om</sup>, ministrant F<sup>ac</sup> (i suppl. F<sup>2</sup>) 6 dominus F, dominum f 8 sibe habeant F<sup>2</sup> 9 sibe non possint F<sup>1</sup> 10 ad edictum prouinciale om. F<sup>1</sup> | liceat] F<sup>2</sup>, licebit F<sup>2</sup> 11 eum del. F<sup>2</sup>: οὔτε γὰρ ἔξεστι τῷ τελωνῆν τὸν δοῦλον ἀπόντα διεκδικεῖν B (Syn.) 12 ulpianus libro ... ad edictum del. F<sup>2</sup> 15 si'n't F<sup>2</sup> | a' u'ctorem F<sup>2</sup> 17 possem F<sup>2</sup> 19 abs'olutio F<sup>2</sup>M<sup>2</sup>, abolitio X<sup>2</sup> (supra u. al. absolutio) YZM<sup>2</sup>OC, adbolitio X<sup>2</sup> 22 h'adrianus F<sup>2</sup> 25 trans-

fer'et F<sup>2</sup> 26 munificum] ZC, munificum FY (supra u. al. municipum al. munificum) MO (supra u. al. municipum), munificum X<sup>2</sup>?, municipum X<sup>2</sup>, inc. X<sup>2</sup> 28 l. 5 continuat antecedenti F 29 iudiciu rest. F<sup>1</sup> 31 quaerentibus F<sup>2</sup> 32 poenas F | simpli u' sit F<sup>2</sup> 34 p'ublicani F<sup>2</sup> 35 mu'tltiplicatur F<sup>2</sup> 36 oltero F<sup>2</sup> 37 multum esse] FO<sup>2</sup>, multum interesse XYZQMO<sup>2</sup>C 39 uectigalibus F 40 debere om. F<sup>2</sup> | eoque exemplo] non aliter uidentur legisse Graeci: καὶ ἐὰν τοῦτο ἠγνοῦσεν, ἔχει ἀγῶνιν B (Syn.)

- 1 nem, si ignorauerint, habituros. Item rescripserunt pupillo remittere se (B). P<sup>ov</sup>. 11, 8  
 poenam commissi, si intra diem trigensimum uectigal intulisset.
- 8 P<sup>APINIANUS</sup> libro tertio decimo responderum. Fraudati uectigalis crimen [B. 56, 1, 8] P  
 1 ad heredem eius, qui fraudem contraxit, commissi ratione transmittitur. Sed si unus ex  
 pluribus heredibus rem communem causa<sup>1</sup> uectigalis subripiat, portiones ceteris non aufe-  
 runtur.
- 9 P<sup>AULUS</sup> libro quinto sententiarum. Locatio uectigalium, quae<sup>2</sup> calor licitantis ultra mo- P  
 dum solitae conductionis inflauit, ita demum admittenda est, si fideiussores idoneos et  
 1 cautionem is qui licitatione uicerit offerre paratus sit. Ad conducendum uectigal [B. 56, 1, 8]  
 2 inuitus nemo compellitur et ideo impleto tempore conductionis elocanda sunt. Reliqua- 10  
 tores uectigalium ad iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciant,  
 3 admittendi non sunt. Debitores fisci itemque rei publicae uectigalia conducere pro- (B)  
 hibentur, ne ex alia causa eorum debita onerentur: nisi forte tales fideiussores optulerint,  
 4 qui debitis eorum satisfacere parati sint. Soci uectigalium si separatim partes [B. 56, 1, 8]  
 5 administrent, alter ab altero minus idoneo in se portionem transferri iure desiderat. Quod 15  
 illicite publice priuatimque exactum est, cum altero tanto passis iniuriam exsoluitur. per  
 um uero extortum cum poena tripli restituitur: amplius extra ordinem plectuntur: alterum  
 6 cuius utilitas priuatorum, alterum uigor publicae disciplinae postulat. Earum rerum uectigal,  
 quarum numquam praestitum est, praestari<sup>3</sup> non potest: quod si praestari consuetum in-  
 7 diligentia publicani omiserat, alius exercere non prohibetur. Res exercitui paratas (B) 20  
 8 praestationi uectigalium subici non placuit. Fiscus ab omnium uectigalium praestationibus  
 immunis est. mercatores autem, qui de fundis fiscalibus mercari consuerunt, nullam immu-  
 nitatem soluendi publici uectigalis usurpare possunt.
- 10 P<sup>HERMOGENIANUS</sup> libro quinto epitomarum. Uectigalia sine imperatorum prae- [B. 56, 1, 9] P  
 cepto neque praesidi neque curatori neque curiae constituere nec praecedentia<sup>4</sup> reformare 25  
 1 et his uel addere uel deminuere licet. Non solutis uectigalium pensionibus pellere con-  
 ductores necdum etiam tempore conductionis completo uel ab his usuras ex mora exigere  
 permittitur.
- 11 P<sup>AULUS</sup> libro quinto sententiarum. Cotem ferro subigendo necessariam ho- [B. 56, 1, 10] P  
 stibus quoque<sup>5</sup> uenundari, ut ferrum et frumentum et sales, non sine periculo capitis 30  
 1 licet. Agri publici, qui in perpetuum locantur, a curatore sine auctoritate principali (B)  
 2 renouari non possunt. Dominus nauis si illicite aliquid in naue uel ipse uel uectores im-  
 ponerint, nauis quoque fisco uindicatur: quod si absente domino id<sup>6</sup> a magistro uel f. 201'  
 gubernatore aut proreta nauitae aliquo id factum sit, ipsi quidem capite puniuntur com-  
 3 missis mercibus, nauis autem domino restituitur. Illicitarum mercium persecutio heredem 35  
 F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> causae? <sup>2</sup> quam (Gebauer)? <sup>3</sup> postulari? <sup>4</sup> praecepta? <sup>5</sup> quoque hostibus? <sup>6</sup> id del.

1 habiturus F<sup>2</sup> | rescripserunt's't F<sup>4</sup> | se] si F<sup>2</sup>  
 4 ratione] FX<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>O (supra u. al. non) C,  
 ratio non X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>, ratione non Y<sup>2</sup> (supra u. al.  
 sine non) ZM<sup>2</sup> 5 rem communem] XYZQ  
 MOC cum Graecis: εἰ δὲ εἰς τῶν κληρονόμων  
 τὸ κοινὸν κληρονομήσει πρᾶγμα B (Syn.),  
 rem munem F 7 calor] F<sup>2</sup>, calore F<sup>2</sup>XY<sup>2</sup>  
 ZQMOC, colore Y<sup>2</sup> 10 inuitus 'sit' nemo F<sup>2</sup> |  
 elocanda sunt reliquatores] F<sup>2</sup>, ea locanda sunt  
 reliquatores F<sup>2</sup>, adloquendi (adcolloquendi) Z  
 sunt licitatores (al. locatores supra u. Y, licit-  
 ationes X) XYZOC, licitatores (om. rel.) Q,  
 ea locanda sunt aloquendi licitatores M: δεῖν  
 πληρωγμένον τοῦ χρόνου ἑτέροιο ἐκδιδόται B  
 (Athalata) 13 obtu'plerint F<sup>2</sup> 14 debites  
 F<sup>2</sup> | si separatim partes administrent] quasi  
 cesset si non separatim partes administrent  
 uerunt Graeci: εἰάν ἀνά μέρος οὐ διηρημένως

διοικῶσι, καλῶς ὁ εἰς ἐπιζητεῖ τὸ μέρος τοῦ ἀπο-  
 ροῦντος ἐκείνων οὐ [scr. κοινῶν] εἰς ἐλατῶν  
 μετενεχθῆναι BS 15 transferri iure] sic add.  
 cum Graecis (u. ad u. 14): transferre iure F<sup>2</sup>,  
 transferretur 'e' F<sup>4</sup> 16 illicite' te F<sup>2</sup> | pas-  
 sis] parsis F<sup>2</sup> 18 publice F | disciplinae F<sup>2</sup>,  
 19 si pra'e'stari F<sup>2</sup> 21 omnia'sum F<sup>2</sup>  
 22 immonitatem F<sup>2</sup> 23 publici's F<sup>2</sup> 24 pre-  
 cepto F 25 neque curatori] ἢ τῷ καθολικῷ,  
 id est neque procuratori, omissa curia B  
 26 pellere] F<sup>2</sup> cum B: οἱ τελῶναι ... ἐξεοῦνται  
 [immo ἐξωδοῦνται], repellere F<sup>2</sup>XYZQMOC  
 27 mora] FXY<sup>2</sup>M cum B: τόκοις ὑπερθέσειω,  
 more Y<sup>2</sup>ZQOC 34 nauitae] FXC, aut ab Z,  
 aut YM (in marg. offertur Pisana) O (aut nauita  
 ante aut proreta add. O<sup>4</sup>) | aliqui F<sup>2</sup> 35 illi-  
 catarum F<sup>2</sup> | meredem F<sup>2</sup>

- 4 quoque addigit. Eam rem, quae commisso uindicata est, dominus emere non prohibetur  
5 uel per se uel per alios quibus hoc mandauerit. Qui maximos fructus ex re- [B. 56, 1, 10  
demptione uectigalium consequuntur, si postea tanto locari non possunt, ipsi ea prioribus  
pensionibus suscipere compelluntur.
- 12 ULPIANUS libro trigensimo octauo ad edictum. Quantae audaciae, quantae temeritatis  
sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat. idcirco praetor ad compescendam  
1 eorum audaciam hoc edictum proposuit: 'Quod familia publicanorum furtum fecisse dicitur,  
'item si damnum iniuria fecerit et id ad quos ea res pertinet non exhibetur': in dominum  
2 'sine noxae deditioe iudicium dabo'. Familiae autem appellatione hic seruilem familiam  
contineri sciendum est. sed et si bona fide publicano alienus seruus seruit, aequae contine-  
bitur: fortassis et mala fide, plerumque enim uagi serui et fugitiui in huiusmodi operis  
etiam a scientibus habentur. ergo et si homo liber seruiat, hoc edictum locum habet.  
3 Publicani autem dicuntur, qui publica uectigalia habent conducta.
- 13 GAIUS libro tertio decimo ad edictum prouinciale. Sed et hi, qui salinas et cretifodinas  
1 et metalla habent, publicanorum loco sunt. Praeterea et si quis uectigal conductum a  
2 re publica cuiusdam municipii habet, hoc edictum locum habet. Sine autem uendidit  
seruum uel manumisit uel etiam fugit seruus, tenebitur serui nomine, qui tam factiosam  
3 familiam habuit. Quid tamen, si seruus decesserit? uidentium, an publicanus teneatur  
quasi facti sui nomine: sed puto, quia facultatem non habet exhibendi nec dolus eius  
4 intercessit, debere eum liberari. Hanc actionem perpetuam dabimus et heredi ceterisque  
successoribus.
- 14 ULPIANUS libro octauo disputationum. Commissa uectigalium nomine etiam [B. 56, 1, 15  
ad heredem transmittuntur. nam quod commissum est, statim desinit eius esse qui crimem  
contraxit dominiumque rei uectigali acquiritur: eapropter commissi persecutio sicut ad-  
uersus quemlibet possessorem, sic et aduersus heredem competit.
- 15 ALFENUS UARUS libro septimo digesterum. Caesar cum insulae Cretae cotorias locaret,  
legem ita dixerat: 'ne quis praeter redemptorem post idus Martias cotem ex insula Creta  
'fodito neue eximito neue auellito'. cuiusdam nauis onusta cotibus ante idus Martias ex  
portu Cretae profecta uento relata in portum erat, deinde iterum post idus Martias pro-  
fecta erat. consulebatur, num contra legem post idus Martias ex insula Creta cotes exisse  
uiderentur. respondit, tametsi portus quoque, qui insulae essent, omnes eius insulae esse  
uiderentur, tamen eum, qui ante idus Martias profectus ex portu esset et relatus tem-  
pestate in insulam deductus esset, si inde exisset non uideri contra legem fecisse, prae-  
terea quod iam initio euectae cotes uiderentur, cum || et ex portu nauis profecta esset.
- 16 MARCIANUS libro singulari de delatoribus. Interdum nec uendendus est is seruus qui  
in commissum cecidit, sed pro eo aestimatio a domino danda est. diui enim Senerus et  
Antoninus rescripserunt, cum is seruus, qui actum domini gessisse diceretur, in commis-  
sum cecidisset, uenire non debuisse, sed pro eo uiri boni arbitrato aestimationem oport-  
1 tuisse dari. Idem autem eadem epistula rescripserunt, si quis inprofessus seruus fuerit  
et probabitur in commissum cecidisse, et aut uxorem corrupisse domini dicatur aut aliud  
quid grauius admisisse, ut cognoscat procurator et, si in his causis esse compertus sit,  
F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> et hi ... non exhibentur (cf. p. 403 n. 3)?

<sup>4</sup> propterea (u. i.)?

<sup>2</sup> auellito (Petr. Pitthoeus)?

<sup>3</sup> deductus del.

1 addigit] adicit F<sup>2</sup> 2 per se] XYMOC,  
pre se F<sup>1</sup>, per nos uel per se F<sup>2</sup>, uel per  
nos uel per se Q 3 consecuntur F<sup>2</sup>  
5 temeritatisint F 7 prop'suit (uoluit pro-  
po'suit) F<sup>2</sup> 11 fortassis F | uagi] magi F<sup>1</sup> |  
'h'uiusmodi F<sup>2</sup> 12 'h'omo F<sup>2</sup> 13 publicani  
autem dicuntur qui om. F<sup>1</sup> 14 hi] his F<sup>1</sup> |  
salinas] FX<sup>o</sup>O, arenas Y<sup>2</sup>ZC, arenas salinas  
X<sup>1</sup>Y<sup>2</sup>, salinas arenas M 17 fugit' F<sup>1</sup> | te-

neritur F<sup>2</sup> 20 heredi 'an' ceterisque F<sup>2</sup>  
22 disputatione'um F<sup>1</sup> | commi'ss'ia F<sup>1</sup>  
23 's'tatim F<sup>2</sup> 27 dixerat' F<sup>2</sup> | martias]  
cartias F<sup>2</sup> 28 eximito' F<sup>1</sup> 29 portus] mortu  
F<sup>1</sup> 31 portus] postus F | insulae] F<sup>1</sup>, in in-  
sula F<sup>2</sup> 32 profectus F<sup>1</sup> 33 praeterea] FY,  
propterea XZMOC 38 debuisse d' sed F<sup>1</sup>  
39 rescripserunt] rumscripserunt F<sup>2</sup> 41 cog-  
noscat F<sup>1</sup>

1 aestimetur et ad poenam domino tradatur. Idem diui Seuernus et Antoninus rescripserunt  
 2 mancipiis commissis res peculiares non esse in eadem causa nisi hoc, quod proprio nomine  
 3 in causam commissi incidit. Quotiens quis mancipia innecta professus non fuerit siue  
 4 uenalia siue usualia<sup>1</sup>, poena commissi est, si tamen nouicia mancipia fuerint, non etiam  
 5 ueterana. sunt autem ueterana, quae anno continuo in urbe seruierint: nouicia autem  
 6 mancipia intelleguntur, quae annum nondum seruierint. Serui, qui in fuga sunt, in com-  
 7 missum non cadunt, cum sine uoluntate domini fines egressi sunt: et ita principalibus  
 8 constitutionibus cauetur, sicut diuus quoque Pius saepissime rescripsit, ne, inquit, in po-  
 9 testate seruorum sit inuitis uel ignorantibus dominis fugae se tradendo potestati domi-  
 10 rum se subtrahere. Licet quis se ignorasse dicat, nihil minus eum in poenam uectigalis  
 11 incidere diuus Hadrianus constituit. Diui quoque Marcus et Commodus rescripserunt non  
 12 imputari publicano, quod non instruxit transgradientem: sed illud custodiendum, ne deci-  
 13 piat profiteri uolentes. Species pertinentes ad uectigal: cinnamomum: piper longum:  
 14 piper album: folium pentasphaerum: folium barbaricum: costum: costamomum: nardi  
 15 stachys: cassia turiana<sup>2</sup>: xylocassia: smurna: amomum: zingiberi: malabathrum: aroma  
 16 Indicum: chalbane: laser: alohe<sup>3</sup>: lucia<sup>4</sup>: sargogalla<sup>5</sup>: onyx Arabicus: cardamomum:  
 17 xylocinnamomum: opus byssicum: pelles Babylonicae: pelles Parthicae: ebur: ferrum  
 18 Indicum: carpasum: lapis uniuersus: margarita: sardonix: oeraunium: hyacinthus:  
 19 smaragdus: adamas: saffirinus: callainus: beryllus: chelyniae<sup>6</sup>: opia Indica uel adserta<sup>7</sup>:  
 20 metaxa: uestis serica uel subserica: uela tineta carbasa: noma sericum: spadones  
 21 Indici: leones, leaenae: pardi: leopardi: pantherae: purpura: item marcorum lana<sup>8</sup>:  
 22 fucus: capilli Indici. Si propter necessitatem aduersae tempestatis expositum onus fuerit,  
 23 non debere hoc commissum uindicari diui fratres rescripserunt. Diuus quoque Pius rescripsit,  
 24 cum quidam intra legitimam aetatem esse dicebat et usus<sup>9</sup> causa mancipia duxisset et in  
 25 sola professione errasset, ignoscendum esse ei. Diui quoque fratres rescripse- [B. 56, 1, 17  
 26 runt, cum quidam non per fraudem, sed per errorem in causam commissi incidisset, ut  
 27 duplo uectigali contenti publicani seruos restituant. Magnus Anto[n]inus rescripsit, si [B] f. 202<sup>8</sup>  
 28 colonus uel serui domini praedii ferrum illicite in praedio fecerint<sup>10</sup> ignorante domino, nulla  
 29 poena dominum teneri. Si quis professus apud publicanum fuerit, non tamen uectigal  
 30 soluerit, hoc concedente publicano, ut solent facere, diui Seuernus et Antoninus rescripse-  
 runt res in commissum non cadere: cum enim, inquit, professiones recitantur<sup>11</sup>, com-  
 missum cessat, cum poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorum uel fideiussorum.

## F(XYZQMC)

<sup>1</sup> usnaria? <sup>2</sup> cassia turiana] cassia surinx (u. i.)? <sup>3</sup> aloë (cf. *Plin. h. n. 27, 5, 14*: aloë ... laudatissima ex India adfertur et *Galenus* περί φαρμ. l. VI t. XI p. 819 *Kuehn*: ἄλὼν ... ἀριστὴ δὲ καὶ ἡ κατὰ τὴν Ἰνδίαν, item περί ἀντεμβαλλομένων t. XLIX p. 724)? <sup>4</sup> lycium (cf. *Plin. h. n. 24, 14, 124*: lycium ... longe praestantissimum existimatur Indicum, item *Dioscorides 1, 132 et Galenus de antid. 1, 1 p. 8 Kuehn*)? <sup>5</sup> sarcocolla (*R. Stephanus*)? <sup>6</sup> chelynia? <sup>7</sup> uel Assyria? <sup>8</sup> item arborum lana (= ἐπιόζυλον: cf. *Plin. h. n. 12, 11, 39*: Indos suae arbores uesciunt cet.: *Pancirolos*)? <sup>9</sup> cum quidam qui intra legitimam aetatem esse se dicebat, usus? <sup>10</sup> foderint? <sup>11</sup> recipiantur?

<sup>9</sup> ignorantibus F | potestate F 11 h'adria-  
 nus F<sup>2</sup> 13 uolentis F<sup>1</sup> 14 alium F<sup>1</sup> |  
 pentaspherum F 15 cassia turiana] cassia  
 surinx *Salmasius Plin. exerc. p. 919 (ed. 1689)*:  
 nam τὴν κυριγίδα ὀνομαζομένην κασσίαν *Gale-  
 nus de antid. 1, 14 (p. 73 Kuehn) commemorat ita,  
 ut τὸν ἐξωθεν φλοιόμ, ὄνπερ καὶ κύριγτα καλοῦ-  
 σιν, ut meliorem opponat τῷ ἔνδομ, id est xylo-  
 cassiae: item passim inuenitur κασσία κύριζι uel  
 Latine cassia fistula 16 ghalbane F | onyx  
 arabicus] collato *Plinio 37, 6, 90, ubi iunguntur  
 sardonix Indica et onyx Arabica, loco mota  
 haec iudico: cf. tamen Dioscorides 2, 10: ὄνυξ  
 ἰστικὴ πόμα κογχυλίωυ ὁμοίον τῷ τίς πορφύρας  
 ἰστικόνεμον ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ἐν τοῖς ναρδοφόροις**

λίμναϊς. Διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμωμένων τῶν  
 κογχυλίωυ τὴν νάρδον 17 bussicum F | ba-  
 byaonicae F 19 ueryllus F | hopia F<sup>1</sup> (F<sup>2</sup>  
 primum opia superscripsit, deinde hoc deleto  
 uocis hopia primam litteram expansi) | uel ad-  
 serta] F<sup>2</sup>O, uela sarta F<sup>2</sup>XYM, uela sarta Z,  
 uela sexta C 20 metaxa] metata F<sup>1</sup> | ue-  
 la tincta F<sup>2</sup>, uel adtincta XYZM, uel ac-  
 cinta O, uel tineta C 21 item marcorum]  
 F<sup>1</sup>, item a pecorum (uoluit item pecorum) F<sup>2</sup>,  
 item apocorum XZQMC, item apocorum Y,  
 item apocorum O 22 indicia F<sup>2</sup> 23 res-  
 cripserunt F<sup>2</sup> 24 et u'sus F<sup>2</sup> 25 pro-  
 fe'ssione F<sup>2</sup> | er'asset F<sup>2</sup> 27 seruo's F<sup>2</sup> |  
 magnus] sed magnus F<sup>2</sup> 30 rescrips' u'erunt F<sup>2</sup>

- 13 Poenae ab heredibus peti non possunt, si non est quaestio mota nino eo qui [B. 56, 1, 17  
14 deliquit: et hoc sicut in ceteris poenis, ita et in uectigalibus est. Si quid autem [B] indebitum per errorem soluentis publicanas accepit, retro eum restituere oportere diui Seuerus et Antoninus rescripserunt.

## V.

## R DE DONATIONIBUS R

- 1 IULIANUS libro septimo decimo digestorum. Donationes complures sunt. dat [B. 47, 1, 1] aliquis ea mente, ut statim uelit accipientis fieri nec ullo casu ad se reuerti, et propter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatem et munificentiam exerceat: haec proprie donatio appellatur. dat aliquis, ut tunc demum accipientis fiat, cum aliquid secutum fuerit: non proprie donatio appellabitur, sed totum hoc donatio sub condicione est. item cum quis ea mente dat, ut statim quidem faciat accipientis, si tamen aliquid factum fuerit aut non fuerit, uelit ad se reuerti, non proprie donatio dicitur, sed totum hoc donatio est, quae sub condicione soluitur. qualis est mortis causa donatio. Igitur cum dicimus [cf. D. 59, 6, 2] inter sponsum et sponsam donationem ualere, propria appellatione utimur et factum demonstramus, quod ab eo proficiat, qui liberalitatis gratia aliquid dat, ut confestim faciat accipientis nec umquam ullo facto<sup>1</sup> ad se reuerti uelit. cum uero dicimus, si hac mente donat sponsus sponsae, ut nuptiis non secutis res auferatur, posse repeti, non contrarium priori dicimus, sed concedimus inter eas personas fieri donationem eam, quae sub condicione soluitur.
- 2 IDEM libro sexagesimo digestorum. Si, cum filius familias pecuniam donare [B. 47, 1, 2] uellet, patris iussu eam promisit, ualet donatio, perinde ac si fideiussores dedisset. Si uero pater donaturus Titio pecuniam iusserit filium suum eam promittere, poterit dici interesse, debitor filius patri suo fuerit nec ne: nam si tantundem filius patri debuit, quantum promisit, ualere donatio intellegitur, perinde ac si quemlibet alium debitorem pater iussisset pecuniam promittere. Cum uero ego Titio pecuniam donaturus te, qui mihi tantundem donare uolebas, iussero Titio promittere, inter omnes personas donatio perfecta est. Aliud iuris erit, si pecuniam, quam me tibi debere existimabam, iussu tuo sponderim ei cui donare uolebas: exceptione enim doli mali tueri me potero et praeterea incerti conditione stipulatorem compellam, ut mihi acceptum faciat stipulationem. Item si ei, quem creditorem tuum putabas, iussu tuo pecuniam, quam me tibi debere existimabam, promissero, petentem doli mali exceptione summo-nebo et amplius incerti agendo cum stipulatore consequar, ut mihi acceptum faciat stipulationem. Si pecuniam mihi Titius dederit absque ulla stipulatione, ea tamen condicione, ut tunc demum mea fieret, cum Seius consul factus esset: siue furente eo siue mortuo Seius consulatum adeptus fuerit, mea fiet. Sed si quis donaturus mihi pecuniam dederit alicui, ut ad me perferret, et ante mortuus erit quam ad me perferat<sup>2</sup>, non fieri pecuniam domini mei constat. Titio decem donauit ea condicione, ut inde Stichum sibi emeret: quaero: quaero, cum homo antequam emeret mortuus sit, an aliqua actione decem recipiam. respondit: facti magis quam iuris quaestio est: nam si decem Titio in hoc dedi, ut Stichum emeret, aliter non daturus, mortuo Sticho condicione<sup>3</sup> F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> pacto (Brenemannus)? <sup>2</sup> perferatur (R. Stephanus)?

7 decimo] digimo F<sup>2</sup> 11 quis] F<sup>1</sup>, ipse F<sup>2</sup>:  
ei δὲ καὶ τις τοιαύτη προαιρέσει δίδωσιν BS  
12 m'e'nte F<sup>2</sup> 13 reuerti] pe'r' uerti (sic) F<sup>2</sup>  
14 e's't F<sup>2</sup> 17 ullo facto] ἐξ οἰοῦντι ποτε  
θέματος BS | si' i' hac F<sup>2</sup> 19 concedi' ci' mus F<sup>2</sup>  
21 filius mamillas F<sup>1</sup> 23 poteret F<sup>2</sup> 26 pe-  
cun'i'am F<sup>2</sup> 28 debire F<sup>2</sup> 29 cui] qui F<sup>1</sup> |  
tueri F<sup>2</sup> 30 ut mihi acceptam faciat sti-  
pulationem] λῦσαι τὴν ἐπερώτησιν acceptila-

tionem BS (Dor.) 32 summo-nebo F<sup>2</sup> | et' i' am-  
plius F<sup>2</sup> 34 ulla stipulatione F | damum F<sup>1</sup>  
35 furente eo] FXYM<sup>2</sup>O cum BS: μανέντος  
ἤδη τοῦ δελοκότος μοι, uiuente eo M<sup>2</sup>C  
36 aliqui F 37 ea] eam F<sup>2</sup> 38 mortuus F<sup>2</sup>  
39 respondit] F<sup>1</sup> cum BS: καὶ ἀποκρίνεται  
'λογλιανός, respondi F<sup>2</sup> 40 post daturus ius.  
initium et causam rei inspiciendum Z | con-  
dicione F

repetam: si uero alias quoque donaturus Titio decem, quia interim Stichum emere proposuerat, dixerim in hoc me dare, ut Stichum emeret, causa magis donationis, quam condicio daudae pecuniae existimari debet et mortuo Sticho pecunia apud Titium remanebit.

- 3 **ULPIANUS** libro septuagensimo sexto ad edictum. Et generaliter hoc in donationibus definiendum est multum interesse, causa donandi fuit an condicio: si causa fuit, cessare repetitionem, si condicio, repetitioni locum fore.
- 4 **POMPONIUS** libro septimo decimo ad Sabinum. Etiam per interpositam personam donatio consummari potest.
- 5 **ULPIANUS** libro trigensimo secundo ad Sabinum. Affectionis gratia neque honestae neque inhonestae donationes sunt prohibitae, honestae erga bene merentes amicos uel necessarios, inhonestae circa meretrices.
- 6 **IDEM** libro quadragesimo secundo ad Sabinum. Qui saxum mihi eximere de suo permisit donationis causa, statim cum lapis exemptus est meus fit, neque prohibendo me enehere efficit, ut meus esse desinat, quia quodammodo traditione meus factus est: plane si mercennarius meus exemit, mihi exemit. sed si is qui a me emerit, siue mercede conduxerat, ut paterer eum sibi iure eximere, si antequam eximat, me paenituerit, meus lapis durat, si postea, ipsius factum auocare non possum: quasi traditio enim facta uidetur, cum eximitur domini uoluntate. quod in saxo est, idem erit etiam, si in arbore caesa uel dempta acciderit.
- 7 **IDEM** libro quadragesimo quarto ad Sabinum. Filius familias donare non potest, neque si liberam peculii administrationem habeat: non enim ad hoc ei conceditur libera peculii administratio, ut perdat. Quid ergo, si iusta ratione motus donet, numquid possit dici locum esse donationi? quod magis probabitur. Item uideamus, si quis filio familias liberam peculii administrationem concesserit, ut nominatim adiceret sic se ei concedere, ut donare quoque possit, an locum habeat donatio: et non dubito donare quoque eum posse. Nonnumquam etiam ex persona poterit hoc colligi: pone enim filium esse senatoriae uel cuius alterius dignitatis: quare non dicas uideri patrem, nisi ei specialiter donandi facultatem ademit, hoc quoque concessisse, dum liberam dat peculii administrationem? Pari autem ratione, qua donare filius familias prohibetur, etiam mortis causa donare prohibebitur: quamuis enim ex patris uoluntate mortis quoque causa donare possit, attamen ubi cessat uoluntas, inhibebitur haec quoque donatio. Sed enim meminisse oportebit, si cui donare quoque permissum est, nisi specialiter etiam mortis causa donare fuerit permissum, non posse mortis causa donare. Haec omnia locum habebunt in paganis: ceterum qui habent castrense peculium uel quasi castrense, in ea conditione sunt, ut donare et mortis causa et non mortis causa possint, cum testamenti factionem habeant.

### F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> quia *ins.*    <sup>2</sup> is qui] quis?    <sup>3</sup> tum *ins.*

1 proposuerit *F*<sup>2</sup> 2 dixerim (dixerit *O*) in hoc me (ei *pro* me *F*<sup>2</sup>*XYZQMOC*) dare ut stichum emerem (*sic* *FQ*, emeret *XYMOC*) *F*: εἰ δὲ καὶ χωρὶς τῆς ἀγορασίας τοῦ Στίχου ἡμεῶν δίδοναι τὰ ἰνομίσματα (= si uero alias quoque donaturus eram Titio decem), διὰ δὲ τοῦτο δέδωκα αὐτὰ ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἀίρεσι (= propterea autem dedi in hoc), ἐπειδὴ ἠθέλησα ἐν τῷ μεταξὺ ἀγορασθῆναι τὸν Στίχον (= quia interim Stichum emi uolebam) καὶ ἐξεφώνησα ταύτην τὴν αἰτίαν ἐν τῷ δωρεᾷ (= et hanc causam in donatione expressi) *BS*, ut fortasse etiam Graeci legerint emerem pro emeret 7 cessare *F*<sup>2</sup> 8 pomponius] *F*<sup>2</sup> cum *B* (Πομπ.), paulus *F*<sup>2</sup>: at Pauli ad Sabinum libri non fue-

runt plus *XVI* 9 consum'm'ari *F*<sup>21</sup> 13 qui saxum] *F*: ἐὰν τις ἐπιτρέψῃ μοι *BS*, ἐὰν τις ... κελεύσῃ *B* (*Anon.*) 14 est 'statim' meus *F*<sup>2</sup> 15 ut' meus *F*<sup>2</sup> | factum *F*<sup>2</sup> 17 conduxerat *F*<sup>2</sup> 19 c'a'esa *F*<sup>2</sup> | uel] bel *F*<sup>2</sup> 27 e'n'im *F*<sup>2</sup> 28 senatoriae] *F*<sup>2</sup>, senatori.. *F*<sup>2</sup>: ἐὰν γὰρ ὑποθώμεθα συγκλητικὸν ἢ ἄλλωσ ἀξιωματικὸν εἶναι τὸν ὑπεζούσιον *BS* 30 filius familia's *F*<sup>2</sup> 31 donare possit *F*<sup>2</sup> 32 attam'm' | ubi cessat] *F*<sup>2</sup>, cum cessat (*sic*) *F*<sup>2</sup> | ha'e'c *F*<sup>2</sup> | op'ortebit *F*<sup>2</sup> 33 cui] qui *F* | causa'm' *F*<sup>2</sup> 34 possem mortis *F* 35 habent' *F*<sup>2</sup> | castrense *F*<sup>2</sup> | quasi castrese *F* | donar'a'e'et' *F*<sup>2</sup> 36 m'ortis *F*<sup>2</sup> | possint' *F*<sup>2</sup>



- 8 PAULUS libro quinto decimo ad Sabinum. Quae liberti imposita libertatis [B.47,1,7] S causa praestant, ea non donantur: res enim pro his interessit.
- 9 POMPONIUS libro trigensimo tertio ad Sabinum. In aedibus alienis habitare [B.47,1,8] S gratis donatio uidetur: id enim ipsum capere uidetur qui habitat, quod mercedem pro habitatione non soluit. potest enim et citra corporis donationem ualere donatio, ueluti si 1 donationis causa cum debitore meo paciscar, ne ante certum tempus ab eo petam. Ex rebus donatis fructus perceptus in rationem donationis non computatur: si uero non fundum, sed fructus perceptionem tibi donem, fructus percepti uenient in computationem 2 donationis. Quod filius familias patris iussu aut uoluntate donauit, perinde est, ac si pater 3 ipse donauerit aut si mea uoluntate rem meam tu nomine tuo Titio dones. Donari non 10 potest, nisi quod eius fit, cui donatur.
- 10 PAULUS libro quinto decimo ad Sabinum. Absenti, siue mittas qui ferat, siue [B.47,1,9] S quod ipse habeat sibi habere eum iubeas, donari recte potest. sed si nescit rem quae apud se est sibi esse donatam, uel missam sibi non acceperit, donatae rei dominus non fit, etiamsi per seruum eius cui donabatur missa fuerit, nisi ea mente seruo eius data fuerit, 12 ut statim eius fiat.
- 11 GAIUS libro tertio de legatis ad edictum praetoris urbani. Cum de modo [B.47,1,10] S donationis quaeritur, neque partus nomine neque fructuum neque pensionum neque mercedum ulla donatio facta esse uidetur. 1
- 12 ULPIANUS libro tertio disputationum. Qui ex donatione se obligauit, ex [B.47,1,11] S rescripto diui Pii in quantum facere potest conuenitur. sed enim id, quod creditoribus debetur, erit detrahendum: haec uero, de quibus ex eadem causa quis obstrictus est, non debet detrahere.
- 13 IDEM libro septimo disputationum. Qui mihi donatum uolebat, seruo com- [B.47,1,13] S muni meo et Titii rem tradidit: seruus uel sic accepit quasi socio adquisiturus uel sic quasi mihi et socio: quaerebatur quid ageret. et placet, quamuis seruus hac mente acceperit, ut socio meo uel mihi et socio adquirat, mihi tamen adquiri: nam et si procuratori meo hoc animo rem tradiderit, ut mihi adquirat, ille quasi sibi adquisiturus acceperit, nihil agit in sua persona, sed mihi acquirit.
- 14 IULIANUS libro septimo decimo digestorum. Qui alienum fundum donationis [B.47,1,13] S causa excolit, nullam retentionem propter impensas faciet, quia domini res ab eo iniectas continuo efficit.
- 15 MARCIANUS libro tertio institutionum. Post contractum capitale crimen do- [B.47,1,14] S F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> sed enim] etenim?

1 quae liberti imposita libertatis causa praestant] F, quae liberi (in ins. Q) statu libertatis causa praestant (praestantur C) YZQO<sup>a</sup>C, que liberis statu libertatis causa praestant liberti M, que liberis statu liberi libertatis causa praestant O<sup>a</sup>, que liberti imposita libertate praestant quae statu liberi causa libertatis praestant X 2 intero'cessit F<sup>2</sup> 3 tertio om. F<sup>2</sup> 4 pro hibitatione F<sup>2</sup> 5 citra corporis donationem] διχα τοῦ μὴ ὑφ'εστάναι τὸ δωροῦμενον σῶμα BS | uelere F<sup>2</sup> 6 'habeo F<sup>2</sup> 9 donabit F | est ac F<sup>2</sup> 10 mea] uea F<sup>2</sup> 13 post ipse ins. apud se X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>ZO<sup>a</sup>C 15 seru'u'm F<sup>2</sup> | cui] qui F<sup>2</sup> | donabatu'm'r F<sup>2</sup> 16 u's't statim F<sup>2</sup> 17 ad] ed F<sup>2</sup> | urb'a'ni F<sup>2</sup> 18 fructu'u'm F<sup>2</sup> 20 ex perscripto F<sup>2</sup> 22 dedetur F<sup>2</sup> 24 uoleat F<sup>2</sup> 26 qua'm'si mihi F<sup>2</sup> | quaeribatur F<sup>2</sup> | ageret et] X<sup>2</sup>?Y<sup>2</sup>Z, ageretur et X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>QOC, ageretur M, agere et F: καὶ ἐζητήθη τὰ περὶ τοῦτοῦ τοῦ θέματος καὶ ἤρπεν BS | serbus F<sup>2</sup> 27 ta-

men] tantum XY (superscr. al. tamen) O<sup>a</sup>: ὁμοῦς ἐμοὶ μόνῳ αὐτὸ προσπορίζεσθαι BS: at non crediderim tantum excidisse, sed qui interpolauit haec (cf. D. 41, 1, 37, 6) negligenter locutum esse | procuratorem meo F<sup>2</sup> 31 res ab eo iniectas] F, rem ab eo iniectam X<sup>2</sup>YM, rem ab eo coniectam Z, rem ab eo inconiectam X<sup>2</sup>, rem ab eo inuectam C, rem ab eo die inuectam O<sup>a</sup>, inc. O<sup>a</sup>: τὰ ἐμβληθέντα B (Anon.), τὰ βληθέντα ἐν τῷ ἀγρῷ διὰ τὴν γεωργίαν σπέρματα BS 83 post contractum seq.] ὁ ἀμαρτήσας κεφαλικὸν ἔγκλημα (= post contractum capitale crimen) οὐκέτι δύναται δωρεῖσθαι καλῶς τὰ διαφέροντα αὐτῷ (= donationes factae non ualent): ἐάν γάρ ὅλως καταδικασθῆ (= si condemnatio secuta sit), ἀνωθεν ἀσθενούσιν αἱ δωρεαὶ (= retro infirmantur donationes) BS, τοῦ δωρησαμένου κεφαλικῶς καταδικασθέντος αἱ παρ' αὐτοῦ μετὰ τὸ ἀμάρτημα γενόμεναι δωρεαὶ οὐκ ἰσχύουσιν B (Anon.): non ante ualent om. XYZMOC

nationes factae non valent ex constitutione diuorum Seneri et Antonini, nisi<sup>1</sup> condemnatio secuta sit.

- 16 ULPIANUS libro secundo responsorum. ¶ Ex hac scriptura: 'sciant heredes [B. 47, 1, 16] *Sf* f. 204  
mei me nestem uniuersam ac res ceteras, quascumque in diem mortis meas mecum habui,  
'illi et illi libertis meis uiuum donasse' dominium ad libertos benigna interpretatione pertinere. 5
- 17 IDEM libro quinquagesimo octauo ad edictum. Si in stipulatum iudicatum [B. 47, 1, 16] *E*  
nationis causa deductum sit et stipulatio donationis causa accepto lata, dicendum est  
locum liberationem habere.
- 18 IDEM libro septuagesimo primo ad edictum. Aristo ait, cum mixtum sit [B. 47, 1, 17] *K*  
negotium cum donatione, obligationem non contrahi eo casu, quo donatio est, et ita et 10  
1 Pomponius eum existimare refert. Denique refert Aristonem putare, si seruum tibi tradi-  
dero ad hoc, ut eum post quinquennium manumittas, non posse ante quinquennium agi,  
quia donatio aliqua inesse uidetur: aliter atque, inquit, si ob hoc tibi tradidissem, ut con-  
tinuo manumittas: hic enim nec donationi locum esse et ideo esse obligationem. sed et  
superiore casu quid acti sit, inspiciendum Pomponius ait: potest enim quinquennium non 15  
2 ad hoc esse positum, ut aliquid donetur. Idem Aristo ait, si donationis causa in hoc tra-  
datur seruus, ut post quinquennium manumittatur, sit autem alienus, posse dubitari an  
usucipiatur, quia aliquid donationis interueniret. et hoc genus quaestionis in mortis causa  
donationibus uersari Pomponius ait et magis putat ut<sup>2</sup>, si ita donetur, ut post quinquen-  
nium manumittatur, posse dici usucapionem sequi. Labeo ait, si quis mihi rem alienam 20  
3 donauerit inque eam sumptus magnos fecero et sic mihi euincatur, nullam mihi actionem  
contra donatorem competere: plane de dolo posse me aduersus eum habere actionem, si  
dolo fecit.
- 19 IDEM libro septuagesimo sexto ad edictum. Hoc iure utimur, ut in rebus [B. 47, 1, 18] *E*  
publicis, cum de donatione quaeritur, illud solum spectetur, utrum ob causam aliquam 25  
instam rei publicae promittat quis uel polliceatur an non, ut, si ob honorem aliquem pro-  
mittat, teneatur, si minus, non. Labeo scribit extra causam donationum esse talium offi-  
cium mercedes ut puta: si tibi adfuero, si satis pro te dedero, si qualibet in re opera  
3 nel gratia mea usus fueris. Non potest liberalitas nolenti adquiri. Si quis dederit pecu-  
niam mutuam Titio reddendam Seio, cui donatum uolebat, deinde Titius mortuo donatore 30  
Seio dedisse proponatur, erit consequens dicere pecuniam Seii fieri, siue mortuum scinit  
siue ignorauit is qui dabat, quia pecunia fuit dantis: sed si quidem ignorauit mortuum,  
erit liberatus, si sic mutuam pecuniam accepit soluendam Seio. si autem mandauero tibi,  
ut pecuniam Titio des, cui donare uolebam, et tu ignorans me mortuum hoc feceris, habebis  
4 aduersus heredes meos mandati actionem: si sciens, non habebis. Si quis seruo pecuniam 35  
crediderit, deinde is liber factus eam expromiserit, non erit donatio, sed debiti solutio.  
idem in pupillo, qui sine tutoris auctoritate debuerit, dicendum est, si postea tutore auctore  
5 promittat. Sed et hae stipulationes, quae ob causam fiunt, non habent donationem.  
6 Denique Pegasus putabat, si tibi centum spondero hac conditione, si iurasses te nomen f. 204'  
meum laturum, non esse donationem, quia ob rem facta est<sup>3</sup>, res secuta est. 40
- 20 MARCELLUS libro uicensimo secundo digestorum. Si patronus ex debita parte [B. 47, 1, 19] *E*  
heres instituat et libertus fidei eius commisit, ut quid daret, et hoc stipulanti fidei-  
commissario promiserit, non erit cogendus soluere, ne pars ex legibus uerecundiae patro-  
nali debita minuatur. De illo dubitari potest, qui, quod per Falcidiam retinere poterat,

F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> nisi] retro infirmantur enim, si (u. p. 410 ad u. 33)?    <sup>2</sup> ut del.    <sup>3</sup> est] et?

1 ontolini F (em. f) 5 liuertis F<sup>1</sup> | donas-  
sae F | interp'etatione F<sup>2</sup> 11 existimare  
refet F 19 donatio] donationi conditio X<sup>o</sup>ZC |  
al'i ter F<sup>1</sup> 15 po's test F<sup>2</sup> 17 qui a'nquen-  
nium F<sup>1</sup> 18 donationis's F<sup>2</sup> 21 fecero's et  
F<sup>2</sup> | sic mihi euinc. F<sup>2</sup>: και τότε εκδικηθη παρ'

εμογ BS 22 posse me] possem F<sup>2</sup> 25 ob  
causam F<sup>1</sup> 26 republicae (u in litura) F |  
plliceatur F 30 seio] seto F<sup>2</sup> | donat'um F<sup>2</sup>  
31 mortuus F 34 donar'a'e F<sup>2</sup> | uolebam F<sup>2</sup>  
39 condidione F<sup>1</sup> | si i'urasses F<sup>2</sup> 40 res  
s'ecuta F<sup>2</sup> 41 di'gestorum F<sup>2</sup> 44 potes't' F<sup>2</sup>

uoluntatem testatoris secutus spondit se daturum: sed magis est, ut non possit confessioni obuiare. quemadmodum enim, si soluisset, fidem testatori suo adimplere uidebatur et nulla ei repetitio concessa fuerat, ita et stipulatione procedente contra fidem testatoris, quam agnouit, uenienti ei merito occurreretur.

- 21 CELSUS libro uicensimo octauo digestorum. Ut mihi donares, creditori meo B. 47, 1, 20 delegante me promisisti: factum ualet, ille enim suum recepit. Sed si debitorem meum tibi donationis immodicae causa promittere iussi, an summoneris donationis exceptione necne, tractabitur. et meus quidem debitor exceptione te agentem repellere non potest, quia perinde sum, quasi exactam a debitore meo summam tibi donauerim et tu illam ei credideris. sed ego, si quidem pecuniae a debitore meo nondum solutae sint, habeo aduersus debitorem meum rescissoriam in id, quod supra legis modum tibi promisit ita, ut in reliquum tantummodo tibi maneat obligatus: sin autem pecunias a debitore meo exegisti, in hoc, quod modum legis excedit, habeo contra te conditionem.
- 22 MODESTINUS libro octauo differentiarum. Eum, qui donationis causa pecuniam uel quid aliud promisit, de mora solutionis pecuniae usuras non debere, summae aequitatis est, maxime cum in bonae fidei contractibus donationis species non deputetur.
- 23 IDEM libro quinto decimo responsorum. Modestinus respondit creditorem futuri temporis usuras et remittere et minuere pacto posse nec in ea donatione ex summa quantitatis aliquid uitii incurrere. Modestinus respondit mente captum donare non posse.
- 24 IAUOLENUS libro quarto decimo ex Cassio. Fideiussori eius, qui donationis causa pecuniam supra modum legis promisit, exceptio dari debet etiam inuito reo, ne, si forte reus soluendo non fuerit, pecuniam fideiussor amittat.
- 25 IDEM libro sexto epistularum. Si tibi dederim rem, ut Titio meo nomine donares, et tu tuo nomine eam ei dederis, an factam eius putas? respondit, si rem tibi dederim, ut Titio meo nomine donares eamque tu tuo nomine ei dederis, quantum ad iuris subtilitatem accipientis facta non est et tu furti obligaris: sed benignius est, si agam contra eum qui rem accepit, exceptione doli mali me summoneri.
- 26 POMONIUS libro quarto ad Quintum Mucium. Nuda ratio non facit aliquem debitorem: ut puta quod donare libero homini uolumus licet referamus rationes nostras debere nos, tamen nulla donatio intellegitur.
- 27 PAPINIANUS libro uicensimo nono || quaestionum. Aquilius Regulus iuuenis ad Nicostratum rhetorem ita scripsit: 'quoniam et cum patre meo semper fuisti et me eloquentia et diligentia tua meliorem reddidisti, dono et permitto tibi habitare in illo cenaculo eoque uti'. defuncto Regulo controuersiam habitationis patiebatur Nicostratus et cum de ea re mecum contulisset, dixi posse defendi non meram donationem esse, uerum officium magistri quadam mercede remuneratum Regulum ideoque non uideri donationem sequentis temporis irritam esse. quod si expulsus Nicostratus ueniat ad iudicem, ad exemplum interdicti, quod fructuario proponitur, defendendus erit quasi loco possessoris constitutus, qui usum cenaculi accepit.
- 28 IDEM libro tertio responsorum. Hereditatem pater sibi relictam filiae sui iuris effectae donauit: creditoribus hereditariis filia satisfacere debet, uel, si hoc minime faciat et creditores contra patrem ueniant, cogendam eam per actionem praescriptis uerbis patrem aduersus eos defendere.

F(XYZQMOC)

3 stipulat'ione procedente F<sup>2</sup>: ἐνερωτώμενος  
BS 5 cellus F | donaros F<sup>2</sup> 6 delegante  
m'e' F<sup>2</sup> 8 e'm'ceptione F<sup>2</sup> 11 legis T  
modum F<sup>2</sup> 12 tantummodo F<sup>2</sup> | debitore F<sup>2</sup>  
13 legis degis F<sup>2</sup> 16 specie'n's F<sup>2</sup> 17 mo-  
destinus F<sup>2</sup> 19 uitii' F<sup>2</sup> | 'respondit F<sup>2</sup>  
26 ad i'uris F<sup>2</sup> 27 obligaris] X<sup>2</sup>YQMOC,  
obligeres F<sup>2</sup>, obligeris F<sup>2</sup>X<sup>2</sup>, obligacionis O<sup>2</sup>

28 mali] male F<sup>2</sup> 32 iu'e'uenis F<sup>2</sup> 33 rhe-  
torem] F, praetorem XYZQMOC | ita s' scrip-  
sit F<sup>2</sup> | e't' me F<sup>2</sup> 34 tibi in spatio duarum  
litterarum capace uacuo relicto a F<sup>2</sup> suppl. F<sup>2</sup>  
36 dixi posse defendi] FO, dici posse respondi  
XY (superscr. defendi) ZM, dixi posse defendi  
respondi QC 37 quadam mercedem F<sup>2</sup>  
38 nocostratus F<sup>2</sup> 43 prescriptis F

in libro decimo responsorum. Donari uidetur, quod nullo [cf. D. 50, 17, 82. B. 47, 1, 28] <sup>P</sup>  
 ingente conceditur. Quidam in iure interrogatus nihil sibi debere tutoris heredes (D)  
 dit. eum actionem iure<sup>1</sup> amisisse respondi: licet enim non transactionem, sed dona-  
 haec uerba esse quis accipiat, attamen eum, qui in iure confessus est, suam con-  
 em infirmare non posse. Donationem quidem partis bonorum proximae cognatae <sup>5</sup>  
 s nullam fuisse constabat: uerum ei, qui donauit ac postea iure praetorio successit,  
 m aduersus bonos mores et ius gentium festinasset, actiones hereditarias in totum  
 ndas respondit:

SCIANUS libro singulari de delatoribus. nam ei ut indigno aufertur [B. 47, 1, 29] <sup>\*S</sup>  
 as. <sup>10</sup>

PIANUS libro duodecimo responsorum. Donationes in concu- [Uat. 258 b. B. 47, 1, 30] <sup>P</sup>  
 collatas non posse renocari conuenit nec, si matrimonium inter eosdem postea fuerit  
 tum, ad irritum recidere quod ante iure ualuit. an autem maritalis honor et affectio  
 praecesserit, <sup>2</sup>personis comparatis, uitae coniunctione considerata perpendendum  
 spondi: neque enim tabulas facere matrimonium. Species extra dotem [Uat. 254] <sup>15</sup>  
 re filiae nomine uiro<sup>3</sup> traditas filiae quae praesens fuit donatas et ab ea uiro  
 s uideri respondi nec matrem offensam repetitionem habere uel eas recte uindicare,  
 uir canisset extra dotem usibus puellae sibi traditas, cum ea significatione non mo-  
 tionis declaratur nec ab usu proprietatis separetur, sed peculium a dote puellae  
 ueretur. iudicem tamen aestimaturum, si mater iure contra filiam offensa [Uat.] <sup>20</sup>  
 uocare uelit, et uerecundiae maternae congruam bonique uiri arbitrio competentem  
 ententiam. Pater, qui filiae, quam habuit in potestate, mancipia donauit et [Uat. 255]  
 m emancipatae non ademit, <sup>4</sup>ex post facto donationem uidebatur perfecisse. Eius-  
 ege deposita in aede arca, ut eam ipse solus qui deposuit tolleret aut post [Uat. 257]  
 a domini Aelius Speratus, non uideri celebratam<sup>5</sup> donationem respondi. Ratae [Uat.] <sup>25</sup>  
 nes esse non possunt post crimen perduellionis contractum, || cum heredem quoque f. 205'  
 etsi nondum postulatus uita decesserit.

SCAUIOLA libro quinto responsorum. Lucius Titius epistulam talem misit: [B. 47, 1, 31] <sup>P</sup>  
 salutem. hospitio illo quamdiu uolueris utaris superioribus diebus omnibus gratuito,  
 te ex uoluntate mea facere hac epistula notum tibi facio: quaero an heredes eius <sup>30</sup>  
 ione eum prohibere possunt. respondit secundum ea, quae proponerentur, heredes  
 esse mutare uoluntatem.

ROMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. Qui id, quod ex [B. 47, 1, 32. Ep. 19, 18] <sup>P</sup>  
 donationis stipulanti spoponderat, solui constituit, actione constitutae pecuniae non  
 lum, sed in quantum facere potest conuenitur: causam enim et originem con- [Ep.] <sup>35</sup>  
 pecuniae, non iudicii potestatem praeualere placuit. sed et condemnatus ex causa  
 nis in actione iudicati non frustra desiderat in quantum facere potest conueniri.  
 e donationis causa pecunia Titio numerata, ut statim donatori mutuo detur, non  
 tur domini translatio: ac propterea isdem nummis donatori creditis nouum domi-  
 ZQMOC)

idem Graeci (νομίμως BS Cyr.): tutelae? <sup>2</sup> litteras c. XX hic desiderari colligitur ex  
 . <sup>3</sup> [uiro filiae nomine Uat. <sup>4</sup> .....cipationis .p(?)ta deces.....  
 t. <sup>5</sup> perfectam Uat.

decimo F<sup>2</sup>, nono l. gem. | donare (sic) ...  
 editur suppl. F<sup>2</sup> uertuntque Graeci: om.  
 Y<sup>2</sup>ZQO<sup>2</sup>C<sup>2</sup>, adsumt, sed ut legi praecedere  
 haereant et in fine addatur Pis., in M,  
 etea adiecta in X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>O<sup>2</sup>C<sup>2</sup> 3 licet] ticet  
 d] ded F<sup>2</sup> 6 uidentis F<sup>2</sup> 13 re'c'ci-  
<sup>2</sup> | affecti'o' F<sup>2</sup> 14 coniunctione] Uat.,  
 ctione F 17 uin'dicare F<sup>2</sup> 21 mater-  
 F<sup>2</sup> | aruitrio F<sup>2</sup> 23 emancipata'e F<sup>2</sup>  
 osita in aede arca] Uat., depositam in  
 ca F, deposita mille de arca XYZMOC,

deposita minime de archa Q | solus qui] F, qui  
 solus Uat. 25 ratae] perfecte XYZQMOC  
 26 in imo f. 205 adnotauit f(m. s. XV) tr. c. III  
 28 scauiola F | titius] tius F 29 quamdiu  
 uolueris] ἕως ὅτε βούλει BS, ἐφ' ὅσον βούλει B  
 31 habitatione 'eu'm F<sup>2</sup>: εἰ δύνανται οἱ κλη-  
 ρονόμοι ... κωλύσαι τὸν τὴν ἐπιστολὴν δεξι-  
 μένον κερῆσθαι ταύτη BS 34 constituta'e F<sup>2</sup>  
 36 praeualerae F 38 pecunia'i F<sup>2</sup> | nume-  
 ra'uta F<sup>2</sup>

- 2 3 nium in his quaeritur. Mutus et surdus donare non prohibentur. Si, cum Primus tibi donare uellet et tu donandi Secundo uoluntatem haberes, Primus Secundo ex uoluntate tua stipulanti promiserit, perficitur donatio et, quia nihil Primus Secundo, a quo conuenitur, donauit, et<sup>1</sup> quidem in solidum, non in id quod facere potest condemnatur. idque custoditur et si delegante eo, qui donationem erat accepturus, creditori eius donator promiserit: et hoc enim casu creditor suum negotium gerit.
- 34 PAULUS libro quinto sententiarum. Si pater emancipati filii nomine dona- [B. 47, 1, 3] F= tionis animo pecuniam faenerauit eamque filius stipulatus est, ipso iure perfectam donationem ambigi non potest. Si quis aliquem a latrunculis uel hostibus eripuit [Paul. 5, 11, 6] et aliquid pro eo ab ipso accipiat, haec donatio inreuocabilis est: non merces eximii laboris<sup>1</sup> appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo aestimari non placuit<sup>2</sup>.
- 35 SCAEUOLA libro trigensimo primo digestorum. Ad eum, quem manumiserat, [B. 47, 1, 3] F= epistolam misit in haec uerba: Titius Sticho liberto suo salutem. cum te manumiserim, peculium quoque tuum omne, quidquid habes tam in nominibus quam in rebus mouentibus siue in numerato, me tibi concedere hac epistula manu mea scripta notum tibi facio'. eundem libertum testamento ex beasse scripsit heredem, Sempronium ex triente: nec peculium Sticho legauit nec actiones praestari iussit. quaesitum est, utrum in assem Sticho actio detur eorundem nominum, quae in peculio habuit, an utrisque heredibus pro portionibus hereditariis. respondit secundum ea quae proponerentur utrisque heredibus pro hereditariis portionibus competere. Lucius Titius fundum Maeuiae donauit et ante traditionem<sup>2</sup> eundem fundum post dies paucos Seio pignori obligauit et intra dies triginta Maeuiam in uacua possessionem eiusdem fundi induxit: quaero, an donatio perfecta sit. respondit secundum ea quae proponerentur perfectam: uerum creditorem fir[m]am pignoris obligationem habere. Auia sub nomine Labeonis nepotis sui mutua pecuniam dedit, et usuras semper cepit et instrumenta debitorum a Labeone recepit, quae in hereditate eius inuenta sunt: quaero, an donatio perfecta esse uideatur. respondit, cum debitor Labeoni obligatus est, perfectam donationem esse.

## VI.

## R DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS ET CAPIONIBUS R

- 1 MARCIANUS libro nono institutionum. Mortis causa donatio est, [Inst. 2, 7, 1 fin. B. 47, 3, 1] cum quis habere se uult quam eum cui donat magisque eum cui donat quam heredem<sup>1</sup> suum. Sic et apud Homerum Telemachus donat Piraeo<sup>4</sup>.
- F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> et] ei?    <sup>2</sup> Ei, qui aliquem a latrunculis uel hostibus eripuit, in infinitum donare non prohibetur (si tamen donatio et non merces eximii laboris appellanda est), quia contemplationem salutis certo modo aestimari non placuit Paulus    <sup>3</sup> ante traditionem del. <sup>4</sup> Odyss. 17, 78 sq.: Πειραί, οὐ γάρ ἴδμεν ὅπως ἔσται τὰδε ἔργα. εἴ κεν ἐμὲ μνηστήρες ἄγχινορες

1 qu'a'eritur F<sup>1</sup> | prohibentur] F<sup>1</sup> cum B: δωροῦνται, prohibetur F<sup>2</sup> 7 nomine] m in sp. uacuo om. F 8 est] XYZMOC, et F 9 si quis seq.] pristinam loci formam seruauit breuiarium, cuius compilatores uere dedisse contemplationem, non contemplatione (quod habent et alii libri et Monacensis) declarat interpretatio: quia uitae praemium nulla potest aestimatione pretii pensari. Iustiniani autem formam illam perturbauerunt sublata donationis finalae commemoratione, ut quae sequuntur iam non habeant quo referantur: quod cum Byzantii auctores posteriores intellesissent, ex non fecerunt nam (nimirum F<sup>2</sup> et interpret uertens sic: εἰ γάρ μισθός ἐστιν ὑπὲρ τοῦ καμάρου τοῦ ῥυσαθαί ἀγτόν, ὁμῶς προσέχοντες τῷ περιωθῆναι τὸν ῥυσθέντα — itaque contemplatione

legerunt Graeci, non contemplationem — οὐχ ὀρίζομεν ῥητῇ ποσότητι τὸν μισθόν) et cum Paulus hoc dixisset quod sic daretur, non mercedem esse, sed donationem certo modo non aestimandam, ipsi substituerunt donationem uideri ob remunerationem factam (cf. schol. ad B. 47, 1, 6) 10 pro 'heo F<sup>1</sup> | ha'e donatio F<sup>2</sup> | non merces] F<sup>1</sup>, nam merces F<sup>2</sup>, merces enim XYZ MOC, merces Q: cf. supra ad u. 9 12 primo om. F<sup>1</sup> 13 salutum F<sup>2</sup> 20 comptetere F 21 fundum] modum F<sup>1</sup> | post] posset F<sup>2</sup> 29 et capionibus om. ind. F nec uerterunt Graeci 30 marcians F | post institutionum quae leguntur p. 415, 1: iulianus ... 3 metu conterrit scripsit F<sup>2</sup>, del. F<sup>2</sup> 31 se uult quam] magis ins. ante quam XYZQC, ante se uult MO 32 riraeo F<sup>1</sup>

IANUS libro trigensimo secundo ad Sabinum. Iulianus libro septimo de- B. 47, 3, 2 S\*  
gestorum tres esse species mortis causa donationum ait, unam, cum quis nullo  
tis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortalitatis donat. aliam esse spe-  
ortis causa donationum ait, cum quis imminente periculo commotus ita donat, ut  
fiat accipientis. tertium genus esse donationis ait, si quis periculo motus non sic  
statim faciat accipientis, sed tunc demum, cum mors fuerit insecuta.

LUS libro septimo ad Sabinum. Mortis causa donare licet non tantum B. 47, 3, 3 S\*  
naletudinis causa, sed periculi etiam propinquae mortis uel ab hoste uel a prae-  
uel ab hominis potentis crudelitate aut odio aut nauigationis inuendae: 9

US libro primo rerum cottidianarum siue aureorum. aut per insidiosa B. 47, 3, 4 S\*  
rus

IANUS libro secundo institutionum. aut aetate fessus: B. 47, 3, 5 S\*

LUS libro septimo ad Sabinum. haec enim omnia instans periculum de- B. 47, 3, 6 S\*  
unt. 14

IANUS libro trigensimo secundo ad Sabinum. Si aliquis mortis causa B. 47, 3, 7 S\*  
rit et poena fuerit capitis affectus, remouetur donatio ut imperfecta, quamuis ceterae  
nes sine suspitione poenae factae ualeant.

ε libro septimo ad Sabinum. Qui pretio accepto hereditatem praeter- B. 47, 3, 8 S  
siue ad substitutum peruentura sit hereditas, siue ab eo<sup>1</sup> ab intestato successurum,  
causa capere uidetur: nam quidquid propter alicuius mortem obuenerit, mortis causa 20  
quam sententiam et Iulianus probat et hoc iure utimur. nam et quod a statu-  
ondicionis implendae causa capitur uel a legatario, mortis causa accipitur: et quod  
edit propter mortem filii uel<sup>2</sup> cognati, mortis causa capi Iulianus scripsit. Denique  
osse donari ait, ut, si conualuerit, recipiatur. 24

LUS libro tertio ad Sabinum. Omnibus mortis causa capere permittitur, B. 47, 3, 9 S  
icoet et legata accipere possunt.

IANUS libro nicensimo quarto ad Sabinum. Ei, cui mortis causa dona- B. 47, 3, 10 S  
t, posse substitui constat in hunc modum, ut promittat alicui, si ipse capere non  
uel sub alia condicione. 29

ε libro trigensimo tertio ad Sabinum. Mortis causa filii sui<sup>3</sup> pater B. 47, 3, 11 S f. 206'  
gnare poterit etiam constante matrimonio filii.

ε libro quadragensimo quarto ad Sabinum. Si mulier, uentris nomine B. 47, 3, 12 S

QMOZ)

δοικιν ἀλλορη κτεινάντες πατρώια πάντα δάσκονται, αὐτὸν ἔχοντά σε βοῶλον ἐπαγρῆμεν ἢ  
μαε· εἰ δὲ κ' ἐγὼ τοῦτοισι φόνον καὶ κήρα φυτεύσω, δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς  
χαίρων <sup>1</sup> ab eo siue (Hal.)? <sup>2</sup> cognatus propter mortem ins. (εἰ δὲ καὶ πατῆρ  
γῆνη γιοῦ ἢ συγγενῆς διὰ τελευτῆς συγγενοῦς δωρήσεται BS) <sup>3</sup> sui] nurui (u. i.)?

[e'mo F<sup>2</sup> 2 species] species utroque  
: ad p. 414, 30) F<sup>2</sup>, species (sic) F<sup>2</sup>  
2 F<sup>2</sup> 5 motus] mortis XYZMOZ, om.  
2 Q: τῷ παρόντι κινδύνῳ παραττόμενος  
r.), διὰ κινδύνον B (Anon.) 8 ual'a'e-  
F<sup>2</sup> | ab hoste] ab hoste F 9 ineun-  
10 in'si'diosa F<sup>2</sup> 12 fessus] F,  
12 X'YZOC, confectus uel confessus  
inter alia X<sup>o</sup> 15 ulpianus] ἴδεμ B  
ue'a'tur F<sup>2</sup> | quamuis' F<sup>2</sup> 17 suspi-  
19 siue ab eo ab intestato suc-  
] siue ab intestato successurum Z<sup>o</sup>,  
intestato successurum XYZ'MOC  
tur] pitor F: εἰ τι γάρ διὰ τῆς ἐτέρογ  
: συμβῆ ἡμᾶς κερᾶμαι (= nam quid-  
ppter alicuius mortem obuenerit), εἰ μήτε  
μία μήτε ἀηγάτον ἢ φιλεικομμίσσον ἔστι  
ec hereditas est nec legatum nec fidei-

commissum), τοῦτο μὀρτις καῖσα καπῖων κα-  
λεῖται (= mortis causa capitur) ὡς Ἰουλιανὸς  
εἶπε (= quam sententiam et Iulianus probat)  
BS h. l. et ad B. 41, 1, 1 sch. 10. media nisi  
necessaria, certe commoda utrum exciderint ex  
libro Florentino an interpres addiderit ad h. t.  
l. 31 pr., ambiguum est 23 eo'ngnati F<sup>2</sup>  
25 mortis om. F<sup>2</sup> 27 causa'a' F<sup>2</sup> 30 ad sa-  
binum om. F<sup>2</sup> | mortis causa seq.] διὰ θάνατον  
τοῦ γιοῦ μοῦ καλῶς δωροῦμαι θανάτου αἰτία  
καὶ συνεστώτος τοῦ γάμου αὐτῶν B (Anon.),  
unde quod addit interpretatio in scholia relata  
oῦ μόνον ἐξωτικῶ τινι, ἀλλὰ καὶ τῇ νύμφῃ  
αὐτοῦ, τοῦτέστι τῇ γαμετῇ τοῦ γιοῦ uidetur sup-  
plementum esse et hanc oratio non librariorum  
culpa, sed ipsorum compilatorum, qui quas le-  
guntur h. l. et D. 24, 1, 32, 16 incute breuiarint

per calumniam ut in possessionem mitti desideret, pecuniam accepit, forte dum substituto patrocinatur, ut institutum aliqua ratione excludat, mortis causa eam capere Iulianus saepius scribit.

- 13 IULIANUS libro septimo decimo digestorum. Si alienam rem mortis causa [B. 47, 3, 13] S donauero eaque usucapta fuerit, uerus dominus eam condicere non potest, sed ego, si 5  
1 conualuero. MARCELLUS notat: in mortis causa donationibus etiam facti [Paul. (?) L. 35 § 4 h. t.] quæstiones sunt. nam et sic potest donari, ut omnimodo ex ea ualetudine donatore mortuo res non reddatur: et ut reddatur, etiamsi prior ex eadem ualetudine donator decesserit, si tamen mutata uoluntate restitui sibi uoluerit. sed et sic donari potest, ut non aliter reddatur, quam si prior ille qui acceperit<sup>1</sup> decesserit. sic quoque potest donari mortis 10 causa, ut nullo casu sit eius<sup>2</sup> repetitio, id est nec<sup>3</sup> si conualuerit quidem donator<sup>4</sup>.
- 14 IULIANUS libro octauo decimo digestorum. Si mortis causa donatus fundus [B. 47, 3, 14] S est et in eum impensae necessariae atque utiles factae sint, fundum uindicantes doli mali exceptione summouentur, nisi pretium earum restituant. 14
- 15 IDEM libro uicensimo septimo digestorum. MARCELLUS notat: cum testamento [B. 47, 3, 15] S relinquendi, cui uelint, adepti sint filii familias milites liberam facultatem, credi potest ea etiam remissa, quae donationes mortis causa fieri prohibent. PAULUS notat: hoc et constitutum est et ad exemplum legatorum mortis causa donationes renocatae sunt.
- 16 IDEM libro nicensimo nono digestorum. Mortis causa donatio etiam dum [B. 47, 3, 16] S pendet, an conualescere possit donator, renocari potest. 20
- 17 IDEM libro quadragesimo septimo digestorum. Etsi debitor consilium cre- [B. 47, 3, 17] S ditorum fraudandorum non habuisset, auelli res mortis causa ab eo donata debet. nam cum legata ex testamento eius, qui soluendo non fuit, omnimodo inutilia sint, possunt uideri etiam donationes mortis causa factae rescindi debere, quia legatorum instar optinent. 24
- 18 IDEM libro sexagesimo digestorum. Mortis causa capimus non tunc solum, [B. 47, 3, 18] S cum quis suae mortis causa nobis donat, sed et si propter alterius mortem id faciat: ueluti si quis filio uel fratre suo moriente<sup>5</sup> donet Maeuio ea condicione, ut, si conualuerit 1 alteruter eorum, reddatur sibi res, si decesserit, maneat apud Maenium. Si [Gai. l. 81 § 3 h. t.] donaturus mihi mortis causa debitorem tuum creditori meo delegaueris, omnimodo capere 30 uidebor tantam pecuniam, quanta a creditore meo liberatus fuero. quod si ab eodem ego 30 stipulatus fuero, eatenus capere existimandus ero, quatenus debitor soluendo fuerit: nam et si conualuisset creditor idemque donator, condicione aut in factum actione debitoris 2 obligationem dumtaxat reciperet. Titia chirographa debitorum suorum [Ulp. D. 34, 3, 3, 2] Septicii et Maenii donata illis Ageriae dedit et rogauit eam, ut ea, si decessisset, illis daret, si conualuisset, sibi redderet: morte secuta Maenia Titiae filia heres extitit: Ageria 35 autem, ut rogata erat, chirographa Septicio et Maeuio supra scriptis dedit. quaeritur, si Maeuia heres summam, quae debebatur ex chirographis supra scriptis, petat uel ipsa chiro- 4 grapha, an exceptione excludi possit? respondit Maeuiam uel pacti conuenti uel doli mali 3 exceptione summoueri posse. Qui hominem noxae nomine uel alias obligatum mortis [Ulp.] causa acceperit, tantum cepisse intellegendus est, quanti is homo uenire potuisset. idem 40 in fundo qui obligatus est obseruari poterit, ut pretium excutiatur.
- 19 IDEM libro octogesimo digestorum. Si filio familias res mortis causa data [B. 47, 3, 19] S fuerit et conualuisset<sup>6</sup>, donator actionem de peculio cum patre habet: at si pater familias, cum mortis causa donationem accepisset, in adoptionem se dederit, res ipsa a donatore F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> accepit l. gem. <sup>2</sup> eius om. l. gem. <sup>3</sup> ne l. gem. <sup>4</sup> id est nec si conualuerit quidem donator non sunt Marcelli (cf. u. 7 ut omnimodo seq.: cur adiecta sint, ostendit l. 27 h. t.)  
<sup>5</sup> idem Graeci (γιοῦ ... μέλλοντος τελεγῶν BS): aegrotante? <sup>6</sup> donator ins.

1 desideres F<sup>o</sup> 8 ut] tntd F<sup>o</sup> 9 tamen] XYZQMOC cum l. gem., tam F<sup>o</sup> 13 impensam F<sup>o</sup> 14 exceptioni F<sup>o</sup> 15 cum] eum F<sup>o</sup> 16 reli'n'quendi F<sup>o</sup> 17 donationis F<sup>o</sup> 18 et] ad F<sup>o</sup> 19 idem] F<sup>o</sup> cum B, iulianus F<sup>o</sup>

22 abuisset F<sup>o</sup> 24 martis F<sup>o</sup> 28 reddatur F<sup>o</sup> | maneat e'apud meauium F<sup>o</sup> 32 conualuisset F<sup>o</sup> | condicione F: ἀλά τοῦ κοτ-δικτικίου BS 39 martis F<sup>o</sup>

repetitur. nec huic similis est is, qui rem, quam mortis causa acceperat, [Ulp. l. 37 § 1 h. t. alii porro dedit: nam donator huic non rem, sed pretium eius condiceret.

- 20 IDEM libro primo ad Urseium Ferozem. Ei, qui non amplius parte capere [B. 47, 3, 20] S poterat, legatus est fundus, si decem dedisset heredi: non totam summam is dare debet, ut partem fundi haberet, sed partem dumtaxat pro rata, qua legatum consequitur. 6
- 21 IDEM libro secundo ad Urseium Ferozem. Eum, qui ut adiret hereditatem [B. 47, 3, 21] S pecuniam accepisset, plerique, in quibus Priscus quoque, responderunt mortis causa eum<sup>1</sup> capere.
- 22 AFRICANUS libro primo quaestionum. In mortis causa donationibus non tem- [B. 47, 3, 22] S pus donationis, sed mortis intuendum est, an quis capere possit. 10
- 23 IDEM libro secundo quaestionum. Si filio familias mortis causa donatum [B. 47, 3, 23] S sit et uino donatore moriatur filius, pater uiuat, quaesitum est, quid iuris sit. respondit morte filii conditionem competere, si modo ipsi potius filio quam patri donaturus dedit: alioquin, si quasi ministerio eius pater usus sit, ipsius patris mortem spectandam esse. idque iuris fore et si de persona serui quaeratur. 15
- 24 IDEM libro nono quaestionum. Quod debitori acceptum factum esset mortis [B. 47, 3, 24] S causa, si conualuerit donator, etiam tempore liberato ei potest condici: namque acceptilatione interueniente abutum ab iure pristinae obligationis eamque in huius<sup>2</sup> conditionis transfusam. 19
- 25 MARCIANUS libro nono institutionum. Tam is qui testamentum facit quam [B. 47, 3, 25] S 1 qui non facit mortis causa donare potest. Filius familias, qui non potest facere testamentum nec uoluntate patris, tamen mortis causa donare patre permittente potest.
- 26 IDEM libro secundo regularum. Si qui inuicem sibi mortis causa donauerunt [B. 47, 3, 26] S pariter decesserunt, neutrius heres repetet, quia neuter alteri superuixit. idem iuris est, si pariter maritus et uxor sibi donauerunt<sup>3</sup>. 26
- 27 IDEM libro quinto regularum. Ubi ita donatur mortis causa, ut nullo casu [B. 47, 3, 27] S reuocetur, causa donandi magis<sup>4</sup> est quam mortis causa donatio: et ideo perinde haberi debet atque alia quaeuis inter uiuos donatio. ideoque inter uiros et uxores non ualet et ideo nec Falcidia locum habet quasi in mortis causa donatione. 29
- 28 MARCELLUS libro singulari responsorum. Auunculo suo debitori mortis causa [B. 47, 3, 28] S donaturus quae debebat ita scripsit tabulae uel chirographum tot ubicumque sunt, inanes esse<sup>5</sup> neque eum soluere debere: quaero, an heredes, si pecuniam ab auunculo defuncti f. 20<sup>7</sup> petant, exceptione doli mali tueri se possint<sup>6</sup>. Marcellus respondit posse: nimirum enim contra uoluntatem defuncti heres petit ab eo. 34
- 29 ULPIANUS libro septimo decimo ad edictum. Si mortis causa res donata [B. 47, 3, 29] E est et conualuit qui donauit, uidendum, an habeat in rem actionem. et si quidem quis sic donauit, ut, si mors contigisset, tunc haberet cui donatum est, sine dubio donator poterit rem uindicare: mortuo eo tunc is cui donatum est. si uero sic, ut iam nunc haberet, redderet, si conualuisset uel de proelio uel peregre redisset, potest defendi in rem competere

F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> eam? <sup>2</sup> ius (u. i.)? <sup>3</sup> sibi donauerunt del. <sup>4</sup> mors ins. (cf. l. 42 fin. h. t.) <sup>5</sup> tabulae uel chirographum sunt ubicumque sunt inanes? <sup>6</sup> an, si heredes pecuniam ... petant, ... tueri se possit (u. i.)?

1 h'uc F<sup>2</sup> | martis F<sup>o</sup> 3 ei] si F<sup>1</sup> 9 non] anon F<sup>2</sup> 12 sit et] s't it et F<sup>2</sup> 13 ipsi] sic secundum BS: ΜΟΝΟΝ ΕΙ ΑΥΤΩ ΤΩ ΥΙΩ ΗΘΥΛΕΤΟ ΔΩΡΗΘΕΝΤΑΙ, ipse F<sup>2</sup> 15 rersona F<sup>o</sup> 17 tempore F<sup>o</sup> | namqu'a'e F<sup>2</sup> 18 interuenienti F<sup>2</sup> | a'm bitum F<sup>2</sup> | in huius] FX<sup>2</sup>Y<sup>o</sup>M, in ius X<sup>o</sup>Y<sup>2</sup>ZO<sup>2</sup>C, iuris in ius O<sup>o</sup> 21 potest F<sup>2</sup> 23 qui i'nuicem F<sup>2</sup> 24 neut'i'rius F<sup>2</sup> | repetet] rereitet F<sup>2</sup> | quia om. F<sup>2</sup> | alteri'um' superuixit F<sup>2</sup> 25 uxor i' F<sup>2</sup> 28 uiros] uiros F<sup>2</sup> 30 bebitori F<sup>2</sup> 31 debebat] de-

babn F<sup>o</sup> | ita scripsit seq.] οὕτως ἔγραψε: τὰς πύχας καὶ τὰ χειρόγραφα τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ μου γεγενημένα, ὁποῦδήποτε ἂν εὐρεθῆ, μάλιστα εἶναι βούλομαι καὶ μὴ ἀναγκάζεσθαι τὸν θεῖόν μου καταβάλλειν BS | tabulae] FXYMOC, labule Z<sup>o</sup>, tabulas Z<sup>1</sup> | tot om. XYMOC 32 pecuniam 'ab a'uunculo F<sup>2</sup> 33 possint] F<sup>2</sup>Z<sup>o</sup>, possint F<sup>2</sup>, possit XYZ<sup>2</sup>QMOC: ἐκβάλλονται (οἱ κληρονόμοι) λόγῳ παραγραφῆ BS 36 et 'si' quidem F<sup>2</sup> 39 conueluisset F<sup>2</sup>



donatori, si quid horum contigisset, interim autem ei cui donatum est. sed et si morte praeventus sit is cui donatum est, adhuc quis dabit in rem donatori.

- 30 IDEM libro vicensimo primo ad edictum. Qui mortis causa donavit, ipse ex B. 47, 3, 30 E  
paenitentia conditionem vel utilem actionem habet. 4
- 31 GAIUS libro octavo ad edictum provinciale. Mortis causa capitur, cum propter B. 47, 3, 31 E  
mortem alicuius capiendi occasio obuenit, exceptis his capiendi figuris quae proprio nomine appellantur. certe enim et qui hereditario aut legati aut fideicommissi iure capit, ex morte alterius nanciscitur capiendi occasionem, sed quia proprio nomine hae species  
1 capiendi appellantur, ideo ab hac definitione separantur. Iuliano placet, licet soluendo  
2 non sit debitor, cui acceptum latum sit, uideri ei mortis causa donatum. Sine donatione 1-  
autem <sup>1</sup> capitur ueluti pecunia, quam statuliber aut legatarius alicui condicionis implendae gratia numerat, siue extraneus sit qui accepit siue heres. eodem numero est pecunia, quam quis in hoc accipit, ut vel adeat hereditatem vel non adeat, quique in hoc accipit pecuniam, ut legatum omittat. sed et dos, quam quis in mortem mulieris a marito stipulatur, capitur sane mortis causa: cuius generis dotes recepticiae uocantur. rursus id, quod  
mortis causa donatur, aut in periculum mortis datur aut cogitationem <sup>2</sup> mortalitatis, quod  
3 nos quandoque morituros intellegimus. Si iusseris mortis causa <sup>3</sup> debitorem tuum mihi aut creditori meo expromittere decem, quid iuris esset quaeritur, si iste debitor soluendo non sit. et ait Iulianus, si ego stipulatus fuerim, tantam pecuniam uideri Iul. l. 18 § 1 h. t.  
me cepisse, in quantum debitor soluendo fuisset: nam et si conualuisset, inquit, donator, obligationem dumtaxat debitoris recipere deberet. si uero creditor meus stipulatus fuerit, tantam uideri me pecuniam accepisse, in quantum a creditore meo liberatus essem. Iul.  
4 Per accepti quoque lationem egens debitor liberatus totam eam pecuniam, qua liberatus est, cepisse uidetur.
- 32 ULPIANUS libro septuagensimo sexto ad edictum. Non uidetur perfecta donatio mortis causa facta, antequam mors insequatur. B. 47, 3, 32
- 33 PAULUS libro quarto ad Plautium. Qui alienam rem mortis causa traditam B. 47, 3, 33  
usucepit, non ab eo uideretur cepisse, cuius res fuisset, sed ab eo, qui occasionem usucapionis praestitisset. 1
- 34 MARCELLUS libro vicensimo octavo digestorum. Mortis causa donatio etiam B. 47, 3, 34 A  
sic constitui potest, ut quid <sup>4</sup> stipuletur in annos singulos quoad uineret, scilicet ut post mortem promissoris incipiat exactio.
- 35 PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. Senatus censuit placere B. 47, 3, 35 E  
mortis causa donationes factas in eos, quos lex prohibet capere, in eadem causa haberi, 1. 20  
in qua essent, quae testamento his legata essent, quibus capere per legem non liceret. 35  
ex hoc senatus consulto multae uariaeque quaestiones agitantur, de quibus pauca referamus.
- 1 <sup>2</sup>Donatio dicta est a dono quasi dono datum, rapta <sup>6</sup> a Graeco: nam hi dicunt δῶρον καὶ F(XYZQMOC)

<sup>1</sup> mortis causa *ins.* (ἀπτεσθῆσκαριτυ)? <sup>2</sup> aut in periculo mortis datur aut cogitatione (*Hal.*: ἢ ἐπιηρημένον τοῦ θανάτου κινδύνου ἢ τῆ ἐννοίᾳ τοῦ κοινοῦ θανάτου *BS*)? <sup>3</sup> mihi donaturus *ins.* (ὡς μῶρτις καὶσα δωροῦμένός μοι *BS*: cf. *l. gem.*) <sup>4</sup> quis (*edd.*)? <sup>5</sup> Iuliani adnotatorumue eius uidentur quae sequuntur (*u. i.*) <sup>6</sup> quasi dono datio tracta (*u. i.*)?

2 dabit in rem donatori] *FY*<sup>2</sup>, dubitat (dubitabit *C*) in rem donatori (donatoris *X*<sup>2</sup>) competere (comp. *om. M*<sup>2</sup>) *XY<sup>2</sup>ZMOC* (4 p<sup>a</sup>e-nitentia *F*<sup>2</sup> | utilem] *FM*<sup>2</sup>, utilem in rem *XYZQM<sup>2</sup>OC*: τὸν κωνδικτικὸν ἢ οὔτιλιαν ἀγωγὴν ἐπὶ ἀναλήψει τῆς δωρεᾶς *BS* 6 exceptis his *F*<sup>2</sup> 10 uideri e<sup>i</sup> *F*<sup>2</sup> 12 accepit] *F*<sup>2</sup>, accipiet *F*<sup>2</sup> 14 stipulator *F*<sup>2</sup> 16 mortalitates *F*<sup>2</sup> 17 si iusseris *F*<sup>2</sup> 18 creditor<sup>i</sup> *F*<sup>2</sup> 23 liberatus *F*<sup>2</sup> 25 ad edictum *om. F*<sup>2</sup> 28 non hab ab eo *F*<sup>2</sup> 31 quid stipuletur] quis stipuletur *XYMOC*, quid stipulentur *Q* |

quo ad *F*<sup>2</sup> 37 donatio] plane sic *BS*: compilatores tamen et proxime praecedentia u. 36 ex hoc ... referamus male uidentur reliquias et nescio quo errore haec rettulisse tamquam sumpta ex Pauli commentariis ad legem Iuliam, quibus cum non recte conueniant, propter § 4 iure tribuentur Iuliano eumque adnotanti Marcello | dono datum] *FZ*, dono datio *X<sup>2</sup>YM<sup>2</sup>OC*, doni datio *X<sup>2</sup>M<sup>2</sup>* | rapta] *F*, tracta *XYQ*, contracta *O*, tractum *ZM* (*marg. rapta*), contractum *C*: ἐλήφθη δὲ ἢ λέξις ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ὀνόματος *BS*

2 δωρεῖσθαι. Sed mortis causa donatio longe differt ab illa uera et absoluta donatione, quae ita proficiscitur, ut nullo casu reuocetur. et<sup>1</sup> ibi qui donat illum potius quam se habere maualt: at is, qui mortis causa donat, se cogitat atque amore uitae recepisse potius quam dedisse maualt: et hoc est, quare uulgo dicatur: 'se potius habere uult, quam eum cui<sup>5</sup> donat, illum deinde potius quam heredem suum'. Ergo qui mortis causa donat, qua parte se cogitat, negotium gerit, scilicet ut, cum conualuerit, reddatur sibi: nec dubitauerunt Cassiani, quin conditione repeti possit quasi re non secuta propter hanc rationem, quod ea quae dantur aut ita dantur, ut aliquid facias, aut ut ego aliquid faciam, aut ut Lucius Titius, aut ut aliquid optingat, et in istis condicio sequitur<sup>2</sup>. Mortis causa donatio fit multis modis: alias extra suspicionem ullius periculi a sano et in bona ualetudineposito<sup>10</sup> et cui ex humana sorte mortis cogitatio est: alias ex metu mortis aut ex praesenti periculo aut ex futuro, si eisdem terra marique, tam in pace quam in bello<sup>3</sup> et tam domi quam militiae multis generibus mortis periculum metui potest. nam et [Marcell. ad Iul. l. 13 § 1 h. t. sic potest donari, ut omnimodo ex ea ualetudine donatore mortuo res non reddatur, et ut reddatur, etiamsi prior ex eadem ualetudine<sup>4</sup> decesserit, si tamen mutata uoluntate restitui<sup>15</sup> sibi uoluerit. et sic donari potest, ut non aliter reddatur, quam si prior ille qui accepit decesserit. sic quoque potest donari mortis causa, ut nullo casu sit repetitio, id est ne si conualuerit quidem donator<sup>6</sup>. Si quis societatem per donationem mortis causa [Marcell.] inierit, dicendum est nullam societatem esse. Si duobus debitoribus mortis causa donator<sup>7</sup> creditor uni acceptum tulit et conualuerit, eligere potest, utri eorum condicat. Sed<sup>20</sup> qui mortis causa in annos singulos pecuniam stipulatus est, non est similis ei, cui in annos singulos legatum est: nam licet multa essent legata, stipulatio tamen una est et condicio eius cui expromissum est<sup>7</sup> semel intuenda est.

36 ULPIANUS libro octauo ad legem Iuliam et Papiam. Quod condicionis im- [B. 47, 3, 36] E  
plendae causa datur, licet non ex bonis mortui proficiscitur<sup>8</sup>, capere tamen supra modum<sup>25</sup>  
non poterit is, cui certum modum ad capiendum lex concessit. certe quod a statulibero  
condicionis implendae causa datur, indubitate modo lege concessio imputatur: sic tamen,  
si mortis tempore in peculio id habuit. ceterum si post mortem, uel etiam si alius pro eo  
dedit, quia non fuit ex his bonis, quae mortis tempore testator habuit, in eadem erunt  
causa, in qua sunt, quae a legatariis dantur. 30

37 IDEM libro quinto decimo ad legem Iuliam et Papiam. Illud generaliter [B. 47, 3, 37] E  
meminisse oportebit donationes mortis causa factas legatis comparatas: quodcumque igitur  
in legatis iuris est, id in mortis causa donationibus erit accipiendum. Iulianus [Iul. l. 19 h. t.  
ait: si quis seruum mortis causa sibi donatum uendiderit et hoc uiuo donatore fecerit,  
pretii condicionem donator habebit, si conualuisset et hoc donator elegerit. alioquin [Iul.] 35  
et ipsum seruum restituere compellitur.

38 MARCELLUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Inter mortis causa [B. 47, 3, 38] E  
F(XYZQMOO)

<sup>1</sup> et] scilicet? <sup>2</sup> quod ea quae aut ita dantur, ut aliquid facias, aut ut ego aliquid capiam, aut ut Lucius Titius, aut ut aliquid optingat, condicio sequitur (u. i.)? <sup>3</sup> idem Graeci: tam in pace quam in bello del. <sup>4</sup> donator in. l. gem. <sup>5</sup> sed in. l. gem. <sup>6</sup> uide p. 416 n. 4. <sup>7</sup> cui promissum est (τοῦ ἐπερωτήσαντος BS similiterque B)? <sup>8</sup> Quod, condicionis implendae causa licet datur, ex bonis mortui proficiscitur?

1 δωρεῖσθαι F | long'a'e F<sup>2</sup> 2 reuocetur F<sup>1</sup>  
3 cogitat F<sup>2</sup> | atq'u'a'e F<sup>2</sup> 7 cassani F |  
quod ea quae dantur seq.] idem Graeci: ὅτι  
πάντα τὰ διδόμενα οὕτως δίδονται, ἵνα ὁ λαμβάνων ποιῆ τίποτε ἢ ἵνα ὁ δίδους ποιῆ ἢ ἵνα  
Τίτιος ποιῆ ἢ ἵνα τι συμβῆ· καὶ ἐπὶ τοῦτων  
πάντων τῶν θεμάτων ἀρμόζει κωνδικτικίος (κωνδικτικίον cod.) BS 9 titius] τίτιος BS, timus F | condicio F 12 marqu'a'e F<sup>2</sup> 16 et  
sic F<sup>1</sup> 17 donare F<sup>2</sup> | ne si] nisi F<sup>2</sup>  
20 tulerit F<sup>2</sup> 24 quod condicionis seq.]  
idem Graeci: τὰ ἐπὶ πληρώσει ἀπέρεως κατα-

βαλλόμενα, εἰ καὶ μὴ ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ τελεωτήσαντος δίδονται BS similiterque B 27 lege] legi Cuiacius propter BS: εἰς τὸ μέρος ὅπερ ἔξεστιν ἐκ τοῦ νόμου λαμβάνειν et B: εἰς τὸ μέρος, ὅπερ ἀπὸ νόμου λαβεῖν ἐπιπέτραμμα, collatis locis 35, 1, 62, 1: legi concessae portionis et 35, 2, 67: statutam legi portionem, legati F 28 si post mortem] domini id adquisiuit addunt BS (ἐὰν δὲ μετὰ τελεωτήτην ἐπεκτίσαντο), ex supplemento opinor 32 miminisse F 35 conualuisset F<sup>1</sup> 37 Μαρκαν. B

donationem et omnia, quae mortis causa quis ceperit, est earum rerum differentia: ~~ma~~ mortis causa donatur quod praesens praesenti dat, mortis causa capi intellegitur et ~~quo~~ non cadit in speciem donationis. etenim cum testamento quis suo Pamphilum seruum ~~suu~~ liberum esse iussit, si mihi decem dederit, nihil mihi donasse uidebitur, et tamen, si ~~acce~~pero a seruo decem, mortis causa accepisse me conuenit. idem accidit, quod<sup>1</sup> quis sit heres institutus, si mihi decem dederit: nam accipiendo ab eo, qui heres institutus est, condicionis explendae eius causa, mortis causa capio.

- 39 ¶ PAULUS libro septimo decimo ad Plantium. Si is, cui mortis causa seruus B. 47, s. 39 donatus est, eum manumisit, tenetur condicione in pretium serui, quoniam scit posse sibi condici, si conualuerit donator.
- 40 PAPINIANUS libro uicensimo nono quaestionum. Si mortis causa inter uirum et B. 47, s. 40 uxorem donatio facta sit, morte secuta reducitur ad id tempus donatio, quo interposita fuisset.
- 41 IDEM libro secundo responsorum. Quod statuliber uni ex heredibus de peculio B. 47, s. 41 P dedit, ei qui accepit in Falcidia rationem uenit et in hereditatis petitione, item ex Trebelliano restituitur. ex peculio autem uidetur dari, quod statuliber donatum accepit et dedit. et 15 quod ab alio nomine ipsius eo praesente datur, prope est, ut ab ipso datum intellegatur.
- 42 IDEM libro tertio decimo responsorum. Seia cum bonis suis traditionibus B. 47, s. 42 P factis Titio cognato donationis causa cessisset, usum fructum sibi recepit et conuenit, ut, si Titius ante ipsam uita decessisset, proprietas ad eam rediret, si postea superscitis liberis Titii mortua fuisset, tunc ad eos bona pertinerent. igitur si res singulas heredes 20 Lucii Titii uindicerent, doli non inutiliter opponetur exceptio. bonae fidei autem iudicio constituto quaerebatur, an mulier promittere debeat se bona, cum moreretur, filiis Titii restitutura. incurrerat haesitatio non extorquendae donationis, quae nondum in personam filiorum initium acceperat. sed numquid interposita cautione prior donatio, quae domino translato pridem perfecta est, propter legem in exordio datam retinetur, non secunda 25 promittitur? utrum ergo certae condicionis donatio fuit an quae mortis consilium ac titulum haberet? sed negari non potest mortis causa factam uideri. sequitur, ut soluta priore donatione, quoniam Seia Titio superstes fuit, sequens extorqueri uideatur. muliere denique postea diem functa liberi Titii si cautionem ex consensu mulieris acceperint, contributioni 30 propter Falcidiam ex persona sua tenebuntur. Cum pater in extremis uitae constitutus 30 emancipato filio quaedam sine ulla condicione redhibendi donasset ac fratres et coheredes eius bonis contribui donationes Falcidia causa uellent, ius antiquum seruandum esse respondi: non enim ad alia constitutionem pertinere, quam quae lege certa donarentur et morte insecuta quodammodo bonis auferrentur spe retinendi perempta: eum autem, qui absolute donaret, non tam mortis causa quam morientem donare.
- 43 NERATIUS libro primo responsorum. FULCINIUS: inter uirum et uxorem mortis B. 47, s. 43 P causa donationem ita fieri, si donator iustissimum mortis metum habeat. NERATIUS: sufficere existimationem donantis hanc esse, ut moriturum se putet: quam iuste nec ne susceperit, non quaerendum. quod magis tuendum est.
- 44 PAULUS libro primo manualium. Si seruo mortis causa donatum sit, uidea- B. 47, s. 44 P mus, cuius mors inspici debeat, ut sit locus condictioni, domini an ipsius serui. sed magis eius inspicienda est, cui donatum esset. sed tamen post mortem ante apertas tabulas testamenti manumissum haec donatio non sequitur.

*F(XYZQMOC)*

<sup>1</sup> quando?

2 quod' pr. F<sup>2</sup>: ἡ μὲν ΜΟΡΤΙΣ ΚΑΥΣΑ ΔΩΡΕΑ ἔκ τοῦ ΠΑΡΑΧΡῆΜΑ ΔΙΔΟΤΑΙ BS | dat'a mortis F<sup>2</sup> 3 in] i F 4 nihil] nihil F<sup>2</sup> 5 quod quis sit heres institutus] in eo qui sic heres institutus est Q XYZMOC, cum quis sic heres institutus est Q 8 cui' mortis F<sup>4</sup> 9 scit] sic F<sup>2</sup>, s'i'e'it' F<sup>2</sup>, id X'YZOC, scit id M 10 condici] condiea F<sup>2</sup> 18 facti'a' F<sup>3</sup> 19 ipsa'm' F<sup>2</sup> 20 resingulas F 21 bona'e' F<sup>2</sup> 22 morere'n'tur F<sup>2</sup> 25 reti-

netur non] perimetur (perimeretur YMO) dum XYZMOC, perimeretur non Q? 26 fuit an] fuit tn F<sup>2</sup> 28 fuit] suit F<sup>2</sup> | extorqua'eri F<sup>2</sup> 29 fu'n'cta F<sup>4</sup> 30 sua] qua F<sup>2</sup> 34 insequa F | auferentur F | spe retinendi] FX<sup>2</sup>M, pertinendi X'YZO, pertinendi spe C 36 falcinius BS (Dor.) 38 putet] potet F<sup>2</sup> | susceperit' F<sup>2</sup> 41 cuius] cuius F | inpici F

## LIBER QUADRAGESIMUS.

q. 70 f. 209

## I.

## R DE MANUMISSIONIBUS R

SAEP

- 1 **U**LPIANUS libro sexto ad Sabinum. Placuit eum, qui [Pon. 87, 1. B. 48, 1, 1. Ep. 3 sch. 24 S  
calendis Ianuariis natus est, post sextam noctis pridie kalendas, quasi annum uicensimum 5  
compleuerit, posse manumittere: non enim maiori uiginti annis permitti manumittere, sed  
minorem manumittere uetari: iam autem minor non est, qui diem supremum agit anni  
uicensimi.
- 2 **IDEM** libro septimo decimo ad Sabinum. Si heres deliberante lega- [Uat. 84. B. 48, 1, 2 S  
tario seruus legatum manumiserit, mox legatarius repudiauert, manumissum liberum fore 10  
placet<sup>1</sup>.
- 3 **PAULUS** libro trigensimo nono ad edictum. Seruus pignori datus, etiamsi [B. 48, 1, 3 S  
debitor locuples est, manumitti non potest.
- 4 **U**LPIANUS libro sexto disputationum. Is qui suis nummis emitur epistula di- [B. 48, 1, 4 S  
norum fratrum ad Urbium Maximum in eam condicionem redigitur, ut libertatem adi- 15  
1 piscatur. Et primo quidem nummis suis non proprie uidetur emptus dici, cum suos num-  
mos seruus habere non possit: uerum coniuentibus oculis credendum est suis nummis eum  
redemptum, cum non nummis eius, qui eum redemit, comparatur. proinde siue ex peculio,  
quod ad uenditorem pertinet, siue ex aduenticio lucro, siue etiam amici beneficio uel libe-  
ralitate uel prorogante eo uel repromittente<sup>2</sup> uel se delegante uel in se recipiente debitum 20  
redemptus sit, credendum est suis nummis eum redemptum: satis est enim, quod is, qui  
2 emptioni suum nomen accommodauerit, nihil de suo inpendit. Si ab ignoto emptus sit,  
postea autem pretium suum optulerit, dicendum erit non esse audiendum: ab initio enim  
hoc agi debet, ut imaginaria fieret emptio et per fidem contractus inter emptorem et  
3 seruum agatur. Siue igitur non hoc ab initio esset actum, ut suis nummis redimeretur, 25  
4 sine hoc acto nummos seruus non dedit, cessabit libertas. Unde quaeri poterit, si, cum  
hoc ab initio esset actum, emptor festinauit et pretium numerauit, an postea ei satisfacto  
5 seruus constitutione uti possit: et puto posse. Proinde et si ei nummos prorogauit emptor,  
6 cum ei pariauerit, poterit ad libertatem peruenire. Siue autem exprimeretur in contractu  
(uelut in emptione) hoc 'ut manumittatur' siue non exprimat, uerius est libertatem com- 30  
7 petere. Ergo et si forte quis sic comparauerit suis nummis, ne eum manumittat, benigna  
*F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> idemque et si heres (herede *cod.*) deliberante legatario manumittat (manumittatur *cod.*),  
mox legatarius repudiauert: nam et hoc casu liberum fore ait (*scil. Marcellus*) Uat.  
<sup>2</sup> promittente (u. i.)?

4 qui ... 5 natus est] *sic X<sup>2</sup>OC cum BS:*  
ó ... γεννηθεῖς, qui ... natus *FX<sup>2</sup>YM* 6 uig.  
annis 'uiginti' *F<sup>2</sup>* 7 supremum *F* 13 locu-  
ples est] locuples (*om. est*) *F*, locuples sit  
*XZMOC*, sit locuplex *Y* 14 qui 's'uis *F<sup>2</sup>*  
17 conhibentibus *F* 20 eo] ea *F<sup>2</sup>* | repro-  
mittente] *F*, promittente *XYZMOC cum BS*  
(*Dor.*): ἢ προκίχρωντος τοῦ φίλου ἢ ἐπερωτω-

μένου 24 emptorum *F<sup>2</sup>* 27 esset] cesset *F:*  
ἐξ ἀρχῆς τοῦτοῦ πεπραγμένου *BS (Dor.)* | nu-  
mer ε' αὐτ *F<sup>2</sup>* 29 pariauerit] *F<sup>2</sup> cum BS:*  
ὅτε πληρώσει αὐτὸν ὁ οἰκέτης, paruerit *F<sup>2</sup>* |  
exprimat *F<sup>2</sup>* | in contractu uelut in emp-  
tione] ἐν τῇ suis nummis ἀγοραία *BS (Dor.)*  
31 qui's' sic *F<sup>2</sup>*

est opinio dicentium hunc ad libertatem peruenire, cum et nomen emptionis imaginariu  
 8 iste emptor accommodet et praeterea nihil ei absit. Nihil autem interest, a quo quis suis  
 nummis ematur, a fisco uel ciuitate uel a priuato, cuiusque sit sexus is qui emit. sed et  
 si minor sit uiginti annis qui uendidit, interueniet constitutio. nec comparantis qui dem  
 aetas spectatur: nam et si pupillus emat, aequum est eum fidem implere, cum sine damno s  
 9 eius hoc sit futurum. idem et si seruus est. In illis sane seruis non interuenit constitutio,  
 qui in totum perduci ad libertatem non possunt, ut puta si exportandus uel hac lege ue  
 10 nerit (uel testamento hanc condicionem acceperat), ne umquam manumitteretur. Suis  
 autem nummis redemptus etsi totum pretium non numerauit, ex operis tamen ipsius ac  
 cesserit aliquid, ut repleti pretium possit, uel si quid suo merito adquisierit, dicendum 10  
 11 est libertatem competere. Quod si partem suis nummis redimeret, cum partem serui ha  
 beret, ad constitutionem non pertinebit, non magis quam qui, cum | proprietatem haberet, l. 209  
 12 usum fructum redemit. Sed qui, cum fructuarius esset, proprietatem redemit, in ea con  
 13 ditione est, ut ad constitutionem pertineret. Sed et si duo seruum redemerint, alter pro  
 priis nummis, alter nummis serui, dicendum erit constitutionem cessare: nisi forte is qui 15  
 14 propriis nummis redemit manumittere fuerit paratus. Sed et si partem quis redemit, par  
 altera ex causa lucratia accesserit, dicendum erit constitutionem locum habere.

5 MARCIANUS libro secundo institutionum. Si quis dicat se suis nummis [B. 48, 1, 5 S  
 emptum, potest consistere cum domino suo, cuius in fidem confugit, et queri, quod ab  
 eo non manumittatur, Romae quidem apud praefectum urbis, in prouinciis uero apud praef  
 10 sides ex sacris constitutionibus diuorum fratrum, sub ea tamen denuntiatione, ut is seruus,  
 qui hoc intenderit nec impleuerit, in opus metalli detur, nisi forte dominus reddi eum sibi  
 1 maluerit, utique non maiorem ex ea causa poenam constituturus. Sed et si rationibus  
 redditus liber esse iussus fuerit, arbiter inter seruum et dominum, id est heredem, datur  
 de rationibus excutiendis.

6 ALFENUS UARUS libro quarto digestorum. Seruus pecuniam ob libertatem [B. 48, 1, 6 S  
 pactus erat et eam domino dederat: dominus prius quam eum manumitteret, mortuus erat  
 testamentoque liberum esse iusserat et ei peculium suum legauerat. consulebat, quam pe  
 cuniam domino dedisset ob libertatem, an eam sibi heredes patroni reddere deberent  
 necne. respondit, si eam pecuniam dominus, posteaquam accepisset, in suae pecuniae ra  
 10 tionem<sup>1</sup> habuisset, statim desisse eius peculii esse: sed si interea, dum eum manumitteret,  
 acceptum seruo rettulisset, uideri peculii fuisse et debere heredes eam pecuniam manumisso  
 reddere.

7 IDEM libro septimo digestorum. Duo filii familias peculiare seruos separatim [B. 48, 1, 7 S  
 uterque habebat: ex his alter seruulum suum peculiarem uiuo patre manumisit: pater s  
 utriusque testamento peculium praelegauerat. quaerebatur, seruus iste utrum amborum, an  
 eius a quo manumissus erat libertus esset. respondit, si prius testamentum pater fecisset,  
 quam filius eum liberum esse iussisset, unius esse libertum, ideo quod eum quoque in  
 peculio legasse uideretur: sed si postea testamentum pater fecisset, non uideri eam mentem  
 F(XYZMOC)

<sup>1</sup> ratione (Hal.)?

1 cum et nomen seq.] ἐπειδὴ καὶ εἰκονικῶς  
 τῷ ὀνόματι προκίχρᾳ [immo ἀποκρίται] ὁ ἀγο  
 ραστὴς BS (Dor.) 2 ac'ommodet F<sup>4</sup> | pre  
 terea F. 7 ut puta si exportandus seq.] τὴ  
 γὰρ εἰ exportandus ἐπράθη ἢ ἐπὶ τοιοῦτω  
 συμφῶντος ἐπράθη, ὥστε μηδέποτε ἐλευθερωθῆ  
 ναι, ἢ ἐν διαθήκῃ cet. BS (Dor.) 8 ne'um  
 quam F<sup>2</sup> 10 suo] sua F<sup>4</sup> 12 propri'etate  
 tem F<sup>4</sup> 13 qui] F<sup>2</sup> cum BS: ἐάν ... ὁ μόνον  
 ἔχων ... τὸν οὐσοῦφροῦκτον ἀγοράσῃ νοῦμοις  
 τοῦ οἰκετοῦ τὴν προπριετᾶριαν αὐτοῦ, quid F<sup>2</sup> |  
 propri'etatem F<sup>4</sup> 14 seruo F<sup>2</sup> 16 quis  
 redemit' F<sup>4</sup> 18 se'd' suis F<sup>4</sup> 19 emptum]

septum F<sup>2</sup> 24 inter] sic sec. BS: μετατῆ  
 αὐτοῦ καὶ τοῦ κληρονόμου, in F 26 alphenus F<sup>1</sup>  
 ob libertatem 'acceptus' pactus erat F<sup>4</sup>, ob  
 libertatem acceperat XYZMOC, 'al. accepe  
 rat, al. pactus erat' Accursius: συνεφῶντικῶν  
 οἰκέτης χρήματα δοῦναι τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ ὑπὲρ  
 τῆς ἐλευθερίας αὐτοῦ BS 28 testamento  
 qu'ae F<sup>2</sup> | consulebatur' F<sup>2</sup>: καὶ ἠρωτηθῆν ὁ  
 Seruius BS (Dor.). cf. uol. 1 p. 566 ad u. 20:  
 similiter Dorotheus relata apud Africanum tri  
 buere solet Iuliano 31 dum] dem F<sup>2</sup> 32 'here'  
 heredes F<sup>4</sup> 35 uterque' F<sup>2</sup> | aliter F<sup>2</sup> |  
 pater] patre F<sup>2</sup>

eius fuisse, ut eum, qui manumissus esset, legaret eumque seruum, quoniam praelegatus non esset, mortuo patre amborum seruum fuisse.

MARCIANUS libro tertio decimo institutionum. Qui poenae serui efficiuntur, [B. 48, 1, 8] *S* indubitate manumittere non possunt, quia et ipsi serui sunt. Sed nec rei capitalium criminum manumittere seruos suos possunt, ut et senatus censuit. Diuus quoque Pius Calpurnio 5 rescripit libertates ab eo, qui iam lege Cornelia damnatus esset uel, cum futurum prospiceret ut damnaretur, seruis datas non competere. Sed ne quidem illos ad iustam libertatem peruenire diuus Hadrianus rescripit, qui ideo manumissi sunt, ut crimini subtraherentur.

PAULUS libro singulari regularum. Seruus hac lege uenditus, ne manumittatur, uel testamento prohibitus manumitti, uel a praefecto uel a praeside prohibitus ob aliquod delictum manumitti ad libertatem perduci non potest.

IDEM imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris sex libro [B. 48, 1, 10] *A* secundo. Aelianus debitor fiscalis Euemerijam ancillam ante annos multos emerat hac f. 210 lege, ut manumitteret, eamque manumiserat: procurator cum bona debitoris non sufficientia 15 quaereret, etiam Euemeriae status quaestionem faciebat. placuit non esse iuri fiscali locum, quo omnia bona debitorum iure pignoris tenerentur, quia ea lege empta est, et, si non manumitteretur, ex constitutione diui Marci ad libertatem perueniret.

IDEM libro sexagesimo quarto ad edictum. Seruus, qui sub condicione [B. 48, 1, 11] *E* legatus est, interim heres manumittendo liberum non facit. 20

IDEM libro quinquagesimo ad edictum. Lege Fabia prohibetur seruus, qui [B. 48, 1, 12] *E* plagium admisit, pro quo dominus poenam intulit, intra decem annos manumitti. in hoc tamen non testamenti facti tempus, sed mortis intuebimur.

POMPONIUS libro primo ex Plautio. Seruus furiosus ab adgnato curatore ma- [B. 48, 1, 13] *E* numitti non potest, quia in administratione patrimonii manumissio non est. si autem ex 25 fideicommissi causa deberet libertatem furiosus, dubitationis tollendae causa ab adgnato tradendum seruum, ut ab eo cui traditus esset manumittatur, Octaueus ait.

PAULUS libro sexto decimo ad Plautium. Apud eum, cui par imperium est, manu- *E* mittere non possumus: sed praetor apud consulem manumittere potest. Impe- [B. 48, 1, 14] *E* rator cum seruum manumittit, non uindictam imponit, sed cum uoluit, fit liber is qui 30 manumittitur ex lege Augusti.

MARCELLUS libro uicensimo tertio digestorum. Mortis causa seruum manu- [B. 48, 1, 15] *E* mitti posse non est dubitandum. quod non ita tibi intellegendum est, ut ita liber esse iubeatur, ut, si conualuerit dominus, non fiat liber, sed quemadmodum si uindicta eum liberaret absolute, scilicet quia moriturum se putet, mors eius expectabitur<sup>1</sup>, similiter et 35 in hac specie in extremum tempus manumissionis uitae confertur libertas, durante scilicet (propter mortis causae tacitam condicionem) uoluntate manumissionis: quemadmodum cum rem ita tradiderit, ut moriente eo fieret accipientis, quae<sup>2</sup> ita demum alienatur, si donator in eadem permanserit uoluntate.

MODESTINUS libro primo regularum. Si consentiente patre filius minor annis [B. 48, 1, 16] *E*

*F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> mors eius expectabitur *del.* (u. i.)    <sup>2</sup> quae *del.*

6 esse't' *F*<sup>2</sup> 10 singulari regularum *F*<sup>2</sup>  
13 l. 10 *continuat antecedenti F* 15 sufficien-  
tia'm' *F*<sup>4</sup> 16 quaestionum *F*<sup>1</sup> | iuri's' *F*<sup>4</sup>  
21 fauia *F* 24 ab adgnato curatore m *bis*  
*F*<sup>o</sup> | manumitt'o'i *F*<sup>4</sup> 28 par] *F*<sup>2</sup>!, per *F*<sup>1</sup>  
30 manumittit' *F*<sup>2</sup> 34 sed quemadmodum ...  
36 libertas] *idem Graeci*: και ὡς περ εἰ uindicta  
ἀγτῶν ἡλεγεθῶσεν ἀπολελυμένως ἐπεὶ δὲ [*immo*  
*μνήμη pro* ἐπεὶ δὲ *similiter*] τῆς οἰκείας τελεγ-  
τῆς ὁ δεσπότης ἀγτῶ, περιμένονεν τὴν τελεγτῆν

ἀγτῶ, οὔτως και ἐν τοῦτφ τῶ θέματι εἰς τὸν  
ἔσχατον χρόνον τῆς ζωῆς τοῦ δεσπότης καταφέ-  
ρεται ἐλευθερία *BS (Dor.)*. *apparet Marcellum*  
*comparare manumissionem factam a moriente et*  
*manumissionem mortis causa (cf. 39, 6, 42, 1):*  
*at hoc uerum non est in illa mortem expectari*  
35 expectabatur *F*<sup>1</sup> 36 d'antur'urante *F*<sup>1</sup>  
37 mortis causae] *quasi legeretur mortis causa*  
*donationis, uertit Dorotheus*: διὰ τὴν σιωπηρὰν  
ἀίρεσιν τῆς μόρτις καῖσα δωρεᾶς *BS*

- uiginti seruorum eius manumiserit, patris faciet libertum et uacat causae probatio ob patris consensum.
- 17 **IDEM** libro sexto regularum. Serui, quos filius familias in castris quaesit, B. 48, 1, 17 *E* non in patris familia computabuntur: nec enim pater tales filii seruos manumittere poterit. 4
- 18 **GAIVS** libro duodecimo ad legem Iuliam et Papiam. Eum qui uenierit uen- B. 48, 1, 18 *Ef* ditor et promissor quem promiserit manumittere possunt.
- 19 **PAPINIANUS** libro trigensimo quaestionum. Si quis ab alio nummos acceperit, B. 48, 1, 19 *P* ut seruorum suorum manumittat, etiam ab inuito libertas extorqueri potest, licet plerumque pecunia eius numerata sit, maxime si frater uel pater naturalis pecuniam dedit: uidebitur enim similis ei qui suis nummis redemptus est. 10
- 20 **IDEM** libro decimo responsorum. Causam minor uiginti annis, qui seruorum B. 48, 1, 20 *P* donatum manumittendi gratia accepit, ex abundanti probat post diui Marci litteras ad 1 Aufidium Uictorium: etenim, si non manumiserit, ad libertatem seruus perueniet. Non idem in fideicommissaria libertate iuris est, cuius causam minor debet probare: nam libertas 14 2 nisi ita manumisso non competit. Puellam ea lege uendidit, || ut post annum ab emptore 1. 21<sup>o</sup> manumitteretur: quod si non manumisisset, conuenit, uti manum<sup>1</sup> iniceret aut decem aureos emptor daret. non seruata fide nihilo minus liberam ex sententia constitutionis fieri respondit, quoniam manus inieccio plerumque auxilii ferendi causa interuenit: itaque 3 nec pecunia petetur, cum emolumentum legis uoluntatem uenditoris secutum sit. Tempore alienationis conuenit, ut homo libertatis causa traditus post quintum annum impletum ma- 20 numitteretur et ut certam mercedem interea menstruam praeberet. condicionem libertati mercedes non facere, sed obsequio temporariae seruitutis modum praestitutum esse respondi: neque enim in omnibus libertatis causa traditum comparari statulibero.
- 21 **IDEM** libro tertio decimo responsorum. Seruorum dotalem uir qui soluendo B. 48, 1, 21 *P* est constante matrimonio manumittere potest: si autem soluendo non est, licet alios creditores non habeat, libertas serui impediatur, ut constante matrimonio deberi dos intellegatur.
- 22 **IDEM** libro secundo definitionum. Nepos ex filio uolun- B. 48, 1, 22. cf. BS. 28, 4, 21 sch. 12 tate aui ut filius uoluntate patris potest manumittere, sed manumissus patris uel aui libertus est.
- 23 **PAULUS** libro quinto decimo responsorum. Gaius Seius Pamphilam hac lege B. 48, 1, 23 emit, ut intra annum manumitteretur: deinde intra annum Seius seruus pronuntiatus est: quaero, an ex lege uenditionis finito anno Pamphila libertatem consecuta sit. Paulus respondit, cum ea condicione ancillam emptam domino adquisitam, cum qua condicione uenisse proponeretur.
- 24 **HERMOGENIANUS** libro primo iuris epitomarum. Lege Iunia Petronia, si dis- B. 48, 1, 24 1 sonantes pares iudicum existant sententiae, pro libertate pronuntiari iussum. Sed et si testes non dispari numero tam pro libertate quam contra libertatem dixerint, pro libertate pronuntiandum esse saepe constitutum est.

*F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> uenditor *ins.* (u. i.)

1 et uacat (uacat *F*) causae probatio] *FX'Z'C* cum *BS*: οὐκέτι δεόμεθα τῆς καύσαις προβα-  
 tionος, et ualet causae probatio *X'?*, et uacat (ualet *Y'*) causae probatio et ualet manumissio *YZ'MO* 3 quaesit'it (*sic*) *F*<sup>2</sup> 4 patris familiae' *F*<sup>1</sup>: ἐν τῇ τοῦ πατρὸς φιλίᾳ *BS* (*Dor.*) 6 et promissor quem] *XZC*, et promissor et quem *FYM*, et promissor quidem *M* 9 si] sit *F*<sup>o</sup> 14 fideicommissaria' *m*<sup>1</sup> *F*<sup>1</sup> 16 uti manum iniceret *seq.*] ἢ χεῖρα ἐπιβαλεῖν αὐτῇ τὸν πρῶτον ἢ δέκα νομισματα δοῦναι τὸν ἀγοραστὴν *BS* (*Dor.*) 17 sententiam' *F*<sup>1</sup> 20 impletum' *F*<sup>2</sup> 22 esse restit'

respondi *F*<sup>1</sup> 23 statulibero] *sic XMOC cum BS*: οὐδέ γάρ ἐν πάσι χρὴ συγκρίνεσθαι τῷ στατογλιβερὶ τὸν ἐπὶ αἰρέσει ἐλευθερίας πηρασκόμενον, statuliberum *FY* 24 uir's qui *F*<sup>1</sup> 31 Paulus] Πάγλος *B* idque confirmat ordo locorum et u. 33, idem *F* 32 seru'us *F*<sup>1</sup> 33 uenditionis 'ex fid' finito *F*<sup>1</sup> 36 iunia petronia *F*, τοῦτο γάρ Iulia Petronia νόμος ἐκέλευεν *BS*: hodie de nomine constat, postquam tituli docuerunt a. 19 p. Chr. secundo semestri fasces tenuisse *M. Iunium Silanum P. Petronium* (*cf. Borghesi opp. 3, 358: Henzen ann. dell' Inst. 1867, 294*)

GAIVS libro primo de manumissionibus. Iuris ratio efficit, ut infantibus [B. 48, 1, 25] P quoque competat libertas.

IAVOLENVS libro quarto ex posterioribus Labeonis. Seruum furiosum omni [B. 48, 1, 26] \*E genere manumissum ad libertatem perduci putat posse Labeo.

## II.

## R DE MANUMISSIS UINDICTA R

5

SEP

POMPONIUS libro primo ad Sabinum. Apud praetorem eundemque tutorem [B. 48, 2, 1] S posse pupillum ipso auctore manumittere constat.

VLPIANUS libro octauo decimo ad Sabinum. Si minor sit annis uiginti fructua- [B. 48, 2, 2] S rius, an consentire libertati possit? et puto consentiendo posse ad libertatem perducere. 10

IDEM libro quarto disputationum. Si heres seruum legatum manumittat, mox [B. 48, 2, 3] S repudiet legatarius, retro competit libertas. idemque est et si duobus pure seruus legetur et post alterius manumissionem alter repudiauerit: nam et hic retro libertas competit.

IULIANUS libro quadragesimo secundo digestorum. Si pater [cf. Paul. 40, 9, 15, 1. B. 48, 2, 4] S filio permiserit seruum manumittere et interim decesserit intestato, deinde filius ignorans 15 patrem suum mortuum libertatem imposuerit, libertas seruo fauore libertatis contingit, cum non appareat mutata esse domini uoluntas<sup>1</sup>. sin autem ignorante filio uetuisset pater per nuntium et antequam filius certior fieret, seruum manumississet, liber non fit. nam ut filio ma[n]numittente seruus ad libertatem perueniat, durare oportet patris uoluntatem: nam f. 211 1 si mutata fuerit, non erit uerum uolente patre filium manumississe. Quotiens dominus 20 seruum manumittat, quamuis existimet alienum esse eum, nihilo minus uerum est uoluntate domini seruum manumissum et ideo liber erit. et ex contrario si se Stichus non putaret manumittentis esse, nihilo minus libertatem contingere. plus enim in re est, quam in existimatione et utroque casu uerum est Stichum uoluntate domini manumissum esse. idemque iuris est et si dominus et seruus in eo errore essent, ut neque ille se dominum 25 nec hic se seruum eius putaret. Minor uiginti annis dominus nec communem quidem seruum sine consilio recte manumittit. PAULUS notat: sed si pignori obligatum sibi minor uiginti annis manumitti patiat, recte manumittitur, quia non tam manumittere is quam non impedire manumittentem intellegitur. 29

IULIANUS eodem libro. An apud se manumittere possit is qui consilium prae- [B. 48, 2, 5] S beat, saepe quaesitum est. ego, qui meminisse Iuolenum praeceptorem meum et in Africa et in Syria seruos suos manumississe, cum consilium praeberet, exemplum eius secutus et in praetura et consulatu meo quosdam ex seruis meis uindicta liberari et quibusdam praetoribus consulentibus me idem suasi. 34

IDEM libro secundo ad Urseium Ferozem. Seruus communis quin a mino- [B. 48, 2, 6] S ribus uiginti annis dominis possit apud consilium manumitti, quamuis unus ex sociis causam adprobauerit, dubium non est.

GAIVS libro primo rerum cottidianarum siue aureorum. Non est omnino ne- [B. 48, 2, 7] S cesse pro tribunali manumittere: itaque plerumque in transitu serui manumitti solent, cum F(XYZMOC)

<sup>1</sup> Iulianus ait ... non fieri eum liberum *Paulus l. c.*

3 omni genere manumissum] κατὰ πᾶν γένος ἐλευθερίας BS (Dor.) 4 posse] esse F<sup>2</sup> 8 pupillum] quasi esset pupillam uertit Dorotheus: ἀνήθως κόρη: at Anonymus aliter: ἐάν ὁ ἀρχῶν ἐπιτροπὸς μοῦ ἦν | ipsum F<sup>1</sup> 10 consentiendo'm' F<sup>4</sup> 19 uoluntas F<sup>1</sup> 23 qua'm' in F<sup>2</sup> 24 uoluntate'm' F<sup>2</sup> 30 iulianus eodem libro del. F<sup>2</sup>: Ἰουλιαν. B conuenitque capribus numeratio apud Graecos cum recepta | praebe'a't F<sup>2</sup> 31 saep'a'e F<sup>4</sup> | ego qui me-

minissem] *Russardus*, ego quem meminisse F, que meminisse M<sup>o</sup>, egoque memini XYZM<sup>o</sup>O, egoque quidem memini C: καὶ μὲμνημαι, φησὶν Ἰουλιανός BS (Dor.) 33 meo's quosdam F<sup>4</sup> 34 suasi't F<sup>4</sup> 36 quamuis ... 37 adprobauerit] FXY<sup>o</sup>, quamuis ... non adprobauerit (probauerit C) Y<sup>4</sup>MOC: ἡνίκα ... ὁ εἰς μόνος δεσπότης εὔλογον αἰτίαν ἐπὶ αὐτῷ δοκιμάσει BS (Dor.) similiterque B



- aut lauandi aut gestandi aut ludorum gratia prodierit praetor aut proconsul legatusue Caesaris.
- 8 ULPIANUS libro quinto ad edictum. Ego cum in uilla cum praetore fuisset, [B. 48, 2, 8] \*E  
passus sum apud eum manumitti, etsi licitoris praesentia non esset. 4
- 9 MARCIANUS libro tertio decimo institutionum. Iusta causa manumissionis est, [B. 48, 2, 9] S  
1 si periculo uitae infamiaeue dominum seruus liberauerit. Sciendum est, qualiscumque causa  
probata sit et recepta, libertatem tribuere oportere: nam diuus Pius rescipit [Cod. 7, 1, 1]  
causas probatas reuocari non oportere, dum ne alienum seruum possit quis manumittere:  
nam causae probationi contradicendum, non etiam causa iam probata retractanda est. 9
- 10 IDEM libro tertio regularum. Surdi uel muti patris filius iussu eius manu- [B. 48, 2, 10] S  
mittere potest: furiosi uero filius non potest manumittere.
- 11 ULPIANUS libro sexto de officio proconsulis. Si minor annis uiginti manu- [B. 48, 2, 11] S  
mittit, huiusmodi solent causae manumissionis recipi: si filius filiae frater sororue natu- 14  
ralis sit
- 12 IDEM libro secundo ad legem Aeliam Sentiam. uel si sanguine eum con- [B. 48, 2, 12] S  
tingit (habetur enim ratio cognationis):
- 13 IDEM libro<sup>1</sup> de officio proconsulis. si collactaneus, si educator, si paedagogus [B. 48, 2, 13] S  
ipsius, si nutrix, uel filius filiae cuius eorum, uel alumnus, uel capsarius (id est qui portat  
libros<sup>2</sup>), uel si in hoc manumittatur, ut procurator sit, dummodo non minor annis decem  
et octo sit. praeterea et illud exigitur, ut non utique unum seruum habeat, qui manu- 30  
mittit. item si matrimonii causa uirgo uel mulier manu[m]mittatur, exacto prius iureiurando, §. 21<sup>1</sup>  
ut intra sex menses uxorem eam duci oporteat: ita enim senatus censuit.
- 14 MARCIANUS libro quarto regularum. Alumnos magis mulieribus conueniens [B. 48, 2, 14] S  
est manumittere: sed et in uiris receptum est satisque est<sup>3</sup> permitti eum manumitti, in  
1 quo nutriendo propensioem animum fecerint. Sunt qui putant etiam feminas posse matri- 35  
monii causa manumittere, sed ita, si forte conseruus suus in hoc ei legatus est. et si  
spado uelit matrimonii causa manumittere, potest: non idem est in castrato.
- 15 PAULUS libro primo ad legem Aeliam Sentiam. Etiam condicionis implendae [B. 48, 2, 15] S  
causa minori uiginti annis manumittere permittendum est, ueluti si quis ita heres institutus  
1 sit, si seruum ad libertatem perduxerit. Ex praeterito tempore plures causae esse pos- 30  
sunt, ueluti quod dominum in proelio adiuuauerit, contra latrones tutus sit, quod aegrum  
sanauerit, quod insidias detexerit. et longum est, si exequi uoluimus, quia multa merita  
incidere possunt, quibus honestum sit libertatem cum decreto praestare: quas aestimare  
2 debet is, apud quem de ea re agatur. Plures uindicta pariter manumitti possunt et suf- 35  
3 ficit praesentia seruorum, ut uel plures manumitti possint<sup>4</sup>. Absens quoque causam pro- 35  
4 bare per procuratorem poterit. Si duo matrimonii causa manumittent, recipi causa non  
5 debet. Hi qui in Italia uel alia prouincia domicilium habent, apud alterius prouinciae [B]  
praesidem consilio adhibito manumittere possunt.
- 16 ULPIANUS libro secundo ad legem Aeliam Sentiam. Illud in causis probandis [B. 48, 2, 16] S  
meminisse iudices oportet, ut non ex luxuria, sed ex affectu descendentes causas probent: 40  
neque enim deliciis, sed iustis affectionibus dedisse instam libertatem legem Aeliam Sen-  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> sexto *ins.*    <sup>2</sup> id est qui portat libros *non est Ulpiani*    <sup>3</sup> que est *del.*    <sup>4</sup> ut uel plures manumitti possint *del.*

3 edictum 'praetoris' F<sup>4</sup> 8 oportere] oportet F  
9 probationi] C, probationis FXYMO: ἀντι-  
λέγειν ταῖς αἰτιαῖς ἀγνάμεθα BS (Dor.) | cau-  
sa m' F<sup>4</sup> 15 sent'en'iam (sic) F<sup>4</sup> 16 habe-  
tur enim ratio cognationis] ποιούμεθα γὰρ λό-  
γον καὶ τῆς πρὸς δούλους συγγενείας BS (Dor.)  
17 educatur F<sup>2</sup> | si paedagogus ipsius] quasi  
esset ipsius filiorum eius uertit Dorotheus  
omissa nutricis mentione: ἢ παιδαγωγός αὐτοῦ

ΓΕΓΟΝΕΝ ἢ ΤῶΝ ΤΕΚΝῶΝ Αὐτοῦ: at in domino  
minore XX annorum hoc uix aptum 18 sit  
nutrix F<sup>4</sup> 19 decem (dotem F<sup>2</sup>) et octo]  
sic FMO cum B et BS, x (xx X<sup>o</sup>) et uii  
XYZC, quoniam septem et decem Inst. 1, 6, 5  
cum Theophilo 22 manses F<sup>2</sup> 30 sit si]  
sit F 31 proelia F<sup>2</sup> | aegrum] Fcum BS, eum  
fXYZMOC 32 san'e auerit F<sup>4</sup> 35 ab'e'ens F<sup>4</sup>  
39 legem 'iuliam' aeliam F<sup>4</sup> 40 pro'hi'bent F<sup>2</sup>

- 1 tiam credendum. Si quis minori uiginti annis hac lege seruum dederit aut pretio accepto uel donationis causa, ut eum liberum faciat, potest ille causam manumissionis istius probare, hoc ipsum allegans legem datam, et perducere ad libertatem: ergo hic debet ostendere hoc inter ipsos actum, ut proinde uel ex lege donationis uel ex affectione eius qui dedit res aestimetur. 5
- 17 PAULUS libro quinquagesimo ad edictum. Apud proconsulem, postquam urbem Egressus est, uindicta manumittere possumus: sed et apud legatum eius manumittere possumus. E
- 18 IDEM libro sexto decimo ad Plautium. Apud filium familias magistratum B. 48, 2, 17 E  
1 manumitti potest, etiamsi ipse filius familias manumittere non potest. Apud collegam (B) 10  
3 suum praetor manumittere non potest. Filius quoque uoluntate patris apud pa- B. 48, 2, 17  
trem manumittere poterit.
- 19 CELSUS libro uicensimo nono digestorum. Si minor annis apud consilium B. 48, 2, 18 E  
matrimonii causa praegnatem manumiserit eaque interim pepererit, in pendenti erit, seruus  
an liber sit, quem ea peperit. 15
- 20 ULPIANUS libro secundo de officio consulis. Si rogatus sit minor uiginti B. 48, 2, 19 E  
quinque<sup>1</sup> annis manumittere per fideicommissum, incunctanter debet ei permitti, nisi si  
proprium seruum rogatus fuit manumittere: hic enim conferenda erit quantitas emolumenti,  
quae ad eum peruenit ex iudicio eius qui rogauit, cum pretio eorum quos rogatus est 19  
1 manumittere. Sed et si hac lege ei seruus fuerit donatus, ut manumittatur, permittendum f. 212  
erit manumittere, ne constitutio diui Marci superueniens cunctationem consulis dirimat.  
2 Matrimonii causa manumittere si quis uelit et is sit, qui non indigne huiusmodi condicionis  
3 uxorem sortiturus sit, erit ei concedendum. Mulieri quoque uolenti suum filium naturalem  
4 uel quem ex supra scriptis manumittere permittendum esse Marcellus scribit. Consul apud  
se potest manumittere, etiamsi euenerit, ut minor annis uiginti sit. 25
- 21 MODESTINUS libro primo pandectarum. Apud praefectum Aegypti possum seruum manu- Ef  
mittere ex constitutione diui Augusti.
- 22 PAULUS libro duodecimo quaestionum. Pater ex prouincia ad filium sciens B. 48, 2, 20 P  
Romae agentem epistulam fecit, quae permisit ei, quem uellet ex seruis, quos in ministerio  
secum hic habebat, uindicta liberare: post quam filius Stichum manumisit apud praetorem: 30  
quaero, an fecerit liberum. respondi: quare non hoc concessum credamus patri, ut per-  
mittere possit filio ex his, quos in ministerio haberet, manumittere? solam enim electionem  
filio concessit, ceterum ipse manumittit.
- 23 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Manumissio per lictores hodie domino P  
tacente expediri solet, et uerba sollempnia licet non dicantur, ut dicta accipiuntur. 35
- 24 PAULUS libro secundo ad Neratium. Pupillus qui infans non est apud con- B. 48, 2, 21 P  
silium recte manumittit. PAULUS: scilicet tutore auctore, ita tamen, ut peculium eum non  
sequatur.
- 25 GAIUS libro primo de manumissionibus. Si tutoris habendi causa pupillus B. 48, 2, 22 P

## F(XYZMOC)

<sup>1</sup> quinque *del.* (u. i.)

1 'hac lege F<sup>2</sup> 2 manumissioni'bu's  
i'lliu'stius (sic F<sup>4</sup>, illius *correctione m. 1 ne-*  
*glecta F<sup>2</sup>*) pro'ha'bare (sic) F<sup>2</sup>, manumissionis  
istius (istius *om. O*, illius C) probare XYZ  
MOC: ἀγνάται εὔλογον αἰτίαν τῆς ἐλευθερίας  
εἰπεῖν ὁ ἐλάττων BS (Dor.) 5 aestimatur  
(sic) F<sup>2</sup> 7 sed et (sed Y, sed non O *propter*  
D. 1, 16, 2, 1) apud legatum eius manumittere  
possumus] sic mei: uerba ex quo prouinciam  
ingressus (egressus Y) est *add. Y<sup>2</sup>M<sup>4</sup>*, ille *ad-*  
*iecta nota M*(artini) 11 suam F<sup>2</sup> | praetor'e'  
F<sup>4</sup> | non potest ... 12 manumittere *bis F<sup>4</sup>* |

non] FX<sup>4</sup>Z<sup>4</sup>OC, *om. X<sup>4</sup>YZ<sup>4</sup>M*: lex s(upra) t. 1  
Apud [= 40, 1, 14] concordat huic: quare  
secundum P(lacentinum) utrobique ponitur  
non et sic est in littera pandectae: in quibus-  
dam tamen libris hic deficit non et secun-  
dum hoc illa Apud est contraria et illa de  
consulibus [= 1, 10, 1, 2] est concordantia  
*glossa cod. X* 12 manumittere m' *altero loco*  
F<sup>4</sup> 14 eaq'u'a'e F<sup>4</sup> 16 uiginti quinque] FX  
cum BS, uiginti YZMOC 22 uilit F<sup>2</sup> | et  
'is'sit' F<sup>2</sup> | indigna F<sup>2</sup> 23 uolenti's suum F<sup>2</sup>  
30 'h'abebat F<sup>4</sup>

manumittat, probationi esse causam Fufidius ait. Nerua filius contra sentit, quod uerius est: namque perabsurdum est in eligendo tutore firmum uideri esse iudicium pupilli, cuius in omnibus rebus ut infirmum iudicium tutore auctore regitur.

## III.

℞ DE MANUMISSIONIBUS QUAE SERUIS AD UNIUIERSITATEM SP  
PERTINENTIBUS IMPONUNTUR ℞

- 1 ULPIANUS libro quinto ad Sabinum. Diuus Marcus omnibus collegiis, quibus B. 48, 3, 1 S  
coeundi ius est, manumittendi potestatem dedit:
- 2 IDEM libro quarto decimo ad Sabinum. quare hi quoque legitimam heredi- B. 48, 3, 1 S  
tatem liberti uindicabunt. 10
- 3 PAPINIANUS libro quarto decimo responsorum. Seruus ciuitatis iure manumis- B. 48, 3, 2 P  
sus non ademptum peculium retinet ideoque debitor ei soluendo liberatur.

## III.

℞ DE MANUMISSIS TESTAMENTO ℞

SEPA

- 1 ULPIANUS libro quarto ad Sabinum. Cum saepius datur seruo libertas, placet B. 48, 3, 3 S  
eam fauore<sup>1</sup> ualere, ex qua peruenit ad libertatem. 16
- 2 IDEM libro quinto ad Sabinum. Si quis ita heredem instituerit Titius heres B. 48, 3, 4 S  
'esto. si Titius heres non erit, Stichus heres esto. Stichus liber esto', non esse Stichum  
liberum Aristo ait Titio herede existente. mihi uidetur posse dici liberum fore, quasi non  
utique alio gradu acceperit libertatem, sed dupliciter: quo iure utimur. 20
- 3 POMPONIUS libro primo ad Sabinum. Nec militi minori annis uiginti permittitur posse<sup>2</sup> S  
testamento suo seruum manumittere.
- 4 IDEM libro secundo ad Sabinum. Si quis ita scripserit 'Stichus liber esto B. 48, 3, 5 S  
'eique heres meus decem dato', nulla dubitatio est, quin debeantur etiam, si eum pater 24  
1 familias uiuus manumiserit. Sed || et si sic: 'Stichus liber esto' siue statim siue post tem- 21?  
2 pus 'eique, cum liber erit, heres meus decem dato', idem dicendum est. Illud constabit,  
si libertate data sic fuerit legatum 'eique, si eum uindicta liberauero, heres meus decem  
'dato', licet ex nimia supilitate separatum est a<sup>3</sup> testamento, attamen humanitatis intuitu  
ualebit legatum, <sup>4</sup>si uiuus eum manumiserit. 29
- 5 IDEM libro tertio ad Sabinum. In libertatibus lenissima scriptura spectanda B. 48, 3, 6 S  
est, ut, si plures sint, quae manumisso facilius sit, ea lenissima intellegatur: sed in fidei-  
commissariis libertatibus nouissima scriptura spectatur.
- 6 ULPIANUS libro octauo decimo ad Sabinum. Si fructuarium dominus proprie- B. 48, 3, 7 S  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> fauore] dationem (u. i.)? <sup>2</sup> posse] per se (cf. Cod. 6, 21, 4 uerb. quia per fideicommissum cet.)? <sup>3</sup> manumissione ins. (u. i. ad u. 26) <sup>4</sup> sicuti ins. (u. i. ad u. 26: similiter Fuchs krit. Stud. zum Pandektentext p. 59)

1 probationi esse] probationes esse F, probandam esse X<sup>1</sup>YZMOC, probandum esse X<sup>2</sup>? | fuphidius F<sup>2</sup>, ó Fufidias BS 2 esse 'ei' iudicium (sic) F<sup>2</sup> 5 uniuersitate ind. F 15 placet eam fauore ualere] éκείνη δοκεί καταλείφθαι áγτῶ BS (Dor.) 24 heres] XYZMOC, om. F: καὶ τοῦτῶ ὁ κληρονόμος μου ἰ' νομίσματα παρεχέτω BS (Dor.) | debe'b'a'n'tur 'ei' etiam F<sup>2</sup> 26 data F<sup>2</sup> | illud seq.] plane sic legerunt Graeci: καὶ ἐκεῖνο δὲ ὠμολόγηται, ὅτι, ἐὰν καταλιπὼν τις ἐλευθερίαν οἰκέτῃ ἐπαγάγῃ, ὅτι, ἐὰν uindicta áγτὸν ἐλεγ-

θερώσω ὁ κληρονόμος μου δότω áγτῶ ἰ' νομίσματα, εἰ καὶ ἡ ἄγαν λεπτότης χωρίζει τῆς διαθήκης τὸ ληγάτον, ὅμως κατὰ φιλανθρωπία, ἐὰν ἐπὶ ζῶν ὁ δεσπότης ἐλευθερώσῃ τὸν οἰκέτην, ἔρρωται τὸ ληγάτον BS (Dor.) | constat F<sup>1</sup> 29 ualeuit F<sup>2</sup> 30 in libertatibus] FY (supra u. directis M[artinus]) MOC, in directis libertatibus X: ἐν ταῖς directis ἐλευθερίας BS (Dor.), ἐν ταῖς ἀπεντεῦθεν ἢ ἀν ἐλευθερίας B (Anon.) 31 qua e' manum. F<sup>2</sup> 32 nouissim scriptura F 33 propria'eta- tis F<sup>2</sup>

tatis heredem scripserit et seruo sub condicione sit libertas data: quoniam interim fit heredis, confusione facta usus fructus, si extiterit condicio, perueniet ad libertatem.

- 7 IDEM libro nono decimo ad Sabinum. Neratius scribit eius, cui libertas sic [B. 48, 3, 8] S data est 'si mihi nullus filius erit cum moriar, Stichus liber esto', impediri libertatem postumo nato. sed dum speratur nasci, utrum in seruitute remanere dicimus an uero ex 5 postfacto respondemus retro liberum fuisse nullo filio nato? quod magis arbitror probandum.
- 8 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Si ita sit scriptum: [cf. D. 40, 7, 21 pr. B. 48, 3, 9] S 'Stichus, si rationes diligenter tractasse uidebitur, liber esto', diligentiam desiderandam, quae domino, non quae seruo erit utilis, coniuncta<sup>1</sup> fidei bonae et in reliquis quoque reddendis. 9
- 9 ULPIANUS libro uicensimo quarto ad Sabinum. Si quis ita legatus sit, ut [B. 48, 3, 10] S manumittatur, si manumissus non fuerit, liber esse iussus est<sup>2</sup> eique legetur: et libertatem 1 competere et legatum deberi saepe responsum est. Quod constitutum est uetitum in testamento ad libertatem perducere non posse manumitti, hoc ad eos pertinere puto, qui testatoris fuerunt uel heredis: seruo enim alieno id irrogari non poterit. 14
- 10 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Si peculium praelegatum est et uicarius [B. 48, 3, 11] S liber esse iussus sit, liberum eum esse constat. multum enim interest inter genus et speciem: speciem enim eximi de genere placet: quod est in peculio legato et uicario [Ep. 2, 26] 1 manumisso. Si seruus legatus liber esse iussus est, liber est. sed si prius liber esse iussus, postea legatus sit, si quidem euidentis uoluntas sit testatoris, quod ademit libertatem, cum placeat hodie etiam libertatem adimi posse, legato eum cedere puto: quod si in ob- 20 scuro sit, tunc fauorabilius responderetur liberum fore.
- 1 POMPONIUS libro septimo ad Sabinum. Si legato seruo fideicommissa libertas [B. 48, 3, 12] S relicta est, uel heres uel legatarius eum cogitur manumittere. 'Si Stichus et Pamphilus 'decem dederint, liberi sunt': potest alter quinque dando liber esse, quamuis alter non 2 dederit. Cum testamento seruus liber esse iussus est, uel uno ex pluribus heredibus insti- 25 tutis aduente hereditatem statim liber est.
- 2 ULPIANUS libro quinquagesimo ad edictum. Si quis libertatem sub iuris- [B. 48, 3, 13] S iurandi condicione reliquerit, edicto praetoris locus non erit, ut iurisiurandi condicio remittatur, et merito: nam si quis remisit condicionem libertatis, ipsam libertatem impedit, 1 dum competere aliter non potest, quam si paritum fuerit condicione. Proinde et si legatum quis cum libertate acceperit, non aliter legatum habebit, nisi condicione iurisiurandi 2 parauerit. Sed si pure libertatem acceperit, legatum sub iurisiurandi condicione, putat Iu- f. 213
- 3 lianus libro trigensimo primo digestorum remitti ei condicionem iurisiurandi. Idem puto dicendum et si libertati quoque iniecta condicio sit, sed testator eum uiuus manumiserit: nam et hic condicio legati remittetur. 35
- 13 IDEM libro quinto disputationum. Si ita fuerit seruis duobus libertas data, [B. 48, 3, 14] S si insulam aedificauerint uel si statuam posuerint, diuidi haec condicio non poterit. solummodo illud habebit dubitationem, an altero faciente satisfactum uoluntati uideatur ideoque ad libertatem perueniat: quod magis est, nisi aliud expressit testator. faciendo tamen sibi condicionem impleuit, alteri non: quin immo extinguitur ei condicio: nec enim amplius 40 1 parere condicione potest, cum semel expleta sit. Idem quaeri potest et si fabris duobus uel pictoribus, si membrum depinxissent uel si fabricassent nauem, quid adscriptum sit: nam uoluntatis erit quaestio, num alteri alterius facti condicionem iunxerit<sup>3</sup>: quae res F(XYZMOC)

<sup>1</sup> coniunctam?    <sup>2</sup> sit?    <sup>3</sup> idem Graeci (u. i.): iniunxerit (Z<sup>2</sup>)?

5 nato] natu F<sup>1</sup> | seruitute'm' F    9 bona'e' et F<sup>2</sup> 11 si] ut si F<sup>1</sup> 15 si] se F<sup>1</sup> 16 et] est F<sup>1</sup> 20 adim'i' F<sup>2</sup> 21 laborauilius F<sup>1</sup>: fauore libertatis ελεῦθερος γίνεσθαι BS (Dor.) hic et similiter l. 26 h. t. 24 dederit F: δώσωσιν BS (Dor.) 25 heredi'bu's F<sup>2</sup> 28 iurisiurando F<sup>1</sup> 34 libertati] XYZOC, libertate F, libertatis causa M<sup>c</sup>, libertatis M<sup>d</sup>: ei και

ἐπέκειτο μὲν τῇ ἐλευθερίᾳ ἢ τοῦ ὄρκου ἀίρεσις BS (Dor.) 37 si' insulam F<sup>1</sup> | aedificaue- ri'n't F<sup>2</sup> 40 ne'c' enim F<sup>2</sup> 42 depixis- sent F<sup>2</sup>, derixissent F<sup>1</sup> 43 num alteri alte- rius facti condicionem iunxerit F: μήτι ἐκά- στῳ ἀγτῶν τήν ἐκ τοῦ φάκτου τοῦ ἐτέρου γυνέζεσθαι ἀίρεσιν BS (Dor.)

- efficit, ut, quod alter cessat, alteri quoque, qui facere paratus est, condicio deficiat. quod si ex his, quae scripsit uel dixit, ostenditur contentus esse testator uel alterum facere, res erit expedita: nam alter faciendo aut et sibi et socio proderit aut sibi tantum, prout noluisse testatorem apparuerit. Haec quaestio et in eo tractatur, si quis libertatem dederit seruis duobus, si rationes reddiderint. Iulianus enim tractat, si alter [cf. Iul. D. 40, 7, 18, 2] reddere sit paratus, alter non sit, an alter per alterum impediatur: et rectissime ait, si quidem separatim rationes gesserunt, sufficere ad libertatem adipiscendam ei qui<sup>1</sup> suas rationes reddit: si nero simul, non alias uideri alterum paruisse, nisi utriusque reliqua exsoluerit. in reliquis accipere debemus, ut et ipsa uolumina rationum reddantur. Sed et si ancilla cum filiis libera esse iussa sit, etsi nullos habeat, erit libera: uel si habeat quidem, filii autem eius ad libertatem pertinere non possint, idem erit dicendum: et si ipsa libera esse non possit, filii tamen eius peruenient ad libertatem. nam haec adiectio 'cum filiis' non facit condicionem, nisi mihi proponas aliam sententiam testatoris fuisse: tunc enim pro condicione erunt haec uerba accipienda. condicionem autem non facere argumento est et edictum praetoris, quo ita cauetur 'uentrem cum liberis in possessionem esse iubebo': placet enim, etsi nulli liberi sint, uentrem tamen ex edicto in possessionem mittendum.
- 14 IDEM libro octauo disputationum. Cum seruus pure liber scribitur et heres [B. 48, 3, 15] sub condicione, placet deficiente condicione habere eum libertatem.
- 15 IULIANUS libro trigensimo secundo digestorum. 'Stichum Sempronio do lego. [B. 48, 3, 16] si Sempronius Stichum intra annum non manumiserit, idem Stichus liber esto'. quaesitum est, quid iuris sit. respondit hoc modo libertate data 'si Sempronius non manumiserit, Stichus liber esto' Sempronium, nisi manumiserit, nihil iuris in Stichum habiturum, sed liberum eum futurum.
- 16 IDEM libro trigensimo sexto digestorum. Si ita scriptum fuerit: 'cum Titius [B. 48, 3, 17] annorum triginta erit, Stichus liber esto eique heres meus fundum dato' et Titius, antequam ad annum trigensimum perueniret, decesserit, Stichus libertas competet, sed legatum non debetur. nam fauore libertatis receptum est, ut mortuo Titio tempus superesse uideretur, quo impleto libertas contingeret: || circa legatum defecisse condicio uisa est. f. 215
- 17 IDEM libro quadragesimo secundo digestorum. [Pomp. h. t. l. 61 pr. Paul. D. 40, 7, 4, 1. B. 48, 3, 18] Libertas, quae in ultimum uitae tempus confertur, ueluti Stichus cum morietur, liber 'esto', nullius momenti existimanda est. Haec autem scriptura 'Stichus si Capitolium non ascenderit, liber esto' ita accipienda est 'si cum primum potuerit, Capitolium non ascenderit': isto enim modo perueniet Stichus ad libertatem, si facultate data ascendendi Capitolium abstinerit. Haec scriptura testamenti 'Pamphilus liber esto, ita ut filiis meis rationem reddat' an sub condicione libertas data uideretur, quaesitum est. respondi pure quidem datam libertatem et illam adiectionem 'ita ut rationes reddat' condicionem libertati non inicere: tamen quia manifesta uoluntas testantis exprimeretur, cogendum eum ad rationes reddendas. Post annos indistincte liber esse iussus post biennium liber [Pom. 47 n. 92] erit: idque et fauor libertatis exigit, et uerba patiuntur: nisi si aliud sensisse patrem familias manifestissimis rationibus is, a quo libertas relicta est, probauerit.
- F(XYZMOC)

<sup>1</sup> ei qui] si quis?

1 quod 'ad' alter F<sup>2</sup>: quod, non quoad uidentur legisse etiam Graeci, nam uertunt: ἐνὸς ἐξ αὐτῶν ὑπερτιθεμένου ποιῆσαι τὸ προσταχθέν BS (Dor.), nec recte opinor dicitur condicionem deficere, quoad aliquid fiat, id est ad tempus | quoqu'o'e F<sup>2</sup> | deficiat] FX<sup>2</sup>Z<sup>2</sup>, fiat X<sup>2</sup>YZ<sup>2</sup>MOC 2 his qu'a'e F<sup>2</sup> 3 aut sibi ... 4 apparuerit om. F<sup>2</sup>, uertunt BS 4 haec] est F<sup>1</sup> 11 pertinere] FX<sup>2</sup>YZ, peruenire X<sup>2</sup>ZO, uenire M 12 haec adiectio haec adiectio eum' cum F<sup>2</sup> 14 est 'et' edictum F<sup>2</sup>: δηλοῖ καὶ τὸ ἔδικτον BS (Dor.) 16 liberi sint] sic cum BS: εἰ καὶ μὴ εἰς

τέκνα et B: καὶ μὴ τέκνα ὄσιν, deberi sint F<sup>1</sup>, de liberis sint F<sup>2</sup>YZMOC, sint de liberis X 18 deficiente F<sup>2</sup> 19 id' Iulianus F<sup>2</sup> 20 non om. F<sup>2</sup> | manumiserit 'intra an' idem F<sup>2</sup> 21 data si't F<sup>2</sup> 25 antequam F<sup>2</sup> 27 libertat'e is F<sup>2</sup> 28 contingeret'ur F<sup>2</sup> 31 autem 'a scriptura F<sup>2</sup> 34 haec F | testamento F<sup>2</sup> 37 exprime're'tur F<sup>2</sup> 38 reddendae F<sup>2</sup> 39 potiuntur F (em. f): καὶ τοῖς ῥήμασι τοῦ διαθεμένου ὄ μαχόμεθα BS (Dor.) 40 rationibus F | 'a' quo F<sup>2</sup>

- 18 IDEM libro secundo ad Urseium Ferozem. Qui duos heredes instituebat, [B. 48, 3, 19] S post alterius mortem seruum liberum esse iusserat: is ex cuius morte libertas pendebat, 1 uino testatore decesserat. Sabinus respondit<sup>1</sup> liberum futurum. Haec condicio 'cum moriar, liber esto' uitae tempus complectitur et idcirco inutilis esse uidetur. sed melius est uerba 2 benignius interpretari, ut post mortem suam uideatur testator ei libertatem reliquisse. Sed 5 multo magis haec 'ad annum liber esto' uel ita accipi potest 'post annum, quam moriar, liber esto' et, licet hoc modo accipiatur 'post annum, quam hoc testamentum factum erit, liber esto', si euenerit, ut intra annum testator decedat, inutilis non erit.
- 19 IDEM libro tertio ad Urseium Ferozem. Quidam heredem suum rogauerat, [B. 48, 3, 20] S ut seruum manumitteret: deinde, si heres eum non manumiserit, liberum eum esse iusserat 10 eique legauerat: heres eum manumissit. plerique existimant hunc ex testamento libertatem consequi: secundum hoc legatum quoque ei debetur.
- 20 AFRICANUS libro primo quaestionum. Seruos legauit et cauit ita: 'rogo, si [B. 48, 3, 21] S 'te promeruerunt, dignos eos libertate existimes'. praetoris hae partes sunt, ut cogat liber- 15 tatem praestari, nisi si quid tale hi serui admiserint, ut indigni sint, quo libertatem con- sequantur, non etiam ut talia officia ab his exigantur, pro quibus libertatem mereri debent. arbitrium tamen eius erit qui rogatus sit, quo tempore quemque uelit manumittere, ita ut, si uiuus non manumississet, heres eius statim libertatem praestare cogatur.
- 21 IDEM libro quarto quaestionum. 'Stichus, immo Pamphilus liber esto'. Pam- [B. 48, 3, 22] S philum liberum futurum respondit: quodammodo enim emendasse errorem suum testatorem. 20 idemque iuris fore etiam, si ita scriptum fuerit: 'Stichus liber esto, immo Pamphilus liber esto'.
- 22 IDEM libro nono quaestionum. Qui filium impuberem heredem instituit, Stichum [B. 48, 3, 23] S ratione argenti, quod sub cura eius esset, reddita liberum esse iusserat: is seruus parte argenti subtracta cum tutore diuisit atque ita tutor ei parem rationem adscripsit. con- 25 sultus, an Stichus liber esset, respondit non esse liberum: nam quod alioquin placeat, si statu- liber pecuniam dare iussus tutori det uel per tutorem stet, quo minus conditioni pa- f. 214 reatur, peruenire eum ad libertatem, ita accipiendum, ut bona fide et citra fraudem statu- liberi et tutoris id fiat, sicut et in alienationibus rerum pupillarum seruatur. itaque et si offerente statulibero pecuniam tutor in fraudem pupilli accipere nolit, non aliter libertatem contingere, quam si seruus fraude careat. eademque et de curatore dicenda. item quae- 30 situm est, rationem argenti reddere iussus in quem modum intellegendus sit conditioni paruuisse, id est an, si quaedam uasa sine culpa eius perierint atque ita reliqua uasa heredi bona fide adsignauerit, perueniat ad libertatem. respondit peruenturum: nam sufficere, si ex aequo et bono rationem reddat: denique quam rationem bonus pater familias reciperet, ea heredi reddita impletam condicionem uideri. 35
- 23 MARCIANUS libro primo institutionum. Testamento manumissus ita demum [B. 48, 3, 24] S fit liber, si testamentum ualeat et ex eo adita sit hereditas, uel si quis ommissa causa 1 testamenti ab intestato possideat hereditatem. Testamento data libertas competit pure quidem data statim, quam adita fuerit hereditas uel ab uno ex heredibus: si in diem autem libertas data est uel sub conditione, tunc competit libertas, cum dies uenerit uel 40 condicio extiterit.
- 24 GAIUS libro primo rerum cottidianarum siue aureorum. Nominatim uidentur [B. 48, 3, 25] S liberi esse iussi, qui uel ex artificio uel officio uel quolibet alio modo euidenter denotati essent, ueluti 'dispensator meus' 'cellarius meus' 'cocus meus' Pamphili serui mei filius'. 44
- 25 ULPIANUS libro quarto regularum. Testamento liber esse iussus tum fit [B. 48, 3, 26] S liber, cum adita fuerit hereditas qualibet ex parte, si modo ab eo gradu, quo liber esse iussus est, adita fuerit et pure quis manumissus sit.

*F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> *idem Graeci: statim ins.*

8 decedet *F*<sup>2</sup> 10 liberum 'eum' *F*<sup>2</sup> 14 pro-  
meruerit *F*<sup>2</sup>, prome's'ruerunt *F*<sup>2</sup> | hae'c'  
partes *F*<sup>2</sup> 15 nisi 'si' *F*<sup>2</sup> 19 idem *om. F*<sup>2</sup>  
22 idem *om. F*<sup>2</sup> 24 ita 'tutor' *F*<sup>2</sup> 25 non

esse't' *F*<sup>2</sup> 29 offeren'te *F*<sup>2</sup> | tutori' in *F*<sup>2</sup>  
32 uasa] basa *F*<sup>2</sup> 34 ratione'm' *F*<sup>2</sup> | bo-  
nam *F*<sup>2</sup> 37 ommissa *F* 43 liberi ... eu-  
denter *om. F*<sup>2</sup>, uertunt *BS*

- 26 MARCIANUS libro primo regularum. Dinius Pius et diui fratres fauorabiliter [B. 48, 3, 27] rescripterunt, cum seruo cum libertate substituto legatum erat, si heres non esset, non adscripta libertate, perinde haberi, atque si adscripta esset et<sup>1</sup> libertas.
- 27 PAULUS libro primo ad legem Aeliam Sentiam. Qui potuerint apud consilium [B. 48, 3, 28] manumittendo ad libertatem perducere, possunt etiam necessarium heredem facere, ut haec ipsa necessitas probabilem faciat manumissionem.
- 28 IDEM libro singulari de iure codicillorum. 'Stichus, si codicillis eum non [B. 48, 3, 29] ueturo liberum esse, liber esto': sic est atque si diceret: 'Stichus, si in Capitolium non ascendero, liber esto': nam et heres sic institui potest.
- 29 SCAEUOLA libro uicensimo tertio digestorum. Uxorem praegnatam repudiauerat et aliam duxerat: prior enixa filium exposuit: hic sublatus ab alio educatus est nomine patris uocitatus usque<sup>2</sup>: ad uitae tempus patris tam ab eo quam a matre, an uiuorum numero esset, ignorabatur: mortuo patre testamentoque eius, quo filius neque exheredatus neque heres institutus sit, recitato filius et a matre et ab auia paterna adgnitus hereditatem patris ab intestato quasi legitimus possidet. quaesitum est, hi qui testamento libertatem acceperunt<sup>15</sup> utrum liberi an serui sint. respondit filium quidem nihil praeiudicii passum fuisse, si pater eum ignorauit, et ideo, cum in potestate et ignorantis patris esset, testamentum non ualere. serui autem manumissi si per quinquennium in libertate morati sunt, semel datam libertatem infirmari contrarium studium fauore<sup>3</sup> libertatis est.
- 30 || ULPIANUS libro nono decimo ad edictum. Si serui qui apud hostes sunt [B. 48, 3, 30] liberi esse iussi sunt, ad libertatem perueniunt, quamuis neque testamenti neque mortis tempore testantis, sed hostium fuerunt.
- 31 PAULUS libro uicensimo sexto ad edictum. Cum ex pluribus eodem nomine [B. 48, 3, 31] seruis unus liber<sup>4</sup> iussus non appareat qui sit, nullus liber est.
- 32 ULPIANUS libro sexagensimo quinto ad edictum. Sciendum est necessario [B. 48, 3, 32] herede existente, quamuis se absteineat, tamen libertates competere, si modo non in fraudem legis Aeliae Sentiae datae fuerint.
- 33 PAULUS libro duodecimo quaestionum. Libertas ad tempus dari non potest, [B. 48, 3, 33]<sup>1P</sup>
- 34 IDEM libro septuagensimo quarto ad edictum. ideoque si ita scriptum sit [B. 48, 3, 34] 'Stichus usque ad annos decem liber esto', temporis adiectio supernacua est.
- 35 IDEM libro quinquagensimo ad edictum. Seruius existimabat iis posse seruis [B. 48, 3, 35] dari testamento directam libertatem, qui utroque tempore, et quo testamentum fit et quo moritur, testatoris fuerunt: quae sententia uera est.
- 36 IDEM libro septimo ad Plautium. Seruum testamento ita manumisi: 'si iura- [B. 48, 3, 36] uerit se Cornelio filio meo decem operarum daturum, liber esto': quaeritur, quid iuris sit.<sup>11</sup> et sciendum est iurando seruum condicionem implere, sed non teneri operarum nomine, quia nisi post manumissionem iuret, non obligatur.
- 37 IDEM libro nono ad Plautium. Nominatim codicillis manumissus uidetur ser- [B. 48, 3, 37] uus, cuius nomen testamento continetur<sup>5</sup>.
- 38 IDEM libro duodecimo ad Plautium. Libertas testamento seruo ita dari potest: [B. 48, 3, 38] 'cum per leges licebit, liber esto'.
- 39 IDEM libro sexto decimo ad Plautium. 'Stichus seruus meus, si eum heres [B. 48, 3, 39] alienauerit, liber esto': inutiliter libertas datur, quia in id tempus confertur, quo alienus

F(XYZMOC)

<sup>1</sup> ei? <sup>2</sup> educatus est uocitatusque nomine patris? <sup>3</sup> studium fauore] studio? <sup>4</sup> esse  
ins. <sup>5</sup> idem Graeci: nominatim testamento manumissus uidetur seruus, cuius nomen codicillis continetur?

1 fauorabiliter F<sup>2</sup> 6 'faci'r'at F<sup>2</sup> 8 es'se'to sic F<sup>6</sup> 10 repudianerit F<sup>1</sup> 12 a] an F<sup>6</sup> 15 testamento 'qui' libert. F<sup>4</sup> 27 aelia'o' F<sup>2</sup> 28 l. 33 interponunt inter l. 30 et 31 F<sup>1</sup>XYZ OC: uerum ordinem habent B restituitque adiectis ad l. 30 ... 34 numeris ā b̄ f̄ d̄ ē F<sup>2</sup>: sic

l. 30. 31. 33. 31. 32 ordinat M 29 sit 'si' uti-  
chus F<sup>2</sup> 30 supernacua F 31 iis] his f  
potius quam F<sup>6</sup> 34 manumissi F<sup>2</sup> 35 de-  
cem operarum] δέκα ὀνείρακ BS: cf. D. 40, 7,  
4, 4 et 40, 7, 20, 5 39 continetur om. F<sup>2</sup>  
41 per] ser F<sup>6</sup>

futurus sit. nec contrarium est, quod statuliber, etiamsi uenierit, ex testamento libertatem consequitur: quippe utiliter libertas data facto heredis non peremittitur. aut quid in legato eo modo dato dicemus? diuersum enim nulla ratione dicitur: nam inter libertatem et legatum, quantum ad hanc causam, nihil distat. igitur nec sic recte dabitur libertas 'si heredis mei esse desierit, liber esto', quia nullum casum utilem habet.

POMPONIUS libro quinto ex Plautio. Iulianus ait, cum idem homo et per [B. 48, 3, 40] E fideicommissum<sup>1</sup> detur alicui et liber esse iubeatur, heredem libertatem praestare debere: non enim cogetur, inquit, ex causa fideicommissi aestimationem sufferre, cum debitam libertatem reddiderit. Sed et cum sub condicione seruo libertas per fideicommissum detur et ipse praesenti die daretur, non aliter tradere eum cogetur, quam ut caueatur existente 10 condicione libertati<sup>2</sup> eum restitutum iri: nam in omnibus fere causis fideicommissas libertates pro directo datis habendas. sed Ofilius aiebat, si adimendi legati causa fideicommissam libertatem testator dedisset, ea uera esse: si uero onerari heredem a testatore legatarius ostenderit, aestimationem nihilo minus legatario praestandam.

IDEM libro septimo ex Plautio. Si ita fuerit libertas relicta: 'Stichus seruus [B. 48, 3, 41] E 'meus anno duodecimo, postquam ego mortuus ero, liber esto', uerisimile est principio duodecimi anni eum liberum esse, nam hoc mortuum sensisse. et inter hos sermones 'duodecimo anno' et 'post ¶ duodecim annos' multum interest et ita loqui solemus. duodecimus f. 215 annus est, cum quantulumlibet ex duodecimo anno uenisset aut praeterisset, et qui duodecimo anno liber esse iubetur, omnibus anni diebus liber esse iussus est. Sed si ita sit 20 scriptum in testamento: 'Stichus seruus meus heredi meo mille nummos anno biennio triennio, postquam ego mortuus ero, si soluerit satisue fecerit, liber esto', non potest is seruus nisi triennio praeterito liber esse, nisi<sup>3</sup> praesentem eam pecuniam soluat aut satisfaciat: compensanda etenim est heredi libertatis celeritas praematurae pecuniarum solutioni. Labeo scribit, si sic libertas relicta sit: 'Stichus intra annum, postquam mortuus 25 'ero, liber esto', statim eum liberum esse: nam et si ita sit: 'si intra annum decimum<sup>4</sup> heredi meo dederit, liber esto', statim soluendo eo<sup>5</sup> liberum esse sine mora futurum.

MARCELLUS libro sexto decimo digestorum. Si quis ita scripserit illum [B. 48, 3, 42] E 'illius libertum esse uolo', et seruus libertatem petere potest et ille, ut habeat libertum. 29

MODESTINUS libro singulari de manumissionibus. Libertates directae et [B. 48, 3, 43] E testamento et codicillis testamento confirmatis recte dantur, fideicommissae et ab intestato et codicillis non confirmatis relinqui possunt.

IDEM libro decimo responsorum. Maenia decedens seruis suis nomine Sacco [B. 48, 3, 44] E et Eutychie et Irene sub condicione libertatem reliquit his uerbis: 'Saccus seruus meus 'et Eutychia et Irene ancillae meae omnes sub hac condicione liberi sunt, ut monumento 35 'meo alternis mensibus lucernam accendant et sollemnia mortis peragant': quaero, cum adsiduo monumento Macuae Saccus et Eutychia et Irene non adsint, an liberi esse possunt. Modestinus respondit neque contextum uerborum totius scripturae neque mentem testatrix eam esse, ut libertas sub condicione suspensa sit, cum liberos eos monumento adesse uoluit: officio tamen iudicis eos esse compellendos testatrix iussioni parere. 40

### F(XYZMOC)

<sup>1</sup> idem Graeci: per fideicommissum et? <sup>2</sup> libertatis? <sup>3</sup> tale quid fuit (cf. D. 40, 7, 3, 14): non potest... liber esse. benignius tamen est eum item liberum fieri, si <sup>4</sup> decimum] idem Graeci (ἐντός ἢ ἐνιαυτῶν BS): decem (edd.)? <sup>5</sup> eo] eum?

1 statuliber] q' F<sup>1</sup> 2 quippe] Hal. cum BS (Dor.): ἢ γὰρ ἀπαξ χρησίμως δοθείσα ἐλευθερία, coeppa F<sup>2</sup>, certe F<sup>2</sup>XYZMOC 3 nulla] m' F<sup>1</sup> | libertate] m' F<sup>1</sup> 4 sic recte] sic scripsi cum BS: ἀλλ' οὐδὲ οὕτω δυνατὸν ἐλευθερίαν καταλιπεῖν, siirecto F<sup>1</sup>, si directo F<sup>2</sup>XC, sic directo Y<sup>1</sup>MO, sic decto Y<sup>2</sup> 8 sufficere] F<sup>1</sup> 9 fideicommisso F<sup>2</sup> 11 restitu'tum] iri F<sup>2</sup> 12 causa] m' F<sup>1</sup> 17 et

in'ter] F<sup>2</sup> 19 praeter] iisset F<sup>1</sup> 21 meo] meu F<sup>1</sup> 22 mortuus ero om. F<sup>1</sup> 27 mora] numera F<sup>2</sup> 29 esse uolo et seruus libertatem bis F<sup>2</sup> 31 intestato 'et' codicillis F<sup>2</sup> 33 no'cere] mine F<sup>1</sup> | sacci F<sup>1</sup>, saccoe F<sup>2</sup>: Cάκχω τῷ δοῦλῳ μου BS 34 eutychie] F<sup>1</sup> | 'h'irenae F<sup>1</sup> | saccys F<sup>1</sup> 35 eutychia et hirene F<sup>1</sup> 36 cum bis F<sup>1</sup> 37 saccys F<sup>2</sup> | hirene F<sup>1</sup> 39 eam] eum F<sup>2</sup>



- 45 IDEM libro . . . . . pandectarum. Quod uolgo dicitur sub pluribus condi- [B. 48, 3, 45] E<sup>m</sup>  
 cionibus data libertate leuissimam condicionem spectandam esse, ita uerum est, si sepa-  
 ratim condiciones sint datae: quod si coniunctim datae sunt, nisi omnibus paruerit, liber  
 non erit.
- 46 POMPONIUS libro septimo ex uariis lectionibus. Aristo Neratio Appiano<sup>1</sup> re- [B. 48, 3, 46] E<sup>f</sup>  
 scripsit, testamento liber esse iussus, cum annorum triginta esset, antequam ad eam aetatem  
 perueniret si in metallum damnatus sit ac postea reuocetur, sine dubitatione cum libertate  
 legatum ad eum pertinere neque metallorum poena ius eius mutari: nec aliud, si heres  
 esset sub condicione institutus: futurum enim eum etiam necessarium.
- 47 PAPINIANUS libro sexto quaestionum. Cum ex falsis codicillis per errorem [B. 48, 3, 47] P  
 libertas, licet non debita, praestita tamen ab herede fuisset, uiginti solidos a singulis ho-  
 1 minibus inferendos esse heredi princeps constituit. Sed et si condicionis implendae gratia  
 seruum institutus manumiserit ac postea filius de inofficioso agendo tenuerit uel testamen-  
 tum falsum fuerit pronuntiatum, consequens erit idem in hac specie fieri, quod in falsis  
 codicillis constitutum est. 15
- 48 IDEM libro decimo quaestionum. Si socius testamento libertatem ita dederit: [B. 48, 3, 48] P  
 'Pamphilus, si eum socius manumiserit, liber esto', Seruius respon[dit] socio manumittente f. 21<sup>5</sup>  
 communem fieri libertum familiae atque manumissoris: neque enim nouum aut incognitum  
 est uario iure communi mancipio libertatem optingere. 19
- 49 IDEM libro sexto responsorum. Testamento militis ita manumissam 'Samiam' [B. 48, 3, 49] P  
 'in libertate esse iussi' directam libertatem iure militiae cepisse placuit.
- 50 IDEM libro nono responsorum. Quod diuo Marco pro libertatibus conser- [B. 48, 3, 50] P  
 uandis placuit, locum habet irrito testamento facto, si bona uenitura sint: alioquin uacua-  
 1 tibus fisco uindicatis non habere constitutionem locum aperte cauetur. Seruus autem testa-  
 mento manumissos, ut bona suacipiant, iure cautionem idoneam offerre, non minus quam 15  
 ceteros defuncti libertos aut extrarios declarauit: quod beneficium, minoribus annis here-  
 dibus scriptis auxillium bonis praestitutum more solito desiderantibus, non aufertur.
- 51 IDEM libro quarto decimo responsorum. Testamento centurio seruos suos [B. 48, 3, 51] P  
 uenire prohibuit ac petit, prout quisque meruisset, eos manumitti. libertates utiliter datas  
 respondit, cum, si nemo seruorum offenderit, omnes ad libertatem peruenire possunt: qui-  
 1 busdam autem per offensam exclusis residui in libertatem perueniunt. Cum ita testamento  
 adscriptum esset: 'serui, qui sine offensa fuerunt, liberi sunt', condicionem adscriptam  
 uideri placuit, cuius interpretationem talem faciendam, ut de his in libertate danda cogi-  
 tasse non uideatur, quos poena coercuit aut ab honore ministrandi uel administrandae rei  
 negotio remouit. 15
- 52 PAULUS libro duodecimo quaestionum. Imperatores Misenio Frontoni: 'Testa- [B. 48, 3, 52] P  
 mento militis his uerbis adscripta libertate: "Stephanum seruum meum liberum esse uolo"  
 'uel "iubeo" adita hereditate libertas competit: et ideo ea, quae postea adiecta sunt: "sic  
 "tamen, ut cum herede meo sit quo usque iuuenis sit: quod si noluerit aut contempserit,  
 "iure seruitutis teneatur" ad reuocandam libertatem, quae competit, non sunt efficacia'. 40  
 idem et in paganorum testamentis obseruatur.
- 53 IDEM libro quinto decimo responsorum. Lucius Titius seruo libertatem dedit, [B. 48, 3, 53] P  
 si rationem actus sui ex fide dedisset Gaio Seio filio suo: cum annos pubertatis egressus  
 F(XYZMOC)

<sup>1</sup> Appiano] Prisco (*Bertrandus*: cf. D. 20, 3, 3)?

2 laeuissimam F | uerum est 'est uerum' si F<sup>4</sup>  
 6 esse] este F<sup>2</sup> | post esset ins. και λαβειν  
 λιγιστον τοδε BS (Dor.), ex supplemento uulo  
 8 ius] eius F<sup>4</sup> 11 licet] sicut F<sup>2</sup> 13 ac] hac F<sup>4</sup>  
 20 samiam] CaBINAN BS (Dor.) 22 liber-  
 tat'e] ibus F<sup>4</sup> 25 suscipiunt F<sup>2</sup> 27 anfer-  
 tur F<sup>2</sup>, auferetur F<sup>2</sup> 29 libertates] atis F<sup>4</sup>  
 30 offendit F<sup>4</sup> 31 autem om. F<sup>2</sup> | resi-

duit' in F<sup>4</sup> 33 interpreta'tionem F<sup>2</sup> 34 ho-  
 nore] m ministrandi F<sup>2</sup> 36 'duo] decimo F<sup>4</sup> |  
 και αντεγραψεν ο βασιλεϋς Misenio Frontoni  
 BS (Dor.) 37 esset F<sup>2</sup> 39 quod usque F:  
 εως οτε ειη νεωτερος BS | iubenis F<sup>2</sup> 40 quae]  
 que F 43 suo 'cum annos pubertatis egres-  
 sus sit' cum annos pubertatis egressus fuis-  
 set F<sup>2</sup>

fuisset Gaius Seius, a curatoribus eiusdem conuentus seruus etiam apud iudicem omnibus satisfecit: exacta cautione a curatoribus pronuntiatum est liberum eum esse: nunc Gaius Seius filius testatoris negat curatoribus suis recte pecuniam inlatam: quaero, an iure soluta sit quantitas. Paulus respondit curatoribus quidem adulescentis reliquam rationem, ut condicio testamento adscripta impleatur, non iure exsolutam uideri: sed si praesente adulescente 5 pecunia illata est uel in rationibus eius relata, impletam condicionem uideri, ac si ipsi soluta fuisset.

4 SCAEUOLA libro quarto responsorum. Qui habebat seruum Cratistum, [B. 48, 3, 54. Ep. 3, 13] P testamento ita canit: 'seruus meus Cratinus liber esto': quaero, an seruus Cratistus ad libertatem peruenire possit, cum testator seruum Cratinum non habebat, sed hunc solum 10 Cratistum. respondit nihil obesse, quod in syllaba errasset. Scripti testamento he- (Ep.) redes ante aditam hereditatem pacti sunt cum creditoribus, ut parte dimidia contenti essent, et ita decreto || a praetore interposito hereditatem adierunt: quaero, an libertates in eo testa- f. 216 mento datae competierunt. respondit, si testator fraudandi consilium non habuisset, com- petere libertates. 15

55 MAECIANUS libro secundo fideicommissorum. Libertate sub condicione data [B. 48, 3, 55] P huc iam decursum est, ut, si per statuliberum non stet, quominus condicione pareat, quam- uis ne per heredem quidem stet, tamen ad libertatem perueniat. quod credo responderi 1 oportere et si per fideicommissum utique hereditariis seruis libertas data fuerit. Non ab- 2 surde et de heredis seruis idem dicitur. De his autem, quos redimendos habebit, non iuste 20 dubitamus, siquidem eo casu iniquum erit heredem perinde compelli debere redimere eos, atque si condicio impleta esset, quod forte dominus prohiberet condicione parere, ut et pretium perciperet et in condicionem non rogaret<sup>1</sup>.

56 PAULUS libro primo fideicommissorum. Si quis seruo testamento dederit [B. 48, 3, 56] P libertatem et directo et per fideicommissum, in potestate serui est, utrum uelit ex<sup>2</sup> directo 25 an ex fideicommisso ad libertatem peruenire: et ita Marcus imperator rescripsit.

57 GAIVS libro tertio de manumissionibus. Si locuples egenti heres exstiterit, [B. 48, 3, 57] P uideamus, an ea res testamento datis libertatibus proficiat, ut creditores fraudari non uideantur. et sane sunt quidam, qui, cum heres locuples existeret, tale esse crediderunt, quale, si ipse testator adnotis postea facultatibus decessisset. sed mihi traditum est hoc 30 iure nos uti, ut ad rem non pertineat, locuples an egens heres extiterat, sed quarum facultatum testator decesserit. quam sententiam Iulianus adeo sequitur, ut existi- [Inl. 40, 9, 5] met ne eum quidem libertatem consecuturum, quem is, qui soluendo non esset, ita liberum esse iussisset: 'cum aes alienum solutum erit, Stichus liber esto'. sed non hoc<sup>3</sup> est con- sequens Sabini et Cassii sententiae, quam et ipse sequi uidetur, qui existimant consilium 35 quemque manumittentis spectare<sup>4</sup> debere: nam qui sub ea condicione seruum suum libe- rum esse iubet, adeo sine fraudis consilio liberum esse iubet, ut apertissime curare uideatur, ne creditores sui fraudarentur.

58 MAECIANUS libro tertio fideicommissorum. Uerum est eum, qui liber esse [B. 48, 3, 58] P<sup>f</sup> F(XYZMOC)

<sup>1</sup> erogaret (u. i.)?    <sup>2</sup> ex del.    <sup>3</sup> hoc non?    <sup>4</sup> consilium cuiusque manumittentis spectari?

13 decreto] decre F 14 data'e' competie-  
runt F<sup>2</sup> | fraudandi F 16 Μαρκιανός B  
17 huc] huic f | per] locusi F<sup>1</sup> 18 quidem  
s'e tot F<sup>4</sup> 20 non iuste dubitamus] FY<sup>2</sup>Z<sup>2</sup>MC,  
non iuste meditatur X, non iniuste dubita-  
mus Y<sup>2</sup>Z<sup>2</sup>O: οὐδέ ἀμφιβάλλειν δικαίως ὑπὸ  
μεθὰ BS 21 siquidem eo casu seq.] εἶπερ  
ὁ δεσπότης τοῦ οἰκέτου διὰ τοῦτο κωλύει αὐτὸν  
πληρῶσαι τὴν ἀρεσίαν, ἵνα μόνον τίμημα ὑπὲρ  
αὐτοῦ λάβῃ καὶ μηδὲν ἄλλο ἢ οἰκέτης [scr. for-  
tasse καὶ μηδὲν ἀναλόγῃ] εἰς τὸ δοῦναι τὰ τῆς  
ἀρεσεως νομίσματα καὶ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας

BS (Dor.), οὐ μὴν (ἀρμόζει ἡ ἐλευθερία), ὅτε  
ἐξωτικός ἐκελεύσθῃ ἐλευθερωθῆναι παρέχων τὴ  
πόσον καὶ μὴ δίδοται B (Anon.) 22 ut 'et'  
pretium F<sup>21</sup> 23 rogaret] FX<sup>2</sup>Y, erogaret  
X<sup>2</sup>MOC 25 directo' et F<sup>2</sup> 26 imperator  
bis F<sup>2</sup> 28 non] sic XY<sup>2</sup>Z<sup>2</sup>OC cum BS:  
ἐπειδὴ οὐκέτι ζημιούνται οἱ δανεισταὶ BS (Dor.),  
am. FY<sup>2</sup>Z<sup>2</sup>M 35 existimant] Hal., existimat  
FX<sup>2</sup>YMC, existimabat O: τῆ γνώμῃ Καβίνου  
καὶ Κακίου... τῆ λεγοῦσῃ BS 37 uideatur F<sup>2</sup>  
38 Μαρκιανός B

iussus esset, alienatum a testatore, si ante aditam eius hereditatem rursus hereditarius fieret, mox adiretur hereditas, ad libertatem peruenire.

- 59 SCAEUOLA libro uicensimo tertio digestorum. Titia seruis quibusdam et an- 4 B. 48, 3, 59  
cillis nominatim directas libertates dedit, deinde ita scripsit: 'et pedisequas omnes, quarum  
'nomina in rationibus meis scripta sunt, liberas esse uolo'. quae situm est, an Eutychia, 5  
quae testamenti facti tempore inter pedisequas libertatem acceperat, mortis autem tempore  
inueniatur actori in contubernio tradita, ex generali capite pedisequarum libertatem con-  
sequi posset. respondit nihil impediri libertatem pedisequae, quod mortis demum tempore  
1 pedisequa esse desiit. Puram et directam domini sui testamento libertatem Stichus acce-  
perat et ex hereditate multa per fraudem amouisse dicitur: quae situm est, an non ante 10  
in libertatem proclamare debeat, quam ea, quae ex hereditate amouisse probari poterit,  
heredibus restitueret. respondit secundum ea, quae proponerentur, eum de quo quaereretur  
liberum esse. CLAUDIUS: uidetur absoluisse et <sup>1</sup> id de quo quaeritur: nam heredibus satis  
2 consultum est edicto de furtis. Lucius Titius testamento suo ita cauit: 'Onesiphore, nisi 14  
'diligenter rationem excuseris, liber ne || esto': quae situm est, an Onesiphorus ex his uerbis liber- 1. 216  
tatem sibi uindicare possit. respondit uerbis, quae proponerentur, libertatem adimi potius  
quam dari.
- 60 SCAEUOLA libro uicensimo quarto digestorum. Testamento ita cauit: 'Εὐδομῆ A B. 48, 3, 60  
'βούλομαι δοῦναι νόμισματα χίλια, ἐπεὶ ἔφθασεν γεννηθῆναι μετὰ τὸ τὴν μητέρα αὐτοῦ γενέσθαι  
'ἐλευθέρην': quae situm est, an, si Eudo non probet se post manumissionem matris suae natum, 20  
possit his uerbis testamenti libertatem consequi. respondit non oportere eiusmodi consul-  
tationem praerudicium parere.
- 61 POMPONIUS libro undecimo epistularum. Scio quosdam efficere uolentes, ne A B. 48, 3, 61  
serui sui umquam ad libertatem perueniant, hactenus scribere solitos: 'Stichus cum more-  
'retur, liber esto'. sed et Iulianus ait libertatem, quae 15  
in ultimum uitae tempus conferatur, nullius momenti esse, cum testator impediendae magis  
quam dandae libertatis gratia ita scripsisse intellegitur. et ideo etiam si ita sit scriptum:  
'Stichus si in Capitolium non ascenderit, liber esto', nullius momenti hoc esse, si 16  
apparet in ultimum uitae tempus conferri libertatem testatorem uoluisse, nec Mucianus  
1 cautioni locum esse. Et si ita in testamento scriptum fuerit 'Stichus, si Capuam ierit, 20  
'liber esto', aliter liberum non esse, quam si Capuam ierit. Hoc amplius Octaenus aiebat,  
2 si quis in testamento sub qualibet condicione libertate seruo data ita scripsisset 'ante con-  
'dicionem nolo eum ab herede liberum fieri', nihil ualere hanc adiectionem.

## V.

## R DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBUS R

- 1 ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. Si quidam ex his, qui fideicom- E B. 48, 4, 1  
missam libertatem debeant, praesentes sint, alii ex iusta causa absint, alii latent, perinde  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> et *del.* (διὰ τοῦτο ἔδοξεν αὐτὸ ἀπολελυμένον εἶναι τὸ ζητούμενον BS)

1 si] XYMOC, sic F 2 peruenire's F<sup>2</sup>  
4 pedisequas] τὰς μικροτέρας αὐτῆς θεραπαί-  
νας τὰς εἰσωθίας ἀκολοθεῖν αὐτῆ BS (Dor.)  
5 eutychiam F 8 pedisequ'a'e F<sup>2</sup> 10 mul-  
ta'm' F<sup>2</sup> | amouisse't' F<sup>2</sup> 11 quae] que F  
12 qu'a'ereretur F<sup>2</sup> 14 est et' edicto F<sup>21</sup> |  
testamenti F<sup>2</sup> | onesiphor'a'e F<sup>2</sup> 15 excu-  
seris F | onesiphor'a'e us F<sup>2</sup> 16 sibi] siui F<sup>2</sup>  
18 scaeuola] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> 19 νόμισματα] BS  
et f, νόμισμα F | ἐπεὶ] f, ἐπι F, ἐπειδὴ BS |  
μετέρα F 20 qua' msi' ero F<sup>2</sup> | eydo F 21 con-  
sultatione'm' F<sup>2</sup>: μὴ ὀφείλειν αὐτῷ πρόκριμα

γίνεσθαι ἐκ τῆς τοιαύτης τοῦ τελεγεύσαντος  
προσθήκης BS (Dor.) 23 nolentes] X<sup>2</sup> YM<sup>2</sup> OC  
cum BS (Dor.): βογλομένουσ, nolentes FX<sup>2</sup> M<sup>2</sup>  
24 serui sui F<sup>2</sup> | unquam F<sup>2</sup> 25 liberta-  
te'm' F<sup>2</sup> 27 sit om. F<sup>2</sup> 29 ultima F<sup>2</sup>: εἰς  
τὸν ἔσχατον τῆς ζωῆς καιρὸν BS 30 stichus]  
scriptum F<sup>2</sup> | si't' capuam F<sup>2</sup> | ierit] ire F<sup>2</sup>  
31 liber esto ... ierit bis F<sup>2</sup> | octaenus]  
ὁ Cαβίνος BS 38 herede] παρὰ τοῦ ἐμοῦ  
κληρονόμου BS, here F 37 latent'e' F<sup>2</sup> |  
perinde] F<sup>2</sup>, proinde F<sup>2</sup>: οὔτως BS

is cui fideicommissaria libertas relicta est liber erit, atque si soli, qui adessent et qui ex iusta causa abessent, rogati essent: pars ergo latitantis his proficit.

IDEM libro sexagesimo ad edictum. Si quis intestatus decedens [I. 8, 11, 8. B. 48, 4, 2] *E* codicillis dedit libertates neque adita sit ab intestato hereditas, fauor constitutionis diui Marci debet locum habere et hoc casu, quae iubet libertatem competere seruo et bona ei 5 addici, si idonee creditoribus cauerit de solido, quod cuique debetur, soluendo:

IDEM libro sexagesimo quinto ad edictum. in quem etiam utiles actiones [B. 48, 4, 3] *E* plerumque creditoribus competunt.

IDEM libro sexagesimo ad edictum. Ergo quamdiu incertum sit, [I. 8, 11, 4. B. 48, 4, 4] *E* utrum existat successor an non, cessabit constitutio: cum certum esse coeperit<sup>1</sup>, tunc erit 10 constitutioni locus. Si is qui in integrum restitui potest abstinuerit se hereditate, an, quamdiu potest in integrum restitui, existimamus constitutionem cessare, quia non est certum ab intestato neminem successorem exstare? est tamen uerius admittendam constitutionem. Quid ergo, si post additionem libertatum conseruandarum causa factam in integrum sit restitutus? utique non erit dicendum reuocari libertates, quae semel com- 15 petierunt. Illud uideamus, utrum praesentes esse debent qui libertatem acceperunt [(I.)] an uero non: et cum inuitis illis possunt bona propter libertatem addici, utique etiam absentibus. Quid ergo, si quidam praesentes sint, quidam absentes? uideamus, an etiam absentibus competat libertas. et potest dici exemplo aditae hereditatis competere libertatem etiam || absentibus. Si ex die data sit libertas, an dies exspectandus sit? et puto f. 217 exspectandum: ante ergo non addicentur. quid deinde, si sub condicione data sit libertas? et si quidem aliquae pure, aliquae sub condicione, utique addici statim possunt: si omnes sub condicione, quid consequens erit dicere? utrum exspectandum, ut condicio existat, an uero statim addicimus, tunc demum competitura libertate, si exstiterit condicio? quod magis erit probandum. addictis itaque bonis directae libertates pure datae statim compe- 25 tunt, ex die, cum dies uenerit, condicionales, cum condicio extiterit: nec erit ab re existimare etiam pendente condicione libertatum, licet omnes sub condicione datae sint, constitutionem locum habere: ubi enim libertatis spes est, ibi dicendum est uel modica data occasione, quod sine damno creditorum futurum est, additionem admittendam. Si sub condicione dandorum decem libertas data sit, sine heredi dare iussus sit qui libertatem 30 accepit siue non sit dictum cui, an dando ei cui bona addicenda<sup>2</sup> sunt perueniat ad libertatem, quaeri potest: et magis est, ut ei dare debeat, cui bona addicta sint, quasi translata condicio uideatur. certe si alii quam heredi dare iussus sit, ipsi, cui iussus est, dabit. Si qui fideicommissam libertatem acceperunt, non statim ubi addicta bona sunt liberi sunt, sed fideicommissam libertatem possunt consequi, hoc est manumittendi sunt ab eo, cui 35 addicta bona sunt. Addici ita demum bona uoluit, si idonee creditoribus cautum fuerit de solido, quod cuique debetur. ergo cauendum est idonee. quid est idonee? satisfactio utique aut pignorum datis. sed si ei<sup>3</sup> fides habita fuerit promittenti sine satisfactione, idonee tantum uidebitur. Creditoribus caueri quemadmodum debet, utrum singulis an uero omnium nomine uni ab ipsis creato? et oportet officio iudicis constitui conuenire 40 *F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> neminem extare *ins. Inst. cum BS* (ὅτι δὲ ἀρξεται πρόδηλον εἶναι, ὡς οὐδεὶς κατέχεται τὴν κληρονομίαν) <sup>2</sup> addicta (ὡς προσκυροῦνται *BS*)? <sup>3</sup> sed et si?

1 fideicommissaria<sup>m</sup> *F* | est *om. F*<sup>2</sup> 6 idonea<sup>e</sup> *F*<sup>2</sup> 7 ad edictum *om. F*<sup>2</sup> | utiles *F*<sup>2</sup> 10 cessauit *F* 12 an quamdiu ... 14 constitutionem] an quamuis potest in integrum restitui, potest admitti constitutio et additio bonorum fieri *Inst., quas qui conseruerunt, an ante quamuis delere debuerunt* 15 competitorum] *Inst., competuerunt F*<sup>2</sup> 16 debent] *nt F*<sup>2</sup> 17 inuitis illis] *F*<sup>2</sup>, inutilis esse *F*<sup>2</sup>, inuitis aliis *X<sup>2</sup>YZMOC, inc. X<sup>2</sup>* | adici *F* 19 hereditate] *eis F*<sup>2</sup> 20 puto] *pute F*<sup>2</sup> 21 ad di-

centur *F*<sup>2</sup> | si] sic *F*: εἰ ὑπὸ ἀρεσιν ἴσαν καταλειμμένα *BS (Dor.)* 22 purae aliquae *F*: καὶ τινὲς μὲν εἰς ποῦραι *BS* | omnes *F*<sup>2</sup> 25 purae *F* 26 extiterit *F*<sup>2</sup> 30 condicione] *m F*<sup>2</sup> 31 dictum] *dicti F<sup>2</sup>* 33 cui iussus] cuius] *us F*<sup>2</sup>: ὅτινι καὶ ἐκελεύσθην *BS (Dor.)* 36 idonea] *e F*<sup>2</sup> 38 promittendi *F*: εἰ δὲ αὐτοὶ οἱ δανεισταὶ πιστεύουσι μόνῃ τῇ ὁμολογίᾳ τοῦ λαβόντος τὴν οὐσίαν *BS (Dor.)* 39 uidebitur *F*<sup>2</sup> 40 oportet] *et a* officio *F*<sup>2</sup>

- 10 creditores unumque creare, cui caueatur omnium nomine. Illud uidendum: ante caueri debet creditoribus et sic addici bona, an uero sub condicione haec sunt addicenda, si fuerit cautum? et puto sic comprehendendum decreto 'si omnia ex constitutione diui Marci facta  
 11 12 'sint'. 'De solido' utique sic accipiemus 'de sorte et usuris debitis'. Hi, qui ad libertatem peruenerunt, quorum liberti fiant, constitutio ostendit, ut<sup>1</sup> qui directam libertatem, orcini<sup>2</sup> erunt liberti, nisi forte is qui addici sibi bona desiderat ita uelit addici, ut etiam hi, qui  
 13 directam libertatem acceperunt, ipsius liberti fiant. Qui autem uolunt<sup>3</sup> ipsius liberti fieri, utrum manumittendi sint ab eo an uero ipsa additione hoc comprehendendum hac condicione sibi addici bona, ut hi etiam, qui directam libertatem acceperunt, ipsius fiant  
 14 liberti? et puto hoc esse probandum, ut ipsa additione hoc comprehendatur: idque uerba  
 15 quoque constitutionis admittunt. Cum autem seruus libertatem nactus est, utique etiam tutelam eius habebit is cui bona addicta sunt. Si alienos seruos rogauerat heredem manumittere, utrum dicimus constitutionem locum habere an uero cessabit constitutio? magisque est, ut locus sit constitutioni: addictis enim bonis redimere et praestare libertatem  
 16 cogitur a praetore. Si non heres, sed legatarius rogatus fuerit manumittere, numquid  
 17 cesset constitutio, quod legatis non debitis nec libertates<sup>4</sup> possunt deberi? magisque est, ut idem fauor sit: omnibus enim generaliter uoluit libertatem praestare<sup>5</sup>, quibus competet, si hereditas adita fuisset. || Eadem constitutio prospexit, ut, si fiscus bona admiserit, f. 2  
 18 aequae libertates competant: ergo siue iacent bona fisco spernente siue adgnouerit, constitutio locum habet. ceterum si alia ratione adgnoscat, apparet cessare debere constitutio-  
 19 nem: quare et si caducis legionis bona delata sint, idem erit probandum. Item si (B) minor uiginti annis dedit libertatem, dicemus non competere, nisi si fideicommissam: haec enim competet<sup>6</sup>, si modo potuit causam probare minor uiginti annis, si uiuus manumitteret. Si in fraudem creditorum libertas data sit ab eo, qui mortis tempore soluendo non est, an competat? et si quidem fiscus bona non adgnouerit, forte competet libertas, quia  
 20 solidum creditoribus offertur: atquin si adita hereditas fuisset, non competeret. certe si fiscus adgnouit hereditatem, facilius probabitur cessare libertatem, nisi si quis uerba constitutionis secutus dixerit ipsum sibi imputare debere, qui addici sibi hac condicione bona uoluit, ut libertates competant. si quis autem exemplum aditae hereditatis fuerit secutus, directae libertates non competent, si consilium et euentus fuerit fraudandorum creditorum: 30  
 21 nec fideicommissae praestabuntur, si euentu fraudentur creditores. Si bona fuerint [B. 48, 4, 4 a fisco non adgnita eaque addicta libertatis conseruandae gratis, an possit fiscus postea adgnosceret? et magis est, ne possit. plane si non certioratis praefectis aeriario bona fuerint libertatis conseruandae causa addicta, uidendum est, an constitutioni locus sit. et si quidem talia fuerunt, ut adgnosci deberent, addictio cessat: si uero non fuerunt, additioni  
 22 locus est. Is autem cui bona addicta sunt bonorum possessori adsimilari debet et secum dum hoc et iura sepulchrorum poterit habere. Item uideamus, an conueniri a creditoribus possit hereditariis actionibus an uero non nisi ex cautione quam interposuit? magisque  
 23 est, ut non aliter conueniatur quam ex ea cautione quam interposuit. Si duobus pluribusne addicta fuerint bona, et communem rem et communes libertos habebunt et secum familiae heriscundae iudicio experientur.

## F(XYZMOC)

<sup>1</sup> non plura legerunt Graeci: qui fideicommissam libertatem acceperunt ab eo cui bona addicta sunt manumittantur: contra ins. <sup>2</sup> uolunt] idem Graeci: uolente eo debent? <sup>3</sup> tales ins. <sup>4</sup> praestari (u. i.)? <sup>5</sup> competet?

3 compreh'endendum F<sup>2</sup>, unde primum comprehendendum, deinde comprehendendum fecit F<sup>2</sup> | facta est sint F<sup>4</sup> 4 uti'que F<sup>2</sup> 5 fia'n't F<sup>2</sup> 6 desi'd'erat F<sup>4</sup> 8 ha'e'e F<sup>4</sup> 10 hoc o' comprehendatur F<sup>4</sup> 11 na'n'ctus F<sup>2</sup> | uti'que F 13 cessauit F 14 sit constitutione F | addicti's' F<sup>2</sup> 16 libertate's' F<sup>2</sup>: η παρά τῶν ληγατάρων καταλειφθεῖσα ἐλευθερία BS 17 praestare] FX<sup>4</sup>YMOC, praestari X<sup>2</sup>: ἡ διάταξις γενικῶς εἶπε πᾶσι παρέχεσθαι

τὰς ἐλευθερίας BS 19 sper'ti'nente F<sup>2</sup> 21 si caducis legionis] FYC, sic adducis ad legem X<sup>2</sup>, duci legionis X<sup>4</sup>MO: cf. D. 28, 3, 6, 7. 50, 6, 6. Cod. 6, 62, 2: εἰ δὲ καὶ στρατιώτου οὔσα ἢ οὔσια τῆ λεγεῶνι αὐτοῦ ἤρμεσεν BS (Dor.) similiterque B (Anon.) 23 causa'm' F<sup>2</sup> | manumittere't' F<sup>2</sup> 25 'et' si F<sup>4</sup> 27 uerba] uerba F<sup>2</sup> 29 competi'n't F<sup>4</sup> 32 equa'e F<sup>2</sup> 35 si f' uero F<sup>2</sup> 36 adsimilari F<sup>2</sup> 37 hoc] hac F<sup>2</sup> | habere] habet F<sup>2</sup>

- 5 PAULUS libro quinquagesimo septimo ad edictum. In fideicommissariis libertatibus si absente herede praetor pronuntiasset libertatem deberi, est et liber et defuncti libertus, si et seruus eius fuit, aut heredis, si seruus heredis sit. immo et si sine successore heres decesserit, conseruandam esse libertatem senatus Hadriani temporibus censuit. 4
- 6 IDEM libro sexagesimo ad edictum. Decem legata sunt et rogatus est legatarius Stichum emere et manumittere: Falcidia interuenit et minoris emi seruus non potest: quidam putant dodrantem accipere debere legatarium nec emere compellendum. idem putant etiam si suum seruum rogatus sit manumittere et dodrantem ex legato acceperit, non esse compellendum manumittere. uideamus, ne utique in hac specie aliud dicendum sit. sed<sup>1</sup> in superiore sunt qui putant cogendum legatarium redimere seruum, et se oneri subiciisse, dum accipit uel dodrantem: sed si paratus sit retro restituere quod accepit, an audiendus sit, uidendum. sed cogendus heres tota decem praestare, perinde atque si adiciisset testator, ut integra praestentur.
- 7 ULPIANUS libro sexagesimo tertio ad edictum. Si cui legata sint centum ita, ut seruum alienum redimat et manumittat, et bonis heredis<sup>2</sup> uenditis partem, non totum<sup>3</sup> persequatur, non alias debet consequi legatum, quam si cauerit || se manumissurum (sed hoc tunc demum, si largiatur portio quam accepit ad serui pretium paratusque sit dominus tanti eum uendere): alioquin exceptione doli debet legatarius repelli. f. 218
- 8 POMPONIUS libro septimo ex Plautio. Eum cui mille nummi legati fuissent, si rogatus fuisset uiginti seruum manumittere, non cogi fideicommissam libertatem praestare, si legatum non caperet, constat. 20
- MARCELLUS libro quinto decimo digestorum. Cum fidei heredis commisit, ne seruus<sup>3</sup> alienam seruitutem patiatu experiri, potest confestim, ut fuerit alienatus, petere libertatem. sed ubi alienatio non est uoluntaria, sed necessitas alienandi ex causa testatoris pendeat, prope est, ut nondum debeat praestari fideicommissum, quod potest uideri defunctus nihil sensisse de huiusmodi casu alienationis. 25
- IDEM libro sexto decimo digestorum. Quidam in testamento scripserat: 'illum et illum seruos meos uenire nolo'. si ideo eos noluit uenundari, ut, si ueneant, ad libertatem perueniant, praestanda erit libertas: nam et illi uidetur libertas relicta, de quo ita scriptum est: 'nolo alii quam tibi seruiat'. secundum haec igitur si quoquo modo uendere temptauerit seruum, confestim peti poterit libertas nec, quominus praestet libertatem, proderit heredi, si eum redemerit, quia semel exstitit condicio. Is cui libertas debebatur uenit: si uult ab herede manumitti, non erit interueniendum ei, cum heres praesens erit, emptor latitabit: quoniam poterat uti senatus consulto, ut quasi ex testamento ad libertatem perueniat. Is cui ex fideicommissis libertas debebatur ab eo qui soluendo non erat passus est se bonae fidei emptori tradi: existimas in manumissum constitutam actionem exemplo eius, qui liberi hominis<sup>4</sup> emptorem simulata seruitute deceptus? ego quoque adducor, ut putem recte aduersus uenditos<sup>5</sup> actionem competere et magis F(XYZMOC) 35

<sup>1</sup> et *ins.* (Best)    <sup>2</sup> heredis *del.* (u. i.)    <sup>3</sup> seruum (cf. l. 21. l. 24 § 8. l. 41 § 1 h. t.)?  
<sup>4</sup> exemplo eius liberi hominis, qui?    <sup>5</sup> uenditum?

7 accipere<sup>o</sup> F<sup>4</sup> | quasi esset idem putat uertit Dorotheus: ὁ δὲ Παῦλος ἔλεγεν BS 8 manumittere<sup>o</sup> et F<sup>2</sup> | dodrantem ex legato] F<sup>2</sup>, dodrantem ex dodrantem<sup>o</sup> em ex dodrante (sic) F<sup>4</sup> 12 uendendum F<sup>2</sup> | tota<sup>m</sup> F<sup>2</sup> 15 bonis heredis uenditis] aliud legisse Graecos inde ne colligas, quod uerterunt: εὑρεθέντος ἀπόρου τοῦ κληροῦ BS (Dor.). ut partem legati tantummodo legatarius persequatur, non requiritur, ut bona heredis uenerint, sed idem locum habet, ubi constitit hereditatem locupletem quidem esse, sed legatis plene soluendis non sufficere: quapropter deleta uocabulo heredis ita locum formabimus, ut simplex uenditio bonorum intelle-

gatur, per quam constat, quantum sit in hereditate 17 sit] siit F<sup>2</sup> | dominus<sup>o</sup> si<sup>o</sup> tanti F<sup>4</sup> 33 cum] cui F<sup>2</sup>: ἐάν οἰκέτης ... πρῶτῃ ... καὶ αὐτός μὲν ὁ κληρονόμος παρέστιν, ὁ δὲ ἀγοράσας τὸν οἰκέτην λαμβάνει, οὗ χρεῖαν ἔχει τίς τοῦ πρώτου παρενόηκος BS (Dor.) 34 latitauit F | poterit F<sup>2</sup> | quasi] quasi F<sup>2</sup> 35 fideicommissis F<sup>4</sup> | libertas<sup>o</sup> F<sup>4</sup> 36 existimatis F<sup>2</sup>: ὑπολαμβάνεις, ὦ Μάρκελλε BS 38 aduersus uenditos] FYM<sup>4</sup>C, aduersus uenditiones X<sup>2</sup>, aduersus uendibitos M<sup>2</sup>, aduersus uenditorem X<sup>2</sup>O: κατὰ τούτων τῶν τιπρασκομένων BS (Dor.)

similem uideri statulibero, qui pridie, quam ex testamento ad libertatem perueniret, idem fieri passus est.

- 11 **MODESTINUS** libro primo differentiarum. Ex causa fideicommissi seruo libertatem dare sine tutoris auctoritate pupillus non potest. B. 48, 4, 11
- 12 **IDEM** libro singulari de manumissionibus. Imperator Antoninus, cum Firmus Titiano tragoedos tres legasset et adiecisset: 'quos tibi commendo, ne cui alii seruiant',  
 1 publicatis bonis Titiani rescripsit debere eos publice manumitti. Et legatarius non minus quam heres rogari potest seruum manumittere et, si ante manumissionem decesserit, successores eius debent manumittere. Diuus<sup>1</sup> Antoninus et Pertinax rescripserunt hereditate fisco uindicata, quoniam tacite quis rogatus erat ei, qui capere non poterat, restituere hereditatem, et directo et per fideicommissum datas libertates deberi.
- 13 **IDEM** libro nono regularum. Si praegnas ancilla moram non studio manumissoris, sed fortuito patiatur, ne manumitteretur, liberum quidem non pariet, sed cogetur qui manumittere debuit natum matri tradere, ut per eam perueniat ad libertatem. B. 48, 4, 13 F
- 14 **IDEM** libro decimo responsorum. Lucius Titius testamento facto Seiam uxorem suam, item Titiam filiam communem aequis portionibus scripsit heredes. item alio capite: 'Erotum seruum meum, qui et Payllus uocatur, liberum esse uolo, si uxori meae placeat'. cum itaque Seia uxor Lucii Titii || abstinerit ab eadem hereditate et ex substitutione portio eius ad Titiam filiam perueniret, quaero, an Eroti, qui et Payllus uocatur, ex his uerbis supra scriptis libertas competit. Modestinus Eroti, quod uxor testatoris hereditate se abstinuit, non obesse respondit. item quaero, an Seia uxor, quae se hereditate abstinuit, petenti Eroti libertatem iuste contradicere possit. Modestinus respondit Seiae dissensum nullius esse momenti.
- 15 **IDEM** libro tertio pandectarum. Is qui ex causa fideicommissi manumissurus est nullo modo deteriorem eius serui condicionem facere potest: ideoque nec uendere eum interdum<sup>2</sup> alii potest, ut ab eo cui traditus est manumittatur, et, si tradiderit, redimere illum cogitur et manumittere: interest enim nonnumquam a sene potius manumitti quam a iuene. B. 48, 4, 15 F
- 16 **LICINIUS RUFINUS** libro quinto regularum. Libertates etiam per fideicommissum dari possunt et quidem largius quam directo: nam non tantum propriis, sed et alienis seruis per fideicommissum libertas dari potest: ita tamen, ut uulgaribus uerbis et quibus euidenter uoluntas testatoris exprimi possit.<sup>3</sup> B. 48, 4, 16 Ff
- 17 Ex libro uicesimo primo digestorum **SCAEUOLAE. CLAUDIUS**: 'Cum tibi uisum fuerit manumittere' utiliter datur fideicommissa libertas. B. 48, 4, 17 A
- 18 **SCAEUOLAE** libro uicesimo tertio digestorum. Testamento ita cavit: 'Pamphilus, si bene se gesserit rationibus meis, liber esto': quaesitum est, cum manente eodem testamento post aliquot annos decesserit nec ullae querellae locus de Pamphilo circa rationes patroni sit, an ex testamento libertatem sit consecutus. respondit nihil proponi, cur non sit consecutus. B. 48, 4, 18 A
- 19 **IDEM** libro uicesimo quarto digestorum. Herede instituto marito per fideicommissum libertatem seruis dedit, in quibus et Sticho actori mariti: quaesitum est, cum absente domino isti praesidem prouinciae adierint, ut libertas sibi praestaretur, quasi ex iusta causa heres abesset, et praeses prouinciae pronuntiauerit libertatem deberi, an agi cum Sticho possit, ut rationem actus a se administrati reddere compellatur. respondit non *F(XYZMOC)* B. 48, 4, 19 A

<sup>1</sup> diui?    <sup>2</sup> interim?    <sup>3</sup> dentur add.

4 dare't sine F<sup>2</sup> 5 antininus F<sup>o</sup> 6 tres 's' legasset F<sup>2</sup> 9 diuus antoninus et pertinax rescripserunt] ἀπὸ διατάξεως Ἀντωνίνου καὶ Περτινάκου BS 16 portionibus] F<sup>2</sup>, partibus F<sup>2</sup> 19 'qui' et F<sup>2</sup> | p'i'syllus F<sup>2</sup>: ΨΥΛΛΟΣ BS 20 supra scripta is F<sup>2</sup> | competat F<sup>2</sup> 21 respondi't F<sup>2</sup> | qu'a'e F<sup>2</sup> | hereditati F<sup>2</sup>

24 is qui] F<sup>2</sup> cum BS: ὁ ... χρεωστῶν ἐλευθερίαν, si quis F<sup>1</sup> 33 l. 17 continuatur antecedenti F, itemque inscriptione et numero card in Basilicia, certe in cod. Paris. 1357: denique l. 30 h. t. ibi est 29 (cf. BS. 38, 6, 5 sch. 2) 37 quaerellae F 41 quibus et om. F<sup>2</sup> 42 libertate's F<sup>2</sup> 43 praes'tes F<sup>2</sup>

Uxori dotem et alias res plures legauit et eius fidei commisit, ut Aquilinum seruum  
 rium mulieris apud consilium manumitteret: id negat se facere debere, quod ipsius  
 rium esset: quaero, an libertas ei debeatur. respondit uxorem, si ex testamento non  
 m dotem, sed etiam cetera legata praestari sibi uellet, compellendam ex causa fideicom-  
 i Aquilinum manumittere eumque, cum liber erit, petiturum ea quae sibi legata sunt. <sup>5</sup>  
 POMPONIUS libro septimo epistularum. Apud Iulianum ita scriptum est: 'si [B. 48, 4, 20] Af  
 es rogatus seruum manumittere ex Trebelliano senatus consulto hereditatem restituerit,  
 i debet manumittere, et, si latitabit uel si iusta ex causa aberit, praetor causa cognita  
 andum senatus consulta ad eas causas pertinentia pronuntiare debet. si uero seruum  
 ceperit is, cui hereditas restituta fuerit, ipsum competit<sup>1</sup> manumittere et eadem in per- <sup>10</sup>  
 am eius obseruari conueniet, quae circa emptores custodiri solent'. an haec uera putes?  
 i ego discendi cupiditate, quam solam uiuendi rationem optimam in octauum et septua-  
 imum annum aetatis duxi, memor sum eius sententiae, qui dixisse fertur: κἀν τὸν ἕτερον  
 A ἐν τῇ σὸρφ ἔχω, προσμαθεῖν τι βοῦλοῖμην. || bellissime Aristo et Octauenus putabant q. 71 f. 219  
 c seruum, de quo quaereretur, fideicommissae hereditatis non esse, quia testator ro- <sup>15</sup>  
 do heredem, ut eum manumitteret, non uidetur de eo restituendo sensisse: si tamen  
 errorem ab herede datus fuerit, ea dicenda sunt quae Iulianus scribit.

PAPINIANUS libro nono decimo quaestionum. 'Rogo, ne Stichus alterius ser- [B. 48, 4, 21] P  
 uem experiatur'. intellegi datam fideicommissam libertatem placuit principi: quid enim  
 a contrarium est seruituti quam libertas? nec tamen quasi post mortem heredis data <sup>20</sup>  
 lebitur: quod eo pertinet, ut, si uiuus eum alienauerit, confestim libertas petatur nec  
 sit ad impediendam libertatis petitionem, si redemerit eum, cuius semel condicio extitit.  
 m probandum est et si non uoluntaria alienatio ab herede facta est: nec refragabitur,  
 od non per ipsum alienatio facta est. fuit enim quasi statuliber et quacumque ratione  
 iudicio impleta est. <sup>25</sup>

IDEM libro uicensimo secundo quaestionum. Si legatario fundi decem pretii [B. 48, 4, 22] P  
 mine relicta sint in hoc, ut seruum suum manumittat, quamuis fundi legatum adgnouerit,  
 tamen pecuniae propter interuentum Falcidiae non adgnonerit, cogendus est et pecuniam  
 cipere habita legis Falcidiae ratione et seruo fideicommissariam libertatem praestare, cum  
 mel fundi legatum adgnouit. A duobus heredibus qui tres seruos habebat petit, ut duos <sup>30</sup>  
 his quos uoluissent manumittant: altero heredum latitante alter declarat, quos uelit  
 unmittere. potest dici fieri liberos, ut perinde libertas competat, ac si praesens solus  
 unmittere potuisset. quod si ex seruis unus decesserit, siue iusta ex causa absit heres  
 se dari non possit a quo petitum est, decernente praetore duos qui supersunt fieri liberos  
 nuenit. Cum is qui fideicommissam libertatem praestare debet iusta ex causa absit aut <sup>35</sup>  
 itat: aut quidam praesentes sunt, alii ex iusta causa absunt, nonnulli frustrandi gratia  
 leicommissi copiam sui non faciunt: aut ei, qui libertatem debuit, heres non extitit: aut  
 as heres hereditate se abstinuit: praetor pronuntiare debet ex testamento Lucii Titii  
 leicommissam libertatem competere. idque senatus consulto demonstratum est, quo se-  
 tus consulto comprehensum est, ne dubium et obscurum esset, cuius libertus fieret, prae- <sup>40</sup>  
 rem pronuntiare debere, qui ex iusta causa et qui detractandae libertatis gratia absit.

IDEM libro nono responsorum. Fideicommissaria libertas praetextu compi- [B. 48, 4, 23] P  
 tae hereditatis aut rationis gestae non differtur. Fideicommissariam libertatem ab herede  
 m praestitam cogendus est heredis heres, qui restituit ex Trebelliano senatus consulto  
 reditatem, praestare, si eius personam eligat qui manumittendus est. Seruum peculii <sup>45</sup>  
 (XYZMOC)

competit del.

debenit F<sup>1</sup> 10 usuceperit] *Dorotheus*: ἐὰν  
 μοι οὐσοῦκαπιτεύχη BS, susceperit F | com-  
 tit] FX (marg. ad. conuenit) O, conuenit  
 ZMC 12 et] est F<sup>1</sup> | septuagésimum F<sup>2</sup>  
 cωρω FBS: conferrī iussit *Hauptius Luciani*  
 molimum c. 78: καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασίν,

ἐν τῇ σὸρφ ἔχω | et octauenus] καὶ Καρίνος  
 BS 16 de eo] ideo eo F<sup>2</sup> 21 uiuus] duos F<sup>1</sup>  
 27 ut] XYZMOC, om. F: ἐπὶ τῷ τὸν ἴδιον  
 οἰκέτην ἐλευθέρωσαι BS 34 libertos F<sup>2</sup>:  
 γίνονται ἐλεύθεροι BS 45 'si' eius F<sup>2</sup>



castrensis, quem pater fideicommissi uerbis a legitimis filiis heredibus liberari uoluit, filium militem uel qui militauit, si patris heres extitit, manumittere cogendum respondi, quoniam proprium manumississe defunctus post donationem in filium collatum<sup>1</sup> existimauit: portionem enim a fratre domino fratrem eundemque coheredem citra damnum uoluntatis redimere non cogendum. nec ob eundem errorem cetera, quae pater in militia<sup>2</sup> profecturo filio donauit, fratri, qui mansit in potestate<sup>3</sup>, conferenda, cum peculium castrense filius etiam inter legitimos heredes praecipuum retineat. Etiam fideicommissaria libertas a filio post certam aetatem eius data, si ad eam puer non peruenit, ab herede filii praestituta die reddatur<sup>4</sup>: quam sententiam iure singulari receptam ad cetera fideicommissa<sup>4</sup> relicta porrigi non placuit. Seruum a filio post quinque annos, si eo tempore mercedem diurnam filio praestitisset, manumitti uoluit: biennio proximo uagatus non praestiterat: condicione defectus uidebatur. si tamen heres filius (aut tutores eius) ministerium serui per biennium elegisset, eam rem, ex praeterito quod per heredem stetisset, impedimento residuae condicioni non esse constitit.

- 24 ULPIANUS libro quinto fideicommissorum. Generaliter dicemus eos posse [E. 48, 4, 24] P fideicommissariam libertatem adscribere, qui fideicommissum pecuniarium possunt relinquere. Et principis seruo uel municipi et cuius<sup>6</sup> alterius fideicommissa libertas adscripta ualet. Hostium seruo si fideicommissaria libertas fuerit adscripta, potest tractari, an non sit inefficax. et fortassis quis dixerit indignum esse eiuem Romanum fieri hostium seruum: sed si in casum relinquatur, in quem noster esse incipit, quid prohibet dicere libertatem ualere? Si homini libero fuerit libertas per fideicommissum adscripta et is in seruitutem redactus proponatur, petere potest libertatem, si modo mortis tempore uel condicionis existentis inueniatur seruus. Seruo eius, qui nondum in rebus humanis est, libertas recte per fideicommissum relinquatur. Si seruus in metallum fuerit damnatus, libertatem sperare non poterit. quid ergo, si fideicommissaria libertas ei relicta sit et poena metalli indulgentia principis sit liberatus? et est rescriptum ab imperatore nostro hunc in dominium prioris domini non restitui: cuius tamen sit, non adicitur. certe cum fisci efficiatur, sperare potest fideicommissariam libertatem. Ex damnata in metallum concepto et nato fideicommissaria libertas dari poterit: quid mirum, cum etiam uenundari eum posse quasi seruum diuus Pius rescripsit? Si petitur a testatore fuerit, ne postea Stichus seruiret, placuit fideicommissariam libertatem datam uideri: nam qui hoc petit, ne postea seruiat, uidetur petere, ut libertas ei praestetur. Sed et si ita scripsit: 'ne eum alienes' 'ne eum uendas', idem erit dicendum, si modo hoc animo fuerit adscriptum, quod uoluerit eum testator ad libertatem perducere. ceterum si alia mente id scripsit, ut puta quia consilium dabat heredi retinere talem seruum uel quia coercere uoluit seruum et cruciare, ne meliorem dominum experiat, uel aliqua<sup>6</sup> mente, non tribuendae libertatis animo, dicendum est cessare libertatis praestationem: et ita Celsus libro uicensimo tertio digestorum scribit. non tantum enim uerbis fideicommissi, sed et<sup>8</sup> mens testatoris tribuere solet libertatem fideicommissariam. sed cum ex praesumptione libertas praestita esse uidetur, heredis est contrariam uoluntatem testatoris probare. Si quis<sup>9</sup> tutorem ideo scripserit, quia liberum putauit, certissimum est neque libertatem peti posse neque tutelam libertatis praestationi patrocinari: F(XYZMOC)

<sup>1</sup> per donationem in filium collatum? <sup>2</sup> in potestate del. (similiter Fuchs) <sup>3</sup> reddetur (Hal.)? <sup>4</sup> fideicommisso? <sup>5</sup> cuiusuis (edd.)? <sup>6</sup> alia qua (u. d. apud Schullingium: δι' ἑτερόν τινα λογισμὸν BS)? <sup>7</sup> tantum del. <sup>8</sup> et del. <sup>9</sup> seruum ins. (ἐάν τις τὸν ἴδιον οἰκέτην ... καταλέλοιπεν ἐπίτροπον BS)

2 cogendus F<sup>2</sup> 4 citra damnum uoluntatis] ἵνα μὴ ἀδικήσωμεν τὴν βούλησιν τοῦ πατρὸς, ὅστις ἠβουλήθη ὡς ἴδιον ἐλευθερωθῆναι τὸν οἰκέτην αὐτοῦ BS (Dor.) 5 militia F 11 praesteterat F<sup>1</sup> | defectus] defectoi F<sup>2</sup> 12 eligisset F 13 ex praeterito] FX<sup>o</sup>, excepto X<sup>l</sup> (marg. Py[sis] praeterito) YZMOC 16 relinquere F<sup>2</sup> 17 e't cuius F<sup>2</sup>: καὶ παν-

τὸς ἄλλοι B (Anon.) 18 libertas ad fuerit F: ἐὰν ... καταλείφθῃ τοιαύτη ἐλευθερία BS 22 potero om. F<sup>2</sup> | condicione existentes F<sup>2</sup> 25 ei] F<sup>2</sup> cum BS: κατελείφθῃ αὐτῷ, et F<sup>2</sup> | indulgent'aria F<sup>2</sup> 26 e's't est rescriptum F<sup>2</sup> 30 testa'tore F<sup>2</sup> 33 quod om. F<sup>2</sup> 41 neque'q' tutelam F<sup>2</sup> | patrocinarii F

et ita et Marcellus libro quinto decimo digestorum et imperator noster cum patre rescripsit.  
 0 Si quis seruo pignerato directam libertatem dederit, licet uidetur iure suptili inutiliter reliquisse, attamen quasi et fideicommissaria libertate relicta seruus petere potest, ut ex fideicommissio liber fiat: fauor enim libertatis suadet, ut interpretemur et ad libertatis  
 1 petitionem procedere testamenti uerba, quasi ex fideicommissio fuerat seruus liber esse f. 220  
 11 iussus: nec enim ignotum est, quod multa contra iuris rigorem pro libertate sint constituta. Ex testamento, quod adgnatione postumae ruptum esse constitit, neque directas (B)  
 12 libertates competere neque fideicommissarias deberi, quas non a legitimis quoque heredibus pater familias reliquerit, satis constat. Si quis alienum uel suum seruum [B. 48, 4, 24  
 13 rogatus sit manumittere et minus sit in eo quod accepit iudicio testatoris, plus sit in pretio 10  
 serui, an cogatur uel alienum redimere uel suum manumittere, uidendum est. et Marcellus scripsit, cum ceperit legatum, cogendum omnimodo suum manumittere: et sane hoc iure  
 14 uimur, ut multum intersit, suum quisque rogatus sit manumittere an alienum: si suum, cogetur manumittere, etiamsi modicum accepit: quod si alienum, non alias erit cogendus,  
 15 quam si tanti possit redimere, quantum ex iudicio testatoris consecutus sit. Proinde con- 15  
 sequenter Marcellus ait eum quoque, qui heres institutus est, si quidem aliquid ad eum deducto aere alieno peruenit, cogendum esse suum manumittere: si uero nihil peruenit,  
 16 non esse cogendum. Plane si forte minus relictum est alicui, uerum creuit legatum ex aliqua causa, aequissimum erit tanti eum cogi redimere, quantum ad eum peruenit, nec  
 17 causari debere, quod minus illi relictum sit, cum creuerit eius legatum per testamenti occasionem: nam et si ex mora fructus usurae fideicommissio accessissent, dicendum est  
 18 libertatem praestandam. Proinde et si serui pretium decreuit, dicendum est redimere cogendum. Quod si legatum sit imminutum, uidendum, an cogatur seruum manumittere qui  
 19 sperauit legatum uberius consecuturum. et putem, si legatum refundere sit paratus, non esse cogendum, idcirco, quia alia contemplatione adgnouit legatum, quod ex inopinato de- 25  
 minutum est: parato igitur ei a legato recedere concedendum erit, nisi forte residuum legatum ad pretium sufficit. Quid ergo, si plures seruos rogatus sit manumittere et ad  
 20 quorundam pretium sufficiat id quod relictum est, ad omnium non sufficiat, an cogendus sit quosdam manumittere? et putem debere eum cogi uel eos, quorum pretium patitur,  
 21 manumittere. quis ergo statuet, qui potius manumittitur? utrumne ipse legatarius eligat, quos manumittat, an heres a quo legatum est? et fortassis quis recte dixerit ordinem scripturae sequendum: nam si ordo non pareat, aut sortiri eos oportebit, ne aliquam ambitionis uel gratiae suspicionem praetor subeat, aut meritis cuiusque allegatis arbitrari eos  
 22 oportet. Simili modo dicendum est et si redimero iussus sit libertatemque praestare nec pecunia quae legata est sufficiat ad redemptionem omnium, quibus libertas data est: nam 35  
 23 et hic idem erit, quod supra probauimus. Si cui legatum sit relictum isque rogatus sit seruum proprium manumittere eique quod legatum est praestare, an fideicommissaria libertas praestanda sit? quosdam mouet, quia, si fuerit coactus ad libertatem praestandam, ex  
 24 necessitate ad fideicommissi quoque praestationem erit cogendus: et sunt qui putant non esse cogendum. nam et si mihi legatum fuisset relictum et id rogatus essem Titio resti- 40

## F(XYZMOC)

2 relinquisse F 3 attamen] *tamquam adiectum esset debito soluto transtulit Dorotheus: ὁμοίως διαλυομένου τοῦ χρέους κ. τ. λ.: at id accepit ex l. 26 § 2 h. t. 6 libertate] sint F<sup>2</sup> 7 constitit] F<sup>2</sup>, constat F<sup>2</sup> 8 deberi] si] quas F<sup>2</sup> 10 rogatus] F<sup>2</sup>, legatus F<sup>2</sup>: ἐάν τις ... παραλήθῃ BS (Dor.) 13 an om. F<sup>2</sup> 16 a] m] d eum F<sup>2</sup> 18 si forte] si] minus F<sup>2</sup> 19 tantum] eum F<sup>2</sup> 21 e] nam F<sup>2</sup> 22 libertatem] F<sup>2</sup> 24 legatum] se] u] b] erius F<sup>2</sup>, legatum se uerius XYZMC, legatum se liberius O 27 plures seruos] X<sup>2</sup> YMOC, plures seruos FX<sup>2</sup>: πολλοὺς οἰκίστας BS (Dor.) 29 quo] rum F<sup>2</sup>*

31 an heres a quo legatum est] *sic scripsit secundum BS: ἢ μήτι ὁ κληρονόμος ὁ διδοὺς τὸ ἀγῶτον, an heres est FX, an heres YZMOC 33 cuiusqu] a] e] F<sup>2</sup> | arbitrari eos] δοκιμάζοντος τοῦτο τοῦ πραιτωρος BS (Dor.) 34 libertatemqu] a] e] F<sup>2</sup> 35 data] dota F<sup>2</sup> 37 manumittere eique quod] F<sup>2</sup> cum BS (Dor.): καὶ ἐλευθεροῦμένῳ αὐτῷ ἀποκαταστήσαι τὸ ἀγῶτον αὐτῷ πρᾶγμα, manumitteret id quod F<sup>2</sup> 39 sunt] F<sup>2</sup> X<sup>2</sup> MOC cum BS (Dor.): καὶ διὰ τοῦτο τινες ἔλεγον, si F<sup>2</sup>: et sunt ... 40 cogendum om. X (in marg. add. ex P[isana]) Y*

- tuere confestim et praeterea fideicommissam libertatem seruo meo praestare, sine dubio dicere]mus non esse me cogendum ad libertatis praestationem, quia nihil pretii nomine f. 22<sup>o</sup> uideor accepiisse. plane si forte post tempus fuerit rogatus restituere sibi legatum relictum, 20 dici potest propter medii temporis fructum cogendum eum manumittere, si<sup>1</sup> rogatus quis alii fundum, cum morietur, alii centum praestare si tantam ex fructibus fundi perceperit, 5 quantum est in fideicommisso, cogendum eum praestare. sic fit, ut sit in pendenti fidei- 21 commissum pecuniarium et fideicommissae libertatis praestatio. Quotiens autem fideicommissaria libertas relinquatur efficaciter, in ea causa est, ut neque alienatione neque usucapione extingui possit: ad quemcumque enim peruenerit is seruus, cui fideicommissa libertas relicta est, cogi eum manumittere: et ita<sup>2</sup> est saepissime constitutum. cogetur 10 igitur is, ad quem seruus peruenerit, fideicommissam libertatem praestare<sup>3</sup> si hoc maluit is qui rogatus est<sup>4</sup>: latius enim acceptum est, ut et si sub condicione fuit ei libertas relicta et pendente condicione alienatus sit, attamen cum sua causa alienetur. quod si nolit ab eo manumitti, sed potius ab eo uelit ad libertatem perducī, qui erat rogatus eum manumittere, audiri eum oportere diuus Hadrianus et diuus Pius rescripserunt. quin immo et 15 si iam manumissus est, uelit tamen potius eius libertus fieri, qui erat rogatus eum manumittere, audiendum eum diuus Pius rescripsit. sed et si ex persona manumissoris uel ex quacumque causa manumissus ostendere potest ius suum laedi manumissione uel etiam laesum, succurri ei ex his constitutionibus oportet, ne contra uoluntatem defuncti durior eius condicio constituatur. plane si ea sit defuncti uoluntas, ut uel a quocumque manu- 20 mitti uoluerit, dicendum est constitutiones supra scriptas cessare.
- 25 PAULUS libro tertio fideicommissorum. Si heres qui uendidit seruum sine [B. 48, 4, 25] P successore decesserit, emptor autem extet et uelit seruus defuncti libertus esse, non emptoria, non esse eum audiendum Ualens scripsit, ne emptor et pretium et libertum perdat. 24
- 26 ULPIANUS libro quinto fideicommissorum. Cum uero is qui rogatus est non [B. 48, 4, 26] P alienum seruum manumittere mortalitatis necessitate uel bonorum publicatione ad alium seruum perduxit, magis opinor constitutionibus esse locum, ne deterior condicio fideicommissae libertatis fiat. nam et cum quidam rogatus esset, cum moreretur, seruum manumittere isque decessisset libertate seruo non data, perinde eum habendum constitutum est atque si ad libertatem ab eo perductus esset: potest enim eo testamento dare<sup>5</sup> libertatem 30 utique directam. sic fit, ut, quotiens quis libertatem accepit fideicommissariam, si ab alio quam qui erat rogatus manumittatur, auxilium constitutionum habeat perindeque habeatur atque si ab eo manumissus fuisset, quoniam fideicommissis libertatibus fauor exhibetur nec intercidere solet destinata fideicommissa libertas: qui enim ea donatus est, in possessionem libertatis interim esse uidetur. Apparet igitur subuentum fideicommissis libertatibus, 35 ut in re mora facta esse uideatur et<sup>6</sup> ex die quidem, quo libertas peti potuit, matri F(XYZMOC)

<sup>1</sup> si] sicut (ὡςπερ BS)? <sup>2</sup> idem Graeci: et ita del. <sup>3</sup> uel ins. <sup>4</sup> uel si hoc maluit is qui rogatus est non est Ulpiani <sup>5</sup> idem Graeci: perductus esset testamento: potest enim eo dare? <sup>6</sup> ex ancilla quoque ita manumissa qui nascuntur ins. (u. i.)

2 nomini F<sup>2</sup> 3 si forte si 'domus' post F<sup>2</sup> 5 perceperit F<sup>2</sup> 7 fideicommissae] fideicommissam F<sup>2</sup> 11 si hoc maluit (maluerit ZO) is qui rogatus est (est om. X<sup>2</sup>) FXYZMOC: ἐάν ἄρ᾽ ἐν τῷ οἰκέτῃ αὐτὸν ἔχειν πᾶτρωνα καὶ παρ' αὐτοῦ ἐλευθερωθῆναι ἢ ἐκεῖνος αὐτὸν ἐλευθεροί, παρ' οὗ καταλείπεται ἢ ἐλευθερία BS (Dor.), quae uersio praeterea presse sequitur Latina: crediderim Dorotheum locum corruptum sic constituisse: si hoc maluit [seruus: aut manumittit eum] is qui rogatus est, coniectura non felici 12 et si om. F<sup>2</sup> 13 alienatur F 14 perducī ad' qui F<sup>2</sup> 20 quocumque] X<sup>2</sup> YZMOC, quacumque F, inc. X<sup>2</sup>: ὥστε παρ' οἰογᾶν ποτε βοῦλεσθαι αὐτὸν ἐλευθε-

ρωθῆναι BS (Dor.) 25 rogatus est non alienum] sic Best aliique secundum BS (Dor.): ὁ παρακληθεὶς τὸν ἴδιον οἰκέτην ἐλευθερωσάι, rogatus non est alienum FXC, rogatus est alienum YZMO 27 fideicommissae] F<sup>2</sup> 28 manumitteret F 30 atque (adque F<sup>2</sup>) si ad (ad om. F<sup>2</sup>) libertatem seq.] ὥς εἰ παρ' αὐτοῦ ἢ ἐλευθερωθῆναι ἢ δύναιτο γὰρ ἐν τῇ διαθήκῃ καταλιπεῖν ἐλευθερίαν αὐτῷ καὶ διρέκταν BS (Dor.) 31 utique directam sic fit] C, utique directum sic (sit F<sup>4</sup>) fit FX<sup>2</sup>, utique cum (cum om. Y<sup>2</sup>) dictum sit YZMO, inc. X<sup>2</sup> 36 et ex die seq.] καὶ ὅτε μὲν ἀρμόσει τῇ δοῦλῃ καὶ δύναιται ἀπαιτεῖσθαι ἢ ἐλευθερία (= et ancillae ubi competat libertas petique

traderetur manumittendi causa, ex die nero, quo petita est, ingenui nascantur. plerumque enim per ignamiam uel per ¶ timiditatem eorum, quibus relinquitur libertas fideicommissa, f. 221 uel ignorantiam iuris sui uel per auctoritatem et dignitatem eorum, a quibus relicta est, uel serius petitur uel in totum non petitur fideicommissa libertas: quae res obesse libertati non debet. quod igitur defendimus, ita determinandum est, ut ingenui quidem exinde 5 nascantur, ex quo mora libertati facta est, manumitti autem partum dici debeat, ex quo peti libertas potuit, quamuis non sit petita. certe minoribus uiginti quinque annis et in hoc tribuendum est auxilium, ut uideatur in re mora esse: nam qua ratione decretum et a diuo Seuero constitutum est in re moram esse circa pecuniaria fideicommissa, quae 2 minoribus relicta sunt, multo magis debet etiam in libertatibus hoc idem admitti. Cum quidam Caecilius ancillam, quam pignori obligauerat, dimisso creditore per fideicommissum manumitti uolnisset et heredibus creditorem non liberantibus infantes, qui postea erant editi, nenissent a creditore, imperator noster cum patre rescripsit secundum ea, quae diuo Pio placuerint, ne pueri ingenuitate destinata fraudarentur, pretio emptori restituito perinde 3 eos ingenuos fore, ac si mater eorum suo tempore manumissa fuisset. Idem imperator 15 noster cum patre rescripsit, si post quinquennium mortis testatoris tabulae testamenti apertae essent uel codicilli et partus medio tempore editus sit, ne fortuita mora seruitutem 4 partui irrogauerit, matri partum tradendum, ut ab ea ad libertatem perducatur. Apparet igitur ex hoc rescripto, item eo quod a diuo Pio rescriptum diximus, noluisse eos moram 5 libertati fortuitam nocere edito ex ea, cui fideicommissa libertas data est. Non tamen si a substituto impuberis fideicommissa libertas data sit ancillae eaque uiuo impubere partum ediderit, uel si post tempus uel sub condicione libertatem acceperit et ante diem uel condicionem partum ediderit, ad libertatem partus perducetur, quia horum alia condicio est: 6 non enim moram fortuitam, sed ex uoluntate testantis passi sunt. Si pro non scripto habitus sit seruus alicui legatus, cui seruo per fideicommissum libertas adscripta est, 25 quaestio est, num fideicommissa libertas debeat intercidere et<sup>1</sup> an, si seruus petat fideicommissam libertatem ab eo, penes quem remansisset pro non scripto habito legato quod erat relictum ei qui eum rogatus fuerat manumittere, uel<sup>2</sup> si ipse seruus, ut supra dictum est, fuit legatus, an libertas non debeat intercidere. et putem debere dici fideicommissam libertatem saluam esse, licet ad eum nihil peruenerit, qui eum rogatus erat manumittere: 30 cogetur igitur libertatem praestare is ad quem peruenerit legatum, quia libertas fideicommissa nullum impedimentum pati debet. Subuentum libertatibus est senatus consulto, 7 quod factum est temporibus diui Traiani Rubrio Gallo et Caelio<sup>3</sup> Hispone consulibus<sup>4</sup> in haec uerba: 'si hi, a quibus libertatem praestari oportet, euocati a praetore adesse noluerint, si causa cognita praetor pronuntiasset libertatem his deberi, eodem iure statum<sup>5</sup> 8 seruari, ac si directo manumissi essent'. Hoc senatus consultum ad eos pertinet, quibus ex causa fideicommissi libertas debeatur. proinde si libertas non deberetur, obreptum tamen praetori est de libertate pronuntiatumque, ex hoc senatus consulto libertas non competit. f. 221<sup>7</sup> 9 et ita imperator noster cum patre suo rescripsit. Euocari autem a praetore oportet eos, qui fideicommissam libertatem debent: ceterum nisi fuerint euocati, cessat Rubrianum se- 40 10 natus consultum. proinde denuntiationibus et edictis litterisque euocandi sunt. Hoc senatus consultum ad omnes pertinet latitantes, quos fideicommissam libertatem praestare oportet. proinde siue heres rogatus<sup>6</sup> siue quis alius, senatus consulto locus est: omnes enim omnino, F(XYZMOC)

<sup>1</sup> et del.    <sup>2</sup> ipse ins.    <sup>3</sup> Caepione (cf. *Hermes* 3, 45)?    <sup>4</sup> p. Chr. 103    <sup>5</sup> sit ins.

possit), ἐάν τέκη (= si pariat), αὐτῇ τῇ μητρὶ παραδίδοται ὁ τεχθεὶς (= ipsi matri traditur natus) BS (Dor.): *pleniora haec legisse interpretem non crediderim* 1 traderetur F 2 fideicommissa'm F<sup>2</sup> 8 qua'm F<sup>2</sup> 13 'ea' quae F<sup>2</sup> 14 placuerunt F<sup>2</sup> 18 ma'tri F<sup>2</sup> 20 edita ex ea F 21 substitutum F<sup>o</sup> | ancillae 'ea'qua'e F<sup>2</sup>: ἐάν δὲ ἀνήθῃ τις ὑπο-

κατατίθῃς καταλέλοιπε ... καὶ ἐτι ζῶντος τοῦ νηπίου ἔτεκεν ἢ θεράπινα BS 23 est 'non' enim F<sup>2</sup> 24 sed] sex F<sup>o</sup> 28 ei] et F<sup>2</sup> 29 libertus F<sup>2</sup> 33 trahiani F | coelio BS, ubi consules afferuntur Latine 36 ac si bia F<sup>2</sup> | senatus consult'o'um F<sup>2</sup> 37 libertam F<sup>2</sup> | debe'a'tur F<sup>2</sup>: οἷςτις ... κερρώσονται BS 38 hoc] hac F<sup>2</sup> 40 senatus consult'o'um F<sup>2</sup>

- qui deberent fideicommissam libertatem praestare, in ea causa sunt, ut ad senatus  
 11 sultum pertineant. Quare si heres quidem latitet, legatarius autem vel fideicommissus  
 qui rogatus sit libertatem praestare, praesens sit, senatus consultum deficit et nihilo n  
 impediatur libertas: proponamus<sup>1</sup> enim legatarium nondum dominium semi nactum e  
 27 PAULUS libro tertio fideicommissorum. Itaque hoc casu princeps adeundus [B. 48  
 est, ut et in hoc casu libertati prospiciatur.
- 28 ULPIANUS libro quinto fideicommissorum. Si eum seruum, cui erat fidei- [B. 48.  
 commissa libertas relicta, distraxerit is qui erat rogatus et emptor quidem latitet, is a  
 qui rogatus erat praesens sit, an Rubriano senatus consulto locus sit? et ait Marc  
 1 Rubrianum locum habere, quia abest quem manumittere oportet. Haec autem u  
 'adesse nolissent' non utique exigunt ut latitet is qui libertatem praestare debet:  
 2 et si non latitet, contemnat autem venire, senatus consultum locum habebit. Idem  
 seruatur etiam, si plures heredes constituti fideicommissam libertatem praestare rogati  
 3 iusta ex causa *absentes moram libertati faciant*. Quorum si quosdam iusta ex causa al  
 pronuntiatum fuerit, eorum, qui ex iusta causa abessent, et eorum, qui praesentes  
 commissae libertati moram non facient, perinde libertas erit atque si soli rogati ad in  
 4 libertatem perduxissent. Si quis seruum non hereditarium rogatus manumittere la  
 factum est senatus consultum Aemilio Iunco et Iulio Seuro consulibus<sup>2</sup> in haec ut  
 'placere, <sup>3</sup> si quis ex his, qui fideicommissam libertatem ex quacumque causa deb  
 'seruo, qui mortis tempore eius qui rogauit non fuerit, isque<sup>4</sup> adessee negabitur, pri  
 'cognoscat et, si in ea causa esse uidebitur, ut, si praesens esset, manumittere cog  
 'beret, id ita esse pronuntiet: cumque ita pronuntiasset, idem iuris erit, quod esset, a  
 5 'ut ex fideicommissio manumitti debuisset, manumissus esset'. <sup>5</sup> Ex iusta causa abesse  
 demum dicendum est, qui non habent iniustam causam absentiae, cum sufficiat, quod  
 in fraudem libertatis absint, quo magis uideantur ex iusta causa abesse: ceterum non  
 necesse, ut rei publicae causa absint. proinde si alibi domicilium quis habeat, alibi  
 tatur fideicommissaria libertas, dicendum est non esse necesse euocari eum, qui fidei  
 missam libertatem debere dicitur, quia etiam absente eo, si constiterit libertatem de  
 pronuntiarum potest iusta de causa eum abesse, nec libertum perdit: namque eos, qui  
 sedes suas et domicilium suum sunt, nemo dubitabit ex iusta causa abesse.
- 29 PAULUS libro tertio fideicommissorum. Si quis, posteaquam in ea causa [B. 48.  
 esse coeperit, ut ex fideicommissio manumitti deberet, alienatus sit, is quidem, cuius  
 terim seruus erit, manumittere cogetur: sed hic non distinguitur, iusta an non iusta c  
 absit: omnimodo enim libertus ei seruatur.
- 30 ULPIANUS libro quinto fideicommissorum. Cum quasi absente quodam de- [B. 48.  
 cretum fuisset interpositum ex iusta || causa eum abesse, is autem mortuus iam e  
 F(XYZMOC)

<sup>1</sup> proponimus? <sup>2</sup> p. Chr. 127 (u. i.)? <sup>3</sup> ut ins. (Hal.) <sup>4</sup> isque del. (Hal.) <sup>5</sup> hi  
 sciunt uerba senatus consulti Dasumiani (cf. l. 51 § 4 h. t.)

1 fideicommissa'm' F<sup>2</sup> 3 nihilaminus F<sup>1</sup>  
 4 libertas om. F<sup>2</sup>, uertunt BS | nondum non  
 dominium F<sup>2</sup> 8 relicta's' F<sup>1</sup> 10 que'm' F<sup>2</sup>  
 12 senatu m's consultum F<sup>2</sup> 14 absentes ...  
 causa] om. F, suppleui secundum Graecos: τὸ δὲ  
 αὐτὸ λέγεται (= idem obseruatur), εἰ καὶ πολ-  
 λοὶ ὄντες οἱ παρακληθέντες ἐλευθερώσαι κληρο-  
 νόμοι (= etiam si plures heredes constituti  
 fideicommissam libertatem praestare rogati)  
 χωρὶς αἰτίας ἐλόγου ἀπολιμπανόμενοι ὑπέθε-  
 σιν ἐμποιώσιν τῇ ἐλευθερίᾳ (= non iusta ex  
 causa absentes moram libertati faciant). εἰ  
 δὲ τις αὐτῶν ὁ ἄρχων ἀποφῆνται ἐλόγως  
 ἀπολιμπανέσθαι (= quorum si quosdam ex  
 iusta causa abesse pronuntiatum fuerit) BS  
 (Dor.) 16 libertatū's' F<sup>2</sup> 18 Μανιλίου ἰούργου

καὶ Ἰουλίῳ Σεβήρῳ BS: consules nouum  
 p. Chr. 127 ... [I]ulium (uel [Cla]udium  
 Aemilium Iuncum et Sex. Iulium Seuerum  
 Borghesi opp. 5, 509), item sub Commmodo A  
 lium Iuncum (iunctus codd.) et Atilium (i  
 Acilium) Seuerum (uita Comm. c. 4) 19 c  
 rēt F: τίς τῶν χρωστούτων BS 20 f  
 om. F<sup>2</sup> 22 erit] eat F<sup>2</sup> 24 absentia  
 25 causa om. F<sup>2</sup> 25 est] esset F<sup>2</sup> 26 d  
 micilium F<sup>2</sup> 27 fideicommissaria F: ἡ ε  
 κομισσαρια ἐλευθερία BS | libertatū'tibu'  
 30 dubitauit F 34 libertus] Schultin  
 cundum BS (Dor.): πᾶσι γὰρ τρόποις  
 γίνεται ἀπελευθερωσὶς ὁ οἰκῆτης ἐλευθεροῦ  
 libertas F 36 iam] autem F<sup>2</sup>

1 imperator noster rescripsit in heredis personam transferendum decretum eoque loco ius  
 2 eius esse, quasi hunc ipsum ex eadem causa abesse pronuntiasset. Si infans sit inter eos,  
 3 qui manumittere debent, senatus censuit, cum unius aetas impederit, ut liberi liberaeque  
 4 sint hi, quibus libertates ex causa fideicommissi praestari oportet. Hoc idem erit dicendum  
 5 et si solus sit heres institutus qui dari non potest. Si vero pupillus tutorem habet isque  
 6 nolit ad libertatem praestandam auctor esse, adeo non debet impedimento esse neque  
 7 pupillo, ut liberos non habeat, neque libertati, ut diui fratres rescripserint ex causa fidei-  
 8 commissi libertatem praestari debere seruo, perinde atque si ab ipso pupillo tutore auctore  
 9 manumissus esset. Quicumque igitur casus inciderit, quo is qui dari non potest fideicom-  
 10 missae libertati subiectus est, accommodabimus mentem senatus consulti, quae etiam ad  
 11 heredem infantem rogati trahenda est. Adeundus est autem etiam ex hac causa praetor,  
 12 praesertim cum rescripto diui Pii effectum est, ut, si quidam ex rogatis praesentes sunt,  
 13 alii latent, alii ex causa absint, intercedente infantis persona non omnium libertus effi-  
 14 ciatur, sed tantum infantis et eorum qui ex iusta causa absunt uel etiam praesentium.  
 15 Si plures heredes sunt instituti et inter eos qui dari non potest, sed non ipse rogatus sit  
 16 seruum manumittere, non oportere intercidere libertatem ob hoc, quod coheredibus suis  
 17 uendere eum infans non possit: et exstat quidem senatus consultum Utrasiarum, sed et  
 18 diuus Pius Cassio Dextro rescripsit ita rem explicari, ut partes seruorum, quibus per fidei-  
 19 commissum libertas data est, iusto pretio aestimentur atque ita seruus ab his qui rogati  
 20 sunt manumittatur. hi autem, qui eos manumiserunt, pretii nomine perinde fratribus et  
 21 coheredibus suis obligati erunt, atque si ob eam rem ex iudicati causa cum his agi possit.  
 22 In furiosi persona diuus Pius rescripsit fideicommissam libertatem non impediri sub  
 23 conditione scripti heredis, quem computem mentis non esse adfirmatur. igitur si constiterit  
 24 ei recte datam per fideicommissum libertatem, decretum interponetur<sup>2</sup>, quo id ipsum com-  
 25 plectatur, ad exemplum infantis. Ergo et in muto et in surdo subuenietur. Sed et si quis  
 26 sine herede uel alio successore decesserit qui fideicommissam libertatem praestare debebat,  
 27 adito praetore libertatem praestandam esse censuit senatus. Sed et si suus heres se ab-  
 28 stinuerit, libertati fideicommissae per senatus consultum subuentum est, tametsi non est  
 29 sine herede, qui suum heredem habet licet abinentem se. Idem dicendum et si minor  
 30 uiginti quinque annis adierit hereditatem eius, qui libertatem fideicommissam debebat, et  
 31 in integrum sit restitutus abstinendi causa. Quaerendum est autem, cuius libertas iste  
 32 fit: ex constitutione enim seruo libertas perinde competit, atque si ex testamento libertatem  
 33 consecutus esset. erit igitur libertus orcinus, non eius qui fideicommissam libertatem de-  
 34 bebat. Si alter sine successore decesserit, alter ex iusta causa absit, extat rescriptum  
 35 diuorum Marci et Ueri perinde dicentium eum ad libertatem peruenturum, ac si ab eo  
 36 qui sine successore decessit et ab eo qui ex iusta causa abesset ad libertatem ut oportuit  
 37 perductus esset. Eleganter quaeri potest, cum heres sine successore decedit, utrum ex-  
 38 spectari debet, donec certum sit heredem uel honorum possessorem non extaturum, an  
 39 uero etiam dum incertum est (forte deliberante herede scripto) possit ad libertatem per-  
 40 uenire: et melius est expectari oportere, quoad certum esse coeperit successorem non  
 41 extaturum. Imperator noster Antoninus rescripsit eum cui fideicommissa libertas debetur,  
 42 sine libertate aliquid ex testamento heredis accipere posse. Diuus etiam Marcus rescripsit  
 43 fideicommissas libertates neque aetate neque conditione neque mora non praestantium  
 44 *F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> sub *del.*    <sup>2</sup> interponet praetor?

2 eius esse *F*<sup>2</sup> 5 h'isque *F*<sup>2</sup> 7 rescripserunt *F* 10 accommodauimus *F* 11 praetor *F*<sup>2</sup> 12 praesentes *F*<sup>2</sup> 15 eos 'is' qui *F*<sup>2</sup> 19 iust' a'o *F*<sup>2</sup> | seruis *F*, ἴνα... ἐλευθερωταί... ὁ οἰκῆτις *BS* 20 manumittatur *F*<sup>2</sup> 22 sub conditione scripti heredis] διὰ τὸ μείνεσθαι αὐτὸν *BS* 23 subuentum et tametsi *F* 29 abinentem *F*<sup>2</sup> | dicendum] dic. est *F*<sup>2</sup>

32 seruo libertas] *F*<sup>2</sup> cum *BS*: ἡ μὲν γὰρ ἐλευθερία οὕτως αὐτῷ ἀρμόζει, fauor libertatis *F*<sup>2</sup> *XYZMOC* 33 coeuectus *F*<sup>2</sup> 37 potest' *F*<sup>2</sup> 42 accipere posse] *FX*<sup>2</sup> *YZ*<sup>2</sup> cum *B*, accipere non posse *X*<sup>2</sup> *Z*<sup>2</sup> *MOC*, inc. *X*<sup>2</sup> | diuus etiam marcus] ὁ θεῖος Πίος *BS* 43 fideicommissa libertates *F*

- 17 tardiusue reddentium corrumpi aut in deteriore statum perducī. Quamquam ex irritis codicillis libertates non debeantur, attamen si heres hos codicillos ratos habuit et ex his quaedam praestitit et seruos praestandae fideicommissae libertatis gratia in libertate morari uoluit, ad iustam libertatem eos peruenisse rescriptum imperatoris nostri et diui patris eius declarat.
- 31 PAULUS libro tertio fideicommissorum. Alieno seruo dari potest per fidei- 5  
 1 commissum libertas, si tamen eius sit, cum quo testamenti factio est. Cum intestato mori-  
 2 turus fidei filii commississet, ut seruum manumitteret, et postumus ei natus fuisset, diui  
 3 fratres rescripserunt *libertatem*, quia diuidi non potest, ab utroque praestandam. Qui fidei-  
 4 commissariam libertatem debet, etiam eo tempore, quo alienare prohibitus erit, manumittere 10  
 poterit. Si patronus contra tabulas bonorum possessionem acceperit, quia eum prae- (B)  
 terierit libertus, non cogetur uendere seruum proprium, quem rogatus erat a liberto suo  
 5 manumittere. Si is cuius seruus est nolit eum uendere, ut manumitteretur, [B. 48, 4, 31  
 nullae praetoris partes sunt: idem est et si pluris iusto uendere uelit. sin autem certo  
 quidem pretio, quod non prima facie uidetur esse iniquum, dominus seruum uendere pa- 15  
 ratus est, is uero, qui rogatus est manumittere, immodicum id esse nititur, praetoris partes  
 erunt interponendae, ut iusto pretio uolenti domino dato libertas ab emptore praestetur.  
 quod si et dominus uendere paratus sit et seruus uelit manumitti, cogendus est heres  
 redimere et manumittere, nisi dominus uelit seruum manumittere, ut actio sibi pretii in  
 heredem detur: idque faciendum est etiam, si heres latitet: et ita imperator Antoninus 20  
 rescripsit.
- 32 MAECIANUS libro quinto decimo fideicommissorum. Sed si alienare quidem [B. 48, 4, 32 P<sup>m</sup>  
 sit paratus, non ante tamen id uelit facere, quam sibi in pretium satisfiat, non erit manu-  
 mittere compellendus, ne et seruum manumittat et interdum nihil aut minus consequatur,  
 1 si forte is, qui rogatus est manumittere, soluendo non sit. Inuito tamen seruo neque alii 25  
 neque domino eam rem persequi concedendum est, quia non tale sit hoc fideicommissum,  
 ex quo domino quid adquiratur: alioquin ipsi datum uideretur. quod potest contingere, si  
 testator pluris eum seruum, quam quanti est, redimi ac manumitti uoluit: nam tunc et  
 domino erit fideicommissi persecutio, cuius interest praeter uerum pretium id, quod plus  
 2 ei iussus est dare, consequi, et<sup>1</sup> serui, ut ad libertatem perueniat. Quod eueniet et si rem 30  
 alienam certa pecunia redimere atque alii praestare heres uel legatarius intellegerentur<sup>2</sup>:  
 namque tunc et domino rei et ei, cui eadem praestare deberet, persecutionem esse: utrius-  
 que enim interesse et domini, ut praeter pretium accipiat, quo pluris eam testator redimi  
 iussit, et eius cui relicta est, uti eam habeat. 35
- 33 PAULUS libro tertio fideicommissorum. Si filius defuncti rogatus fuerit seruum [B. 48, 4, 33 P<sup>m</sup>  
 sui patris manumittere, dicendum est posse eum etiam contra tabulas ¶ habere et operas t.  
 imponere: hoc enim potuisset, etiamsi directam libertatem accepisset, quasi patroni filius.  
 1 Erit Rubriano senatus consulto locus, etiamsi sub condicione libertas data sit, si modo per  
 ipsum seruum non fiet, quo minus condicione pareat: nec refert in dando an in faciendo  
 an in aliquo casu condicio consistat. immo etiam amittit libertum heres, si condicione im- 40  
 pedimentum fecerit, etsi filius defuncti sit, quamuis<sup>3</sup> alio iure habiturus sit libertum. non-  
 nullam enim et hic poenam patitur: nam et<sup>4</sup> si in seruitutem petierit aut capitis accusa-  
 2 uerit, perdit bonorum possessionem contra tabulas. Si is cui seruus legatus est rogatus  
 fuerat, ut eum manumitteret, et nolit eum accipere, compellendus est<sup>5</sup> aut actiones suas  
 ei praestare cui seruus uelit, ne interdicat libertas. 45

F(XYZMOC)

<sup>1</sup> seruo, cum intersit *ins.*    <sup>2</sup> iuberentur (ὅτε ... κελεύει ὁ τεστάρωp BS)?    <sup>3</sup> *is ins.*  
<sup>4</sup> et *del.*    <sup>5</sup> aut manumittere *ins.*

2 ratus F<sup>1</sup> | et om. F<sup>1</sup> 4 rescripto F: Διά-  
 ταίς ... σαφηνίζει BS 7 testamento F 9 li-  
 bertatem om. F: ἐπειδὴ μὴ δύναται διαίρεθῆ-  
 ναι ... ἡ ἐλευθερία ... παρ' ἐκατέρων αὐτῆν  
 παρέχεσθαι BS 19 redimere] ἀγοράσαι BS,

dirimere F 22 Μαρκιανός B 27 domino 'ex'  
 quid F<sup>2</sup> 29 erit] eris F<sup>2</sup> 30 consequitur'  
 et F<sup>2</sup> 32 rei 'et ei' cui F<sup>2</sup> 34 uti 'eam F<sup>2</sup>  
 45 praestare cui seruus uelit] praestare  
 seruus uelit FX<sup>2</sup>, praestet si seruus uelit

- 34** POMPONIUS libro tertio fideicommissorum. Inuitus is, cui fideicommissio liber- [E. 48, 4, 34] P  
tas relicta est, non est tradendus alii, ut ab eo manumittatur et fiat alterius libertus, quam  
1 qui rogatus est manumittere. Campanus ait, si minor annis uiginti rogauerit heredem, [(B)  
ut proprium seruum manumittat, praestandam ei libertatem, quia hic lex Aelia Sentia  
2 locum non habet. Seruus legatus erat Calpurnio Flacco isque rogatus erat eum [E. 48, 4, 34] 5  
manumittere et, si non manumississet, idem seruus Titio legatus erat et is aequè rogatus  
erat, ut eum manumitteret: si non manumississet, liber esse iussus erat. Sabinus dicit in-  
utiliter legatum fore et ex testamento eum continuo liberum futurum.
- 35** MAECIANUS libro quinto decimo fideicommissorum. Gaii Cassii non est re- [E. 48, 4, 35] P  
cepta sententia existimantis et heredi et legatario remittendam interdum proprii serui manu-  
mittendi necessitatem, si uel usus tam necessarius esset, ut eo carere non expediret, ueluti  
dispensatoris paedagogiae liberorum, uel tantum delictum est, ut ultio remittenda non esset:  
uisum est enim ipsos in sua potestate habuisse: nam potuissent discedere a causa testa-  
menti: qua non omitta debere uoluntati defuncti obsequi. 14
- 36** IDEM libro sexto decimo fideicommissorum. Neque infantes neque furiosi [E. 48, 4, 36] P  
neque ab hostibus capti neque hi, quos religio aut honestior causa uel calamitas aliqua  
uel maior rea<sup>1</sup> familiaris aut capitis famaeue periculum aut similis causa moretur, Rubriano  
senatus consulto continentur: ac ne pupilli quidem, qui tutores non habent, aut eos ha-  
beant, quos earum quae causa detinet. sed nec, si hi data opera sui potestatem non faciunt,  
puto pupillis libertos eripi, quia et iniquum est facto tutoris, qui forsitan soluendo non 20  
sit, pupillum damno adfici, et senatus consulto non continetur alius quisquam qui ex  
causa fideicommissi debet praestare libertatem. quid ergo est? Dasumiano senatus con-  
sultu subuenitur his, quo cautum est de his, qui iusta ex causa abessent, ut nec libertas  
1 impediatur nec libertus eripiatur his, qui fraude careant. Si per procuratorem quis defen-  
2 datur, semper iusta ex causa abesse dicitur nec libertus ei eripitur. Nihil facit ad inter-  
pellandam iurisdictionem eius, qui de fideicommissa libertate cognoscit, priuilegium cuiusque  
uel ciuitatis uel corporis uel officii, in quo quisque est, uel condicio personarum.
- 7** ULPIANUS libro sexto fideicommissorum. Si pure data sit fideicommissa li- [E. 48, 4, 37] P  
bertas et is seruus rationes administrasse dicatur, diuus Marcus rescripsit moram libertati 29  
non esse faciendam, ex continentem tamen arbitrum dandum || esse, qui computationem f. 223<sup>8</sup>  
ineat. uerba rescripti ita se habent: 'Aequius uidetur Trophimo ex causa fideicommissi  
'praestari libertatem, quam sine condicione reddendarum rationum datam esse constat,  
'neque humanum fuerit ob rei pecuniariae quaestionem libertati moram fieri. qua tamen  
'representata confestim arbiter a praetore erit dandus, apud quem rationem, quam ad-  
'ministrasse eum apparuit, ex fide reddat'. tantum igitur rationes reddere cogetur. sed an 35  
et reliqua restituere debeat, nihil adicitur, nec puto cogendum: nam de eo, quod in ser-  
uitute gessit, post libertatem conueniri non potest. corpora plane rationum et si quas res  
uel pecunias ex his detinet cogendum est per praetorem restituere: item de singulis instruere.
- 38** PAULUS libro tertio decretorum. In testamento, quod perfectum non erat, [E. 48, 4, 38] P  
alumnae suae libertatem et fideicommissa dedit. cum omnia ut ab intestato egissent, quae- 40  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): mains rei?

X<sup>1</sup>Y<sup>2</sup>O<sup>3</sup>C, praestaret si uelit seruus Z<sup>4</sup>, praestet Y<sup>5</sup>, praestaret Z<sup>6</sup>, praestent M: ἀναγκάζεται τὴν ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ λόγῳ ἐκείνῳ ἐκχωρεῖν, ὧτινι ὁ οἰκέτης βούλεται BS 1 fideicommissa f 7 manumittere et si F<sup>2</sup> 9 Μαρκανός B 11 tam] tamen F<sup>2</sup> 13 in sua's pot. F<sup>2</sup> | potuis'es se'n't F<sup>2</sup> 14 ommissa F 16 uel maior res familiaris] F, uel maiores fam. X<sup>2</sup>, uel maioris rei fam. XYZMOC: διὰ ... μέγιστον πρᾶγμα οικειᾶκόν BS (Dor.) | causa moretur] F<sup>4</sup> et f, causamoreditur F<sup>2</sup>, causam moretur F<sup>2</sup> 20 tutores F 21 con-

tine'n'tur F<sup>2</sup> | ali'is quis' quam (sic) F<sup>2</sup> 25 se'd'mper F<sup>2</sup> | interpellendam F 26 qui] que F<sup>1</sup> | fideicommissi'a F<sup>4</sup> 27 uel ciuitatis ... uel officii] ἢ πόλεως ἢ κομματεῖοι ἢ τάξεως ἢ ὀφφικίου BS: non plura legit interpretes, sed dubitans, num officium hic recte uertisset τᾶξιν, Latinum uocabulum adiecit | qu'e'is- que F<sup>4</sup> 31 rescri'pti F<sup>4</sup> 32 data'm' F<sup>2</sup> 35 cogetur] F<sup>2</sup> et F<sup>2</sup>, cogetur F<sup>4</sup> 36 'a'di- citur F<sup>4</sup>: προσέθηκεν ἢ διάταξις BS 37 corpora'li plane F<sup>2</sup>: τὰ βρέβια τῶν λόγων B



siit imperator, an ut ex causa fideicommissi manumissa fuisset: et interlocutus est, etiamsi nihil ab intestato pater petisset, pios tamen filios debuisset manumittere eam, quam pater dilexisset. pronuntiauit igitur recte eam manumissam et ideo fideicommissa etiam ei praestanda.

- 39 IDEM libro tertio decimo responsorum. Paulus respondit, etsi alienus in- [B. 48, 4, 39] P<sup>1</sup> ueniatur seruus, quem ut suum testator ab uno ex heredibus uoluerit manumitti, tamen cogendum eum, qui rogatus est, redimere eum et manumittere, quoniam non putauit si-  
1 millem esse causam libertatis et fideicommissi pecuniarii. Paulus respondit his uerbis  
'πίστευσον δέ μοι, Ζώϊλε, ὅτι τὰς χάριτάς σοι ἀποδώσει ὁ γίος μου μαρτιάλιος καὶ σοὶ καὶ τοῖς  
'κοῖς παισίν' plenam uoluntatem defuncti contineri circa benefaciendum<sup>1</sup> coniunctis personis<sup>10</sup>  
Zoilum: qui si serui sint, nihil est<sup>2</sup> gratum his praestari posse quam libertatem ideoque  
praesidem debere sequi uoluntatem defuncti.
- 40 IDEM libro quinto decimo responsorum. Lucius Titius Septiciae filiae suae [B. 48, 4, 40] P<sup>1</sup>  
naturali Concordiam ancillam suam donauit: idem postea testamento filiae suae cum aliis  
quibusdam ancillam supra scriptam legauit, ut manumitteretur: quaero, an Septicia filia<sup>12</sup>  
naturalis ancillam supra scriptam manumittere cogi possit. Paulus respondit, si uiuo  
patre naturali donatio ancillae fuit<sup>3</sup> neque patris naturalis iudicium in ceteris legatis filia  
adgnouit, non posse eam compelli ancillam propriam ex causa fideicommissi manumittere.  
1 Lucius Titius Stichum seruum Maenio legauit et petit, ut neque ab eo neque ab herede  
eius umquam manumitteretur. Paulus respondit testatorem potuisse postea hunc seruum<sup>13</sup>  
ad libertatem perducere, quia non sibi legem dixisset; sed legatario.
- 41 SOAEUOLA libro quarto responsorum. 'Thais ancilla mea cum heredi meo [B. 48, 4, 41] F<sup>1</sup>  
'seruierit annos decem, uolo sit mea libera'. quaeritur, cum libertam suam esse uoluerit  
nec id heres facere potuerit nec directa pure data sit libertas, an etiam post decem annos  
1 in seruitutem remaneret. respondit nihil proponi, cur non Thaidi libertas debeat. Lucius 2. 3  
Titius ita cauit: 'Maeui fili carissime, te rogo, ut, si Stichus et Damas et Pamphilus te  
'promeruerint, aere alieno liberato ne alterius quam<sup>4</sup> tuam seruitutem experiantur': quaero,  
an, si per heredem steterit, quo minus aes alienum exsolueretur, ex causa fideicommissi  
libertatem consequi possint. res[pondit] non quidem imputandum heredi, si pro commodi- f. 1  
tatibus rei suae administrandae aes alienum tardius exsoluerit: uerum si manifeste sta- 2-4  
dium non soluentis ei rei paratum, ut libertatibus mora fieret, probaretur, repraesentandas  
2 libertates. Tutoris, quem et ipsum testamento liberis dederat, fidei commisit de manu-  
mittendis seruis ipsius tutoris, sed is a tutela excusatus fuerat: quaero, an eisdem seruis  
libertatem praestare deberent tutores, qui in locum excusati dati tutelam administrarent.  
respondit secundum ea quae proponerentur libertates et ab heredibus scriptis uideri datas. 3-4  
3 'Seio auri libras tres et Stichum notarium, quem peto manumittas'. Seius eodem testa-  
mento tutor datus a tutela se excusanit: quaeritur, an nihilo minus fideicommissa libertas  
4 debeat. respondit nihil proponi, cur non debeat. Sorore sua herede instituta de seruis  
ita cauit: 'βοῦλομαι καὶ παρακαλῶ, γλυκῦτάτη μου ἀδελφή, ἐν παρακαταθήκῃ σε εἶχειν Στίχον καὶ  
'Δάμαν τοὺς πραγματεῦτάς μου, οἷς ἐγὼ οὐκ ἠλεγθέρωσα, ἄχρις ἂν τὰς ψήφοις ἀποκαταστή-  
'ώσωσιν: ἐὰν δὲ καὶ σοὶ ἀρέσωσιν, ἐμνήσκά σοι τὴν γνώμην μου'. quaero, si paratis actoribus  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> cum *ins.*    <sup>2</sup> est] aequae?    <sup>3</sup> fuit] euenit?    <sup>4</sup> alterius quam] *idem Graeci* (μὴ πειραθῶσι τῆς ἄλλου τινός δουλείας BS): ulterius?

9 *de om. F<sup>a</sup> et BS et B* | μαρτιάλιος *F<sup>a</sup>* 10 plenam uoluntatem *seq.*] ἠβουλήθη γὰρ ὁ τελεγεθῆσας καλῶς γενέσθαι Ζωίλω καὶ τοῖς συνημμένοις αὐτῷ προσώποις BS (*Dor.*) | benefaciend'a'um *F<sup>a</sup>* 11 nihil est gratum his] FX, nichil esse gratum his YC, nichil est gratuitus his M, nisi enim graciosus hiis O: καὶ οὐδὲν οὕτως κεχαρισμένον τοῦτοεὶς νομίζεται ὡς ἡ ἐλεγθερία BS (*Dor.*) 16 si ... 17 do-

natio ancillae fuit] ἐὰν ἐν ζωῇ τοῦ πατρὸς ἐδωρήθη θεράπεινα BS (*Dor.*) 20 potuisse't *F<sup>a</sup>* | hunc seruum] uno seruo *F<sup>a</sup>* 21 legatario's' *F<sup>a</sup>* 22 mea'm' cum *F<sup>a</sup>* 23 sp't' mea *F<sup>a</sup>* 27 liberat'io *F<sup>a</sup>* 31 repraesentanda's' *F<sup>a</sup>* 32 manumittendi's' serui's' *F<sup>a</sup>* 34 exc'a'usati *F<sup>a</sup>* 38 instituta's' *F<sup>a</sup>* 39 παρακαταθήκη] BS *et f.* παρακαταθῆ F 40 ΔΑΜΑΝΤΑ BS

rationes reddere heres libertatem non praestet, dicendo eos non placere sibi, an audienda esset. respondit non spectandum, quod heredibus displiceret, sed id quod uiro bono posset placere, ut libertatem consequantur. Lucia Titia heredum fidei commisit, ut Pamphilam ancillam Seiae cum filiis eius redimerent et manmitterent, et iuridicus, quanti singuli essent redimendi, aestimauit: medio tempore Pamphila, antequam pecunia solueretur, perit: quaero, id quod natum est ex Pamphila utrum ad heredes Seiae an ad heredem Titiae pertineat. respondit id, quod natum est ex Pamphila, eius quidem esse, cuius ea fuerat tunc cum pareret: uerum heredem, si moram fideicommissae libertati fecit, compellendum partum quoque ad libertatem perducere. Lucius Titius ita testamento cauit: 'medicos tibi commendo illum et illum: in tuo iudicio erit, ut habeas bonos liberos et medicos. quod si ego libertatem eis dedissem, ueritus sum, quod sorori meae carissimae fecerunt medici serui eius manmissi ab ea, qui salario expleto reliquerunt eam': quaero, an fideicommissa libertas supra scriptis competere potest. respondit secundum ea quae proponerentur non necessitatem heredibus impositam, sed arbitrium, permissum. Titius Stichus seruo suo libertatem dedit, si rationes sic dederit<sup>1</sup>: quaero, an ratio per eum gesta ita putari debeat, ut damna, quae casu contigerunt, ad onus reliquorum non pertineant. respondit in negotio, quod uoluntate domini administrasse proponatur, ea damna, quae casu ita acciderint, ut seruo nihil possit imputari, non pertinere ad reliquorum onus. Item quaero, cum omne peculium reddere iussus sit, an ita peculium computari debeat, ut id solum peculii esse uideatur, quod quaque ex causa domino debeat superesse. respondit in ea specie, de qua quaereretur, non debere deduci ex peculio, quod domino debeat. Item quaero, an, si ex reliquis in peculio<sup>2</sup> aliquid conuerterit, deduci hoc ex peculio reddendo debeat. respondit, si id, quod ex causa quae proponeretur in peculium uersum est, reliquorum nomine desolutum est, fieri satis condicioni, si id, quod reliquum est peculii, soluatur. Libertatem ita testamento dedit: 'Cupitus seruus meus, cum Marci<sup>3</sup>anus filius meus sedecim annos implerit, rationibus redditis liberum esse uolo': post mortem tutoris tutores Cupito exactionem commiserunt isque nummos redactos expensauit eisdem tutoribus: deinde filius impubes decessit, cui mater heres extitit et tutorem tutelae iudicio filii condemnatum habuit: Cupitus ad libertatem proclamat eo tempore, quo, si uiueret Marci<sup>3</sup>anus, annos sedecim aetatis habiturus esset, offerens rationes unius anni in diem mortis testatoris, quod ceterae subscriptae fuerunt. quaesitum est, an eas quoque rationes, quas tutores periculo suo egerunt, Cupitus reddere compelli debeat. respondit eum de quo quaeritur condicioni rationis reddendae ita uideri paruissse, si omne<sup>3</sup> ex eo, quod gessit, recte desiderari potest, reddiderit: nam alteram condicionem humaniore interpretatione ita accipi posse, ut defuncto pupillo tempus, quo, si uiueret, sedecim annos impleret, exspectare satis fuerit. 'Stichus et Damas serui mei, si rationes reddideritis, liberi estote': quaesitum est, an non solum rationes, uerum si qua alia consilio et fraude eorum amota sunt, praestari ab his debeant, ut ad libertatem perueniant. respondit rationum reddendarum condicioni contineri omne, quod quoquo genere serui actum fidemque respiceret. Intra certa tempora condicioni reddendarum rationum non paruerunt, postea parati erant: quaesitum est, an perueniant ad libertatem. respondit, si per ipsos stetisset, quo minus

*F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> dedit sic 'si rationes dederit' (*similiter Hal.*)?    <sup>2</sup> peculium?    <sup>3</sup> omne] omnem quae?

2 esse *F*: εἰ ἀκουστέα ἐστὶν ἡ κληρονομία *BS*  
3 placere *F*<sup>2</sup> | uti<sup>1</sup> pamphilam *F*<sup>2</sup> 5 pecuniam *F* 6 an 'ad' heredem *F*<sup>2</sup> 11 ego] *F*<sup>2</sup> et *f*, ergo *F*<sup>2</sup> | carissim<sup>1</sup>a<sup>2</sup>e *F*<sup>2</sup> 12 manmissi<sup>1</sup> ab *F*<sup>2</sup> | salaria *F*<sup>1</sup>: τὸ καλάριον γὰρ λαβόντες αὐτῆς ἐγκαταλελοίπασιν αὐτήν *BS* (*Dor.*) | relinqui<sup>1</sup>a<sup>2</sup>erunt *F*<sup>2</sup> 15 si rationes sic dederit] ἐὰν ἀφ' τοῦς λόγους αὐτοῦ *BS* 16 contingerunt *F* 17 respondi *F* 18 reliquorum m<sup>1</sup>onus *F*<sup>2</sup> 20 causa 'a' domino *F*<sup>2</sup>

22 deduci<sup>1</sup> hoc *F*<sup>2</sup> 23 proponere n<sup>1</sup>ur *F*<sup>2</sup>  
28 tutela m<sup>1</sup>e *F*<sup>2</sup> 29 filii] filio *F*<sup>2</sup>: αὐτῆ δὲ ἐνήγαγε κατὰ τῶν ἐπιτρόπων τοῦ γιόφ αὐτῆς καὶ κατεδικάσθησαν αὐτῆ *BS* 33 si omne (quod *ins. O*) ex eo quod gessit (gesserit *C*) recte desiderari potest reddiderit] *FXYMOC*: *similiter oratio hiat in uersione*: εἰ πάντα ἀποδῶ ἐξ ὧν διόκησεν ἔχρεώσται ἀποδοῦναι *BS* 34 interpret<sup>1</sup>a<sup>2</sup>atione *F*<sup>2</sup> 36 mei s<sup>1</sup>] *F*<sup>2</sup>, si mei *F*<sup>1</sup> 39 quoquo] *F*<sup>1</sup>, quoque *F*<sup>2</sup>

- intra tempora praescripta condicioni parerent, non idcirco liberos fore, quod postea ratio uelint reddere. 'Ab heredibus meis peto fideique eorum committo, cum filius meus sedecim annos impleuerit, Stichum rationibus redditis manumittant': quaero, an eundem seruus testator in diem usque pubertatis filii sui actum agere uoluerit. respondit manifestum esse testatorem huius quoque actus rationem a Sticho reddi uoluisse. 'Stichus seruus meus iubeo ut det praestet filiae et uxori meae heredibus meis sine ulla controuersia tot aureos et ut ipsum manumittant, fidei eorum committo': quaesitum est, cum uxor ab hereditate abstinerit, utrum duobus an filias praestare debeat. respondit filiae, quae heres ex asse extitisse proponeretur, pro solido dandum. Herede filio suo ex asse instituto libertatem dedit in haec uerba: 'December dispensator meus, Seuerus uilicus et Uictorina uilica Seueri contubernalis in annos octo liberi sunt: quos in ministerio filii mei esse uolo: te autem, Seure fili carissime, peto, uti Decembrem et Seuerum commendatos habeas, quibus praesentem libertatem non dedi, ut idonea ministeria haberes, quos spero te et liberos idoneos habiturum'. quaero, cum eo tempore, quo Titius testamentum faciebat, filius natus annorum fuerat nouem et Titius post biennium et sex menses decesserit, anni octo, in quos libertas erat dilata, ex testamenti facti tempore an uero ex mortis numerari debeant. respondit posse uideri testatorem eos annos octo dilatae libertatis comprehendisse, qui computandi sunt a die testamenti facti, nisi aliud uoluisse testatorem probaretur. 'Spendophorus, cum filia mea in familia nupserit, si rationes idoneae filiae meae administratas reddiderit, liber esto': filia cum adhuc pubes esset, uiuo patre decessit et ex substitutione Seius heres extitit: quaero, cum Spendophorus rationes pupillae non administrauerit et uiuo patre familias desierit ipsius rationes administrare et, si uiueret, Titia annos haberet amplius duodecim, an ex testamento liber sit. respondit, si nullas rationes administrasset, quas reddere heredi deberet, secundum ea quae proponerentur liberum esse.
- 17 'Stichum rationibus redditis manumitti uolo'. Stichus arcarius probante domino nomina fecit et rationes a domino subscriptas exhibet nec postea nomen ullum fecit: quaero, an, si qui minus soluendo fuerint debitores, quibus alii exactores erant applicati, nondum uideatur condicioni satisfactum. respondit secundum ea quae proponerentur non pertinere ad onus reddendarum rationum, quod soluendo non essent debitores.
- 42 MAECIANUS libro septimo fideicommissorum. Antoninus Augustus Pius noster, quo militum suorum per omnia rata esset uoluntas suprema, cum et institutus et substitutus in continenti, priusquam adirent hereditatem, decessissent, eos, quibus ab his et libertas et hereditas a milite per fideicommissum data esset, perinde liberos et heredes esse iussit, ac si utrumque directo acceperant. eorum autem, qui a pagano libertatem et hereditatem per fideicommissum acceperant, cum aequae in continenti et institutus et substitutus decessissent, satis habuit libertatem confirmare.
- 43 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Fideicommissa libertas non debetur ei, quem postea uinxit dominus.
- 44 POMPONIUS libro septimo ad Sabinum. De libertate fideicommissaria praestanda seruus cum domino recte contendit.
- 45 ULPIANUS libro quinto disputationum. Si debitor rogatus sit a creditore

## F(XYZMOC)

<sup>1</sup> idem Graeci: excidisse uidentur talia: etiam de pupilli rationibus reddendis cogitatum uideatur, cum <sup>2</sup> a ins. <sup>3</sup> idem Graeci (u. i.): impubes?

2 heredibus F<sup>4</sup> 4 pubertati bu's F<sup>4</sup>  
11 liberi F<sup>2</sup> 12 commendatus F<sup>1</sup> 13 quos  
spero (sic) F<sup>1</sup> | te] ete F<sup>2</sup> 15 annorum]  
quasi esset mensium uertunt BS: ἑννέα ὑπάρχει  
μηνῶν 16 tempore bis F<sup>1</sup> 18 uoluisset  
testatorem F 19 filiae] filii F<sup>2</sup> 20 filia]  
filio F<sup>2</sup> | adhuc pubes] F cum BS (Dor.): ἡ  
τοῦ διαθεμένου θυγάτηρ ἑφθῶς ἐτελεύτησεν ἐν  
ζωῇ τοῦ πατρὸς, pubes (om. adhuc) XYM,

impubes (om. adhuc) OC: emendauit iam Anonymus uertens: ἐτελεύτησεν ἡ κόρη ἀνὸς  
23 duodecem F<sup>2</sup> 26 subscriptas] Gronovius cum BS: καὶ ἔχει τοὺς λόγους ὑπογεγραμμένους παρὰ τοῦ δεσπότης αὐτοῦ, scriptas F |  
ullum] F<sup>2</sup> et f, nullum F<sup>2</sup> 27 minoribus  
F<sup>4</sup> | applicati F 29 reddendarum rationum  
bis F<sup>2</sup> | esse'nt' F<sup>2</sup> 33 libertas 'et' F<sup>1</sup> | hereditate's F<sup>2</sup> 36 decessisset F

- ancillam suam pigueratam manumittere, dicendum est fideicommissariam libertatem utiliter relictam a debitore. quid enim interest, certa quantitas ab eo relinquatur an fideicommissaria libertas? et siue plus sit in pretio siue minus, cogitur libertatem praestare, si modo semel adgnouit uoluntatem creditoris. adgnouisse autem sic accipimus, si forte, cum conueniretur ab herede, usus est exceptione uel alias uoluntatem suam ostendit: nam si conueniatur debitor ab herede creditoris, doli exceptione uti potest in id, quod intererit debitoris ancillam suam habere. In fideicommissaria libertate, quamuis quis modicum legatum fuerit consecutus, necesse habet seruum suum manumittere: pecuniarium enim fideicommissum si diuisum fuerit, satis iniuriam<sup>1</sup> facit libertati quam fideicommissario: satius est igitur eum, qui adgnouit legatum, onerari quam libertatem interciedere. Quotiens seruo uel ancillae fideicommissaria libertas relinquatur, in ea condicione est, ut, quoad manumittatur, seruilis condicionis sit: et quidem si nullam moram praestandae libertati qui praestare debet fecit, nihil de statu eorum mutatur: ideoque eos interim legari posse, sed cum sua causa, constat.
- 46 IDEM libro sexto disputationum. Fideicommissa libertas ita potest dari: [B. 48, 4, 46] *S* heres, si uolueris, fidei tuae committo, ut Stichum manumittas, quamuis nihil aliud in 1 testamento potest ualere ex nutu heredis. Plane et ita 'si Stichus uoluerit' potest ei 2 libertas adscribi. Sed et si ita adscriptum sit 'si Seius uoluerit, Stichum liberum esse uolo', mihi uidetur posse dici ualere libertatem, quia condicio potius est, quemadmodum si mihi 3 legatum esset, si Titius Capitolium ascenderit. Quod si ita scriptum sit 'si heres uoluerit', 20 non ualebit, sed ita demum, si totum in uoluntate fecit heredis, si ei libuerit. ceterum si arbitrium illi quasi uiro bono dedit, non dubitabimus, quin libertas debeatur: nam et eam liber[at]atem deberi placuit 'si tibi uidebitur, peto manumittas': ita enim hoc accipiendum f. 225<sup>1</sup> 'si tibi quasi uiro bono uidebitur'. nam et ita relictum 'si uoluntatem meam probaueris' puto deberi: quemadmodum 'si te meruerit' quasi uirum bonum uel 'si te non offenderit' 25 quasi uirum bonum uel 'si comprobaueris' uel 'si non reprobaueris' uel 'si dignum putaueris'. nam et cum quidam Graecis uerbis ita fideicommissum dedisset: τῷ δέϊνι, ἐὰν δοκιμάσῃς, ἐλευθερίαν δοθῆναι βούλομαι, a diuo Seuero rescriptum est fideicommissum peti posse.
- 4 Quamquam autem in heredis arbitrium conferri, an debeatur, non possit, quando tamen 5 debeatur, conferri potest. Quidam, cum tres seruos legasset, fidei heredis sui commisit, 30 ut ex his duos quos uellet manumitteret: fideicommissa libertas ualebit et quos ex his uellet, heres manumittet: quare si eos uindicaret legatarius, quos heres uult manumittere, exceptione doli repellatur.
- 47 IULIANUS libro quadragensimo secundo digestorum. Si pater duos filios heredes insti- *S* tuerit et adgnatione postumi ruptum testamentum fuerit, quamuis hereditas pro duabus 35 partibus ad eos pertineat, tamen fideicommissae libertates praestari non debent, sicuti ne 1 legata quidem aut fideicommissa praestare coguntur. Si, cum alienum seruum [B. 48, 4, 47] heres rogatus sit manumittere, item communem uel eum, in quo usus fructus alienus est, 2 latitet, non inique senatus consulto libertatibus succurretur. Si Sticho libertas per fidei- 40 commissum data fuerit sub condicione, si rationes reddidisset, et is absente herede paratus *F*(XYZMOC)

<sup>1</sup> enitabimus: at partem non tam facile legatarius uel simile quid ins.

1 manumitt'ere *F*<sup>2</sup> | dicendum] defendum *F*<sup>1</sup>  
3 'et' siue *F*<sup>2</sup>: καὶ εἴτε τιμιώτερα ἐστὶν *BS*  
4 cum] eum *F* 5 alia's *F*<sup>6</sup> 6 exceptioni *F*<sup>2</sup>  
7 quis] quia *F*<sup>2</sup> 8 pecuniarium (pecunia-  
riam *X*<sup>o</sup>) enim ... 9 facit (tam *ins.* *YMOC*)  
libertati quam fideicommissario (fideicommiss-  
sariam *O*)] *FXYMOC*: τὸ δὲ ἐν χρήμασι φιδει-  
κόμισσον ἐὰν δωρήται, ἀδικεῖ μᾶλλον τὴν ἐλεγ-  
θερίαν ἢ περὶ τὸν φιδεικομισσάριον *BS* *corruptis*  
*uerbis uel potius hiantibus ita redditis, ut*  
*sententia inde efficiatur quamquam uis tolera-*  
*bilior* 11 quod ad manum. *F*<sup>6</sup> 17 plane et

'si' ita *F*<sup>2</sup>: δύνатаι δὲ καὶ οὕτω καταλιμπά-  
νεσθαι ἐλευθερία *BS* 22 dubitauimus *F* |  
nam 'et' eam *F*<sup>2</sup>: καὶ ταύτην γὰρ ἐρρόσθαι τὴν  
ἐλευθερίαν *BS* 23 libertatem 'meam proba-  
ueris puto deberi quemadmodum (*em.* quem-  
admodum) si te meruerit' deberi *F*<sup>6</sup> 24 uiro]  
uiri *F*<sup>1</sup> 26 're'probaueris *F*<sup>2</sup> 27 graecis  
*F*<sup>2</sup> | fideicommissum 'putaueris nam et cum  
quidam' dedisset *F*<sup>2</sup> | δεινεῖ *F* | δοκειμάσῃς *F*  
31 duo'bu's *F*<sup>6</sup> | manumittere't' *F*<sup>2</sup> | ualeuit *F*<sup>2</sup>  
36 partibus *bis* *F*<sup>2</sup>

- sit reliqua soluere, praetoris officio continetur, ut uirum bonum eligat, cuius arbitrio rationes computentur, et pecuniam, quae ex computatione colligitur, deponat, atque ita pronuntiet libertatem ex causa fideicommissi deberi. haec autem fieri conueniet, si heres ex iusta causa aberit: nam si latitabit, satis erit liquere praetori per seruum non stare, quo minus conditioni pareat atque ita pronuntiare de libertate oportebit. Cum sub condicione legato seruo libertas datur non aliter fideicommissario<sup>1</sup> tradi debet, quam ut caueatur existente condicione traditu iri eum. Quaedam cum in extrema esset ualetudine, praesentibus honestis uiris compluribus et matre sua, ad quam legitima hereditas eius pertinebat, ita locuta est 'ancillas meas Maeuiam et Seiam liberas esse uolo' et intestata decessit: quaero, si mater ex senatus consulto legitimam hereditatem eius non uindicasset et hereditas ad proximum cognatum pertinisset, an fideicommissa libertas deberetur. respondi deberi: nam eam, quae in extremis dixisset 'ancillas meas illam et illam liberas esse uolo', uideri ab omnibus, qui legitimi heredes aut bonorum possessores futuri essent, petisse, ut hoc fieri possit.
- 48 IDEM libro sexagesimo secundo digestorum. Cum in testamento scriptum [B. 48, 4, 48] est: 'Stichum Titio lego' uel 'heres meus dato ita, ut eum Titius manumittat', dixi petenti legatario Stichum exceptionem doli mali obstaturam, nisi cauerit se libertatem secundum uoluntatem defuncti praestaturum.
- 49 AFRICANUS libro nono quaestionum. Si is, cui seruus legatus est, rogatus [B. 48, 4, 49] manumittere latitet, orcinum fieri libertum respondit: idem fore et si non legatarii, sed heredis fidei commissum esset. sed et si non omnium, sed quorundam heredum fidei commissum sit, aequè dicendum orcinum || fieri: in eos autem qui latitauerint coheredibus, a quibus redimendae partes essent, utilem actionem eo nomine dari debere uel etiam familiae ereiscundae iudicio recte eos acturos.
- 50 MARCIANUS libro septimo institutionum. Si seruus legatus et per fideicommissum manumissus sit, Ceruidius Scaeuola consultus putabat nouissimam scripturam ualere, siue libertas sit siue legatum, quia, cum libertatem datam postea<sup>2</sup> placeat adimi, et per legatum constat posse adimi: sed si in obscuro sit, qua mente post libertatem legauit eundem seruum, in obscuro libertatem praualere. quae sententia mihi quoque uerior esse uidetur.
- 51 IDEM libro nono institutionum. Non tantum ipse, qui rogatus est manumittere, ad libertatem perducere potest, sed et successores eius, siue emptione siue quo alio modo successerint. sed et si nemo successor extiterit, ad fiscum ita transit, ut libertas ab eo praestetur. Is autem qui rogatus est manumittere etiam eo tempore quo alienare prohibetur potest manumittere. Si alienum seruum quis rogatus fuerit manumittere, cum ei pecunia certa legata esset, ut emat eum et manumittat, et dominus nolit eum uendere, legatum retinet ex uoluntate defuncti. Cui per fideicommissum libertas debetur, liberum quodammodo loco est, et statuliberi locum optinet uel eo magis, quod nec in alium transferendus est, ut aut libertas eius impediatur aut iura patronorum grauiora experiatur. Senatus consulto Dasumiano cautum est, ut, si ex iusta causa absit qui fideicommissam libertatem debet et hoc pronuntiatum fuerit, perinde libertas competat, atque si, ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset. Absesse autem is intellegitur, qui a tribunali abest. Et quia de heredibus tantum cautum erat, adiectum est eodem senatus consulto, F(XYZMOC)

<sup>1</sup> idem Graeci: fideicommissaria, non aliter?<sup>2</sup> postea] posse?

1 arbitrao F<sup>a</sup> 4 latitauit F | per s'er'uuum F<sup>2</sup>  
 5 pareat om. F<sup>1</sup> 8 'h'onestis F<sup>2</sup> | legitimam F  
 9 esse] est F<sup>1</sup> | decesserit F: καὶ ἀπέθανεν  
 ἀδιάθετος BS 21 fideicommissa sit F<sup>1</sup> 22 la-  
 t'auitauerit F<sup>2</sup>: κατὰ τῶν ἀποκρυψάντων ἐαγ-  
 τοῦς BS 24 'h'ereiscundae F<sup>2</sup> 25 septim  
 institutionem F | fideicom'missum' F<sup>2</sup> 27 po-

ste'a' F<sup>2</sup> 28 legauit] rogauit F<sup>a</sup> 29 qu'a'e F<sup>2</sup>  
 35 manumitter'e' si F<sup>2</sup> 40 iust'a' causa F<sup>1</sup>  
 41 'at'que si F<sup>2</sup> 43 quia de] X<sup>4</sup>YZ<sup>2</sup>MC, quia  
 F<sup>1</sup>Z<sup>2</sup>, qui ab F<sup>2</sup>, quia ab X<sup>a</sup>, om. inter  
 alia O: καὶ ἐπειδὴ περὶ μόνων κληρονόμων  
 εἶπεν ἡ σύγκλητος BS (Dor.)

ut quicumque fideicommissam libertatem ex quacumque causa<sup>1</sup> pronuntiatum fuerit eum eosue abesse, perinde habeatur, atque si, ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset. Sed Articuleiano senatus consulto<sup>2</sup> cauetur, ut in prouinciis praesides prouinciae cognoscant, licet heres non sit eius prouinciae. Sed si non hereditarium seruorum quis rogatus fuerit manumittere, sed proprium, ex senatus consulto Iunciano post pronuntiationem<sup>5</sup> peruenit ad libertatem. Siue iusta ex causa abest siue latitet siue praesens non uult manumittere, pro absente eum haberi diuus Pius rescripsit. Emptor quoque ut manumittat, eodem senatus consulto expressum est. Et praesens coheres perinde manumittat, atque si traditum a coherede accepisset. quod et in impuberis persona coheredis, qui non erat rogatus manumittere, eundem principem rescripsisse relatum est. Sed si matrimonii causa<sup>10</sup> quis manumittere rogatus est, non est cogendus eam uxorem ducere, sed sufficit fideicommissa libertas.

ULPIANUS libro primo responsorum. Posteaquam a creditore alienati sunt [B. 48, 4, 52] S serui, quibus fideicommissa libertas adscripta est, non nisi ex iusta causa aduersus heredem subueniri eis posse. 15

MARCIANUS libro quarto regularum. Si quis rogatus ancillam manumittere [B. 48, 4, 53] S moram fecerit, si interea enixa fuerit, constitutum est huiusmodi partum liberum nasci et quidem ingenuum. sed sunt constitutiones, quibus cauetur statim ex quo libertas deberi coeperit ingenuum nasci: et hoc magis est sine dubio sequendum, quatenus libertas non 19 priuata, sed publica res est, ut ultro is || qui eam debet offerre debeat. sed si nondum f. 236' debita libertate fideicommissa ancilla peperit, studio tamen heredis fuerit effectum, ut nondum libertas deberetur, ueluti: quod tardius adit hereditatem, ut qui nati sint ex ancilla serui eius fiant, placet manumittendos, sed tradi matri oportere, ut ab ea manumitterentur et liberti potius matris fiant: nam quos indignus est heres seruos habere, ne quidem libertos habeat. 25

MAECIANUS libro sexto decimo fideicommissorum. Si mater, postquam filium [B. 48, 4, 54] P<sup>o</sup> accepisset, uel qui in eius locum successit praestare noluit libertatem, compellendi sunt: amplius si mater aut nollet sibi filium tradi aut in rerum natura esse desisset, non ab re est dicere, nihilo minus ita natis ab herede libertatem praestari. 29

MARCIANUS libro quarto regularum. Sed et si non data opera tardius [B. 48, 4, 55] S adierit, sed dum de adeunda hereditate deliberat, idem dictum<sup>3</sup> est. et si postea cognouit se heredem institutum, quam ancilla peperit, placet hoc quoque casu subueniendum esse: hoc tamen casu ipse manumittere debet, non matri tradere. Sed si directo libertas data fuerit ancillae et horum aliquid euenerit, quemadmodum natis subuenietur? nam ibi quidem petitur fideicommissa libertas et praetor paruulis subuenit: cum uero directo libertas 35 datur, non petitur. sed etiam hoc casu puto nato subueniendum esse, ut aditus praetor in rem matri decernat actionem exemplo fideicommissariae libertatis. sic denique et Marcellus libro sexto decimo digestorum scripsit et ante aditam hereditatem usucaptis, qui testamento manumissi sunt, subueniendum esse, ut eis libertas conseruetur utique per prae-  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> debet, si *ins.* (u. i.)<sup>2</sup> a. p. Chr. 123 (cf. *Hermes* 3, 45)<sup>3</sup> dicendum (u. i.)?

1 ut quicumque fideicommissam (fideicommissariam C) libertatem (debent *ins.* C) ex (ex *om.* Y<sup>o</sup>) quacumque (quocumque F<sup>2</sup>X<sup>o</sup>) causa (causi F<sup>o</sup>, causu X<sup>o</sup>, causa deberi C) pronuntiatum fuerit] FXYMC, *om. inter alia O*: ἵνα παντός χρεωστούοντος φιδεικομμισσαρίαν ἐλευθερίαν, ἐὰν καθ' οἰανδήποτε αἰτίαν ἀπόφασις γένηται BS (Dor.): *interpres uerba* debet si uidetur inseruisse non suo loco, sed post libertatem itaque ex coniectura magis quam ad exemplum plenius 2 ex fi' causa F<sup>4</sup> 14 es'se't non F<sup>2</sup> 15 subueniri 'e'i' posse F<sup>2</sup>: οὐ σὺν-

τρέχονεν τούτοις τοῖς οἰκέταις BS (Dor.) 16 Μάρκελλος B 18 sed sunt constitutiones quibus cauetur statim ex quo libertas deberi coeperit ingenuum *om.* F<sup>2</sup> 20 'ut' u'l'tro F<sup>2</sup> 21 deuita lib. F<sup>2</sup> 22 ueluti] sic YZMC cum BS: τυχόν γὰρ ἐπίτηδες βραδύτερον ἠδίτευσεν, utique F<sup>2</sup>, uel utique F<sup>2</sup>XO 23 manumittentur F<sup>2</sup> 24 liberti's F<sup>2</sup> 26 Μαρκιανός B 29 minus's ita F<sup>2</sup> 30 maecianus F<sup>2</sup>, 'idem B | turdus F<sup>o</sup> 31 dictum] F, dicendum X<sup>4</sup>YZ MOC, *inc.* X<sup>o</sup> 39 p'e'r praetorem F<sup>4</sup>

torem, quamuis his et imputari possit, quare usucapti sunt: in paruulis autem nulla deprehenditur culpa.

- 56 MARCELLUS libro singulari responsorum. Lucius Titius testamento ita cauit: B. 48, 4, 56 'si quos codicillos reliquero, ualere uolo. si quis mihi ex Paula, quae uxor mea fuit, intra decem menses natus nataue erit, ex semisse heredes sunt. Gaius Seius ex semisse heres esto. Stichum et Pamphilum seruos meos et Erotem et Diphilum peto et fidei heredum committo, ut, cum ad pubertatem liberi mei peruenerint, manumittant'. deinde nouissima parte ita cauit: 'quod si mihi liberi nati non erunt aut intra pubertatem decesserint, tunc heredes ex paribus partibus sunt Mucius et Maenius. legata, quae priore testamento, quo filios et Seium, reliqui, praestari uolo, hoc est et a sequentibus heredibus'. deinde codicillis ita cauit: 'Lucius Titius heredibus primis et substitutis salutem. peto, ut ea quae testamento caui legauit et ea quae codicillis cauero legauero, praestentur. quaero, cum liberi Lucio Titio nati non sint, an Sticho et Pamphilo et Eroti et Diphilo seruis confestim fideicommissa libertas praestari debeat. Marcellus respondit condicionem, quae libertati eorum, de quibus quaereretur, si filii heredes exstitissent, adposita esset, repetitam non uideri ideoque confestim libertatem praestandam esse et a primis et a substitutis heredibus: nam ut supra scriptum est, petit, ut quae testamento cauisset praestarentur, cauit autem de libertate eorum seruorum. atquin sub condicione cauit et, si alterius generis condicio esset, exspectanda esset: sed non est uerisimile, ut hoc in ista condicione cogitauerit, cum fidei substitutorum committeret, qui admitti ad hereditatem non possent, si impleretur condicio.

## VI.

## R DE ADEPTIONE LIBERTATIS R

- 1 TERENCEUS CLEMENS libro octauo decimo ad legem Iuliam et Papiam. Cum B. 48, 5, 1 F libertas lege adimatur, aut pro non data haberi debet aut certe perinde obseruari, ac si a testatore adempta esset. 26

## VII.

## R DE STATULIBERIS R

SEPA

- 1 PAULUS libro quinto ad Sabinum. Statuliber est, qui statutam et destinatum B. 48, 5, 2 S in tempus uel condicionem libertatem habet. Fiunt autem statuliberi uel condicione expressa uel ui ipsa. condicione expressa quid est, manifestum est. ui ipsa, cum creditoris fraudandi causa manumittuntur: nam dum incertum est, an creditor iure suo utatur, interim statuliberi sunt, quoniam fraus cum effectu in lege Aelia Sentia accipitur.
- 2 ULPIANUS libro quarto ad Sabinum. Qui statuliberi causam adprehendit, in B. 48, 5, 3 S ea condicione est, ut, siue tradatur, salua spe libertatis alienetur, siue usucapiatur, cum sua causa usucapiatur, siue manumittatur, non perdat spem orcinii liberti. sed statuliberi causam non prius seruus nanciscitur nisi adita uel ab uno ex institutis hereditate: ceterum *F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> *idem Graeci (u. i.): heredes scripsi ins.*

1 et f'a'mputari F<sup>2</sup>, etiam imputari f 2 culpa 'marc' F<sup>4</sup> 4 si quo's' codicillos F<sup>2</sup> | reliquere F<sup>2</sup> 5 heredes ... ex semisse om. F<sup>2</sup> 6 h'erotem F<sup>2</sup> 7 manumittat F: ἴνα ... ἐλεγθερώσωσιν αὐτούς BS 8 nouissima parte' F<sup>2</sup> | si bis F<sup>2</sup> 9 heredes] heredibus F: ἔστωσαν μοῦ κληρονόμοι Μοῦκιος καὶ Μέβιος BS | legata ... 10 reliqui] καὶ τὰ λεγῶτα, ἄτινα ἐληγάτευσα ἐν τῇ πρώτῃ μοῦ διαθήκῃ, ἐν ἧ τοῦς ἐμοῦς παῖδας καὶ Σεῖον κατέλειπα κληρονόμοις BS

11 deinde ... heredibus om. F<sup>2</sup> 13 h'eroti F<sup>2</sup> 15 quaeretur F 17 script'a'um F<sup>4</sup> 19 condici'o F<sup>2</sup> 20 committeret qui] O, committeret FXY, committeret (committeretur M) quia ZYMC: ὅποτε τῇ πίστει τῶν λογιστικῶν ἐπέτρεψε ... οἷτινες οὐκ ἠδύναντο δεχθῆναι πρὸς τὴν κληρονομίαν BS (Dor.) 25 debe'a't F<sup>2</sup> 29 statutum F<sup>2</sup> 30 habent F 33 effecto F 35 condicio'ne' F<sup>2</sup> | tradetur salue F<sup>2</sup>

ante aditionem siue tradetur siue usucapietur siue manumittetur, spes statutae libertatis intercidit. Sed si impuberis tabulis libertas seruo sit adscripta, an uiuo pupillo, post aditionem uidelicet hereditatis patris, statuliber sit? Cassius negat: Iulianus contra existimat, quae sententia uerior habetur. Plus scripsit Iulianus et si legatus sit seruus ab herede patris, liber esse iussus in pupillaribus tabulis, praenalere libertatis dationem. Si primis 5 tabulis sub condicione seruus cum libertate ex parte dimidia heres sit institutus, an statuliberi causam optineat, ut adeunte coherede cum sua causa usucapiatur? <sup>1</sup> cum a semetipso acceperit libertatem, non potest statuliberi causam optinere. plane si condicio hereditatis deficiat, quo casu secundum Iulianum uel libertatem apiscitur, dicendum est statuliberi causam optinere, eo quod non a semetipso, sed a coherede accepisse libertatem creditur. Quocumque gradu pupillo seruus cum libertate substitutus sit, necessarii causam optinet: quae sententia utilitatis causa recepta est et a nobis probatur. Celsus quoque 10 putat libro quinto decimo cum libertate substitutum statuliberi causam optinere.

Idem libro uicensimo septimo ad Sabinum. Statuliberos condicioni parere [B. 48, 5, 4 S oportet, si nemo eos impediatur et sit condicio possibilis. Sed si in heredis persona iussus 15 sit parere condicioni, quid dici debeat? si quidem paruit condicioni, statim liber est etiam inuito herede. quod si non patitur heres pareri (puta offert decem, quae dare iussus erat), procul dubio liber est, quia per heredem stare uidetur, quo minus condicionem impleat. et parui refert, de peculio ei offerat an ab alio accepta: receptum est enim, ut seruus peculiare quoque nummos dando perueniat ad libertatem, siue ipsi heredi siue alii dare 20 iussus est. Inde quaeritur, si forte debeatur pecunia huic seruo uel ab herede, quod in domini rationem plus erogauerat, uel ab extraneo, nec uelit heres debitorem conuenire uel statuliberi soluere pecuniam: an debeat ad libertatem peruenire, quasi moram per heredem patiat. et aut legatum huic statuliberi fuit peculium aut non: si legatum peculium fuit, Seruius scribit moram eum libertatis passum ob hoc ipsum, quod ei aliquid 25 ex ratione dominica deberetur nec ei ab herede praestaretur: quam sententiam et Labeo probat. Idem || Seruius probat et si in eo moram faciat heres, quod nolit exigere a debitoribus: nam peruenturum ad libertatem ait. mihi quoque uidetur uerum quod Seruius ait, cum igitur ueram putemus sententiam Serui, uideamus, an et si non fuerit praelegatum <sup>2</sup> peculium seruo, idem debeat dici: constat enim statuliberum de peculio posse dare uel 30 ipsi heredi iussum uel alii: et si eum dare impediatur, perueniet statuliber ad libertatem. denique etiam remedii loco hoc monstratur domino statuliberi, ut eum extraneo iussum dare prohibeat, ne et nummos perdat cum statuliberi. proinde defendi potest et si non nult exigere uel ipse soluere, ut hic habeat, unde condicioni pareat, libertatem competere: et ita Cassius quoque scribit. Non solum autem si dare iussum dare prohibeat, statuliber 35 ad libertatem peruenit, uerum etiam si ascendere Capitolium iussum ascendere uetet, item si Capuae dare iussum Capnam ire prohibeat: nam qui prohibet seruum proficisci, intellegendus est impedire magis uelle libertatem quam operis serui uti. Sed et si iussum coheredi dare non patiat unus ex heredibus dare, aequae liber erit: sed is, cui iussum erat dare et liber esse, familiae eriscundae iudicio ab eo qui impedit consequetur, quod 40 sua intererat prohibitum statuliberum non esse. Si decem iussum dare et liber esse quinque det, non peruenit ad libertatem, nisi totum det: interim igitur uindicare quinque nummos dominus eorum potest. sed si residuum fuerit solutum, tunc etiam id alienatum <sup>3</sup>, cuius

F(XYZMOC)

<sup>1</sup> et ins.    <sup>2</sup> legatum?    <sup>3</sup> alienatur?

1 statu'tae F<sup>2</sup>: ἡ τῆς ἐκ διαθήκης ἐλευθερίας ἐπιπέ F<sup>2</sup> (Dor.) 6 cum] eum F<sup>2</sup> 7 cum a] F<sup>2</sup>, a F<sup>1</sup> 9 adipiscitur f 13 potat F 14 statuliberos' F<sup>2</sup> 16 condicioni's statim F<sup>2</sup> 17 parerit' puta F<sup>2</sup> 20 ipse F: cf. u. 31 22 conuenire m' F<sup>2</sup> 24 legatum fuit huic F<sup>2</sup> | statuliberi F 25 seru'ius F<sup>2</sup> 27 in o' F<sup>2</sup> 28 seru'ius F<sup>2</sup> 31 ipse F<sup>2</sup> 36 capito-

lium iussum ascendere om. F<sup>1</sup>, uertunt BS 37 capue dare F 39 cui iussu's F<sup>2</sup>: ὅτι ἐκελεύσθη παρασχεῖν BS 40 h' eriscundae F<sup>2</sup> 41 statu'm liberum F<sup>2</sup> 42 non] X<sup>1</sup> YMOC cum BS: οὐκ ἐπιτηγχανεῖ τῆς ἐλευθερίας, om. FX<sup>o</sup> 43 tunc etiam id alienatum] τότε καὶ τὰ πρῶτα πέντε δοκεῖ καλῶς ἐκπεποιθῆσθαι BS



- ante dominium non erat translatum. ita pendebit praecedentis summae alienatio, sic tamen, ut non retro nummi fiant accipientis, sed tunc, cum residua summa fuerit exsoluta. Si plus quam iussus erat dederit statuliber, puta decem iussus dare uiginti dedit, sine numeravit sine in sacculo dedit, peruenit ad libertatem et superfluum potest repetere. Si quis seruum iussum decem dare et liberum esse uendiderit sine peculio, utrum statim liber sit (quasi prohibitus uideatur de peculio dare hoc ipso, quod sine peculio distractus est) an uero cum fuerit prohibitus peculium tangere? et puto tunc demum liberum fore, cum uolens dare prohibeatur, non statim ubi uenit. Si quis seruum iussum decem dare et liberum esse operari prohibeat, uel si, quod ex operis suis meret, abstulerit ei heres, uel si, quod ex mercedibus suis coegit, heredi dederit, an ad libertatem perueniat? et puto, si quidem ex operis dederit uel undecumque dederit<sup>1</sup>, ad libertatem peruenturum: quod si prohibeatur operari, non fore liberum, quia operari domino debet. plane si ei ablata fuerit pecunia ex operis collecta, liberum fore arbitrator, quia de peculio dare prohibetur. sane si testator uel ex operis uel ex iussu prohibuit operari ad libertatem peruenturum non dubito. Sed et si argento subtracto uel rebus aliis distractis nummos corrasos dederit, perueniet ad libertatem, quamuis, si nummos subtractos dedisset, ad libertatem non perueniret: nec enim uidetur dedisse, sed magis reddidisse. sed nec si aliis<sup>2</sup> subripuerit nummos et heredi dederit, ad libertatem perueniet, quia auelli nummi ei qui accepit possunt. plane si sic consumpti fuerint, ut nullo casu auelli possint, competet libertas. Non solum autem si heres moram facit libertati, sed et si tutor uel curator uel procurator uel alius quiuus, in cuius persona condicioni parendum est, libertatem competere dicimus. et sane hoc iure utimur in statulibero, || ut sufficiat per eum non stare, quo minus condicioni pareat. Si quis heredi in diebus triginta mortis testatoris dare iussus fuerit, deinde heres tardius adierit, Trebatius et Labeo, si sine dolo malo tardius adierit, dantem eum intra dies triginta aditae hereditatis ad libertatem peruenire: quae sententia uera est. sed quid si data opera traxit? an ob id statim, ut adita est hereditas, ad libertatem perueniat? quid enim si tunc habuit, post aditam habere desiit? sed et hic expleta uidetur condicio, quoniam per eum non steterit, quo minus impleatur. Si quis sic acceperit libertatem 'cum decem dare poterit, liber esto', Trebatius ait, licet habuerit decem uel idoneus fuerit ad acquirendum et conseruandum<sup>3</sup> peculium, tamen non alias ad libertatem peruenturum, nisi dederit aut per eum non steterit, quo minus det: quae sententia uera est. Stichus annua bima trima die denos aureos heredi si dederit, liber esse iussus est. si prima pensione stetit per heredem, quo minus acciperet decem, expectandam esse trimam pensionem placet, quia et tempus adiectum est et adhuc supersunt duae pensiones. sed si eadem decem sola habeat, quae optulit ad primam pensionem, an etiam ad sequentem quoque prosit, si offerat? et an et ad tertiam, si sequens pensio non sit accepta? et puto sufficere haec eadem et paenitentiae heredi locum non esse: quod et Pomponius probat. Quid si seruus, qui annua bima trima die iussus est dena dare, tota simul offerat heredi non expectata die? uel decem primo anno datis secundo anno uiginti optulit? benignius est eum in libertatem peruenire, cum utriusque prouidentia infertur et serui, quatenus maturius in libertatem perueniat, et heredis, quatenus dilatione interempta ilico accipiat, quod post tempus consequi poterat. Si ita sit libertas seruo data, si quinquennio heredi seruerit, deinde eum heres manumiserit, statim liber fit, quasi per eum sit effectum, quo

F(XYZMOC)

<sup>1</sup> dederit *del.*    <sup>2</sup> alii (παρ' ἑτέρου τινός BS)?    <sup>3</sup> *idem Graeci (u. i.): tantum ins.*

3 ded'it siue F<sup>1</sup> 6 est *om.* F<sup>1</sup> 8 uenit F<sup>2</sup>  
10 mercedibus F<sup>2</sup> | heredi de dederit F<sup>2</sup> |  
puto] poto F 19 possit F: ὡς μὴ ἀγνάσθαι  
ἀπαίτείσθαι B (Anon.) 21 condicioni F<sup>2</sup>  
26 an ob id statim ut] Y<sup>1</sup>, anobistatim F<sup>1</sup>,  
a nobis statim F<sup>2</sup>X<sup>2</sup>, a nobis id statim X<sup>1</sup>O,  
an ob id statim Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>C, *inc. M<sup>2</sup>*: ἄρα εὐθέως  
ἀμα τῇ ἀδίτῳ ἐλεγερόνται ὁ οἰκέτης; BS

(Dor.) 29 uel idoneus fuerit ad acquirendum et conseruandum peculium] ἢ εἰς ἐπεὶ ἐστὶν αὐτῷ τὸ κτήσασθαι τὰ δέκα νομισμάτα καὶ φυλάξαι τὸ ἴδιον πεκοῦλιον BS (Dor.)  
37 paenitentiae F<sup>2</sup> 41 quod si post F<sup>2</sup>  
42 poterit F<sup>1</sup>: ἀπερ ἐκελεύσθαι μετὰ χρόνον λαβεῖν BS (Dor.) 43 quasi *om.* F<sup>2</sup>

minus ei seruiat: quamuis si non pateretur eum sibi seruire, non statim<sup>1</sup> perueniret, quam si quinquennium praeterisset. ratio huius rei euidentis est: manumissus enim amplius seruire non potest: at is<sup>2</sup> quem quis non patitur sibi seruire, postea pati potest intra quinquennium tempus. atquin iam quinquennio ei seruire non potest: sed uel minus potest. Item Iulianus libro sexto decimo digestorum scripsit, si Archusae libertas ita sit data, si tres<sup>5</sup> seruos pepererit, et per heredem steterit, quo minus pepererit (puta quod ei medicamentum dedisset, ne conciperet), statim liberam futuram esse: quid enim exspectamus? idemque et si egisset heres, ut abortum faceret, quia et uno utero potuit tres edere. Item si heredi seruire iussum statuliberum heres uendidit et tradidit, credo statim ad libertatem peruenire.

PAULUS libro quinto ad Sabinum. Cum heres rei publicae causa abesset et [B. 48, 5, 5] S pecuniam statuliber haberet: uel exspectari eum debere<sup>3</sup>, donec redeat is cui dare debet, uel deponere in aedem pecuniam consignatam oportet, quo subsecuto statim ad libertatem peruenit. Non est statuliber, cui libertas in tam longum tempus collata est, ut eo tempore is qui manumissus est uiuere non possit: aut si tam difficilem, immo paene impossibilem<sup>15</sup> condicionem adiecerit, ut aliunde ea libertas optingere non possit, ueluti si heredi milies dedisset aut cum moreretur, liberum esse iussisset: sic enim libertas inutiliter datur, et ita Iulianus scribit, quia nec animus dandae libertatis est. Seruire [cf. D. 40, 4, 17 pr. 61 pr. Titio anno et liber esse iussus Titio mortuo non statim || liber fiet, sed cum annus transierit, f. 228] quod uidetur non tantum sub condicione, sed etiam ex tempore data libertas: etenim ab-<sup>20</sup> surdum est maturius eum liberum fieri, cum condicionem non implet, quam futurus foret, si eam expleret. Si duobus decem datis liber esse iussus sit et unus quinque accipere noluerit, melius est dicere posse eum eadem quinque alteri offerentem ad libertatem peruenire. 'Stichus si Titio per triennium seruerit uel si illi centum operas dederit, liber esto'. constat hoc modo libertatem utiliter dari posse: nam et alienus seruus seruire nobis potest,<sup>25</sup> sicuti liber, et multo magis operas dare: nisi testator seruitutis appellatione dominium magis quam operam intellexit. ideoque si prohibet heres Titio seruire, peruenit ad libertatem. 'Stichus si heredi meo anno seruerit, liber esto': quaerendum est, annus quomodo accipi debeat, an qui ex continuis diebus trecentis sexaginta quinque constet an quibus<sup>30</sup> libet. sed superius magis intellegendum Pomponius scribit. sed et si quibusdam diebus<sup>30</sup> aut ualetudo aut alia iusta causa impedimento fuerit, quo minus seruiat, et hi anno imputandi sunt: seruire enim nobis intelleguntur etiam hi, quos curamus aegros, qui cupientes seruire propter aduersam ualetudinem impediuntur. Item si decem heredi dare iussus fuerit, heres etiam per partes accipere fauore libertatis cogendus est. Ita liber esse iussus 'si Titius Capitolium ascenderit': si Titius nolit ascendere, impediatur libertas. idemque<sup>35</sup> iuris est in similibus causis et condicionibus. Item Cassius ait ei, qui seruire iussus est anno, illud tempus, quo in fuga sit uel in controuersia pro libertate, non procedere.

POMPONIUS libro octauo ad Sabinum. Statuliber rationem reddere iussus re- [B. 48, 5, 6] S  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> non aliter (u. i.)?    <sup>2</sup> is] si?    <sup>3</sup> eum debere del.

1 non statim perueniret (ad libertatem *ins. C*) quam si] FXC, non statim perueniret (peruenisset Y) quasi YMO: οὐκ ἄλλως γίνεται ἐλεύθερος, εἰ μὴ ὁ πενταετής παραδράμοι χρόνος BS (Dor.) 3 at is quem ... potest] ὁ δὲ νῦν μὴ συγχωροῦμενός μοι δοyleύσαι μετὰ τὰ ἄλλα δύματα μοι δοyleύσαι BS | sibi] f, si F 4 at- quon F<sup>2</sup> | item iulianus 'item' libro F<sup>4</sup> 6 quo] ho F<sup>1</sup> 7 concipere't' F<sup>2</sup> | futurum F 8 egisset] παρεσκεύασεν BS 9 statu m'liberum F<sup>2</sup> 13 quo] quod F: τοῦτο γὰρ γενομένου BS 14 tem'pus' F<sup>2</sup> 15 pene F 16 aliunde] ἀλλὰ ὅθεν BS: scilicet quae non temporis ratione, sed ob aliam causam impleri nequeat |

milies] *Ant. Augustinus*, milies F: ἐὰν χιλιάδας νομισμάτων παρασχῆ τῷ κληρονόμῳ BS 21 futurus] futuros F, liber futurus f 23 peruenere F<sup>1</sup> 26 liber et] libertit F<sup>2</sup> 29 continu'his F<sup>4</sup> | sexagent'is'a F<sup>4</sup> | an quibus libet] FXC, an quibus sexto Y<sup>2</sup>Z<sup>2</sup>, an qui bis- sexto Y<sup>2</sup>MO, an quibuslibet an qui Z<sup>2</sup>: ἢ τὰς οἰασθήποτε ἡμέρας ψηφίζομεν BS (Dor.): uidetur significari annus effectus ex diebus CCCLXV iis, quibus domino libeat serui operis uti 32 hi] his F | egros F 37 in controuersia pro libertate] ἐν τῇ περὶ τῆς ἐλευθερίας φιλονεικίᾳ BS (Dor.) 38 statulibe'r' F<sup>2</sup>

liquum quod apparet soluit, de eo, quod obscurius est, satisfacere paratus est. Neratius et Aristo recte putant liberum fore, ne multi ad libertatem peruenire non possint incerta causa rationis et genere negotii huiusmodi. Statuliber, qui non rationes reddere, sed pecuniam iussus est dare, numerare debet, non fidelissorem dare.

6 ULPIANUS libro uicensimo septimo ad Sabinum. Si statulibera serua poenae [B. 48, 5, 7] facta sit et post damnationem statutae libertatis condicio exstiterit, quamuis ipsi statuliberae nihil proficiat, partui tamen proficere oportet, ut perinde liber nascatur, atque si mater 1 damnata non esset. Quid tamen si qua conceperit in seruitute, deinde ab hostibus capta peperit ibi post existentem condicionem, an liberum pariat? et interim quidem quin seruus hostium sit, nequaquam dubium est: sed uerius est postdignio eum liberum fieri, quia, si 2 mater in ciuitate esset, liber nasceretur. Plane si apud hostes eum concepisset et post-existentm condicionem edidisset, benignius dicitur competere ei postdignio et liberum 3 eum esse. Statuliber parendo condicioni in persona emptoris peruenit ad libertatem: et sciendum hoc ad statuliberos omnis sexus pertinere. non solum autem si uenierit, haec condicio ad eum transit qui emit, uerum etiam ad omnes, quicumque quoquo iure domini- nium in statulibero nacti sunt. siue igitur legatus sit tibi ab herede statuliber siue adiu- dicatus siue usucaptus a te siue traditus nel aliquo iure tuus factus, sine dubio dicemus 4 parere condicioni in persona tua posse. sed et in herede emptoris idem dicitur. Si filius familias heres sit institutus et statuliber filio dare iussus est et liber esse, siue filio siue || patri dando peruenit ad libertatem, quia et ad patrem hereditatis emolumentum peruenit. sed et si post mortem filii patri dederit quasi heredis heredi, liber erit: nam et si quis extraneo dare iussus sit et liber esse, deinde hic heredi heres extiterit, non quasi in ex- 5 tranei persona, sed quasi in heredis condicioni parebit. Statuliber decem dare iussus est 6 liber esse, si quinque datis distractus sit, residua quinque emptori dabit. Si seruus tuus statuliberum emerit, tibi datur, quod heredibus dare iussus est. sed et si tuo seruo dederit, si modo is eum peculiari nomine emit neque ei tu peculium ademisti, puto liberum fore, scilicet ut eo modo tibi dedisse intellegatur, perinde atque si tua uoluntate cuius alii tuo- 7 rum seruorum dedisset. Si quis non dare decem et liber esse, sed rationibus redditis liber esse iussus sit, an ad emptorem haec condicio transeat, uideamus. et alias sciendum est eas demum condiciones ad emptorem transire, quae sunt in dando: ceterum hae, quae sunt in faciendo, non transeunt, ut puta si filium eius litteras edocuerit: hae enim personis eorum cohaerent, quibus adscribuntur. rationum autem reddendarum condicio, quod ad reliqua quidem attinet, in danda pecunia consistit, quod autem ad ipsa uolumina rationum tradenda percontandasque et examinandas rationes et in<sup>1</sup> dispungendas atque excutien- das, factum habet. num quid ergo reliqua quidem et emptori dando perueniat ad liber- tatem, cetera in persona heredis consistant? puto igitur<sup>2</sup> et ad emptorem reliquorum solutionem transmitti: sic fiet, ut diuidatur condicio: et ita Pomponius libro octauo ex Sabino scripsit.

7 PAULUS libro quinto ad Sabinum. Usus fructus alienatio condicionem statu- [B. 48, 5, 8] liberi secum non trahit.

8 POMPONIUS libro octauo ad Sabinum. Ita liber esse iussus 'si decem dederit, [B. 48, 5, 9] 'liber esto' heredi dare debet: nam qui non habet, cui det, heredi dando ad libertatem 1 peruenit. Si partes suas quisque heredum diuersis ementibus uendiderit, quas portiones heredibus dare statuliber debuit, easdem dabit emptoribus. Labeo autem ait, si nomina F(XYZMOC)

<sup>1</sup> et in] et exin?    <sup>2</sup> rationum exactionem apud heredem remanere *ina*.

3 ratione's F<sup>1</sup> 7 oporteat F 10 fueri F<sup>1</sup>  
12 edi's disset F<sup>1</sup> 14 uenierit] F<sup>1</sup> Y cum  
BS: ἐὰν πράθῃ, euenerit (sic) F<sup>2</sup>, euenerit  
XZMC, uelit O 16 herede 'de' F<sup>2</sup> 18 he-  
redem F 19 dare] dure F<sup>1</sup> 20 patri's F<sup>2</sup>  
23 pareuit F<sup>1</sup> 24 si quinque] quinque F<sup>2</sup>  
28 et om. F 30 hae om. F<sup>2</sup> 32 coherent F |

adscribantur F 34 tradendum F<sup>2</sup> | percon-  
tantasque F<sup>2</sup>: εἰς τὸ ἀναψηλαφθῆναι τοὺς  
λόγους καὶ διαψηφισθῆναι καὶ ὡς περ ἐκτιναχθῆ-  
ναι BS | et om. F<sup>1</sup> 37 transm'is'itti F<sup>2</sup> |  
sic] si F 44 dauit F<sup>1</sup> | nomina'n' dum-  
taxat F<sup>2</sup>

dumtaxat heredum in testamento posita sint, uiriles partes eis dandas: si uero ita 'si heredibus dedit', hereditarias.

- 9 ULPIANUS libro uicensimo octauo ad Sabinum. Statuliberum medio tempore [B. 48, 5, 10] S seruum heredis esse nemo est qui ignorare debeat: eapropter noxae dedi poterit, sed deditas sperare adhuc libertatem poterit: nec enim deditio spem illi adimit libertatis. Si statuliberum non eadem condicione heres uendat, causa eius immutabilis est et luere se ab eo<sup>1</sup> potest simili modo ut ab herede. si tamen suppresserit condicionem statuliberi?<sup>2</sup> et ex empto quidem tenetur: grauiore autem etiam stellionatus crimen inportant ei, qui sciens dissimulata condicione statutae libertatis simpliciter eum uendiderit. Illud tractatum est, an liberatio contingat ei qui noxae dederit statuliberum. et Octauenus putabat liberari: et idem dicebat et si ex stipulatu Stichum deberet eumque statuliberum soluisset: nam et si ante solutionem ad libertatem peruenisset, extingueretur obligatio tota: ea enim in obligatione consistere, quae pecunia lui praestarique possunt, libertas autem pecunia lui non potest nec reparari potest. quae sententia mihi uidetur uera. Statuliberi condicio ita demum immutabilis || est, si adita hereditas fuerit: ceterum ante aditam hereditatem in propriam usucapitur seruitutem libertatisque spes infringitur: sed adita postea hereditate spes libertatis fauore sui redintegrabitur.
- 10 PAULUS libro quinto ad Sabinum. Si decem dare iussum heres uendiderit [B. 48, 5, 11] S et tradiderit dixeritque adscriptum libertati, si uiginti dedisset, ex empto erit actio cum uenditore, aut, si dupla promissa est, ob euictionem dumtaxat duplae repetitio erit, ex empto ob mendacium.
- 11 POMONIUS libro quarto decimo ad Sabinum. Si heres pecuniam donasset [B. 48, 5, 12] S statulibero, ut sibi eam daret et liber esset, non fieri liberum Aristo ait: sed si in plenum ei donasset, fieri liberum.
- 12 IULIANUS libro septimo digestorum. Si quis testamento libertatem acceperit [B. 48, 5, 18] S sub condicione, si rationem dederit, debet pro hereditaria parte heredibus reliqua soluere, etiamsi nomina quorundam heredum sint in condicione posita.
- 13 IDEM libro quadragesimo tertio digestorum. Si quis ita libertatem dedisset [B. 48, 5, 14] S Stichus, si eum heres meus testamento suo non manumiserit, liber esto, secundum uoluntatem defuncti hoc significari uidetur 'si testamento suo heres non adscriperit ei libertatem'. quare si quidem heres libertatem seruo testamento suo dederit, defectus condicione uidetur: si non dederit, impleta condicione ultimo uitae tempore heredis ad libertatem perueniet. Seruus communis liber esse iussum ita 'si decem dederit' ex peculio dare potest, quod quocumque modo adquisitum habuerit: nec refert, apud heredem id an apud socium fuerit et heredi an extraneo dare iussum sit. nam per omnia causas statuliberi applicatur: qui condicionis implendae gratia alienare peculiarias nummos potest. Si duo serui rationibus redditus liberi esse iussi fuerint et separatim rationes gesserint, non dubie separatim quoque condicione parere poterunt. sed si actus eorum communiter gestus ita immixtus fuerit, ut separari non possit, necessario alter cessando alterius libertatem impedit. nec uidebitur condicio in alterius persona impleta, nisi id, quod computatione rationum habita reliquum fuerit, aut uterque aut alter totum soluerit. Qui ita liber<sup>3</sup> iussum est 'si iurauerit se Capitolium ascensurum', confestim ut iurauerit, quamuis Capitolium non

F(XYZMOC)

<sup>1</sup> eo] emptore?    <sup>2</sup> quid fiet uel similia ins.    <sup>3</sup> esse ins.

1 sint 'uiriles' F<sup>2</sup> 3 ulpianus Παῦλος B |  
statu' m' liberum F<sup>2</sup> 4 sededitus F 8 et ex  
empto] και τῆ ἐξ ἐμπω BS | ei] emhi F<sup>2</sup>  
10 statu' m' liberum F<sup>2</sup> 12 nam et] nat et  
F<sup>2</sup> et F<sup>4</sup>M, an etiam at et X<sup>2</sup>, at et  
X<sup>2</sup>ZC, at YO: και πρὶν γάρ καταβανθῆναι τὸν  
Cρίχον, εἰ μετῴλεε πρὸς τὴν ἑλευθερίαν BS  
(Dor.) | peruenisse F 13 quae] que F  
14 quae] F<sup>2</sup> 15 imputabilis F<sup>2</sup> 16 here-

ditate' m' F<sup>2</sup> 17 libertates F<sup>2</sup> | redintegra-  
uitur F<sup>2</sup> 21 uendacium F<sup>2</sup> 26 ratione F  
31 defecto F<sup>2</sup> 32 uide' b' itur F<sup>2</sup> 34 id] in F<sup>2</sup>  
35 applicatur] sic X<sup>2</sup>YZMO cum BS: κατὰ πάντα γὰρ τρόπον στατογίβερὸς τύχην ὁ  
τοιοῦτος ἐπέχει, applicantur FX<sup>2</sup>, applicabi-  
tur C 38 poterint F | cummuniter F<sup>2</sup> 40 ui-  
deitur F<sup>2</sup>



ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. Si seruus liber esse iussus sit [B. 48, 5, 20] *E* et legatum ei datum, si filius quartum decimum compleuerit, et filius ante decesserit: libertas fauore competet die ueniente, legati autem condicio deficit.

PAULUS libro sexto decimo ad Plautium. Si peculium seruo legatum sit, qui [B. 48, 5, 21] *E* iussus est alii dare decem et sic liber esse, et heres eum prohibuerit dare, deinde manu- 5 missus peculium petat ex causa legati, an per doli exceptionem eam summam, quam daturus esset, deducere heres possit, ut ipsi prosit, non manumisso, quod ea pecunia data non est? an uero indignus sit heres, qui contra uoluntatem defuncti fecit, eam pecuniam lucrari? et cum seruo nihil absit et libertas ei competit, inuidiosum est heredem fraudari. De illo quaeritur, si inuito herede det aut nesciente, an faciat nummos accipientis. et Iu- 10 lianus uere existimat ex hac causa concessam uideri statuliberis alienationem nummorum etiam inuito herede et ideo facere eos accipientis pecuniam. Quod si heredi dare iussus est decem et eam summam heres debeat seruo: si uelit seruus eam pecuniam compensare, erit liber. Is, cui seruus pecuniam dare iussus est ut liber esset, decessit. Sabinus, si f. 230' decem habuisset parata, liberum fore, quia non staret per eum, quo minus daret. Iulianus 15 autem ait fauore libertatis constituto iure hunc ad libertatem peruenturum, etiamsi postea habere coeperit decem. adeo autem constituto potius iure quam ex testamento ad libertatem peruenit, ut, si eidem et legatum sit, mortuo eo cui dare iussus est ad libertatem quidem perueniet, non autem et legatum habiturus est: idque et Iulianus putat, ut in hoc ceteris legatariis similis sit. diuersa causa est eius, quem heres prohibet conditioni parere: 20 hic enim ex testamento ad libertatem peruenit. Heredi autem iussus dare etiam heredis heredi dare posse diuus Hadrianus rescripsit: et si hoc sensit testator, etiam in legatario idem dicendum est. Quaedam condiciones natura sui nec possunt eodem tempore im- (B) pleri, sed necessariam habent temporis diuisionem, uelut cum decem operarum iussus est dare, quia operae per singulos dies dantur. <sup>1</sup>igitur et si singulos aureos det statuliber, 25 potest dici eum implisse condicionem. alia causa est operarum, quia hae necessario singulae edendae sunt. sed et si heres accipere noluerit, non statim liber erit, sed cum tempus transierit, per quod operarum quantitas consumatur. idem dicendum est, si iussus Capuam ire et liberum esse heres prohibeat ire: tunc enim erit liber, cum peruenire Capuam potuisset: inesse enim uidetur tempus tam operarum praestationi quam itineri. 30 Si ita quis acceperit libertatem 'Stichus, si heres eum non manumiserit, liber [B. 48, 5, 21] esto', <sup>2</sup>poterit ab herede manumitti: non contra uoluntatem testatoris adimitur ei libertus. sed non tam continuum tempus exigendum est, ut praecipitari cogatur heres uel ex peregrinatione celerius reuerti ad manumittendum uel administrationem rerum necessariarum intermittere, nec rursus tam longum, ut, quamdiu uiuat, protrahatur manumissio, sed mo- 35 dicum, quo primum possit sine magno incommodo suo heres manumittere. quod si tempus adiectum fuerit, illud spectabitur.

POMPONIUS libro septimo ex Plautio. Labeo libro posteriorum ita [cf. D. 40, 4, 8. B. 48, 5, 22] *E* refert: 'Calenus dispensator meus, si rationes diligenter tractasse uidebitur, liber esto sua-

*F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> talia fere interpone: aliae etsi possunt uno tempore impleri, tamen etiam temporis diuisionem recipiunt: puta seruus decem aureos dare iussus est et liber esse <sup>2</sup> et *ins.*

1 liber esse] liberasse *F*<sup>1</sup> 5 decem] cume-  
cem *F*<sup>2</sup> 7 dota *F* 9 in diuidiosum *F*<sup>2</sup>  
10 nasciente *F*<sup>1</sup> 13 uel'it' *F*<sup>2</sup> 14 ut liber  
esset] *F*<sup>1</sup>, et liber esse *F*<sup>2</sup> 15 parata a' *F*<sup>2</sup>  
19 est om. *F*<sup>1</sup> 26 necessariae *F*<sup>1</sup> 28 con-  
sumatur *F* 29 capuam *F*<sup>2</sup> | capuam *F*<sup>2</sup>  
32 libertus] *F*<sup>1</sup> cum *BS* (*Dor.*): οὐδέ γάρ παρὰ  
γνώμην τοῦ διαθεμένου ἀφαιρείται αὐτοῦ τὸν  
ἀπελεύθερον, libertas *F*<sup>2</sup> 33 sed non tam  
seq.] ἀλλ' οὐδέ συναπτῶς τὸν χρόνον σκοποῦμεν

(= sed nec continuum tempus exigimus),  
ἵνα παραχρῆμα ἐλευθερώσῃ αὐτόν ὁ κληρονόμος  
(= ut statim eum heres manumittat), ἐπεὶ  
κατακρημνίζομεν αὐτόν (= quoniam eum prae-  
cipitamus), ἢ ἀπὸ ξένης συντομώτερον ἀπαι-  
τοῦντες ὑποστρέψαι (= cogentes eum uel ex  
peregrinatione celerius reuerti) κ. τ. λ. *BS*  
(*Dor.*): non puto Graecos aliter legisse | prae-  
cipituri *F*<sup>2</sup> 34 necessariarum *F*<sup>2</sup> 37 spec-  
tauitur *F*<sup>1</sup>



est, nisi id legatum in tempus libertatis collatum esset. uideamus, ne, cum peculium et accessionem et decessionem habeat, augmentum quoque eius peculii, si modo ab herede ei ablatum non sit, legato cessurum sit: et magis hoc iure utimur.

POMPONIUS libro octauo decimo ad Quintum Mucium. Statuliberi a ceteris B. 48, 5, 30 *F* seruis nostris nihilo paene differunt. et ideo quod ad actiones uel ex delicto uenientes uel ex negotio gesto contractu<sup>1</sup> pertinet, eiusdem condicionis sunt statuliberi cuius ceteri. et ideo in publicis quoque iudiciis easdem poenas patiuntur, quas ceteri serui. Quintus Mucius scribit: pater familias in testamento scripserat 'si Andronicus seruus meus heredi meo dederit decem, liber esto'. deinde de his bonis coeperat controuersia esse: qui se lego heredem aiebat esse, is eam hereditatem ad se pertinere dicebat, alter, qui hereditatem possidebat, aiebat testamento se heredem esse. secundum<sup>2</sup> eum sententia dicta erat, qui testamento aiebat se heredem esse. deinde Andronicus quaerebat, si ipsi uiginti dedisset, quoniam secundum eum sententia dicta est, futurusne esset liber an nihil uideatur sententia, qua uicit, ad eam rem ualere?<sup>3</sup> quapropter si uiginti heredi scripto dedisset et res contra possessorem iudicata esset, ¶ illum in seruitute fore. Labeo hoc, quod Quintus Mucius scribit, ita putat uerum esse, si re uera lege ab intestato heres fuit is qui uicit: nam si iniuria iudicis uictus esset scriptus uerus heres ex testamento, nihilo minus eum paruissse condicioni ei dando et liberum fore. sed uerissimum est, quod et Aristo Celso rescripsit, posse dari pecuniam heredi ab intestato, secundum quem sententia dicta est, quoniam lex duodecim tabularum emptionis uerbo omnem alienationem complexa uideretur: non inter esse, quo genere quisque dominus eius fieret et ideo hunc quoque ea lege contineri, secundum quem sententia dicta est, et liberum futurum eum, qui ei dedisset pecuniam. hunc autem, id est possessorem hereditatis, cui data esset summa, si uictus esset hereditatis petitione, cum ceteris hanc quoque pecuniam uictori restituere debere. 24

IDEM libro septimo ex uariis lectionibus. Si ita liber esse iussus sit 'Stichus, B. 48, 5, 31 *F* si eum heres non alienauerit, liber esto', etiamsi statuliber est, alienari tamen poterit.

GAIUS libro tertio decimo ad legem Iuliam et Papiam. Si seruo sub condicione rationum editarum legatum sit, per eam condicionem eum iussus esse legatum accipere, ut pecuniam reliquorum reddat, non dubitatur. Et ideo cum quaesitum est<sup>4</sup> 'Stichus cum rationes dederit, cum contubernali sua liber esto' an mortuo Sticho ante condicionem contubernalis eius libera esse possit: Iulianus dixit quaestionem esse in hac specie, quae et in legatis agitatur 'illi cum illo do', an altero deficiente alter ad legatum admittatur: quod magis sibi placere, perinde ac si ita scriptum esset 'illi et illi'. aliam etiam esse quaestionem, an contubernali quoque condicio iuncta sit: quod magis esset. itaque si nulla reliqua Stichus habuerit, statim eam liberam esse, si habuerit reliqua, de 35

*F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> contractusne? <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): contra (similiter Cuiacius)? <sup>3</sup> quoniam ... ualere] idem Graeci (u. i.), requiruntur autem talia: quoniam secundum eum sententia dicta futurus fuisset liber, an nihil uideatur sententia quae uicit ad eam rem ualere? respondit omnino sententiam quae uicit ad eam rem ualere <sup>4</sup> libertate sic relicta uel similia in.

2 quoque ... 3 ablatum om. *F*<sup>1</sup> | modo] ex mado em. *F*<sup>2</sup> 5 p'a'ene *F*<sup>2</sup> | uel ex delicto ... 6 contractu] ἐκ τε συναλλαγμάτων αὐτῶν καὶ ἐξ ἀμαρτημάτων *BS* (*Dor.*) 9 decem] εἰκοσι *BS* (*Dor.*) 10 eam] eum *F*<sup>1</sup> 11 aiebat *F*<sup>2</sup> | secundum ... 12 heredem esse] καὶ ἐνίκησεν τὴν δίκην ὁ γεγραμμένος *BS* (*Dor.*) 12 si ipsi uiginti dedisset ... 14 ualere] ἐὰν τὰ κ' νομισματα παράσχῃ τῷ νικῆσαντι τὸν περὶ τῆς κληρονομίας ἀγῶνα (= si ipsi uiginti dedisset, secundum quem sententia dicta est), εἰ γίνεται ἐλεῦθερος (= futurusne esset liber) ἢ μήτι οὐδὲν ποιεῖ ἢ περὶ τῆς κληρονομίας ἀπόφασις (= an nihil uideatur sententia qua uicit ad eam rem ualere) *BS*

(*Dor.*): non aliter igitur legerunt Graeci, sed ex corruptis quoquo modo sese expederunt 15 iudicata m' *F*<sup>2</sup> 16 puta't' *F*<sup>2</sup> | uera] uero *F*<sup>1</sup> | is] his *F* 20 non interesse] *Brenemannus*, non interesset *F*: ὥστε μήκετι περιεργάζεσθαι ἡμᾶς *BS* (*Dor.*) 24 hanc] an *F*: καὶ τὰῦτα τὰ ἀργύρια *BS* (*Dor.*) 25 liber esse] liberasse *F*<sup>1</sup> 28 rationum editarum] ἐὰν παράσχῃ τοὺς λόγους *BS* (*Dor.*) 30 dederit] reddeat *F*<sup>2</sup> | ante condicionem] πρὶν πληρῶσαι τὴν ἀίρεσιν *BS* 31 contubernali *F* | quaestionum *F*: τὴν αὐτὴν ζήτησιν ... εἶναι *BS* 34 iuncta] συνέζεγκται *BS*: cf. *D. 35, 1, 81 pr.*: ad coniungendam condicionem | esset' *F*<sup>2</sup>



bere eam numerare pecuniam: nec tamen licitum ex suo peculio dare, quia id illis permissum sit, qui principaliter pro sua libertate pecuniam dare iubentur.

- 32 LICINIUS RUPINUS libro primo regularum. Si duobus heredibus institutis [B. 48, 5, 33] Bj  
 seruus liber esse iussus sit<sup>1</sup>, si decem heredibus dederit, ab altero ex heredibus uenierit et traditus fuerit, pro parte<sup>2</sup> alteri ex heredibus, a quo non uenierit, dando pecuniam liber erit.
- 33 PAPINIANUS libro secundo quaestionum. Statuliberorum iura per heredem [B. 48, 5, 34] P  
 fieri non possunt duriora.
- 34 IDEM libro uicensimo primo quaestionum. Seruus si heredi decem dederit, [B. 48, 5, 35] P  
 liber esse iussus est: statuliberum heres eum manumisit ac postea defunctus est. heredis heredi pecunia danda non est: quod enim placuit heredi dari oportere, tunc memineris locum habere, cum prior heres dominus accepturus pecuniam fuit. quae causa facit ambulatoriam, ut ita dixerim, condicionem: duae sunt enim causae, per quas in primū heredis persona condicio impletur, dominii ratio, item personae demonstratio: prior causa transit in omnem successorem, ad quem peruenerit statuliber per dominii translati continuationem, sequens personae dumtaxat eius, qui demonstratus est, adhaeret. Imperator Antoninus rescripsit iussum rationes reddere et liberum esse, si heres causabitur accipere rationes, nihilo minus liberum fore. quod rescriptum ita accipi debet, ut, si reliqua non trahat, liber sit: quod si trahat, ita demum, si optulit eam quantitatem, quae refundi debuit ex fide ueritatis: non enim libertati sufficit heredem in mora fuisse, si non id fiat per statuliberum, quod remota mora libertati aditum daret. quid enim si ita manumissum 'Dama si in Hispaniam profectus anno proximo fructus coegerit, liber esto' Romae retineat heres neque proficisci patiatur? numquid dicturi sumus statim ante fructus coactos liberum fore? nam et cum Romae stipulatio concipitur ita 'centum in Hispania dare spondee', inesse tempus stipulationi, quo possit in Hispaniam peruenire, nec ante iure agi placuit. sed si heres acceptis rationibus et reliquis computatis donare se ea statulibero non habenti quod inferat proscribat<sup>3</sup> aut etiam litteris ad eum missis palam faciat, condicio libertatis impleta uidebitur. quid ergo, si neget se reliqua traxisse atque ideo, quia per heredem steterit, ut accipiat rationes, liberum factum, heres autem neque se fecisse moram et reliqua debere statuliberum contendat? apud eum qui de libertate cognoscit, an condicio sit impleta, constabit: cuius officio continebitur de mora considerare nec minus computare rationes et, si reliqua trahi compererit, non esse liberum pronuntiare. sed si numquam negauit reliqua debere, cum autem conueniret heredem et rationes offerret, professus sit refursum, quidquid in reliquis esse constiterit et eius pecuniae reum numerare paratum idoneum optulit et heres in mora fuit: sententia pro libertate dicitur.
- 35 IDEM libro nono responsorum. Non uidebitur per statuliberum non stare, [B. 48, 5, 36] P  
 quo minus condicio libertatis existat, si de peculio, quod apud uenditorem seruus habuit pecuniam condicionis offerre non possit: ad alienum enim peculium uoluntas defuncti porrigi non potuit. idem erit et si cum peculio seruus uenierit et uenditor fide rupta peculium retinuerit: quamquam enim ex empto sit actio, tamen apud emptorem peculium seruus non habuit.
- 36 IDEM libro secundo definitionum. In tabulis secundis filio seruum data liber- [B. 48, 5, 37] P  
*F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> sit] sic? <sup>2</sup> idem Graeci: emptori, pro parte *ins.* <sup>3</sup> perscribat (γράφη BS: Stephanus)

1 eum F<sup>1</sup>: ἀγτίμ BS | illi's F<sup>2</sup> 3 ruphinus F<sup>4</sup>  
 4 dederit ab altero ex heredibus *bis* F<sup>1</sup> 10 heredi'bu's heredi F<sup>4</sup> 11 tunc] *O cum BS*: τότε χώραν έχει, nec FX (*superscr.* uel hoc) Y, hoc ZM, tunc hoc C 12 habere's F<sup>4</sup> 15 domini'i' F<sup>2</sup> 17 liber F 22 ispaniam F 24 ispania F 25 quo] δι' ὄσου BS (*Dor.*), quod F 26 se eas'e stat. F<sup>4</sup> 27 inferat o' F<sup>4</sup> 30 cognoscat F<sup>1</sup> 31 contineuitur F<sup>1</sup> 33 offerret] *Leoninus cum*

BS: πολλάκις δὲ ὑπομνήσας τὸν κληρονόμον καὶ προσαγαγῶν ἀγτὸ τοῦς λόγους, offerre F<sup>1</sup>  
 35 sententia e' F<sup>2</sup> 36 non uidebitur per statuliberum non stare] *FXYZMO cum Graecis.* οὐ δοκεῖ ἐμποδίζειν τῇ ἀπέσει, non uidebitur per statuliberum stare Z<sup>1</sup>MC 38 condicionis] condicionem F<sup>4</sup> 42 filio seruum] τῷ ἀνήβφ οἰκέτην BS, filium seruo F

tate substitutum iure statuliberi prudentes munierunt: quod utilitas recipit, scilicet ut cum sua causa alienaretur, ne patris testamentum puer filius rescindat. quae iuris auctoritas citra dilectum ordinis ad secundum quoque uel tertium substitutum porrecta est.

- 37 GAIUS libro singulari de casibus. Si ita scriptum sit: 'Stichum Titio do, ut [B. 48, 5, 38] P  
'eum manumittat: si non manumiserit, liber esto', statim Stichum liberum esse. 5
- 38 PAULUS libro primo ad Neratium. Non omne ab heredis persona interue- [B. 48, 6, 39] Pf  
niens impedimentum statulibero pro expleta condicione cedit, sed id dumtaxat, quod impedi-  
endi libertatis factum est.
- 39 LAEOLUS libro quarto ex posterioribus Labeonis. 'Stichum Attio do lego [B. 48, 5, 40] \*E  
'et, si is ei nummos centum dederit, liber esto'. si seruus ex testamento nummos Attio 10  
dedisset, eos repetere heredem non posse Labeo existimat, quia Attius eos a seruo suo  
accepit, non ab heredis seruo. eum autem statuliberum esse Quintus Mucius, Gallus et  
ipse Labeo putant: Seruius, Ofilius non esse. superiorem sententiam probo, ita tamen, ut  
is seruus heredis, non legatarii sit, utpote cum legatum statulibertate tollatur<sup>1</sup>. 'Stichus 15  
liber esto, quando aes alienum meum solum creditoribus meis satisfactum erit'. quam-  
uis heres locuples extitisset, tamen non prius Stichum liberum futurum, quam creditores  
pecuniam aut satis accepissent alioque quo modo sibi cauissent, Labeo Ofilius responderunt.  
Si heres seruo pecuniam ad negotiandum dedisset, statuliberum eam || ipsam numerando f. 232<sup>2</sup>  
liberari ex testamento non posse Labeo Trebatius responderunt, quia reddere eam magis  
quam dare uideretur. ego puto, si peculiare nummi fuerunt, ex testamento eum liberum 20  
futurum. <sup>3</sup>Dama seruus cum heredi meo annorum septem operas soluerit, liber esto' et is  
seruus intra septem annos in iudicio publico esset et septimus annus praeterisset, Seruius  
ait eum non liberari debere, Labeo, et si postea soluisset annorum septem [Alfen. l. 14 § 1 h. t.  
operas, liberum futurum: quod uerum est. 'Si Stichus Attiae mille nummos dederit, liber 25  
'esto'. Attia nunc testatore decessit: non posse Stichum liberum esse Labeo Ofilius respon-  
derunt: Trebatius, si ante testamentum factum Attia decessisset, idem: si postea, eum  
liberum futurum. Labeonis et Ofilii sententia rationem quidem habet, sed hoc iure utimur,  
ut is seruus ex testamento liber sit. Si seruus operas extraneo dare iussus esset, nullus<sup>4</sup>  
nomine serui suas operas dando liberare seruum potest: quod in pecunia aliter obseruatur,  
utpote cum extraneus pro eo seruo<sup>4</sup> dando pecuniam seruum liberaret. 30
- ) SCAEUOLA libro uicensimo quarto digestorum. Stichus libertas data est: 'ab [B. 48, 5, 41] A  
heredibus meis peto fideique eorum committo, ut rationibus redditus Stichum manumittant'.  
quaesitum est, cum ampla pecunia exacta<sup>5</sup> post mortem testatoris sibi commissa reliquerit  
et quasdam summas a colonis exactis<sup>6</sup> rationibus non intulerit hereditatemque spoliauerit  
apertis clam horreis sublatisque suppellectili et ueste et apothecis exhaustis: an non prius 35  
ei fideicommissa libertas debeatur, quam ea, quae mala ratione reliquatus est quae<sup>7</sup>  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> utpote cum legatum libertate tollatur (cf. D. 33, 5, 9, 2)? <sup>2</sup> cum ita quis scripsisset ins.  
<sup>3</sup> idem Graeci: si seruus operas dare iussus esset, extraneus nullus? <sup>4</sup> seruo del.  
<sup>5</sup> exacta] idem Graeci (u. i.): ex arca? <sup>6</sup> exactas (u. i.)? <sup>7</sup> quaeque (Brenemannus: και  
ὅσα ἀπέκλεψεν BS)?

2 quae] que F 5 esto] f cum BS: ἔστω, est F  
10 si his F<sup>2</sup> 11 heredem non ... 12 non ab  
bis F<sup>1</sup> 13 probo ita] prohibuita F<sup>2</sup> | ut is]  
litis F<sup>1</sup> 14 utpote cum legatum ... tollatur]  
ina ... ἀνα τῶ ἐκβῆσαι τὴν ἀρεσιν τῆς ἐλεγ-  
θερίας ἀφαιρᾶζεται παρ' αὐτοῦ BS (Dor.)  
17 sibi cabissent F (em. f.) 18 numerandum  
F<sup>1</sup> 21 septem om. F: ἐπτά ἐνιαυτῶν ὀπέραι  
BS | et is seruus seq.] οὗτος δὲ ὁ οἰκέτης εἰς τῶν  
ἐπτά ἐνιαυτῶν κατηγορήθη ἐν πογβλικῶν  
δικαστηρίῳ καὶ παρήλαθεν ὁ ἐβδομος ἐνιαυτός  
BS (Dor.) 22 et om. F 25 atti'o'a F<sup>4</sup>  
26 post idem distinxit Dorotheus recte: εἰ μὲν  
πρὸ τῆς διαθήκης ἐτελεῦσεν ἡ Ἀττία, μὴ ἐλεγ-

θεροῦσθαι αὐτόν· εἰ δὲ μετὰ τὴν διαθήκην,  
ἐλεγθεροῦσθαι BS 27 quidem habet sed hoc  
bis F<sup>1</sup> 29 serui] seruu F<sup>2</sup> 32 m'eorum F<sup>2</sup>  
33 cum ampla pecunia ... reliquerit] ἐπειδὴ  
πολλὴν ποσότητα χρημάτων μετὰ τελευτῆν τοῦ  
τεστάτορος ἀπαιτηθεῖσαν καὶ ἐμπιστευθεῖσαν  
αὐτῶ οὗτος ὁ οἰκέτης λοιπάζεται BS | relinque-  
tur f 34 summas a colonis exactis] FXYMO,  
summas a colonis exactas C: ποσότητας ἀπό  
τῶν κολωνῶν ... ἀπαιτήσας BS (Dor.) | spro-  
leauerit F<sup>2</sup> 35 apertis ... et ueste bis F<sup>1</sup>  
'h'orreis altero loco F<sup>4</sup> | uesti altero loco F<sup>1</sup>  
36 fideicommissum F<sup>1</sup> | relinquantur F

furatus est, reposuerit. respondit non prius ei fideicommissam libertatem praestandam, 1 quam et reliqua et omnia, quae per eum abessent, restituisset. 'Pamphilus liber esto peculio suo heredibus uere dato'. quaesitum est, cum plus domino debeat quam in peculio habeat et omnes res, quas in peculio habebat, bona fide heredibus dederat, an libertas ex 2 testamento competat. respondit nihil proponi, cur non competeret. Pamphilo liberto, quem heredem ex parte instituerat, Stichum seruum praelegauerat et ei libertatem his uerbis dederat: 'ita ut, si tibi ex die mortis meae per annos continuos quinque menstruos sexa- 3 genos dederit, tunc eum manumittas'. Pamphilus ante quinquennium moriens heredibus institutis filio et uxore de eodem Sticho ita cauit: 'Stichus seruus, qui mihi testamento 'patroni mei certa condicione relictus est, iubeo det praestet filio et uxori meae sine ulla nulli 4 'controuersia et eum tempore peracto manumittant'. quaesitum est, si Stichus sexagenos nummos menstruos non praestiterit, an impleto quinquennio fideicommissa libertas ei de- 5 beatur. respondit, nisi praestitisset, fideicommissam libertatem non deberi. Seruus testa- mento ita manumissus est: 'Stichus seruus meus actor si rationem omnem actus sui heredi 6 meo reddiderit eoque nomine satisfecerit, liber esto eique, cum liber erit, dari uolo uiginti 'et peculium suum'. quaesitum est, an, si rationes, quas egit per multos annos sine sub- 7 scriptione testatoris, heredi reddere paratus sit, liber ex testamento fiat, cum propter grauem uoletudinem testator non potuerit rationibus subscribere, testamento tamen sub- 8 scripserit. respondit, si ex fide ratio redderetur reliquaque inferantur, liberum fore. Item quaero, an ea, quae exacta sunt per adiutores eius neque calendario illata sunt || aut frau- 9 dulenter acta, huic adscribi possint, cum esset is praepositus. respondit, si id esset, quod 10 culpae eius deberet imputari, spectare ad rationis reddendae necessitatem. Item quaero, an eorum quoque nomine ratio haberi debeat, quod neque a conductoribus praediorum neque a ulicis pensiones exegerit et insuper etiam promutuuum eis dederit. respondit supra 11 responsum est. Item quaero, an eo nomine teneatur, quod omnem rem suam, id est peculium, exportauerit, antequam rationes redderet. respondit nihil eam rem impedire 12 condicionem, si modo ratio redderetur. Titius testamento seruos actores singulos diuersis personis legauit cum adiectione 'si rationes heredi reddiderint': deinde proprio capite ita scripsit: 'omnes actores, quos legauit uel manumisero, intra quartum mensem mortis meae 13 'rationes reddere uolo et dominis, quibus a me legati sint, reddi'. infra deinde alios actores liberos esse iussit aequae cum hac adiectione 'si rationes heredi reddiderint'. quaero, cum per heredem fiat, quo minus reddantur, utrum statuliberi esse desinant an nihilo minus 14 quandoque possint reddita ratione et reliquis illatis libertatem ex testamento consequi. respondit legata quidem et libertates non alias competere, quam rationes redditae essent aut per heredem staret, quo minus redderentur: uerum iudicaturum aestimandum, utrum 15 tempus conditioni legatorum libertatumque additum uideatur an, libero tempore reddere uolentibus reliqua, heredibus quattuor menses appositus sint, sollicito testatore cunctationi et moram eorum proscribente. melius autem est praesumptionem pro statuliberis esse. 16 8 Argentarius coactor cum paene totam fortunam in nominibus haberet, seruis actoribus libertatem ita dedit: 'quisquis mihi heres erit, si Dama seruus meus actus sui, qui agitur 17 'nomine eius et Pamphili conserui sui, heredi meo rationes reddiderit pariaque fecerit 'die mortis meae intra mensem sextum, liber esto'. quaesitum est, an haec uerba 'pariaque fecit' ad omnia nomina pertineant exceptis perditis, ut hoc significant 'si omnem pecuniam

F(XYZMOC)

1 iis? 2 est del. (cf. 33, 8, 23, 3) 3 idem Graeci: non ins.

1 re's'posuerit F<sup>1</sup> 2 abesset F: ὄσα δι' αὐτὸν ἔλλαϊνει BS 7 si 'ti'bi F<sup>4</sup> 11 si om. F: ἔάν ... ὁ Στιχος ... μὴ παράσχη BS 14 actori F<sup>2</sup> 15 eique F<sup>2</sup> | 'ei'que F<sup>2</sup> 16 egit] fit F<sup>1</sup> 17 heredi 'debe'reddere F<sup>4</sup> 19 fore] opore F<sup>o</sup> 20 calendario F<sup>2</sup> | fraud'a'ulenter F<sup>4</sup> 21 si id esset seg.] εἰ ἔστι τι τὸ δυνάμενον τῇ ραθυμίᾳ τοῦτοῦ ἐπιγράφεσθαι BS

22 rationes F<sup>1</sup> 24 et insuper etiam promutuuum eis dederit] ἐπειδὴ καὶ πρὸς τοῦτοισι καὶ προχρεῖαν αὐτοῖς δέδωκεν BS 27 condicione] condicione F<sup>2</sup> | actoris F 29 quantum F<sup>1</sup> 30 reddit' F<sup>2</sup> 33 poss'at F<sup>2</sup> 36 libertat'iumque F<sup>2</sup> | an] in F<sup>2</sup> 40 qui] qua F<sup>o</sup> 42 di'a'e F<sup>2</sup> | mensum F<sup>o</sup> 43 nomina om. F<sup>1</sup>: εἰς πάντα τὰ γράμματα BS (Dor.)

'ab omnibus exegerint et heredi soluerint vel eo nomine satisfecerint' et, si in exactione nominum cessauerint intra sex menses, libertas illis non competat. respondit manifestam esse condicionem uerbis testamenti supra scriptis positam: igitur ita demum liberos fore, si aut ei pareant aut per heredem stet, quo minus pareant.

- 41 LABEO libro primo pithanon a Paulo epitomatorum. Si quem seruum tuum [B. 48, 5, 42] A ad certum tempus statuliberum relinquere uis, nihil interest, utro modo caueas, 'si seruerit' 1 an 'si triennio operas dederit', liber esto'. PAULUS. Si quis liber esse iussus fuerit, si decem heredi promississet, quamquam ea promissio nullam rem habitura est, tamen promittendo liberabitur. 9
- 42 LABEO libro tertio pithanon. Si quis eundem hominem uxori suae legauerit [B. 48, 5, 48] A et, cum ea nupsisset, liberum esse iusserit et ea ex lege nupsisset, liber fiet is homo.

## VIII.

## R QUI SINE MANUMISSIONE AD LIBERTATEM PERUENIUNT R ESP

- 1 PAULUS libro quinto ad Plantium. Si seruus uenditus est, ut intra certum [B. 48, 6, 1] E tempus manumitteretur, etiamsi sine herede decessissent et uenditor et emptor, seruo 15 libertas competit: et hoc diuus Marcus rescripsit. sed et si mutauerit uenditor<sup>2</sup> uoluntatem, nihilo minus libertas competit.
- 2 MODESTINUS libro sexto regularum. Seruo, quem pro derelicto dominus ob [B. 48, 6, 2] E grauem infirmitatem | habuit, ex edicto diui Claudii competit libertas. f. 239'
- 3 CALLISTRATUS libro tertio de cognitionibus. Eum, qui ita uenit, ut intra [B. 48, 6, 3] Ef tempus manumitteretur, cum dies praestandae libertatis uenerit uiuente uenditore et per- 21 seuerante in eadem uoluntate, perinde haberi, ac si ab eo, a quo debuit manumitti, manu- missus esset: mortuo autem uenditore non esse heredum eius uoluntatem explorandam diuus Marcus cum filio suo rescripsit. 24
- 4 ULPIANUS libro tertio ad Sabinum. Ei, qui hac lege emptus sit, ut a uiuo [B. 48, 6, 4] S emptore manumittatur, statim mortuo eo competit libertas.
- 5 MARCIANUS libro quinto regularum. Qui ob necem detectam domini prae- [B. 48, 6, 5] S mium libertatis consequitur, fit orcinus libertus.
- 6 IDEM libro singulari ad formulam hypothecariam. Si quis obligatum<sup>3</sup> seruum [B. 48, 6, 6] S hac lege emerit, ut manumittat, competit libertas ex constitutione diui Marci, licet bona 30 omnia quis obligauerit, quae habet habiturusue esset. tantundem dicendum est et si hac lege emerit, ne prostituatur, et prostituatur.
- 7 PAULUS libro singulari de libertatibus dandis. Imperator noster [C. 4, 56, 1? B. 48, 6, 7] Sf cum patre suo constituit in eo, qui, cum possit abducere prostitutam ancillam, pecunia accepta manus iniunctionem uendit, ut libera esset: nihil enim interesse, ipse abducas et 35 prostitutas an patiaris prostitutam esse pretio accepto, cum possis eximere.
- 8 PAPINIANUS libro nono responsorum. Mancipia mater filiae donauerat, ut filia [B. 48, 6, 8] P curaret ea post mortem suam esse libera: cum donationis legi non esset obtemperatum, ex sententia constitutionis diui Marci libertates optingere matre consentiente respondi: quod si ante filiam mater uita decessit, omnimodo. 40
- 9 PAULUS libro quinto quaestionum. Latinus Largus: uendit<sup>4</sup> ancillam ita, ut [B. 48, 6, 9] P manumitteretur, non addito tempore: quaero, quando ex constitutione incipit ei libertas F(XYZMOC)

<sup>1</sup> si operas dederit triennio?    <sup>2</sup> idem Graeci: emptor?    <sup>3</sup> idem Graeci: obligatum del.  
<sup>4</sup> uendidi (cf. D. 21, 1, 56. 31, 83. 44, 2, 30, 1)?

4 pareat F 5 epitoma'torum F<sup>2</sup> 8 quam-  
 quam] X<sup>1</sup>O, quam FX<sup>2</sup>?Y, quamuis fC, quia  
 ZM: εἰ καὶ μὴ ἔρωται ἢ ἐπερώτησις αὐτῆ  
 BS (Dar.) | promissio in nullam F<sup>4</sup> | habi-  
 tura m' F<sup>2</sup> 10 labeo] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> B 15 ma-  
 numitteretur F<sup>2</sup> 18 seruo quem bis F<sup>1</sup>

19 infirmit'atem F<sup>1</sup> 21 libertates uenierit F<sup>1</sup>  
 22 ac] hac F<sup>1</sup> 25 hac] ac F 27 premium F<sup>1</sup>  
 31 lege hac errore Taur. 32 et prostitu'e-  
 rit F<sup>2</sup> 34 prostitu'tam F<sup>6</sup> 35 iniectione-  
 m' F<sup>6</sup> 36 possit exi'smere F<sup>6</sup> 37 man-  
 cipia'e F<sup>2</sup> 38 liber'ta F<sup>6</sup>

competere cessante emptore in manumittendo. respondi: inspiciendum est, quid actum sit, utrum, cum primum potuisset, ut manumitteret, an ut in potestate esset emptoris, quando uellet manumittere. priore casu facile tempus deprehendi poterit: posteriore utique moriente emptore competit libertas. si non appareat, quid conuenerit, fauor priorem inducet opinionem, id est ut<sup>1</sup> intra duos menses, si ambo praesto sunt tam seruus quam emptor eius: seruo enim absente nisi emptor intra quattuor menses imposuerit libertatem, ex constitutionibus ad libertatem eripitur.

## VIII.

R QUI ET A QUIBUS MANUMISSI LIBERI NON FIUNT ET  
AD LEGEM AELIAM SENTIAM R

- 1 ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Celsus libro duodecimo digestorum uti- [B. 48, 7, 1] S  
litatis gratia motus surdum ita natum manumittere posse ait.
- 2 IDEM libro tertio ad Sabinum. Seruo competere libertas non potest, si rele- [B. 48, 7, 2] S  
gatus moratus sit in urbe.
- 3 GAIVS libro secundo de legatis ad edictum urbicum. Si optio hominis data [B. 48, 7, 3] S  
sit uel indistincte homo legatus sit, non potest heres quosdam seruos uel omnes manu-  
mittendo aut euertere aut minuere<sup>2</sup> ius electionis: nam optione siue electione serui data  
quodammodo singuli sub condicione legati uidentur.
- 4 ULPIANUS libro tertio disputationum. Seruum pignori datum manumittere [B. 48, 7, 4] S  
non possumus.
- 5 IULIANUS libro sexagensimo quarto digestorum. Cum hereditas soluendo non [B. 48, 7, 5] S  
1 est, quamuis heres locuples existat, libertas ex testamento<sup>3</sup> competit. Si [Gai. 40, 4, 57] 1. 234  
autem is qui soluendo non est hoc modo libertatem || dederit 'si creditoribus meis solidum  
'solutum fuerit, Stichus liber esto', non potest uideri fraudandorum creditorum liberos esse  
2 iussisse. Si Titius nihil amplius in bonis quam Stichum et Pamphilum habeat eosque [(Gai.)] 35  
stipulanti Maenio ita promiserit<sup>4</sup> 'Stichum aut Pamphilum dare spondes?', deinde, cum  
alium creditorem non haberet, Stichum manumiserit: libertas per legem Aeliam Sentiam  
rescinditur. quamuis enim fuit in potestate Titii, ut Pamphilum daret, tamen quamdiu  
eum non dederit, quia interim mori possit, non sine fraude stipulatoris Stichum manu-  
misit. quod si solum Pamphilum dari promississet, non dubitarem, quin Stichus ad liber- 30  
tatem perueniret, quamuis similiter Pamphilus mori possit: multum enim interest, conti-  
neatur ipsa stipulatione is qui manumittitur an extra obligationem sit. nam et qui<sup>5</sup> ob  
aureos quinque Stichum et Pamphilum pignori dederit, cum uterque eorum quinum aureo-  
rum sit, neuter manumitti potest: at si Stichum solum pignori dederit, Pamphilum non 35  
uidetur in fraudem creditoris manumittere.
- 6 SCAEUOLA libro sexto decimo quaestionum. Iulianus de eo loquitur, qui in [B. 48, 7, 6] 6 \* P  
substantia nihil aliud habeat: nam si habeat, quare non dicetur unum posse manumitti  
quia et uno mortuo soluendo est, et uno manumisso soluendo est, nec aduenticii casus 15  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> manumittatur *ins.*<sup>2</sup> aut minuere aut euertere?<sup>3</sup> *idem Graeci: non ins. (u. i. — i.)*<sup>4</sup> eosque promiserit stipulanti Maenio ita?<sup>5</sup> qui] si cui?

5 id est ut intra duos menses] ἴνα ἐντός δύο μηνῶν ἐλευθερώται τὸ ἀνδράποδον BS (Dor.) | seruus] seruo F<sup>1</sup> 9 et om. et ad l. a. s. pro rubrica decimi tituli habet ind. F 13 relegatus] ἐξορισθεὶς BS 15 si optio] septio F<sup>2</sup> 17 optio'ne F<sup>2</sup> 18 legata F<sup>2</sup> 22 libertas ex testamento competit] F cum BS (Dor.): εἰ καὶ ὁ κληρονόμος εὐπορος εἴη, ἀρμόζει ἢ ἐκ τῆς διαθήκης ἐλευθερία, libertas ex testamento non

competit (competet X<sup>2</sup>, competat C) X (glossa = al. puta Py[sis] deest non) YZMOC et sic reddidit Anonymus: δοῦλος οὐκ ἐλευθεροῦται 28 pamphili F<sup>1</sup> 32 nam 'q' et F<sup>2</sup> 33 atichum et pamphilum] F. Στῖχον ἢ Πάμφιλον BS (Dor.) | cum om. F<sup>2</sup> 36 Scaeuolae item tribuunt B, at Celso in digestis BS (Dor.) 37 aliud habeat] aliud debeat F<sup>2</sup> | qua'ere F<sup>2</sup>

computandi sint<sup>1</sup>: alioquin et qui unum incertum ex seruis suis promisit, neminem manumittet.

IULIANUS libro secundo ad Urseium Ferozem. Si quis integris facultatibus [B. 48, 7, 7] S codicillos confirmavit, deinde, cum consilium creditorum fraudandorum cepisset, libertates codicillis dederit, optineri non potest, quo minus lege libertates interpellarentur: nam consilium testatoris fraudulentum non eo tempore observatur, quo codicilli confirmantur, sed quo libertas codicillis datur. Minor annis viginti cum seruum manumittere uellet nec iustam causam ad consilium manumittendi haberet, tibi eum ut manumitteres dedit: negavit eum Proculus liberum esse, quoniam fraus legi facta esset. 9

AFRICANUS libro tertio quaestionum. Cum is, qui sub condicione debet, ma- [B. 48, 7, 8] S numittat fideicommissi<sup>2</sup> causa, lex Aelia Sentia locum habet. Si miles iure militari testamento facto libertates dederit in fraudem creditorum et non soluendo moriatur, impediuntur libertates.

MARCIANUS libro primo institutionum. Ille seruus liber non erit, qui ui coe- [B. 48, 7, 9] S gerit, ut eum dominus manumittat, et<sup>3</sup> ille perterritus scripsit liberum eum esse. Item 15 nec ille liber fieri potest, qui a domino non est defensus in capitali crimine posteaque absolutus est. Qui hac lege uenerint, ne manumittantur, uel qui testamento prohibiti [B] sint manumitti uel iussu praesidis prouinciae, licet manumittantur, tamen ad libertatem non perueniunt. 19

GAIUS libro primo rerum cotidianarum siue aureorum. In fraudem [I. 1, 6, 3. B. 48, 7, 10] S creditorum manumittere uidetur, qui uel iam eo tempore, quo manumittit, soluendo non est uel datis libertatibus desiturus est soluendo esse. <sup>4</sup> saepe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines. quod frequenter accidit his, qui transmarinas [L] negotiationes et aliis regionibus, quam in quibus ipsi morantur, per seruos atque liberos exercent: quod saepe, adtritis istis negotiationibus longo tempore, id ignorant et manumit- 25 tendo sine fraudis consilio indulgent seruis suis libertatem.

MARCIANUS libro tertio decimo institutionum. In fraudem ciuitatum manu- [B. 48, 7, 11] S [missi ad libertatem non ueniunt, ut senatus censuit. Sed nec in fraudem fisci datas liber- f. 234<sup>4</sup> tates procedere principalibus constitutionibus cauetur. sed<sup>5</sup> diui fratres rescripserunt, non utique, si debitor fisci manuserit, libertates impediuntur, sed ita, si, cum non erat sol- 30 uendo, in fraudem manumisit.

ULPIANUS libro quarto de adulteriis. Prospexit legis lator, ne mancipia per [B. 48, 7, 12] S manumissionem quaestioni subducantur, idcircoque prohibuit ea manumitti certumque diem praestituit, intra quem manumittere non liceat<sup>6</sup>. Ipsa igitur quae diuertit omnes omnimodo seruos suos manumittere uel alienare prohibetur, quia ita uerba faciunt, ut ne eum quidem 35 seruum, qui extra ministerium eius mulieris fuit uel in agro uel in prouincia, possit manumittere uel alienare: quod quidem perquam durum est, sed ita lex scripta est. Sed et si post diuortium seruum mulier parauit aut alia ratione adquisiit, aequae, quod ad uerba F(XYZMOC)

<sup>1</sup> sunt (edd.)? <sup>2</sup> fraudandorum creditorum (= F. O.: Cuiacius)? <sup>3</sup> etsi (εἰ καὶ BS)?  
<sup>4</sup> idem Graeci: praualuisse tamen uidetur, nisi animum quoque fraudandi manumissor habuit, non impediri libertatem, quamuis bona eius creditoribus non sufficiant ins. Inst.  
<sup>5</sup> ut ins. <sup>6</sup> deficiunt talia: qui est sexagesimus a diuortio. Idem etiam ad alienationem seruorum pertinet.

1 incertum] F<sup>2</sup> cum BS: ὁ ἄοριςτως ἐπερω-  
 τισθεὶς ἕνα τῶν ἰδίων οἰκετῶν παρέχειν τινί,  
 et certum F<sup>2</sup> 6 quo d' F<sup>2</sup>: ἐν ᾧ BS 7 quo d'  
 F<sup>2</sup>: ἐν ᾧ BS | manumittere t' F<sup>2</sup> 10 manu-  
 mittat fideicommissi causa] οὐδὲ εἰς περιγρα-  
 φὴν τοῦτων (creditorum sub condicione) δύναται  
 οἰκέτας ἐλευθερῶσαι BS similiterque B: nihilo-  
 minus Graecos aliter legisse credibile non est  
 12 soluend'o F<sup>2</sup> 14 qui 'ui' coegerit F<sup>2</sup>  
 16 capitoli F<sup>2</sup> 20 siue] uel F<sup>2</sup> 22 esse]

estea F<sup>1</sup> 24 adque F<sup>2</sup> 25 quod] F<sup>2</sup>, quid F<sup>2</sup> |  
 adtritis] scripsi propter BS: οἵτινες ἀγνοοῦσι τὴν  
 γενομένην μετῶν, adtriti F 27 ciuitatum] F<sup>2</sup>  
 et F<sup>2</sup>, ciuitatum F<sup>2</sup> 28 data's' F<sup>2</sup> 29 d' iui F<sup>2</sup>  
 32 quarto] quinto F<sup>2c</sup> 34 manumittere] non  
 F<sup>2</sup> | qu'a'e F<sup>2</sup> | omnimodo' F<sup>2</sup> 37 quod]  
 quid F<sup>2</sup> 38 parauit] ἠρόρασεν BS, paruit  
 F<sup>2</sup>M<sup>2</sup>, rapuit F<sup>2</sup>XYZMOC: 'al. rapuit al.  
 parauit id est per solutionem recepit' Accur-  
 sius | aequ'a'e F<sup>2</sup>

- 3 attinet, manumittere non poterit: et ita Sextus quoque Caecilius adnotat. Pater nero cuius potestate filia fuerit, ea tantum mancipia prohibetur manumittere alienarene, quae in usu filiae fuerunt tributa. Matrem quoque prohibuit manumittere alienarene ea mancipia, quae in ministerium filiae concesserat. Sed et auum et aniam prohibuit manumittere cum horum quoque mancipia quaestione<sup>3</sup> postulari posse lex uoluerit. Sextus Caecilius recte ait angustissimum tempus legem praestitisse<sup>3</sup> alienandis manumittendisue seruis. finge, inquit, ream adulterii intra sexagesimum diem postulatam: quae cognitio tam facile expediri potuit adulterii, ut intra sexagesimum diem finiatur? et tamen licere mulieri quamuis postulatae adulterii seruum suspectum in adulterio uel quaestioni<sup>3</sup> necessarium, quod ad uerba legis attinet, manumittere. sane in hunc casum subueniendum est, ut destinati<sup>10</sup> serui<sup>4</sup> quasi conscii uel quasi nocentes non debeant manumitti ante finitam cognitionem.
- 7 Pater mulieris uel mater, si intra sexagesimum diem decedant<sup>5</sup>, ex his seruis, quos in ministerium filiae dederint, neque manumittere neque alienare poterunt.
- 13 PAULUS libro tertio de adulteriis. Quod si intra diem sexagesimum manu- B. 48, 7, 13 S miserint, erit seruus statuliber. 15
- 14 ULPIANUS libro quarto de adulteriis. Sed si maritus intra sexagesimum B. 48, 7, 14 S diem decesserit, an manumittere uel alienare iam possit supra scriptas personas<sup>6</sup>, uideamus. et non puto posse, quamuis accusatore mulier deficiatur marito, cum pater accusare possit.
- 1 Et simpliciter quidem lex mulierem prohibuit intra sexagesimum diem diuortii manumittere: 2 Siue autem diuertit siue repudio dimissa sit, manumissio impediatur. Sed si morte mariti 3 solum sit matrimonium uel aliqua poena eius, manumissio non impediatur. Sed et si bona gratia finierit matrimonium, dicitur manumissionem uel alienationem non impediri. 4 Sed et si constante matrimonio mulier, dum diuortium cogitat, manumittat uel alienet et hoc dilucidis probationibus fuerit adprobatum: quae in fraudem legis hoc factum sit, non debet alienatio ualere uel manumissio. Alienationem omnem omnino accipere debemus. 15
- 15 PAULUS libro primo ad legem Iuliam. Quaesitum est, an is, qui maiestatis B. 48, 7, 15 S crimine reus factus sit, manumittere possit, quoniam ante damnationem dominus est. et imperator Antoninus Calpurnio Critoni rescripsit ex eo tempore, quo quis propter facinorum suorum cogitationem iam de poena sua certus esse poterat, multo prius conscientia 1 delictorum, quam damnatione ius dandae libertatis || eum amississe. Iulianus ait, [Iul. 40, 2, 4 l. 25] si postea, quam filio permisit pater manumittere, filius ignorans patrem decessisse manumisit uindicta, non fieri eum liberum. sed et si uiuit pater et uoluntas mutata erit, non uideri uolente patre filium manumississe.
- 16 IDEM libro tertio ad legem Aeliam Sentiam. Si, cum fideicommissa libertas B. 48, 7, 16 S debeat, minor uiginti annis seruum uendat, ut manumittatur, uel quia hac lege emerat, 1 non impediatur alienatio. Si partem, quam in communi seruo habet minor uiginti annis, manumittendi causa tradat, nihil agat: sed si, cum ipse causam probare posset, tradiderit, 2 nulla fraus intellegatur. Ne quis creditorum fraudandorum causa seruum manumittat, hac F(XYZMOC)

<sup>1</sup> prohibuit manumittere del. <sup>2</sup> quaestioni (edd.)? <sup>3</sup> praestituisse (edd.) in? <sup>4</sup> quaestioni ins. <sup>5</sup> idem Graeci: decedat (Hal.: cf. D. 48, 5, 11, 4)? <sup>6</sup> possint supra scriptas personae?

3 tributam matrem F 5 quaestione postulari] ἐν τῇ περὶ τῆς μοιχείας ζητήσει βασανισθεῖσαι BS 7 sexagesimum F<sup>6</sup> 9 quaestione F: τὸν πρὸς τὰς βασάνους χρεῖων BS 10 destinati serui] οἱ ἀφορισμένοι τῷ νόμῳ οἰκέται BS 11 quisi conscii F<sup>1</sup> 12 quos] quis F<sup>2</sup>, quot F<sup>2</sup> 14 l. 13 continuat antecedenti F<sup>10</sup> 15 statuliber F<sup>1</sup>, statim liber F<sup>2</sup>: eici δὲ ὁμῶς στατογλιβερεσ BS (Dor.) 17 alienare] τ F<sup>2</sup> | iam possit supra scriptas personas] δύναιται ἢ γυνή BS 18 accusatore F: δύναιται ... ὁ πατήρ ... κατηγορεῖσαι αὐτῆς BS 20 diuertit F<sup>2</sup>

24 approbatum F<sup>1</sup> 27 factum F<sup>1</sup> 29 multo prius ... 30 damnatione] ἐπειδὴ πρὸ πολλοῦ χρόνου τῆς καταδίκης ἐκ τῆς οἰκίας συνειδήσεως κατακέρταται BS: unde fortasse addendum condemnatum ante conscientia 30 dandae] datae F<sup>2</sup>: τὸ δίκαιον τῆς τῶν ἰδίων οἰκίων ἐλευθερίας BS 31 decessisse] F<sup>1</sup> 32 non fieri eum liberum] οὐκ ἐλευθεροῦνται ὁ οἰκέτης BS 34 sent'iam F<sup>6</sup> 35 ueniat F<sup>2</sup> 36 parte] m<sup>1</sup> F<sup>2</sup> 37 manumitte] re] n] d<sup>1</sup> | agit F<sup>2</sup>

- lege cauetur: creditores autem appellantur, quibus quacumque ex causa actio cum fraudatore competat. Aristo respondit a debitore fisci, qui soluendo non erat, manumissum ita reuocari in seruitutem debere, si non diu in libertate fuisset, id est non minus decennio: plane ea, quae in fraudem fisci in sinus eius collata sunt, reuocanda. [Pom.]
- 4 Si sub condicione alicui pecunia debeatur, quasi statuliber erit a debitore manumissus, ut pendeat libertas ex condicione. Si uoluntate patris filius manumiserit, siue pater siue filius sciat soluendo patrem non esse, libertas impediatur.
- 7 IDEM libro singulari de libertatibus. Si priuatus coactus a populo manumiserit, quamuis uoluntatem accomodauerit, tamen non erit liber: nam et diuus Marcus prohibuit ex adclamatione populi manumittere. Item non fit liber, si mentitus dominus, ne a magistratibus castigaretur, dixit esse liberum, si non fuit uoluntatis manumittendi.
- 2 In his, quos intra certa tempora non licet manumittere, si testamento acceperint libertatem, non testamenti facti, sed competentis libertatis tempus inspiciendum est.
- 8 IDEM libro sexto decimo ad Plautium. Si mortis tempore soluendo sit hereditas, si tamen cum aditu desiderit esse soluendo, libertas a testatore in fraudem creditorum relicta non competet: nam sicut aucta hereditas prodest libertatibus, ita nocet diminuta. Si is, cui libertas relicta est, iussus sit heredi dare tantum, quanti est, et liber esse, uideamus, an adhuc fraus sit creditorum, quia heres mortis causa accepturus est, an uero, si alius pro eo uel ipse non de peculio det, nulla sit fraus. sed si heres locuples non proficit ad libertatem, nec qui dat pecuniam prodesse potest.
- 9 MODESTINUS libro primo regularum. Nulla competit libertas data ab eo, qui postea seruus ipse pronuntiat est.
- 0 IDEM libro singulari de enucleatis casibus. Si seruo alieno libertas non consentiente domino data est, ualere ex auctoritate iuris non potest, quamuis postea manumissor domino heres extitit, nam licet eius iure cognationis qui manumisit heres extitit, non ideo aditione hereditatis libertatis datio confirmatur.
- 1 IDEM libro primo pandectarum. Matrimonii causa manumitti ancilla a nullo alio potest quam qui eam uxorem ducturus est. quod si alter manumiserit matrimonii causa, alter eam uxorem ducat, non erit libera, adeo ut nec si intra sex quidem menses eam repudiatam postea manumissor uxorem duxerit, liberam eam fieri Iulianus respondit, quasi de his nuptiis senatus senserit, quae post manumissionem nullis aliis interpositis secutae fuerunt.
- 2 POMPONIUS libro uicensimo quinto ad Quintum Mucium. Curator furiosi seruum eius manumittere non potest.
- 3 IDEM libro quarto ex uariis lectionibus. Semper in fraudem creditorum libertas datur ab eo, qui sciret se soluendo non esse, quamuis bene dedisset merenti hoc.
- 4 TERENTIUS CLEMENS libro nono ad legem Iuliam et Papiam. Si quis, habens creditores, plures manumiserit, non omnium libertas impediatur, sed qui primi sunt, liberi erunt, donec creditoribus suum soluatur. quam rationem Iulianus solet dicere uelut duobus manumissis, si unius libertate fraudentur, non utriusque, sed alterutrius impediri libertatem et plerumque postea scripti, nisi si quando maioris pretii sit is qui ante nominatus

## F(XYZMOC)

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): non del. (edd.)    <sup>2</sup> idem Graeci: quamuis postea manumissor domino heres extitit del.    <sup>3</sup> idem Graeci (u. i.): qua ratione?

3 non minus] FXYMOC cum BS: τὴν ... ἐλευθερίαν τότε ἀνατρέπεσθαι, ὅτε μὴ πολὺν χρόνον μείνῃ ἐν ἐλευθερίᾳ ὁ οἰκέτης, τοῦτέστι μὴ ἐλάττωνα τῶν δέκα ἐνιαυτῶν 5 quasi om. F<sup>2</sup>: ὡσανεὶ στατογλιβερεὶς εἰς BS 11 si om. F<sup>o</sup> 15 si bis F<sup>o</sup> | eum] XYOC, eum M, om. F: ἐν δὲ τῷ ἀδιτεύεσθαι BS 16 relli'cta F<sup>2</sup> | docet F<sup>o</sup> 17 libertes F<sup>o</sup> 18 esse t'

uideamus F<sup>4</sup> 19 sit] si F<sup>2</sup> 20 qui da'u't F<sup>2</sup> 21 nulla om. XYZMOC 24 postea' F<sup>2</sup> 25 cognationes F: δικαίῳ συγγενείας BS 31 's'enatus F<sup>2</sup> | manumissionam F<sup>2</sup> 35 creditorum] creditorem d F<sup>o</sup> 36 uene F<sup>1</sup> 37 clemens om. F<sup>2</sup> 39 su'um' soluatur F | quam rationem seq.] καὶ τοῦτον τὸν λογισμὸν ἰουλιανὸς εἰώθει λέγειν BS 40 alterutrius'que' F<sup>2</sup>





tronus remittat aut liberabit libertam, incidet in legem: uidebitur enim id ipsum dolo malo  
 1 facere. Non prohibentur lege Aelia Sentia patroni a libertis mercedes capere, sed obligare  
 eos: itaque si sponte sua libertus mercedem patrono praestiterit, nullum huius legis prae-  
 2 mium consequetur. Is, qui operas aut in singulas eas certam summam promisit, ad hanc  
 legem non pertinet, quoniam operas praestando potest liberari. idem Octauenus probat et  
 5 adicit: obligare sibi libertum, ut mercedem operarum capiat, is intellegitur, qui hoc solum  
 agit, ut utique mercedem capiat, etiamsi sub titulo operarum eam stipulatus fuerit.

## X.

## R DE IURE AUREORUM ANULORUM R

PSE

- 1 PAPIANUS libro primo responsorum. Inter ceteros alimenta liberto relicta non idcirco P  
 1 non debentur, quia ius aureorum anulorum ab imperatore libertus acceperit. Diuersum in 11  
 eo probatur, qui indicatus ingenuus conlusione per alium patronum detecta conditioni suae  
 redditus alimenta sibi, quae tertius patronus reliquerat, praebori desiderat. hunc enim etiam  
 beneficium anulorum amittere placuit. 14
- 2 IDEM libro quinto decimo responsorum. Intra quinque annos pro ingenuitate sententia P  
 dicta rescissa fuerat: uictum anulorum aureorum beneficium, quod ante sententiam pro  
 ingenuitate dictam acceperit ac deposuit, non retinuisse respondi.
- 3 MARCIANUS libro primo institutionum. Diuus Commodus et ius [Dorotheus cod. Uindob. S  
 anulorum datum ademit illis, qui inuitis aut ignorantibus patronis acceperant. 19
- 4 ULPIANUS libro tertio ad legem Iuliam et Papiam. Etiam feminae ius [Dorotheus l. c. E  
 anulorum aureorum impetrare et natalibus restitui poterunt.
- 5 PAULUS libro nono ad legem Iuliam et Papiam. Is, qui ius anulorum [Dorotheus l. c. E  
 impetrauit, ut ingenuus habetur, quamuis in hereditate eius patronus non excludatur.
- 6 ULPIANUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Libertinus si ius anulorum impetra- K\*  
 uerit, quamuis iura ingenuitatis saluo iure patroni nactus sit, tamen ingenuus intellegitur: 25  
 et hoc diuus Hadrianus rescripsit.

## XI.

## R DE NATALIBUS RESTITUENDIS R

SPE

- 1 ULPIANUS libro secundo responsorum. A principe natalibus suis restitutum eum, qui S\*  
 se ingenuum natum principi adfirmavit, si ex ancilla natus est, nihil uideri impetrasse. 30
- 2 MARCIANUS libro primo institutionum. Interdum et serui nati ex post facto iuris inter- S  
 uentu ingenui fiunt, ut ecce si libertinus a principe natalibus suis restitutus fuerit. illis  
 enim utique natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus  
 ipse nascitur, cum seruus natus esset. hic enim, quantum ad totum ius pertinet, perinde  
 habetur, atque si ingenuus natus esset, nec patronus eius potest ad successionem uenire. 35  
 ideoque imperatores non facile solent quemquam natalibus restituere nisi consentiente  
 patrono.
- 3 SCAEUOLA libro sexto responsorum. Respondit: quaeris, an ingenuitatis iure utatur is, P  
 quem sanctissimus et nobilissimus imperator natalibus suis restituit. sed ea res nec dubi-
- F(XYMOC): Dorothei l. 3. 4. 5 uersionem ex cod. Uindob. iur. Gr. 3 ed. Heimbach in prole-  
 gomenis uol. 6 p. 43

liberabit libertam] sic cum BS: συγχωρεῖν αὐτῇ  
 τῆν ἐπερώτησιν, liberauit libertum F<sup>2</sup> 2 lege]  
 hac lege F<sup>2</sup> 3 praemium F<sup>2</sup> 7 si sub s ti-  
 tulo F<sup>2</sup>, si a substituto YM (marg. P[isis]  
 titulo) OC, substituto (om. si) X 9 iure] ind. F,  
 iniuri F<sup>2</sup>, iniure F<sup>2</sup>, iniure (uoluit in iure) F<sup>21</sup>  
 10 ceteros] F<sup>2</sup>, cetera F<sup>2</sup> 12 condicione F  
 16 fuerant F<sup>2</sup> | anulorum F<sup>2</sup> | sententiam F<sup>2</sup>

21 impetrare 'possunt et iura ingenuitatis  
 impetrare' et natalibus restitui poterunt F<sup>2</sup>:  
 supplementum non agnoscit Dorotheus: οὐ μόνον  
 οἱ ἀρρενες ἀπελεύθεροι, ἀλλὰ καὶ αἱ θήλειαι κα-  
 λῶς αἰτοῦσιν δίκαιον χρυσῶν δακτυλίων, ὡς περ  
 καὶ τὸ τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον 23 in] F<sup>2</sup>,  
 ab F<sup>2</sup> 35 ueniret F

tationem habet nec umquam habuit, quin exploratum sit ad omnem ingenuitatis statum restitui eum, qui isto beneficio principis utatur.

- 4 ¶ PAULUS libro quarto sententiarum. Nec filio patroni inuito libertus natalibus suis restitui potest: quid enim interest, ipsi patrono an filiis eius fiat iniuria?
- 5 MODESTINUS libro septimo regularum. Patrono consentiente debet libertus ab imperatore natalibus restitui: ius enim patroni hoc impetrato amittitur. Libertinus, qui natalibus restitutus est, perinde habetur, atque si ingenuus factus<sup>1</sup> medio tempore maculam seruitutis non sustinuisset.

## XII.

## R DE LIBERALI CAUSA R

- 1 ULPIANUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Si quando is, qui in possessione seruitutis constitutus est, litigare de condicione sua non patitur, quod forte sibi suoque generi uellet aliquam iniuriam inferre, in hoc casu aequum est quibusdam personis dari licentiam pro eo litigare: ut puta parenti, qui dicat filium in sua potestate esse: nam etiamsi nolit filius, pro eo litigabit. sed et si in potestate non sit, parenti dabitur hoc ius, quia semper parentis interest filium seruitutem non subire. Uersa etiam uice dicemus liberis parentum etiam inuitorum eandem facultatem dari: neque enim modica filii ignominia est, si parentem seruum habeat. Idcirco uisum est cognatis etiam hoc dari debere,
- 2 GAIVS ad edictum praetoris urbani titulo de liberali causa. quoniam seruitus eorum ad dolorem nostrum iniuriamque nostram porrigitur.
- 3 ULPIANUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Amplius puto naturalibus quoque hoc idem praestandum, ut parens filium in seruitute quaesitum et manumissum possit in libertatem uindicare. Militi etiam pro necessariis sibi personis de libertate litigare permittitur. Cum uero talis nemo alius<sup>2</sup> est, qui pro eo litiget, tunc necessarium est dari facultatem etiam matri uel filiabus uel sororibus eius ceterisque mulieribus quae de cognatione sunt uel etiam uxori adire praetorem et hoc indicare, ut causa cognita et inuito ei succurratur. Sed et si libertum meum uel libertam dicam, idem erit dicendum.
- 4 GAIVS ad edictum praetoris urbani titulo de liberali causa. Sed tunc patrono conceditur pro libertate liberti litigare, si eo ignorante libertus uenire se passus est.
- 5 ULPIANUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Interest enim nostra libertasque habere. Quod si plures ex memoratis personis existant, qui uelint pro his litigare, praetoris partes interponendae sunt, ut eligat, quem potissimum in hoc esse existimat. quod et in pluribus patronis obseruari debet.
- 6 GAIVS ad edictum praetoris urbani. Benignius autem hoc persequendum est, ut, si furiosus et infans est qui in seruitutem trahitur, non solum necessariis personis, sed etiam extraneis hoc permittatur.
- 7 ULPIANUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Liberis etiam hominibus, maxime si maiores uiginti annis uenum se dari passi sunt uel in seruitutem quaqua ratione deduci, nihil obest, quo minus possint in libertatem proclamare, nisi forte se uenum dari passi sunt, ut<sup>4</sup> participauerint pretium. Si quis minor uiginti annis ad partendum pretium uenum se dari passus est, nihil ei hoc<sup>5</sup> post uiginti annos nocebit. sed si ante quidem se uenum dedit, post uicensimum autem annum pretium partitus est, poterit ei libertas dene-

<sup>1</sup> factus] natus (Hal.)? <sup>2</sup> alius] masculus (ὅτε δὲ μηδένα εὔρωμεν ἄρρενα BS)? <sup>3</sup> si maxime (Arnaud)? <sup>4</sup> se uenum dari passi sunt ut del. <sup>5</sup> hoc] nec?

1 unquam F<sup>1</sup> 4 an filiis eius fiat in spatio uacuo om. F<sup>2</sup>, pro fiat postea fit posuit F<sup>2</sup> 13 iniuriam inferre] ἐνυβρίσαι BS, iniuriam inferri F | quibusdam F<sup>2</sup> 15 litigauit F 16 e interest F<sup>2</sup> 18 parentem F<sup>2</sup> 28 l. 4

continuat antecedenti F 30 libro om. F 31 libertasqu'a'e F<sup>1</sup> 33 obseruari F 34 l. 6 continuat antecedenti F | uenignus F<sup>2</sup> 35 et infans] ἡ ἱμφάντος ὄντος BS (Dor.) 38 dari't passi F<sup>2</sup> 40 pertiendum F 41 p'o'assus F<sup>2</sup>

quis sciens liberum emerit, non denegatur uendito in libertatem pro- [B.48, 8, 7  
 aduersus eum qui eum comparauit, cuiusque sit aetatis qui emptus est, idcirco  
 est uenia dignus qui emit, etiamsi scientem prudentemque se liberum emerit.  
 si postea alius eum emerit ab hoc, qui sciuit, ignorans, deneganda est ei libertas. 4  
 nul eme[r]int partes, alter sciens, alter ignorans, uidendum erit, numquid is qui f. 237  
 debeat nocere ignoranti: quod quidem magis est. sed enim illa erit quaestio,  
 Nam habebit is qui ignorauit an totum? et quid dicemus de alia parte? an ad  
 icit pertineat? sed ille indignus est quid habere, quia sciens emerit. rursum qui  
 non potest maiorem partem dominii habere quam emit: euenit igitur, ut ei prosit  
 comparauit sciens, quod alius ignorauit. Sunt et aliae causae, ex quibus in liber- 10  
 clamatio denegatur, nelti si quis ex eo testamento liber esse dicatur, quod testa-  
 periri praetor uetat, quia testator a familia necatus esse dicatur: cum enim in  
 , ut supplicio forte sit adficiendus, non debet liberale iudicium ei concedi. sed  
 fuerit, quia dubitatur, utrum nocens sit an innocens, differtur liberale iudicium,  
 stet de morte eius, qui nocatus est: apparebit enim, utrum supplicio [Ep.6, 21 15  
 s sit an non. Si quis ex seruitute in libertatem proclamat, petitoris partes sustinet:  
 : libertate in seruitutem petatur, is partes actoris sustinet qui seruum suum dicit.  
 i de hoc incertum est, ut possit iudicium ordinem accipere, hoc ante apud eum,  
 ortate cogniturus est, disceptatur, utrum ex libertate in seruitutem aut contra  
 : si forte apparuerit eum, qui de libertate sua litigat, in libertate sine dolo malo 20  
 qui se dominum dicit actoris partes sustinebit et necesse habebit seruum suum  
 quod si pronuntiatum fuerit eo tempore, quo lis praeeparabatur, in libertate eum  
 aut dolo malo fuisse, ipse qui de sua libertate litigat debet se liberum probare.  
 libro quinquagesimo quinto ad edictum. Cognitio de liberali causa [B.48, 8, 8 E  
 rrio datur, etiamsi dominus quoque uelit, hoc est qui se dominum dicit, mouere 25  
 trouersiam. Si plures sibi dominium serui uindicant dicentes esse communem,  
 a iudicem mittendi erunt: et ita senatus censuit. ceterum si unusquisque suum  
 lidum, non in partem dicat, cessat senatus consultum: neque enim timor est, ne  
 cetur, cum unusquisque solidum dominium sibi uindicet. Sed et si alter usum  
 xum<sup>1</sup>, alter proprietatem serui uindicet, item si alter dominium, alter pigneratum 30  
 idem iudex erit: et parui refert, ab eodem an ab alio ei pignerati datus sit.  
 ad edictum praetoris urbani titulo de liberali causa. Si pariter ad [B.48, 8, 9 E  
 m, qui de libertate litigat, consistant fructuarius et proprietarius, fieri potest, ut  
 absit: quo casu an praesenti soli permissurus sit praetor aduersus eum agere,  
 potest, quia non debet alterius collusionem aut inertiam alteri<sup>2</sup> ius corrumpi. sed 35  
 itur etiam alterutri eorum permittendum agere, ut alterius ius incorruptum ma-  
 d<sup>3</sup> si adhuc nondum finito iudicio superuenerit, ad eundem iudicem mittetur,  
 tam causam adferat, quare ad eum mitti non debeat, forte si eum iudicem inimi-  
 esse adfirmet. Idem dicemus et si duo pluresue domini esse dicantur et quidam  
 nt, quidam aberint<sup>4</sup>. Unde in utroque casu dispiciamus, an, si is qui prior egerit 40  
 prosit ei, quod posterior uicerit, uel contra, id est ut, cum omnino alteruter  
 osit etiam alteri, sicut prodest heredi liberti, quod in fraudem patroni serui manu-  
 si cui placeat prodesse, consequens est, ut, cum idem petat<sup>5</sup>, exceptioni rei  
 OC)

(C et edd.)?    2 alterius (dett.)?    3 qui?    4 absint (edd.)?    5 in quo  
 ins.

1 m' F<sup>2</sup> 6 enim] anim F<sup>1</sup> 7 h'is  
 it F<sup>2</sup> 12 testator a] testatore F<sup>1</sup>  
 is' sed F<sup>2</sup> | sed et si data fuerit]  
 ΠΙΤΡΑΠΗ ΔΥΤΩ ΤΟ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΛΕΥΘΕ-  
 ΑΣΘΑΙ BS (Dor.) 14 nocens sit]  
 15 appar'abit F<sup>2</sup> 20 in liber-  
 21 sustineuit F<sup>1</sup> | et om. F<sup>1</sup>

22 libertate m' F<sup>2</sup> 26 uindicent F<sup>2</sup> | dicent'es'  
 esse F<sup>2</sup> 30 propri'etatem F<sup>2</sup> | serui ...  
 pigneratum om. F<sup>1</sup> 32 l. 9 continat ante-  
 cedenti F 33 propri'etarius F<sup>2</sup> 34 prae-  
 s'tenti F<sup>2</sup> 35 inert'ia: F<sup>2</sup> 37 finito iudicio]  
 finit condicio F<sup>1</sup> 39 duo om. F<sup>1</sup> 40 h'abe-  
 rint F<sup>2</sup> 43 exceptione F

indicatae obiciatur replicatio: si cui uero placeat non prodesse, is habebit sequentem dubitationem, utrum id, in quo quis uictus est, nullius erit an eius esse debeat, cum quo actum sit, an potius eius qui uicerit? scilicet ut utilis actio detur ei qui uicerit, minime autem praetor pati debeat, ut pro parte quis seruus sit.

- 10 ULPIANUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. Quod autem diximus [B. 48, 8, 10] in libertate fuisse sic est accipiendum non ut se liberum doceat is, qui liberale iudicium patitur, sed in possessione libertatis sine dolo malo fuisse. quid sit autem sine dolo malo fuisse, uideamus. nam Iulianus ait omnes, qui se liberos putant, sine dolo malo in libertate fuisse, si modo se pro liberis gerant, quamuis serui sint. Uarus autem scribit eum, qui se liberum sciat, dum in fuga sit, non uideri sine dolo malo in libertate esse: sed simul atque desierit quasi fugitiuus se celare et pro libero agere, tunc incipere sine dolo malo in libertate esse: etenim ait cum, qui scit se liberum, deinde pro fugitiuo agit, hoc ipso, quod in fuga sit, pro seruo agere,
- 11 GAIUS ad edictum praetoris urbani titulo de liberali causa. licet fugae tempore pro libero se gesserit: dicemus enim eum in eadem causa esse. [B. 48, 8, 11]
- 12 ULPIANUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. Igitur sciendum est et liberum posse dolo malo in libertate esse et seruum posse sine dolo malo in libertate esse.
- 1 Infans subreptus bona fide in seruitute fuit, cum liber esset, deinde, cum de statu ignarus esset, recessit et clam in libertate morari coepit: hic non sine dolo malo in libertate moratur. Potest et seruus sine dolo malo in libertate morari, ut puta testamento accepti libertatem, quod nullius momenti esse ignorat, uel uindicta ei imposita sit ab eo, quem dominum esse putauit, cum non esset, uel educatus est quasi liber, cum seruus esset. generaliter dicendum est<sup>1</sup>, quotiens quis iustis rationibus ductus uel non iustis, sine calliditate tamen putauit se liberum et in libertate moratus est, dicendum est hunc in ea causa esse, ut sine dolo malo in libertate fuerit atque ideo possessoris commodo fruatur. Probatio autem ad id tempus referetur, cum sine dolo malo in libertate fuerit<sup>2</sup>, quo primum in ius aditum est. Si operae alicui debeantur, is quoque liberali iudicio experiri potest.
  - 2 Si quod damnum mihi dederit, qui ad libertatem proclamat, illo tempore, quo bona fide mihi seruebat, neluti si ego bona fide dominus noxali iudicio conuentus et condemnatus litis aestimationem pro eo optuli: in id mihi condemnabitur.
- 13 GAIUS ad edictum praetoris urbani titulo de liberali causa. Illud certum est damnum hoc solum in hac in factum actione deduci, quod dolo, non etiam quod culpa factum sit. ideoque licet absolutus hoc iudicio fuerit, adhuc tamen postea cum eo poterit lege Aquilia agi, cum ea lege etiam culpa teneatur. Item certum est tam res nostras quam res alienas, quae tamen periculo nostro sunt, in hanc actionem deduci, ueluti commodatae et locatae: certe depositae apud nos res, quia nostro periculo non sunt, ad hanc actionem non pertinent.
- 14 ULPIANUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. Rectissime praetor caliditati eorum, qui, cum se liberos scirent, dolo malo passi sunt se pro seruis uenenum dari, occurrit. Dedit enim in eos actionem, quae actio totiens locum habet, quotiens non est in ea causa is qui se uenire passus est, ut ei ad libertatem proclamatio denegetur. Dolo autem non eum fecisse accipimus, qui non ultro instruxit emptorem, sed qui decepit:

F(XYZMOC)

<sup>1</sup> dicendum est del. tempus referetur?

<sup>2</sup> probatio autem, num sine dolo malo in libertate fuerit, ad id

1 is] his F 2 cum quo] cum eo F<sup>2</sup> 3 uicerit] minime F<sup>2</sup> 9 uerus F<sup>2</sup> 13 fuga] fugit F<sup>2</sup> 14 l. 11 *continuat antecedenti* F 15 eum 'qui' in F<sup>2</sup> | causa esse om. F<sup>2</sup> 17 et seruum posse sine (possesi'o'ne utroque loco F<sup>2</sup>) dolo malo (malo om. altero loco F) in libertate esse bis F (em. f) 19 recisset F<sup>2</sup> | libertate m'oratur ... in libertate' morari F<sup>2</sup>

22 uel educatus est quasi liber cum seruus esset om. F<sup>2</sup>: ἡ ἀνατροφή ὡς ἐλεύθερος B (Anon.) 25 adque F 27 liberari F<sup>2</sup> 29 neluti] uruti F<sup>2</sup> 30 condemnatur F<sup>2</sup> 31 l. 13 *continuat antecedenti* F 32 in ha'e c F<sup>2</sup> 34 culpa'm' F<sup>2</sup> 35 commodata'r' F<sup>2</sup> 40 in] id F | actione's'm F<sup>2</sup>

PAULUS libro quinquagesimo primo ad edictum. (id est siue uirilis sexus [B. 48, 8, 15] E siue feminini sit, dummodo eius aetatis sit, ut dolum capiat):

ULPIANUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. immo eum, qui finxit se [B. 48, 8, 16] E seruum et sic uenit decipiendi emptoris causa. Si tamen ui metuque compulsus fuit hic qui distractus est, dicemus eum dolo carere. Tunc habet emptor hanc actionem, cum liberum esse nesciret: nam si scit liberum et sic emit, ipse se circumuenit. Quare si filius familias emit, si quidem ipse scit, pater ignorauit, non adquisiit patri actionem: hoc si peculiari nomine egerit<sup>1</sup>. ceterum si patre mandante, hic quaeritur, an filii scientia noceat: et puto adhuc nocere, quemadmodum procuratoris no||cet. plane si filius ignorauit, pater f. 238 scit, adhuc dico repellendum patrem, etiamsi peculiari nomine filius emit, si modo pater 10 praesens fuit potuitque filium emere prohibere.

PAULUS libro quinquagesimo primo ad edictum. In seruo et in eo, qui [B. 48, 8, 17] E mandato nostro emit, tale est, ut, si certum hominem mandauero emi sciens liberum esse, licet is, cui mandatum est, ignoret, idem sit: et non competet ei actio<sup>2</sup>. contra autem, si ego ignorauit, procurator scit, non est mihi deneganda. 15

ULPIANUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. In tantum ergo tenetur<sup>3</sup>, quantum dedit uel in quantum obligatus est, scilicet in duplum. Sed utrum pretium tantum an etiam id quod pretio accessit duplicetur, uideamus. et putem omne omnino, quod propter emptionem uel dedit 19

PAULUS libro quinquagesimo primo ad edictum. uel permutauit [D. 50, 16, 76. B. 48, 8, 19] E uel compensauit eo nomine (nam et is dedisse intellegendus est)

ULPIANUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. uel obligatus est, dupliari debere. Proinde si quid cuidam ob hanc actionem<sup>4</sup> licito iure dedit, dicendum est in hoc edictum cadere dupliariae. Obligatum uel ipsi uenditori accipere debemus uel alii obligatum: nam quod dedit, siue ipsi uenditori siue alii ex inassu eius siue ipse siue alius<sup>5</sup> dederit, aequae continebitur. Obligatum accipere debemus, si exceptione se tueri non potest: ceterum si potest, dicendum non esse obligatum. Interdum euenit, ut is qui comparauit habeat in quadruplum actionem: nam in ipsum quidem, qui sciens pro seruo uenit, hinc habet in duplum actionem et praeterea in uenditorem uel eum, qui duplam promisit, in duplum actio est. 30

MODESTINUS libro primo de poenis. utique eius duplum, quod propter emptionem uel dedit uel obligatus est. secundum quae id, quod alter eorum soluerit, nihil ad exonerandum alterum pertinebit, quia placuit hanc actionem poenalem esse. et ideo post annum non datur nec cum successoribus, cum sit poenalis, agetur. Actionem, quae ex hoc edicto oritur, manumissione non extingui rectissime dicitur, quia<sup>6</sup> uerum est auctorem 35 conueniri non posse, post quem ad eum, qui ad libertatem proclamauit, perueniebatur.

ULPIANUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. Non solus autem emptor, [B. 48, 8, 22] E sed et successores eius hac in factum actione agere poterunt. Emere sic accipiemus, etiamsi per alium quis emerit, ut puta procuratorem. Sed et si plures emerint, omnes habebunt hanc actionem, sic tamen, ut, si quidem pro partibus emerint, pro parte pretii habeant actionem: enimuero<sup>6</sup> si unusquisque in solidum, quisque in solidum habeat actionem. 40

**F(XYZMOC)**

emerit (cf. u. 10: edd.)? <sup>2</sup> idem sit et non competet ei actio] si emit, non competat ei actio? <sup>3</sup> talia desiderantur: qui sciens pro seruo uenit emptori <sup>4</sup> ob hanc adquisitionem? <sup>5</sup> quia] quamuis? <sup>6</sup> habeant actionem enimuero del.

[ id est] FXYZM, idem est OC: τὰ αὐτὰ B (Anon.) 2 ut] at F<sup>2</sup> 3 quanto F 5 habere m't F<sup>2</sup> 6 se circumuenit quare si filius familias (familias postea add. F<sup>2</sup>) emit si quidem ipse em. F<sup>2</sup> 7 scit] scitemi F<sup>2</sup> 8 egerit] FXYZMOC 10 s'icit F<sup>2</sup> 14 idem sit est F<sup>2</sup>) et non competet seq.] non aliter Graeci: οὐκ ἔχω ἀγωγὴν· εἰ δὲ τὸ ἐναντίον, ἔχω

B (Anon.) 24 dupliariae l' F<sup>2</sup> 27 potest F<sup>2</sup> 28 uenit F<sup>2</sup> | hinc] hoc F<sup>2</sup> 29 duplum] duplo F<sup>2</sup> 32 quae 'in' id F<sup>2</sup> 33 pertinet F<sup>2</sup> 34 agetur 'cum' actionem F<sup>2</sup>: εἰ δὲ ἀγοράσας τὸν ἐλεύθερον ἐλευθερώσω, τῷ μὲν πρᾶθέντι ἐνάγω, τῷ δὲ πρᾶτῃ οὐκέτι B (Anon.) 35 dicitur F<sup>2</sup> 41 quisque in solidum delere uoluit, mos hoc reiecto ex quisque fecit emerit F<sup>2</sup>:

- 3 nem. nec alterius scientia alteri nocebit, uel ignorantia proderit. Si eum liberum esse  
 4 emptor nesciit, postea autem scire coepit, hoc ei non nocebit, quia tunc ignorauit. sed si  
 4 tunc sciiit, postea dubitare coepit, nihil proderit. Heredi et ceteris successoribus scientia  
 5 sua nihil nocet, ignorantia nihil prodest. Sed si per procuratorem scientem quis emerit,  
 6 ei nocet, sicuti tutoris quoque nocere Labeo putat. Haec actio post annum non datur, 5  
 cum sit honoraria: est autem et poenalis.
- 23 PAULUS libro quinquagesimo ad edictum. Si usum fructum tibi uendidero [B. 48, 8, 23] *F*<sup>a</sup>  
 liberi hominis<sup>1</sup> et cessero, seruum effici eum dicebat Quintus Mucius, sed dominium ita  
 1 demum fieri meum, si bona fide uendidissem, alioquin sine domino fore. In summa sciend-  
 1 otiam ad donatos et in dotem datos referri posse, item ad eos, qui pignori se dari passi  
 2 sunt. Si mater et filius de libertate litigant, aut coniungenda sunt utrorumque iudicia aut  
 differenda est causa filii, donec de matre constet, sicut diuus quoque | Hadrianus decreuit. f. :  
 nam cum apud alium iudicem mater litigabat, apud alium autem filius, Augustus dixit ante  
 de matre constare oportere, sic dein de filio cognosci. 15-
- 24 IDEM libro quinquagesimo primo ad edictum. Ordinata liberali causa liberi [B. 48, 8, 24] *E*  
 loco habetur is, qui de statu suo litigat, ita ut aduersus eum quoque, qui se dominum esse  
 dicit, actiones ei non denegentur, quascumque intendere uelit: quid enim si quae tales sint,  
 ut tempore aut morte intereat? quare non concedatur ei litem contestando in tutum eas  
 1 redigere? Quin etiam Seruius ait in actionibus annuis ex eo tempore annum cedere, ex 20  
 2 quo lis ordinata sit. Sed si cum aliis experiri uelit, non est quaerendum, an lis ordinata  
 sit, ne inueniatur ratio, quemadmodum subiecto aliquo, qui libertati controuersiam moueat,  
 interim actiones excludantur: aequae enim ex euentu iudicii liberalis aut utilis aut inanis  
 3 actio eius efficietur. Sed si quas actiones inferat dominus, quaeritur, an compellendus sit  
 suscipere iudicium. et plerique existimant, si in personam agat, suscipere<sup>2</sup> ipsum ad litis 25  
 contestationem, sed sustinendum iudicium, donec de libertate iudicetur: nec uideri prae-  
 iudicium libertati fieri aut uoluntate domini in libertate eum morari: nam ordinato liberali  
 iudicio interim pro libero habetur, et sicut ipse agere, ita cum ipso quoque agi potest.  
 ceterum ex euentu aut utile iudicium erit<sup>3</sup> aut nullum, si contra libertatem pronuntiatum  
 4 fuerit. Si is, qui in libertatem proclamat, furti aut damni iniuria ab aliquo arguatur, Mela 30  
 ait interim eum canere debere iudicio se sisti, ne melioris condicionis sit qui dubiae liber-  
 tatis est, quam qui certae: sed sustinendum iudicium, ne praeiudicium libertati fiat. aequae  
 si cum possessore hominis furti agi coeperit, deinde is, cuius nomine agebatur, in liber-  
 tatem proclamauerit, sustinendum iudicium, ut, si liber indicatus sit, in ipsum transferatur  
 iudicium: et, si damnatio facta sit, iudicati actionem potius in eum dandam. 35
- 25 GAIUS ad edictum praetoris urbani titulo de liberali causa. Si cui de liber- [B. 48, 8, 25] *E*  
 tate sua litiganti optio legata sit, quaecumque hereditate ei relicta dicuntur, eadem et de  
 1 optio tractari possunt. Interdum ex integro datur ad libertatem proclamatio, ueluti eius,  
 qui adfirmat ideo se primo iudicio uictum, quod statuta libertas nondum ei optigerat, quam  
 2 nunc dicit sibi optigisse. Licet uulgo dicatur post ordinatum liberale iudicium hominem, 40  
 cuius de statu controuersia est, liberi loco esse, tamen, si seruus sit, certum est nihilo  
*F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> pretium participantis *similiae* add. (ἀνεχομένου add. B) <sup>2</sup> debere *ins.* <sup>3</sup> si secundum *ins.*

εἰ δὲ πολλοὶ ἀγοράσῳ, πάντες κινούσιν ἢ  
 μερικῶς, ἢ ἄν μερικῶς ἠγόρασαν, ἢ ἕκαστος εἰς  
 ὁλόκληρον B (Anon.) 1 noceuit *F*<sup>2</sup> 2 hoc s'ei  
*F*<sup>2</sup> | noceuit *F*<sup>2</sup> 4 per om. *F*<sup>2</sup> 7 paulus]  
 Ἰαβόλενος B 8 mucius] meus *F* (em. f)  
 10 uenditis seruus (seruis *F*<sup>2</sup>) uenditis (uen-  
 ditis del. *F*<sup>2</sup>) *F* | quibus denegatur] οἱ μὴ  
 δύνανται ἀναβοᾶν εἰς ἐλευθερίαν B (Anon.)  
 11 se'd dari *F*<sup>2</sup> 17 is] his *F*<sup>2</sup> 18 dene-

gantur *F*<sup>2</sup> | si quae tales sint ut] *F*<sup>2</sup>, si  
 tales sint quae *F*<sup>2</sup> 19 tutum] *F*<sup>2</sup>, tatum *F*<sup>2</sup>  
 23 excludantur *F*<sup>2</sup> 26 contestationum *F*<sup>2</sup> |  
 iudicium (uoluit iudicium) *F*<sup>2</sup> | inde-  
 cetur *F*<sup>2</sup> | uideri *F*<sup>2</sup> 27 libertatis eum *F*<sup>2</sup>  
 28 agere't' *F*<sup>2</sup> 32 praeiudicium *F*<sup>2</sup> 33 de-  
 inde dh' is *F*<sup>2</sup> 35 eum] eun *F*<sup>2</sup> 36 L. 25 con-  
 tinuat antecedenti *F* | libertate *F*<sup>2</sup> 37 que-  
 cumque *F* 40 nunc] num *F*<sup>2</sup>

minus eum, quod ei tradatur uel stipuletur, perinde domino acquirere atque si non de libertate eius quaerebatur. tantum de possessione uidebimus, cum ipsum post litem ordinatam desinat dominus possidere: sed magis est, ut adquirat, licet ab eo non possideatur. et cum placuit per fugituum quoque nos possessionem acquirere posse, quid mirum etiam per hunc, de quo quaeramus, adquiri?

26 IDEM libro uicensimo ad edictum prouinciale. Qui ex libertate in seruitutem [B. 48, 8, 26] E petit, si iudicii de euictione seruandi causa contra libertatem agit, iniuriarum actione non conuenitur.

27 ULPIANUS libro secundo de officio consulis. Dini fratres Proculo et Munatio [B. 48, 8, 27] E rescripserunt: 'Cum Romulus, de cuius statu quaeritur, pupillaris aetatis sit, an exigente 10 Uaria Hedone matre et consentiente Uario Hermete tutore ad tempus pubertatis causa differenda sit, uestrae grauitatis est ex fide personarum<sup>1</sup> quod utile est pupillo, constituere'.

1 Si ea persona desit cognitioni, quae alicui status controuersiam faciebat, in eadem causa est qui de libertate sua litigat, qua fuit, priusquam de libertate controuersiam patiatur: sane hoc lucratur, quod is qui eam status controuersiam faciebat amittit suam causam. 15

nec ea res || ingenuum facit eum qui non fuit: nec enim ponuria aduersarii ingenuitatem q. 73 f. 25

solet tribuere. recte atque ordine iudices puto facturos, si hanc formam fuerint consecuti<sup>2</sup>, ut, ubi deest is qui in seruitutem petit, electionem aduersario deferant, utrum malit cognitionem circumduci an audita causa sententiam proferri. et<sup>3</sup> si cognouerint, pronuntiare debent seruum illius non uideri: neque haec res captionem ullam habet, cum non inge- 20

mus pronuntietur, sed seruus non uideri. quod si ex seruitute in ingenuitatem se allegat, melius fecerint, si cognitionem circumduxerint, ne sine aduersario pronuntient ingenuum uideri, nisi magna causa suadeat et euidentes probationes suggerant secundum libertatem

2 pronuntiandum: ut etiam rescripto Hadriani continetur. Quod si is, qui pro sua libertate litigat, desit, contradictor nero praesens sit, melius erit in augeri<sup>4</sup> causam eius sententiamque 25 proferri: si enim liquebit, contra libertatem dabit<sup>5</sup>: euenire autem potest, ut etiam absens uincat: nam potest sententia etiam secundum libertatem ferri.

28 POMPONIUS libro duodecimo ad Quintum Mucium. Non uidetur domini uoluntate seruus in libertate esse, quem dominus ignorasset suum esse: et est hoc uerum: is enim demum uoluntate domini in libertate est, qui possessionem libertatis ex uoluntate 30 domini consequitur.

29 ARIUS MENANDER libro primo de re militari. Qui de libertate sua litigans [B. 48, 8, 29] E secundum sententia data militiae se dedit, <sup>6</sup>in pari causa ceteris seruis habendus est nec cionerat eum, quod pro libero habeatur<sup>7</sup> in quibusdam. et licet liber apparuerit, exactionatus, id est militia remotus castris reicietur<sup>8</sup>, utique qui ex seruitute in libertatem petitus 35 sit uel qui non sine dolo malo in libertate moratus est: qui uero per calumpniam petitus in seruitutem est, in militia retinebitur. Qui ingenuus pronuntiatus est, si se militiae dedit, intra quinquennium retractata sententia nouo<sup>9</sup> domino reddendus est.

30 IULIANUS libro quinto ex Minicio. Duobus petentibus hominem in seruitutem [B. 48, 8, 30] S pro parte dimidia separatim, si nno iudicio liber, altero seruus iudicatus est, commodissimum est eo usque cogi iudices, donec consentiant: si id non continget, Sabinum refertur existimasse duci seruum debere ab eo qui uicisset: cuius sententiae Cassius quoque est et ego sum. et sane ridiculum est arbitrari eum pro parte dimidia duci, pro parte liber-

F(XYZMOC)

<sup>1</sup> eoque ins. <sup>2</sup> secuti (edd.)? <sup>3</sup> et del. <sup>4</sup> ingeri? <sup>5</sup> proferri, si liquebit, contra libertatem? <sup>6</sup> condemnatus ins. <sup>7</sup> habebatur? <sup>8</sup> eicietur (edd.)? <sup>9</sup> nouo] antiquo (SENTENTIANTIQUO)?

2 uideuimus F<sup>1</sup> 4 quid'e' F<sup>2</sup> 11 her'm'ete F<sup>4</sup>  
12 uestrae F<sup>2</sup> 15 amittit' F<sup>2</sup> 18 is] his F<sup>1</sup>  
19 an a' audita F<sup>2</sup> | p'ronuntiare F<sup>4</sup> 21 in  
im'genitatem F<sup>2</sup> 23 ca'u'sa F<sup>4</sup> 25 de-  
sit' F<sup>4</sup> | praesen's' F<sup>2</sup> | in'augeri F<sup>4</sup>, augeri  
XYZMC, agi O: σκοπεῖται καὶ μονομερῶς ἢ

δικῆ B (Anon.) 26 ut etiam absens uincat  
nam potest om. F<sup>1</sup> 30 is] his F<sup>4</sup> 32 Ἀφρι-  
καν. B 37 es't in F<sup>2</sup> | milit'ia F<sup>4</sup> 38 quin-  
quenni'um F<sup>4</sup> | nouo domino] τῷ δεσπότῃ  
ἀγροῦ BS (Dor.) 41 es't F<sup>4</sup> 42 uicessit F<sup>2</sup>  
43 eum d' pro F<sup>4</sup>



tatem eius tueri. <sup>1</sup> commodius autem est fauore libertatis liberum quidem eum esse, compelli autem pretii sui partem uiri boni arbitrato uictori suo praestare.

- 31 ULPIANUS libro primo responsorum. Filium ob hoc, quod patri heres extitit, [B. 48, 8, 31] S 9  
prohiberi a patre suum seruum manumissum in seruitutem petere. 4
- 32 PAULUS libro sexto regularum. De bonis eorum, qui ex seruitute aut libertate<sup>2</sup> in ingenuitatem uindicati sunt, senatus consultum factum est, quo cauetur de his quidem, qui ex seruitute defensi essent, ut id dumtaxat ferrent, quod in domo cuiusque intulissent: in eorum autem bonis, qui post manumissionem repetere originem suam uoluissent, hoc amplius, ut, quod post manumissionem quoque adquisissent non ex re manumissoris, secum ferant, cetera bona relinquerent illi, ex cuius familia exissent. 10 0 1 10
- 33 IDEM libro singulari de liberali causa. Qui sciens liberum emit, quamuis et [B. 48, 8, 33] S 2 S  
ille se pateretur uenire, tamen non potest contradicere ei qui ad libertatem proclamat: sed si alii eum ignoranti uendiderit, denegabitur ei proclamatio.
- 34 ULPIANUS libro singulari pandectarum. Imperator Antoninus constituit non [B. 48, 8, 34] S 2 S f. 15  
alias ad libertatem proclamationem cuiquam permittendam, nisi prius administrationum rationes reddiderit, quas cum || in seruitute esset gessisset. f. 15 f. 239
- 35 PAPINIANUS libro nono responsorum. Seruos ad templi custodiam, quod aedificari Titia uoluit, destinatos neque manumissos heredis esse constitit. [B. 48, 8, 35] P 9 P
- 36 IDEM libro duodecimo responsorum. Dominus qui optinuit, si uelit seruum [B. 48, 8, 36] P 9 P  
suum abducere, litis aestimationem pro eo accipere non cogetur. 20 0 20
- 37 CALLISTRATUS libro secundo quaestionum. Conuentio priuata neque seruum [B. 48, 8, 37] P 9 P  
quemquam neque libertum alicuius facere potest.
- 38 PAULUS libro quinto decimo responsorum. Paulus respondit, si, ut proponitur, post perfectam sine ulla condicione emptionem postea emptor ex uoluntate sua litteras emisit, quibus profiteretur se post certum tempus manumissurum eum quem emerat, <sup>1</sup> non uideri eas litteras ad constitutionem diui Marci pertinere. Idem respondit constitutionem quidem diui Marci ad libertatem eorum mancipiorum pertinere, quae hac lege uenerint, ut post tempus manumitterentur: sed eundem fauorem libertatis consequendae causa etiam eam mereri, pro qua dominus pretium accepit, ut ancillam suam manumitteret, <sup>2</sup> cum idem etiam libertam habiturus sit. Quaesitum est, an emptor seruo recte libertatem <sup>3</sup> dederit nondum pretio soluto. Paulus respondit seruum, quem uenditor emptori tradidit, si ei pro pretio satisfactum est, et nondum pretio soluto in bonis emptoris esse coepisse. <sup>3</sup> Gaius Seius Stichum seruum Lucio Titio uendidit ita, ut Titius Stichum post triennium manumitteret, si continuo triennio seruisset: sed nondum exacto tempore trienni Stichus fugit et post aliquantum temporis defuncto Titio reuertit: quaero, an obstat Sticho ad <sup>3</sup> consequendam ex uenditione libertatem, quod ante triennium discesserit. Paulus respondit secundum ea quae proponuntur expleto tempore, post quod Stichus manumitti debuit, libertatem ei competisse.
- 39 IDEM libro quinto sententiarum. Cui necessitas probandi de ingenuitate sua [B. 48, 8, 39] P 9  
<sup>1</sup> non incumbit, ulro si ipse probare desideret, audiendus est. Qui de ingenuitate cognoscunt, <sup>40</sup>  
de calumnia eius, qui temere controuersiam mouit, ad modum exilli possunt ferre sententiam. Tutores uel curatores pupillorum, quorum tutelam et res administrauerunt, postea <sup>2</sup>  
<sup>3</sup> status quaestionem facere non possunt. Maritus uxori eidemque libertae status quaestionem inferre non prohibetur. 44
- 40 HERMOGENIANUS libro quinto iuris epitomarum. Cum pacto partitionis pretii maior uiginti annis uenalem se praebuit, nec post manumissionem ad libertatem<sup>3</sup> proclamare potest. F(XYZMOC)

<sup>1</sup> IULIANUS notat *ins.*    <sup>2</sup> libertinitate (u. i.)?    <sup>3</sup> a libertinitate?

5 libertate] F, libertinitate XYMOC 6 canetur id est quo cauetur de his F<sup>2</sup> 10 relinquerant F<sup>2</sup> | familia e' exissent F<sup>2</sup> 17 regularum sponzorom uerbo seruos F<sup>4</sup> 18 destinatus F<sup>2</sup> 24 litteris F<sup>1</sup> 25 quem F<sup>2</sup> |

e'merat F<sup>2</sup> 29 mer'er] F<sup>2</sup> 35 aliquantulum errore *Taw.* | ad consequendam] XZMOC, ad sequendam FY 36 libertate'm' F<sup>2</sup> 38 competisse't' F<sup>4</sup> 40 ipso F<sup>2</sup> 43 s'a'tatus F<sup>2</sup> | quaestionum F<sup>2</sup> 46 prebuit F

- 41 PAULUS libro singulari de articulis liberalis causae. Si in obscuro sit, in quo [B. 48, 8, 40] *Pf* fuerit statu is, qui pro libertate sua litigat, prior audiendus est probare uolens se ipsum 1 in libertatis esse possessionem. Index autem, qui de libertate cognoscit, etiam de rebus amotis damnoue facto cognoscere debet: fieri enim potest, ut fiducia libertatis et subripere quaedam et corrumpere atque consumere ex bonis, quibus<sup>1</sup> seruebat, ausus sit. 5
- 42 LABEO libro quarto posteriorum. Si seruus quem<sup>2</sup> emerat ad libertatem pro- [B. 48, 8, 41] *A* clamauit et ab iudice perperam pro eo iudicatum est et dominus eius serui post rem contra te iudicatam te heredem fecit aut alio quo nomine is tuus esse coepisset, petere eum tuum esse poteris nec tibi obstabit rei iudicatae praescriptio. IAUOLENUS: haec uera sunt. 9
- 43 [POMPONIUS libro tertio senatus consultorum. De his, qui bona eorum [B. 48, 8, 42] *A* f. 240 quibus seruebant interceptissent, deinde ad libertatem proclamabant, Hadrianus imperator rescripsit, cuius rescripti uerba haec sunt: 'Sicut non est aequum fiducia libertatis, quae 'ex fideicommissi causa praestanda est, intercipere hereditariam pecuniam, ita nec libertati praestandae moram quaeri oportet. quam primum ergo arbitrum dare debeat<sup>3</sup>, apud quem constaret, quid seruari potest heredi, antequam ad seruum manumittendum compelleretur'. 15
- 44 UENULEIUS libro septimo actionum. Licet dubitatum antea fuit, utrum ser- [B. 48, 8, 43] *A* uis dumtaxat an libertus<sup>4</sup> iurando patrono obligaretur in his quae libertatis causa imponuntur, tamen uerius est non aliter quam liberum obligari. ideo autem solet<sup>5</sup> iusiurandum a seruis exigere, ut hi religione adstricti, posteaquam suae potestatis esse coepissent, iurandi necessitatem haberent<sup>6</sup>, dummodo in continenti, cum manumissus est, aut iuret 20 1 aut promittat. Licet autem circa donum operas etiam uxoribus personas inserere. [(B) 2 In eum, qui impubes iurauerit, scilicet qui et iurare potuerit, danda est utilis [B. 48, 8, 43] actio operarum nomine, cum pubes tamen factus erit. potest tamen et impubes operas dare, ueluti si nomenclator sit uel histrio.

XIII.

25

QUIBUS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET *R SEP*

- 1 ULPIANUS libro secundo de officio proconsulis. Maiores uiginti annis ita de- [Pon. 37, 2] *S* mum ad libertatem proclamare non possunt, si pretium ad ipsum qui uenit peruenerit: ex ceteris autem causis, quamuis maior uiginti annis se uenum dari passus sit, ad liber- 1 tatem ei proclamare licet. Minori autem uiginti annis ne quidem ex causa supra scripta 30 debet denegari libertatis proclamatio, nisi maior annis uiginti factus durauit in seruitute: tunc enim si pretium partitus sit<sup>7</sup>, dicendum erit denegari ei debere libertatis proclama- tionem.
- 2 MARCELLUS libro uicensimo quarto digestorum. Seruum quis per uim a Titio [B. 48, 9, 1] *E* accepit et testamento liberum esse iussit: quamquam soluendo decesserit, non erit ille 35 liber: alioquin frandabitur Titius, qui non procedente quidem libertate cum herede eius *F(XYZMOC)*

<sup>1</sup> quibus] eius cui (τὰ τοῦ δουλεγομένου πράγματα BS)? <sup>2</sup> bona fide *ins.* <sup>3</sup> debebas? <sup>4</sup> utrum seruus an dumtaxat libertus? <sup>5</sup> solent? <sup>6</sup> quod iusiurandum qui praestiterit, operas dare necesse haberet *ins.* (u. i.) <sup>7</sup> etsi maior annis uiginti factus durauit in seruitute, nisi maior annis uiginti factus pretium partitus sit: tunc enim (cf. 40, 12, 7, 1)?

1 causa e' *F*<sup>1</sup> 4 damnoue 'magnu' facto *F*<sup>2</sup>: περί ὧν ἀπεκρίθησε πράγματα ὁ δουλαγωγού- μενος ἢ περί ὧν ἐζημίωσε τὸν λεγόμενον δεσπό- την BS (*Dor.*) | subripere a' e' *F*<sup>1</sup> 5 serui's'e- bent *F*<sup>2</sup> 8 alio' quo *F*<sup>2</sup>: ἄλλως πως BS 9 obstauit *F*<sup>2</sup> | proscriptio *F*: παραγραφὴ BS | ianolen' u's posuit, deinde u restituit *F* | uer' b'a *F*<sup>2</sup> 13 fideicommiss' a' *F*<sup>2</sup> 14 h' arbitrum *F*<sup>2</sup> | debent] δικαστὴς ὀφείλει BS 16 antea fuit] ante habuit *F*<sup>2</sup> 18 solet] *F*, solemus *XYZMOC*: εἰώθασεν BS 19 ut hi seq.] ἵνα

τῆ ἠθρσκειᾶ τοῦ ὄρκου κρατούμενοι (= ut hi religione adstricti) ἀνάγκη σχοίησαν (= neces- sitatem haberent) μετὰ τὸ γενέσθαι ἐλεύθεροι (= posteaquam suae potestatis esse coepis- sent) τὸν ὄρκον δίδόναι (= iurandi), εἰ οὐ γίνονται ἔνοχοι ἐπὶ ταῖς ὀπέραις (= quo ad operas obligarentur) BS 21 promitteret *F*<sup>2</sup> 22 qui et iurare potuerit] τὸν καὶ αἰσθάνεσθαι τοῦ ὄρκου δυνάμενον BS 26 licet *F* et *ind.* *F*<sup>2</sup>, liceat *ind.* *F*<sup>1</sup> 31 libertat' e' is *F*<sup>2</sup> 32 de- beri *F* 34 Παῦλος B

- agere potest, at si ad libertatem seruus peruenerit, nullam actionem habiturus est, quia nihil uidebitur heres ex defuncti dolo consecutus.
- 3 POMPONIUS libro undecimo epistularum et uariarum lectionum. Eis, qui se passi sint E uenire, ad libertatem proclamandi licentiam denegari. quaero, an <sup>1</sup>et ad eos, qui ex mulieribus, quae se passae sint uenire, nascuntur, ita <sup>2</sup>senatus consulta pertinent? dubitari <sup>5</sup> non potest, quin ei quoque, quae maior annis uiginti uenire se passa est, ad libertatem proclamandi licentia fuerit deneganda. his quoque danda non est, qui ex ea nati tempore seruitutis eius erunt.
- 4 PAULUS libro duodecimo quaestionum. Licinnius Rufinus Iulio Paulo. Is cui fidei- P commissa libertas debebatur post uicensimum annum ueniri se passus est: quaero, dene- 10 gandum sit ei ad libertatem proclamare. mouet me exemplum cuiusuis liberi hominis: nam et si consecutus esset libertatem, si se uendidisset, denegaretur ei ad libertatem proclamare, nec debet meliori loco intellegi, quod in seruitute constitutus passus est se uenum dari, quam si esset libertatem consecutus. sed e contrario mouet me, quod in hoc, de quo quaeritur, uenditio constitit et est qui ueneat, in libero autem homine neque uenditio <sup>15</sup> constitit et nihil est quod ueneat. peto itaque plenissime instruas. respondit: uenditio quidem tam serui quam liberi contrahi potest et stipulatio de euictione contrahitur: non enim de eo loquimur, qui sciens liberum emit: nam aduersus hunc nec <sup>2</sup>ad libertatem proclamatio denegatur. sed is, qui adhuc seruus est, etiam inuitus ueniri potest, quamuis et ipse in eo malus sit, quod de condicione sua dissimulat, cum in sua potestate habeat, ut statim <sup>20</sup> ad libertatem perueniat. quod quidem ¶ non potest ei imputari, cui nondum libertas de- f. 240 betur. pone statuliberum passum se uenum dari: nemo dicturus est superueniente condicione, quae non fuit in eius potestate, libertatis petitionem ei denegandam. idem puto, etiamsi in ipsius potestate fuit condicio. sed in proposito magis probandum est, ut denegetur ei libertatis petio, qui potuit petere libertatem et maluit se uenum dari, quia in- <sup>25</sup> dignus est auxilio praetoris fideicommissarii.
- 5 PAULUS libro singulari ad senatus consultum Claudianum. Si duo liberum hominem P maiorem annis uiginti emerimus, unus sciens eius condicionem, alter ignorans, non propter eum qui scit ad libertatem ei proclamare permittitur, sed propter eum qui ignorat seruus efficietur, sed non etiam eius qui scit, sed tantum alterius. <sup>30</sup>

## XIII.

## R SI INGENUUS ESSE DICETUR R

ESA.

- 1 MARCELLUS libro septimo digestorum. Si libertus alterius alio agente inge- B. 48, 10, 1 E nuus pronuntiatus esse dicetur, sine ulla exceptione temporis patronus eius cognitionem solet exercere. <sup>35</sup>
- 2 SATURNINUS libro primo de officio proconsulis. Qui se uenire passus esset maiorem, S scilicet ut pretium ad ipsum perueniret, prohibendum de libertate contendere diuus Hadrianus constituit: sed interdum ita contendendum permisit, si pretium suum reddidisset.
- 1 Qui se ex libertinitate ingenuitati adserant, non ultra quinquennium, quam ma- B. 48, 10, 2  
2 numissi fuissent, audientur. Qui post quinquennium repperisse <sup>4</sup>instrumenta ingenuitatis <sup>40</sup> suae adseuerant, de ea re ipsos principes adire oportere cognituros.
- 3 POMPONIUS libro quinto senatus consultorum. Hoc sermone adgnitis natalibus B. 48, 10, 3 A  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> et ad mulieres ins. <sup>2</sup> ista (edd.)? <sup>3</sup> uenire se passo similiae ins. <sup>4</sup> se ins. (Hal.)

1 at] ad F<sup>1</sup> 3 ei's' F<sup>2</sup> 7 fuerit bis F<sup>o</sup>  
8 seruituti's' F<sup>2</sup> 11 liberi's' F<sup>2</sup> 12 esset  
libertatem si se] esset libertatem se FX, li-  
bertatem se YMOC 15 homine'm' F<sup>2</sup> | con-  
si'titit F<sup>2</sup> 16 quod] quoniam F<sup>o</sup> | plenis-  
sime] F<sup>2</sup>, ueniss'e'ime F<sup>2</sup> 17 potest] posse F<sup>2</sup>  
18 ne'c' F<sup>2</sup> 23 eius] fiat F<sup>2</sup> 25 uenum]

ueniut F<sup>1</sup> 26 est] et F | fideicommiss'i'arii F<sup>2</sup>  
27 paulus] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> 28 non] F<sup>2</sup>, an  
non F<sup>2</sup> 30 sufficetur F<sup>1</sup> 32 dicatur ind. F  
36 uenire't' F<sup>2</sup> 38 contende'ndu'm F<sup>2</sup> 39 in-  
genuitate F<sup>1</sup> 40 audi'r'entur F<sup>2</sup> 41 adiri F<sup>2</sup>  
42 adgni'ta'tis F<sup>2</sup>

- 1 de nullis aliis intellegendum est senatum sensisse quam ingenuis. Verbo autem 'relinquerent' etiam hoc intellegendum est, ut quaecumque ex re eius, a quo manumissi erant, acquisita habeant, restituant. sed id quemadmodum accipiendum sit, uidentum est, utrumne quae ignorantibus dominis abstulissent, item quod ex his adquisitum, reddere debeant, an uero etiam concessa et donata a manumissoribus amplexi sint<sup>1</sup>: quod magis est. 5
- 4 PAPINIANUS libro uicensimo secundo quaestionum. Oratio, quae [Pon. 28, 9. B. 48, 10, 4] P prohibet apud consules aut praesides prouinciarum post quinquennium a die manumissionis in ingenuitatem proclamare, nullam causam aut personam excipit.
- 5 IDEM libro decimo responsorum. Patronum post quinquennium sententiae [B. 48, 10, 5] P pro ingenuitate dictae, quo ignorante res iudicata est, non esse praescriptione temporis 10 summouendum respondi.
- 6 ULPIANUS libro trigensimo octauo ad edictum. Quotiens de hoc conten- [B. 48, 10, 6] \*S ditor, an quis libertus sit, siue operae petantur siue obsequium desideretur siue etiam famosa actio intendatur siue in ius uocetur qui se patronum dicit siue nulla causa interueniat, redditur praeiudicium. sed et quotiens quis libertinum quidem se confitetur, liber- 15 tum autem Gaii Seii se negat, idem praeiudicium datur. redditur autem alterutro desiderante: sed actoris partibus semper qui se patronum dicit fungitur probareque libertum suum necesse habet aut, si non probet, uincitur.

## XV.

19

RE NE DE STATU DEFUNCTORUM POST QUINQUENNium  
QUAERATUR R SPE

- 1 MARCIANUS libro singulari de delatoribus. De statu defunctorum [Pon. 28, 4. B. 48, 11, 1] S  
1 post quinquennium quaerere non licet neque priuatim neque fisci nomine. Sed nec [(Pon.)  
eius status retractandus est, qui intra quinquennium decessit, si per huius quaestionem  
2 praeiudicium futurum est ante quinquennium mortuo. Immo nec de uiui statu quaeren- 25  
dum est, si quaestio huius praeiudicium facit ei, qui ante ¶ quinquennium decessit: et ita f. 241  
3 diuus Hadrianus constituit. Sed interdum et intra quinquennium non licet de statu de-  
functi dicere: nam oratione diui Marci cauetur, ut, si quis ingenuus pronuntiatu fuerit,  
liceat ingenuitatis sententiam retractare, sed uiuo eo qui ingenuus pronuntiatu est, non  
etiam post mortem, in tantum, ut etiam, si coepta quaestio fuit retractationis, morte eius 30  
4 extinguatur, ut eadem oratione cauetur. Si quidem in deteriorem condicionem quis statum  
retractaret, secundum ea quae dixi praescribendum est. quid ergo si in meliorem? ueluti  
pro seruo libertus dicitur: quare non admittatur? quid enim si seruus quis dicatur quasi  
ex ancilla natus, quae ante quinquennium mortua est? quare non liceat probare liberam  
fuisse? hoc enim et pro mortua est. et Marcellus libro quinto de officio consulis scripsit 35  
posse: ego quoque in auditorio publico idem secutus sum.
- 2 PAPINIANUS libro quarto responsorum. Non esse libertatis quaestio- [B. 48, 11, 2] P  
nem filii inferendam propter matris uel patris memoriam post quinquennium a morte non  
1 retractatam conuenit. Nec in ea re, quae publicam tutelam meruit, pupillis agentibus  
F(XYZMOC)

<sup>1</sup> amplius insint?

1 relinquerent] F<sup>1</sup> cum BS: τὸ δὲ ἐπαγαγεῖν τὴν σύγκλητον, ἵνα ἴκαταλιμπάνωσιν, reliquerunt F<sup>2</sup> 2 quaecumque F<sup>2</sup> 4 quae F<sup>4</sup> | ex his] FC, ex re eius XYMO, ἐκ τούτων τῶν πραγμάτων BS (Dor.) 5 amplexi's sint F<sup>4</sup> 8 ingenuitate F 17 auctoris F: δίδονται δὲ τούτῳ τὸ πραιουδικιον τοῦ ἀκτορος ἐξαιτούντος BS, ut Dorotheus legisse quidem uideatur actoris, sed praeterea uerba aut corrupta ha-

buisse aut male coniunxisse 18 probet uincitur] probabuntur F<sup>1</sup> 28 oratione'm F<sup>2</sup> 29 pronuntiatu'm's F<sup>4</sup> 31 extinguitur F<sup>1</sup> | oratione'm F<sup>2</sup> | quistatum F 33 libertus dicitur F: τυχὸν γὰρ λέγει τις BS (Dor.) | quare non ... quis dicitur om. F<sup>1</sup>, uertunt BS 35 scripsit quae posse F<sup>2</sup> 36 quae'oque F<sup>4</sup> 38 inferendum F<sup>1</sup> 39 retractatam dam conuenit F<sup>2</sup>

restitutionis auxilium tribuendum est, quod quinque annorum tempus, cum tutores non haberent, excesserit. Praescriptio quinque annorum, quae statum defunctorum tuetur, specie litis ante mortem illatae non fit irrita, si ueterem causam desistente qui mouit longo silentio finitam probetur.

3 HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. Ante quinquennium defuncto B. 48, 11, 3 status honestior, quam mortis tempore fuisse existimabatur, uindicari non prohibetur. idcirco et si quis in seruitute moriatur, post quinquennium liber decessisse probari potest.

4 CALLISTRATUS libro primo de iure fisci. Primus omnium diuus Nerua edicto B. 48, 11, 4 uetuit post quinquennium mortis cuiusque de statu quaeri. sed et diuus Claudius Claudio rescripit, si per quaestionem nummariam praedictum statui uidebitur fieri, cessare quaestionem.

4  
P  
E  
10

XVI.

R DE COLLUSIONE DETEGENDA R

1 GAIVS libro secundo ad edictum praetoris urbani titulo de liberali causa. Ne B. 48, 12, 1 quorundam dominorum erga seruos nimia indulgentia inquinaret amplissimum ordinem eo, quod paterentur seruos suos in ingenuitatem proclamare liberosque iudicari, senatus consultum factum est Domitiani temporibus, quo cautum est, ut, si quis probasset per collusionem quicquam factum, si<sup>1</sup> iste homo seruus sit, fieret eius seruus qui detexisset collusionem.

2 ULPIANUS libro secundo de officio consulis. Conlusionem detegere ingenuitatis post sententiam intra quinquennium posse diuus Marcus constituit. Quinquennium autem continuum utique accipiemus. Sicubi plane aetas eius, cuius retractatur conlusionem, differendam retractationem in tempus pubertatis uel alterius rei<sup>2</sup> suadeat, quinquennium non currere dicendum est. Quinquennium autem non ad perficiendam retractationem, sed ad inchoandam puto praefinitum: aliter atque circa eum, qui ex libertinitate se in ingenuitatem petit. Oratione diui Marci cauetur, ut etiam extraneis, qui pro altero postulandi ius haberent, liceret detegere collusionem.

3 CALLISTRATUS libro quarto de cognitionibus. Cum non iusto contradictore quis ingenuus pronuntiatus est, perinde inefficax est decretum, atque si nulla iudicata res interuenisset: idque principalibus constitutionibus cauetur.

4 ULPIANUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. ¶ Si libertinus per collusionem fuerit pronuntiatus ingenuus, conlusione detecta in quibus<sup>3</sup> causis quasi libertinus incipit esse. medio tamen tempore, antequam collusio detegatur et post sententiam de ingenuitate latam<sup>4</sup>, utique quasi ingenuus accipitur.

5 HERMOGENIANUS libro quinto iuris epitomarum. Sententiam pro ingenuitate dictam collusionis praetextu semel retractare permittitur. Si plures ad collusionem detegendam pariter accedant, causa cognita quis debeat admitti, comparatis omnium moribus et aetatibus et cuius magis interest, statui oportet.

F(XYZMOC)

<sup>1</sup> si] ne?    <sup>2</sup> uel ulterius etiam?    <sup>3</sup> quibus] omnibus?    <sup>4</sup> idem Graeci: medio tamen tempore post sententiam de ingenuitate latam, antequam collusio detegatur?

7 decessisset' F<sup>2</sup> | potest 'callis' F<sup>4</sup>    8 callistratus suppl. F<sup>2</sup> 9 cuiusqu'a'e F<sup>2</sup> 14 tituli F<sup>2</sup> 17 collusionem F<sup>2</sup> 18 eius seruos F<sup>2</sup> | qui] quo F<sup>2</sup> 23 retractationem F<sup>4</sup> | uel alterius rei] ἢ ἄλλῃ τῆς αἰτίας BS (Dor.) et B (Anon.) | suadeat' F<sup>4</sup> 25 in 'ingenuitatem' F<sup>2</sup> 27 liqueret F: ΔΥΝΑΝΤΑΙ ΔΝΑΨΗΛΑΦᾶΝ BS 31 co'n'l-

lusionem F<sup>4</sup> 32 in quibus causis] F<sup>2</sup>, in quibusdam causis F<sup>2</sup>, ἀρχεται λοιπὸν ὡς ἀπελεύθερος εἶναι BS (Dor.) 33 incipit' F<sup>2</sup> collusio'ne' F<sup>4</sup> 34 ingenuitate F<sup>2</sup> | in' latam F<sup>2</sup> 35 sententia'm' F<sup>4</sup> 36 dictam 'et collusionis F<sup>2</sup>

EP  
E  
15  
19  
E  
25  
E  
30  
E t. 941'  
34  
P

## LIBER QUADRAGESIMUS PRIMUS.

## I.

## R DE ADQUIRENDO RERUM DOMINIO R

SEPA

- 1 **GAIUS** libro secundo rerum cottidianarum siue aureorum. Quarundam B. 50, 1, 1, 2 <sup>S\*</sup> rerum dominium nanciscimur iure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines <sup>5</sup> peraeque seruatur, quarundam iure ciuili, id est iure proprio ciuitatis nostrae. et quia antiquius ius gentium cum ipso genere humano proditum est<sup>1</sup>, opus est, ut de hoc prius <sup>1</sup> referendum sit. Omnia igitur animalia, quae terra mari caelo capiuntur, id est I. 2, 1, 12 <sup>9</sup> ferae bestiae et uolucres<sup>2</sup> pisces, capientium fiunt:
- 2 **FLORENTINUS** libro sexto institutionum. uel quae ex his apud nos sunt edita. B. 50, 1, 2 <sup>S\*</sup>
- 3 **GAIUS** libro secundo rerum cottidianarum siue aureorum. Quod enim I. 2, 1, 12. B. 50, 1, 3 <sup>S\*</sup> nullius est, id ratione naturali occupanti conceditur. Nec interest quod ad feras bestias et uolucres, utrum in suo fundo quisque capiat an in alieno. plane qui in alienum fundum ingreditur uenandi aucupandine gratia, potest a domino, si is prouiderit, iure prohiberi ne <sup>2</sup> ingrederetur<sup>3</sup>. Quidquid autem eorum ceperimus, eo usque nostrum esse intellegitur, donec <sup>15</sup> nostra custodia coercetur: cum uero euaserit custodiam nostram et in naturalem libertatem se receperit, nostrum esse desinit et rursus occupantis fit:
- 4 **FLORENTINUS** libro sexto institutionum. nisi si mansuefacta emitti ac reuerti B. 50, 1, 3 <sup>S\*</sup> solita sunt. <sup>19</sup>
- 5 **GAIUS** libro secundo rerum cottidianarum siue aureorum. Naturalem I. 2, 1, 12. B. 50, 1, 4 <sup>S\*</sup> autem libertatem recipere intellegitur, cum uel oculos nostros effugerit uel ita sit in con- <sup>1</sup> spectu nostro, ut difficilis sit eius persecutio. Illud quaesitum est, an fera bestia, I. 2, 1, 13 <sup>19</sup> quae ita uulnerata sit, ut capi possit, statim nostra esse intellegatur. Trebatio placuit statim nostram esse et eo usque nostram uideri, donec eam persequamur, quod si desierimus eam persequi, desinere nostram esse et rursus fieri occupantis: itaque si per hoc <sup>25</sup> tempus, quo || eam persequimur, alius eam ceperit eo animo, ut ipse lucrifaceret, furtum f. 242 uideri nobis eum commississe. plerique non aliter putauerunt eam nostram esse, quam si eam ceperimus, quia multa accidere possunt, ut eam non capiamus: quod uerius est.
- 6 **APIUM** quoque natura fera est: itaque quae in arbore nostra consederint, ante- I. 2, 1, 14 <sup>19</sup> quam a nobis alueo concludantur, non magis nostrae esse intelleguntur quam uolucres, <sup>30</sup> quae in nostra arbore nidum fecerint. ideo si alius eas incluserit, earum dominus erit.
- 7 **FAUOS** quoque si quos hae fecerint, sine furto quilibet possidere potest: sed ut supra quo- que diximus, qui in alienum fundum ingreditur, potest a domino, si is prouiderit, iure pro- hiberi ne ingrederetur. Examen, quod ex alueo nostro euolauerit, eo usque nostrum esse intellegitur, donec in conspectu nostro est nec difficilis eius persecutio est: alioquin occu- <sup>35</sup> pantis fit. Panonum et columbarum fera natura est nec ad rem pertinet, quod I. 2, 1, 15
- F(XYMOC)**

<sup>1</sup> antiquius ius gentium est cum ipso genere humano proditum? <sup>2</sup> et ins. (Inst.) <sup>3</sup> ingre-  
diatur (Inst.)? <sup>4</sup> is ins. (Inst.)

4 querundam F<sup>1</sup> 9 ferae F<sup>6</sup> | uestiae F aiostra F<sup>1</sup> | trebatio F<sup>6</sup> 24 et eo F<sup>4</sup>  
12 uestias F<sup>1</sup> 14 aucupandini F<sup>6</sup> 21 ocu- 26 quod d' F<sup>2</sup> | ipse] ipse eam F<sup>2</sup> 30 alueo  
loj sculos F<sup>1</sup> 22 uestia F 23 nostra] F<sup>2</sup> | nostra'eo' F<sup>4</sup> 31 incluserit F

ex consuetudine auolare et reuolare solent: nam et apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam: ceruos quoque ita quidam mansuetos habent, ut in siluas eant et redeant, quorum et ipsorum feram esse naturam nemo negat. in his autem animalibus, quae consuetudine abire et redire solent, talis regula comprobata est, ut eo usque nostra esse intellegantur, donec reuertendi animum habeant, quod si desierint reuertendi animum 5 habere, desinant nostra esse et fiant occupantium. intelleguntur autem desiisse reuertendi 6 animum habere tunc, cum reuertendi consuetudinem deseruerint. Gallinarum et [I. 2, 1, 16 anserum non est fera natura: palam est enim alias esse feras gallinas et alios feros anseres. itaque si quolibet modo anseres mei et gallinae meae turbati turbataeue adeo longius euolauerint, ut ignoremus ubi sint, tamen nihilo minus in nostro dominio tenentur. 10 qua de causa furti nobis tenebitur, qui quid eorum lucrandi animo adprehenderit. Item quae ex hostibus capiuntur, iure gentium statim capientium fiunt: [I. 2, 1, 17. B. 50, 1, 5

6 FLORENTINUS libro sexto institutionum. item quae ex animalibus [I. 2, 1, 19. B. 50, 1, 5 S\* 14 S\* 14

7 GAIVS libro secundo rerum cottidianarum siue aureorum. adeo qui- [I. 2, 1, 17. B. 50, 1, 6 dem, ut et liberi homines in seruitutem deducantur: qui tamen, si euaserint hostium po-

1 testatam, recipiunt pristinam libertatem. Praeterea quod per alluionem agro [I. 2, 1, 20 nostro flumen adicit, iure gentium nobis acquiritur. per alluionem autem id uidetur adici, quod ita paulatim adicitur, ut intellegere non possimus, quantum quoquo momento tem-

2 poris adiciatur. Quod si uis fluminis partem aliquam ex tuo praedio detraxerit [I. 2, 1, 21 et meo praedio attulerit<sup>2</sup>, palam est eam tuam permanere. plane si longiore tempore fundo meo haeserit arboresque, quas secum traxerit, in meum fundum radices egerint, ex

3 eo tempore uidetur meo fundo acquisita esse. Insula quae in mari nascitur [I. 2, 1, 22 (quod raro accidit) occupantis fit: nullius enim esse creditur. in flumine nata (quod fre-

4 quenter accidit), si quidem mediam partem fluminis tenet, communis est eorum, qui ab 25 utraque parte fluminis prope ripam praedia possident, pro modo latitudinis cuiusque praedii, quae latitudo prope ripam sit: quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui

5 ab ea parte prope ripam praedia possident. Quod si uno latere perruperit flumen et alia<sup>3</sup> parte nouo riuo fluere coeperit, deinde infra nouus iste riuus in ueterem se conuerterit, 30 ager, qui a duobus riuis comprehensus in formam insulae redactus est, eius est scilicet, 30 cuius et fuit. Quod si toto naturali alueo relicto flumen alias fluere coeperit, [I. 2, 1, 23

prior quidem alueus eorum est, || qui prope ripam praedia possident, pro modo scilicet 35 latitudinis cuiusque praedii, quae latitudo prope ripam sit: nouus autem alueus eius iuris esse incipit, cuius et ipsum flumen, id est publicus iuris gentium. quod si post aliquod

temporis ad priorem alueum reuersum fuerit et<sup>4</sup> flumen, rursus nouus alueus eorum esse 35 incipit, qui prope ripam eius praedia possident. cuius tamen totum agrum nouus alueus [L] occupauerit, licet ad priorem alueum reuersum fuerit flumen, non tamen is, cuius is ager

F(XYMO C)

<sup>1</sup> Item ea, quae ex animalibus dominio tuo subiectis nata sunt, eodem iure tibi adquiruntur *Inst.* (cf. l. 2 h. t.) <sup>2</sup> appulerit (*Inst.*: εἰ μέρος ... προσπαρῆ B)? <sup>3</sup> aliqua (*Inst.*: cf. *infra* u. 31 uerb. toto ... alueo)? <sup>4</sup> et del. (*Inst.*)

2 mansuetos] F<sup>4</sup> cum *Inst.*, mansuetuo apud F<sup>4</sup> 4 consuetudine] e consuetudine F<sup>2</sup>, ex consuetudine *Inst.* 5 si om. F: nam si reuertendi animum habere desierint *Inst.* 7 cum reuertend'o i F<sup>4</sup> | deserueri'n't F<sup>2</sup> 8 alio's F<sup>2</sup> 9 me'me'ae F<sup>4</sup> 11 adpr'a'ehenderit F<sup>2</sup> 12 gentium 'ca' statim F<sup>4</sup> 14 subiecti's F<sup>2</sup> 18 autem 'u' id uidetur F<sup>4</sup> 19 quoqu'e'o F<sup>4</sup> 20 'a'diciatur F<sup>2</sup> | tuo] suo F<sup>2</sup> 22 in me'tu'um F<sup>4</sup> 23 uidetur ... acquisitae esse] FYOC cum B (*Anon.*): ἐμόν τὸ μέρος τοῦ ἀγροῦ σοῦ γίνε-ται, uidentur ... acquisitae esse XM cum *Inst.* | insuli F<sup>2</sup> | qu'a'e F<sup>2</sup> 25 tenet] tenec F<sup>2</sup>

26 cuiusqu'a'e F<sup>2</sup> 28 uno latere perruperit] ἐκ τίνος πλεουροῦ ἐξέρρηξεν B 29 riuo fluere] F<sup>2</sup>, ri'flu'fluere F<sup>4</sup> | ribus F<sup>2</sup> 30 compre- henu'm's F<sup>4</sup> | in om. F<sup>2</sup> 33 cuiusqu'a'e F<sup>4</sup> 34 publicis F<sup>2</sup>: ἡ δὲ νέα (κοίτη) δημοσία ἐστὶ B: nouus autem alueus eius iuris esse inci- pit cuius et ipsum flumen id est publicum *Inst. secundum libros scriptos*: ἡ δὲ καινὴ νηδὺς ἐκείνου ἀρχεται τοῦ δικαίου, οὗ ὑπῆρχε καὶ ὁ παλαιός, τοῦτέστι ποταμίου *Theoph.*: cf. 41, 3, 45 pr.: loca iuris gentium publica | ali- quot F 35 nonis F<sup>2</sup> 37 is del. F<sup>2</sup>

stricta ratione quicquam in eo alueo habere potest, quia et ille ager qui fuerat  
 sse amissa propria forma et, quia uicinum praedium nullum habet, non potest ratione  
 tis ullam partem in eo alueo habere: sed uix est, ut id optineat. Aliud L 2, 1, 24  
 t, si cuius ager totus inundatus fuerit: namque inundatio speciem fundi non mutat  
 d, cum recesserit aqua, palam est eiusdem esse, cuius et fuit. Cum quis I. 2, 1, 25 5  
 a materia speciem aliquam suo nomine fecerit, Nerua et Proculus putant hunc do-  
 esse qui fecerit, quia quod factum est, antea nullius fuerat. Sabinus et Cassius  
 naturalem rationem efficere putant, ut qui materiae dominus fuerit, idem eius quo-  
 nod ex eadem materia factum sit, dominus esset, quia sine materia nulla species  
 essit: ueluti si ex auro uel argento uel aere<sup>2</sup> uas aliquod fecero, uel ex tabulis tuis 10  
 ant armarium aut subsellia fecero, uel ex lana tua uestimentum, uel ex uino et melle  
 lsum, uel ex medicamentis tuis emplastrum aut collyrium, uel ex uuis aut oliuis aut  
 uis uinum uel oleum uel frumentum. est tamen etiam media sententia recte existi-  
 n, si species ad materiam reuerti possit, uerius esse, quod et<sup>3</sup> Sabinus et Cassius  
 nt, si non possit reuerti, uerius esse, quod Neruae et Proculo placuit. ut ecce uas 15  
 m ad rudem massam auri uel argenti uel aeris reuerti potest, uinum uero uel oleum  
 mentum ad unas et oliuas et spicas reuerti non potest: ac ne mulsum quidem ad  
 uinum uel emplastrum aut collyria ad medicamenta reuerti possunt. uidentur (L)  
 mihi recte quidam dixisse non debere dubitari, quin alienis spicis excussum fru- 20  
 eius sit, cuius et spicae fuerunt: cum enim grana, quae spicis continentur, per-  
 habeant suam speciem, qui excussit spicas, non nouam speciem facit, sed eam quae  
 egit. Uoluntas duorum dominorum miscentium materias commune totum I. 2, 1, 27  
 efficit, siue eiusdem generis sint materiae, ueluti uina miscuerunt uel argentum  
 brunt, siue diuersae, ueluti si alius uinum contulerit alius mel, uel alius aurum alius  
 m: quamuis et mulsi et electri noui corporis sit species. Sed et si sine uoluntate 25  
 rum casu confusae sint duorum materiae uel eiusdem generis uel diuersae, idem  
 t. Cum in suo loco aliquis aliena materia aedificauerit, ipse dominus in- I. 2, 1, 29  
 ir aedificii, quia omne quod inaedicatur solo cedit. nec tamen ideo is qui materiae  
 s fuit desiit eius dominus esse: sed tantisper neque nindicare eam potest neque ad  
 dum de ea agere propter legem duodecim tabularum, qua cauetur, ne quis tignum 30  
 aedibus suis iunctum eximere cogatur, sed duplum pro eo praestet. appellatione  
 tigni omnes materiae significantur, ex quibus aedificia fiunt. ergo si aliqua ex causa  
 sit aedificium, poterit materiae dominus nunc eam uindicare et ad exhibendum  
 Illud recte quaeritur, an, si id aedificium uendiderit is (L) f. 243  
 store longo tempore captum postea dirutum sit, adhuc dominus materiae uindica- 35  
 eius habeat. causa dubitationis est, an eo ipso, quo<sup>4</sup> uniuersitas aedificii longo  
 capta est, singulae quoque res, ex quibus constabat, captae essent: quod non  
 Ex diuerso si quis in alieno solo sua materia aedificauerit, illius fit aedi- I. 2, 1, 30  
 cuius et solum est et, si scit alienum solum esse, sua uoluntate amississe proprie-  
 materiae intellegitur: itaque neque diruto quidem aedificio uindicatio eius materiae 40  
 it. certe si dominus soli petat aedificium nec soluat pretium materiae et mercedes  
 m, poterit per exceptionem doli mali repelli, utique si nescit qui aedificauit alienum  
 lum et tamquam in suo bona fide aedificauit: nam si scit, culpa ei obici potest,  
 mere aedificauit in eo solo, quod intellegeret alienum. Si alienam plantam I. 2, 1, 31  
 10C)

us is ager fuerat *del.* (Menge) <sup>2</sup> tuo *ins.* (edd.) <sup>3</sup> et *del.* <sup>4</sup> quod?

um *F*<sup>1</sup> 4 namquae *F* 6 fecerit *n't* *F*<sup>5</sup> 20 qu'a'e *F*<sup>2</sup> | si'pi's'cis *F*<sup>4</sup> 24 siue'l' *F*<sup>4</sup> |  
 ex eadem *om.* *F*<sup>2</sup> 10 aliqua *F*<sup>5</sup> alius 'et co' argentum *F*<sup>4</sup> 27 ips'a'e *F*<sup>2</sup> |  
 selliam fecerit *F*<sup>1</sup> 12 mul't'sum *F*<sup>4</sup> 28 n'e'on'e *F*<sup>4</sup> 29 uin'di'care *F*<sup>4</sup> 31 co-  
 rum *F*<sup>2</sup> | oleum 'uel' frumentum *F*<sup>2</sup> getur *F*<sup>1</sup> 34 agere] habere *F*<sup>5</sup> 35 sit ad-  
 | easset *F* 16 'u'ero *F*<sup>2</sup> 17 ac] hac *F*<sup>1</sup> ad'huc *F*<sup>4</sup> 38 sol'o s'ua *F*<sup>2</sup> | illi'us *F*<sup>4</sup>  
 um] utnum *F*<sup>1</sup> 19 quin 'in' alienis *F*<sup>2</sup> 39 prop'ri'a'etatem *F*<sup>2</sup> 44 intellegere't' *F*<sup>2</sup>



in meo solo posuero, mea erit: ex diuerso si meam plantam in alieno solo posuero, illius erit: si modo utroque casu radices egerit: antequam enim radices ageret, illius permanet, eius et fuit. his conueniens est, quod, si uicini arborem ita terra presserim, ut in meum fundum radices egerit, meam effici arborem: rationem enim non permittere, ut alterius arbor intellegatur, quam cuius fundo radices egisset. et ideo prope confinium arbor posita, si etiam in uicinum fundum radices egerit, communis est

- 8 1 MARCIANUS libro tertio institutionum. pro regione cuiusque praedii. Sed et si [B. 50, 1, 7] S<sup>o</sup> S<sup>o</sup> in confinio lapis nascatur et<sup>1</sup> sunt pro indiuiso communia praedia, tunc erit lapis pro indiuiso communis, si terra exemptus sit.
- 9 GAIVS libro secundo rerum cottidianarum siue aureorum. Qua ra- [L. 2, 1, 32. B. 50, 1, 8] S<sup>o</sup> S<sup>o</sup> tione autem plantae quae terra coalescunt solo cedunt, eadem ratione frumenta quoque quae sata sunt solo cedere intelleguntur. ceterum sicut is, qui in alieno solo aedificauit, si ab eo dominus soli petat aedificium, defendi potest per exceptionem doli mali, ita eiusdem exceptionis auxilio tutus esse poterit, qui in alienum fundum sua impensa conuenit.
- 1 Litterae quoque licet aureae sint, perinde chartis membranisque cedunt, ac solo [L. 2, 1, 33] 1 15 cedere solent ea quae aedificantur aut seruntur. ideoque si in chartis membranisque tuis carmen uel historiam uel orationem scripsero, huius corporis non ego, sed tu dominus esse intellegeria. sed si a me petas tuos libros tuasue membranas nec impensas scripturae soluere uelis, potero me defendere per exceptionem doli mali, utique si bona fide eorum
- 2 possessionem nactus sim. Sed non uti litterae chartis membranisque cedunt, ita solent [L.] 2 20 picturae tabulis cedere, sed ex diuerso placuit tabulas picturae cedere. utique tamen conueniens est domino tabularum aduersus eum qui pinxerit, si is tabulas possidebat<sup>2</sup>, utilem actionem dari, qua ita efficaciter experiri poterit, si picturae impensam exsoluat: alioquin nocebit ei doli mali exceptio: utique si bona fide possessor fuerit qui soluerit<sup>3</sup>. aduersus dominum uero tabularum ei qui pinxerit rectam uindicationem competere dicimus,
- 3 ut tamen pretium tabularum inferat: alioquin nocebit ei doli mali exceptio. Haec [L. 2, 1, 40] 3 25 quoque res, quae traditione nostrae fiunt, iure gentium nobis adquiruntur: nihil enim tam conueniens est naturali aequitati quam uoluntatem domini uolentis rem suam in alium
- 4 transferre ratam haberi. Nihil autem interest, utrum ipse dominus per se tradat [L. 2, 1, 42] 4 30 alicui rem an uoluntate eius aliquis<sup>4</sup>. qua ratione, si cui libera negotiorum ad-
- 5 ministratio ab eo qui peregre proficiscitur permissa fuerit et is ex negotiis rem || uendiderit [L. 2, 1, 43] 5 35 et tradiderit, facit eam accipientis. Interdum etiam sine traditione nuda uoluntas [L. 2, 1, 44] 6 40 domini sufficit ad rem transferendam, ueluti si rem, quam commodauit aut locauit tibi aut apud te deposui, uendidero tibi: licet enim ex ea causa tibi eam non tradiderim, eo tamen,
- 6 quod patior eam ex causa emptionis apud te esse, tuam efficio. Item si quis [L. 2, 1, 45] 6 45 merces in horreo repositas uendiderit, simul atque clauis horrei tradiderit emptori, trans-
- 7 fert proprietatem mercium ad emptorem. Hoc amplius interdum et in incertam personam collocata uoluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce qui missilia iactat in uulgas, [XYMOC]

<sup>1</sup> et] *idem Graeci* (u. i.): nec (*similiter Cuiacius*)? <sup>2</sup> possideat (*edd.*)? <sup>3</sup> requiritur qui pinxerit (u. i.) <sup>4</sup> alius (*Inst.*: ἐτερος B)?

1 mea erit ... posuero om. F<sup>2</sup> 2 permanet] personanet F<sup>o</sup> 3 arborem ita terra m' praes- 's'e'r'rim F<sup>2</sup>, arbor ita terram meam presserit (presserit meam C) XYMOC: si uicini arborem (*sic libri optimi quique, nempe collectio Anselmo dedicata codicesque Bamb. et Taurin. m. 1, arbor dett.*) ita terra (terram *codd. quidam*) Titii presserit, ut in eius fundum radices ageret *Inst.*, quod redit fere ad *digestorum emendatoris Florentini lectionem, cum qui in digestis ego, in Institutionibus Titius sit, quamquam scribendum fuit non terra Titii presserit, sed terra presserit Titius nec terra ea signifi-*

*catur Titii fundus, sed manu Titii arbori illi iniecta ut pondere eam deprimeret* 5 fundo] in fundo F<sup>2</sup>: in fundum *Inst.* 6 si 'ntasi' etiam F<sup>2</sup> 7 sed et si] ὁ ἐκ τῶν ἐπικουρῶν γράφων ἀναγραφῆς τις ἐπικουρῶν ἐστὶ B 10 sine F 11 ratione m' fr. F<sup>2</sup> 12 qu'a'e F<sup>2</sup> 16 aedifica'tur F<sup>2</sup> 24 qui soluerit] F, qui pinxerit (pinxerit C) XYMOC 26 nocuit F<sup>2</sup> 27 qua't'e 'traditione F<sup>2</sup> 32 nuda] nulla F<sup>2</sup> 33 a'l'nt locauit F<sup>2</sup> 34 uendiderit F<sup>2</sup> | eam] eman F<sup>2</sup> 35 c'a'usa F<sup>2</sup> 36 horreo' F<sup>2</sup> | at- qu'a'e F<sup>2</sup> 37 propri'a'etatem F<sup>2</sup> 38 pro- pri'a'etatem F<sup>2</sup> | in] in F<sup>2</sup>

ignorat enim<sup>1</sup>, quid eorum quisque excepturus sit, et tamen quia uult quod quisque exceperit eius esse, statim eum dominum efficit.<sup>2</sup> Alia causa est earum rerum, [I. 2, 1, 48 (B)] quae in tempestate maris leuandae nauis causa eiciuntur: hae enim dominorum permanent, quia non eo animo eiciuntur, quod quis eas habere non uult, sed quo magis cum ipsa naue periculum maris effugiat. qua de causa si quis eas fluctibus expulsas uel etiam in ipso mari nactus lucrando animo abstulerit, furtum committit.

- 0 IDEM libro secundo institutionum. Adquiruntur<sup>3</sup> nobis [Gai. 2, 86. I. 2, 9 pr. B. 50, 1, 9] S\* non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos quos in potestate<sup>4</sup> habemus, item per<sup>5</sup> seruos, in quibus usum fructum habemus, item per homines liberos et seruos alienos, quos  
1 bona fide possidemus: de quibus singulis diligentius<sup>6</sup> dispiciamus. Igitur<sup>7</sup> [Gai. 2, 87. I. 2, 9, 3] 10 quod serui nostri<sup>8</sup> ex traditione nanciscuntur sine quid stipulentur uel ex qualibet alia<sup>9</sup> causa adquirunt, id nobis adquirunt: ipse enim, qui in potestate alterius<sup>10</sup> est, nihil suum habere potest. ideoque<sup>11</sup> si heres institutus sit, nisi nostro iussu hereditatem adire non potest, et si iubentibus nobis adierit, hereditas nobis adquiruntur, perinde<sup>12</sup> atque si nos ipsi heredes instituti essemus. et his<sup>13</sup> conuenienter scilicet legatum nobis per eundem<sup>14</sup> 15  
2 adquiruntur<sup>15</sup>. Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habemus, [Gai. 2, 89] adquiruntur nobis, sed etiam possessio: cuiuscumque<sup>16</sup> enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere uidemur. unde etiam per eorum longam possessionem dominium nobis  
3 adquiruntur<sup>17</sup>. De his autem seruis, in quibus tantum usum fructum ha- [Gai. 2, 91. I. 2, 9, 4] bemus, ita placuit, ut quidquid ex re nostra uel ex operis suis adquirant<sup>18</sup>, id nobis ad- 20 quiratur, si quid<sup>19</sup> uero extra eas causas persecuti sint<sup>20</sup>, id ad dominum proprietatis pertinet<sup>21</sup>. itaque si is<sup>22</sup> seruus heres institutus sit legatumque id ei donatum<sup>23</sup> fuerit,  
4 non mihi, sed domino proprietatis adquiruntur. Idem placet de eo, qui<sup>24</sup> nobis [Gai. 2, 92] bona fide possidetur, siue liber sit siue alienus seruus: quod enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonae fidei possessore. itaque quod extra duas<sup>25</sup> causas adqui- 25 ritur, id uel ad ipsum pertinet, si liber est, uel ad dominum eius<sup>26</sup>, si seruus est<sup>27</sup>.  
5 Sed bonae fidei possessor cum usuceperit seruum, quia eo modo dominus fit, ex [Gai. 2, 98] omnibus causis<sup>28</sup> per eum sibi acquirere potest: usufructuarius uero usucapere seruum<sup>29</sup> non potest, primum quia non possidet, sed habet ius utendi<sup>30</sup> fruendi, deinde quoniam<sup>31</sup> scit seruum alienum<sup>32</sup> esse. 30

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> enim del. (Inst.)    <sup>2</sup> Qua ratione uerius esse uidetur et si rem pro derelicto a domino habitam occupauerit quis, statim eum dominum effici: pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abiecerit, ut id rerum suarum esse nollet, ideoque statim dominus esse desinit ins. Inst.    <sup>3</sup> adquiruntur autem Gaius, adquiruntur Inst.    <sup>4</sup> manu mancipioe ins. Gai.    <sup>5</sup> eos ins. Gai.    <sup>6</sup> firmant Inst., diligenter Gai. (Uer.)    <sup>7</sup> quod (quod om. cod. Uer.) liberi nostri quos in potestate habemus, item ins. Gai.: mutata haec proponunt Inst.    <sup>8</sup> mancipio accipiunt uel ins. Gai.    <sup>9</sup> firmant Inst., ex aliquolibet Gai. (Uer.)    <sup>10</sup> alterius] firmant Inst., nostra Gai. (Uer.)    <sup>11</sup> et ideo Gai.    <sup>12</sup> proinde Gai.    <sup>13</sup> his om. Gai. Inst.    <sup>14</sup> legatum per eos nobis Gai., nobis legatum per eos Inst.    <sup>15</sup> dum tamen sciamus, si alterius in bonis sit seruus, alterius ex iure Quiritium, ex omnibus causis ei soli per eum adquiri, cuius in bonis est ins. Gai.    <sup>16</sup> firmant Inst., cuius Gai. (Uer.)    <sup>17</sup> per eorum ... adquiruntur] per eos usucapio procedit Gaius (per eos usucapio uel longi temporis possessio nobis accedit Inst.), ubi sequuntur haec: per eas uero personas, quas in manu mancipioe habemus, proprietas quidem adquiruntur nobis ex omnibus causis, sicut per eos, qui in potestate nostra sunt: an autem possessio adquiruntur, quaeri solet, quia ipsas non possidemus    <sup>18</sup> firmant Inst., adquirunt Gai. (Uer.)    <sup>19</sup> si quid] quod Gai. Inst.    <sup>20</sup> persecuti sunt Inst., om. Gai. (Uer.)    <sup>21</sup> pertineat Gai.    <sup>22</sup> firmant Inst., iste Gai. (Uer.)    <sup>23</sup> quid aut ei donatum] quid ei aut donatum Inst., quod ei datum Gai. (Uer.)    <sup>24</sup> a ins. Gai. Inst.    <sup>25</sup> istas ins. Gai. Inst.    <sup>26</sup> eius om. Gai.    <sup>27</sup> firmant Inst., sit Gai. (Uer.)    <sup>28</sup> sic etiam Inst., ex omni causa Gai.    <sup>29</sup> seruum om. Gai. Inst.    <sup>30</sup> sic etiam Inst., et ins. Gai. (Uer.)    <sup>31</sup> quia Gai. Inst.    <sup>32</sup> sic etiam Inst., alienum seruum Gai. (Uer.)

3 leuandi F\* 4 sed quo'd F\* 5 maris] YMC cum Inst., nauis FX, magis O 11 serui nostri] serui Gai codex 13 nisi F\* 14 hereditas] hereditate Gai codex 16 propria'etatis F\* 17 cuius'cum'que F\* cum Inst.,

cuius Gai. 21 sint om. F\* | propria'etatis F\* 23 sed 'd'omino propria'etatis F\* 25 possessor'e' F\* 26 pertinet om. F\* 27 sed] sed si Gai codex | possessor om. F\*

- 11 MARCIANUS libro tertio institutionum. Pupillus quantum ad acquirendum B. 50, 1, 10 S  
 non indiget tutoris auctoritate: alienare uero nullam rem potest nisi praesente tutore  
 auctore, et ne quidem possessionem, quae est naturalis, ut Sabinianis uisum est: quae  
 sententia uera est. 4
- 12 CALLISTRATUS libro secundo institutionum. Lacus et stagna licet interdum B. 50, 1, 11 S  
 crescant, interdum exarescant, suos tamen terminos retinent ideoque in his ius alluionis  
 1 non adgnoscutur. Si aere meo || et argento tuo conflato aliqua species facta sit, Ep. 10, 16 f. 24A  
 non erit ea nostra communis, quia, cum diuersae materiae aes atque argentum sit, ab arti-  
 ficibus separari et in pristinam materiam reduci solet. 9
- 13 NERATIUS libro sexto regularum. Si procurator rem mihi B. 50, 1, 12. BS. 14, 1, 8 sch. 10 S S  
 emerit ex mandato meo eique sit tradita meo nomine, dominium mihi, id est proprietas  
 1 acquiritur etiam ignoranti. Et tutor pupilli pupillae similiter ut procurator emendo nomine  
 pupilli pupillae proprietatem illis acquirit etiam ignorantibus. 9
- 14 NERATIUS libro quinto membranarum. Quod in litore quis aedificauerit, eius B. 50, 1, 13 S S  
 erit: nam litora publica non ita sunt, ut ea, quae in patrimonio sunt populi, sed ut ea, 1 15  
 quae primum a natura prodita sunt et in nullius adhuc dominium peruenerunt: nec diasi-  
 millis condicio eorum est atque piscium et ferarum, quae simul atque adprehensae sunt,  
 1 sine dubio eius, in cuius potestatem peruenerunt, domini fiunt. Illud uidendum est, sublato  
 aedificio, quod in litore positum erat, cuius condicionis is locus sit, hoc est utrum maneat  
 eius cuius fuit aedificium, an rursus in pristinam causam reccidit perindeque publicus sit,  
 ac si numquam in eo aedificatum fuisset. quod propius est, ut existimari debeat, si modo  
 recipit pristinam litoris speciem. 20
- 15 IDEM libro quinto regularum. Qui autem in ripa fluminis aedificat, non B. 50, 1, 14 S S  
 suum facit. 24
- 16 FLORENTINUS libro sexto institutionum. In agris limitatis ius alluionis lo- B. 50, 1, 15 S S  
 cum non habere constat: idque et diuus Pius constituit et Trebatius ait agrum, qui hosti-  
 bus deuictis ea condicione concessus sit, ut in ciuitatem ueniret<sup>1</sup>, habere alluionem neque  
 esse limitatum: agrum autem manu captum limitatum fuisse, ut sciretur, quid cuique da-  
 tum esset, quid uenisset, quid in publico relictum esset. 29
- 17 ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Si duo domini seruo communi rem tra- B. 50, 1, 16 S S  
 diderit<sup>2</sup>, acquirit alteri ab altero. 30
- 18 IDEM libro quarto ad Sabinum. Per hereditarium seruum quod est eiusdem B. 50, 1, 17 S S  
 hereditatis heredi adquiri non potest et maxime ipsa hereditas. 31
- 19 POMPONIUS libro tertio ad Sabinum. Liber homo, qui bona fide mihi seruit, B. 50, 1, 18 S S  
 id<sup>3</sup> quod ex operis suis aut ex re mea pararet, ad me pertinere sine dubio Aristo ait: quod s. 35  
 uero quis ei donauerit aut ex negotio gesto adquisierit, ad ipsum pertinere. sed heredi-  
 tatem legatumue non adquri mihi per eum, quia neque ex re mea neque ex operis suis<sup>4</sup>  
 id sit nec ulla eius opera esset in legato, in hereditate aliquatenus, quia per ipsum adiretur  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): uenirent? <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): si duo domini [serui rei alicuius  
 emptionem inter se fecerint et qui uendit] seruo communi rem tradiderit? <sup>3</sup> id del.  
<sup>4</sup> neque ex operis suis del. (Menge)

6 retinent 'exarescant' ideoque F<sup>2</sup> 9 pristi-  
 na'ta'm F<sup>2</sup> 11 propri'a'etas F<sup>2</sup> 13 prop-  
 ri'a'etatem F<sup>2</sup> 14 neratius] idem F<sup>2</sup>  
 15 public'o'a F<sup>2</sup> | pupuli F 16 in om. F<sup>2</sup>  
 17 atqu'a'e adpr. F<sup>2</sup> 20 aedi'fio'um F<sup>2</sup> | pri-  
 stinum F<sup>2</sup> 25 limitatis] huimitatis F<sup>2</sup> 26 qui  
 hostibus seq.] (λιμιτάτος ἀγρός οὐκ ἔστιν ὁ)  
 συγχωρηθεὶς τοῖς ἐχθροῖς, ἐφ' ᾧ πρᾶθῆναι Ῥω-  
 μαίοις B (Anon.) 28 autem manu captum  
 limitatum om. F<sup>2</sup>, legit interpres Graecus  
 29 quid in publico relictum (relietoum F<sup>2</sup>)  
 esset] id ipsum legit Graecus interpres, etsi non

recte accepit: λιμιτάτος ἀγρός ἔστιν ὁ ἀπὸ πο-  
 λεμιῶν λιθηθεὶς, οὗ μέρος ἔμεινεν ἐν τῷ δι-  
 μοσίῳ B (Anon.) 30 si duo domini seruo  
 communi rem tradiderit ... ab altero] ὁ τῷ  
 ἐπικοίνῳ λόγῳ οἱ δεσπότηαι παραδῶσυσιν,  
 ἐκατέρῳ προσπορίζεται B (Anon.): legit igitur  
 interpres ut nos legimus et ut tam oratio con-  
 sistentet quam ratio, ex tradiderit fecit tradi-  
 derint, ex alteri ab altero autem utrique  
 35 mea p'pararet F<sup>2</sup> 38 eius opera] F<sup>2</sup>,  
 operis F<sup>2</sup>

1 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35

(quod<sup>1</sup> et Uarium Lucullum<sup>2</sup> aliquando dubitasse), sed uerius esse non adquiri, etiamsi testator ad me uoluisset pertinere. sed licet ei<sup>3</sup> minime adquirit, attamen, si uoluntas euidens testatoris appareat, restituendam esse ei hereditatem. sed Trebatius, si liber homo bona fide seruiens iussu eius cui seruiet hereditatem adisset, heredem ipsum fieri nec interesse quid senserit, sed quid fecerit<sup>4</sup>. Labeo contra, si ex necessitate id fecisset: quod si 5 ita, ut et ipse uellet, ipsum fieri heredem.

ULPIANUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Traditio nihil amplius trans- [B. 50, 1, 19] S  
ferre debet uel potest ad eum qui accipit, quam est apud eum qui tradit. si igitur quis  
dominium in fundo habuit, id tradendo transfert, si non habuit, ad eum qui accipit nihil  
transfert. Quotiens autem dominium transfertur, ad eum qui accipit tale transfertur, quale 10  
fuit apud eum qui tradit: si seruus fuit fundus, cum seruitutibus transit, si liber, uti fuit:  
et si forte seruitutes debebantur fundo qui traditus est, cum iure seruitutum debitarum  
transfertur. si quis igitur fundum dixerit liberum, cum traderet, eum qui seruus sit, nihil  
iuri seruitutis fundi detrahit, uerumtamen obligat se debere praestare quod dixit. Si f. 244'  
ego et Titius rem emerimus eaque Titio et quasi meo procuratori tradita sit, puto mihi 15  
quoque quaesitum dominium, quia placet per liberam personam omnium rerum possessionem  
quaeri posse et per hanc dominium.

POMPONIUS libro undecimo ad Sabinum. Si seruus meus tibi bona fide ser- [B. 50, 1, 20] S  
uiret et rem emisset traditaque ei esset, Proculus nec meam fieri, quia seruum non possi-  
deam, nec tuam, si non ex re tua sit parata. sed si liber bona fide tibi seruiens emerit, 20  
ipse fieri. Si rem meam possideas et eam uelim tuam esse, fiet tua, quamuis possessio  
apud me non fuerit.

ULPIANUS libro quadragesimo ad Sabinum. Nemo seruum ui possidens aut [B. 50, 1, 21] S  
clam aut precario per hunc stipulantem uel rem accipientem potest adquirere. 24

IDEM libro quadragesimo tertio ad Sabinum. Qui bona fide alicui seruit, [B. 50, 1, 22] S  
sive seruus alienus est sive homo liber est, quidquid ex re eius cui seruit acquirit, ei ad-  
quirit, cui bona fide seruit. sed et si quid ex operis suis adquisierit, simili modo ei ad-  
quirit: nam et operae quodammodo ex re eius cui seruit habentur, quia iure operas ei  
exhibere debet, cui bona fide seruit. Tandiu autem acquirit, quamdiu bona fide seruit:  
ceterum si coeperit scire esse eum alienum uel liberum, uideamus, an ei acquirit. quaestio 30  
in eo est, utrum initium spectamus an singula momenta: et magis est, ut singula momenta  
spectemus. Generaliter dicendum est, quod ex re sua, hoc est eius cui bona fide quis  
seruit, ei adquirere non potest, sibi eum adquisiturum, quod autem non ex re eius sibi  
adquirere non potest, ei adquisiturum, cui bona fide seruit. Si quis duobus bona fide ser-  
uiat, utrique adquirit, sed singulis ex re sua. quod autem ex re alterius est, utrum pro 35  
parte ei, cui bona fide seruit<sup>5</sup>, pro parte domino, si seruus sit, aut, si liber sit, ei cui  
bona fide seruit<sup>6</sup>, an uero ei debeat adquirere totum, ex cuius re est, uideamus. quam  
speciem Scaeuola quoque tractat libro secundo quaestio- [Scaeu. l. II q. apud Ulp. D. 7, 1, 25, 6  
num: ait enim, si alienus seruus duobus bona fide seruiat et ex unius eorum re adquirat,

F(XYMOC)

<sup>1</sup> quo de? <sup>2</sup> Uarronem Lucullum (cf. Cic. pro Tull. 8)? <sup>3</sup> cui seruiet ins. <sup>4</sup> sed quid fecerit del. <sup>5</sup> cui bona fide seruit del. <sup>6</sup> aut sibi, si liber sit qui bona fide seruit?

1 locullum F<sup>2</sup> | es'ise F<sup>4</sup> 2 pertineret F  
9 transfer'a't F<sup>2</sup> 12 seruitute's' F<sup>2</sup> | qui  
om. F<sup>2</sup> 12 iure] seiore F<sup>2</sup> 14 iuri serui-  
tutis] C, iuris seruitutis FM, iuris seruituti  
XYO | obligat'que' se F<sup>2</sup> | debet'qu'a'e F<sup>2</sup> |  
quod ego si' dixit F<sup>2</sup> 16 quo'que' F<sup>2</sup>  
18 tibi bona fide seruiret et] tibi bona fide  
seruiret F, cum tibi b. f. seruiret XYMOC:  
ei δ δουλος μου ἐν ἀγνοία δουλεύων σοι ἀγο-  
ράσας B (Anon.) 19 traditaqu'a'e F<sup>2</sup> 21 pos-  
sidebas F<sup>2</sup> 24 pra'ecario F<sup>2</sup> 25 ser-

ui'a't F<sup>4</sup> 26 homo] domo F<sup>2</sup> 27 fide ser-  
ui't' F<sup>2</sup> 29 cui] qui F<sup>2</sup> 31 a'n' singula F<sup>2</sup> |  
momenti F<sup>2</sup> | et magis est ut singula mo-  
menta om. F<sup>2</sup>X<sup>2</sup>?Y<sup>2</sup>O<sup>2</sup> 32 quod ex re sua  
seq.] confirmant lectionem Graeci: τὰ ἐκ τῶν  
πραγμάτων μου εἰ μὴ δύνатаί μοι προσπορι-  
ζεσθαι, ὁ καλῆ πίστεϊ μοι δουλεύων ἔξει· τὰ  
δὲ μὴ ἐκ τῶν πραγμάτων μου εἰ μὴ δύνатаί  
αὐτός εἶναι, ἐμὰ ἔσται B (Anon.) 33 non ex  
re] FXYMOOC, ex re Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>

rationem facere, ut ei dumtaxat in solidum adquirat<sup>1</sup>. sed si adiciat eius nomen, ex cuius re stipulatur, nec dubitandum esse ait, quin ei soli adquiratur, quia et si ex re ipsius stipularetur alteri ex dominis, nominatim stipulando solidum ei adquiret. et<sup>2</sup> in inferioribus probat, ut, quamvis non nominatim nec iussu meo, ex re tamen [cf. Scaeu. l. XIII q. D. 45, 3, 19 mea stipulatus sit, cum pluribus bona fide seruiret, mihi soli adquirat. nam et illud, receptum est, ut, quotiens communis seruus omnibus adquirere non potest, ei soli eum adquirere, cui potest. et hoc Iulianum quoque scribere saepe rettuli eoque iure utimur.

24 PAULUS libro quarto decimo ad Sabinum. In omnibus, quae ad eandem [B. 50, 1, 23] speciem reuerti non possunt, dicendum est, si materia manente species dumtaxat forte mutata sit, ueluti si meo aere statuam aut argento scyphum fecisses, me eorum dominum manere,

25 CALLISTRATUS libro secundo institutionum. nisi uoluntate domini alterius [B. 50, 1, 24] nomine id factum sit: propter consensum enim domini tota res eius fit, cuius nomine facta est.

26 PAULUS libro quarto decimo ad Sabinum. Sed si meis tabulis nauem fecisses, [B. 50, 1, 25] tuam nauem esse, quia cupressus non maneret, sicuti nec lana uestimento facto, sed cupresseum aut laneum corpus fieret. Proculus indicat hoc iure nos uti, quod Seruio et Labeoni placuisset: in quibus propria qualitas expectaretur<sup>3</sup>, si quid additum erit toto cedit, ut statuæ pes aut manus, scypho fundus aut ansa, lecto fulcrum, nauis tabula, aedificio<sup>1</sup> cementum: tota enim eius sunt, cuius ante fuerant. Arbor radicibus eruta et in alio posita priusquam coaluerit, prioris domini est, ubi coaluit, agro cedit, et si rursus eruta sit, non ad priorem dominum reuertitur: nam credibile est alio terrae alimento aliam factam.  
2 Si meam lanam infeceris, purpuram nihilo minus meam esse Labeo ait, quia nihil interest inter purpuram et eam lanam, quae in lutam aut caenum cecidisset atque ita pristinum colorem perdidisset.

27 POMPONIUS libro trigensimo ad Sabinum. Quidquid infecto argento alieni ar- [B. 50, 1, 26] genti addideris, non esse tuum totum argentum fatendum est: at contra si tuum scyphum alieno plumbo plumbaueris alienoue argento ferruminaueris, non dubitatur scyphum tuum esse et a te recte indicari. Ubi simul plura contribuuntur, ex quibus unum medicamentum fit, aut<sup>4</sup> coctis odoribus unguenta facimus, nihil hic suum uere dicere potest prior dominus: quare potissimum existimari, cuius nomine factum sit, eius esse. Cum partes duorum dominorum ferrumine cohaereant, hae cum quaereretur utri cedant, Cassius ait pro portione rei aestimandum uel pro pretio cuiusque partis. sed si neutra alteri accessioni est, uideamus, ne aut utriusque esse dicenda sit, sicuti massa confusa, aut eius, cuius nomine ferruminata est. sed Proculus et Pegasus existimant suam cuiusque rem manere.

28 IDEM libro trigensimo tertio ad Sabinum. Si supra tuum parietem uicinus [B. 50, 1, 27] aedificauerit, proprium eius id quod aedificauerit fieri Labeo et Sabinus aiunt: sed Proculus tuum proprium, quemadmodum tuum fieret, quod in solo tuo alius aedificasset: quod uerius est.

29 PAULUS libro sexto decimo ad Sabinum. Inter eos, qui secundum unam [B. 50, 1, 28]

F(XYMOC)

<sup>1</sup> rationemque hoc facere ut, si ex re alterius stipulatur, partem ei dumtaxat quaeri, partem domino *Ulp. ex Scaeuola l. c.* <sup>2</sup> at (*Fuchs*)? <sup>3</sup> spectaretur (*u. i.*)? <sup>4</sup> ut?

2 et] it *F*<sup>2</sup> 3 solidum *om. F*<sup>2</sup> | adquiret] adeoqueret *F*<sup>2</sup> 4 probat *om. F*<sup>2</sup> | meo] meum *F*<sup>2</sup> 5 m'ea *F*<sup>2</sup> | seruiret' *F*<sup>2</sup> 7 cui] qui *F*<sup>2</sup> | eoqu'a'e *F*<sup>2</sup> 9 non possunt] *F recte, nam res ad materiam reuerti potest (L 7 § 7 h. t.), ad speciem non potest, possunt XYMOC* 12 domini 'si' alterius *F*<sup>2</sup> 16 cu'm' pressecum a'e *F*<sup>2</sup> 18 expectaretur] *FC, spectaretur XYMO* 19 pes] res *F*<sup>2</sup> | manus] minus *F*<sup>2</sup> 20 cuius] quius *F*<sup>2</sup> | alio] *F*<sup>2</sup> cum *B*:

si δὲ ἐν ἐτέρω βιώσῃ, alio loco *F*<sup>2</sup> | posito *F*<sup>2</sup> 21 c'o'auerit *F*<sup>2</sup> 23 'infeceris *F*<sup>2</sup>: κἀν βλάψῃ τὴν ἐρεάν μου πορφύραν, ἐμὴ μὲν *B* (*Anon.*): male igitur distinxit post purpuram *interpres Graecus ut item recentiores* 26 infecto] *F*<sup>2</sup> cum *B*: τῷ ἀργῷ σοῦ ἀργῶν *B* (*Anon.*), infacto *F*<sup>2</sup> 27 at] ad *F*<sup>2</sup> 29 contribuuntur *F*<sup>2</sup> 31 d'iuorum *F*<sup>2</sup> 32 'ferum'ine *F*<sup>2</sup> 33 cuiusqu'a'e *F*<sup>2</sup> 35 cuiusqu'a'e *F*<sup>2</sup> 36 parietet *F*<sup>2</sup> 37 sabino *F*<sup>2</sup>

ripam praedia habent, insula in flumine nata non pro indiviso communis fit, sed regionibus quoque diuisis: quantum enim ante cuiusque eorum ripam est, tantum, ueluti linea in directum per insulam transducta, quisque eorum in ea habebit certis regionibus.

**POMPONIUS** libro trigensimo quarto ad Sabinum. Ergo si insula nata adre- [B. 50, 1, 29] S  
uerit fundo meo et inferiore partem fundi uendidero, ad cuius frontem insula non respicit, 5  
nihil ex ea insula pertinebit ad emptorem eadem ex causa, qua nec ab initio quidem eius  
fieret, si iam tunc, cum insula nasceretur, eiusdem partis dominus fuisset. Celsus filius, si  
in ripa fluminis, quae secundum agrum meum sit, arbor nata sit, meam esse ait, quia so-  
lum ipsum meum priuatum est, usus autem eius publicus intellegitur. et ideo cum exsic-  
catus esset alueus, proximorum fit, quia iam populus eo non utitur. Tribus modis insula 10  
in flumine fit, uno, cum agrum, qui aluei non fuit, amnis circumfluit, altero, cum locum,  
qui aluei esset, siccum relinquit et circumfluere coepit, tertio, cum paulatim colluendo  
locum eminentem supra alueum fecit et eum alluendo auxit. duobus posterioribus modis  
priuata insula fit eius, cuius ager propior fuerit, cum primum extitit: nam et natura flu-  
minis haec est, ut cursu suo mutato aluei causam mutet. nec quicquam intersit<sup>1</sup>, utrum 15  
de aluei dumtaxat solo mutato an de eo, quod superfusum solo et terrae sit, quaeratur,  
utrumque enim eiusdem generis est. primo autem illo modo causa proprietatis non mu-  
tatur. Alluio agrum restituit eum, quem impetus fluminis totum abstulit. itaque si ager,  
qui inter uiam publicam et flumen fuit, inundatione fluminis occupatus esset, siue paulatim  
occupatus est siue non paulatim, sed eodem impetu recessu fluminis restitutus, ad pristi- 20  
num dominum pertinet: flumina enim censorum uice funguntur, ut ex priuato [Ep. 15, 52]  
in publicum addicant et ex publico in priuatum: itaque sicuti hic fundus, cum alueus [Ep.] f. 245'  
fluminis factus esset, fuisset publicus, ita nunc priuatus eius esse debet, cuius antea fuit.  
Si pilas in mare iactauerim et supra eas inaedificauerim, continuo aedificium meum fit.  
Item si insulam in mari aedificauerim, continuo mea fit, quoniam id, quod nullius sit, oc- 25  
cupantis fit.

**PAULUS** libro trigensimo primo ad edictum. Numquam nuda traditio trans- [B. 50, 1, 29] S  
fert dominium, sed ita, si uenditio aut aliqua<sup>2</sup> iusta causa praecesserit, propter quam tra-  
ditio sequeretur. Thensaurus est uetus quaedam depositio pecuniae, cuius non [B. 50, 1, 30]  
orstat memoria, ut iam dominum non habeat: sic enim fit eius qui inuenerit, quod non 30  
alterius sit. alioquin si quis aliquid uel lucri causa uel metus uel custodiae condiderit sub  
terra, non est thensaurus: cuius etiam furtum fit.

**GAIUS** libro undecimo ad edictum prouinciale. Etiam inuitis nobis per seruos [B. 50, 1, 31] S  
adquiruntur paene ex omnibus causis. 34

**ULPIANUS** libro quarto disputationum. In eo, quod seruo castrensi ante adi- [B. 50, 1, 32] S  
tam hereditatem filii familias militis legatur, uel eo, quod stipulatur<sup>3</sup> seruus, tractatur apud  
Marcellum libro uicensimo, ex cuius persona uel stipulatio uires habeat uel legatum. et  
pato uerius, quod et Scaenolae uidetur et ipse Marcellus tractat, si quidem adeatur here-  
ditas, omnia ut in hereditario seruo, si adita non sit, ut in proprio patris esse spectanda:  
et si usus fructus fuerit huic seruo relictus, modo patri uideri delatum, modo heredi, nec 40  
a persona in personam creditur transiisse. Eadem distinctione quis utetur etiam, si res  
fuerit subtracta: aut cessare aut non<sup>4</sup> furti actionem dicet, si ex testamento adierit, quoniam  
hereditati furtum non fit, aut, si non adierit, patri dabitur furti actio. Nam et condictio,  
quotiens seruus hereditarius stipulatur uel per traditionem accipit, ex persona defuncti  
F(XYMOO)

<sup>1</sup> interest (Hal.)?    <sup>2</sup> alia (ΔΑΛΛΗ B: Bynkershoek)?    <sup>3</sup> is ins. (Krueger)    <sup>4</sup> aut non del. (similiter Schulking)

3 insula'm' F<sup>6</sup>    4 in h. t. l. 30—66 et sequentis l. 1 nomina iuris consultorum omiſsa spatiis uacuis relictis a F<sup>2</sup> suppl. F<sup>2</sup>    6 pertinet F<sup>2</sup>    12 colluendo F<sup>2</sup>    17 utrumquae F<sup>6</sup> | propri'etatis F<sup>2</sup>    19 esset siue] esset side F<sup>2</sup>    22 priuatum] priuatim F<sup>2</sup>

24 aedificium 'm'eum F<sup>2</sup>    28 pra'ecesserit F<sup>2</sup>    30 ex'stat F<sup>2</sup>    34 paen'a'e F<sup>2</sup>    39 partis F<sup>2</sup>    41 distinctione'm' F<sup>2</sup>    43 adierit quoniam hereditati' patri F<sup>2</sup> | condictio] scilicet ea de qua agitur D. 12, 7, 1 pr.

uires assumit, ut Iuliano placet: cuius et ualuit sententia testantis personam spectandam esse opinantis.

34 IDEM libro quarto de censibus. Hereditas enim non heredis personam, sed [B. 50, 1, 35 defuncti sustinet, ut multis argumentis iuris ciuilibus comprobatum est.

35 IDEM libro septimo disputationum. Si procurator meus uel [B. 50, 1, 34. BS. 38, 9, 5 sch. 1 tutor pupilli rem suam quasi meam uel pupilli alii tradiderint, non redessit ab eis domini- nium et nulla est alienatio, quia nemo errans rem suam amittit.

36 IULIANUS libro tertio decimo digestorum. Cum in corpus [B. 50, 1, 35. BS. 23, 1, 18 sch. 4 quidem quod traditur consentiamus, in causis uero dissentiamus, non animaduerto, cur inefficax sit traditio, ueluti si ego credam me ex testamento tibi obligatum esse, ut fundum tradam, tu existimes ex stipulatu tibi eum deberi. nam et si pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratia, tu eam quasi creditam accipias, constat proprietatem ad te transire nec impedimento esse, quod circa causam dandi atque accipiendi dissenserimus.

37 IDEM libro quadragesimo quarto digestorum. Per seruum, qui pignori datus [B. 50, 1, 36 est, creditori nec possessio acquiritur, quia nec stipulatione nec traditione nec ullo alio modo per eum seruum quicquam ei acquiritur, quamuis possessio penes eum sit. Si unus ex dominis seruo communi pecuniam donauit, in potestate domini est, quemadmodum seruo communi pecuniam donet. nam si hoc solum egerit, ut ea separaretur a suis rationibus et in peculio serui sit, manebit eiusdem domini proprietas: si uero eo modo pecuniam seruo communi donauerit, quomodo alienis seruis donare solemus, fiet sociorum communis pro portione, quam in seruo habebunt. Sed ut sequens quaestio locum habeat, constituamus socium ita seruo communi pecuniam donasse, ut proprietatem suam manere uellet. si ex hac pecunia seruus fundum comparauerit, erit is fundus communis sociorum pro portione domini: nam et si furtiuus nummis seruus communis fundum comparauerit, sociorum erit pro portione domini. neque enim ut fructuarius seruus ex re fructuarii non acquirit proprietario, ita et communis seruus ex re alterius domini non acquirit alteri domino. sed quemadmodum in his, quae aliunde adquiruntur, diuersa condicio est fructuarii et serui communis, ueluti cum alter fructuario non adquirat, alter dominis adquirat: ita quod ex re quidem fructuarii adquisitum fuerit, ad eum solum pertinebit, quod ex re alterius domini seruus communis adquisierit, ad utrumque dominum pertinebit. Sicut seruus communis stipulando nominatim alteri ex dominis, ita per traditionem accipiendo soli ei acquirit. Quod unius seruus per traditionem accipiendo se accipere dixerit domino et Titio, partem domino adquiret, in parte nihil agit. Fructuarius seruus si dixerit se domino proprietatis per traditionem accipere, ex re fructuarii totum domino adquiret: nam et sic stipulando ex re fructuarii domino proprietatis adquireret. Si, cum mihi donare uelles, iusserim te seruo communi meo et Titii rem tradere isque hac mente acciperet, ut rem Titii faceret, nihil agatur: nam et si procuratori meo rem tradideris, ut meam faceres, is hac mente acceperit, ut suam faceret, nihil agatur. quod si seruus communis hac mente acceperit, ut duorum dominorum faceret, in parte alterius domini nihil agit.

38 ALFENUS UARUS libro quarto digestorum a PAULO epitomatorum. Attius [B. 50, 1, 37 fundum habebat secundum uiam publicam: ultra uiam flumen erat et ager Lucii Titii: fuit<sup>2</sup> flumen paulatim primum omnium<sup>3</sup> agrum, qui inter uiam et flumen esset, ambedit et uiam F(XYMOC)

<sup>1</sup> fructuarii serui et? <sup>2</sup> fuit del. (Hal.) <sup>3</sup> primum omnium] populi Romani eum (= PROMANIEUM: cf. p. 497, 2 agrum et uiam publicam, item D. 43, 12, 3)?

1 ass[umit aut F<sup>2</sup> aut f, consumit F<sup>1</sup>: πρὸς τὸ πρόσωπον τοῦ τελεγεῖςαντος ἢ ἔρρωται τὸ γενόμενον ἢ οὔ B, unde fortasse scr. uires aut sumit aut non sumit 2 optinantis F<sup>2</sup> 7 emittit F<sup>2</sup> 12 gratia m' F<sup>2</sup> | propri' a' etatem F<sup>2</sup> 15 traditione] mandatione F<sup>2</sup> 19 propri' a' etas F<sup>2</sup> 25 propri' a' etario F<sup>2</sup> 26 domino] domini F<sup>2</sup> 29 quidam F<sup>2</sup> 30 pertineuit F<sup>2</sup> 33 propri' a' etatis F<sup>2</sup> 34 sic]

Hal, si F, om. XYMOC 35 propri' a' etatis F<sup>2</sup> 36 faceret in spatio uacuo relicto suppl. F<sup>2</sup> 37 tradideris (traderes O) ut meam faceres] XYMOC cum B: ὡς περ εἰ καὶ διόικητῆ μοι δῶς ὀνόματι μοι, ὁ δὲ ἰδία λάβῃ, tradiderim ut meam facere F | h' is F<sup>2</sup> 40 c' attius F<sup>2</sup>, martius XY, marcius MOC 42 ambedit] F<sup>2</sup>, amdedit F<sup>2</sup>, aboleuit XY (superscr. uel abedit) M (marg. abedit P[isis]) OC

sustulit, postea rursus minutatim recessit et alluione in antiquum locum rediit. respondit, cum flumen agrum et uiam publicam sustulisset, eum agrum eius factum esse, qui trans flumen fundum habuisset: postea cum paulatim retro redisset, ademisse ei, cuius factus esset, et addidisse ei, cuius trans uiam esset, quoniam eius fundus proximus flumini esset, id autem, quod publicum fuisset, nemini accessisset<sup>1</sup>. nec tamen<sup>2</sup> impedimento uiam esse ait, quo minus ager, qui trans uiam alluione relictus est, Attii fieret: nam ipsa quoque uia fundi esset.

➤ IULIANUS libro tertio ex Minicio. Etiam furtius seruus [B. 50, 1, 38. BS. 23, 1, 31 sch. 3] S bonae fidei emptori acquirit, quod ex re eius stipulatur aut per traditionem accipit. 9

➤ AFRICANUS libro septimo quaestionum. Quaesitum est, si is, cui liber homo [B. 50, 1, 39] Sf bona fide seruiret, decesserit eique is heres extiterit, qui liberum eum esse sciat, an aliquid per eum adquirat. non esse ait, ut hic bona fide possessor uideatur, quando sciens liberum possidere coeperit, quia et si fundum suum quis legauerit, heres, qui eum legatum esse sciat, procul dubio fructus ex eo suos non faciet: et multo magis si testator eum alienum bona fide emptum possedit. et circa seruorum igitur operam ac ministerium eandem rationem sequendam, ut, siue proprii siue alieni<sup>3</sup> uel legati uel manumissi testamento fuerint, nihil per eos heredibus, qui modo eorum id non ignorarent, adquiratur. etenim simul haec fere cedere, ut, quo casu fructus praediorum consumptos suos faciat ¶ bona f. 246' fide possessor, eodem per seruum ex opera et ex re ipsius ei adquiratur. 19

ULPIANUS libro nono ad edictum. Statuas in ciuitate positas ciuium non [B. 50, 1, 40] E esse, idque Trebatius et Pegasus: dare tamen operam praetorem oportere, ut, quod ea mente in publico positum est, ne liceret priuato auferre nec ei qui posnerit. tuendi ergo ciues erunt et aduersus petentem exceptione et actione aduersus possidentem iuandi.

PAULUS libro undecimo ad edictum. Substitutio, quae nondum competit, [B. 50, 1, 41] E extra bona nostra est. 25

GAIUS libro septimo ad edictum prouinciale. Seruus, qui bona fide possidetur, id quod ex re alterius est possessori non acquirit. Incorporales res traditionem et usucapionem non recipere manifestum est. Cum seruus, in quo alterius usus fructus est, hominem emit et ei traditus sit, antequam pretium soluat, in pendenti est, cui proprietatem adquisierit: et cum ex peculio, quod ad fructuarium pertinet, soluerit, intellegitur fructuarii homo fuisse: cum uero ex eo peculio, quod proprietarium sequitur, soluerit, proprietarii ex post facto fuisse uidetur.

ULPIANUS libro nono decimo ad edictum. Pomponius tractat: cum pastori [B. 50, 1, 48] E meo lupi porcos eriperent, hos uicinae uillae colonus cum robustis canibus et fortibus, quos pecoris sui gratia pascebat, consecutus lupis eripuit aut canes extorserunt: et cum pastor meus peteret porcos, quaerebatur, utrum eius facti sint porci, qui eripuit, an nostri maneant: nam genere quodam uenandi id erant nacti. cogitabat tamen<sup>4</sup>, quemadmodum terra marique capta, cum in suam naturalem laxitatem peruenerant, desinerent eorum esse qui ceperunt, ita ex bonis quoque nostris capta a bestiis marinis et terrestribus desinant nostra esse, cum effugerunt bestiae nostram persecutionem. quis denique manere nostrum dicit, quod auis transuolans ex area aut ex agro nostro transtulit<sup>5</sup> aut quod nobis eripuit? si igitur desinit, si fuerit ore bestiae liberatum, occupantis erit, quemadmodum piscis uel per nel auis, qui potestatem nostram euasit, si ab alio capiatur, ipsius fit. sed putat per (XYMOC)

<sup>1</sup> homini cessisset? <sup>2</sup> tamen] iam? <sup>3</sup> ut siue alieni siue proprii? <sup>4</sup> requiritur cogitabat Mucius, annon uel similia <sup>5</sup> abstulit?

➤ esse t' F<sup>2</sup> 4 ad'd'idisse F<sup>2</sup> 6 alluioni F | at'tii F<sup>2</sup> 11 eique h'is F<sup>4</sup> 14 esse t' F<sup>2</sup> 15 h'ac F<sup>2</sup> 17 modi F<sup>2</sup> 20 ciuium non esse] οὔτε τοῦ καθ' ἑακτόν εἰς οὔτε τοῦ ἀνατεθεικότος B 21 pegasus] pegasus aiunt F<sup>2</sup> 23 petentem exceptione et actione aduersus om. F<sup>2</sup>, uertunt B 28 usus fructus] ususestruc-

tus F<sup>2</sup>: δοῦλος οὗ ἐγὼ τὴν χρῆσιν, ὃ δὲ τὴν δεσποτείαν ἔχεις B: excidit fortasse alterius proprietas 29 pretium] praedium F<sup>2</sup> | in] im F | propri'atatem F<sup>2</sup> 31 propri'atarium F<sup>2</sup> | propri'atarii F<sup>2</sup> 36 factus F<sup>2</sup> 37 uenandi i' id F<sup>2</sup> 40 nostrum] nostram F 41 transtulit] FX, sustulit YMC, substulerit O



tius nostrum manere tamdiu, quamdiu recipari possit: licet in auibus et piscibus et fer-  
uerum sit quod scribit. idem ait, etsi naufragio quid amissum sit, non statim nostrum es-  
desinere: denique quadruplo teneri eum qui rapuit. et sane melius est dicere et quod  
lupo eripitur, nostrum manere, quamdiu recipi possit id quod ereptum est. si igitur man-  
ego arbitror etiam furti competere actionem: licet enim non animo furandi fuerit colon-  
persecutus, quamuis et hoc animo potuerit esse, sed et si non hoc animo persecutus  
tamen cum reposcenti non reddit, suppressere et interciperi uidetur. quare et furti et  
exhibendum teneri eum arbitror et uindicari exhibitos ab eo porcos posse.

- 45 GAIUS libro septimo ad edictum prouinciale. Communis seruus si ex re al-  
terius dominorum adquisierit, nihilo minus commune id erit, sed is, ex cuius re adquisitum  
fuerit, communi diuidendo iudicio eam summam praecipere potest: nam fidei bonae con-  
uenit, ut unusquisque praecipuum habeat, quod ex re eius seruus adquisierit. sed si aliunde  
seruus communis adquisierit, omnibus sociis pro parte domini hoc acquiritur.
- 46 ULPIANUS libro sexagesimo quinto ad edictum. Non est nouum, ut qui do-  
minium non habeat, alii dominium praebat: nam et creditor pignus uendendo causam  
dominii praestat, quam ipse non habuit.
- 47 PAULUS libro quinquagesimo ad edictum. Fructuario hereditas adquiri non  
potest, quod in operis serui hereditas non est.
- 48 IDEM libro septimo ad Plautium. Bonae fidei emptor non dubie percipiendo  
fructus etiam ex aliena re suos interim facit | non tantum eos, qui diligentia et opera eius  
peruenerunt, sed omnes, quia quod ad fructus attinet, loco domini paene est. denique etiam  
priusquam percipiat, statim ubi a solo separati sunt, bonae fidei emptoris fiunt. nec inter-  
est, ea res, quam bona fide emi, longo tempore capi possit nec ne, ueluti si pupilli sit  
ui possessa aut praesidi contra legem repetundarum donata ab eoque abalienata sit bonae  
fidei emptori. In contrarium quaeritur, si eo tempore, quo mihi res traditur, putem uen-  
denti esse, deinde cognouero alienam esse, quia perseuerat per longum tempus capio, an  
fructus meos faciam. Pomponius uerendum, ne non sit bonae fidei pos-  
sessor, quamuis capiat: hoc enim ad ius, id est capionem, illud ad factum pertinere,  
ut quis bona aut mala fide possideat: nec contrarium est, quod longum tempus currit,  
e contrario is, qui non potest capere propter rei uitium, fructus suos facit. Et ouium fetu-  
s in fructu sunt et ideo ad bonae fidei emptorem pertinent, etiamsi praegnates uenierint  
subreptae sint. et sane quin lac suum faciat, quamuis plenis uberibus uenierint, dubit-  
ari non potest: idemque in lana iuris est.
- 49 IDEM libro nono ad Plautium. Quod<sup>1</sup> fructuarius ex re sua donat, ex re eius  
est: sed si eo animo id fecerit, ut ad proprietatis dominum pertineat, dicendum est  
adquiri. si autem extraneus ei donet indistincte, soli proprietario acquiritur. eadem dic-  
tus in homine libero, qui bona fide mihi seruit, ut, si ei aliquid donauerim, meum sit  
ideo Pomponius scribit, quamuis donauerim ei operas suas, tamen quidquid ex operis  
adquiret, mihi adquiri.
- 50 POMPONIUS libro sexto ex Plautio. Quamuis quod in litore publico uel in  
mari exstruxerimus, nostrum fiat, tamen decretum praetoris adhibendum est, ut id  
liceat: immo etiam inani prohibendus est, si cum incommo ceterorum id faciat:  
ciuilem eum actionem de faciendo nullam habere non dubito.
- 51 CELSUS libro secundo digestorum. Transfugam iure belli recipimus. Et  
quae res hostiles apud nos sunt, non publicae, sed occupantium fiunt.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> fructuario seruo ins. (Krueger)

1 'manere F<sup>4</sup> 2 naufragio F<sup>2</sup> | am'm'is-  
sum F<sup>3</sup> 8 exhibito habeo porcos F<sup>2</sup> 10 com-  
muni F<sup>2</sup> 28 pupilli] quasi esset populi, uer-  
terunt Graeci: ὡς τοῦ δήμου ὄντα B (Anon.)

29 ut quis] F<sup>4</sup>X<sup>2</sup>O, ut si quis F<sup>4</sup>X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>MOG  
31 fructu's sunt F<sup>2</sup> | praegnates F<sup>2</sup> 32 sint  
bis F<sup>2</sup> 35 propri'a'etatis F<sup>2</sup> 36 donec F<sup>2</sup> |  
propria'etario F<sup>2</sup> 42 faciet F<sup>2</sup>

52 **MODESTINUS** libro septimo regularum. Rem in bonis nostris habere intellegimur, quotiens possidentes exceptionem aut amittentes ad recipendam eam actionem habemus.

53 **IDEM**<sup>1</sup> libro quarto decimo ad Quintum Mucium. Ea quae ciuilitur acquiruntur per eos, qui in potestate nostra sunt, acquirimus, nelti stipulationem: quod naturaliter acquiritur, sicuti est possessio, per quemlibet uolentibus nobis possidere acquirimus.

54 **IDEM** libro trigensimo primo ad Quintum Mucium. Homo liber hereditatem nobis acquirere non potest, qui bona fide nobis seruit: acquirere, si tamen sponte sua sciens condicionem suam adierit: nam si iussu nostro adierit, neque sibi neque nobis acquirere, si non habuerit animum sibi acquirendi: quod si eam mentem habuit, sibi acquirere.

Item promittendo nobis liber homo, qui bona fide nobis seruit, ut et emendo uel uendendo, uel locando uel conducendo, obligari ipso iure poterit. Sed damnum dando damni iniuriae tenebitur, ut tamen culpam in damno dando exigere debeamus grauiorem nec tamen leuem quam ab extraneo. At si iussu nostro quid in re nostra gerant

uel absentibus nobis quasi procuratores aliquid agant, danda erit in eos actio. Non solum si eos emerimus, sed etiam si donati fuerint nobis aut ex dotis nomine aut ex legati pertinere ad nos coeperunt aut ex hereditate, idem praestabunt: nec solum si nostros putauerimus, sed et si communes aut fructuarios, || ut tamen, quod adquisituri non essent, si re uera communes aut usuarii essent, id hodieque non acquirant. Quidquid tamen liber homo uel alienus quiue bona fide nobis seruit non acquirunt nobis, id uel sibi liber uel alienus seruus domino suo acquirere: excepto eo quod uix est, ut liber homo possidendo usucapere possit, quia nec possidere intellegitur, qui ipse possideretur. sed nec per seruum alienum, quem nos bona fide possidemus, dominus peculiari nomine ignorans usucapere poterit, sicuti ne per fugitium quidem, quem non possidet.

**PROCLUS** libro secundo epistularum. In laqueum, quem uenandi causa posueras, aper incidit: cum eo haereret, exemptum eum abstuli: num tibi uideor tuum aprum abstulisse? et si tuum putas fuisse, si solum eum in siluam dimisisses, eo casu tuus esse desisset an maneret? et quam actionem tecum haberes, si desisset tuus esse, num in factum dari oporteret, quaero. respondit: laqueum uideamus ne intersit in publico an in priuato posuerim et, si in priuato posui, utrum in meo an in alieno, utrum permissu eius cuius fundus erat an non permissu eius posuerim: praeterea utrum in eo ita haeserit aper, ut expedire se non possit ipse, an diutius luctando expediturus se fuerit. summam tamen hanc puto esse, ut, si in meam potestatem peruenit, meus factus sit. sin autem aprum meum ferum in suam naturalem laxitatem dimisisses et eo facto meus esse desisset, actionem mihi in factum dari oportere, ueluti responsum est, cum quidam poculum alterius ex naue eiecisset.


**IDEM** libro octauo epistularum. Insula est enata in flumine contra frontem agri mei, ita ut nihil excederet longitudo regionem praedii mei: postea aucta est paulatim et processit contra frontes et superioris uicini et inferioris: quaero, quod adcreuit utrum meum sit, quoniam meo adiunctum est, an eius iuris sit, cuius esset, si initio ea nata longitudinis fuisset. Proculus respondit: flumen istud, in quo insulam contra frontem agri

*F(XYMO)*

<sup>1</sup> POMPONIUS (quo nomine allegatur l. 54 h. t. apud Anonymum B. 13, 1, 13 sch. 3: Schulting)?  
<sup>2</sup> sibi ins. <sup>3</sup> et ins. (edd.) <sup>4</sup> tam (u. i.)? <sup>5</sup> et (Menge)? <sup>6</sup> hodieque] nobis utique?  
<sup>7</sup> qui (edd.)? <sup>8</sup> ferum] factum (edd.)?

6 quemlibet F<sup>2</sup> 11 ut et] ut F<sup>a</sup>, et F<sup>b</sup>:  
 ἐπερωτώμενος τί μοι ἢ μισθῶν cet. B (Anon.)  
 12 uendendo F<sup>a</sup> 14 tamen] idem legisse interpretem apparet ex errore eius: ΖΗΜΙΩΝ με  
 ἵπποῖνται τῷ νόμῳ τῷ ἐξ ἀρνήσεως ἐς τὸ δι-  
 πλοῦν ἀπαιτοῦντι πλεόν τοῦ ἐξωτικοῦ B (Anon.),  
 tam XYMC, tamen tam O 15 in eo's' F<sup>2</sup>  
 18 fructuariis F<sup>a</sup> | esse'n't F<sup>b</sup> 20 id om. F<sup>a</sup>

21 seruos F 22 possit] FXYMO<sup>c</sup>, non  
 possit Y<sup>c</sup>O<sup>b</sup> 23 peculiari] F<sup>2</sup> 25 laque'e'um  
 F<sup>a</sup> | quam F<sup>a</sup> 28 esse't' desisset F<sup>a</sup> 29 la-  
 que'e'um F<sup>b</sup> 31 utrum permissu'm' F<sup>b</sup>  
 34 laxitatem F<sup>a</sup> | et om. F 38 mei ita]  
 menta F<sup>2</sup> 40 in'itio'ea' nata F<sup>2</sup> 41 con-  
 tra'm' F<sup>2</sup>



- tui enatam esse scripsisti ita, ut non excederet longitudinem agri tui, si alluionis<sup>1</sup> ius habet et insula initio propior fundo tuo fuit quam eius, qui trans flumen habebat, tota tua facta est, et quod postea ei insulae alluione accessit, id tuum est, etiamsi ita accessit, ut procederet insula contra frontes uicinorum superioris atque inferioris, uel etiam ut propior 1 esset fundo eius, qui trans flumen habet. Item quaero, si, cum propior ripae meae enata 5 est insula et postea totum flumen fluere inter me et insulam coepit relicto suo alueo, quo maior amnis fuerat, numquid dubites, quin etiam insula mea maneat et nihilo minus eius soli, quod flumen reliquit, pars fiat mea? rogo, quid sentias scribas mihi. Proculus respondit: si, cum propior fundo tuo initio fuisset insula, flumen relicto alueo maiore, qui inter eam insulam fuerat et eum fundum uicini, qui trans flumen erat, fluere coepit inter 10 eam insulam et fundum tuum, nihilo minus insula tua manet. set alueus, qui fuit inter eam insulam et fundum uicini, medius diuidi debet, ita ut pars propior insulae tuae tua, pars autem propior agro uicini eius esse intellegatur. intellego, ut et<sup>2</sup> cum ex altera parte insulae alueus fluminis exaruerit, desisse insulam esse, sed quo facilius res intellegeretur, agrum, qui insula fuerat, insulam appellant<sup>3</sup>. 15
- 57 PAULUS libro sexto ad Plantium. Per seruum donatum a [B. 50, 1, 55. BS. 23, 3, 45 sch. 2 E<sup>2</sup> marito nec ex re quidem || eius, cui donatus est, adquiri quicquam posse Iulianus scribit: f. 2 hoc enim in eorum persona concessum est, qui bona fide seruiunt.
- 58 IAUOLENUS libro undecimo ex Cassio. Quaecumque res ex mari extracta est, non ante E<sup>2</sup> eius incipit esse qui extraxit, quam dominus eam pro derelicto habere coepit. 20
- 59 CALLISTRATUS libro secundo quaestionum. Res ex mandatu meo empta non [B. 50, 1, 56 P prius mea fiet, quam si mihi tradiderit qui emit.
- 60 SCAEUOLA libro primo responsorum. Titius horreum frumentarium nouum [B. 50, 1, 57 P ex tabulis ligneis factum mobile in Seii praedio posuit: quaeritur, uter horrei dominus sit. respondit secundum quae proponerentur non esse factum Seii. 25
- 61 HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. Hereditas in multis partibus [B. 50, 1, 57 P iuris pro domino habetur adeoque hereditati quoque ut domino per seruum hereditarium acquiritur. in his sane, in quibus factum personae operaeue substantia desideratur, nihil hereditati quaeri per seruum potest. ac propterea quamuis seruus hereditarius heres institui 1 possit, tamen quia adire iubentis domini persona desideratur, heres exspectandus est. Usus 20 fructus, qui sine persona constitui non potest, hereditati per seruum non acquiritur.
- 62 PAULUS libro secundo manualium. Quaedam, quae non possunt sola alie- [B. 50, 1, 58 P nari, per uniuersitatem transeunt, ut fundus dotalis, ad heredem<sup>4</sup>, et res, cuius aliquis commercium non habet: nam etsi legari ei non possit, tamen heres institutus dominus eius efficitur. 25
- 63 TRYPHONINUS libro septimo disputationum. Si is qui in aliena potestate est [B. 50, 1, 59 P<sup>2</sup> thesaurum inuenerit, in persona eius cui acquirit hoc erit dicendum, ut, si in alieno agro inuenerit, partem ei adquirat, si uero in parentis dominiue loco inuenerit, illius totus sit, 1 si autem in alieno, pars<sup>5</sup>. Si communis seruus in alieno inuenerit, utrum pro domini partibus an semper aequis adquiret? et simile est atque in hereditate uel legato uel quod ab 40 aliis donatum seruo traditur, quia et thesaurus donum fortunae creditur, scilicet ut pars, 2 quae inuentori cedit, ad socios, pro qua parte serui quisque dominus est, pertineat. Si communis seruus in domini unius fundo proprio inuenit, de parte, quae soli domino sem-

F(XYMOG)

<sup>1</sup> is ins.    <sup>2</sup> ut et] utique (Menge)?    <sup>3</sup> appellauit?    <sup>4</sup> ad heredem del.    <sup>5</sup> si autem in alieno pars del. (Hal.)?

1 e'am'natam F<sup>2</sup> 2 initio propior] M, initio prior F, ininitio prior tamquam Pisanam affert margo M, uicinior propior XO, in ininitio propior Y<sup>2</sup>, in ininitio propior Y<sup>2</sup>, in initio propior C 4 'propior F<sup>2</sup> 5 mea'e' F<sup>2</sup> 6 coe-perit F<sup>2</sup> | quod F 9 propior F<sup>2</sup> 11 nihil'ho' minus F<sup>2</sup> 12 'uicini' F<sup>2</sup> |

prop'ior F<sup>2</sup> 13 propior agro uicini] F<sup>2</sup>, propior autem uicinis F<sup>2</sup> | part'a'e F<sup>2</sup> 15 insula] insulam F 19 mare F 23 frument'arium F<sup>4</sup> 27 adeoque] F<sup>2</sup>, ideoque F<sup>2</sup> 36 septimo bis F<sup>2</sup> 38 inuenerit partem ei adquirit si uero in parentis domini illius F<sup>2</sup> 41 aliis' F<sup>2</sup> 42 quae] qui F<sup>2</sup>

- per cedit, non est dubium, quin solius domini praedii sit: uerum an aliquid ex parte ferat alter<sup>1</sup> socius, uidentum est, et numquid simile sit, atque cum stipulatur seruus iussu unius domini aut per traditionem aliquid accipit uel<sup>2</sup> nominatim alteri: quod magis dici poterit.
- 3 Quod si seruus, in quo usus fructus alienus est, inuenerit in eius locum<sup>3</sup>, qui seruum proprium habet, an totum illius sit? et si in alieno, an partem eidem adquirat an uero fructuario? 5 inspectio in illo est, num ex operis serui adquiratur. finge terram fodientem inuenisse, ut hoc dicatur fructuarii esse: quod uero subito in abdito loco positum nihil agens, sed aliter ambulans inuenit, proprietatis domini sit. ego nec illius ad fructuarium pertinere partem arbitror: nemo enim seruorum opera thesaurum quaerit nec ea propter tunc terram fo- diebat, sed alii rei operam insumebat et fortuna aliud dedit. itaque si in ipsius fructuarii 10 agro inuenerit, puto partem solam ut agri dominum habiturum, alteram ad eum, cuius in 4 seruo proprietatis est, pertinere. Quod si creditor inuenerit, in alieno uidebitur inuenisse: partem itaque sibi, partem debitori praestabit, nec recepta pecunia restituet, quod iure in- uentoris, non creditoris ex thesauro apud eum remansit. quae cum ita sint, et cum ex principis auctoritate creditor ut proprium agrum tenere coepit iure domini, intra constitu- 15 tum luendi tempus pignoris || causa uertitur: post transactum autem tempus thesaurum f. 248<sup>7</sup> in eo inuentum ante solutam pecuniam totum tenebit. oblato uero intra constitutum tem- pus debito, quoniam uniuersa praestantur atque in simplici petitore reuocantur<sup>4</sup>, restitui debeat, sed pro parte sola, quia dimidium inuentori semper placet relinqui. 19
- 64 QUINTUS MUCIUS SCAEUOLA libro singulari ὄρων. Quae quisque aliena in [B. 50, 1, 59] A censum deducit, nihilo magis eius fiunt.
- 65 LABEO libro sexto pithanon a PAULO epitomatorum. Si epistulam tibi misero, [B. 50, 1, 60] A non erit ea tua, antequam tibi reddita fuerit. PAULUS: immo contra: nam si miseris ad me tabellarium tuum et ego rescribendi causa litteras tibi misero, simul atque tabellario tuo tradidero, tuae fient. idem accidit in his litteris, quas tuae dumtaxat rei gratia misero, 25 ueluti si petieris a me, uti te alicui commendarem, et eas commendaticias tibi misero 1 litteras. Si qua insula in flumine propria tua est, nihil in ea publici est. PAULUS: immo in eo genere insularum ripae flumini et litora mari proxima publica sunt, non secus atque 2 in continenti agro idem iuris est. Si qua insula in flumine publico proxima tuo fundo nata est, ea tua est. PAULUS: uideamus ne hoc falsum sit de ea insula, quae non ipsi alueo 30 fluminis cohaeret, sed uirgultis aut alia qualibet leui materia ita sustinetur in flumine, ut solum eius non tangat, atque ipsa mouetur: haec enim propemodum publica atque ipsius 3 fluminis est insula. PAULUS: si insula in flumine nata tua fuerit, deinde inter eam insu- lam et contrariam ripam alia insula nata fuerit, mensura eo nomine erit instruenda a tua insula, non ab agro tuo, propter quem ea insula tua facta fuerit: nam quid interest, qualis 35 4 ager sit, cuius propter propinquitatem posterior insula cuius sit quaeratur? LABEO libro eodem. Si id quod in publico innatum aut aedificatum est, publicum est, insula quoque, quae in flumine publico nata est, publica esse debet.
- 66 UENULEIUS libro sexto interdictorum. Cum praegnas mu- [BS. 23, 3, 10 sch. 1. B. 50, 1, 60] A lier legata aut uisucapta alicue quo modo alienata pariat, eius fiet<sup>5</sup> partus, cuius est ea, 40 cum eniteretur, non cuius tunc fuisset, cum conciperet.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> altera? <sup>2</sup> uel del. <sup>3</sup> loco (ἐν τῷ ... ἀγρῷ B: edd.)? <sup>4</sup> praestantur ea quae in simplici creditore (sic Fitting) reuocantur? <sup>5</sup> fiet?

6 finge<sup>t</sup> terram F<sup>1</sup> 8 propri<sup>a</sup> etatis F<sup>2</sup>  
11 eum] eam F<sup>1</sup> 12 propri<sup>a</sup> etas F<sup>2</sup> 13 prae-  
stauit F<sup>1</sup> 14 permansit F<sup>1</sup> 15 coep<sup>e</sup> it F<sup>1</sup>  
17 ante] autem F<sup>1</sup> 18 uniuers<sup>a</sup> F<sup>2</sup> | atque  
in simplici petitore (petitore erasum in M)  
reuocantur] FXYMO<sup>o</sup>, atque in simplici pig-  
nore reuocantur O<sup>1</sup>, atque in simplici pignore  
petitore res reuocantur C 19 deb<sup>e</sup> bit F<sup>2</sup>  
20 L 64 continuatur antecedenti adestque nomen  
iurisconsulti a prima manu in F (cf. ad p. 495 u. 4) |

quisqu<sup>a</sup> e F<sup>2</sup> 22 epistula<sup>m</sup> F<sup>2</sup> 26 petierit F<sup>1</sup> |  
te] ta F<sup>1</sup> | commendati<sup>m</sup> cias F<sup>2</sup> 29 tuo] tua F<sup>2</sup>  
34 ripam] ipsam F<sup>1</sup> 36 labeo] caput hinc or-  
ditur F<sup>1</sup> suppleuitque nomen F<sup>2</sup> (cf. ad p. 495 u. 4)  
37 quo<sup>o</sup> que F<sup>2</sup> 38 debet] FX<sup>o</sup> Y<sup>2</sup> C cum B, non  
debet X<sup>1</sup> Y<sup>o</sup> MO 41 cum eniteretur] Hal. cum  
BS. 23, 3, 10: ἐκεῖνοϋ ἐστὶ τὸ τικτόμενον, οὔτι-  
νος ἢν αὐτῇ ἐν τῷ τικτεῖν, οὐ μὴν ὄτε συνέλαβε,  
qui emeretur F<sup>1</sup>, quae (que, deinde quae F<sup>2</sup>)  
emeretur F<sup>2</sup> XYM, cum emeretur OC

## II.

## R DE ADQUIRENDA UEL AMITTENDA POSSESSIONE R E

1 PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Possessio appel- [B. 50, 2, 1. Ep. 6, 1 E  
lata est, ut et Labeo ait, a sedibus<sup>1</sup> quasi positio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei  
1 insistit, quam Graeci κατοχήν dicunt. Dominiumque rerum ex naturali possessione coepisse 5  
Nerua filius ait eiusque rei uestigium remanere in his, quae terra mari caeloque capiuntur:  
nam haec protinus eorum fiunt, qui primi possessionem eorum adprehenderint. item bello  
capta et insula in mari enata et gemmae lapilli margaritae in litoribus inuentae eius fiunt,  
2 qui primus eorum possessionem nactus est. Apiscimur autem possessionem per [Ep.]  
3 nosmet ipsos. Furiosus, et pupillus sine tutoris auctoritate, non potest incipere possidere, 10  
quia affectionem tenendi non habent, licet maxime corpore suo rem contingant, sicuti si  
quis dormienti aliquid in manu ponat. sed pupillus tutore auctore incipiet possidere. Ofilius  
quidem et Nerua filius etiam sine tutoris auctoritate possidere incipere posse pupillum  
aiunt: eam enim rem facti, non iuris esse: quae sententia recipi potest, si eius aetatis sint,  
4 ut intellectum capiant. Si uir uxori cedat possessione donationis causa, plerique [Ep. 2, 18 15  
putant possidere eam, quoniam res facti infirmari iure ciuili non potest: et quid attinet  
dicere non possidere mulierem, cum maritus, ubi noluit possidere, protinus amiserit pos-  
5 sessionem? Item adquirimus possessionem per seruum aut filium, qui in potestate [Ep.]  
est, et quidem || earum rerum, quas peculiariter tenent, etiam ignorantes, sicut Sabino et q.  
Cassio et Iuliano placuit, quia nostra uoluntate intellegantur possidere, qui eis peculium 20  
habere permiserimus. igitur ex causa peculiari et infans et furiosus adquirunt possessio-  
nem et usucapiunt, et heres<sup>2</sup>, si hereditarius seruus emat. Sed et per eum, quem bona  
fide possidemus, quamuis alienus sit uel liber, possessionem acquiremus. si mala fide eum  
possideamus, non puto adquiri nobis possessionem per eum: sed nec uero domino aut sibi  
7 adquiret, qui ab alio possidetur. Per communem sicut per proprium adquirimus, etiam 25  
8 singuli in solidum, si hoc agat seruus, ut uni adquirat, sicut in dominio acquirendo. Per  
eum, in quo usum fructum habemus, possidere possumus, sicut ex operis suis adquirere  
9 nobis solet: nec ad rem pertinet, quod ipsum non possidemus: nam nec filium. Ceterum  
et ille, per quem uolumus possidere, talis esse debet, ut habeat intellectum possidendi:  
10 Et ideo si furiosum seruum miseris, ut possideas, nequaquam uideris adprehendisse pos- 30

FXYZM(OC)

<sup>1</sup> a pedis sedibus (H. Cannegieter)? <sup>2</sup> hereditas?

2 rubricam suppl. F<sup>2</sup> | amittenda ind. F<sup>1</sup>, omit-  
tenda ind. F<sup>2</sup> et F<sup>3</sup> 3 quinquagesimo quarto]  
xliiii X, iiii Z, iiii M, 1 O 4 et] etiam Z |  
a sedibus quasi positio (posito F<sup>1</sup>) F<sup>2</sup>margo Y,  
pedibus quasi positio (positio Z<sup>o</sup>) Y<sup>2</sup>Z, pe-  
dum quasi positio (positio est O<sup>o</sup>) X<sup>o</sup>Y<sup>o</sup>MO<sup>o</sup>,  
a pedibus pedum quasi (quasi pedum C) posi-  
tio X<sup>o</sup>O<sup>o</sup>C | qui insistit ei YZ 5 κατοχειν F<sup>1</sup>,  
κατοχη X, κατοχη O, κατοχη Y, κατοχη M,  
karont Z, caroen C | dicunt om. X | domi-  
niumqu'a'e F<sup>2</sup> 6 rei om. XYZM | in] F<sup>2</sup>X  
YZMOC, de F<sup>o</sup> | mari caeloqu'a'e F<sup>2</sup>, caelo  
marique Z 7 adpr'a'ehenderint F<sup>2</sup> 8 enata]  
FZ<sup>o</sup>, nata XYZ<sup>o</sup>MOC | et gemmae] cingem-  
mae F<sup>2</sup> | in om. Z 9 primus] prius M | eo-  
rum possessionem] possess. eorum Z | apisci-  
mur] adipiscimur XYZMOC | possessiones Y  
10 sine toris Z<sup>o</sup> | potest] possunt X 11 quia]  
qui X<sup>o</sup> | tenendi (tendi X<sup>o</sup>) non habent (ha-  
beant Y) | non habeant tenendi Z | contingant]  
atingant Y<sup>2</sup> 12 post po]nat reliquis uersus  
uacuu relictus est in F | possidere] posse F<sup>2</sup>

14 eam enim rem (rem enim M) ... esse] ea  
enim res ... est X 15 possessionem fXYZ  
MOC 16 eam om. Y<sup>o</sup> | ciuile X<sup>o</sup> 18 aut  
om. X<sup>o</sup> | filium] per filium X 19 et quidem  
om. Y<sup>o</sup> | peccualiter Z<sup>o</sup> 20 intellegantur  
XYZOC | qui eis] F<sup>2</sup>X<sup>o</sup>YZ<sup>o</sup>O<sup>o</sup>C, quis eis F<sup>2</sup>,  
quia eis X<sup>2</sup>Z<sup>o</sup>O<sup>o</sup>, quod eis M 21 permi-  
mus YZ | etiam infans M | adquiret] X<sup>o</sup>YM  
22 et heres] exheres X<sup>o</sup> | per om. Y<sup>o</sup> 23 sit  
alienus M, alienus seruus sit X | uel liber]  
et liber X<sup>o</sup>Y, uel quamuis liber M | acqui-  
remus] F<sup>2</sup>MO, adqueremus F<sup>2</sup>, adquirimus  
XYZC | si] F<sup>2</sup>, quod si F<sup>2</sup>XYZMOC | eum  
'adquiremus' possideamus F<sup>2</sup>, possideamus  
(om. eum) Z<sup>o</sup> 24 adquiret MO 25 qui ab]  
quia ab Y, quod ab M | communem] comm.  
seruum Z<sup>o</sup>O<sup>o</sup> | propri'a'um F<sup>2</sup> 26 singuli]  
singulis Z<sup>2</sup> 27 operis] operibus X<sup>o</sup> 28 nobis  
om. Z | ipsum] illum YMOC 29 per] perue  
X<sup>o</sup> | uolumus] uolumus F<sup>2</sup>, filius uolumus M<sup>o</sup>  
30 miseris X<sup>o</sup> | possideas] possideret M<sup>o</sup>,  
possideae O<sup>o</sup>, possidendideae M<sup>o</sup>

11 sessionem. Quod si impuberem miseris ad possidendum, incipies possidere, sicut pupillus,  
 12 maxime tutore auctore, acquirit possessionem. Nam per ancillam quin possis nancisci  
 13 possessionem, non dubitatur. Pupillus per seruum siue puberem siue impuberem acquirit  
 14 possessionem, si tutore auctore iusserit eum ire in possessionem. Per seruum, qui in fuga  
 sit, nihil posse nos possidere Nerua filius ait, licet respondeatur, quamdiu ab alio non  
 possideatur, a nobis eum possideri ideoque interim etiam usucapi. sed utilitatis causa re-  
 ceptum est, ut impleatur usucapio, quamdiu nemo nactus sit eius possessionem. posses-  
 sionem autem per eum acquirit, sicut per eos, quos in prouincia habemus, Cassii et Iuliani  
 15 sententia est. Per seruum corporaliter pignori datum non adquirere nos<sup>1</sup> possessionem  
 Iulianus ait (ad unam enim tantum causam uideri eum a debitore possideri, ad usucapio- 10  
 nem), nec creditori, quia nec stipulatione nec ullo alio modo per eum adquirat, quamuis  
 16 eum possideat. Ueteres putauerunt non posse nos per seruum hereditarium adquirere, quod  
 sit eiusdem hereditatis. itaque agitur, num haec regula longius producenda sit, ut, si  
 plures serui legati sint, per unum an possint ceteri possideri. idem tractatus est, si pariter  
 empti uel donati sunt. sed uerius est ex his causis posse me per unum reliquorum adqui- 15  
 rere possessionem. Si ex parte heredi instituto seruus legatus sit, <sup>2</sup>propter partem, quam  
 ex causa legati habet, adquiret fundi hereditarii possessionem. Idem dicendum est, si  
 seruum communem iussero adire hereditatem, quia propter partem meam aduiro. Haec,  
 quae de seruis diximus, ita se habent, si et ipsi uelint nobis adquirere possessionem: nam  
 si iubeas seruum tuum possidere et is eo animo intret in possessionem, ut nolit tibi, sed <sup>3</sup>  
 20 potius Titio adquirere, non est tibi adquisita possessio. Per procuratorem tutorem cura-  
 toremue possessio nobis acquiritur. cum autem suo nomine nacti fuerint possessionem, non  
 cum ea mente, ut operam dumtaxat suam accommodarent, nobis non possunt adquirere.  
 alioquin si dicamus per eos non acquiri nobis possessionem, qui nostro nomine accipiunt,  
 futurum, ut neque is possideat cui res tradita sit, quia non habeat animum possidentis, <sup>4</sup>  
 25 neque is qui tradiderit, quoniam cesserit possessione. Si iusserim uenditorem pro- [Ep. 6, 5  
 curatori rem tradere, cum ea in praesentia sit, uideri mihi traditam Priscus ait, idemque  
 esse, si nummos debitorem iusserim alii dare. non est<sup>3</sup> enim corpore et tactu ne- [Ep.]  
 cesse adprehendere possessionem, sed etiam oculis et affectu argumento esse eas res, quae <sup>5</sup>  
 30 propter magnitudinem ponderis moueri non possunt, ut columnas, nam pro traditis eas l. 249  
 haberi, si in re praesenti consenserint: et uina tradita uideri, cum claues cellae uinariae  
 emptori traditae fuerint. Municipes per se nihil possidere possunt, quia uniuersi [Ep. 6, 6  
 consentire non possunt. forum autem et basilicam hisque similia non possident, sed pro-  
 miscue his utuntur. sed Nerua filius ait, per seruum quae peculiariter adquisierint et possi-  
 dere et usucapere posse: sed quidam contra putant, quoniam ipsos seruos non possideant. <sup>6</sup>  
 35

—FXYZM(OC)

1) acquiri nobis?    2) recte per eum ins.    3) est] esse?

[impuberem] inpossessipuberem  $M^a$  | possi-  
 dere] pondere  $F^1$  2 auctore tutore  $X$  | ad-  
 quirat poss.] sibi adq. poss.  $XC$ , adq. poss.  
 non dubitatur  $M^a$  | possis] possit  $X^2$ , possem  
 $YM^a$ , posema  $M^a$ , om.  $X^a$  3 siue (suum  $YC$ )  
 puberem siue impuberem] siue (siue om.  $O$ )  
 impuberem siue puberem  $ZO$ , om.  $X^2$  | ad-  
 quiret  $M$  4 si] maxime si  $X^2$  | iusserit] iussit  
 $YM$  | possessionem  $X$  5 sit] est  $Y^2ZMC$  |  
 posse om.  $X$  | licet]  $F^2X^2YMO$ C, liceat  $F^1X^2$   
 10 enim om.  $X^a$  | tantum causam] causam  
 tantum  $X$  | possideri] possidere  $X^a$  11 modo  
 om.  $X^a$  12 seruum] seruos  $X^a$  | heredita-  
 rium ... 13 hereditatis om.  $F^1$  13 agitur]  
 $FY^2Z^2MC$ , agitur  $XY^2Z^2O$  14 tractatum  
 $X^2MOC$  15 me om.  $Z^a$  16 sit om.  $X^a$  |  
 parte]  $m^a$   $F^2$ , om.  $Y$  17 causa legati habet]  
 legati habet causa  $X$  18 quia] qua  $Y$  21 ad-

quisita]  $FY^2$ , quaesita  $XY^2ZMOC$  23 pos-  
 sunt adquirere]  $FXO$ , possunt .. adquirere  $M$ ,  
 possumus adquirere  $YZC$  25 habeat (habet  
 $XOC$ ) animum] animum habet  $M$  | possiden-  
 tia]  $FX^2Y^2Z^2MO^a$ , possidendi  $X^2Y^2O^2C$ , pos-  
 sidenti  $Z^a$  26 is] his  $F^1$  | possessione]  $F^2YZ$ ,  
 possessionem  $F^2XYMOC$  | iusserim] iussero  
 $XC$  | procuratori] procuratori meo  $Z^a$  27 mihi  
 om.  $F^1$  28 alii dare om.  $X$  | tactu] *Grotius*  
*aliquae cum B: οὐ γὰρ μόνον τῆς σωματικῆς*  
*ἀφ' ἧς χρεια ἔστιν, actu libri* 29 argumento]  
 et argumento  $F^2XYZMOC$  30 ponderis mou-  
 ueri] temporis mori  $F^2$  | traditis] tradita  $Z^a$   
 31 consenserit]  $n^t$   $F^2$  | uimarie  $O^a$ , unarie  $X^a$   
 32 uniuersi] uni  $F^1$  33 et] ex  $M$  | ba] c] sili-  
 cam  $F^2$  34 quae ... adquisierint]  $FX^2$ , quae ...  
 adquisierit  $X^2M$ , qui ... adquisierit  $YZOC$   
 35 possideant] possideant  $F^a$ , possident  $MC$

- 2 ULPIANUS libro septuagesimo ad edictum. Sed hoc iure utimur, ut et possidere et usucapere municipes possint idque<sup>1</sup> eis et per seruum et per liberam personam adquiratur. [B. 50, 2, 1 E]
- 3 PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Possideri autem possunt, [B. 50, 2, 2 E]
- 1 quae sunt corporalia. Et apiscimur possessionem corpore et animo, neque per se animo<sup>5</sup> aut per se corpore. quod autem diximus et corpore et animo adquirere nos debere possessionem, non utique ita accipiendum est, ut qui fundum possidere uelit, omnes glebas circumambulet: sed sufficit quamlibet partem eius fundi introire, dum mente et cogitatione
- 2 hac sit, uti totum fundum usque ad terminum uelit possidere. Incertam partem rei possidere nemo potest, ueluti si hac mente sis, ut quidquid Titius possidet, tu quoque uelis
- 3 possidere. Neratius et Proculus et solo animo non posse nos adquirere possessionem, si non antecedit naturalis possessio. ideoque si thesaurum in fundo meo positum sciam, continuo me possidere, simul atque possidendi affectum habuero, quia quod desit naturali possessioni, id animus implet. ceterum quod Brutus et Manilius putant eum, qui fundum longa possessione cepit, etiam thesaurum cepisse, quamuis nesciat in fundo esse, non est
- 4 uerum: is enim qui nescit non possidet thesaurum, quamuis fundum possideat. sed et si sciat, non capiet longa possessione, quia scit alienum esse. quidam putant Sabini sententiam ueriores esse nec alias cum qui scit possidere, nisi si loco motus sit, quia non sit
- 5 ita et possidere ex una dumtaxat causa possumus. Ex contrario plures eandem rem in solidum possidere non possunt: contra naturam quippe est, ut, cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere uidearis. Sabinus tamen scribit eum qui precario dederit et ipsum
- 6 possidere et eum qui precario acceperit. idem Trebatius probabat existimans posse alium iuste, alium iniuste possidere, duos iniuste uel duos iuste non posse. quem Labeo reprehendit, quoniam in summa possessionis non multum interest, iuste quis an iniuste possideat: quod est uerius. non magis enim eadem possessio apud duos esse potest, quam ut tu stare uidearis in eo loco, in quo ego sto, uel in quo ego sedeo, tu sedere uidearis. In amittenda
- FXYZM(OC)*

<sup>1</sup> indeque?    <sup>2</sup> pluribus (u. i.)?    <sup>3</sup> et eum qui usuceperit et] eum qui usucaperet?

1 libro xl X, libro uii Y, libro xxvii O 2 possunt X<sup>c</sup>C 4 quinquagesimo quarto] xliiii YM, xliiii Z 5 corporalia sunt M | apiscimur] adipiscimur XYZMOC 6 aut] neque ZC | et corpore] FX<sup>c</sup>, corpore X<sup>c</sup>YZMOC | debere nos poss. X, nos poss. debere C 7 utique] utraque F<sup>2</sup> | glebas F 8 circumambulet] circumuenire ambulet X<sup>c</sup> | quamlibet partem] quam libertatem F<sup>2</sup> | introiri M, introre X<sup>c</sup>, tutore Y<sup>c</sup> 9 totum om. Y 10 nemo potest possidere YZ | possideat YZ, possideret O 11 proculis X<sup>c</sup> | et solo] F<sup>2</sup>, solo F<sup>2</sup>XYZMOC | possessionem adquirere Z, adq. poss. aiunt X 13 me (me om. Z<sup>c</sup>) continuo YZ | possidenti X<sup>c</sup> | quod] FX<sup>c</sup>Y<sup>c</sup>O om. X<sup>c</sup>Y<sup>c</sup>ZMC 15 ceperit YZMO | nasciat F<sup>2</sup> | in fundo esse] esse in fundo esse Y<sup>c</sup>, esse in fundo Y<sup>c</sup> | non] quod non XYZMOC 16 is enim qui] FX<sup>c</sup>M<sup>c</sup>C, si enim qui X<sup>c</sup>M<sup>c</sup>, si enim, YZO | si om. Z<sup>c</sup> 17 capiat Y<sup>c</sup> 18 alia Z<sup>c</sup> | nisi si] nisi XYZMOC 19 plurimis] pluribus Z 20 putant om. X<sup>c</sup> | eum qui] qui eam M, qui cum O<sup>c</sup> | usuceperit et pro emptore et pro suo possidere] non recte haec explicant plerique ex D. 41, 10, 1 fn.: nam

causa nulla apparet, cur Paulus hoc loco pro simplici casu et communi (u. l. 1 cit. uerb. ut puta) exempli causa citarit dubium et praeterea uiz memoratum: deinde si hoc uoluit, certe dicendum erat usuceperit pro emptore, et pro emptore: denique post impletam usucapionem etsi uidentur quidam possessionem admisisse pro suo, tamen admissam esse etiam possessionem pro emptore nec probatum est nec probabile 21 sic] sicuti MC | et si] et pro si X<sup>c</sup> | possideatbat M<sup>c</sup> | pro emptore (proheredemptore Y<sup>c</sup>) et pro herede] pro her. et pro empt. ZM 22 possideat] sic X<sup>c</sup> et rel., possideatbat X<sup>c</sup>, possidebat X<sup>c</sup> 23 et om. X<sup>c</sup>M | ex una] una ex M<sup>c</sup> 24 quippe] coeppa F<sup>2</sup> | cum om. X<sup>c</sup> | aliquod X<sup>c</sup> 25 uideari] F<sup>2</sup> | tamen] tantum XM<sup>c</sup>? | dederit et ... 26 qui precario om. F<sup>2</sup> 26 idem] item X | probabat] probat Y<sup>c</sup>O, approbatat X, approbat Y<sup>c</sup>ZMC | existimant F<sup>2</sup> 27 duos (duos om. F<sup>2</sup>) iniuste uel (uel om. Z<sup>c</sup>) del. X<sup>c</sup> | 'quem' labeo libro' F<sup>2</sup> | reprehendit F<sup>2</sup> 29 non enim magis XYZMOC | ut tu] uti X<sup>c</sup>, ut M 30 uidearis in eo F<sup>2</sup> | admittenda X<sup>c</sup>Z

possessione affectio eius qui possidet intuenda est: itaque si in fundo sis et tamen possidere, protinus amittes possessionem. igitur amitti et animo solo [Ep. 13, 7] quamvis adquiri non potest. Sed et si animo solo possideas, licet alius in [Ep.] sit, adhuc tamen possides. Si quis nuntiet domum a latronibus occupatam et do- timore conterritus noluerit accedere, amississe eum possessionem placet. quod si uel colonus, per quos corpore possidebam, decesserint discesserintue, animo retinebo sionem. Et si alii tradiderim, amitto possessionem. nam constat possidere nos, f. 250 aut nostra uoluntate discesserimus aut ui deiecti fuerimus. Si seruus, quem possi- , pro libero se gerat, ut fecit Spartacus<sup>1</sup>, et iudicium liberale pati paratus sit, non ur a domino possideri, cui se aduersarium praeparat. sed hoc ita uerum est, si 10 libertate moratur: alioquin si ex possessione seruitutis in libertatem reclamauerit rale iudicium implorauerit, nihilo minus in possessione mea est et animo eum pos- donec liber fuerit pronuntiatus. Saltus hibernos aestiuosque animo possidemus, is certis temporibus eos relinquamus. Ceterum animo nostro, corpore etiam alieno mus, sicut diximus per colonum et seruum, nec mouere nos debet, quod quasdam<sup>2</sup> 15 ignorantes possidemus, id est quas serui peculiariter parauerunt: nam uidemur eas lem et animo et corpore possidere. Nerua filius res mobiles excepto ho- [Ep. 6, 7] quatenus sub custodia nostra sint, hactenus possideri, id est quatenus, si uelimus, lem possessionem nancisci possimus. nam pecus simul atque aberrauerit aut uas ciderit, ut non inueniatur, protinus desinere a nobis possideri, licet a nullo [Ep.] 20 natur: dissimiliter atque si sub custodia mea sit nec inueniatur, quia praesentia eius tantum cessat interim diligens inquisitio. Item feras bestias, quas uiuariis incluse- et pisces, quos in piscinas coiecerimus, a nobis possideri. sed eos pisces, qui in sint, aut feras, quae in siluis circumseptis uagantur, a nobis non possideri, quo- elictae sint in libertate naturali: alioquin etiam si quis siluam emerit, uideri eum 25 feras possidere, quod falsum est. Aues autem possidemus, quas inclusas habemus, quae mansuetae factae custodiae nostrae subiectae sunt. Quidam recte putant co- quoque, quae ab aedificiis nostris uolant, item apes, quae ex alueis nostris euolant indum consuetudinem redeunt, a nobis possideri. Labeo et Nerua filius responde- esinere me possidere eum locum, quem flumen aut mare occupauerit. Si [Ep. 6, 8] 30 pud te depositam furti faciendi causa contractaueris, desino possidere. sed si eam M(OC)

icit Spartacus del.: certe debuit esse non ut fecit Spartacus, sed ut iudicium cet. 41, 3, 15, 1) <sup>2</sup> res ins. (u. i.)

uino uendito, cum uniuersae amphorae uini simul essent. sed uideamus, inquit, ne haec  
ipsa corporis traditio sit, quia nihil interest, utrum mihi an et cuilibet iusserim custodia  
tradatur. in eo puto hanc quaestionem consistere, an, etiamsi corpore || aceruus aut am-  
phorae adprehensae non sunt, nihilo minus traditae uideantur: nihil uideo interesse, utrum  
*FXYZM(OC)*

<sup>1</sup> permissam simileue quid ins.    <sup>2</sup> ueterem fieri] ueterem retineri?

1 soluatur  $X^2Z$ , soluatur  $O$  2 tenetur] te-  
nui tenetur  $X^2$  3 xxi  $Z$  4 consistit  
 $F^2$  (em.  $f$ ) | amisisse] amisse  $F$  | me om.  $X^2Y^2$   
5 cuius rei (rei om.  $C$ ) forsitan (forsitam  $F^2X$ )  
cuius forsitan rei  $Y$  6 neglectatque  $X^2$   
ommissa  $F$  | inuasit  $YMC$  7 nerua] uerua  $F^2$   
8 scripsit  $Y$  | possessionem] possessorem  $XZ$ ,  
inc.  $M^2$  9 eum om.  $YC$  10 sui] serui  $X^2$   
11 quoque] quasque  $X^2$  | rationum  $F^2$  12 com-  
festim  $F$  | homines autem retinentur si re-  
uertendi (reuertendi si  $M^2$ ) animum haberent  
(habeant  $X^2$ )  $FX^2M$ , hominis (homines  $Z^2$ )  
autem retinetur si reuertendi animum habe-  
ret (habeat  $X^2$ , habet  $C$ )  $X^2YZOC$  13 cum  
seruus  $X^2$  14 declarauit] declaratur  $Y$  | ex  
seruus  $M$  16 constauit  $F$  17 definitio-  
num] differentiarum  $XYZMO$  18 operis]  
operibus  $X$ , corporis  $Y^2$  19 tenetur  $Y^2M$  |  
mutuetur]  $FX^2Y^2ZO^2C$ , utetur  $X^2Y^2$ , utatur

uel mutuetur  $O^2$ , nitatur  $M^2$ , inc.  $M^2$  (in mar-  
gine laudata *Pisana*) | qui'a in  $F^2$  20 habere  
om.  $X^2C$  | non tantum] tantum non  $X^2$ , tamen  
non  $X^2$  21 sed et] sed etiam  $MOC$  22 ta-  
men] tantum  $X^2M^2$ ? 23 ea] eam  $XYZMOC$   
25 esse] ex esse  $X^2$  | possessio neque] pos-  
sessionem neque  $F$  26 in fugam  $Z$  | si ne-  
que] sed neque  $M^2$  27 liberum esse se  $Z$  |  
acquiritur  $X^2$  28 iauolenus  $F^2$ , labeo  $XY$  |  
animo] solo animo  $X^2$  29 apisci nos] nos  
adipisci  $YZMOC$  | eum] cum  $XM$  30 custo-  
diam posuissem] custodiam posuisse  $C$ , cu-  
stodem posuissem  $XM$ , custodiam inposuis-  
sem  $Z$  31 uino uendito  $F^2$ , in uino uen-  
dito  $ZC$  32 et cuilibet]  $FYZ^2O$ , cuilibet  $M^2$ ,  
et cuilibet cui  $XZ^2C$ , cui  $M^2$  | custodiam  $Z$   
33 acerbus  $F$  34 adprehensae  $F$  | traditae]  
tradere  $Y$



9 in meam potestatem. Item si eam rem, quam seruus subripuerit, peculiari nomine teneat, non uideri in potestatem meam reuersam Pomponius ait, nisi ita habere coeperimus, quemadmodum habuimus, antequam subriperetur, aut, cum rescissemus, in peculio eum habere concessimus: item Labeo. Si rem, quam apud te deposueram, lucri faciendi causa uenderis, deinde ex paenitentia redemeris et eodem statu habeas: siue ignorante me siue sciente ea gesta sint, uideri in potestatem meam redisse secundum Proculi sententiam, quae et uera est. Si pupilli res subrepta sit, sufficere dicendum est, si tutor eius sciat rediisse eam in domum || pupilli: et si furioso, sufficere curatores scire. Tunc in potestatem domini redisse dicendum est, cum possessionem eius nactus sit iuste, ut auelli non possit, sed et tamquam suae rei: nam si ignorans rem mihi subreptam emam, non uideri in potestatem meam reuersam. Sed et si uindicauero rem mihi subreptam et litis aestimationem accepero, licet corporaliter eius non sim nactus possessionem, usucapietur. Idem dicendum est etiam si uoluntate mea alii tradita sit. Heres, qui in ius defuncti succedit, licet apud eum ignorantem ancillam furtiuam esse conceperit ea et pepererit, non tamen usucapiet. De illa quaeritur, si seruus meus ancillam, quam subripuit, pro libertate sua mihi dederit, an partum apud me conceptum usucapere possim. Sabinus et Cassius non putant, quia possessio quam seruus uitiose nactus sit, domino noceret, et hoc uerum est. Sed et si, ut seruum meum manumitterem, alius mihi furtiuam ancillam dederit eaque apud me conceperit et pepererit, usu me non capturum. idemque fore etiam, si quis eam ancillam mecum permutasset aut in solum dedisset, item si donasset. Si antequam pariat, alienam esse rescierit emptor, diximus non posse eum usucapere: quod si nescierit, posse. quod si, cum iam usucaperet, cognouerit alienam esse, initium usucapionis intueri debemus, sicut in emptis rebus placuit. Lana ouium furtiuarum si quidem apud furem detonsa est, usucapi non potest, si uero apud bonae fidei emptorem, contra: quoniam in fructu est, nec usucapi debet, sed statim emptoris fit. idem in agnis dicendum, si consumpti sint, quod uerum est. Si ex lana furtiua uestimentum feceris, uerius est, ut substantiam spectemus, et ideo uestis furtiua erit. Si rem pignori datam debitor subripuerit et uendiderit, BS. 60, 5, 36 sch. 6 usucapi eam posse Cassius scribit, quia in potestatem domini uidetur peruenisse, qui BS pignori dederit, quamuis cum eo furti agi potest: quod puto rectius dici. Si tu me uexpuleris de fundi possessione nec adprehenderit possessionem, sed Titius in uacua possessionem intrauerit, potest longo tempore capi res: quamuis enim interdictum unde uelocum habeat, quia uerum est ui me deiecit, non tamen uerum est et ui possessum Ceterum etiamsi mala fide fundum me possidentem deieceris et uendideris, non poteris capi, quoniam uerum est ui possessum esse licet non a domino. Idem dicendum est in eo qui eum expulit qui pro herede possidebat, quamuis sciat esse hereditarium, quoniam possidet. Si dominus fundi possessorem ui deiecerit, Cassius ait non uideri in potestatem eius redisse, quando interdicto unde ui restitutus sit possessionem. Si uiam habeam per tuum fundum et tu me ab ea ui expuleris, per longum tempus non utendo amittam uiam, quia nec possideri intellegitur ius incorporale nec de uia quis (id est mero iure) detruditur. Item si occupaueris uacua possessionem, deinde uenientem dominum prohibueris, non uideberis ui possedisse. Libertatem seruitutium usucapi posse uerius est, quia eam usu-

F(XYMOG)

<sup>1</sup> rem ins.

4 labeo] labeo ait F<sup>2</sup> | deposueram] deposuimus F<sup>o</sup> 5 deinde] denide F (em. f) | penitentia F 8 potestate F 9 a n' uelli F<sup>2</sup> 13 meam F (em. f) 14 usucapio'et F<sup>2</sup> 17 n' n'ctus F<sup>2</sup> 20 antequam a pariat F<sup>2</sup> 21 quod om. F<sup>o</sup> 25 consumpti's' sint F<sup>2</sup> 27 rem] nem F<sup>o</sup> 28 scriuit F<sup>2</sup> | potestate F 34 ui] si F<sup>2</sup> | non om. F<sup>2</sup> 35 post hereditarium add. si fundum alienum bona fide possidentem quis (quis om. O<sup>2</sup>) sciens esse alie-

num expulit, usucapere non potest X<sup>o</sup> non habent haec FX<sup>o</sup> (ubi § 23—25 in litteris scriptae sunt) YMOG: Graecorum cum Florentina consensum ostendit epitome §. 23. 24: λέ ον εἶχον κακή πίστει ἢ νομιζῶν εἶναι καθρονόμος ἀπὸν ἀφείλογ, οὔ δεσπόμεναι διὰ τῆς χρισεως B (Anon.) 37 restitutus F 38 al ea uij] a] ueamihi F<sup>2</sup> 40 uaquam F 41 uideueris F<sup>2</sup>

captionem sustulit lex Scribonia, quae seruitutem constituēbat, non etiam eam, quae libertatem praestat sublata seruitute. itaque si, cum tibi seruitutem deberem, ne mihi putaliceret altius aedificare, <sup>1</sup> et per statutum tempus altius aedificatum habuero, sublata erit seruitus.

GAIVS libro uicensimo primo ad edictum prouinciale. Naturaliter interruptitur [B. 50, 3, 5] <sup>4</sup> E\* possessio, cum quis de possessione uideatur uel alicui res eripitur. quo casu non aduersus eum tantum, qui eripit, interruptitur possessio, sed aduersus omnes. nec eo casu quicquam interest, is qui usurpauerit dominus sit nec ne: ac ne illud quidem interest, pro suo quisque possideat an ex lucratia causa.

ULPIANUS libro undecimo ad edictum. In usucapionibus non a momento ad [B. 50, 3, 6] <sup>9</sup> E momentum, sed totum postremum diem computamus. f. 255'

IDEM libro uicensimo septimo ad Sabinum. Ideoque qui hora sexta diei kalendaram Ianuariarum possidere coepit, hora sexta noctis pridie kalendas Ianuarias implet usucapionem. <sup>14</sup>

PAULUS libro duodecimo ad edictum. Labeo Neratius responderunt ea, quae [B. 50, 3, 7] <sup>14</sup> E serui peculiariter nacti sunt, <sup>2</sup> usucapi posse, quia haec etiam ignorantes domini usucapiunt: idem Iulianus scribit. Sed eum, qui suo nomine nihil usucapere potest, ne per seruum quidem posse Pedius scribit.

GAIVS libro quarto ad edictum prouinciale. Usucapionem recipiunt maxime [B. 50, 3, 8] <sup>20</sup> E res corporales, exceptis rebus sacris, sanctis, publicis populi Romani et ciuitatum, item <sup>20</sup> liberis hominibus.

ULPIANUS libro sexto decimo ad edictum. Si aliena res bona fide empta sit, [B. 50, 3, 9] <sup>25</sup> E quaeritur, ut usucapio currat, utrum emptionis initium ut bonam fidem habeat exigimus, an traditionis. et optinuit Sabini et Cassii sententia traditionis initium spectandum. Hoc iure utimur, ut seruitutes per se nusquam longo tempore capi possint, cum aedificiis <sup>25</sup> possint. Scaeuola libro undecimo quaestionum scribit Marcellum existimasse, si bos apud furem concepit uel apud furis heredem pariatque apud furis heredem, usucapi ab herede distractum iuuenem non posse: sic, inquit, quemadmodum nec ancillae partus. Scaeuola autem scribit se putare usucapere posse <sup>3</sup> et partum: nec enim esse partum [D. 50, 16, 26] <sup>30</sup> rei furtinae partem. ceterum si esset pars, nec si apud bonae fidei emptorem peperisset, <sup>30</sup> usucapi poterat.

PAULUS libro nono decimo ad edictum. Neque seruus neque per seruum [B. 50, 3, 10] <sup>35</sup> E dominus, qui apud hostes est, possidet.

IDEM libro uicensimo primo ad edictum. Si ab eo emas, quem praetor uel [B. 50, 3, 11] <sup>35</sup> E tuit alienare, idque tu scias, usucapere non potes.

IDEM libro quinto ad Plautium. Pignori rem acceptam usu non capimus, [B. 50, 3, 12] <sup>40</sup> E quia pro alieno possidemus. Eum, qui a furioso bona fide emit, usucapere posse responsam est. Si mandauero tibi, ut fundum emas, ex ea causa traditum tibi diutina possessione capis, quamuis possis uideri non pro tuo possidere, cum nihil intersit, quod mandati iudicio tenearis. <sup>40</sup>

IDEM libro tertio decimo ad Plautium. Id tempus uenditoris prodest emptori, [B. 50, 3, 13] <sup>40</sup> E quo antequam uenderet possedit: nam si postea nactus est possessionem uenditor, haec possessio emptori non proficiet. In re legata in accessione temporis, quo testator possedit, legatarius quodammodo quasi heres est.

### F(XYMOG)

<sup>1</sup> altius aedificauero *ins. aut et del.* <sup>2</sup> ab infante quoque et furioso *supple uel similia* (cf. D. 41, 2, 1, 5) <sup>3</sup> emptorem *ins.*

1 scribonia] FM (marg. P[isis] noconia), uoconia X<sup>2</sup>O, ueconia X<sup>2</sup>, uocania YC | quae] quem F<sup>2</sup> | ea'm' F<sup>2</sup> 2 ita'que' F<sup>2</sup> | debere F<sup>2</sup> 6 deicitur F<sup>2</sup> 12 diei] f, dei F: ἐν ἑκτῇ ὥρᾳ τῶν Ἰαννουαρίων κalendarῶν B (Anon.) |

kalandarum F 13 hor'ta F<sup>2</sup> 24 spectantium F<sup>2</sup> 30 esse F | emptore'm' F<sup>2</sup> | peperisse F 34 quem] quae F<sup>2</sup> 35 potest F: οὐ δεσπόσεις διὰ τῆς χρέως B 36 non om. F<sup>2</sup> 42 uendere't' F<sup>2</sup> 48 quo] qua F<sup>2</sup>

- 15 **IDEM** libro quinto decimo ad Plantium. Si is, qui pro emptore possidebat, B. 50, 3, 14 ante usucapionem ab hostibus captus sit, uidendum est, an heredi eius procedat usucapio: nam interrumpitur usucapio, et si ipsi reuerso non prodest, quemadmodum heredi eius proderit? sed uerum est eum in sua uita desisse possidere, ideoque nec postliminium ei prodest, ut uideatur usucepisse<sup>1</sup>. quod si seruus eius, qui in hostium potestate est, emerit, in pendenti esse usucapionem Iulianus ait: nam si do- Iul. D. 49, 15, 22, 3. Tryph. 49, 15, 12, 2 minus reuersus fuerit, intellegi usucaptum: si ibi decesserit, dubitari, an per legem Corneliam ad successores eius pertineat. Marcellus posse plenius fictionem legis accipi. quemadmodum enim postliminio reuersus plus iuris habere potest in his, quae serui egerunt, quam his, quae per se uel per seruum possidebat, cum ad hostes peruenit. nam hereditatem in quibusdam uice personae fungi receptum est. ideoque in successoribus locum non habere usucapionem<sup>2</sup>. Si seruus, quem possidebam, fugerit, si<sup>3</sup> pro libero se gerat, uidebitur a domino possideri: sed hoc tunc intellegendum est, cum, si adprehensus fuerit, non sit paratus pro sua libertate litigare: nam si paratus sit litigare, non uidebitur a domino possideri, cui || se aduersarium praeparauit. Si quis bona fide possidens ante usucapionem amissa possessione cognouerit esse rem alienam et iterum nanciscatur possessio- nem, non capiet usu, quia initium secundae possessionis uitiosum est. Si ex testamento uel ex stipulatu res debita nobis tradatur, eius temporis existimationem nostram intuentiam, quo traditur, quia concessum est stipulari rem etiam quae promissoris non sit.
- 16 **IAUOLENUS** libro quarto ex Plautio. Serui nomine, qui pignori datus est, ad B. 50, 3, 15 exhibendum cum creditore, non cum debitore agendum est, quia qui pignori dedit, ad usucapionem tantum possidet, quod ad reliquas omnes causas pertinet, qui accepit possidet, adeo ut adici possit et possessio eius qui pignori dedit.
- 17 **MARCELLUS** libro septimo decimo digestorum. Si per errorem de alienis B. 50, 3, 16 fundis quasi de communibus iudicio communi diuidendo accepto ex adiudicatione possidere coeperim, longo tempore capere possum.
- 18 **MODESTINUS** libro quinto regularum. Quamuis aduersus fiscum usucapio non B. 50, 3, 17 procedat, tamen ex bonis uacantibus, nondum tamen nuntiatis, emptor praedii ex isdem bonis exstiterit, recte diutina possessione capiet: idque constitutum est.
- 19 **IAUOLENUS** libro primo epistularum. Si hominem emisti, ut, si aliqua con- B. 50, 3, 18 dicio extitisset, inemptus fieret, et is tibi traditus est et postea condicio emptionem resoluit tempus, quo apud emptorem fuit, accedere uenditori debere existimo, quoniam eo genere

*F(XYMOO)*

<sup>1</sup> an heredi eius procedat usucapio. sed uerum est eum in sua uita desisse possidere: ideoque nec postliminium ei prodest, ut uideatur usucepisse: nam interrumpitur usucapio. et si ipsi reuerso non prodest, quemadmodum heredi eius proderit? <sup>2</sup> *Paulus uidetur scripisse talia*: nam si dominus reuersus fuerit, intellegi usucaptum: si ibi decesserit, [per legem Corneliam ad successores eius pertinere. quod si ipse possederit, potest] dubitari, an per legem Corneliam ad successores eius pertineat. Marcellus posse plenius fictionem legis accipi. quemadmodum enim postliminio reuersus plus iuris habere potest in his quae serui egerunt quam in his quae per se uel per seruum possidebat, [ita a captiuo coepta usucapio cum ipsi interrumpatur nec restituatur ne postliminio quidem, hereditas eius propter fictionem legis Corneliae eodem loco esse uidetur quo sunt hereditates omnes, ut coepta usucapio impleatur:] nam hereditatem in quibusdam uice personae fungi receptum est. [sed uerius est Iuliani sententia exceptis rebus peculiaribus possessionem semper interrumpi captiuitate] ideoque in successoribus locum non habere usucapionem (u. i.) <sup>3</sup> si] etsi? <sup>4</sup> qui in.

1 quinto] quarto *F*<sup>2</sup> | decimo *om. F*<sup>2</sup> 5 potestate *m' F*<sup>2</sup> 6 nam si dominus *seq.*] *Marcellus quomodo ab Iuliano, in notis opinor ad eum, circa hanc quaestionem dissenserit, intellegitur ex Tryphonino D. 49, 15, 12, 2*: Marcellus nihil interesse ipse possedisset an subiecto ei persona. *apparet autem compilatores Iuliani opinionem secutos ipsum tractatum Marcelli ita sustulisse, ut quaedam relinquerent obiter prolata neque cum recepta doctrina pugnan-*

*tia: ille qualis esse potuerit, supra declarare temptauit. ceterum Papinianus l. 44 § 7 h. t. uidetur consentire cum Marcello 8 accepi F*<sup>1</sup> 11 uic'a'e *F*<sup>2</sup> 12 si] *F*, nisi *XYMOO* 13 uideuitur *F*<sup>2</sup> 14 nam] nonam *F*<sup>2</sup> 18 nouis *F*<sup>2</sup> 23 adeo ut *seq.*] *ἀμέλει καὶ προκρίθεται ἡ νόμῃ αὐτοῦ B (Anon.)* 25 adiudicationem possiderim coeperim *F*<sup>2</sup> 28 h'is-dem *F*<sup>2</sup>

retro acta uenditio esset redhibitioni similis, in qua non dubito tempus eius qui redhibuerit uenditori accessurum, quoniam<sup>1</sup> ea uenditio proprie dici non potest.

IDEM libro quarto epistularum. Possessio testatoris ita heredi procedit, si B. 50, 3, 19 *E*  
medio tempore a nullo possessa est. 4

IDEM libro sexto epistularum. Ei, a quo fundum pro herede diutius possidendo capturus eram, locaui eum: an ullius momenti eam locationem existimes, quaero: quod si nullius momenti existimas, an durare nihilo minus usucapionem eius fundi putes. item quaero, si eidem uendidero eum fundum, quid de his causis, de quibus supra quaesii, existimes. respondit: si ia, qui pro herede fundum possidebat, domino eam locaui, nullius momenti locatio est, quia dominus suam rem conduxisset: sequitur ergo, ut ne possessionem quidem locator retinuerit, ideoque longi temporis praescriptio non durauit. in uenditione idem iuris est, quod in locatione, ut emptio suae rei consistere non possit.

IDEM libro septimo epistularum. Heres et hereditas tametsi duas appellationes recipiunt, unius personae tamen uice funguntur. B. 50, 3, 21. BS. 17, 1, 20 sch. 44 *E*  
14

IDEM libro nono epistularum. Eum, qui aedes mercatus est, non puto aliud quam ipsas aedes possidere: nam si singulas res possidere intellegatur, ipsas non possidebit: separatis enim corporibus, ex quibus aedes constant, uniuersitas aedium intellegi non poterit. accedit eo, quod, si quis singulas res possidere dixerit, necesse erit dicat<sup>2</sup> possessione superficiei temporis de mobilibus statuto locum esse, solum se capturum esse ampliori: quod absurdum et minime iuri ciuili conueniens est, ut una res diuersis temporibus capiatur, ut puta cum aedes ex duabus rebus constant, ex solo et superficie, et uniuersitas earum possessionem temporis immobilium rerum omnium mutet<sup>3</sup>. Si autem columna euicta fuerit, puto te ex empto cum uenditore recte acturum et eo genere rem saluam habiturum. Si autem demolita domus est, ex integro res mobiles possidendae sunt, ut tempore, quod in usucapione rerum mobilium constitutum est, usucapiantur. et non potest recte uti eo tempore, quo in aedificio fuerunt: nam quemadmodum eas solas et separatas ab aedificio non possedisti, sic nec penes te singulae aut separatae fuerunt et cohaerentibus his in aedificio, depositis aedibus<sup>4</sup>, quae hoc quoque ipsum continent. neque enim recipi potest, ut eadem res et ut res soli et tamquam mobilis sit possessa. 29

POMPONIUS libro uicensimo quarto ad Quintum Mucium. Ubi lex inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. Interdum etiamsi non fuerit inchoata usucapio a defuncto, procedit heredi eius: ueluti si uitium, quod obstabat non ex persona, sed ex re, purgatum fuerit, ut puta si fisci res esse desierit aut furtiua aut ui possessa.

LICINIUS RUFINUS libro primo regularum. Sine possessione usucapio contingere non potest. B. 50, 3, 23 *Ef*  
35

ULPIANUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Numquam superficies sine solo capi longo tempore potest. B. 50, 3, 24 *S*

IDEM libro trigensimo primo ad Sabinum. Celsus libro trigensimo quarto errare eos ait, qui existimarent, cuius rei quisque bona fide adeptus sit possessionem, pro *F(XYMO)*

<sup>1</sup> idem Graeci (ῥάπ): quamquam (Cuiacius)? <sup>2</sup> in *ins. (edd.)* <sup>3</sup> talia expectamus: ut potius, cum aedes ex duabus rebus constant, ex solo et superficie, uniuersitas earum possessione temporis immobilium rerum dominum mutet (u. i.) <sup>4</sup> nam quemadmodum eas solas et separatas ab aedificio non possedisti nisi depositis aedibus, quae hoc quoque ipsum continent, sic nec penes te singulae aut separatae fuerunt cohaerentibus his in aedificio?

1 redhibitioni *F*<sup>1</sup> 2 propriae *F*<sup>2</sup> 5 herede] *f*, here *F*<sup>6</sup> eram] earum *F*<sup>7</sup> minus 'usu' capionem *F*<sup>8</sup> 8 quaesi] *F*<sup>11</sup> qui d' de m' *F*<sup>12</sup> | uenditione m' *F*<sup>16</sup> 16 ipsas non] ipsas aedes non *F*<sup>17</sup> | possident *F*<sup>17</sup> 17 constant *F*<sup>18</sup> 18 accidit *F*<sup>19</sup> 19 temporibus de mobilibus statuto] *F*<sup>21</sup>, temporibus de mobilibus statuta *F*<sup>21</sup> | ampliari *F*<sup>21</sup> 21 et superficie] ex superf. *F*<sup>22</sup> 22 possessionem temporis immobilium rerum

omnium mutet] possessione (— nem *X*<sup>2</sup>, ex poss. *C*) temporis (temp. *om.* *M*) immob. rer. dominium (dominum *O*?) mutet *XYMO*, *inc.* *Y*<sup>23</sup> 23 te] ue *F*<sup>24</sup> | et 'ex' eo *F*<sup>24</sup> 24, mobiles *F*<sup>25</sup> 25 usucapiantur *F*<sup>26</sup> | potest *F*<sup>26</sup> 26 separata's' *F*<sup>27</sup> 27 p' a' nes *F*<sup>28</sup> 28 qu' a' e *F*<sup>31</sup> 31 etiamsi 'non' fuerit' *F*<sup>33</sup> 33 fuerit 'ex re' utputa *F*<sup>33</sup> | furtiua 'e' aut *F*<sup>33</sup>



- suo usucapere eum posse<sup>1</sup> nihil referre, emerit nec ne, donatum sit nec ne, si modo emptum uel donatum sibi existimauerit, quia neque pro legato neque pro donato neque pro dote usucapio ualeat, si nulla donatio, nulla dos, nullum legatum sit. idem et in litis [B. 50, 3, 26] aestimatione placet, ut, nisi uere quis litis aestimationem subierit, usucapere non possit. 4
- 28 POMPONIUS libro septimo decimo ad Sabinum. Si seruo furiosi uel infantis [B. 50, 3, 27] S res tradita sit, usu per eum eas personas capere posse constat.
- 29 IDEM libro uicensimo secundo ad Sabinum. Cum solus heres essem, existi- [B. 50, 3, 28] S marem autem te quoque pro parte heredem esse, res hereditarias pro parte tibi tradidi. propius est, ut usu eas capere non possis, quia nec pro herede usucapi potest quod ab herede possessum est neque aliam ullam habes causam possidendi. ita tamen hoc uerum 10 est, si non ex transactione id factum fuerit. idem dicimus, si tu quoque existimes te heredem esse: nam hic quoque possessio ueri heredis obstabit tibi.
- 30 IDEM libro trigensimo ad Sabinum. Rerum mixtura facta an usucapionem [B. 50, 3, 29] S cuiusque praecedentem interrumpit, quaeritur. tria autem genera sunt corporum, unum, quod continetur uno spiritu et Graece ἠνωμένον uocatur, ut homo tignum lapis et similia: 15 alterum, quod ex contingentibus, hoc est pluribus inter se cohaerentibus constat, quod CΥΝΗΜΜΕΝΟΝ uocatur, ut aedificium nauis armarium: tertium, quod ex distantibus constat, ut corpora plura non<sup>2</sup> soluta, sed uni nomini subiecta, ueluti populus legio grex. primum 1 genus usucapione<sup>3</sup> quaestionem non habet, secundum et tertium habet. Labeo libris epistularum<sup>4</sup> ait, si is, cui ad tegularum uel columnarum usucapionem decem dies superessent, 20 in aedificium eas coniecisset, nihilo minus eum usucapturum, si aedificium possedisset. quid ergo in his, quae non quidem implicantur rebus soli, sed mobilia permanent, ut in anulo gemma? in quo uerum est et aurum et gemmam possideri et usucapi, cum utrumque 2 maneat integrum. De tertio genere corporum uidendum est. non autem grex uniuersus sic capitur usu quomodo singulae res, nec sic quomodo cohaerentes. quid ergo est? etsi 25 ea natura eius est, ut adiectionibus corporum maneat, non item tamen uniuersi gregis ulla est usucapio, sed singulorum animalium sicuti possessio, ita et usucapio. nec si quid emptum immixtum fuerit gregi augendi eius gratia, idcirco possessionis causa mutabitur, ut, si reliquus grex domini mei sit, haec quoque ouis, sed singulae suam causam habebunt, ita 30 ut, si quae furtivae erunt, sint quidem ex grege, non tamen usucapiantur. 30
- 31 PAULUS<sup>5</sup> libro trigensimo secundo ad Sabinum. Numquam in usucapionibus [B. 50, 3, 30] S iuris error possessori prodest: et ideo Proculus sit, si per errorem initio uenditionis tutor pupillo auctor factus sit uel post longum tempus uenditionis peractum<sup>7</sup>, usucapi non posse, 1 2 quia iuris error est. In usucapionibus mobilium continuum tempus numeratur. Seruus licet in libertate moretur, nihil possidet nec per eum alius. atquin si nomine alicuius, dum 35 in libertate moratur, nactus fuerit possessionem, adquiret ei, cuius nomine nactus fuerit. 3 Si seruus meus uel filius peculiari uel etiam meo nomine quid tenet, ut ego per eum ignorans possideam uel etiam usucapiam: si is furere coeperit, donec in eadem causa res fuerit, intellegendum est et possessionem apud me remanere et usucapionem procedere, sicuti per F(XYMOG)

<sup>1</sup> pro suo usucapere eum posse del. <sup>2</sup> non del. (Bernays: u. i.) <sup>3</sup> usucapione] huiusce modi? <sup>4</sup> libris posteriorum (cf. D. 40, 7, 21)? <sup>5</sup> sit ins. <sup>6</sup> Pomponius (Schulking)? <sup>7</sup> factus sit post tempus uenditione peracta (cf. D. 26, 8, 9, 5. 29, 2, 25, 4)?

7 esse] esse F<sup>1</sup> 9 ut] et F<sup>1</sup> 12 obstauit F<sup>1</sup> 14 cuiusqu'a'e F<sup>2</sup> 18 non delet Bernaysius citato loco huius simillimo Sexti Empirici adu. math. 9, 78: τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἐστὶν ἠνωμένα, τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, τὰ δὲ ἐκ διεστώτων. ἠνωμένα μὲν οὖν ἐστὶ τὰ ... ἐκ συναπτομένων δὲ τὰ ... ἐκ διεστώτων δὲ τὰ ἐκ διεzeugμένων καὶ ἐκχωρισμένων καὶ καθ' αὐτὰ ὑποκειμένων συγκείμενα, ὡς στρατιαὶ καὶ ποιμνία καὶ χοροὶ 19 usucapione quaestionem non habet] ἐπὶ οὖν τῶν ἠνωμένων οὐ δυνατὸν

ζητεῖν μίξιν B (Anon.) 20 tegulorum F<sup>1</sup> 21 coniecisset F<sup>2</sup> 22 solis sed F<sup>2</sup> 23 utrumque] uerumque F<sup>1</sup> 24 tertia F<sup>1</sup> 25 capiatur F<sup>2</sup> | cohaerentem F<sup>2</sup> | ergo est F<sup>2</sup> 26 idem F<sup>1</sup> | graegis F (em. f) 28 reliquus F (em. f) 29 'grex F<sup>2</sup> | ouis] quis F<sup>1</sup> 30 graege F<sup>2</sup> 31 libro's F<sup>2</sup> 32 si per errorem seq.] εἰ τὴν ἀρχὴν πωλοῦντι τῷ ἀνωβῶ μετὰ τὴν πράξιν ἀφαιρήσῃ ὁ ἐπιτροπος B (Anon.) 37 ergo F<sup>2</sup>

dormientes quoque eos idem nobis contingeret. idemque in colono et inquilino, per quos  
 4 possidemus, dicendum est. Si ui aut clam aut precario possessionem nactus quis postea  
 furere coeperit, et possessio et causa eadem durat de hoc, quod precario furiosus habet<sup>1</sup>,  
 quemadmodum interdicto quoque uti possidetis furiosi nomine recte experimur eius posses-  
 5 sionis nomine, quam ante furorem per se uel post furorem per alium nactus est. Uacuum s  
 tempus, quod ante aditam hereditatem uel post aditam intercessit, ad usucapionem heredi  
 6 procedit. Si defunctus emit, heres autem putat eum ex donationis causa possedissee, usu  
 eum capturum Iulianus ait.

32 POMPONIUS libro trigensimo secundo ad Sabinum. Si fur rem fur- B. 50, 8, 31. Ep. 16, 36 S  
 tiam a domino emerit et pro tradita habuerit, desinet eam pro furtiua possidere et incipiet 10  
 1 pro suo possidere. Si quis id, quod possidet, non putat sibi per leges licere usucapere,  
 dicendum est, etiamsi erret, non procedere tamen eius usucapionem, uel quia non bona  
 2 fide uideatur possidere uel quia in iure erranti non procedat usucapio. Incertam partem  
 possidere nemo potest: ideo si plures sint in fundo, qui ignorent, quotam quisque partem  
 possideat, neminem eorum mera suptilitate possidere Labeo scribit. 15

33 IULIANUS libro quadragesimo quarto digestorum. Non solum bonae fidei B. 50, 8, 31 S  
 emptores, sed et omnes, qui possident ex ea causa, quam usucapio sequi solet, partum  
 ancillae furtiuae usu suum faciunt, idque ratione iuris introductum arbitrator: nam ex qua  
 causa quis ancillam usucaperet, nisi lex duodecim tabularum uel Atinia obstaret, ex ea  
 causa necesse est partum usucapi, si apud eum conceptus et editus eo tempore fuerit, quo 20  
 1 furtiuam esse matrem eius ignorabat. Quod uulgo respondetur ipsum sibi causam posses-  
 sionis mutare non posse, totiens uerum est, quotiens quis sciret se bona fide non possidere  
 et lucri faciendi causa inciperet possidere: idque per haec probari posse. si quis emerit  
 fundum sciens ab eo, cuius non erat, possidebit pro possessore: sed si eundem a domino  
 emerit, incipiet pro emptore possidere, nec uidebitur sibi ipse causam possessionis mutasse. 25  
 idemque iuris erit etiam, si a non domino emerit, cum existimaret eum dominum esse.  
 idem hic si a domino heres institutus fuerit uel bonorum eius possessionem acceperit, in-  
 cipiet fundum pro herede possidere. hoc amplius si iustam causam habuerit existimandi  
 se heredem uel bonorum possessorem domino extitisse, fundum pro herede possidebit nec  
 causam possessionis sibi mutare uidebitur. cum haec igitur recipiantur in eius persona, 30  
 qui possessionem habet, quanto magis in colono recipienda sunt, qui || nec uiuo nec mortuo f. 257  
 domino ullam possessionem habet? et certe si colonus mortuo domino emerit fundum ab  
 eo, qui existimabat se heredem eius uel bonorum possessorem esse, incipiet pro emptore  
 2 possidere. Si dominus fundi homines armatos uenientes existimauerit<sup>2</sup> atque ita profugerit,  
 quamuis nemo eorum fundum ingressus fuerit, ui deiectus uidetur: sed nihilo minus id 35  
 praedium, etiam antequam in potestate domini redeat, a bonae fidei possessore usucapitur,  
 quia lex Plautia et Iulia ea demum uetuit longa possessione capi, quae ui possessa fuissent,  
 3 non etiam ex quibus ui quis deiectus fuisset. Si mihi Titius, a quo fundum petere uole-  
 bam, possessione cesserit, usucapionis causam iustam habebam. sed et is, a quo ex stipu-  
 lato fundum petere uolebam, cedendo mihi possessione, si soluendi causa id fecerit, eo ipso 40  
 4 efficiet, ut fundum longo tempore capiam. Qui pignori rem dat, usucapit, quamdiu res  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> de hoc quod precario furiosus habet *abundant* (u. i.)    <sup>2</sup> *idem Graeci* (νομίκας ἐνόπλους ἐπιβαίνειν B Anon.): extimuerit (Cuiacius)?

2 praecario F 3 de hoc seq.] ὥσπερ τὴν τῆς διακατοχῆς ἀγωγῆν ὀνόματι μαινόμενου δυνάμεθα κινεῖν (= ut interdicto uti possidetis furiosi nomine experiri possumus), οὕτως καὶ τῆ κατὰ παράκλησιν αὐτοῦ χρῆσθαι νόμῳ (= ita etiam precaria eius possessione uti), ἢν πρὸ τῆς μανίας δι' αὐτοῦ ἢ μετὰ ταύτην δι' ἑτέρου ἔσχη (= quam ante furorem per se uel post furorem per alium nactus est) B (Anon.):

*legerunt igitur Graeci ut nos distinguentes post durat | praecario F<sup>2</sup> 4 eius bis F (em. f) 14 ignore'nt F<sup>2</sup> | quisque] quisquam F<sup>2</sup> 16 bona'e F<sup>2</sup> 19 ancillem F<sup>2</sup> 20 partem usucepis apud F<sup>2</sup> 21 sini F<sup>2</sup> 22 's'ciret F<sup>2</sup> 24 possideuit F<sup>2</sup> 25 uideuitur F<sup>2</sup> 29 possideuit F<sup>2</sup> 30 sini F<sup>2</sup> | personam F 33 bonorem F (em. f) 37 fuisse'nt' F<sup>2</sup> 38 quis] quibus F<sup>2</sup> 39 is] sis F<sup>2</sup>*

apud creditorem est: si creditor eius possessionem alii tradiderit, interpellabitur usucapio: et quantum ad usucapionem attinet, similis est ei qui quid deposuit uel commodauit, quos palam est desinere usucapere, si commodata uel deposita res alii tradita fuerit ab eo, qui commodatum uel depositum accepit. plane si creditor nuda conuentione hypothecam contraxerit, usucapere debitor perseuerabit. Si rem tuam, cum bona fide possiderem, pignori tibi dem ignorantem tuam esse, desino usucapere, quia non intellegitur quis suae rei pignus contrahere. at si nuda conuentione pignus contractum fuerit, nihilo minus usucapiam, quia hoc quoque modo nullum pignus contractum uidetur. Si rem pignori datam creditoris seruus subriperit, cum eam creditor possideret, non interpellabitur usucapio debitoris, quia seruus dominum suum possessione non subuertit. sed et si debitoris seruus subriperit, quamuis creditor possidere desinat, tamen debitori usucapio durat, non secus ac si eam creditor debitori tradidisset: nam quantum ad usucapiones attinet, serui subtrahendo res non faciunt deteriore dominorum condicionem. facilius optinebitur, si precario possidente debitor seruus eius subriperit. nam conductio idem praestat, quod si<sup>1</sup> apud creditorem res esset: possidet enim hoc casu creditor. sed et si utrumque intercesserit et precarii rogatio et conductio, intellegitur creditor possidere et precarii rogatio non in hoc interponitur, ut debitor possessionem habeat, sed ut ei tenere rem liceat.

34 ALFENUS UARUS libro primo digestorum a Paulo epitomatorum. Si seruus [B. 50, 3, 32] inasciente domino rem peculiarem uendidisset, emptorem usucapere posse. S

35 IULIANUS libro tertio ad Urseium Ferozem. Si homo, cuius usus fructus [B. 50, 3, 33] legatus erat, ab herede numquam possessus subreptus fuisset, quacsitum est, quia heres furti actionem non haberet, an usucapi possit. Sabinus respondit nullam eius rei usucapionem esse, cuius nomine furti agi possit, agere autem furti eum, qui frui deberet, posse. quod si<sup>2</sup> accipiendum est, ut fructuarius poterit<sup>3</sup> uti frui: aliter enim homo in causa<sup>4</sup> non perduceretur. sed si utenti iam et fruenti abductus homo fuerit, non solum ipse, sed etiam heres furti agere poterit. S

36 GAIUS libro secundo rerum cottidianarum siue aureorum. Potest pluribus [B. 50, 3, 34] modis accidere, ut quis rem alienam aliquo errore deceptus tamquam suam uendat forte aut donet et ob id a bonae fidei possessore res usucapi possit: ueluti si heres rem defuncto commodatam aut locatam uel apud eum depositam existimans hereditariam esse alienauerit. S

1 Item si quis aliqua existimatione deceptus crediderit ad se hereditatem pertinere, quae ad eum non pertineat, et rem hereditariam alienauerit, aut si is, ad quem usus fructus ancillae pertinet, partem eius existimans suam esse, quia et fetus pecudum ad fructuarium pertinet, alienauerit, S

37 IDEM libro secundo institutionum. furtum non committit<sup>5</sup>: furtum enim sine affectu furandi non committitur<sup>6</sup>. Fundi quoque alieni potest [Gai. 2, 51] aliquis sine ui nancisci possessionem<sup>7</sup>, quae uel ex negligentia domini uacet uel quia dominus sine successore decesserit uel longo tempore afuerit. S

38 IDEM libro secundo rerum cottidianarum siue aureorum. Quam rem [I. 2, 6, 7. B. 50, 3, 36] ipse quidem non potest usucapere, quia intellegit alienum se possidere et ob id mala fide possidet. sed si alii bona fide accipienti tradiderit, poterit is usucapere, quia neque ui F(XYMO)

<sup>1</sup> quod si] quasi (u. i.)?    <sup>2</sup> sic (u. i.)?    <sup>3</sup> potuerit (Schulting)?    <sup>4</sup> causam (edd.)?  
<sup>5</sup> si is ad quem ancillae usus fructus pertinet, partem etiam suam esse credens uendiderit aut donauerit, furtum non committit (u. i.) Gaius    <sup>6</sup> aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine uitio furti rem alienam ad aliquem transferat et efficiat, ut a possessore usucapiatur ins. Gaius    <sup>7</sup> possessionem nancisci Gai.

1 interpellatur F<sup>2</sup>    4 creditor F<sup>2</sup>    5 perseuerauit F | fidei m' F<sup>2</sup>    9 eam] ea F | interpellatur F<sup>2</sup> | deutoris F<sup>2</sup>    10 seruus r' subr. F<sup>2</sup>    11 possidere ... 12 creditor bis F<sup>2</sup>    13 optineuitur F<sup>2</sup>    14 ante nam ins. uel si ex conducto possideo M (ubi idem adest in margine quoque cum nota libri P[isani]), uel ex conducto C | quod si] F, quasi XYMO 15 praecarii F<sup>2</sup>    16 praecarii F<sup>2</sup>    19 inasciente domino] FXYMO cum B: εν ἀρνοία moy B (Anon.), sciente domino C    23 possit] posse F<sup>2</sup>    24 si] sic f    35 committitur' furtum F<sup>2</sup>, committitur Gai liber Ueron. 39 rerum om. F<sup>2</sup>    41 fidei F<sup>2</sup>

possessum neque furtium possidet: abolita est enim quorundam ueterum sententia existimantium etiam fundi lociue furtum fieri.

- 39 MARCIANUS libro tertio institutionum. Si solum usucapi non poterit, nec superficies usucapietur. B. 50, 3, 37 S  
4
- 40 NERATIUS libro quinto regularum. Coeptam usucapionem a defuncto posse et ante aditam hereditatem impleri constitutum est. B. 50, 3, 38 S
- 41 IDEM libro septimo membranarum. Si rem subreptam mihi procurator meus adprehendit, quamvis per procuratorem possessionem apisci nos iam fere conueniat, nihilo magis eam in potestatem meam redisse usque capi posse existimandum est, quia contra statui captiosum erit. B. 50, 3, 39 Sf  
10
- 42 PAPINIANUS libro tertio quaestionum. Cum uir praedium dotale uendidit scienti uel ignorantem rem dotis esse, uenditio non ualet. quam defuncta postea muliere in matrimonio confirmari conuenit, si tota dos lucro mariti cessit. idem iuris est, cum is, qui rem furtiuam uendidit, postea domino heres exstitit. B. 50, 3, 40 P  
14
- 43 IDEM libro uicensimo secundo quaestionum. Heres eius, qui bona fide rem emit, usu non capiet sciens alienum, si modo ipsi possessio tradita sit: continuatio uero non impediatur heredis scientia. Patrem usu non capturum, quod filius emit, propter suam uel filii scientiam certum est. B. 50, 3, 41 P
- 44 IDEM libro uicensimo tertio quaestionum. Iusto errore ductus Titium filium meum et in mea potestate esse existimauimus, cum adrogatio non iure interuenisset: eum ex re mea quaerere mihi non existimo. non enim constitutum est in hoc, quod in homine libero qui bona fide seruit placuit: ibi propter adsiduam et cottidianam comparationem seruorum ita constitui publice interfuit, nam frequenter ignorantia liberos emimus, non autem tam facilis frequens adoptio uel adrogatio filiorum est. (Ep.) B. 50, 3, 42. Ep. 5, 28 P  
20
- 1 Constat, si rem alienam scienti mihi uendas, tradas autem eo tempore, quo dominus ratum habet, traditionis tempus inspiciendum remque meam fieri. Etsi sessionis, non contractus initium, quod ad usucapionem pertinet, inspicere placet, nonnumquam tamen euenit, ut non initium praesentis sessionis, sed causam antiquiorem traditionis, quae bonam fidem habuit, inspiciamus, ueluti circa partum eius mulieris, quam bona fide coepit possidere: non enim ideo minus capietur usu puer, quod alienam matrem, priusquam eniteretur, esse cognouit. idem in seruo postliminio reuerso dictum est. (Ep.) B. 50, 3, 43 S  
Ep. 9, 24
- 2 Nondum aditae hereditatis tempus usucapioni datum est, siue seruus hereditarius aliquid comparat, siue defunctus usucapere coeperat: sed haec iure singulari recepta sunt. Filius familias emptor alienae rei, cum patrem familias se factum ignoret, coepit rem sibi traditam possidere: cur non capiat usu, cum bona fides initio sessionis adsit, quamvis eum se per errorem esse arbitretur, qui rem ex causa peculiari quaesitam nec possidere possit? idem dicendum erit et si ex patris hereditate ad se peruenisse rem emptam non leui praesumptione credat. Non mutat usucapio supernueniens pro emptore uel pro herede, quo minus pignoris persecutio salua sit: ut enim usus fructus usucapi non potest, ita persecutio pignoris, quae nulla societate dominii coniungitur, sed sola conuentione constituitur, usucapione rei non peremittitur. Eum, qui postea quam usucapere coepit in furorem incidit, utilitate suadente relictum est, ne languor animi damnum etiam in bonis adferat, ex omni causa implere usucapionem. Si, cum apud hostes dominus aut pater agat, seruus aut filius emat, an et tenere incipiat? si quidem ex causa peculii possedit, usucapionem inchoari nec impedimento domini captiuitatem esse, cuius scientia non esset in ciuitate necessaria. si uero non ex causa peculii comparatur, usu non capi nec iure postliminii quaeratur. f. 258'

F(XYMOC)

<sup>1</sup> frequens del.    <sup>2</sup> coepi ... cognoui (Hal.)?    <sup>3</sup> receptum (Hal.)?

2 locine] locumue F<sup>1</sup> 9 usqu'a'e F<sup>2</sup> | est] et F<sup>1</sup> 12 rem] uem F<sup>2</sup> 16 continuatio'ne F<sup>2</sup> 17 herediscentia F 27 quod] Hal., non F<sup>2</sup> quo F<sup>1</sup> 30 puer] pure F<sup>2</sup> 32 numdum F<sup>1</sup> |

hereditati F | si'ue' F<sup>2</sup> 34 si'bi' F<sup>2</sup> 36 peculiari rem quaesitam F<sup>1</sup> 40 soci'etate F<sup>2</sup> 41 us'us'ucapione F<sup>2</sup> 42 utilitate'm' F<sup>1</sup> | suadente'm' F<sup>2</sup> 44 peculi'ri' F<sup>2</sup>

situm intellegi, cum prius esset, ut, quod usucaptum diceretur, possessum foret. sin autem pater ibi decesserit, quia tempora captiuitatis ex die quo capitur morti iungerentur, potest filium dici et possediisse sibi et usucepiasse intellegi.

- 45 IDEM libro decimo responsorum. Praescriptio longae possessionis ad opti- B. 50, 8, 43 P  
 nenda loca iuris gentium publica concedi non solet. quod ita procedit, si quis, aedificio 5  
 funditus diruto quod in litore posuerat (*forte quod aut deposuerat aut dereliquerat aedi-*  
*ficium*), alterius postea eodem loco extracto, occupantis<sup>1</sup> datam exceptionem opponat, uel  
 si quis, quod in fluminis publici deuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, [cf. D. 44, 3, 7  
 1 alterum eodem iure prohibeat. Post mortem domini, <sup>2</sup>seruus hereditarius peculii nomine  
 rem coepit tenere, usucapionis primordium erit tempus hereditatis aditae: quemadmodum 10  
 etenim usucapietur, quod ante defunctus non possederat?
- 46 HERMOGENIANUS libro quinto iuris epitomarum. Pro soluto usucapit, qui B. 50, 8, 44 P  
 rem debiti causa recipit: et non tantum quod debetur, sed et quodlibet pro debito solutum  
 hoc titulo usucapi potest. 14
- 47 PAULUS libro tertio ad Neratium. Si emptam rem mihi procurator ignorante B. 50, 3, 45 P  
 me meo nomine adprehenderit, quamuis possideam, eam non usucapiam, quia ut ignorantes  
 usuceperimus, in peculiaribus tantum rebus receptum est.
- 48 IDEM libro secundo manualium. Si existimans debere tibi tradam, ita demum B. 50, 3, 46 P  
 usucapio sequitur, si et tu putas debitum esse. aliud, si putem me ex causa uenditi teneri  
 et ideo tradam: hic enim nisi emptio praecedat, pro emptore usucapio locum non habet. 20  
 diuersitatis causa in illo est, quod in ceteris causis solutionis tempus inspicitur neque in-  
 terest, cum stipulor, sciam alienum esse nec ne: sufficit enim me putare tuum esse, cum  
 soluis: in emptione autem et contractus tempus inspicitur et quo soluitur: nec potest pro  
 emptore usucapere, qui non emit, nec pro soluto, sicut in ceteris contractibus. 24
- 49 LABEO libro quinto pithanon a Paulo epitomatorum. Si B. 50, 8, 47. BS. 60, 5, 36 sch. 6 A  
 quid est subreptum, id usucapi non potest, antequam in domini potestatem peruenerit.  
 PAULUS: immo forsitan et contra: nam si id, quod mihi pignori dederis, subriperis, erit  
 ea res furtiua facta: sed simul atque in meam potestatem uenerit, usucapi poterit.

III.

R PRO EMPTORE R

29

ESP.

- 1 GAIUS libro sexto ad edictum prouinciale. Possessor, qui litis aestimationem B. 50, 4, 1 E  
 optulit, pro emptore incipit possidere.
- 2 PAULUS libro quinquagensimo quarto ad edictum. Pro emptore possidet, qui B. 50, 4, 1 E  
 re uera emit, nec sufficit tantum in ea opinione esse eum, ut putet se pro emptore pos-  
 sidere, sed debet etiam subesse causa emptionis. si tamen existimans me debere tibi 35  
 ignorantem tradam, usucapies. quare ergo et si || putem me uendidisse et tradam, non ca- q. 75 l  
 pies usu? scilicet quia in ceteris contractibus sufficit traditionis tempus, sic<sup>3</sup> denique si  
 sciens stipuler rem alienam, usucapiam, si, cum traditur mihi, existimem illius esse: at in  
 emptione et illud tempus inspicitur, quo contrahitur: igitur et bona fide emisse debet et  
*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> occupanti (u. i.)?    <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): nisi ins.    <sup>3</sup> sic del.

1 esse't' F<sup>2</sup> 2 captiuitat'e'is F<sup>2</sup> | quo om. F<sup>1</sup>  
 6 posuerat forte quod aut deposuerat] po-  
 suerat F<sup>o</sup>, deposuerat F<sup>o</sup>XYMOC: εἰ δ' ἐκτίκα  
 ἐν λίγαλφ πέσῃ ἢ καταλίπω αὐτό B (Anon.) |  
 dereliquerat] MC, dereliquerat FXYO | aedi-  
 ficium] edificatio XYMOC 7 occupanti XY  
 (supra u. uel tis) MOC 9 post mortem seq.]  
 τοῦ κληρονομιάου δοῦλου πεκουλιάρως τι κρα-  
 τίσαντος, ἀφ' οὗ κληρονομιάῃ ὁ κληρὸς, τρέχει  
 ἢ διὰ τοῦ χρᾶσθαι δεσποτεία B (Anon.) 12 ante  
 l. 46 (a qua pagina altera huiusce folii incipit

in F) rubr. pro soluto ponunt f(m. saec. XV  
 in margine) XYMOC 15 procuratur F<sup>2</sup>  
 19 tenere F<sup>1</sup> 20 emptio] sic X<sup>o</sup>O cum B  
 (Anon.): τότε γὰρ εἰ μὴ καὶ ἀγοραία ἐργῶ  
 ἐγένετο, οὐ διὰ τὸ χρᾶσθαι δεσπόζεται τὸ δοθέν,  
 actio FX<sup>o</sup>YMC 22 sciam bis F<sup>1</sup> | tuum]  
 meum F<sup>o</sup> 23 emptione m' aut'em' F<sup>2</sup> | quo]  
 quod F 34 tantum' F<sup>2</sup> 36 usucapies] F<sup>2</sup>,  
 ususucapies F<sup>o</sup> 37 usum F 38 at] ad F<sup>2</sup>  
 39 emisse bis F<sup>o</sup>

**P**ossessionem bona fide adeptus esse. Separata est causa possessionis et usucapionis: nam  
**D**ere dicitur quis emisse, sed mala fide: quemadmodum qui sciens alienam rem emit, pro  
**E**mpatore possidet, licet usu non capiat. Si sub condicione emptio facta sit, pendente  
**C**ondicione emptor usu non capit. idemque est et si putet condicionem extitisse, quae  
**N**ondum existit: similis est enim ei, qui putat se emisse. contra si existit et ignoret, <sup>5</sup>  
**P**otest dici secundum Sabinum, qui potius substantiam intuetur quam opinionem, usucapere  
**E**um. est tamen nonnulla diuersitas, quod ibi, cum rem putat alienam, quae sit uenditoris,  
**A**ffectionem emptoris habeat, at cum nondum putat condicionem extitisse, quasi nondum  
**P**utat sibi emisse. quod apertius quaeri potest, si, cum defunctus emisset, heredi eius tra-  
**D**atur, qui nesciat defunctum emisse, sed ex alia causa sibi tradi, an usucapio cesset. <sup>10</sup>  
**S**abinus, si sic empti sit, ut, nisi pecunia intra diem certum soluta esset, inempta res  
**F**eret, non usucapturum nisi persoluta pecunia. sed uideamus, utrum condicio sit hoc an  
**C**onuentio: si conuentio est, <sup>1</sup>magis resoluetur quam implebitur. Si in diem addictio facta  
**S**it, id est nisi si quis meliorem condicionem attulerit, perfectam esse emptionem et fructus  
**E**mpitoris effici et usucapionem procedere Iulianus putabat: alii et hanc sub condicione esse <sup>15</sup>  
**C**ontractam, ille non contrahi, sed resolui dicebat, quae sententia uera est. Sed et illa  
**E**mptio pura est, ubi conuenit, ut, si displicuerit intra diem certum, inempta sit. Cum  
**S**tichum emissem, Dama per ignorantiam mihi pro eo traditus est. Priscus ait usu me eum  
**N**on capturum, quia id, quod emptum non sit, pro emptore usucapi non potest: sed si fun-  
**D**us emptus sit et ampliores fines possessi sint, totum longo tempore capi, quoniam uni- <sup>20</sup>  
**U**ersitas eius possideatur, non singulae partes. Eius bona emisti, apud quem mancipia de-  
**P**osita erant: Trebatius ait usu te non capturum, quia empti non sint. Tutor ex pupilli  
**A**uctione rem, quam eius putabat esse, emit. Seruius ait posse eum usucapere: in cuius  
**O**pinione decursum est eo, quod deterior causa pupilli non fit, si propius habeat emptor-  
**R**em, et, si minoris emerit<sup>2</sup>, tutelae iudicio tenebitur ac si alii minoris addixisset: idque et <sup>25</sup>  
**A** diuo Traiano constitutum dicitur. Procuratorem quoque, qui ex autione, quam man-  
**D**atu domini facit, emerit, plerique putant utilitatis causa pro emptore usucapturum. idem  
**P**otest dici et si negotia domini gerens ignorantis emerit propter eandem utilitatem. Si  
**S**eruus tuus peculiari nomine emat rem, quam scit alienam, licet tu ignores alienam esse,  
**T**amen usu non capies. Celsus scribit, si seruus meus peculiari nomine apiscatur posses- <sup>30</sup>  
**S**ionem, id etiam ignorantem me usucapere: quod si non peculiari nomine, non nisi scien-  
**T**em me: et si uitiose coeperit possidere, meam uitiosam esse possessionem. Pomponius  
**Q**uoque in his, quae nomine domini possideantur, domini potius quam serui uoluntatem  
**S**pectandam ait: quod si peculiari, tunc mentem serui quaerendam. et si seruus mala fide  
**P**ossidet eaque dominus nactus sit, ut suo nomine possideat, adempto puta peculio, di- <sup>35</sup>  
**C**endum est, ut eadem causa sit possessionis et ideo usucapio ei non magis procedat. Si  
**S**eruus bona fide emerit peculiari nomine, ego ubi primum cognoui sciam alienam, proces-  
**S**uram usucapionem Celsus ait: initium enim possessionis sine uitio fuisse: sed si eo tem-  
**P**ore quo emit, quamquam id bona fide faciat, ego alienam rem esse sciam, usu me non  
**C**apturum. Et si quod non bona fide seruus meus emerit, in pactionem libertatis mihi <sup>40</sup>  
**D**ederit, non ideo me magis usucapturum: durare enim primam causam possessionis idem  
**C**elsus ait. Si a pupillo emero sine tutoris auctoritate, quem puberem esse putem, dicimus  
 usucapionem sequi, ut hic plus sit in re quam<sup>3</sup> in existimatione: quod si scias pupillum  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> emptio *ins.*    <sup>2</sup> tutor *ins.*    <sup>3</sup> plus quam in re sit (*Cuiacius*)?

1 ademptos *F*<sup>2</sup>    4 idemqu'a'e *F*<sup>2</sup> | exti-  
 tiss'a'e *F*<sup>2</sup>    6 opinionem ad usucapere *F*<sup>2</sup>  
 9 emisset: *F*<sup>2</sup>    10 cesset] quod addunt *edd.*  
 sed mihi usucapere posse uidetur, *libri mei*  
*non habent*    11 soluta'm' *F*<sup>2</sup> | inempto *F*<sup>2</sup>  
 16 contrahi's sed *F*<sup>2</sup>    23 a' u'ctione *F*<sup>2</sup>: κατὰ  
 ὑπερθεματισμόν *B* | serui'ous *F*<sup>2</sup>    24 opi-  
 nione *F* | propius] *F*<sup>2</sup>*M*<sup>c</sup>, proprius *X*<sup>c</sup>*M*<sup>c</sup>*O*<sup>c</sup>,

proprium *X*<sup>c</sup>, prius *Y*<sup>c</sup>*C*, pluris *M* (*margin.*) *O*<sup>c</sup>,  
*inc.* *M*<sup>c</sup>    26 a' u'ctione *F*<sup>2</sup> | mandato *F*<sup>2</sup>  
 29 ignoret *F*<sup>2</sup>    31 ignorantem] ignoranti *F*<sup>2</sup>  
 32 possidere || meam *F*<sup>2</sup>, possidere'm' || m'eam  
*F*<sup>2</sup>, possidere rem eam *YMOC*, possidere rem  
*X*<sup>c</sup>, possidere eam rem *X*<sup>c</sup>    35 eamque *F*  
 38 enim] ei *F*<sup>2</sup> | eo] eo ipso *F*<sup>2</sup>: ἐν τῷ καιρῷ  
 τῆς ἀγορασίας *B*    43 usucapione'm' *F*<sup>2</sup>

- esse, putes tamen pupillis || licere res suas sine tutoris auctoritate administrare, non capies i- 258  
 16 usu, quia iuris error nulli prodest. Si a furioso, quem putem sanae mentis, emero, consti-  
 titit usucapere utilitatis causa me posse, quamvis nulla esset emptio et ideo neque de  
 17 euictione actio nascitur mihi nec Publiciana competit nec accessio possessionis. Si eam  
 rem, quam pro emptore usucapiebas, scienti mihi alienam esse uendideris, non capiam usu.  
 18 Etiam heredi ulteriori defuncti possessio proderit, quamvis medius heres possessionem eius  
 19 nactus non sit. Si defunctus bona fide emerit, usucapietur res, quamvis heres scit alie-  
 nam esse. hoc et in bonorum possessore et in fideicommissariis, quibus ex Trebelliano  
 20 restituitur hereditas, ceterisque praetoriis successoribus obseruatum est. Emptori tempus  
 21 uenditoris ad usucapionem procedit. Si rem alienam emero et, cum usucaperem, eandem  
 rem dominus a me petierit, non interpellari usucapionem meam litis contestatione. sed si  
 litis aestimationem sufferre maluerim, ait Iulianus causam possessionis mutari ei, qui litis  
 aestimationem sustulerit, idemque esse, si dominus ei, qui rem emisset a non domino, do-  
 nasset: eaque sententia uera est. 14
- 3 ULPIANUS libro septuagensimo quinto ad edictum. Litis aestimatio similis est B. 50, 4, 2 E  
 emptioni.
- 4 IAUOLENUS libro secundo ex Plautio. Emptor fundi partem eius alienam esse B. 50, 4, 3 E  
 non ignorauerat: responsum est nihil eum ex eo fundo longa possessione capturum. quod  
 ita uerum esse existimo, si, quae pars aliena esset in eo fundo, emptor ignorauerat: quod  
 1 si certum locum esse sciret, reliquas partes longa possessione capi posse non dubito. Idem  
 iuris est, si is, qui totum fundum emebat, pro indiuiso partem aliquam alienam esse scit =  
 eam enim dumtaxat non capiet, ceterarum partium non impediatur longa possessione capio  
 5 MODESTINUS libro decimo pandectarum. Si rem, quam tibi B. 50, 4, 4. BS. 60, 5, 36 sch. Bf  
 pignerari, subripuero eamque distraxero, de usucapione dubitatum est: et uerius est ut  
 liter cedere tempora usucapionis. 15
- 6 POMPONIUS libro trigensimo secundo ad Sabinum. Qui, cum pro herede uel B. 50, 4, 5 S  
 pro emptore usucaperet, precario rogauit, usucapere non potest: quid porro inter eas re-  
 1 interest, cum utrobique desinat ex prima causa possidere, qui precario uult habere?  
 ex decem seruis, quos emerim, aliquos putem alienos et qui sint sciam, reliquos usuc-  
 2 piam: quod si ignorem, qui sint alieni, neminem usucapere possum. Post mortem eius, qui  
 hominem emerit, expleto tempore, quod defuisset ad usucapionem, quamvis eum homine  
 heres possidere non coepisset, fiet tamen eius: sed ita hoc, si nemo eum possedisset. 30
- 7 IULIANUS libro quadragensimo quarto digestorum. Qui fundum pro emptore B. 50, 4, 6 S  
 possidebat, antequam diutinam possessionem impleret, decessit: serui, qui in possessione  
 relictis fuerant, discesserunt relinquendae eius gratia: quaesitum est, an nihilo minus here-  
 di tempus longae possessionis procedere potest. respondit etiam discedentibus seruis hoc tem-  
 1 pus heredi procedere. Si fundum Cornelianum pro emptore longa possessione B. 50, 4, 7 S  
 capiam et partem || ex uicini fundo ei adiciam, utrum eam quoque partem reliquo tempo-  
 re pro emptore capiam an integro statuto tempore? respondi: partes, quae emptioni<sup>1</sup> fun-  
 2 diti adiciuntur, propriam ac separatam conditionem habent, et ideo possessionem quoque earu-  
 m separatim nancisci oportere et longam possessionem earum integro statuto tempore imple-  
 ri.  
 2 Seruus meus Titio mandauit, ut fundum ei emeret, eique manumisso<sup>2</sup> Titius possessionem  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> empto uicini (u. i.)?    <sup>2</sup> peculio non concessio *ins.*

2 constitutus capere utilitatis causa F<sup>1</sup>, consti-  
 titit usucapere (sic) utilitatis causa F<sup>2</sup>, consti-  
 titum est capere util. causa XYMO, constitu-  
 tum est util. causa capere C 7 na'nctus F<sup>2</sup> |  
 em'erit F<sup>2</sup> 8 et om. F<sup>1</sup> | possessore] pos-  
 sessionem F<sup>1</sup> | fideicommissa m'riis F<sup>2</sup> 9 ce-  
 terisqu'a'e F<sup>2</sup> 12 aestimatione m' F<sup>2</sup> | 'm'a-  
 luerim F<sup>2</sup> 13 dominos F 14 equa'e F<sup>2</sup>  
 17 esse non] XYMOG cum B: εἰδὼς μέρος

ἀγοῦ ἀλλότριον, non esse FY 20 capi poss-  
 om. F<sup>1</sup> 23 pandectorum F<sup>1</sup> 28 praecario  
 29 reliquas F<sup>2</sup> 30 alien'o'i F<sup>2</sup> 34 implere  
 decessit serui qui in possessionem bis F  
 37 possessione m' F<sup>2</sup> 38 adic'i'am F<sup>2</sup> | re-  
 li'n'quo F<sup>2</sup> 39 emptioni fundi] empto fundo  
 XYMOG 40 adic'i'untur F<sup>2</sup> | ac] F<sup>2</sup>, 's'ha  
 F<sup>2</sup> | siparatam F<sup>1</sup>

tradidit: quaesitum est, an longa possessione caperet: respondit, si seruus meus mandauerit Titio, ut fundum emeret, et manumisso ei Titius fundum tradiderit, cum putaret peculium ei concessum esse uel etiam cum ignoraret peculium concessum non esse, nihilo minus<sup>1</sup> seruum diutina possessione capere, quia aut scit seruus peculium sibi concessum non esse aut scire debet et per hoc similis est ei, qui se creditorem esse simulat. quod<sup>2</sup> si scierit Titius peculium manumisso concessum non esse, donare potius quam indebitum fundum soluere intellegendus est. Si tutor rem pupilli subriperit et uendiderit, usucapio non contingit, priusquam res in potestatem pupilli redeat: nam tutor in re pupilli tunc domini loco habetur, cum tutelam administrat, non cum pupillum spoliat. Qui bona fide alienum fundum emit et possessionem eius amisit, deinde eo tempore adprehendisset, quo scit rem alienam esse, non capiet longo tempore, quia initium secundae possessionis uitio non carebit, nec similis<sup>3</sup> est ei, qui emptionis quidem tempore putat fundum uendentis esse, sed cum traditur, scit alienum esse: cum enim semel amissa fuerit possessio, initium rursus recipatae possessionis spectari oportet. quare si eo tempore redhibeatur homo, quo emptor scit alienum esse, usucapio non contingit, quamuis antequam uenderet, in ea causa fuerit, ut usucaperet. idem iuris est in eo, qui de fundo delectus possessionem per interdictum reciperauit, sciens iam alienum esse. Qui sciens emit ab eo, quem praetor ut suspectum heredem deminuere uetuit, usu non capiet. Procurator tuus si fundum, quem centum aureis uendere poterat, addiderit triginta aureis in hoc solum, ut te damno adficeret, ignorante emptore, dubitari non oportet, quin emptor longo tempore capiat: nam et cum sciens quis alienum fundum uendidit ignoranti, non interpellatur<sup>4</sup> longa possessio. quod si emptor cum procuratore collusit et eum praemio corrupit, quo uilius mercaretur, non intellegatur bonae fidei emptor nec longo tempore capiet: et si aduersus petentem dominum uti coeperit exceptione rei uoluntate eius uenditae, replicationem doli utilem futuram esse. Furtiua res non intellegitur rediisse in domini potestatem, quamuis possideret eam, si modo ignorauerit subreptam sibi esse: si igitur seruum, qui tibi subreptus erat, ignoranti tibi tuum esse pignori dederit et soluta pecunia eum Titio uendiderit, Titius usucapere non poterit. Liber homo, qui bona fide nobis seruit, isdem modis ex re nostra acquirit nobis, quibus per seruum nostrum acquirere solemus: quare sicut traditione, ita usucapione rem nostram faciemus interueniente libera persona, et si peculii nomine, quod nos sequi debet, emptio contracta fuerit, etiam ignorantes usucapiemus.

8 IDEM libro secundo ex Minicio. Si quis, cum sciret uenditorem [B. 50, 4, 7. Ep. 16, 6 sch. S] pecuniam statim consumpturum, seruos ab eo emisset, plerique responderunt eum nihilo minus bona fide emptorem esse, idque uerius est: quomodo enim mala fide emisse uidetur, qui a domino emit? nisi forte et is, qui a luxurioso et protinus scorto [BS. 14, 1, 12 sch. 22] dato pecuniam seruos emit, non usucapiet.

9 IDEM libro tertio ad Ursium Ferozem. Qui ob pactionem libertatis ancillam [B. 50, 4, 8 S] furtiuam a seruo accepit, potest partum eius quasi emptor usucapere.

10 IDEM libro secundo ad Miniciu[m]. Seruus domino ancillam, quam subriperat, pro capite suo dedit: ea concepit: quaesitum est, an dominus eum partum usucapere possit. respondit: hic dominus quasi emptor partum usucapere potest, namque

F(XYMOG)

<sup>1</sup> nihilo magis (u. i.: οὐκ ἔσται αὐτοῦ ὁ ἀρρὸς B)? <sup>2</sup> nec dissimilis (u. i.)? <sup>3</sup> impeditur?

2 et] F<sup>1</sup>, te F<sup>2</sup> | putaret<sup>t</sup> et peculium F<sup>2</sup>  
 3 esse uel etiam cum ignoraret peculium concess<sup>o</sup>um suppl. F<sup>2</sup> 4 minus] FY, magis XYMOG | diutina m<sup>o</sup> possessione m<sup>o</sup> F<sup>2</sup> 10 adprehendisset F<sup>2</sup> | quo s<sup>o</sup> scit F<sup>2</sup> 12 careuit F<sup>2</sup> | nec similis] F, nec dissimilis XYMOG et sic uidentur uertisse Graeci: ei ... [ἢ εἰ] ἀρράων μὲν αὐτὸν (τὸν ἀρρὸν) ἐνόμιζον τοῦ πολλοῦντος εἶναι, παραδιδόμενον δὲ ἔργων ἀλλότριον ... οὐ διὰ τὸ χράσθαι δεσπότη B (Anon.) 14 quaere<sup>t</sup> F<sup>2</sup> | redhibeatur F<sup>2</sup> |

emptor] idem Graeci: ἢ εἰ ὄν ἐπὶ ὧν καὶ μὴ ἀναδιδούσιν ἢ δεῖν ἀλλότριον B (Anon.) potestque ita defendi, ut emptor intellegatur is cui postea uenditori facto redhibetur seruus 18 capiat F<sup>2</sup> 22 corrup<sup>er</sup>it F<sup>2</sup> | merceretur F<sup>2</sup> | bona<sup>e</sup> F<sup>2</sup> 23 exceptionem F 25 possidere<sup>t</sup> F<sup>2</sup> 26 tuum<sup>o</sup> esse<sup>t</sup> F<sup>2</sup> 28 h<sup>o</sup>isdem F<sup>2</sup> 29 usucapione m<sup>o</sup> F<sup>2</sup> 33 consumptorum F<sup>2</sup> 34 fide<sup>o</sup> emptore m<sup>o</sup> F<sup>2</sup> 39 miniciu[m] minandum F<sup>2</sup> 40 eum partum usucapere possit respondit hic dominus bis F<sup>2</sup> 41 namqu<sup>e</sup> a<sup>e</sup> F<sup>2</sup>



res ei abest pro hac muliere et genere<sup>1</sup> quodammodo uenditio inter seruum et dominum contracta est.

- 11 AFRICANUS libro septimo quaestionum. Quod uolgo traditum est eum, qui B. 50, 4, 10 *Sf* existimat se quid emisse nec emerit, non posse pro emptore usucapere, hactenus uerum esse ait, si nullam iustam causam eius erroris emptor habeat: nam si forte seruus uel <sup>5</sup> procurator, cui emendam rem mandasset, persuaserit ei se emisse atque ita tradiderit, magis esse, ut usucapio sequatur.
- 12 PAPIANUS libro decimo responsorum. Misso legatario in possessionem res B. 50, 4, 11 *P* pro emptore usucapiuntur salua praetorii pignoris causa. 9
- 13 SCAEUOLA libro quinto responsorum. Alienam aream bona fide emit et ante B. 50, 4, 12 *P* impletam diuinam possessionem aedificare coepit: ei<sup>2</sup> denuntiante domino soli intra tempora diutinae possessionis, perseuerauit: quaero, utrum interpellata sit an coepita durauerit. respondit secundum ea quae proponerentur non esse interpellatam.
- 14 SCAEUOLA libro uicensimo quinto digestorum. Intestatae sororis hereditas B. 50, 4, 13 *A* obuenit duobus fratribus, quorum alter absens erat, alter praesens: praesens etiam absentis <sup>15</sup> causam agebat, ex qua hereditate suo et fratris sui nomine fundum in solidum uendidit Lucio Titio bona fide ementi: quaesitum est, cum scierit partem fundi absentis esse, an totum fundum longa possessione cepit. respondit, si credidisset mandatu fratris uenisse, per longum tempus cepisse.

V.

20

℞ PRO HEREDE UEL PRO POSSESSORE ℞

ES

- 1 POMPONIUS libro trigensimo secundo ad Sabinum. Pro herede ex uini bonis B. 50, 5, 1 *S* nihil usucapi potest, etiamsi possessor mortui rem fuisse existimauerit.
- 2 IULIANUS libro quadragensimo quarto digestorum. Qui legatorum seruando- B. 50, 5, 2 *S* rum causa in possessionem mittitur, non interpellat possessionem eius, qui pro herede usu- <sup>25</sup> capit: custodiae enim causa rem tenet. quid ergo est? etiam impleta usucapione ias pignoris retinebit, ut non prius discedat, quam si solutum ei legatum fuerit aut eo nomine <sup>30</sup> 1 satisfdatum. Quod uolgo respondetur causam possessionis neminem sibi mutare B. 50, 5, 3 posse, sic accipiendum est, ut possessio non solum ciuilis, sed etiam naturalis intellegatur. et propterea responsum est neque colonum neque eum, apud quem res deposita aut cui <sup>35</sup> 2 commodata est, lucri faciendi causa pro herede usucapere posse. Filium | quoque dona- <sup>40</sup> tam rem a patre pro herede negauit usucapere Seruius, scilicet qui<sup>3</sup> existimabat naturalem possessionem penes eum fuisse uiuo patre. cui consequens est, ut filius a patre heres in- <sup>45</sup> stitutus res hereditarias a patre sibi donatas pro parte coheredum usucapere non possit. <sup>50</sup> 3 POMPONIUS libro uicensimo tertio ad Quintum Mucium. Plerique putauerunt, B. 50, 5, 4 *E* si heres sim et putem rem aliquam ex hereditate esse quae non sit, posse me usucapere.
- 4 PAULUS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. Constat eum, qui testa- B. 50, 5, 4 *E* menti factionem habet, pro herede usucapere posse.

VI.

29

℞ PRO DONATO ℞

ES

- 1 PAULUS libro quinquagensimo quarto ad edictum. Pro donato is usucapit, B. 50, 6, 1 *E* <sup>1</sup> cui donationis causa res tradita est: nec sufficit opinari, sed et donatum esse oportet. Si *F(XYMOO)*

<sup>1</sup> genere *del.*    <sup>2</sup> et (*Hal.*)?    <sup>3</sup> quia (*u. i.*)?

8 legat'ario *F*<sup>4</sup> | possessione'm' *F*<sup>5</sup> 9 salui *F*<sup>6</sup> | pignorii *F*<sup>7</sup> 13 respondit 'utrum' se- *F*<sup>8</sup> *cundum F*<sup>9</sup> | interpellatum *F*<sup>10</sup> 14 scae- *uola* *F*<sup>11</sup>, idem *F*<sup>12</sup> 16 suo'c'et *F*<sup>13</sup> 18 cre- *didisset' F*<sup>14</sup> | mandato *F*<sup>15</sup> 21 uel] *B*, et

*ind. F* 26 causa'm' *F*<sup>16</sup> 27 retineuit *F*<sup>17</sup> *28* respondetur 'quam' causam *F*<sup>18</sup> 32 qui] *FYMO*, quia *XC* 34 res *om. F*<sup>19</sup> 36 et' *putem F*<sup>20</sup>

- pater filio quem in potestate habet donet, deinde decedat, filius pro donato non capiet usu,  
 2 quoniam nulla donatio fuit. Si inter uirum et uxorem donatio facta sit, cessat usucapio.  
 item si uir uxori rem donauerit et diuortium intercesserit, cessare usucapionem Cassius  
 respondit, quoniam non possit causam possessionis sibi ipsa mutare: alias ait post diuor-  
 tium ita usucapturam, si eam<sup>1</sup> maritus concesserit, quasi nunc donasse intellegatur. pos- 5  
 sidere autem uxorem rem a uiro donatam Iulianus putat.
- 2 MARCELLUS libro uicensimo secundo digestorum. Si is, qui alienam<sup>2</sup> rem [B. 50, 6, 2] E  
 donauerit, reuocare constituerit donationem, etiamsi iudicium ediderit remque coeperit uin- 9  
 dicare, curret usucapio.
- 3 POMONIUS libro uigensimo quarto ad Quintum Mucium. Si uir uxori uel [B. 50, 6, 3] Ef  
 uxor uiro donauerit, si aliena res donata fuerit, uerum est, quod Trebatius putabat, si  
 pauperior is qui donasset non fieret, usucapionem possidenti procedere.
- 4 IDEM libro trigensimo secundo ad Sabinum. Si pater filiae donauerit, quae [B. 50, 6, 4] S  
 in potestate eius erat, et eam exheredauerit: si id heres eius ratum habeat, exinde ea<sup>3</sup>  
 usucapit donationem, qua ex die ratam heres donationem habuerit. 15
- 5 SCAEUOLA libro quinto responsorum. Qui pro donato coeperat usucapere, [B. 50, 6, 5] P  
 manumittendo nihil egit, quia nec dominium nactus fuerit: quaesitum est, an usucapere  
 desierit. respondi eum de quo quaeritur omississe uideri possessionem et ideo usucapio- 19  
 nem interruptam.
- 6 HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum. Donationis causa facta uen- [B. 50, 6, 6] P  
 ditione non pro emptore, sed pro donato res tradita usucapitur.

VII.

℞ PRO DERELICTO ℞

ESP

- 1 ULPIANUS libro duodecimo ad edictum. Si res pro derelicto ha- [B. 50, 7, 1. Ep. 3, 14, 17] E  
 bita sit, statim nostra esse desinit et occupantis statim fit, quia isdem modis res desinunt 25  
 esse nostrae, quibus adquiruntur.
- 2 PAULUS libro quinquagensimo quarto ad edictum. Pro derelicto rem a do- [B. 50, 7, 2] E  
 mino habitam si sciamus, possumus acquirere. Sed Proculus non desinere eam [Ep. 3, 17]  
 rem domini esse, nisi ab alio possessa fuerit: Iulianus desinere quidem omittentis esse, non 30  
 fieri autem alterius, nisi possessa fuerit, et recte.
- 3 MODESTINUS libro sexto differentiarum. An pars pro derelicto haberi possit, [B. 50, 7, 3] Ef  
 quaeri solet. et quidem si in re communi socius partem suam reliquerit<sup>4</sup>, eius esse desinit,  
 ut hoc sit in parte, quod in toto: atquin totius rei dominus efficere non potest, ut partem  
 retineat, partem pro derelicto habeat. 34
- 4 [PAULUS libro quinto decimo ad Sabinum. Id, quod pro [B. 50, 7, 4. BS. 29, 1, 68 sch. 4] S f. 261'  
 derelicto habitum est et haberi putamus, usucapere possumus, etiam si ignoramus, a quo  
 derelictum sit.
- 5 POMONIUS libro trigensimo secundo ad Sabinum. Si id, quod pro derelicto [B. 50, 7, 5] S  
 habitum possidebas, ego sciens in ea causa esse abs te emerim, me usucapturum constat 40  
 nec obstare, quod in bonis tuis non fuerit: nam et si tibi rem ab uxore donatam sciens  
 emerero, quia quasi uolente et concedente domino id faceres, idem iuris est. Id<sup>5</sup>, quod quis  
 pro derelicto habuerit, continuo meum fit: sicuti cum quis aes sparserit [B. 50, 7, 6. Ep. 3, 17]

F(XYMOG)

<sup>1</sup> si iam?    <sup>2</sup> alienam non est a Marcello    <sup>3</sup> ex die ea?    <sup>4</sup> dereliquerit (edd.)?  
<sup>5</sup> kd] interdum (= id.)?

1 uenim F<sup>2</sup> 5 usucapturum F<sup>2</sup> 8 re'm-  
 que F<sup>2</sup> 14 et eam] et eam et F<sup>2</sup> | exher'a'e-  
 clauerit F<sup>2</sup> 15 donationem 'ex' qua ex F<sup>2</sup>  
 17 abh] legi F<sup>2</sup> | na'n'ctus F<sup>2</sup> 18 desi'd'eri't'  
 F<sup>2</sup> 21 donato'r'es't' tradita F<sup>2</sup> 25 hisdem F<sup>2</sup> |  
 res] rem F<sup>2</sup> 32 si om. F<sup>2</sup> | eius e'iu'sse F<sup>2</sup>  
 36 et haberi] quasi esset aut haberi, reddidit  
 Anonymus: ἢ καὶ νομιζόμενον καταλειφθήναι  
 B: at scholium ad B. 29, 1, 63 cum tradita  
 lectione consentit 38 derelictum F<sup>2</sup>

aut aues amiserit<sup>1</sup>, quamvis incertae personae uoluerit eas esse, tamen eius fierent, cui casus tulerit ea, quae, cum quis pro derelicto habeat, simul intellegitur uoluisse alicuius fieri.

6 IULIANUS libro tertio ad Urseium Feroecem. Nemo potest pro derelicto usu- [B. 50, 7, 7] S capere, qui falso existimauerit rem pro derelicto habitam esse.

7 IDEM libro secundo ex Minicio. Si quis merces ex naue iactatas<sup>2</sup> inuenisset, num ideo usucapere non possit, quia non uiderentur derelictae, quaeritur. sed uerius est eum pro derelicto usucapere non posse.

8 PAULUS libro octauo decimo responsorum. Sempronius Thetidi status quae- [B. 50, 7, 8] P stionem facere temptabat, quasi de serua sua nata sit. qui iam testato<sup>3</sup> conuentus a Pro- cula nutrice Thetidis in soluendis alimentis respondit non se habere, unde alimenta eiusdem exsoluat, sed debere eam patri suo restituere<sup>4</sup> Lucio Titio: idque ex<sup>5</sup> illa in testationem redegisset, ut postea nullam quaestionem pateretur ab eodem Sempronio, Lucius Titius Seiae Proculae solutis alimentis puellam uindicta manumisit: quaero, an possit recindi libertas Thetidis. Paulus respondit, quoniam dominus ancillae, ex qua Thetis nata est, The- tidem pro derelicto habuisse uidetur, potuisse eam a Lucio Titio ad libertatem perducere. 12 15

VIII.

RE PRO LEGATO RE

1 ULPIANUS libro sexto disputationum. Legatorum nomine is uidetur possidere cui [B. 44, 25, 1] S legatum est: pro legato enim possessio et usucapio nulli alii, quam cui legatum est, competit. r

2 PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Si possideam aliquam [B. 44, 25, 2] E rem, quam putabam mihi legatam, cum non esset, pro legato non usucapiam:

3 PAPINIANUS libro uicensimo tertio quaestionum. non magis quam si quis [B. 44, 25, 3] P emptum existimet, quod non emerit.

4 PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Pro legato potest usu- [B. 44, 25, 4] E capi, si res aliena legata sit aut testatoris quidem sit, sed adempta codicillis ignoratur: i horum enim persona subest iusta causa, quae sufficit ad usucapionem. idem potest di- ci et si in nomine erit dubitatio, ueluti si Titio legatum sit, cum sint duo Titii, ut alt- eorum de se cogitatum existimauerit.

5 IAUOLENUS libro septimo ex Cassio. Ea res, quae legati nomine tradita est, [B. 44, 25, 5] E quamvis dominus eius uiuat, legatorum tamen nomine usucapietur,

6 POMPONIUS libro trigensimo secundo ad Sabinum. si is, cui tradita est, mor- [B. 44, 25, 6] S tui esse existimauerit.

7 IAUOLENUS libro septimo ex Cassio. Nemo potest legatorum nomine usua- [B. 44, 25, 7] E pere nisi is, cum quo testamenti factio est, quia ea possessio ex iure testamenti proficiscit. 24

8 PAPINIANUS libro uicensimo tertio quaestionum. Si non traditam possessio- [B. 44, 25, 8] P nem ingreditur sine uitio legatarius, legatae rei usucapio competit.

9 HERMOGENIANUS libro quinto iuris epitomarum. Pro legato usucapit, cui recte legatum [P] relictum est: sed et si non iure legatum relinquatur uel legatum ademptum est, pro legato [L. 37] usucapi post magnas uarietates optinuit.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> emiserit (u. i.)?    <sup>2</sup> iactas (Hal.)?    <sup>3</sup> qui ante testato (similiter Ruckerus)?    <sup>4</sup> resti- tuere] relinquere?    <sup>5</sup> idque cum (u. i.)?

1 amiserit] FXY, emiserit MOC: ὄρνις ἀπο- λυόμεναι B, ὄρνεις ἀπολλυόμεναι (u. l. ἀποβαλ- λύμενοι) Epit. | cui casus tulerit ea quae] sic fere Taur., qui cassius tulerit ea quae F<sup>2</sup>, qui eas (ea YMC) sustulerit (sustulit M) ea- que (easque XOC) F<sup>2</sup>XYMOG: τὸ ἐγκατα- λειφθὲν τοῦ λαμβάνοντος γίνεται B 8 decimo

bis F<sup>1</sup> | quaestionum F<sup>1</sup> 9 testato r F<sup>2</sup> 10 soluend' o'is F<sup>2</sup> 11 patri's suo F<sup>2</sup> | idque ex illa] F<sup>2</sup>, idque ea illa F<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>, idque cum illa XY<sup>2</sup>C, idque illa M, idque cum ea illam O 21 putabim F<sup>1</sup> 25 a'ut' F<sup>2</sup> 36 ingr'a'e- diatur F<sup>2</sup> 37 iuris om. F<sup>1</sup> 39 po'te'st F<sup>2</sup> | uari'etates F<sup>2</sup>

## VIII.

## R PRO DOTE R

SEA

**1** ULPIANUS libro trigensimo primo ad Sabinum. Titulus est [B. 50, 8, 1 (cf. uol. 6 p. 58 Heimb.)] *S*  
 usucapionis et quidem iustissimus, qui appellatur pro dote, ut, qui in dotem rem accipiat,  
**2** usucapere possit spatio sollemni, quo solent, qui pro emptore usucapiunt. Et nihil refert, *5*  
**3** singulae res an pariter uniuersae in dotem darentur. Et primum de tempore uideamus,  
 quando pro dote quis usucapere possit, utrum post tempora nuptiarum an uero et ante  
 nuptias. est quaestio uulgata, an sponsus possit (hoc est qui nondum maritus est) rem  
 pro dote usucapere. et Iulianus inquit, si sponsa sponso ea mente tradiderit res, ut non  
 ante eius fieri uellet, quam nuptiae secutae sint, usu quoque capio cessabit: si tamen non *10*  
 euidenter id actum fuerit, credendum esse id agi Iulianus ait, ut statim res eius fiant et,  
 si alienae sint, usucapi possint: quae sententia mihi probabilis uidetur. ante nuptias autem  
**4** non pro dote usucapit, sed pro suo. Constante autem matrimonio pro dote usucapio inter  
 eos locum habet, inter quos est matrimonium: ceterum si cesset matrimonium, Cassius ait  
 cessare usucapionem, quia et dos nulla sit. Idem scribit et si putauit maritus esse [B] *15*  
 sibi matrimonium, cum non esset, usucapere eum non posse, quia nulla dos sit: quae sen-  
 tentia habet rationem.

**5** PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Si aestimata res ante [B. 50, 8, 1] *E*  
 nuptias tradita sit, nec pro emptore nec pro suo ante nuptias usucapietur. *19*

**6** SCAEUOLA libro uicensimo quinto digestorum. Duae filiae intestato patri he- [B. 50, 8, 2] *A*  
 redes exstiterunt et mancipia communia singulae in dotem dederunt et post aliquot annos *1*  
 morte patris familiae heriscundae iudicium inter eas dictatum est. quaesitum est, cum  
 mariti bona fide mancipia in dotem accepta ut dotalia multis annis possederunt, an usu-  
 cepisse uideantur, si qui accipiebant, dantis credidissent esse. respondit nihil proponi, cur  
 non usucepissent. *25*

## X.

## R PRO SUO R

ES

ULPIANUS libro quinto decimo ad edictum. Pro suo possessio talis est. cum [B. 50, 9, 1] *E*  
 dominium nobis adquiri putamus, et ex ea causa possidemus, ex qua acquiritur, et prae-  
 terea pro suo: ut puta ex causa emptionis et pro emptore et pro suo possideo, item do- *30*  
 nata uel legata uel pro donato uel pro legato<sup>2</sup> etiam pro suo possideo. Sed si res mihi  
 ex causa iusta puta emptionis tradita sit et usucapiam, incipio quidem et ante usucapio-  
 nem pro meo possidere. sed an desinam ex causa emptionis post usucapionem, dubitatur:  
 et Mauricianus dicitur existimasse non desinere. *34*

**7** PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Est species possessionis, [B. 50, 9, 2] *E*  
 quae uocatur pro suo. hoc enim modo possidemus omnia, quae mari terra caelo capimus  
 aut quae alluione fluminum nostra fiunt. item quae ex rebus alieno<sup>3</sup> nomine possessis  
 nata possidemus, ueluti partum hereditariae aut emptae ancillae, pro nostro possidemus:  
 similiter fructus rei emptae aut donatae aut quae in hereditate inuenta est. *39*

**8** POMONIUS libro uicensimo secundo ad Sabinum. Hominem, quem ex stipu- [B. 50, 9, 3] *S*  
 latione te mihi debere falso existimabas, tradidisti mihi: si scissem mihi nihil debere<sup>4</sup>, usu  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> a *ins.* (u. i.)    <sup>2</sup> uel pro donato uel pro legato *del.*    <sup>3</sup> *idem Graeci* (ἀλλοτριῶν ὀνόματι B):  
 alio (*Fuchs*)?    <sup>4</sup> *deberi* (*Krueger*)?

<sup>4</sup> ut qui] atque *F*<sup>1</sup>    <sup>6</sup> in *om. F*    <sup>9</sup> non  
*om. F*<sup>2</sup>    <sup>10</sup> usus quoque capio cessauit *F*  
<sup>12</sup> probauit *F*<sup>2</sup>    <sup>13</sup> sed] seu *F*<sup>2</sup>    <sup>15</sup> quia  
 et dos] *scripsi ad B*: τότε γὰρ οὐδὲ προϊξ ἔστιν,  
 quia ei dos *F*<sup>2</sup>    <sup>16</sup> es't set *F*<sup>2</sup>    <sup>18</sup> aestimatu *F*<sup>2</sup>  
<sup>22</sup> morte] a morte *XYMOC*    <sup>23</sup> fide'm' *F*<sup>2</sup> |  
 possiderunt *F*    <sup>24</sup> esse nt' *F*<sup>2</sup>    <sup>37</sup> alluione  
*F* (*em. f*)    <sup>41</sup> tradidisse *F*<sup>2</sup> | usu'm' *F*<sup>2</sup>

eum non capiam: quod si nescio, uerius est, ut usucapiam, quia ipsa traditio ex causa, quam ueram esse existimo, sufficit ad efficiendum, ut id quod mihi traditum est pro meo possideam. et ita Neratius scripsit idque uerum puto.

- 4 IDEM libro trigensimo secundo ad Sabinum. Si ancillam [B. 50, 9, 4 (cf. nol. 6 p. 42 Heimbach.)] furtiuam emisti fide bona<sup>1</sup> ex ea natum et apud te conceptum est ita possedisti, ut intra constitutum usucapioni tempus cognosceres matrem eius furtiuam esse, Trebatius<sup>2</sup> omnimodo, quod ita possessum esset, usucaptum esse. ego sic puto distinguendum, ut, si nescieris intra statutum tempus, cuius id mancipium esset, aut si scieris neque potueris certiore dominum facere, aut si potueris quoque et feceris certiore, usucaperes: sin uero, cum scires et posses, non feceris certiore, contra esse: tum enim clam possedissee uideberis, neque idem et pro suo et clam possidere potest. Si pater cum filiis bona quae habebat partitus sit et ex ea causa post mortem patris ea teneant, quod inter eos conueniret, ut ea diuisio rata esset: usucapio his procedet pro suo in his rebus, quae alienae in bonis patris inueniuntur. Quod legatum non sit, ab herede tamen perperam [BS. 23, 1, 23 sch. 1] traditum sit, placet a legatario usucapi, quia pro suo possidet.
- 5 NERATIUS libro quinto membranarum. Usucapio rerum, etiam ex aliis causis concessa interim<sup>3</sup>, propter ea, quae nostra existimantes possideremus, constituta est, ut aliquis litigium finis esset. sed id, quod quis, cum suum esse existimaret, possederit, usucapiet, [B. 50, 9, 5] etiamsi falsa fuerit eius existimatio. quod tamen ita interpretandum est, ut probabilis error possidentis usucapioni non obstat, ueluti si ob id aliquid possideam, quod seruum meum aut eius, cuius in locum hereditario iure successi, emisse id falso existimem, quia in alieni facti ignorantia tolerabilis error est.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> quodque ins. (u. i.)    <sup>2</sup> Neratius (Cuiacius?)    <sup>3</sup> interdum?

1 quod] XYMOC, quia F 2 ut id] uitius F<sup>2</sup>  
 4 si ancillam seq.] εὐν κλοπιμαίαν θεράπαιναν  
 πίστει καλῆ ἀγοράσῃς, εἶγε αὐτῇ γεννήσει παρὰ  
 σοὶ φύνασαι οὐσοῦκαπιτεῦγειν uersio cod. Paris.  
 Gr. 1351 apud Heimbachium 6, 42, εἰ κλοπι-  
 μαίαν δοῦλην καλῆ πίστει ἀγοράσω, τὸ τεχθὲν  
 διὰ τῆς χρονίας νομῆς δεσπόζω B (Anon.)  
 5 ex ea] quod ex ea XYMOC 6 cognosce-  
 ret F<sup>2</sup> 8 potueris] putoeris F<sup>2</sup> 10 pos-

ses'ses' non F<sup>4</sup> | esset'c'um F<sup>2</sup> 11 cum  
 filiis] τὴν γενομένην αὐτοῖς (filia) διανέμει C in  
 B (Anon.) | qu'a'e F<sup>2</sup> 13 procedat F<sup>2</sup> |  
 aliena F<sup>4</sup> 18 suum 'existimare' esse existi-  
 maret F<sup>4</sup> 19 ut] at F<sup>2</sup> | probabilis] F<sup>2</sup>,  
 probauit'u's F<sup>4</sup>  
 I A R communia de accessionibus posses-  
 sionum pro titulo undecimo ind. F

## LIBER QUADRAGESIMUS SECUNDUS.

q. 76 f. 263

## I.

R DE RE IUDICATA ET DE EFFECTU SENTENTIARUM ET EPSA  
DE INTERLOCUTIONIBUS R

1 **MODESTINUS** libro septimo pandectarum. Res iudicata dicitur, [B. 9, 3, 1. Ep. 16, 69 sch. E] quae finem controuersiarum pronuntiatione iudicis accipit: quod uel condemnatione uel 6 absoluteione contingit.

2 **ULPIANUS** libro sexto ad edictum. Qui pro tribunali cognoscit, non semper [B. 9, 3, 2 E] tempus iudicati seruat, sed nonnumquam artat, nonnumquam prorogat pro causae qualitate et quantitate uel personarum obsequio uel contumacia. sed perraro intra statutum tempus 10 sententiae exsequuntur, ueluti si alimenta constituentur uel minori uiginti quinque annis subuenitur.

3 **PAULUS** libro septimo decimo ad edictum. Qui damnare potest, is absoluendi [B. 9, 3, 3 E] quoque potestatem habet. 14

4 **ULPIANUS** libro quinquagesimo octauo ad edictum. Si se non optulit procu- [B. 9, 3, 4 E] rator, iudicati actio in eum denegabitur et in dominum dabitur: si se optulit, in ipsum dabitur. optulisse autem se liti uidetur non is, qui in rem suam procurator datus sit: nam hic alia ratione recusare iudicati actionem non potest, quia hic non in alienam, sed in suam rem procurator factus est. Tutor quoque uel curator in ea condicione sunt, ut non debeant uideri se liti optulisse, idcircoque debet denegari in eos iudicati actio. Actor 20 municipium potest rem iudicatam recusare: in municipes enim iudicati actio dabitur. Ait Praetor: 'condemnatus ut pecuniam soluat'. a iudicato ergo hoc exigitur, ut pecuniam soluat. quid ergo, si soluere quidem paratus non sit, satisfacere autem paratus sit, quid dicimus? et ait Labeo debuisse hoc quoque adici 'neque eo nomine satisfaciat': fieri enim posse, ut idoneum expromissorem habeat. sed ratio pecuniae exigendae haec fuit, quod 25 noluerit praetor obligationes ex obligationibus fieri: idcirco ait 'ut pecunia soluat'. ex magna tamen et idonea causa accedendum erit ad Labeonis sententiam. Si ex conuentione litigantium cautum sit post rem iudicatam ei, cui quis condemnatus est, eueniet, ut hic et retendatur<sup>1</sup>, si modo nouatio intercessit: ceterum si non nouandi causa id factum est, manebit ordo executionis. sed et si pignora accepta sint uel fideiussores in rem iudicatam, consequens erit dicere non cessare executionem, quippe cum accesserit aliquid rei iudicatae, non sit a re iudicata recessum. idem obseruandum est in eo, cuius procurator condemnatus est. Si quis condemnatus sit, ut intra certos dies soluat, unde ei F(XYMOG)

<sup>1</sup> ut hinc ne teneatur?

6 condemnatio'ne' F<sup>2</sup> 9 ortat F<sup>1</sup> 15 libro om. F 17 se u' liti F<sup>4</sup> 18 non 'a' in F<sup>3</sup> 19 procurator bis F<sup>1</sup> 20 debeant] uideantur F<sup>1</sup> | idcircoqu'a'e F 22 a iudicato ergo hoc exigitur ut pecuniam soluat om. F<sup>1</sup> 23 ait' quid F<sup>2</sup> 25 pecunia'e' F<sup>2</sup> 26 ex obligationi'abus F<sup>3</sup> 28 post rem] per eum

F<sup>1</sup> | ut hic et retendatur] F, ut hic et (et om. MOC) recedatur XYMOG: Graecos non puto aliter legisse uerentes: ei kata cymfomon lalboi acfalēian o nikhas ... ouk arpei n apaitisic tis katadikis: ei de kata dorean, arpei B (Anon.) 31 ex'executionem F<sup>4</sup> 32 sit] F<sup>1</sup>, est F<sup>2</sup> | obseruandam F<sup>2</sup>

- tempus iudicati actionis computamus, utrum ex quo sententia prolata est an uero ex eo, ex quo dies status praeteriit? sed si quidem minorem diem statuerit iudex tempore legitimo, repletur ex lege, quod sententiae iudicis deest: sin autem ampliorem numerum dierum sua definitione iudex amplexus est, computabitur reo et legitimum tempus et quod
- 6 supra id iudex praestitit. Condemnatum accipere debemus eum, qui rite condemnatus est, 5 ut sententia ualeat: ceterum si aliqua ratione sententia nullius momenti sit, dicendum est 7 condemnationis uerbum non tenere. Soluisse accipere debemus non tantum eum, qui soluit, uerum omnem omnino, qui ea obligatione liberatus est, quae ex causa iudicati 8 descendit. Celsus scribit, si noxali condemnatus eum seruum, in quo usus fructus alienus est, noxae dedisti, posse tecum adhuc agi iudicati: sed si usus fructus interierit, liberari ait. 10
- 5 ULPIANUS libro quinquagesimo nono ad edictum. Ait praetor: 'cuius || de ea [B. 9, 3, 6] re iurisdictionis est'. melius scripsisset: 'cuius de ea re notio est': etenim notionis nomen 1 notionem. Si iudex aliquem sic condemnet, ut, quod habet ex testamento uel codicillis Maenii, restitueret Titio, sic accipiendum est, quasi quantitatem nominauit, quae testamento 12 uel codicillis relicta est. sed et si fideicommissum sine scriptura pronuntiatum<sup>1</sup>, idem erit probandum.
- 6 IDEM libro sexagesimo sexto ad edictum. Miles, qui sub armata [D. 1. 18 h. t. B. 9, 3, 6] militia stipendia meruit, condemnatus eatenus, qua<sup>2</sup> facere potest, cogitur soluere. [D] 1 Decem aut noxae dedere condemnatus iudicati in decem tene- [B. 9, 3, 6] tur: facultatem enim noxae dedendae ex lege accipit. at is, qui stipulatus est decem [B. 9, 3, 6] aut noxae dedere, non potest decem petere, quia in stipulatione singula per se ueniunt ea, quae singula separatim stipulari possumus: at iudicium solius noxae deditiois nullum est, sed pecuniariam condemnationem sequitur. et ideo iudicati decem agitur, his enim 2 solis condemnatur: noxae deditio in solutione est, quae e lege tribuitur. Qui [Ep. 16, 69] iudicati bona auctoritate sua distraxit, furti actione et ui bonorum raptorum ei tenetur. [Ep.] 3 Iudicati actio perpetua est et rei persecutionem continet: item heredi et in heredem competit.
- 7 GAIVS libro ad edictum praetoris urbani tituto de re [B. 9, 3, 7. Ep. 14, 65 sch. 16] iudicata. Intra dies constitutos, quamuis iudicati agi non possit, multis tamen modis iudicatum liberari posse hodie non dubitatur, quia constitutorum dierum spatium pro iudicato, 30 non contra iudicatum per legem constitutum est.
- 8 PAULUS libro quinto ad Plantium. Si homo ex stipulatu petitus post litem [B. 9, 3, 8] contestatam decesserit, absolutionem non faciendam et fructuum rationem habendam placet.
- 9 POMPONIVS libro quinto ex Plautio. Furioso sententia a iudice uel ab arbitro [B. 9, 3, 9] dici non potest. 35
- 10 MARCELLUS libro secundo digestorum. Qui, cum se pro patre fami- [B. 9, 3, 10. Ep. 17, 5] lias fingeret, mutuam pecuniam accepit et exheres a patre uel emancipatus sit, quamuis facere non possit, debet condemnari.
- 11 CELSUS libro quinto digestorum. Si kalendis fieri aliquid stipulatus sum, [B. 9, 3, 11] nempe quandocumque post kalendas accepto iudicio tanti tamen aestimanda lis est, quanti 40 interfuit mea kalendis id fieri: ex eo enim tempore quidque aestimatur, quod nouissime solui poterit<sup>3</sup>.
- 12 MARCELLUS libro quarto digestorum. In depositi uel commodati iudicio, [B. 9, 3, 12] quamquam dolo aduersarii res absit, condemnato succurri solet, ut ei actionibus suis dominus cedat. 45

F(XYMOC)

<sup>1</sup> pronuntiat datum?    <sup>2</sup> quatenus l. gem.    <sup>3</sup> quo nouissime solui potuit (edd.)?

1 actiones F<sup>2</sup> 2 praeterint F<sup>1</sup> 3 reple'a-  
tur F<sup>2</sup> | sentiae F<sup>1</sup> 4 dierum 'in' sua defi-  
nitione' F<sup>2</sup> 11 ulpianus] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup>  
14 si'c' F<sup>2</sup> 16 sed et si seq.] τὸ ἀγτὸ καὶ  
ἐπὶ ἀγράφου ἀμείβου B 23 eaque F<sup>1</sup> | dedi-  
tion'e'is F<sup>2</sup> 26 bona 'sua' auctoritate sua F<sup>2</sup> |

actione'm' F<sup>2</sup> 28 spatium uacuum reliqui  
propter 23, 3, 54 30 constitutum F<sup>2</sup>  
32 stipulatu's' F<sup>2</sup> 33 absolutione'm' F<sup>2</sup>  
36 qui 'se' cum se F<sup>2</sup> 39 quinto 'tertio' dige-  
storum F<sup>2</sup> 40 a'u'cepto F<sup>2</sup> 41 quidque  
quidquid F<sup>2</sup> 44 condemnato's' succurri F<sup>2</sup> |

- 3 CELSUS libro sexto digestorum. Si quis ab alio decem, ab alio satisdari sti- [B. 9, 3, 18] *E*  
 pulatus est, aestimandum erit, quantum stipulatoris intersit satisdari, idque aut tantundem  
 erit aut minus aut interdum etiam nihil: neque enim uani timoris ulla aestimatio est.  
 uerum sorte soluta nullum iam pretium aestimationis est, aut quantum ex sorte fuerit so-  
 lutum, tantundem ex aestimatione decedet. Si quis promiserit prohibere se, ut aliquid 5  
 damnum stipulator patiat, et faciat ne quod ex ea re damnum ita habeatur, facit quod  
 promisit: si minus, quia non facit quod promisit, in pecuniam numeratam condemnatur,  
 sicut euenit in omnibus faciendi obligationibus.
- 4 IDEM libro uicensimo quinto digestorum. Quod iussit uetuitae prae- [B. 9, 3, 14. Ep. 1 sch. 5] *E*  
 tor, contrario imperio tollere et remittere licet: de sententiis contra. 10
- 5 ULPIANUS libro tertio de officio consulis. A diuo Pio rescriptum est magi- [B. 9, 3, 15] *E*  
 stratibus populi Romani, ut iudicum a se datorum uel arbitratorum sententiam exsequantur f. 264  
 hi qui eos dederunt. Sententiam Romae dictam etiam in prouinciis posse praesides, si  
 hoc iussi fuerint, ad finem persequi imperator noster cum patre rescripsit. In uenditione  
 itaque pignorum captorum facienda primo quidem res mobiles et animales pignori capi 15  
 iubent, mox distrahi: quarum pretium si suffecerit, bene est. si non suffecerit, etiam soli  
 pignora capi iubent et distrahi. quod si nulla mouentia sint, a pignoribus soli initium fa-  
 ciunt: sic denique interloqui solent, si mouentia non sint, ut soli quoque capiantur: nam  
 a pignoribus soli initium faciendum non est. quod si nec quae soli sunt sufficiant uel  
 nulla sint soli pignora, tunc peruenietur etiam ad iura. exsequantur itaque rem iudicatam 20  
 praesides isto modo. Si pignora, quae capta sunt, emptorem non inueniant, rescriptum  
 est ab imperatore nostro et diuo patre eius, ut addicantur ipsi, cui quis condemnatus est,  
 addicantur autem utique ea quantitate quae debetur. nam si creditor maluerit pignora in  
 creditum possidere isque esse contentus, rescriptum est non posse eum quod amplius sibi  
 debetur petere, quia uelut pacto transegisse de credito uidetur, qui contentus fuit pignora 25  
 possidere, nec posse eum in quantitatem certam pignora tenere et superfluum petere.  
 Si rerum, quae pignoris iure captae sunt, controuersia fiat, constitutum est ab imperatore  
 nostro ipsis, qui rem iudicatam exsequantur, cognoscere debere de proprietate: et si  
 cognouerint eius fuisse qui condemnatus est, rem iudicatam exsequantur. sed sciendum  
 est summam eos cognoscere debere nec sententiam eorum posse debitori praedictare, si 30  
 forte hi dimittendam eam rem putauerint, quasi eius sit, qui controuersiam mouit, non  
 eius, cuius nomine capta est: nec eum, cui restituta est, statim habere per sententiam  
 debere, si forte iure ordinario coeperit ab eo res peti. sic euenit, ut omnibus integris  
 tantum capioni res iudicata proficiat. sed illud debet dici, ubi controuersia est de pignore,  
 id dimitti debere et capi aliud, si quod est sine controuersia. Quod si res sit pignerata, 35  
 quae pignori capta est, uidendum est, an sic distrahi possit, ut dimisso creditore super-  
 fluum in causam iudicati conuertatur. et quamquam non cogatur creditor rem, quam pignori  
 accepit, distrahere: tamen in iudicati executione seruatur, ut, si emptorem inuenerit res
- F(XYMOC)*

2 stipulatoris] stipulatur *F*<sup>1</sup> 5 aestimatio-  
 ne'm *F*<sup>1</sup> | ut] *FY*<sup>2</sup>*M*, ne *XOC*, aut *Y*<sup>2</sup> 6 sti-  
 pulatur patietur *F*<sup>1</sup> | neque ex ea re damnum  
 stipulator patietur et faciat h'ita habeatur *F*<sup>1</sup>  
 (ubi debuit opinor prior uncinulus collocari ante  
 stipulatur, ut male repetita stipulatur patietur  
 et faciat tota tollerentur), ne quod (neque *X*)  
 ex ea re damnum stipulatori habeatur (ha-  
 beatur inter alia om. *Y*<sup>2</sup>) *F*<sup>2</sup>*XYM*, ne quod  
 ex ea re damnum stipulator paciatur *O*, ne  
 quod ex ea re damnum stipulator habeat *C*:  
 εἰ ὁμολογήσω κωλύειν ζημιωθῆναι σε, εἰ μὲν  
 κωλύσω, ἐπλήρωσα τὸ ὁμολογηθέν· εἰ δὲ μή,  
 εἰς χρήματα κατακρίνομαι *B* (*Anon.*) 7 si mi-  
 nus ... promisit del. *F*<sup>2</sup> 8 faciendi's obl. *F*<sup>2</sup>  
 9 iussit] iussus *F*: κελύγει ἢ κωλύει *B* et *Epit.* |

netuitu'a'e *F*<sup>2</sup> 10 tollere et remittere] tol-  
 lere et repetere *F*<sup>2</sup>: ἢ συγχορεῖν (= remit-  
 tere) καὶ περιαιρεῖν (= tollere) *Epit.*, ἀνατρέ-  
 πειν *B* | de sentiis *F* 11 ulpianus] idem *F*<sup>2</sup> |  
 magistrat'ib'us *F*<sup>2</sup>: ἀρχῶν δοῦς δικαστῶν τὴν  
 ψήφον αὐτοῦ ἐκβιβάζετω *B* (*Anon.*) 12 ne'l' *F*<sup>2</sup> |  
 exsequantur hi qui eos dederunt sententiam  
 om. *F*<sup>2</sup> 13 posse 'per' praesides *F*<sup>2</sup> 14 ius-  
 sum *F*<sup>2</sup> 15 res mobiles et animales] *Hal.*  
 cum *B*: τὰ κινητὰ καὶ τὰ ἐμψυχα, res mobiles  
 animales *FXYMOC* 16 uene *F* (*em. f.*)  
 17 iube'n't *F*<sup>2</sup> | initint *F*<sup>2</sup> 24 est] esse *F*<sup>2</sup>  
 25 de credito] *F*, decreto *X*<sup>2</sup>*Y*<sup>2</sup>*MC*, de ce-  
 tero *X*<sup>2</sup>*Y*<sup>2</sup>*O* 27 capta'e' *F*<sup>2</sup> 28 propri'a'e-  
 tate *F*<sup>2</sup> 31 hi] in *F*<sup>2</sup> | putauerunt *F*<sup>2</sup> 34 sed]  
 sed et *F*<sup>2</sup> 38 executionem *F*



- quae capta est, qui dimisso priore creditore superfluum soluere sit paratus, admittenda sit huius quoque rei distractio. nec uidetur deterior condicio creditoris fieri suum conse-
- 6 cuturi nec prius ius pignoris dimissuri, quam si ei fuerit satisfactum. Si post addictum pignus aliqua controuersia emptori moueatur, an sit cognitio eiusdem iudicis, qui sententiam exsecutus fuerit, uidendum est. et cum semel emptio perfecta sit eiusque qui com-
- 5 parauit periculum uertatur, non puto locum esse cognitioni: certe posteaquam inductus est emptor in possessionem, nonne cessabunt partes eorundem iudicum? idemque et si
- 7 ipsi, cui quis iudicatus est, res fuerit addicta. Sed si emptor, cui pignora sunt addicta exsequente iudice, pretium non soluat, utrum aduersus emptorem porrigere manus debeant idem iudices, qui sententiam exsequuntur, uidendum est. et non puto eos ultra procedere: ■ ceterum longe res abibit. quid enim dicemus? condemnabunt emptorem et sic exsequenter aduersus eum sententiam, an statim pro iudicato habebunt? et quid si neget se emisse aut exsoluisse contendat? melius igitur erit, si non se interponant, maxime cum nec habeat actionem aduersus eum is, cui iudicatum fieri desideratur. nec iniuria adficietur: oportet ■ enim res captas pignori et distractas praesenti pecunia distrahi, non sic, ut post tempus ■ pecunia soluatur. certe si se interponant, hactenus debebunt interuenire, ut ipsam rem
- 8 addictam capiant et distrahant, quasi nondum uinculo pignoris liberatam. Sic quoque iudices exsequuntur iudicatum, ut nomina iure pignoris capiant, si nihil aliud sit quod
- 9 capi possit: posse enim nomen iure pignoris capi imperator noster rescripsit. Sed utrum confessum nomen tantum capi possit an etiam si neget quis se debere, uideamus. et magis ■ est, ut id dumtaxat capiatur, quod confitetur: ceterum si negetur, aequissimum erit discedi a nomine, nisi forte quis exemplum secutus corporalium pignorum ultra processerit dixeritque ipsos debere iudices de nomine cognoscere, ut cognoscunt de proprietate: sed contra
- 10 rescriptum est. Item quid dicemus? utrum ipsi iudices conuenient nomen exigentque id quod debetur et in causa iudicati conuertent, an uero uident nomen, ut pignora corpo-
- 8 ralia solent? et necesse est, ut quod eis facilius uideatur ad rem exsequendam, hoc faci-
- 11 ciant. Sed et si pecunia penes argentarios sit, aequè capi solet. hoc amplius et si penes alium quem, destinata tamen ei, qui condemnatus est, solet pignoris iure capi et conuerti
- 12 in causam iudicati. Praeterea pecuniam quoque depositam nomine condemnati uel in arcam reclusam solent capere, ut iudicato satisfiat. hoc amplius et si pupillaris pecunia in ■ arcam reposita sit ad praediorum comparisonem, et citra permissum praetoris ab eo, qui exsequitur iudicatum, solet capi et in causam iudicati conuerti.
- 16 **ULPIANUS** libro sexagensimo tertio ad edictum. Sunt qui in B. 9, 3, 16. BS. 12, 1, 61 sch. 5 ■ id quod facere possunt conueniuntur, id est non deducto aere alieno. et quidem sunt hi fere. qui pro socio conueniuntur (socium autem omnium bonorum accipiendum est): item ■ parens:
- 17 **IDEM** libro decimo ad edictum. patronus patrona liberique eorum et parentes: B. 9, 3, 17 ■ item maritus de dote in id quod facere potest conuenitur:
- 18 **IDEM** libro sexagensimo sexto ad edictum. item miles, qui sub D. 1. 6 pr. h. t. B. 9, 3, 18 ■ armata militia stipendia meruit, condemnatus eatenus, quatenus facere potest, cogitur ■ soluere.
- 19 **PAULUS** libro sexto ad Plautium. Inter eos, quibus ex ea B. 9, 3, 19. BS. 18, 5, 10 sch. 59 ■ dem causa debetur, occupantis melior condicio est nec deducitur, quod eiusdem conditionis hominibus debetur, sicuti fit in de peculio actione: nam et hic occupantis melior est

*F(XYMO)*

1 qu'a'e F<sup>2</sup> 3 pignori's' F<sup>2</sup> | satisfatum F<sup>2</sup>  
 4 aliqu'i'a F<sup>2</sup> | eiusdem co' iudicis F<sup>2</sup> 6 uer-  
 tatur] F<sup>2</sup>, uersatur F<sup>2</sup> 10 proc'u'edere F<sup>2</sup>  
 11 abibit] habauit F<sup>2</sup> 12 pro] prae F<sup>2</sup>  
 15 praesenti's' pec. F<sup>2</sup> 16 interponat hac  
 tempus deb. F<sup>2</sup> 17 non'dum' F<sup>2</sup> 20 se]  
 seu F<sup>2</sup> 22 pigner'a'um F<sup>2</sup> | ultra proces-  
 serit] F<sup>2</sup>, ita F<sup>2</sup> | dixeritqu'a'e F<sup>2</sup> 23 pro-

pri'a'etate F<sup>2</sup> 24 qui'd' F<sup>2</sup> | exigentqu'a'e F<sup>2</sup>  
 25 causa F 27 argentarius F<sup>2</sup> | sole'n't F<sup>2</sup>  
 28 destinata'm' tamen F<sup>2</sup> 31 reposita'm' sit F<sup>2</sup>  
 33 ulpianus] F<sup>2</sup>, idem F<sup>2</sup> | qui'd' in F<sup>2</sup>  
 37 item F<sup>2</sup> 39 item om. D. l. gem. 40 sti-  
 pendia'm' meruit F<sup>2</sup> | quatenus] qua D. l. gem.  
 42 eodem F<sup>2</sup> 43 mel'ior F<sup>2</sup>

causa. sed et si cum patre patronus agatur, non est deducendum aes alienum, maxime quod eiusdem condicionis personis debetur, ut liberis libertis. Is quoque, [D. 50, 17, 173 pr. qui ex causa donationis conuenitur, in quantum facere potest condemnatur et [Ep. 17, 6 quidem is solus deducto aere alieno: et inter eos, quibus ex simili causa pecunia debetur, occupantis potior erit causa. immo nec totum quod habet extorquendum ei puto: sed et si ipsius ratio habenda est, ne egeat.

MODESTINUS libro secundo differentiarum. Non tantum dotis nomine maritus [B. 9, 3, 20] E\* in quantum facere possit condemnatur, sed ex aliis quoque contractibus ab uxore iudicio conuentus in quantum facere potest, condemnandus est ex diui Pii constitutione. quod et in persona mulieris aequa lance seruari aequitatis suggerit ratio. 10

PAULUS libro sexto ad Plautium. Sicut autem cum marito agitur, ita et cum [B. 9, 3, 21] E\* socero, ut non ultra facultates damnetur. an si cum socero ex promissione dotis agatur, an id quod facere potest, damnandus sit? quod et id<sup>1</sup> aequum esse uideatur: sed alio iure [f. 265] utimur, ut et Neratius scribit. 14

POMPONIUS libro uicensimo primo ad Quintum Mucium. Sed hoc ita accipiendum est, si a socero dos ex promissione petatur soluto matrimonio: uerum si manente matrimonio dos ab eo petatur, succurrendum utique est, ut ne maioris summae condemnatur, quam quantum facere potest. Quod autem de sociis dictum [BS. 12, 1, 66 sch. 8] est, ut et hi in quantum facere possint condemnentur, causa cognita se facturum praetor edicit. causae cognitio autem in hoc erit, ut neganti se socium esse aut ex doli clausula [20] Obligato non succurratur.

PAULUS libro sexto ad Plautium. Si cum procuratore mariti de [B. 9, 3, 28. BS. 8, 2, 51] E\* re actum fuerit, si quidem uiuo marito condemnatio fiet, in quantum facere potest fiet damnatio (nam et defensor mariti in id, quod ille facere potest, damnatur), mortuo uero marito in solidum. 25

POMPONIUS libro quarto ex Plautio. Et si fideiussor acceptus sit rei uel [B. 9, 3, 24] E\* actionis, non proderit, si persona, pro qua fideiussit, in quantum facere potest, condemnanda est. Si maritus soluendo non fuerit, licet ipsi marito prosit, quod facere non possit (id enim personae mariti praestatur), heredi eius hoc non prodest. 29

PAULUS libro sexagensimo ad edictum. Sciendum est heredes earum personarum non in id, quod facere possunt, sed in integrum teneri. [B. 9, 3, 25] E\*

ULPIANUS libro septuagensimo septimo ad edictum. Si conuenerit [B. 9, 3, 26. BS. 12, 2, 21] E\* inter litigatores, quid pronuntietur, non ab re erit iudicem huiusmodi sententiam proferre.

MODESTINUS libro primo responsorum. Praeses prouinciae usuras usurarum [B. 9, 3, 27] E\* condemnauit contra leges et sacras constitutiones ideoque Lucius Titius contra prolatam sententiam iniustam praesidis appellauit: quaero, cum non secundum legem Titius prolocasset, an exigi possit pecunia secundum condemnationem. Modestinus respondit, si sententiae certa quantitas continetur, nihil proponi, cur iudicati agi non possit. 35

IDEM libro duodecimo responsorum. Duo iudices dati diuersas sententias [B. 9, 3, 28] E\* dederunt. Modestinus respondit utramque sententiam in pendentem esse, donec competens iudex unam earum confirmauerit. 40

IDEM libro septimo pandectarum. Tempus, quod datur iudicato, etiam hereditibus eius ceterisque qui in locum eius succedunt tribuitur (uidelicet quod ex tempore deest), quia causae magis quam personae beneficium praestituitur. [B. 9, 3, 29] E\*

F(XYMOG)

<sup>1</sup> et id] itidem?

1 aes] est F<sup>1</sup> 2 libertis] que' is F<sup>2</sup> 6 ipsius] F<sup>2</sup>, ipsarum D. l. gem.: γίνεται γάρ και αὐτοῦ λόγος B 11 septimo] xto F<sup>1</sup> 14 ut] et F<sup>2</sup> 16 promissionis] F<sup>1</sup> 17 habeo] F<sup>2</sup> 19 possit] t F<sup>2</sup> 24 damnatio ... potest om. F<sup>1</sup> 25 in solidum] F<sup>1</sup> 26 plantium] F<sup>1</sup> | rei uel]

uel rei] F<sup>1</sup> 27 si] F<sup>1</sup>, et si F<sup>2</sup> 30 earum] farum F<sup>1</sup> 33 pronuntietur] F<sup>2</sup> | non habere] F<sup>2</sup> 35 et om. F<sup>1</sup> 36 legem instituit] titius F<sup>2</sup>, legem hic titius F<sup>2</sup>: (ἐάν) μή ἐκκληθῆ B 40 in] im F 41 eorum] F<sup>1</sup> 42 iudicati] F<sup>1</sup> 43 qu' in] F<sup>2</sup>

- 30 POMPEONIUS libro septimo uariarum lectionum. Cum ex causa donationis pro- B. 9, 3, 30 E  
missa pecunia est, si dubium sit, an ea res eo usque donatoris facultates exhaurire possit,  
ut uix quicquam ei in bonis relictum sit, actio in id quod facere possit danda est, ita ut  
et ipsi donatori aliquid sufficiens relinquatur. quod maxime inter liberos et parentes ob-  
seruandum est. 5
- 31 CALLISTRATUS libro secundo cognitionum. Debitoribus non tan- B. 9, 3, 81. Ep. 17, 8 not. E  
tum petentibus dies ad soluendum dandi sunt, sed et prorogandi, si res exigat: si qui  
tamen per contumaciam magis, quam quia non possint explicare pecuniam, differant solu-  
tionem, pignoribus captis compellendi sunt ad satisfaciendum ex forma, quam Cassio pro-  
consuli diuus Pius in haec uerba rescripsit: 'His, qui fatebuntur debere aut ex re iudicata 10  
'neceesse habebunt reddere, tempus ad soluendum detur, quod sufficere pro facultate cuiusque  
'uidebitur: eorum, qui intra diem uel ab initio datum uel ex ea<sup>1</sup> causa postea prorogatum  
'sibi non reddiderint, pignora capi<sup>2</sup> eaque, si intra duos menses non soluerint, uendantur:  
'si quid || ex pretiis supersit, reddatur ei, cuius pignora uendita erant'. i. 262.
- 32 IDEM libro tertio cognitionum. Cum prolatis constitutionibus contra eas pro- B. 9, 3, 32 E  
nuntiat iudex, eo quod non existimat causam, de qua indicat, per eas iuari, non uidetur 16  
contra constitutiones sententiam dedisse. ideoque ab eiusmodi sententia appellandum est:  
alioquin rei iudicatae stabitur.
- 33 IDEM libro quinto cognitionum. Diuus Hadrianus, aditus per libellum a Iulio B. 9, 3, 33 E  
Tarentino et indicante eo falsis testimoniis, conspiratione aduersariorum testibus pecunia 20  
corruptis, religionem iudicis circumuentam esse, in integrum causam restituendam in haec  
uerba rescripsit: 'Exemplum libelli dati mihi a Iulio Tarentino mitti tibi iussi: tu, si tibi  
'probauerit conspiratione aduersariorum et testibus pecunia corruptis oppressum se, et rem  
'seuere iudica et, si qua a iudice tam malo exemplo circumscripto iudicata sunt, in inte-  
'grum restitue'. 25
- 34 LICINIUS RUFINUS libro tertio decimo regularum. Si uictum uel stratum B. 9, 3, 34 E  
inferri quis iudicato non patiat, utilis in eum poenalis actio danda est uel, ut quidam  
putant, iniuriarum cum eo agi poterit.
- 35 PAPIRUS IUSTUS constitutionum libro secundo. Imperatores Antoninus et B. 9, 3, 35 E  
Uerus rescripserunt, quamquam sub obtentu nouorum instrumentorum restitui negotia minime 30  
oporteat, tamen in negotio publico ex causa permittere se huiusmodi instrumentis uti.
- 36 PAULUS libro septimo decimo ad edictum. Pomponius libro trigensimo septimo B. 9, 3, 36 E  
ad edictum scribit, si uni ex pluribus iudicibus de liberali causa cognoscenti de re non  
liqueat, ceteri autem consentiant, si is iurauerit sibi non liquere, eo quiescente ceteros, qui  
consentiant, sententiam proferre, quia, etsi dissentiret, plurium sententia optineret. 35
- 37 MARCELLUS libro tertio digestorum. Tunc autem uniuersi iudices intelleguntur B. 9, 3, 37 E  
iudicare, cum omnes adsunt.
- 38 PAULUS libro septimo decimo ad edictum. Inter pares numero iudices si B. 9, 3, 38 E  
dissonae sententiae proferantur, in liberalibus quidem causis, secundum quod a diuo Pio  
constitutum est, pro libertate statutum optinet, in aliis autem causis pro reo. quod et in 40  
1 iudiciis publicis optinere oportet. Si diuersis summis condemnent iudices, minimam spectan-  
dam esse Iulianus scribit.
- 39 CELSUS libro tertio digestorum. Duo ex tribus iudicibus uno ab- B. 9, 3, 39. BS. 7, 3, 18 E<sup>f</sup>  
sente iudicare non possunt, quippe omnes iudicare iussi sunt. sed si adsit et contra sentiat,  
statur duorum sententiae: quid enim minus uerum est omnes iudicasse? 45

F(XYMOC)

<sup>1</sup> ea del.    <sup>2</sup> capiantur (edd.)?

8 different F<sup>a</sup> 11 facultate m' cuiusque F<sup>2</sup>  
12 intra] contra F<sup>1</sup> 15 tertio de' eognitio-  
num F<sup>2</sup> 16 de] ideo F<sup>1</sup> 19 quinto de'  
cognitionum F<sup>2</sup> | a om. F<sup>1</sup> 20 et iudicante F<sup>1</sup>  
22 tui si F<sup>2</sup> 24 exemplum F<sup>1</sup> | circum-

scriptio F<sup>2</sup>, circoscriptio F<sup>1</sup> 25 restitue re li-  
cinnius || licinnius F<sup>4</sup> 29 secundo] seecundo F<sup>2</sup>  
33 de re] dare F<sup>1</sup> 35 disse d'ntiret F<sup>3</sup> |  
sententiam F 38 numera iudice si F<sup>2</sup> 39 in]  
in de F | quod a om. F<sup>1</sup> 44 iudicari iussi F<sup>2</sup>

PAPINIANUS libro decimo responsorum. Commodis praemiorum, quae propter [B. 9, 8, 40] P  
sordas sacras praestantur, condemnato placuit interdicti et eam pecuniam iure pignoris in  
causam iudicati capi.

PAULUS libro quarto decimo quaestionum. Nesennius<sup>1</sup> Apollinaris: si te do- [B. 9, 8, 41] P  
naturum mihi delegaero creditori meo, an in solidum conueniendus sis? et si in solidum 5  
conueniendus, an diuersum putes, si non creditori meo, sed ei, cui donare uolebam, te  
delegaero? et quid de eo, qui pro muliere, cui donare uolebas, marito eius dotem pro-  
miserit? respondit: nulla creditor exceptione summoneretur, licet is, qui ei delegatus est,  
poterit uti aduersus eum, cuius nomine promisit: cui similis est maritus, maxime si con-  
stante matrimonio petat. et sicut heres donatoris in solidum condemnatur et ipse fide- 10  
iussor, quem in donando adhibuit, ita et<sup>2</sup> ei, cui non donauit, in solidum condemnatur.  
Fundum quis donauit: si non restituat, ut quiuis possessor damnandus est: si autem fun-  
dum restituit, fructuum ¶ nomine, si non eos consumpsit, in solidum condemnandus est: f. 266  
potuit enim non periclitari, si statim restituisset: si dolo desit possi- [BS. 12, 1, 61 sch. 14]  
dere, in litem iurabitur et tanti sequetur condemnatio. In solidum condemnatus do- [BS] 15  
nator actione iudicati, nisi in quantum facere potest, non tenetur beneficio constitutionis.

IDEM libro tertio responsorum. Paulus respondit rescindere quidem sententiam [B. 9, 8, 42] P  
suam praecedentem praetorem non posse, reliqua autem, quae ad consequentiam quidem  
iam statutorum pertinent, priori tamen sententiae desunt, circa condemnandum reum uel  
absolendum debere supplere, scilicet eodem die. 20

IDEM libro sexto decimo responsorum. Paulus respondit eos, qui una sen- [B. 9, 8, 43] P  
tentia in unam quantitatem condemnati sunt, pro portione uirili ex causa iudicati conue-  
niri, et si ex sententia aduersus tres dicta Titius portionem sibi competentem exsoluit, ex  
persona ceterorum ex eadem sententia conueniri eum non posse. 24

SCAEUOLA libro quinto responsorum. Ex contractu paterno actum est cum [B. 9, 8, 44] P  
pupilla tutore auctore et condemnata est: postea tutores abstinerunt eam bonis paternis  
et ita bona defuncti ad substitutum uel ad coheredes peruenerunt: quaeritur, an hi ex  
causa iudicati teneantur. rescripsit<sup>3</sup> dandam in eos actionem, nisi culpa tutorum pupilla  
condemnata est. 29

PAULUS libro primo sententiarum. Acta apud se habita, si partes consen- [B. 9, 8, 45] P  
tiant et iudex hoc permiserit, potest iubere ea die circumduci, nisi uel negotium uel lis  
terminata est. De amplianda uel minuenda poena damnatorum post sententiam dictam  
sine principali auctoritate nihil est statuendum. Contra indefensos minores tutorem uel  
curatorem non habentes nulla sententia proferenda est. 34

HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum. Actorum uerba emendare [B. 9, 8, 46] P  
tenore sententiae perseverante non est prohibitum.

PAULUS libro quinto sententiarum. De unoquoque negotio praesentibus [B. 9, 8, 47] P  
omnibus, quos causa contingit, iudicari oportet: aliter enim iudicatum tantum inter praes-  
entes tenet. Qui apud fiscum causam defendere saepius conuenti<sup>4</sup> neglexerint, rebus iudi-  
catis subiciendi sunt. quod eo apparet, si saepe conuenti praesentiam suam facere noluerint. 40

TRYPHONINUS libro secundo disputationum. Decreta a praetoribus Latine interponi P  
debent.

PAULUS libro secundo manualium. Et exheredatum uel eum, qui se paterna [B. 9, 8, 48] P  
hereditate abstinuit, nec ex ipsius contractu nisi<sup>5</sup> id quod facere potest condemnandum.

<sup>P</sup>(XYMOC)

Nasennius (cf. tamen 3, 5, 34, 27, 1, 33, 35, 2, 22)? <sup>2</sup> et fideiussor, quem in donando  
adhibuit, ita et ipse? <sup>3</sup> respondit (edd.)? <sup>4</sup> saepius conuenti del. <sup>5</sup> in ins. (edd.)

et eam] etiam F<sup>1</sup> 4 quartio F 5 si] si  
s F<sup>2</sup> 6 creditori 'sui' meo F<sup>3</sup> 7 d'e' eo  
qui F<sup>2</sup> | uolebat] XYO cum B: εἰ τις δωροῦ-  
εμος γυναικὶ ὑπὲρ αὐτῆς προίκα ἐπερωτηθῆ-  
ι, uolebam FM (superscr. uel bat), uolebam uel  
uolebat C 8 summoneretur F<sup>2</sup> 11 d'a'o-

nando F<sup>4</sup> 16 indicatum F<sup>1</sup> 18 reliqua F<sup>2</sup>  
19 re'u'm F<sup>2</sup> 22 condemnatus F<sup>2</sup> 23 sen-  
tentia e' adu. F<sup>2</sup> | titius F<sup>2</sup> 27 uel adeo he-  
redes F<sup>2</sup> 28 damdam F 30 consentia'nt F<sup>2</sup>  
33 minorem tutores F<sup>2</sup> 43 paterna'm heredi-  
tate F<sup>2</sup>

- quemadmodum autem facere posse credatur, uidentum est, utrum deducto omni aere alieno, ut is, qui ex donatione conuenitur, an ut maritus et patronus nullo deducto aere alieno, et indubitati iuris est ad similitudinem uiri et patroni eum detrahendum<sup>1</sup>: pinguis enim donatori succurrere debemus quam ei, qui uerum debitum persolvere compellitur, 4
- 50 TRYPHONINUS libro duodecimo disputationum. ne liberalitate sua inops fieri [B. 9, 2, 48] P periclitetur.
- 51 PAULUS libro secundo manualium. Si quis dolo fecerit, ut bona eius ueni- [B. 9, 3, 49] P rent, in solidum tenetur. Si quis creditorem missum in possessionem rei seruandae causa non admiserit, si uenditor praestiterit creditori, quanti eius interfuerit, quaesitum est an debitor liberetur. et puto improbum esse eum, qui uelit iterum consequi quod accepit. 10
- 52 TRYPHONINUS libro duodecimo disputationum. Si rerum amotarum cum uiro [B. 9, 2, 50] P agatur, quamquam uideatur ea quoque actio praecedentis societatis uitae causam habuisse, in solidum condemnari debet, quoniam ex male contractu<sup>2</sup> et delicto oritur.
- 53 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Contumacia eorum, qui ius dicenti non P obtemperant, litis damno coercetur. Contumax est, qui tribus edictis propositis uel uno 15 pro tribus, quod uulgo peremptorium appellatur, litteris euocatus praesentiam sui facere contemnet. Poenam contumacis non patitur, quem aduersa ualetudo uel maioris causae occupatio defendit. Contumaces non uidentur, nisi qui, cum oboedire deberent, non obsequuntur, id est qui ad iurisdictionem eius, cui negant obsequi, pertinent. 19
- 54 PAULUS libro primo sententiarum. Contra pupillum indefensum eumque, qui [B. 9, 3, 51] P rei publicae causa abest, uel minorem uiginti quinque annis propositum peremptorium nihil momenti habet. Is, qui ad maius auditorium uocatus est, si litem inchoatam deseruit, contumax non uidetur.
- 55 ULPIANUS libro quinquagesimo primo ad Sabinum. Iudex posteaquam semel [B. 9, 3, 52] S sententiam dixit, postea iudex esse desinit: et hoc iure utimur, ut iudex, qui semel uel 25 plura uel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit: semel enim male seu bene officio functus est.
- 56 IDEM libro uicensimo septimo ad edictum. Post rem iudicatam uel iureiurando [B. 9, 3, 53] S decisam uel confessionem in iure factam nihil quaerit post orationem diui Marci, quia<sup>4</sup> in iure confessi pro iudicatis habentur. 30
- 57 IDEM libro secundo disputationum. Quidam consulebat, an ualeret sententia [B. 9, 3, 54] S a minore uiginti quinque annis iudice data. et aequissimum est tueri sententiam ab eo dictam, nisi minor decem et octo annis sit. certe si magistratum minor gerit, dicendum est iurisdictionem eius non improbari. et si forte ex consensu iudex minor datus sit scientibus his, qui in eum consentiebant, rectissime dicitur ualere sententiam. proinde si minor 35 praetor, si consul ius dixerit sententiamue protulerit, ualebit: princeps enim, qui ei magistratum dedit, omnia gerere decreuit.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> detrudendum? <sup>2</sup> ex male facto? <sup>3</sup> ternisus *ins.* (Noodt: cf. Paul. 5, 5, 7)? <sup>4</sup> quia post orationem diui Marci (cf. D. 42, 2, 6, 2)?

1 autem facere 'posset' (em. potest) condemnandum posse F<sup>2</sup> 3 eum detrahendum] FY, eum conueniendum XOC, eum condemnandum M 4 succurri F<sup>1</sup> 7 uenirent F<sup>2</sup> 9 si (etsi F<sup>2</sup>) uenditor praestiterit (praesteriterit F<sup>2</sup>) creditori seq.] quasi pro uenditor esset emptor, sic uertunt Graeci: τὸν πεμφθέντα εἰς νόμῳ τῶν ἐμῶν μὴ δεξιμένον ἐπὶ ὧν ταῦτα· εἰ δ' ἀγοραστὴς πληρώσει τὸ διαφέρον, ἐλευθεροῦμαι B (Anon.). *mihī uerba uidentur sic explicanda esse: rei seruandas causa missum neque admiserim a debitore creditorem postea ab altero creditore in eiusdem rei possessionem misso, cum is eam rem uenderet,*

obtulisse quanti sua interesset, id est ipsum debitum expensasque, itaque debitorem liberatum esse cum ipso debito tum obligatione poenali orta ex edicto ne uis fiat ei qui in possessionem missus sit 12 socii aetatis F<sup>2</sup> 13 male contractu] FY<sup>2</sup>, malo contractu XY<sup>2</sup>MOC 16 uulgo F<sup>1</sup> | euocatur F<sup>2</sup> | sui s' F<sup>2</sup> 18 oboedire] obedire F<sup>2</sup>, coheredi F<sup>1</sup> 19 e'u'ias F<sup>2</sup> 23 non uidetur] notuideri F<sup>1</sup> 25 qui] que F<sup>2</sup> 27 seu] seo F<sup>1</sup> 28 iudicatam uel' F<sup>2</sup>: μετὰ ψήφον ἢ ὄρκου λόσιν ἢ συγκατάθεσιν B 32 est 'non' tueri F<sup>2</sup> 33 dessem F<sup>1</sup> | annis] annis F<sup>2</sup> 36 si] F<sup>1</sup>, uel F<sup>2</sup>



- 58 IDEM libro septimo disputationum. Si, cum nulla sententia praecessisset, [B. 9, 3, 55] S  
capta sunt et distracta pignora, possunt reuocari.
- 59 IDEM libro quarto de omnibus tribunalibus. In summa sufficet, si expres- [B. 9, 3, 56] S  
serit iudex summam in sententia soluique iusserit uel praestari uel quo alio uerbo hoc  
1 significauerit. Amplius est rescriptum, etsi in sententia non sit summa adiecta, si tamen 5  
is qui petit summam expresserit et iudex ait: 'solue, quod petitum est' uel 'quantum pe-  
2 titum est', ualere sententiam. Qui sortis quidem condemnationem faciunt, de usuris autem  
ita pronuntiant 'usurae si quae competunt' uel 'quae competunt, ut praestentur', non recte  
pronuntiant: debent enim de usuris quoque cognoscere et certam facere condemnationem.  
3 Si quis ex edicto peremptorio post mortem sit condemnatus, non ualet sententia, quia 10  
morte rei peremptorium soluitur. ideoque, ut in re integra, de causa notio praestabitur  
et quod optimum patuerit<sup>1</sup>, statuetur.
- 30 IULIANUS libro quinto digestorum. Quaesitum est, cum alter ex litigatoribus [B. 9, 3, 57] S  
fabricians discessisset et iudex absente eo pronuntiasset, an iure uideretur pronuntiasse.  
respondit: morbus soticus etiam inuitis litigatoribus ac iudice diem differt. soticus 15  
autem existimandus est, qui cuiusque rei agenda impedimento est. litiganti porro quid  
magis impedimento est, quam motus corporis contra naturam, quem febrem appellant?  
igitur si rei iudicandae tempore alter ex liti|gatoribus febrem habuit, res non uidetur iudi- f. 267  
cata. potest tamen dici esse aliquam et febrium differentiam: nam si quis sanus alias ac  
robustus tempore iudicandi leuissima febre correptus fuerit, aut si quis tam ueterem quar- 20  
tanam habeat, ut in ea omnibus negotiis superesse soleat, poterit dici morbum soticum  
non habere.
- 1 IDEM libro quadragesimo quinto digestorum. In iudicati actione non prius [B. 9, 3, 58] S  
ratio haberi debet eius, cui prior<sup>2</sup> reus condemnatus fuerit. 24
- 2 ALFENUS UARUS libro sexto digestorum a Paulo epitomatorum. [B. 9, 3, 59. BS. 7, 2, 20] S  
Cum quaerebatur, iudex, si perperam iudicasset, an posset eodem die iterum iudicare, re-  
spondit non posse.
- 3 MACER libro secundo de appellationibus. Saepe constitutum est res inter [B. 9, 3, 60] S  
alios indicatas aliis non praeiudicare. quod tamen quandam distinctionem habet: nam sen-  
tentia inter alios dicta aliis quibusdam etiam scientibus obest, quibusdam uero, etiamsi 30  
contra ipsos iudicatum sit, nihil nocet<sup>3</sup>. nam scientibus nihil praeiudicat, ueluti si ex duo-  
bus heredibus debitoris alter condemnatur: nam alteri integra defensio est, etiamsi cum  
coherede suo agi scierit. item si ex duobus petitoribus alter uictus adqueuerit, alterius  
petitioni<sup>4</sup> non praeiudicatur: idque ita rescriptum est. scientibus sententia, quae inter alios  
data est, obest, cum quis de ea re, cuius actio uel defensio primum sibi competit, se- 35  
quentem agere patiatur, ueluti si creditor experiri passus sit debitorem de proprietate  
pignoris, aut maritus socerum uel uxorem de proprietate rei in dote acceptae, aut pos-  
sessor uenditore de proprietate rei emptae: et haec ita ex multis constitutionibus intel-  
legenda sunt. cur autem his quidem scientia nocet, superioribus uero non nocet, illa ratio  
est, quod qui scit coheredem suum agere, prohibere eum, quo minus uti uelit propria 40  
actione uel defensione utatur, non potest: is uero, qui priorem dominum defendere causam  
F(XYMOOC)

<sup>1</sup> paruerit (Hofmann)? <sup>2</sup> priori (ὁ προδικήσας B)? <sup>3</sup> nam sententia inter alios dicta  
scientibus, etiamsi contra ipsos iudicatum sit nihil, quibusdam obest, quibusdam uero nihil  
nocet (similiter Heraldus)? <sup>4</sup> appellationi?

1 l. 58 om. F<sup>1</sup> 3 summa] F<sup>41</sup>, sentus F<sup>o</sup>  
4 soluiqu'a'e F<sup>2</sup> | uerba F<sup>1</sup> 8 competunt  
ut praestentur F<sup>2</sup> 9 facere't' condemn. F<sup>4</sup>  
11 peremptorium F<sup>2</sup> | praestauit F<sup>1</sup>  
15 mortibus F<sup>2</sup> | innitus F<sup>o</sup> 19 et] ex F<sup>1</sup>  
20 quaternam F<sup>1</sup> 23 non prius] quasi ab-  
esse non, uertunt Graeci: προτιμάται ὁ προδι-  
κήσας B 25 alphenus F | uarus om. F<sup>2</sup>  
30 obest] non obest F<sup>o</sup> 33 ex duobus pe-

titoribus alter] εἰς τῶν δύο νομῶν B 34 est  
'si' scientibus F<sup>2</sup> 35 obest q' cum F<sup>4</sup> | se-  
quentem] Y<sup>2</sup>C, sequenti FXY<sup>o</sup>M, sequente O  
36 si creditor experiri passus sit debitorem  
(debitorem passus sit O)] FXO<sup>o</sup>C cum B: ei  
χρεώστης περὶ ὧν ἐνεχύρασεν ... δικάζεται, si  
debitor experiri passus sit creditorem YMO<sup>4</sup> |  
propri'a'etate F<sup>2</sup> 37 propri'a'etate F<sup>2</sup> 38 pro-  
priaetate F<sup>1</sup>

patitur, ideo propter scientiam praescriptione rei quamvis inter alios indicatae summonetur, quia ex uoluntate eius de iure, quod ex persona agentis habuit, iudicatum est. nam et si libertus meus me interueniente seruus uel libertus alterius iudicetur, mihi praediudicatur. diuersa causa est, si fundum a te Titius petierit, quem ego quoque, sed non ex persona Titti ad me pertinere dico: nam quamvis contra Titium me sciente iudicatum sit, nullum tamen praediudicium patior, quia neque ex eo iure, quo Titius uictus est, uindico, neque potui Titio intercedere, quo minus iure suo utatur, sicuti et de coerede supra diximus.

- 64 SCAEUOLA libro uicensimo quinto digestorum. Ne- [Scaeu. l. V resp. D. 49, 1, 24 pr. B. 9, 3, 61] A  
gotiorum gestorum condemnatus appellauit et diu negotium tractum est: quaesitum est ap-  
pellatione eius iniusta pronuntiata, an, quo tardius iudicatum sit, usurae pecuniae in con- 10  
demnatum deductae<sup>1</sup> medii temporis debeantur. respondit secundum ea quae proponuntur<sup>2</sup>  
dandam utilem actionem.

## II.

## R DE CONFESSIS R

ES

- 1 PAULUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. Confessus pro iudicato est, [B. 9, 4, 1] E  
qui<sup>3</sup> quodammodo sua sententia damnatur. 16
- 2 ULPIANUS libro quinquagesimo octauo ad edictum. Non fatetur qui [B. 9, 4, 2. Ep. 3, 6] E  
errat, nisi ius ignorauit.
- 3 PAULUS libro nono ad Plautium. Iulianus ait confesum certum se debere [B. 9, 4, 3] E  
legatum omnimodo damnandum, etiam si in rerum natura non fuisset et si iam a natura 20  
recessit, ita tamen, ut in aestimationem eius damnetur: quia confessus pro iudicato  
habetur.
- 4 IDEM libro quinto decimo ad Plautium. Si is, cum quo lege Aquilia agitur, [B. 9, 4, 4] E/  
confessus est seruum occidisse, licet non occiderit, si tamen occisus sit homo, ex || con- f. 267  
fesso tenetur. 25
- 5 ULPIANUS libro uicensimo septimo ad edictum. Qui Stichum debere se con- [B. 9, 4, 5] S  
fessus est, siue mortuus iam Stichus erat siue post litis contestationem decesserit, con-  
demnandus est.
- 6 ULPIANUS libro quinto de omnibus tribunalibus. Certum confessus pro iudi- [B. 9, 4, 6] S  
cato erit, incertum non erit. Si quis incertum confiteatur uel corpus sit confessus Stichum 30  
uel fundum dare se oportere<sup>4</sup>, argueri debet, ut certum confiteatur: item eum<sup>5</sup>, qui rem  
2 confessus est, ut certam quantitatem fateatur. Sed et si fundum uindictam meum esse  
tuque confessus sis, perinde habebis, atque si domini mei fundum esse pronuntiatum  
esset. et si alia quacumque actione ciuili uel honoraria uel interdicto exhibitorio uel resti-  
tutorio uel prohibitorio dum quis conuenitur, confiteatur, dici potest in his omnibus sub- 35  
sequi praetorem uoluntatem orationis diui Marci debere et omne omnino, quod quis con-  
fessus est, pro iudicato habere. dabitur igitur ex his actionibus, ex quibus dies datur ad  
restituendam rem, confesso tempus ad restitutionem et, si non restituatur, lis aestimabitur.
- 3 Si quis absente aduersario confessus sit, uidendum, numquid non debeat pro iudicato ha-  
bereri, quia nec qui iurat de operis<sup>6</sup>, obligatur nec solet absentem condemnari. certe 40  
4 procuratorem, tutorem curatoremue praesentem esse sufficit. Sed an et ipsos procuratores  
5 uel tutores uel curatores fateri sufficiat, uideamus: et non puto sufficere. In pupillo tutoris  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> Scaeuola l. V responsorum. Negotiorum gestor uel tutor uel curator bona fide condemnati appellauerunt et diu negotium tractum est: quaesitum est, appellatione eorum iniusta pronuntiata, an, quia tardius iudicatum sit, usurae principalis pecuniae *D. l. gem.* <sup>2</sup> proponerentur *D. l. gem.* <sup>3</sup> quia (*edd.*)? <sup>4</sup> uel corpus sit confessus Stichum uel fundum dare se oportere *del.* <sup>5</sup> eum *del.* <sup>6</sup> absente patrono *ins.*

1 inter 'eo' alios *F*<sup>4</sup> 6 patior] fater *F*<sup>2</sup> | uin- *F*<sup>2</sup> | habebis] habearis *F*<sup>2</sup> 38 aestima-  
dic'io *F*<sup>4</sup> 14 confensis *ind. F* 29 ulpianus] uitur *F*<sup>2</sup> 39 habere *F*  
*F*<sup>2</sup>, idem *F*<sup>2</sup> | quinto] u *F*<sup>2</sup> 33 confessu's

- 6 7 auctoritatem exigimus. Minorem a confessione sua restituemus. Confessi utique post confessionem tempora quasi ex causa iudicati habebunt.
- 7 AFRICANUS libro quinto quaestionum. Cum fideicommissum peteretur, heres [B. 9, 4, 7] *S* confessus est debere: arbiter ad restituendum datus comperit nihil deberi: quaesitum est, an possit absolvere. respondi posse interesse, qua ex causa nihil debeatur. nam si ob id, 5 quod nullum fideicommissum fuerit, non debere eum absolvere: si uero quia testator forte soluendo non erat aut quod heres omne solutum esse<sup>1</sup> apud praetorem dixerat et, cum controuersia et computatio difficilior esset, arbiter datus fuerit, saluo officio eum absoluturum: has enim partes eius esse, ut, si in computatione nihil inueniatur, possit absolvere. sed et<sup>2</sup> ex superiore casu ad praetorem remittere debet, ut absoluat. 10
- 8 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Non omnimodo confessus condemnari debet [B. 9, 4, 8] *S\** rei nomine, quae, an in rerum natura esset, incertum sit.

## III.

## DE CESSIONE BONORUM DE

ES

- 1 ULPIANUS libro septimo decimo ad edictum. Creditōri, qui ob restitutionem aedificiorum crediderit, privilegium exigendi datur. [B. 9, 5, 1. Ep. 17, 81] *E* 16
- 2 IDEM libro uicensimo primo ad edictum. In personalibus actionibus qui postea quidem contraxerunt, uerum ut pecunia eorum ad priores creditores perueniat, in locum eorum succedunt. [B. 9, 5, 2. Ep. 17, 14. 81] *E*
- 3 IDEM libro quinquagesimo octauo ad edictum. Is, qui bonis cessit, [B. 9, 5, 3. Ep. 17, 9] *E* ante rerum uenditionem utique bonis suis non caret: quare si paratus fuerit se defendere, 21 bona eius non ueneunt.
- 4 IDEM libro quinquagesimo nono ad edictum. Is qui bonis cessit si quid postea [B. 9, 5, 4] *E* 1 adquisierit, in quantum facere potest conuenitur. Sabinus et Cassius putabant [Ep. 17, 9] eum qui bonis cessit ne quidem ab aliis, quibus debet, posse inquietari. 25
- 5 PAULUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. Quem paenitet bonis cessisse, [B. 9, 5, 5] *E* potest defendendo se consequi, ne bona eius ueneant.
- 6 | ULPIANUS libro sexagesimo quarto ad edictum. Qui bonis suis cessit, si [B. 9, 5, 6] *E* f. 268 modicum aliquid post bona sua uendita adquisiuit, iterum bona eius non ueneunt. unde ergo modum hunc aestimabimus, utrum ex quantitate eius quod acquisitum est an uero 30 ex qualitate? et putem ex quantitate id aestimandum esse eius quod quaesit, dummodo illud sciamus, si quid misericordiae causa ei fuerit relictum, puta menstruum uel [Ep. 17, 9] annum alimentorum nomine, non oportere propter hoc bona eius iterato uenundari: nec enim fraudandus est alimentis cottidianis. idem et si usus fructus ei sit concessus uel legatus, ex quo tantum percipitur, quantum ei alimentorum nomine satis est. 35
- 7 MODESTINUS libro secundo pandectarum. Si debitoris bona uenerint, postulantibus [B. 9, 5, 7] *E* creditoribus permittitur rursus eiusdem debitoris bona distrahi, donec suum consequantur, si tales tamen facultates acquisitae sunt debitori, quibus praetor moueri possit.
- 8 ULPIANUS libro uicensimo sexto ad edictum. Qui cedit bonis, antequam debi- [B. 9, 5, 8] *S* 40 tum adgnoscat, condemnatur uel in ius confiteatur, audiri non debet.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> omne soluturum se (u. i.)?    <sup>2</sup> et del.

1 τῶνα *F*<sup>5</sup> 5 an possit *bis F*<sup>6</sup> 6 absolueres si *F* 7 omne solutum esse] *idem Graeci*: ὡς καταβαθόντος (al. καταλειφθέντος) αὐτοῦ (τοῦ ἀγγάτου) *B* 8 controuersia] *litteram a deleuit, mox (ut uideatur) restituit F*<sup>4</sup> 10 debet *a't F*<sup>2</sup> 12 nomine] homine *F*<sup>1</sup> | an τῶν *F*<sup>2</sup> 23 is] his *F*<sup>1</sup> 26 p'aenitet *F*<sup>2</sup> 30 aestimauimus *F*<sup>2</sup> 31 quantitate] *m' id F*<sup>2</sup> 34 usu' fructus *F*<sup>2</sup> 38 poss'e it *F*<sup>5</sup> 39 ad

edictum *om. F* | qui (quie *F*<sup>6</sup>) cedit *seg.*] τὸν θέλοντα ἐκτῆσαι, πρὶν ἐπιγῆθ' τὸ χρέος ἢ κατακριθῆ ἢ καταθῆται, οὐ δεῖ ἀκοῦεσθαι *B* (*Anon.*), *ubi καταθέσθαι quod est, non est in iure confiteri, sed potius soluere* 40 a'd'gnoscat *F*<sup>2</sup> | condemnatur uel] *F*, *condempnaturae uel X*, *condempnaturae uel YMC, condempnaturae an O* | a'u'diri *F*<sup>2</sup> | non debet] *FXM'O*<sup>2</sup>, debet *X'YO'C, inc. M*<sup>6</sup>



- 9 MARCIANUS libro quinto decimo institutionum. Bonis cedi non tantum in iure, B. 9, 5, 9, sed etiam extra ius potest. et sufficit et per nuntium uel per epistulam id declarari.

## III.

## R QUIBUS EX CAUSIS IN POSSESSIONEM EATUR R E

- 1 ULPIANUS libro duodecimo ad edictum. Tres fere causae sunt, ex quibus in B. 9, 6, 1 F possessionem<sup>1</sup> mitti solet: rei seruandae causa, item legatorum seruandorum gratia et uen-  
tris nomine. damni enim infecti nomine si non caueatur, non in<sup>2</sup> uniuersorum nomine fit  
missio, sed rei tantum, de qua damnum timetur.
- 2 IDEM libro quinto ad edictum. Praetor ait: 'in bona eius, qui iudicio sistendi causa E  
1 fideiussorem dedit, si neque potestatem sui faciet neque defenderetur<sup>3</sup>, iri iubebo'. Po-  
testatem autem sui non facit, qui id agit, ne aduersarius eius copiam sui habeat: ergo  
2 latitantis bona iubet possideri. Quid si non latitet, sed absens non defendatur? nonne  
3 uidetur potestatem sui non facere? Defendi autem uidetur, qui per absentiam suam in  
4 nullo deteriorem causam aduersarii faciat. Haec uerba 'defenderetur'<sup>4</sup> ΠΑΡΑΤΑΤΙΚΩΣ scripta  
sunt, ut neque sufficiat umquam defendisse, si non duret defensio, neque obsit, <sup>5</sup>si nunc 15  
offeratur.
- 3 IDEM libro quinquagesimo nono ad edictum. Apud Iulianum quaeritur, si B. 9, 6, 3 E  
communem rem cum Titio pater pupilli habuerit et communi diuidendo iudicio pupillus  
non defendatur nihilque erit, cuius nomine propter personam patris condemnatio fieri de-  
beat: utrum uenire bona patris oporteat an uero<sup>6</sup> rei seruandae causa possideantur. et ait 10  
Iulianus, si quidem pater aliquos fructus percepit aut fecerit rem deteriorem, bona eius  
uenire possunt<sup>7</sup>: si uero nihil sit, propter quod patris bona ueneant, pupilli possideri. Mar-  
cellus autem notat perquam iniquum esse eum, qui nihil cum pupillo contraxit, expectare  
eius pubertatem. quae sententia habet rationem: ideoque cum contractus ex persona patris  
1 descendat, dicendum erit non esse expectandam pupilli pubertatem. Contractum cum pu- 15  
pillo potest dici et si cum seruo eius contractum sit: competit enim aduersus eum de pe-  
culio actio. unde probandum est ex omnibus causis, ex quibus aduersus pupillum actio  
datur, hoc idem seruandum. et facilius erit hoc probandum in seruo, qui in rem domini  
2 uertit aut iussu eius<sup>8</sup> aut si institoria cum eo agi possit. Ego puto: et si cum | tutore 1. 20  
eius contractum est, ex qua causa actio in pupillum datur, magis est, ut edicto locus sit, 20  
3 quasi cum eo contractum sit. Si pupillus heres extiterit alicui exque ea causa legata de-  
beat, uidendum est, an huic edicto locus sit: magisque est, ut Marcellus scribit, etiam  
pupilli posse bona possideri esseque in arbitrio hereditariorum creditorum, quid potius ali-  
gant: etenim uidetur impubes contrahere, cum adiit hereditatem. 24
- 4 PAULUS libro quinquagesimo octauo ad edictum. Sed et is, qui miscuit se, B. 9, 6, 4 F  
contrahere uidetur.
- 5 ULPIANUS libro quinquagesimo nono ad edictum. Haec autem locum habent, B. 9, 6, 5 E  
quotiens pupillus non defendatur a quocumque, siue a tutore uel curatore<sup>9</sup>, siue habeat  
tutorem pupillus siue non habeat: ceterum si existat aliquis, qui defendere sit paratus,  
1 cessabit rei seruandae causa possessio. Non defendi pupillum constare debet liquereque 20  
praetori, ut sic permittat bonorum possessionem. hoc autem constare debet sic: enocandi  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> bonorum *ins.* (*Krueger*)    <sup>2</sup> in *del.* (*edd.*)    <sup>3</sup> defenderetur?    <sup>4</sup> 'neque defenderetur' (*edd.*)?  
<sup>5</sup> si defuit *ins.*    <sup>6</sup> pupilli *ins.*    <sup>7</sup> possunt *del.*    <sup>8</sup> aut iussu eius *del.* (*cf. D. 15, 4, 1, 7*)  
<sup>9</sup> siue a tutore uel curatore *del.*

5 fere] fore *F*<sup>1</sup>    8 timetur] tuetur *F*<sup>1</sup>: ἐξ  
οὐ τὴν ζημίαν φοβοῦμεθα *B*    11 sui non] non  
sui *F*<sup>1</sup>    12 latitant'is *F*<sup>2</sup>    13 'de'fendi *F*<sup>2</sup>  
14 faci'a't *F*<sup>2</sup>    15 unquam *F*<sup>2</sup>    18 cum]  
eum *F*<sup>2</sup>    19 nihilqu'a'e *F*<sup>2</sup>    21 fec'er'it *F*<sup>2</sup>  
22 sit *om.* *F*<sup>2</sup> | partis *F*<sup>2</sup>    23 esse't eum *F*<sup>2</sup>  
28 et] est *F*<sup>2</sup>    29 iussu 'dominus' eius *F*<sup>2</sup>:  
ἢ ὅταν κελύσει τοῦ δεσπότου λόγος συνα-  
λάξῃ μετὰ τινος *B* | instit'ut'oria *F*<sup>2</sup>    33 'u'  
quocumque *F*<sup>2</sup> | curatore' *F*<sup>2</sup>    39 aliquid *F*<sup>2</sup> |  
qui's defendere *F*<sup>2</sup>    40 liquerequ'a'e pra-  
toris' ut *F*<sup>2</sup>

sunt ad praetorem tutores pupilli, ut defendant: si autem non habet tutores, requirendi cognati uel adfines et si qui alii forte sunt, quos uerisimile est defensionem pupilli pupillae non omisso uel propter necessitudinem uel propter caritatem uel qua alia ratione: liberti etiam si qui sunt idonei, euocandi exquirendaque defensio. si aut negent se defendere aut non negent, sed taceant, tunc praetor possessionem dabit, tamdiu scilicet, quoad non defendatur: si defendi coeperit pupillus uel pupilla, desinet possideri. idem est et in furioso.

2 Ait Praetor: 'si is pupillus in suam tutelam uenerit eaque pupilla uiripotens fuerit et recte defendetur: eos, qui bona possident, de possessione decedere iubebo'. Recte defendi quid sit, uideamus, utrum tantum copiam sui facere et ad suscipiendum iudicium paratum esse an uero et satisfacere omnimodo. et quidem non solum ipsis se defendere uolentibus hoc edictum scriptum est, sed in rem: et 'recte defendetur' hoc est uel a se uel ab alio quocumque. sed si alius defendat, erit necessaria satisfactio, si ipse, non puto necessariam satisfactioem. ergo oblata defensione deici poterit interdicto reddito.

6 PAULUS libro quinquagesimo septimo ad edictum. In possessionem mitti solet [B. 9, 6, 6] E  
1 creditor et si sub condicione ei pecunia promissa sit. Cum dicitur: 'et eius, cuius bona  
2 'possessa sunt a creditoribus, ueneant, praeterquam pupilli et eius, qui rei publicae causa  
3 'sine dolo malo afuit', intellegimus eius, qui dolo malo afuerit, posse uenire. Si ab hostibus quis captus sit, creditores eius in possessionem mittendi sunt, ut tamen non statim bonorum uenditio permittatur, sed interim bonis curator detur. 19

7 ULPIANUS libro quinquagesimo nono ad edictum. Fulcinius existit [B. 9, 6, 7. Ep. 17, 16] E  
1 mat creditores rei seruandae causa missos in possessionem ex his rebus alii non debere.  
1 Praetor ait: 'Qui fraudationis causa latitabit, si boni uiri arbitrato non defendetur, [Ep. 17, 8  
2 'eius bona possideri uendique iubebo'. Cum<sup>1</sup> hoc edictum locum habeat, non sufficit [Ep.]  
latitare, sed et necesse est fraudationis causa id fieri: neque quod fraudationis causa sine latitatione fit, satis est ad possessionem et uenditionem, sed oportet fraudationis causa  
3 latitare. et est frequentissima haec causa possessionis: nam in usu latitantium bona possidentur. Si quis possederit bona alicuius quasi latitantis, qui non latitabat, et uendiderit,  
4 consequens erit dicere uenditionem bonorum secutam nullius momenti esse. Quid sit autem f. 269  
latitare, uideamus. latitare est non, ut Cicero<sup>2</sup> definit, turpis occultatio sui: potest enim quis latitare non turpi de causa, ueluti qui tyranni crudelitatem timet aut uim hostium aut  
5 domesticas seditiones. Sed<sup>3</sup> is, qui fraudationis causa latitet, non tamen propter creditores, etsi haec latitatio creditores fraudet, in ea tamen erit causa, ne hinc possideri bona eius possint, quia non hoc animo latitet, ut fraudet creditores: animus enim latitantis quaeritur, quo animo latitet, ut fraudet creditores an alia ex causa. Quid ergo, si duas causas latitandi habuit uel plures, inter quas etiam fraudandi creditores? an uenditio recte procedat?  
6 et puto probandum, si plures causae sint latitationis, inter quas est et fraudationis causa, nocere debere posseque hinc bona uendi. Quid si aduersus quosdam occultare se consilium non est, aduersus quosdam est, quid dicemus? et rectissime Pomponius scribit non aduersus omnes latitationem exigendam, sed aduersus eum, quem quis decipere et fraudare latitatione destinat. utrum ergo omnes bona eius uendere possunt, quia latitat, hoc est  
7 etiam hi, aduersus quos non latitat, quia uerum est eum latitare<sup>4</sup>, an uero is solus, aduersus quem latitat? et quidem uerum est eum latitare et fraudationis causa latitare, etsi

F(XYMOO)

<sup>1</sup> quo?    <sup>2</sup> in deperdito libro aliquo    <sup>3</sup> et ins. (Hal.)    <sup>4</sup> quia uerum est eum latitare del.

1 defendat F | habent F    3 omnis's'uros F<sup>2</sup> |  
c'haritatem F<sup>1</sup> (non F<sup>2</sup>)    4 qui's' sunt F<sup>2</sup>  
6 possidere F<sup>1</sup>    7 et del. F<sup>2</sup>    9 esset F  
14 septimo om. F<sup>1</sup>    22 latitauit F    24 et om.  
F<sup>2</sup> | fraudationis causa id fieri neque quod]  
fraudationis id causa fieri neque quod fraudat  
tionis causa id fieri neque quod F<sup>1</sup>, fraudatio  
nis id causa fieri neque quod F<sup>2</sup> 30 latitore F<sup>1</sup> |

de] da F    32 latitatio F<sup>2</sup> | possidere F<sup>2</sup>  
33 ut fraudetur creditores animus enim latitantis quaeritur quo animo latitet ut fraudet  
'creditores animus enim latitantis quaeritur  
quo animo latitet ut fraudet' an alia ex  
causa F<sup>2</sup>    39 latitationis F<sup>2</sup>    41 hi] si F<sup>2</sup> |  
is] si illos F<sup>1</sup>

non aduersus me latitet: sed illud spectandum Pomponius putat, an aduersus me, eumque  
 8 solum posse hinc uenditionem impetrare, aduersus quem latitetur. Latitare autem est cum  
 9 tractu aliquo latere, quemadmodum factitare frequenter facere. Adeo autem latitatio ani-  
 mum et affectum occultantis se desiderat, ut recte dictum sit furiosum hinc uenditionem  
 10 pati non posse, quia non se occultat, qui suus non est. Plane si non defendatur furiosus, 5  
 curatorem ei dandum, aut bona eius ut possideantur, nominatim permittendum est. Labeo  
 autem scribit, si non inueniatur curator uel defensor furiosi, sed et si curator datus eum  
 non defendat, tunc remouendum eum et oportere praetorem dare curatorem aliquem ex  
 creditoribus, ut non amplius, quam necesse est, ex bonis furiosi ueneat: eaque seruanda  
 11 Labeo ait, quae solent seruari, cum uenter in possessionem mittitur. Plane interdum bona 10  
 eius causa cognita uendenda erunt, si urgeat aes alienum et dilatio damnum sit allatura  
 creditoribus, ita autem uendenda, ut quod supersit, furioso detur, quia hominis eius status  
 et habitus a pupilli condicione non multum abhorret: quod quidem non est sine ratione.  
 12 Idemque et in prodigo dicendum est ceterisque, qui curatorum ope iuuantur: nec enim  
 13 quisquam proprie latitare eos dixerit. Illud sciendum est posse quem in eadem ciuitate 15  
 esse et latitare, et in alia ciuitate et non latitare. etenim qui in alia ciuitate sit copiamque  
 sui faciat in publico ibique pareat, an latitet, uideamus. et hodie hoc iure utimur, ut siue  
 quis eodem loci agat siue peregre agat, si tamen occursum creditoris euitet, latitare uideatur.  
 denique eum quoque, qui in foro eodem agat, si circa columnas aut stationes se  
 occultet, uideri latitare ueteres responderunt, et posse quem aduersus alterum latitare, ad- 20  
 uersus alterum non. constat autem, ut ipse eius possit bona uendere, aduersus quem la-  
 titat<sup>1</sup>. Si in diem uel sub condicione debitor latitet, antequam dies uel condicio [Ep. 17, 7  
 14 ueniat, | non possunt bona eius uenire: quid enim interest, debitor quis non sit an [Ep.] 1. 269  
 nondum conueniri possit? nam et si non sit debitor, idem dicemus. idem erit dicendum  
 15 et si quis habeat quidem actionem, sed talem, quae per exceptionem repellitur. Si quis 25  
 actione de peculio filii uel serui nomine conueniri possit, si latitet, eo iure utimur, ut pos-  
 sideri bona eius possideri et uenire, tametsi nihil fuerit in peculio, quia esse potest et rei  
 iudicatae tempus spectamus, utrum sit an non sit, et quod teneat actio, etiam si nihil in  
 16 peculio fuerit. Item uideamus, si quis aduersus in rem actionem latitet, an bona eius  
 possideri uenunquae dari possint. extat Neratii sententia existimantis bona esse uendenda: 30  
 17 et hoc rescripto Hadriani continetur, quo iure utimur. Celsus autem Sexto respondit, si  
 fundum, quem petere uolo, Titius possideat neque absens defendatur, commodius se existi-  
 mare in fundi possessionem mittendum quam bona eius possideri. hoc adnotandum est  
 18 Celsum consultum non de latitante, sed de absente. Idem Celsus existimat, si is, a quo  
 hereditatem petere uelim, latitat, commodissime fieri posse, ut in possessionem mittat rerum, 35  
 quas pro herede uel pro possessore possidet: sed si dolo fecit, quo minus possideret, bona  
 19 eius possidenda et uendenda sunt. Diuus quoque Pius in persona eius, qui hereditatem  
 possidens copiam sui non faciebat, rescripsit in possessionem rerum hereditariarum aduer-  
 sarium inducendum: in quo rescripto et fructum percipere iussit eum, qui per nimiam  
 contumaciam possessoris hereditatis, ut lucro eius cedat, in possessionem inductus est re- 40  
 rum hereditariarum.

8 IDEM libro sexagesimo ad edictum. Si diu incertum sit, heres extaturus nec [E. 9, 6, 8] E  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> constat ... latitat del. (cf. u. I)

1 spectandum] F<sup>2</sup>, tractandum F<sup>1</sup> | m'e' eum-  
 que m' solum F<sup>2</sup> 3 ractitare F<sup>1</sup> 4 occult-  
 tantise F<sup>2</sup>, latitantise F<sup>1</sup> 10 interd'ict'um F<sup>2</sup>  
 11 uend'end'a F<sup>2</sup> 12 hominis] F<sup>2</sup>XYMO,  
 ominis F<sup>1</sup>, homines C, omnis edd. 13 et a  
 habitus F<sup>2</sup> | a pupilli] apud F<sup>1</sup> 14 iubantur F<sup>1</sup>  
 15 quem in] quominus F<sup>2</sup> 16 esse't et F<sup>2</sup> |  
 etenim] et in alia ciuitate' enim F<sup>2</sup> 18 post  
 loci agat ins. siue alio F<sup>2</sup> 19 circa columnas

aut stationes] περί τούς κίονας ἢ τὰς στατι-  
 νας B 22 condicione'm' deb. F<sup>2</sup> 26 con-  
 uenire F<sup>1</sup> 27 esse't potest F<sup>2</sup> 30 exta'n't  
 F<sup>2</sup> | sententia'm' existim. F<sup>2</sup> 31 et om. F<sup>1</sup>  
 33 fundum possessione mittendum F<sup>1</sup>: εἰς  
 νόμῳ τοῦ ἀγροῦ πέμπομαι B | hoc] F<sup>1</sup>, hic F<sup>2</sup>  
 39 rescripto] rescriptum F | qui] que F<sup>2</sup>  
 42 extiturus F<sup>2</sup>

- ne sit, causa cognita permitti oportebit bona rei seruandae causa possidere, et, si ita res urgeat uel condicio bonorum, etiam hoc erit concedendum, ut curator constituatur
- 9 PAULUS libro quinquagesimo septimo ad edictum. unus ex creditoribus. B. 9, 6, 9 *E*
- 1 Si alter ex heredibus intra tempora sibi praestituta deliberet adire hereditatem, alter uero neget se aditurum, uidentum est, quid creditoribus agendum sit. et placet interim eos in 5 possessionem mittendos custodiae causa, donec appareat, is qui deliberat utrum adgnoscat partem suam an non adgnoscat.
- 10 ULPIANUS libro octagesimo primo ad edictum. Si pupillus praesens sit, tu- B. 9, 6, 10 *E* torem autem non habeat, pro absente habendus est. 9.
- 11 PAULUS libro octauo ad Plantium. Si filio familias legatum uel fideicommissum sub condicione relictum sit, dicendum est tam ipsum quam patrem in possessionem mittendos esse, quia ambo spem commodi habent.
- 12 POMPONIUS libro uicensimo tertio ad Quintum Mucium. Cum legatorum uel B. 9, 6, 2 *Ef* fideicommissi seruandi causa, uel quia damni infecti nobis non caueatur, bona possidere praetor permittit, uel uentris nomine in possessionem nos mittit, non possidemus, sed magis 15 custodiam rerum et obseruationem nobis concedit.
- 13 PAPINIANUS libro quarto decimo responsorum. Ad cognitionem imperatorum B. 9, 6, 12 *P* a praeside prouinciae remissus etsi in ceteris litibus Romae defendere se non cogitur, tamen in prouincia defendendus est: nam et exilio temporario puni, si defensor non existat, bona ueneunt. 20
- 14 PAULUS libro secundo quaestionum. | Si quis creditorem prohibuerit bona B. 9, 6, 13 *P* f. 270
- 1 debitoris ingredi, datur in eum actio, quanti ea res sit. Sed et si quis legatorum seruandorum causa missus in possessionem admissus non est, si legati condicio pendeat, licet possit deficere, aestimatur tamen id quod legatum est, quia interest eius cautum habere.
- 2 Creditor autem condicionalis in possessionem non mittitur, quia is mittitur, qui potest bona 25 ex edicto uendere.
- 15 ULPIANUS libro sexto fideicommissorum. Is, qui rem permutatam accepit, B. 9, 6, 14 *P* emptori similis est: item is, qui rem in solutum accepit uel qui lite aestimata retinuit uel ex causa stipulationis non ob liberalitatem est consecutus.

## V.

30

R DE REBUS AUCTORITATE IUDICIS POSSIDENDIS SEU *ESP*  
UENDUNDIS R

- 1 GAIVS libro nicesimo tertio ad edictum prouinciale. Uenire bona ibi B. 9, 7, 1. Ep. 17, 78 *E* oportet, ubi quisque defendi debet, id est 34
- 2 PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. ubi domicilium habet, B. 9, 7, 2 *E\**
- 3 GAIVS libro nicesimo tertio ad edictum prouinciale. aut ubi quisque con- B. 9, 7, 3 *E* traxerit. contractum autem non utique eo loco intellegitur, quo negotium gestum sit, sed quo soluenda est pecunia.
- 4 PAULUS libro quinquagesimo septimo ad edictum. Si seruus sub condicione B. 9, 7, 4 *E* heres institutus sit aut<sup>1</sup> dubium sit, an is heres liberque futurus sit, non est iniquum 40 postulantibus creditoribus ita decerni, ut, si ante certum tempus is heres non extiterit, *F(XYMOG)*

<sup>1</sup> sit ita, ut (*sic Cuiacius*) diu (*u. i.*)?

2 bonorum] *edd.*, bonum *FXYMOG*: ἐκθ' ὄρε δὲ καὶ κορπάτωρ τῷ οὐσίᾳ δίδοται B 3 quinquagesimo *F<sup>1</sup>* 6 mittendus *F<sup>1</sup>* | causa e' donec *F<sup>2</sup>* 14 fideicommissum *F<sup>1</sup>* | nobis] bonis *F<sup>1</sup>* 18 etsi] sicut si *F<sup>2</sup>* 21 creditorum *F<sup>1</sup>* 22 datur *F<sup>2</sup>* 23 condicio'ne' pendeat *F<sup>2</sup>*

24 aestimetur *F<sup>1</sup>* 25 is] his *F<sup>2</sup>* 28 is] eis *F<sup>1</sup>* 31 seu uendundis] *F<sup>2</sup>* et *ind. F<sup>2</sup>*, seu uendundis *ind. F<sup>1</sup>*, *om. F<sup>1</sup>* 34 defende *F<sup>1</sup>* 35 quarto ad edictum] *F<sup>2</sup>*, septimo (*om. ad edictum*) *F<sup>2</sup>* 37 loco] lego *F<sup>1</sup>* 38 quo'd soluenda *F<sup>2</sup>* 40 aut dubium sit] καὶ ἀμφισβᾶλλεται B

perinde omnia obseruentur, ac si is heres ita institutus non esset: quod plerumque accideret, si sub condicione dandae alicui pecuniae heres institutus sit nec dies adpositus sit. sed hoc quantum ad bona ita obseruandum: ceterum libertas ei quandoque competet et a praetore conseruanda est, etiamsi certum sit neque heredem neque bonorum possessorem futurum. si quis tamen heredem se spondendo<sup>1</sup> uel actiones patiando defunctum defendat, bona defuncti uenire non poterunt.

- 5 ULPIANUS libro sexagesimo ad edictum. Si minor uiginti quinque annis, qui [B.9,7,5] habet curatores, a curatoribus non defendatur nec alium defensorem inueniat, bonorum uenditionem patitur, etsi non latitet, licet non fraudationis causa latitare uideatur, qui sui non est idoneus defensor.
- 6 PAULUS libro quinquagesimo octauo ad edictum. Si non expenderit pupillo [B.9,7,6] hereditatem parentis retinere, praetor bona defuncti uenire permittit, ut quod superauerit pupillo restituatur. Si pupillus, antequam abstinere, aliquid gesserit, seruandum est, utique si bona fide gessit. Quid ergo, si quibusdam creditoribus soluit, deinde bona uenerint? si quaeratur, an repetitio sit, ex causa id statuendum Iulianus ait, ne alterius aut neglegentia aut cupiditas huic, qui diligens fuit, noceat. quod si utroque instante tibi gratificatus tutor soluit, aequum esse aut prius eandem portionem mihi quaeri aut communicandum quod accepisti: et hoc Iulianus ait. apparet autem loqui eum, si ex bonis paternis solutum sit. quid ergo, si aliunde pupillus soluerit? reddi ei debebit nec ne? et utrum a creditore an ex hereditate? Scaeuola noster ait, si aliquid sit in bonis, deducendum ex hereditate solidum exemplo eius, qui gessit negotia: sed si nihil sit in bonis, non esse iniquum aduersus creditorem dandam repetitionem quasi indebiti soluti.
- 7 GAIUS libro uicesimo tertio ad edictum ¶ prouinciale. Hereditarium aes alienum intellegitur etiam id, de quo cum defuncto agi non potuit, ueluti quod is cum moretur daturum se promississet, item quod is, qui pro defuncto fideiussit, post mortem eius soluit.
- 8 ULPIANUS libro sexagesimo primo ad edictum. In uenditionem bonorum [B.9,7,8] etiam usus fructus uenit, quia appellatione domini fructuarius quoque continetur. Si quis fructus ex praedio debitoris capi poterit, hunc creditor, qui in possessionem praedii missus est, uendere uel locare debet: sed hoc ita demum, si ante neque uenerit neque locatus erit. nam si iam a debitore uel locatus erat uel uenerat, seruabit praetor uenditionem et locationem a debitore factam, etsi minoris distractum est uel locatum, nisi si in fraudem creditorum hoc fiat: tunc enim praetor arbitrium dat creditoribus, ut ex integro locationem uel uenditionem faciant. De ceterarum quoque rerum fructibus idem erit dicendum, ut, si qui locari possint, locentur, puta mercedes seruorum uel iumentorum ceterarumque, quae possunt locari. De tempore locationis nihil praetor locutus est et ideo liberum arbitrium creditoribus datum uideatur, quanto tempore locent, quemadmodum illud est in arbitrio eorum, uendant uel locent, scilicet sine dolo malo: ex culpa autem rei non fiunt.
- 4 Si unus sit, qui possideat bona, expeditum erit de locatione: quod si non unus, sed plures sint, quis eorum debeat locare uel uendere, quaeritur. et si quidem conuenit inter eos, expeditissimum est: nam et omnes possunt locare et uni hoc negotium dare: si uero non conuenit, tunc dicendum est praetorem causa cognita eligere debere, qui locet uel uendat. *F(XYMOC)*

<sup>1</sup> respondendo (u. i.)?

1 proinde *F*<sup>1</sup> | accideret si<sup>1</sup> sub *F*<sup>2</sup> 5 spondendo] *F*<sup>2</sup> cum *B*: ὁ ἐπαγγεϊλάμενος κληρονομεῖν, respondendo *F*<sup>2</sup> 9 etsi non latitet licet *seg.*] κἂν μὴ λανθάνῃ ἢ μὴ δοκῇ κρύπτεσθαι ὁ μὴ ὦν ἰκανὸς εἰς τὸν διεκδικῆσαι *B*: si quid mutandum, scripserim etsi non latitet: nam licet latitet, non fraudationis causa latitare uidetur (cf. 42, 4, 7, 7): sed id ipsum efficitur ex lectione tradita recte explicata 10 defensor 'pau'*F*<sup>2</sup> 11 si<sup>1</sup> non *F*<sup>2</sup> 17 gratia<sup>1</sup> ficatus *F*<sup>2</sup>

25 promississet *F*<sup>2</sup> 27 ulpianus] gaius *F*<sup>2</sup> 28 ueni<sup>1</sup> a<sup>1</sup> *F*<sup>2</sup> 30 ante (ante om. *F*<sup>2</sup>) neque uenerit neque locatus erit] *X<sup>o</sup>YMC* cum *B*: εἰ μὴ προεπράθην ἢ ἐμισθώθην, ante quae uenerit neque locatus (locutus *F*<sup>2</sup>) erit *F*, antequam uenerit (uenerit *O*) locatus non erit *X<sup>o</sup>O* 31 serbavit *F*<sup>2</sup> 33 ut ex integro bis *F*<sup>2</sup> 34 erit dicendum 'erit' ut *F*<sup>2</sup> 35 ceterorum quae *F*<sup>2</sup> 39 si un<sup>1</sup> u<sup>1</sup> *F*<sup>2</sup> | sed] ait *F*<sup>2</sup>

- 9 IDEM libro sexagesimo secundo ad edictum. Praetor ait: 'Si quis, cum in [B.9,7,9] E possessione bonorum esset, quod eo nomine fructus ceperit, ei, ad quem ea res pertinet, non restituat: siue, quod impensae sine dolo malo fecerit, ei non praestabitur: siue dolo malo eius deterior causa possessionis facta esse dicetur, de ea re iudicium in factum dabo'.
- 1 Quod de fructibus ait, etiam de ceteris, quaecumque ex re debitoris peruenerunt, intellegendum est. et sane debuit hoc ita esse: quid enim, si ex compromisso uel alio casu 5 poenam consecutus est? nam eam poenam, quam consecutus est, praestare debet. Quod ait praetor 'siue quod impensae nomine<sup>1</sup> sine dolo fecit, ei non praestabitur', hoc eo spectat, ut, si quid ipse erogauit creditor, si modo sine dolo malo erogauit, hoc ei praestetur: sufficit igitur sine dolo erogasse, etiamsi nihil profuit erogatio eius rei debitori. 10
- 3 His uerbis 'ad quem ea res pertinet' etiam curator bonis distrahendis datus continebitur et ipse debitor, si contigerit, ne bona eius ueneant. et ipsi itaque creditori aduersus hos dabitur actio, quos enumerauimus, siue quid in fructibus percipiendis erogauit siue in familia alenda curandaue<sup>2</sup> praediis fulciendis uel reficiendis uel damno infecto<sup>3</sup> promittendo uel seruo noxali iudicio defenso, si modo non magis eum expedit dedere quam retinere: 15
- 4 quod si dedere expedit, consequens erit repetere eum non debere. Generaliter etiam dicendum est, quidquid impendit in rem, si modo sine dolo malo impendit, repetere eum posse<sup>4</sup>: nam negotiorum gestorum agere non magis potest quam si socius commune aedificium fulsit, quia hic quoque creditor commune, non alienum negotium gessisse uidetur. 19
- 5 Est praeterea quaesitum, si deteriora praedia || facta fuerint sine dolo malo creditoris uel f. 271 iura eorum amissa uel aedificia diruta uel exusta, item familiae pecorumque acta cura non sit aut possessio alii tradita, sine dolo tamen malo, an teneatur. et apparet eum non teneri, quia dolo malo caret, eritque melior eius condicio quam in pignore creditoris, qui non tantum dolum malum, uerum culpam quoque debet. eadem causa est cura- [Ep. 17, 52 not.
- 6 toris bonorum: nam et is tenetur ut creditores. In eum quoque, qui neque locauit fructum 25 praedii neque uendidit, in factum actionem dat praetor et in hoc condemnabitur, quanto minus propter hoc perceptum est, quia neque uendidit neque locauit. ceterum si tantum perceptum est, quantum perciperetur, si locatus uel distractus fructus esset, nihil ei imputabitur. praestat autem per id tantum temporis, quo in possessionem fuit uel ipse uel iuseu eius alius, quoad inde de possessione discessum est: nam neque hoc imputatur cre- 50 ditori, cur in possessionem non uenerit, neque illud, cur de possessione decesserit, cum uoluntarium et suum potius negotium creditor gerat. aestimatio autem fit, quantum inter-
- 7 est eius qui experitur. Hae actiones neque temporariae sunt et tam heredibus quam in heredes dabuntur ceterosque successores. Si possessionis causa deterior facta esse dicetur dolo eius, qui in possessionem missus sit, actio in eum ex dolo datur, quae neque post 35 annum neque in heredes ceterosque successores dabitur, cum ex delicto oriatur poenaeque nomine concipiatur,
- 10 PAULUS libro quinquagesimo nono ad edictum. nisi quatenus ad eum per- [B.9,7,10] E uenit. 39
- 11 ULPIANUS libro sexagesimo secundo ad edictum. Heredi autem dabitur, quia [B.9,7,11] E et rei continet persecutionem.
- 12 PAULUS libro quinquagesimo nono ad edictum. Cum unus ex creditoribus [B.9,7,12] E postulat in bona debitoris se mitti, quaeritur, utrum solus is qui petit possidere potest, an, cum unus petit et praetor permisit, omnibus creditoribus aditus sit. et commodius dicitur, cum praetor permiserit, non tam personae solius petentis, quam creditoribus et in 45
- F(XYMOC)

<sup>1</sup> nomine del. (cf. u. 3)    <sup>2</sup> uel ins.    <sup>3</sup> damni infecti (Hal.)?    <sup>4</sup> hac actione in factum ins. (similiter Pothier)

2 esset] posset F<sup>1</sup> 5 debitori] bu's F<sup>1</sup> 8 dolo] dolo malo F<sup>2</sup> 10 debitoris F 12 hos] hoc F<sup>1</sup> 16 non] XY<sup>2</sup>M<sup>1</sup>OC cum B: οὐχ ἔξει ἀνάληψιν τῶν λοθῆτων, om. FY<sup>2</sup>, inc. M<sup>2</sup> 28 ei] et F<sup>1</sup>

29 per id tantum temporis] ἕπερ τοῦ χρόνου μόνοι B 30 quo'd ad F<sup>2</sup> 31 de'pos'ceserit F<sup>1</sup> 34 ceterosqu'a'e F<sup>2</sup> 45 promiserit F<sup>1</sup>

- rem permissum uideri: quod et Labeo putat. nec uidebitur libera persona acquirere alii, quia nec sibi quicquam acquirit, cui praetor permittit, sed aliquid ex ordine facit: et ideo ceteris quoque prodest. plane si is postulauerit, qui creditor non est, minime dicendum est uel eum, qui creditor est, possidere posse, quia nihil egit talis postulatio: aliter atque si creditor, cui permissum est possidere, postea recepit debitum suum: ceteri enim poterunt
- 1 peragere honorum uenditionem. Is, qui possidere iubetur, eo loco iussus uidetur, cuius
  - 2 cura ad iubentem pertinet. Si propter naturam rei (ueluti si praedium inundatum sit) aut propter latronum potentiam non potest possidere, recte dicitur non esse quod possideatur.
  - 13 GAIUS libro uicesimo tertio ad edictum prouinciale. Quamuis possessa non B. 9, 7, 13 sint bona, quia forte nihil fuerit, quod possideatur, aut sine controuersia non possideatur<sup>1</sup> creditor qui in possessionem missus est, perinde habetur, ac si etiam possessa bona fuissent.
  - 14 PAULUS libro quinquagesimo nono ad edictum. Creditore in possessionem B. 9, 7, 14 rerum debitoris misso curator constitui debet, si<sup>2</sup> quaedam actiones periturae sunt. Datur B. 9, 7, 14 in creditorem actio, qui in possessionem missus est, de eo quod ex bonis || debitoris ad eum peruenit: si nondum sit aliquid consecutus, actiones suas praestabit. datur autem in factum actio aduersus eum et omne, quod in actionem negotiorum gestorum ueniret, si posset agi, restituendum a creditore.
  - 15 ULPIANUS libro sexagesimo secundo ad edictum. Cum plures creditores in B. 9, 7, 15 possessionem rerum debitoris mittantur, ne corrumpantur rationes, uni hoc negotium a creditoribus esse dandum, quem maior pars creditorum elegerit. ego puto creditoribus instrumentorum etiam ἀναγραφὴν facere<sup>3</sup>, non ut describant ipsa corpora instrumentorum, sed quot sint, de qua re sint, subnotent sibi et quasi inuentarium faciant: quod etiam uniuersorum<sup>4</sup> facere eis erit permittendum. praeterea nonnumquam praetor causa cognita etiam describere aliquid ex instrumentis creditoribus debet permittere, si qua idonea causa interueniat. Utrum semel an etiam saepius recognitio et dispunctio concedenda sit creditoribus, uideamus. et ait Labeo amplius quam semel non esse concedendam: si quis tamen, inquit, iurauerit non calumniae causa se postulare neque habere quae dispunxerit, iterum ei faciendam potestatem ait nec amplius quam bis.
  - 16 GAIUS libro uicesimo quarto ad edictum prouinciale. Cum bona ueneunt debitoris, in comparatione extranei et eius, qui creditor cognatusue sit, potior habetur creditor cognatusue, magis tamen creditor quam cognatus, et inter creditores potior is, cui maior pecunia debetur.
  - 17 ULPIANUS libro sexagesimo tertio ad edictum. Quaesitum est, utrum ita de B. 9, 7, 17 mum priuilegium habet funeraria, si is cuius bona ueneunt funeratus sit, an etiam si proponas alium esse funeratum. et hoc iure utimur, ut quicumque sit funeratus, id est siue is, cuius de bonis agitur, siue quid is debuit, quod reddere eum, si uineret, funeraria actione cogi oporteret, priuilegio locus sit paruique referre dicamus, qua actione hic sumptus repetatur, funeraria an familiae ereiscundae an qua alia, dummodo sumptus funeris causa factus sit. quacumque igitur actione ob funeris sumptum utatur, etiam funerariam ei competere. quare si in stipulatum funeris impensa deducta est, dicendum est locum esse priuilegii (XYMOC)

<sup>1</sup> possideat?    <sup>2</sup> tempore *ins.* (u. i.)    <sup>3</sup> licere *ins.*    <sup>4</sup> bonorum *ins.* (Krueger)

1 laeueo *F*<sup>1</sup> 2 quidquam *F*<sup>1</sup> 5 permis'sum *F*<sup>2</sup> 8 possideri *F*<sup>2</sup> 14 si *om.* *F*<sup>2</sup>: praeterea *excidiisse* tempore *inuunt Graeci*: κορράτωρ δίδοται διὰ τὰς χρονικὰς ἀγωγὰς *B* (*Anon.*) 15 qui *om.* *F*<sup>2</sup> | missus est de eo] *F*<sup>2</sup>, missus est in creditorem actio qui in possessionem missus de eo *F*<sup>2</sup> 16 praestauit *F* 18 si postea set *F*<sup>2</sup> 20 ne corrumpantur] *XYMOC*<sup>2</sup>, διὰ τὸ μὴ φθειρεσθαι τὰς λογονοίας *B*, nec corrumpantur *F*, nec (ne *O*<sup>2</sup>) interrumpantur *OC*<sup>2</sup>? 23 re si n't *F*<sup>2</sup> | sibi] sit *F*<sup>2</sup> 24 non-

nunquam *F*<sup>2</sup> 25 debuit *F*<sup>1</sup> 26 recognitio et dispunctio] *F*<sup>2</sup> (et *num sit a m. 2, dubium*), recognitio defunctio *F*<sup>2</sup>: ἀπαξ δὲ ὄφελον ἀναγινώσκειν ἀγτὰ *B* (*Anon.*) 27 laeueo *F*<sup>1</sup> | concedendam *om.* *F*<sup>2</sup> 28 neque habere quae dispunxerit] διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὴν διακτῆσιν ἀγτῶν *B* 29 bis] uis *F*<sup>2</sup> 30 ante l. 16 rubricam de priuilegiis (priuilegio *O*) creditorum *ins.* *XYMOC* 31 comparationem *F* 32 cui] cuius *F*<sup>2</sup> 35 habeat *F*<sup>2</sup> 39 h'erciscundae *F*<sup>2</sup> 41 deducta est] *F*<sup>2</sup>, deducta sit *F*<sup>2</sup>

- 1 legio, si modo quis non abiciendi privilegii causa stipulatus est. Si sponsa [BS. 18, 3, 3 sch. 15] dedit dotem et nuptiis renuntiatum est, tametsi ipsa dotem condicit, tamen aequum est hanc ad privilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum est: idem [BS. 18, 2, 7 sch. 6] puto dicendum etiam, si minor duodecim annis in domum quasi uxor deducta sit, licet nondum uxor sit: 5
- 18 PAULUS libro sexagesimo ad edictum. (interest [cf. D. 23, 3, 2. B. 9, 7, 18. BS. 29, 1, 70 sch. 2] E enim rei publicae et hanc solidum consequi, ut aetate permittente nubere possit)
- 19 ULPIANUS libro sexagesimo tertio ad edictum. dabimusque ex his causis ipsi [B. 9, 7, 19] E mulieri privilegium. Si quis, cum tutor non esset, pro tutore negotia gessit, privilegium locum esse manifestum est: nec interest, ipse debeat qui gessit siue heres eius ceterique 10 successores. ipse autem pupillus habet privilegium, sed eius successores non habent. sed acquisissimum erit ceteros<sup>1</sup> quoque, quibus curatores quasi debilibus uel prodigijs dantur,
- 20 PAULUS libro sexagesimo ad edictum. uel surdo muto, [B. 9, 7, 20] E
- 21 GAULUS libro uicesimo quarto ad edictum prouinciale. uel fatuo [B. 9, 7, 21] E
- 22 ULPIANUS libro sexagesimo tertio ad edictum. idem privilegium competere. [B. 9, 7, 22] E 1. 27:
- 1 Sed si bonis curator datus sit uel absentis uel ab hostibus capti uel dum deliberant 16 scripti heredes de aduenda hereditate, non oportebit privilegium dari: non enim in eadem causa est.
- 23 PAULUS libro sexagesimo ad edictum. Si negotium impu- [B. 9, 7, 23. BS. 17, 1, 34 sch. 75] E beria aliquis ex officio amicitiae gesserit, debet bonis eius uenditis privilegium pupillo conseruari: et ita accipi.
- 24 ULPIANUS libro sexagesimo tertio ad edictum. Si uentri curator datus sit nec [B. 9, 7, 24] E partus editus, privilegium cessabit. Diuus Marcus ita edixit: 'Creditor, qui ob restitutionem adificiorum crediderit, in pecunia, quae credita erit, privilegium exigendi habebit'. quod 1 ad eum quoque pertinet, qui redemptori domino mandante pecuniam subministravit. In 25 bonis mensularii uendundis post privilegia potiore eorum causam esse [BS. 18, 2, 7 sch. 5] placuit, qui pecunias apud mensam fidem publicam secuti deposuerunt. sed enim qui depositis nummis usuras a mensularijs acceperunt a ceteris creditoribus non separantur, et merito: aliud est enim credere, aliud deponere. si tamen nummi exstent, uindicari eos 3 posse puto a depositariis et futurum eum qui uindicat ante privilegia. Eorum ratio prior 30 est creditorum, quorum pecunia ad creditores privilegarios peruenit. peruenisse autem quemadmodum accipimus, utrum si statim profecta est ab inferioribus ad privilegarios an uero et si per debitoris personam, hoc est si ante ei numerata sit et sic debitoris facta creditori privilegario numerata est? quod quidem potest benigne dici, si modo non post aliquod interuallum id factum sit. 35
- 25 IDEM libro sexagesimo quarto ad edictum. Ait praetor: 'Quod postea con- [B. 9, 7, 25] E tractum erit, quam is, cuius bona uenerint, consilium receperit fraudare, sciente<sup>2</sup> eo qui contraxerit, ne actio eo nomine detur'.
- 26 PAULUS libro sexto decimo breuis edicti. Qui in nauem extruendam uel in- [Ep. 17, 18] E struendam credidit uel etiam emendam, privilegium habet. 40
- 27 ULPIANUS libro primo de officio consulis. Si magistratus fideicommissi ser- [B. 9, 7, 26] E uandi causa in possessionem miserint, dare arbitrum possunt ad ea distrahenda, quae mora deteriora futura sunt, ita ut pretium ex his redactum apud fideicommissarium in causa de- 44 positi sit, donec de fideicommissio quod ei debetur constet.
- 28 LAUOLENUS libro primo epistularum. Pater familias impuberi filio, si ante [B. 9, 7, 27] E pubertatem decessisset, substituit heredem: is filius paterna hereditate se abstulit ideoque

F(XYMOG)

<sup>1</sup> ceteris (edd.)? <sup>2</sup> consilium fraudandorum creditorum ceperit (F. C. CEPERIT = RECEPERIT), fraudare sciente?

2 nuntius F<sup>1</sup> 4 ann'o'is F<sup>2</sup> 7 permit-  
tente F<sup>1</sup> 8 dabimusqu'a'e F<sup>2</sup> 13 uel surdo  
(surdo F<sup>2</sup>) muto (multo F<sup>2</sup>) ἢ κωφός ?

ἀλλὰ οὐ B 31 e'st' F<sup>2</sup> 32 privilegia p'rios F<sup>2</sup>  
34 s'i modo F<sup>2</sup> 37 receperit'nt F<sup>2</sup> 42 cau-  
am F<sup>2</sup> 46 se] si F<sup>1</sup>



bona patris uenierunt: postea filio hereditas obuenerit, qua adita decessit. quaero, cum praetor in ipsum pupillum, quamuis postea hereditas obuenuisset, creditoribus tamen patris actionem non daret, an in substitutum creditoribus patris danda sit actio, cum ex bonis paternis, quae scilicet ad creditores missos in bona pertinent, nihil adquirat et cum creditoribus nihil iuris in bonis pupilli habuerint eorumque nihil interfuerit, adiretur necne pupilli hereditas, cum ea bona omissa a substituto hereditate ad creditores non pertinebant. me illud maxime mouet, quod praeceptoribus tuis placet unum esse testamentum. respondit: quod praetor filio, qui a paterna hereditate se abstinet, praestat, ne bonis patris eius uenditis in eum actio detur, <sup>1</sup> tametsi postea ei hereditas obuenerit, creditoribus non reddat, idem in substituto filio herede seruandum non est, quoniam filii pudori parcitur, ut potius patris quam eius bona ueneant, itaque in id, quod postea ei obuenerit, actio creditoribus denegatur, quia id ex aduenticio acquisitum est, non per patrem ad eum peruenit. at cum substitutus filio hereditatem adiit, postquam pupillus se paternae miscuerit hereditati<sup>2</sup>, tunc hereditas et patris et filii una est et in omni aere alieno, quod aut patris aut filii fuerit, etiam inuitus heres obligatur: et quemadmodum liberum ei non est obligationem<sup>3</sup>, ut non omnimodo, si non defenditur, ipsius bona ueneant, ita ne separare quidem aes alienum patris et filii poterit: quo casu efficietur, ut creditoribus in eum actio dari debeat. quod si substitutus heres hereditatem non adierit, creditoribus patris in id, quod pupillus reliquit, actio dari non debet, quoniam neque pupilli bona uenire debent propter aes alienum patris neque in bonis patris est quod pupillus adquisiit.

29 PAULUS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. Fufidius refert statuas in B. 9, 7, 38 publico positas bonis distractis eius, cuius in honorem positae sunt, non esse emptoris bonorum eius, sed aut publicas, si ornandi municipii causa positae sint, aut eius, cuius B in honorem positae sint: et nullo modo eas detrahi posse.

30 PAPIRUS IUSTUS libro primo de constitutionibus. Imperatores Antoninus et B. 9, 7, 29 Uerus Augusti rescripserunt eos, qui bona sua negant iure uenisse, praeiudicio experiri debere et frustra principem<sup>4</sup> desiderare rescindi uenditionem.

31 ULPIANUS libro secundo de omnibus tribunalibus. Si creditores heredem B. 9, 7, 20 suspectum putent, satisfactionem exigere possunt pro suo debito reddendo. cuius rei gratia cognoscere praetorem oportet nec statim eum satisfactionis necessitati subicere debet, nisi <sup>1</sup> causa cognita constiterit prospici debere his, qui suspectum eum postulauerunt. Sed suspectus heres non isdem modis, quibus suspectus tutor aestimatur: siquidem tutorem non facultates, sed fraudulenta in rebus pupillaribus et callida conuersatio suspectum commendet, heredem uero solae facultates. Plane in recenti aditae hereditatis audiendi erunt, qui suspectum postulant: ceterum si probentur passi eum in hereditate morari nec quicquam possint obicere criminis quasi dolose uersato eo, non debebit post multum temporis <sup>3</sup> ad hanc necessitatem compelli. Quod si suspectus satisfacere iussus decreto praetoris non obtemperauerit, tunc bona hereditatis possideri unumque dari ex edicto suo permittere<sup>4</sup> <sup>4</sup> iubebit. Plane si doceatur nihil ex bonis alienasse nec sit quod ei iuste praeter paupertatem obiciatur, contentus esse praetor debet, ut iubeat eum nihil minuere. Quod si nec inopia laborantem eum creditores ostendere potuerint, iniuriarum actione ei tenebuntur.

32 PAULUS libro singulari regularum. Priuilegia non ex tem- B. 9, 7, 31. B8. 18, 5, 9 sch. 69 S  
*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> ut *ins.*    <sup>2</sup> postquam ... hereditati *del.* (*Ant. Faber*)    <sup>3</sup> hereditariam recusare *ins.* (*u. i.*)  
<sup>4</sup> a principe (*u. i.*)?    <sup>5</sup> permittere *del.*

4 in] ad *F* | adquirent *F*<sup>2</sup> 6 admissa *F*<sup>1</sup> loco) debent *bis F*<sup>1</sup> 20 adquisiit *F*<sup>2</sup> 23 aut  
 10 seruandum non est] *FX...Y* cum *B*: ó eius ... 24 sint *om. F*<sup>1</sup> 25 et seuerus *f*  
 κατὰ ἀνηθότητα ὑποκαταστάς ἐξ αὐτῶν (τῶν 27 principem] a principe *XYMOG* 32 sus-  
 πατρῶν δανεϊστῶν) ἐνάγεται, seruandum est spectum heres *F* 33 et] sed *F*<sup>1</sup>, nel *F*<sup>2</sup> |  
*X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>MC*, seruandum *O* | parci p'itur *F*<sup>2</sup> commendit *F*<sup>1</sup>: ὑποπτος δὲ ἐξ ἀνορίας κρι-  
 12 id ex] iudex *F*<sup>1</sup> 13 maternas *F*<sup>1</sup> 15 obli- netai *B* 37 suspectus] quasi suspectus *F*<sup>2</sup>  
 gationem] *F*<sup>1</sup>, post obligationem *F*<sup>2</sup> 19 quo- 38 possidere *F* 39 iubeuit *F*<sup>1</sup> | alienasse *F*  
 nam neque pupilli bona uenire (ueniri altero *F*<sup>2</sup> | iustae *F* 41 potuerint *F*<sup>2</sup>

pore aestimantur, sed ex causa, et si eiusdem tituli fuerunt, concurrunt, licet diuersitates temporis in his fuerint.

- 33 **ULPIANUS** libro tertio regularum. Si pupillus ex contractu suo non defen- [B. 9, 7, 82] *S*  
datur ideoque bona eius creditores possidere coeperint, deminutio ex his bonis fieri debet 4  
1 uescendi pupilli causa. Defendere debitorem sicut ante, | quam bona eius possiderentur, q. 77 f. 273  
licet, ita post bonorum quoque possessionem eius<sup>1</sup>, siue ipse sui, siue alius defensionem  
eius suscipiat, debet satisfacere, ut satisfactione interposita iudicium accipiatur et a posses-  
sione discedatur.
- 34 **MARCIANUS** libro quinto regularum. Quod quis nauis fabricandae uel emen- [BS. 28, 1, 25] *S*  
dae uel armandae uel instruendae causa uel<sup>2</sup> quoquo modo crediderit uel ob nauem uen- 10  
ditam petat, habet priuilegium post fiscum.
- 35 **IDEM** libro singulari ad formulam hypothecariam. Eum, qui in possessionem [B. 9, 7, 85] *S*  
missus sit<sup>3</sup> eius, qui rei publicae causa auit, si apparuerit eum dolo malo rei publicae  
causa abesse, iure in possessione esse placet, donec solidum soluat: eum autem, qui  
rerum eius, qui sine dolo malo rei publicae causa auit, in possessionem missus sit, pignus 15  
non contrahere et ideo discedere oportere de possessione.
- 36 **ULPIANUS** libro quadragesimo quinto ad Sabinum. Eum, qui circa columnas [B. 9, 7, 84] *Sf*<sup>\*</sup>  
se occultet, ut creditorem euitet, latitare placet: nam et eum, qui recedit, hoc est qui  
supterfugit, ne secum aliqua actio moueatur, latitare placet: tam<sup>4</sup> et qui urbe profugit,  
utique fraudandi causa: nec enim interest, quod attinet ad latitandum, utrum quis pro- 20  
fugerit an uero Romae agens copiam sui non facit.
- 37 **PAPINIUS** libro decimo responsorum. Antiochensium Coelae Syriae einitati, [B. 9, 7, 85] *P*  
quod lege sua priuilegium in bonis defuncti debitoris accepit, ius persequendi pignoris<sup>5</sup>  
durare constitit. 24
- 38 **PAULUS** libro primo sententiarum. Bonis uenditis excipiuntur con- [B. 9, 7, 86. Ep. 17, 12] *P*  
1 cubina et liberi naturales. Res publica creditrix omnibus chirographariis creditoribus [Ep.]  
praeferitur.
- 39 **IDEM** libro quinto sententiarum. Pupillus si non defendatur, in pos- [B. 9, 7, 87. Ep. 17, 12] *P*  
sessione creditoribus constitutis minoribus<sup>6</sup>, ex his usque ad pubertatem alimenta prae-  
1 standa sunt. Eius, qui ab hostibus captus est, bona uenire non possunt, quam- [Ep. 16, 72] 20  
diu reuertatur.

## VI.

## R DE SEPARATIONIBUS R

EPS

- 1 **ULPIANUS** libro sexagesimo quarto ad edictum. Sciendum est separationem [B. 9, 7, 88] *E*  
1 solere impetrari decreto praetoris. Solet autem separatio permitti creditoribus ex his causis: 35  
ut puta debitorem quis Seium habuit: hic decessit: heres ei extitit Titius: hic non est sol-  
*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> eius] et (similiter Goudemil)? <sup>2</sup> uel del. (edd.) <sup>3</sup> rerum ins. (edd.) <sup>4</sup> tam del.  
<sup>5</sup> ius persequendi pignoris del. (u. i.) <sup>6</sup> minoribus] idem Graeci (u. i.): bonorum eius?

4 deminuti'a'o F<sup>1</sup> 5 uescendi't pupilli F<sup>2</sup> |  
bona] eona F<sup>o</sup> 6 ipse sui siue F<sup>1</sup> 9 uel  
emendae] F<sup>1</sup>, pro e scripsit ar, deinde armandae  
(relicto uel) del. F<sup>2</sup> 10 quoque F<sup>1</sup> 16 disce-  
dere] discessore F<sup>1</sup> | oportere bis F<sup>1</sup> 18 ae]  
set F<sup>1</sup> | est qui] Y<sup>2</sup>MO, est ut FXY<sup>o</sup>, est C  
19 ali'qu'a F<sup>2</sup> 20 qui's' F<sup>1</sup> 22 caelae F<sup>2</sup>  
23 quod (de ins. F<sup>2</sup>) lege sua cet.] ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ ...  
προνόμιον ἔχει, ἵνα εἰ ἀποθάνῃ χρεώστης αὐτῆς,  
ἐνέχρησά λάβῃ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ B: at  
hoc non est persequendi pignoris ius, sed ca-  
piendi, intellegiturque omnino protopraxia (cf.  
Plinius ad Trai. ep. 108) 25 l. 39 reperitur

quidem apud Paulum in sententiis 5, 5<sup>6</sup>: at cum  
nullus habeat ex codicibus Paulianis hodie notis  
legaturque primum in ed. Geneuensi a. 1586  
quae Cuiacii nomen praes se fert, admissis con-  
iecturis a Cuiacio obs. 24, 17 propositis (nempe  
is pro pupillus dedit pupillo et deleuit mino-  
ribus), apertum est ex ipsis illis observationibus  
eam depromptam esse itaque uariam lectionem  
illam auctoritate carere 29 minoribus] F  
cum B: κὰν ἀφῆλιξ πεμφθῆν εἰς νομὴν ἀνήθοῦ  
πραγμάτων, χρῆ τὸν ἀνήθοον ἐκ τῶν οἰκειῶν  
τρέφεσθαι μέχρι τῆς ἡβῆς

uendo: patitur bonorum uenditionem: creditores Seii dicunt bona Seii sufficere sibi, creditores Titii contentos esse debere bonis Titii et sic quasi duorum fieri bonorum uenditionem. fieri enim potest, ut Seius quidem soluendo fuerit potueritque satis<sup>1</sup> creditoribus suis uel ita semel<sup>2</sup>, et si non in assem, in aliquid tamen satisfacere, admissis autem commixtisque creditoribus Titii<sup>3</sup> minus sint consecuturi, quia ille non est soluendo aut minus consequantur, quia plures sunt hic<sup>4</sup>. est igitur acquissimum creditores Seii desiderantes separationem audiri impetrareque a praetore, ut separatim quantum<sup>5</sup> cuiusque creditoribus praestetur. Ex contrario autem creditores Titii non impetrabunt separationem: nam licet alicui adiciendo sibi creditorem creditoris sui facere deteriorem condicionem. atqui<sup>6</sup> igitur adiit hereditatem debitoris mei, non faciet meam deteriorem condicionem aduendo, quia licet mihi separationem impetrare, suos uero creditores oneravit, dum adiit hereditatem quae soluendo non est, nec poterunt creditores eius separationem impetrare. Sciendum est autem, etiamsi obligata res esse proponatur ab herede iure pignoris uel hypothecae, at tamen, si hereditaria fuit, || iure separationis hypothecario creditori potiorum esse eum, qui separationem impetrauit: et ita Seuerus et Antoninus rescripserunt. Sed etiam aduersus fiscum et municipes impetraretur separatio. Quaesitum est, an interdum etiam heredis creditores possint separationem impetrare, si forte ille in fraudem ipsorum adierit hereditatem. sed nullum remedium est proditum: sibi enim imputent, qui cum tali contraxerunt: nisi si extra ordinem putamus praetorem aduersus calliditatem eius subuenire, qui talem fraudem commentus est: quod non facile admissum est. Sed si quis suspectam hereditatem dicens compulsus fuerit adire et restituere hereditatem, deinde non sit cui restituat, ex quibus casibus<sup>7</sup> solet hoc euenire. et ipsi quidem desideranti succurri sibi aduersus creditores hereditarios subuenimus: hoc et diuus Pius rescripsit, ut perinde testatoris bona uenirent, atque si adita hereditas non fuisset. creditoribus quoque huiusmodi heredis desiderantibus hoc idem praestandum puto, licet ipse non desiderauit, ut quasi separatim quaedam praestetur. Item uideamus, si quis heres parenti extiterit, cum esset impubes, deinde intra pubertatem decesserit et substituti bona ueneant, qui impuberis hereditatem adiit, an patris creditores possint separationem impetrare. et puto posse: hoc amplius puto etiam impuberis creditores posse separationem aduersus creditores heredis eius impetrare. Secundum haec uideamus, si Primus Secundum heredem scripserit, Secundus Tertium et Tertii bona ueneant, qui creditores possint separationem impetrare. et putem, si quidem Primi creditores petant, utique audiendos et aduersus Secundi et aduersus Tertii creditores: si uero Secundi creditores petant, aduersus Tertii utique eos impetrare posse, aduersus Primi autem non posse. in summa Primi quidem creditores aduersus omnes impetrare possunt separationem, Secundi creditores aduersus Primi non possunt, aduersus Tertii possunt. Si filii familias bona ueneant, qui castrense peculium habet, an separatio fiat inter castrenses creditores ceterosque, uideamus<sup>8</sup>. simul ergo admittentur, dummodo, si qui cum eo contraxerunt, antequam militaret, fortasse debeant separari: quod puto probandum. ergo qui ante contraxerunt, si bona castrensia distrahantur, non possunt uenire cum castrensibus creditoribus. item si quid in rem patris uersum est, forte poterit et creditori contradici, ne castrense peculium inquietet, cum possit potius cum patre experiri. Illud sciendum est eos demum creditores posse impetrare separationem, qui non nouandi animo ab herede stipulati sunt. ceterum si eum hoc animo secuti sunt, amiserunt separationem (XYMOC)

<sup>1</sup> satis del. <sup>2</sup> uel ita semel] uel in assem uel (Heraldus)? <sup>3</sup> ii ins. <sup>4</sup> aut minus ... hic] requiritur aut minus soluendo quam Seius <sup>5</sup> quantumcumque (similiter Hal.)? <sup>6</sup> atqui] qui? <sup>7</sup> ex quibus casibus del. <sup>8</sup> nec puto separandos similiae ins.

3 potueritqu'a'e satis 'facere' creditoribus F<sup>2</sup>  
6 hic] F<sup>1</sup>, hi creditores F<sup>2</sup> 7 impetrare-  
qu'a'e F<sup>2</sup> 10 qui'a F<sup>2</sup> 12 peterunt F<sup>2</sup>  
13 ypothecae F 14 h'ypothecario F<sup>3</sup> 16 im-  
petra're'tur F<sup>2</sup> | separatio ... 16 possunt om. F<sup>1</sup>  
18 contraxerit F<sup>1</sup> 19 nisi s'i F<sup>2</sup> | tale'm F<sup>2</sup>

22 casibus] sic, non causis F | euenire't' et F<sup>2</sup>  
26 praestatur F<sup>1</sup> 30 secundus] secundum F<sup>1</sup>  
31 ueniant F<sup>1</sup> 36 qui om. F<sup>1</sup> 37 c'p'ete-  
rosque F<sup>1</sup> 38 sepa'ra'ri F<sup>2</sup> 41 inquietet  
'et' cum F<sup>2</sup>

commodum (quippe cum secuti sunt nomen heredis)<sup>1</sup> nec possunt iam se ab eo se-  
e, qui quodammodo eum elegerunt. sed et si usuras ab eo ea mente quasi eum eli-  
) exegerunt, idem erit probandum. Item quaeritur, si satis acceperunt ab eo, an  
rent separationem. et non puto: <sup>2</sup>hi enim secuti sunt eum. forte quem mouebit: quid  
si satis non <sup>3</sup> idoneum acceperunt? et sibi imputent, cur minus idoneos fideiussores 5  
iebant. Praeterea sciendum est, posteaquam bona hereditaria bonis heredis mixta  
non posse impetrari separationem: confusis enim bonis et unitis separatio impetrari  
voterit. quid ergo si praedia extant uel mancipia uel pecora, uel aliud quod separari  
t? hic utique poterit impetrari separatio nec ferendus est, qui cansatur bona contri- 9  
cum praedia contribui non possint, || nisi<sup>4</sup> ita coniunctae possessiones et permixtae f. 274  
iis, ut impossibilem separationem effecerint: quod quidem perraro contingere potest.  
dicitur post multum temporis separationem impetrari non posse, ita erit accipiendum,  
tra quinquennium post additionem numerandum separatio non postuletur. De his  
a omnibus, an admittenda separatio sit nec ne, praetoris erit uel praesidis notio,  
s alterius, hoc est eius, qui separationem indulturus est. Si quis pignus ab herede 15  
erit, non est ei concedenda separatio, quasi eum secutus sit<sup>5</sup>: neque enim ferendus  
qui qualiterqualiter, eligentis tamen mente, heredis personam secutus est. Quaesitum  
si forte sint plures creditores, quidam secuti heredem, quidam non secuti, et hi, qui  
em secuti non sunt, impetrauerint separationem, an eos secum admittant, qui secuti  
et putem nihil eis prodesse: hos enim cum creditoribus heredis numerandos.. Item 20  
lum est vulgo placere creditores quidem heredis, si quid superfuerit ex bonis testa-  
posse habere in suum debitum, creditores uero testatoris ex bonis heredis nihil<sup>6</sup>.  
rei ratio illa est, quod qui impetrauit separationem, sibi debet imputare suam faci-  
m, si, cum essent bona idonea heredis, illi maluerint<sup>7</sup> bona potius defuncti sibi sepa-  
heredis autem creditoribus hoc imputari non possit. at si creditores defuncti deside- 25  
ut etiam in bonis heredis substituuntur, non sunt audiendi: separatio enim, quam  
retierunt, eos ab istis bonis separauit. si tamen temere separationem petierunt credi-  
defuncti, impetrare ueniam possunt, iustissima scilicet ignorantiae causa allegata.  
sciendum est necessarium heredem seruum cum libertate institutum impetrare posse  
ationem, scilicet ut, si non attigerit bona patroni, in ea causa sit, ut ei quidquid 30  
a adquisierit separetur: sed et si quid ei a testatore debetur.

APINIANUS libro uicensimo quinto quaestionum. Ab herede uendita here- [B. 9, 7, 39] P.  
separatio frustra desiderabitur, utique si nulla fraudis incurrat suspicio: nam quae  
fide medio tempore per heredem gesta sunt, rata conseruari solent. 34

EM libro uicensimo septimo quaestionum. Debitor fideiussori heres extitit [B. 9, 7, 40] P.  
ne bona uenierunt: quamuis obligatio fideiussionis extincta sit, nihilo minus separatio  
rabitur petente eo, cui fideiussor fuerat obligatus, siue solus sit hereditarius creditor  
plures. neque enim ratio iuris, quae causam fideiussionis propter principalem obliga-  
n, quae maior fuit, exclusit, damno debet adficere creditorem, qui sibi diligenter  
exerat. Quid ergo, si bonis fideiussoris separatis solidum ex hereditate stipulator 40  
qui non possit? utrum portio cum ceteris heredis creditoribus ei quaerenda erit an  
ntus esse debebit bonis, quae separari maluit? sed cum stipulator iste non adita  
ssoris a reo hereditate bonis fideiussoris uenditis in residuum pro<sup>8</sup> misceri debitoris

(MOC)

1 ppe cum secuti sunt nomen heredis del. 2 et ins. 3 non satis (add.)? 4 sint  
add.) 5 quasi eum secutus sit del. 6 creditores ... nihil del. 7 ille maluerit?  
idone ins. (Huschke Gai. p. 46)

nen] nouem F<sup>1</sup> | separa're F<sup>3</sup> 2 eum  
ge'runt F<sup>2</sup> 3 exegerint F<sup>2</sup> 5 satis i  
F<sup>2</sup> | si'bi' F<sup>2</sup> | minus] minor F | ido-  
F<sup>2</sup> 6 hereditario F<sup>1</sup> 12 post' F<sup>2</sup>  
redede F 17 qualiterqualiter F<sup>2</sup> | eli-  
s F 25 si] sic F<sup>1</sup> 27 h'istis F<sup>2</sup> |

separabit F<sup>2</sup> | temere] ἠρονερώς B, emere't F<sup>2</sup>  
29 item] ita F<sup>1</sup> 31 separa'retur F<sup>2</sup> 33 qu'a'e  
F<sup>2</sup> 35 fideiusseri F<sup>1</sup> 36 nihil'h'o F<sup>2</sup> 37 im-  
petrauitur F<sup>1</sup> 38 quae] XYMOC, om. F  
39 exclusis F<sup>1</sup>

- 2 creditoribus potuerit, ratio non patitur eum in proposito summoneri. Sed in quolibet alio creditore, qui separationem impetrauit, probari commodius est, ut, si solidum ex hereditate seruari non possit, ita demum aliquid ex bonis heredis ferat, si proprii creditores heredis fuerint dimissi. quod sine dubio admittendum est circa creditores heredis dimissis hereditariis.
- 4 || IDEM libro duodecimo responsorum. Creditoribus, qui ex die vel sub con- B. 9, 7, 41 ditione debentur et propter hoc nondum pecuniam petere possunt, aequae separatio dabitur, 1 quoniam et ipsis cautione communi consulatur. Legatarios autem in ea tantum parte, quae de bonis seruari potuit, habere pignoris causam conuenit.
- 5 PAULUS libro tertio decimo quaestionum. Si creditores hereditarii separa- B. 9, 7, 42 tionem bonorum impetrauerunt et inueniatur non idonea hereditas, heres autem idoneus: non poterunt reuerti ad heredem, sed eo, quod semel postulauerunt, stare debent. sed si post impetratam separationem aliquid heres adquisierit, si quidem ex hereditate, admitti debent ad id quod acquisitum est illi qui separationem impetrauerunt: sed si illis satisfactum fuerit, quod superest tribuetur propriis heredis creditoribus. at si ex alia causa heres adquisierit, non admittentur hereditarii creditores. quod si proprii ad solidum peruenierunt, id quod supererit tribuendum hereditariis quidam putant: mihi autem id non uidetur: cum enim separationem petierunt, recesserunt a persona heredis et bona secuti sunt et quasi defuncti bona uendiderunt, quae augmenta non possunt recipere. idemque existimo dicendum, etiamsi circa separationem bonorum decepti minus consecuti sunt quam proprii heredis creditores. proprii autem heredis creditores habent propria eius bona et personam, quae potest donec uinit adquirere.
- 6 IULIANUS libro quadragensimo sexto digestorum. Quotiens heredis bona sol- B. 9, 7, 43 uendo non sunt, non solum creditores testatoris, sed etiam eos, quibus legatum fuerit, impetrare bonorum separationem aequum est, ita ut, cum in<sup>1</sup> creditoribus solidum adqui- 1 situm fuerit, legatariis uel solidam uel portio quaeratur. Si liberta heres instituta bonorum possessionem secundum tabulas petisset eius, qui soluendo non erat, quaesitum est, an bona eius separari ab hereditariis debent. respondit: non est iniquum succurri patrono, ne oneraretur aere alieno, quod liberta petendo bonorum possessionem secundum tabulas contraxerit.
- 7 MARCIANUS libro secundo regularum. Qui iudicium dictauerunt heredi, separa- B. 9, 7, 44 tionem quasi hereditarii possunt impetrare, quia ex necessitate hoc fecerunt.

## VII.

## R DE CURATORE BONIS DANDO R

- 1 PAULUS libro quinquagesimo septimo ad edictum. Si quis sub con- B. 9, 7, 45. 38, 12, 1 ditione heres institutus est, cogendus est conditioni parere, si potest, aut, si responderit 1 se non aditurum, etiamsi condicio extiterit, uendenda erunt bona defuncti. Quod si nihil 2 facere potest, curator bonis constituendus erit aut<sup>2</sup> bona uendenda. Sed si graue aes alienum sit, quod ex poena crescat, per curatorem soluendum aes alienum, sicuti cum uenter in possessione sit aut pupillus heres tutorem non habeat, decerni solet. 40
- 2 ULPIANUS libro sexagesimo quinto ad edictum. De curatore con- B. 9, 7, 46. 38, 12, 2 stituendo hoc iure utimur, ut praetor adeatur isque curatorem curatoresque<sup>3</sup> constituat ex consensu maioris partis creditorum, uel praeses prouinciae, si bona distrahenda in pro- F(XYMOC)

<sup>1</sup> in *del.* (Hal.)    <sup>2</sup> aut] nec?    <sup>3</sup> curatoresue (Krueger)?

3 creditoris F<sup>1</sup> 4 heredis F<sup>2</sup> 8 cautio'ne' ad F<sup>1</sup> 21 proprii autem F 28 ab] ad F<sup>1</sup> |  
 F<sup>2</sup> | legatarios *seq.*] ΛΗΓΑΤΑΡΙΟΣ ΔΕ ΑΙΡΕΤΙΚΟΣ debe'ant F<sup>2</sup> | respondi't F<sup>2</sup> 29 petendo |  
 ἐπὶ τοῖς μετὰ τὰ χρέα σωζομένοις ἐνεχέρον retainedo (sic) F<sup>2</sup> 35 si quis] F<sup>1</sup>, is qui F<sup>2</sup>  
 ΔΙΚΑΙΟΝ ἔχει B 11 impetrauerint F<sup>2</sup> 13 ali- 37 etiamsi F<sup>1</sup> 42 curatoresqu'a'e F<sup>2</sup>  
 quid] atquid F<sup>2</sup> 14 illi's qui F<sup>2</sup> 15 at] 43 consensu'm maioris F<sup>2</sup>

uincia sunt: Quaeque per eum eosue, qui ita creatus creatine essent, acta facta gestaque sunt, rata habebuntur: eisque actiones et in eos utiles competunt: et si quem curatores mitterent ad agendum uel defendendum, uti ius esset: nec ab eo satis, neque de rato neque iudicatum solui, nomine eius cuius bona ueneant exigetur, sed nomine ipsius curatoris qui eum misit. Si plures autem constituantur curatores, Celsus ait in solidum eos et agere et conueniri, non pro portionibus. quod si per regiones fuerint constituti curatores, unus forte rei Italiae, alius in prouincia, puto regiones eos suas conseruare debere. Quaeritur, an inuitus curator fieri potest: et Cassius scribit neminem inuitum cogendum fieri bonorum curatorem, quod uerius est. uoluntarius itaque quaerendum est, nisi et magna necessitate et imperatoris arbitrio hoc procedat, ut et inuitus crearetur. Nec omnimodo creditorem esse oportet eum, qui curator constituitur, sed possunt et non creditores. Si tres curatores fuerint et unus ex his nihil attigerit, an in eum, qui nihil tetigit, actio danda est? et Cassius existimat modum actori non debere constitui posseque eum eam quo uult experiri. puto Cassii sententiam ueriores: spectandum enim, quid redactum est, non quid ad curatorem unum peruenerit, et ita utimur, nisi inuitus factus est: nam si ita est, dicendum non eum conueniendum.

CELSUS libro uicensimo quarto digestorum. Si plures eiusdem bonorum curatores facti sunt, in quem eorum uult actor, in solidum ei datur actio tam quam quibus eorum in solidum aget.

PAPIRUS IUSTUS libro primo de constitutionibus. Imperatores Antoninus et Uerus Augusti rescripserunt bonis per curatorem ex senatus consulto distractis nullam actionem ex ante gesto fraudatori competere.

IULLIANUS libro quadragensimo septimo digestorum. Si debitor foro cesserit et creditores priuato consilio coierint et elegerint unum, per quem bona distrahantur et portio ipsis, quae ex redacto fieret, solueretur, mox exstiterit alius, qui se creditorem dicat: nullam quidem actionem aduersus curatorem habebit, sed bona debitoris una cum curatore uendere poterit, ita ut, quae a curatore et a creditore ex bonis contrahantur, omnibus pro portione praestarentur.

## VIII.

### DE QUAE IN FRAUDEM CREDITORUM FACTA SUNT UT RESTITUANTUR

ULPIANUS libro sexagensimo sexto ad edictum. Ait praetor: 'Quae fraudationis causa gesta erunt cum eo, qui fraudem non ignorauerit, de his curator bonorum uel ei, cui de ea re actionem dare oportebit, intra annum, quo experiendi potestas fuerit, actionem dabo. idque etiam aduersus ipsum, qui fraudem fecit, seruabo'. Necessario praetor hoc edictum proposuit, quo edicto consuluit creditoribus renocando ea, quaecumque in fraudem eorum alienata sunt. Ait ergo praetor 'quae fraudationis causa gesta erunt'. haec uerba generalia sunt et continent in se omnem omnino in fraudem factam

*F(XYMOO)*

1 quaequ'a'e F<sup>2</sup> | gestaqu'a'e F<sup>2</sup> 4 eius ... nomine om. F<sup>2</sup>, uertunt Graeci 10 imperatoris' F<sup>2</sup> 14 cum om. F<sup>2</sup> 20 Παύλου B. 38 21 bonis] quasi esset bonis senatoris, uertit Dorotheus BS. 38, 12, 4: ἡνίκα ἀπὸ δογματός τῆς συγκλήτου καθίσταται κουράτωρ τῆς μελλούσης ππρασκεσθαι τοῦ συγκλητικῆς περιουσίας: at apud Anonymum B. 9, 7, 49 et B. 38, 12, 4 recte est ππρασκομένης οὐσίας διὰ κουράτωρος uideturque illud adsumptum ex D. 27, 10, 5 22 ex ante gesto] quasi esset ex te-

stamento, uertit Dorotheus BS. 38, 12, 4: μηδεμίαν ἐκ τεσταμέντου ἄγωγῆν ἀρμόζειν τῷ κουράτωρι: at ueram lectionem reddidit Anonymus B. 38, 12, 4: οὐδεμίαν ἄγωγῆν ἐκ τῆς προηγουμένης πράξεως ἔξει ὁ περιγράφαι θελήσας τοὺς δανεϊστάς, cuius uersio tertio loco B. 9, 7, 49 interpolata est ad Dorotheanum sic: οὐδεμίαν ἐκ διαθήκης βοήθειαν ἔξει ὁ περιγράφαι θελήσας τοὺς δανεϊστάς 34 ea] eo F<sup>2</sup> 36 quaequumqu'a'e F<sup>2</sup>

uel alienationem uel quemcumque contractum. quodcumque igitur fraudis causa factum est, uidetur his uerbis reuocari, qualecumque fuerit: nam late ista uerba patent. sine ergo rem alienauit siue acceptilatione uel pacto aliquem liberauit,

- 2 IDEM libro septuagesimo tertio ad edictum. idem erit probandum: et si pignora B. 9, 8, 2 liberet uel quem alium<sup>1</sup> in fraudem creditorum<sup>2</sup> praeponat
- 3 IDEM libro sexagesimo sexto ad edictum. uel ei praebuit exceptionem siue se B. 9, 8, 3 obligauit fraudandorum creditorum causa siue numerauit pecuniam uel quodcumque aliud fecit in fraudem creditorum, palam est || edictum locum habere. Gesta fraudationis causa accipere debemus non solum ea, quae contrahens gesserit aliquis, uerum etiam si forte data opera ad iudicium non adfuit uel litem mori patiatu[r] uel a debitore non petit, ut tempore liberetur, aut usum fructum uel seruitutem amittit. Et qui aliquid fecit, ut desinat habere quod habet, ad hoc edictum pertinet.
- 4 PAULUS libro sexagesimo octauo ad edictum. In fraudem facere uideri etiam eum, qui non facit quod debet facere, intellegendum est, id est si non utatur seruitutibus:
- 5 GAIVS libro uicensimo sexto ad edictum prouinciale. sed et si rem suam pro derelicto habuerit, ut quis eam suam faciat.
- 6 ULPIANUS libro sexagesimo sexto ad edictum. Quod autem, cum possit aliquid quaerere, non id agit, ut adquirat, ad hoc edictum non pertinet: pertinet enim ad deminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur. Unde quis ideo condicioni non paret, ne committatur stipulatio, in ea condicione est, ne huic edicto locum. Proinde et qui repudiauit hereditatem uel legitimam uel testamentariam, non est in ea causa, ut huic edicto locum faciat: noluit enim adquirere, non suum proprium patrimonium deminuit. Simili modo dicendum est et si filium suum emancipauit ut suo arbitrio adeat hereditatem, cessare hoc edictum. Sed et illud probandum, si legatum repudiauit, cessare edictum, quod Iulianus quoque scribit. Si seruum suum hereditatem institutum alienauit, ut iussu emptoris adeat, si quidem in uenditione nulla fraus est, in hereditate sit, cessat edictum, quia licuit ei etiam repudiare hereditatem: at si in ipsius serui alienatione fraus est, reuocabitur, quemadmodum si eum in fraudem manumississet.
- 6 Apud Labeonem scriptum est eum, qui suum recipiat, nullam uideri fraudem facere, hoc est eum, qui quod sibi debetur receperat: eum enim, quem praeses inuitum soluere cogat impune non soluere iniquum esse: totum enim hoc edictum ad contractus pertinere, in quibus se praetor non interponit, ut puta pignora uenditionesque. Sciendum Iulianum scribere eoque iure nos uti, ut, qui debitam pecuniam recepit ante, quam bona debitoris possideantur, quamuis sciens prudensque soluendo non esse recipiat, non timere hoc edictum sibi enim uigilauit. qui uero post bona possessa debitum suum recepit, hunc in portionem uocandum exaequandumque ceteris creditoribus: neque enim debuit praeripere ceteris post bona possessa, cum iam par condicio omnium creditorum facta esset. Hoc edictum eum coercet, qui sciens eum in fraudem creditorum hoc facere suscepit, quod in fraudem creditorum fiebat: quare si quid in fraudem creditorum factum sit, si tamen is qui cepit ignorauit, cessare uidentur uerba edicti. Praeterea illud sciendum est eum, qui consentientibus creditoribus aliquid a fraudatore uel emit uel stipulatus est uel quid aliud contraxit, non uideri in fraudem creditorum fecisse: nemo enim uidetur fraudare eos, qui sciunt et consentiunt. Si quid cum pupillo gestum sit in fraudem creditorum, Labeo ait omnimodo reuocandum, si fraudati sint creditores, quia pupilli ignorantia, quae per aetatem contingit, non debet esse captiosa creditoribus et ipsi lucrosa: eoque iure utimur.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> aliorum (Kruoger)?    <sup>2</sup> creditorem?    <sup>3</sup> praetor (van de Water)?

5 liberetur uel F<sup>2</sup> | uel quem alium ... praeponat] κἀν τῆν τῶν δανεικῶν προετιμῆσεν B (Anon.) 6 siue esse F<sup>2</sup> 10 uel litem mori patiatu[r] ἢ ἕνεχεν το τὰ ἀπό καταδικῆς ἐκβιβασθῆναι B 12 pertinere't F<sup>2</sup> 14 faciata't F<sup>2</sup> 16 derelicto F<sup>2</sup> | eam] eum F<sup>2</sup>

18 enim om. F<sup>2</sup> 22 causa a'ut F<sup>2</sup> 27 at] et F<sup>2</sup> 30 soluere] soluerit F<sup>2</sup> 31 inaequum F<sup>2</sup> 34 prudensque F<sup>2</sup>, prodestque F<sup>2</sup>, om. XYMOC | non timere] non uthemere F<sup>2</sup> 38 hoc facere ... creditorum om. F<sup>2</sup> 39 quid] quis F<sup>2</sup> 42 fraude F

11 Simili modo dicimus et si cui donatum est, non esse quae]rendum, an sciente eo, cui do- f. 276  
 natum, gestum sit, sed hoc tantum, an fraudentur creditores: nec uidetur iniuria adfici is  
 qui ignorauit, cum lucrum extorqueatur, non damnum infligatur. in hos tamen, qui igno-  
 rantes ab eo qui soluendo non sit liberalitatem acceperunt, hactenus actio erit danda, qua-  
 12 tenus locupletiores facti sunt, ultra non. Simili modo quaeritur, si seruus ab eo, qui sol- 5  
 uendo non sit, ignorante domino ipse sciens rem acceperit, an dominus teneretur. et ait  
 Labeo hactenus eum teneri, ut restituat quod ad se peruenit aut dumtaxat de peculio  
 damnetur uel si quid in rem eius uersum est. eadem in filio familias probanda sunt. sed  
 13 si dominus scit, suo nomine conuenietur. Item si necessarius heres legata praestiterit,  
 deinde eius bona uenerint, Proculus ait, etiamsi ignorauerint legatarii, tamen utilem actio- 10  
 14 nem dandam: quod nequaquam dubium est. Huius actionis annum computamus utilem,  
 quo experiundi potestas fuit, ex die factae uenditionis.

7 PAULUS libro sexagesimo secundo ad edictum. Si debitor in fraudem credi- [B. 9, 8, 7] E  
 torum minore pretio fundum scienti emptori uendiderit, deinde hi, quibus de reuocando eo  
 actio datur, eum petant, quaesitum est, an pretium restituere debent. Proculus existimat 15  
 omnimodo restituendum esse fundum, etiamsi pretium non soluatur: et rescriptum est se-  
 cundum Proculi sententiam.

8 UENULEIUS SATURNINUS libro sexto interdictorum. Ex his colligi potest ne [B. 9, 8, 8] \*A  
 quidem portionem emptori reddendam ex pretio: posse tamen dici eam rem apud arbitrum  
 ex causa animaduertendam, ut, si nummi soluti in bonis exsint, iubeat eos reddi, quia ea 20  
 ratione nemo fraudetur.

9 PAULUS libro sexagesimo secundo ad edictum. Is, qui a debitore, cuius bona [B. 9, 8, 9] E  
 possessa<sup>1</sup> sunt, sciens rem emit, iterum alii bona fide ementi uendidit: quaesitum est, an  
 secundus emptor conueniri potest. sed uerius est Sabini sententia bona fide emptorem non  
 teneri, quia dolus ei dumtaxat nocere debeat, qui eum admisit, quemadmodum diximus 25  
 non teneri eum, si ab ipso debitore ignorans emerit: is autem, qui dolo malo emit, bona  
 fide autem ementi uendidit, in solidum pretium rei, quod accepit<sup>2</sup>, tenebitur.

10 ULPIANUS libro septuagesimo tertio ad edictum. Ait praetor: 'Quae [B. 9, 8, 10. Ep. 17, 16] E  
 Lucius Titius fraudandi causa sciente te in bonis, quibus de ea re<sup>3</sup> agitur, fecit: ea illis,  
 si eo nomine, quo de agitur, actio ei ex edicto meo competere esseue oportet, ei<sup>4</sup>, si non 30  
 plus quam annus est, cum de ea re, qua de agitur, experiundi potestas est, restituas. in-  
 terdum causa cognita et si scientia non sit, in factum actionem permittam'. Ita de- (Ep.)  
 mum reuocatur, quod fraudandorum creditorum causa factum est, si euentum fraudis habuit,  
 scilicet si hi creditores, quorum fraudandorum causa fecit, bona ipsius uendiderunt. ceterum  
 si illos dimisit, quorum fraudandorum causa fecit, et alios sortitus est, si quidem sim- 35  
 pliciter dimissis prioribus, quos fraudare uoluit, alios postea sortitus est, cessat reuocatio:  
 si autem horum pecunia, quos fraudare uoluit, priores dimisit, quos fraudare uoluit, Mar-  
 cellus dicit reuocationi locum fore. secundum hanc distinctionem et ab imperatore<sup>5</sup> Senero  
 2 et Antonino rescriptum est eoque iure utimur. Quod ait praetor 'scienti', sic accipimus

F(XYMOG)

<sup>1</sup> non ins. (u. i.)    <sup>2</sup> quod accepit del. (Faber)    <sup>3</sup> ea re del. (edd.: cf. p. 562, 18)    <sup>4</sup> ea  
 illi (sic R. Stephanus), si eo nomine, quo de agitur, actio ei ex edicto meo competet esseue  
 oportet et (Hal.)?    <sup>5</sup> ab imperatore] a (cf. ad p. 271, 25)?

3 infli'ngatur F<sup>2</sup> 6 si'n't F<sup>4</sup> | tenere'n'tur  
 F<sup>3</sup> | ait labeo hactenus] F<sup>2</sup>, ait labeo ait  
 actenus F<sup>o</sup> 9 item 's'i F<sup>2</sup> 13 creditore  
 minorum F<sup>2</sup> 15 existima'n't F<sup>2</sup> 22 is qui  
 a debitore cuius bona possessa (non ins.  
 XYMOG) sunt sciens rem emit] ó épi nepi-  
 γραφή τῶν δανεικῶν ἐν εἰδήσει ἀγοράσας B  
 23 fide'm ementi F<sup>2</sup> 24 uerius F<sup>2</sup> | sen-  
 tentia'm bona F<sup>2</sup> 27 fide'i autem F<sup>2</sup>  
 28 q'r'a'e F<sup>2</sup> 29 sciente te] excidisse tecum  
 uidentur indicare Graeci: ὅσα τις διὰ βλάβην

δανεικῶν εἰδότης κοῦ μετὰ κοῦ ἐπραξεν B et  
 Epit.: similia commendauit Ad. Schmidt Pflicht-  
 theilrecht p. 109: at probabilius idem uir doc-  
 tus antea (Interd. p. 142) interdictum hoc no-  
 mine minus accurate scriptum esse dixit. nec  
 satis probe dicitur 'tecum in bonis fecit' pro  
 eo quod est 'tecum gessit, quo bona deminueret',  
 nec, si talia fuissent in edicto, interpretatio de  
 his taceret 30 'si' eo F<sup>2</sup> 37 priores] prae-  
 stareores F<sup>2</sup> | fraudare's uoluit F<sup>2</sup> 38 ha'n'o  
 F<sup>2</sup>



'te conscio et fraudem participante': non enim si simpliciter scio illum creditores habere, hoc sufficit ad contendendum teneri eum in factum actione, sed si particeps fraudis est. f. 276'

8 Si quis particeps quidem fraudis non fuit, uerumtamen uendente debitore testato conuentus est a creditoribus, ne emeret, an in factum actione teneatur, si comparauerit? et magis 4 est, ut teneri debeat: non enim caret fraude, qui conuentus testato perseuerat. Alias autem 5 qui scit aliquem creditores habere, si cum eo contrahat simpliciter sine fraudis conscientia, 5 non uidetur hac actione teneri. Ait praetor 'sciente te', id est eo, qui conuenietur hac actione. quid ergo, si forte tutor pupilli scit, ipse pupillus ignorauit? uideamus, an actioni locus sit, ut scientia tutoris noceat: idem et in curatore furiosi et adulescentis. et putem haec 7 nus istis nocere conscientiam tutorum siue curatorum, quatenus quid ad eos peruenit. 10

6 Praeterea sciendum est posse quaeri, quod dicitur in fraudem creditorum alienatum reuocari posse, si idem sint creditores: et si unus creditor sit ex illis, qui fraudati sunt, siue solus tunc fuit siue, cum ceteris satisfactum est, hic solus remansit, probandum esse adhuc 7 actioni fore locum. Illud certe sufficit, et si unum scit creditorem fraudari, ceteros igno- 8 raut, fore locum actioni<sup>1</sup>. Quid ergo, si ei, quem quis scit, satisfactum est? numquid 15 deficiat actio, quia qui supersunt, non sunt fraudati? et hoc puto probandum: non tamen si dicat aliquis: 'offero, quod debetur ei, quem scio creditorem', audiendus erit, ut actio- 9 nem eludat. Si fraudator heredem habuit et heredis bona uenerint, non est in bonis qui- 10 bus de agitur factum et ideo cessat haec actio. Si quid in fraudem creditorum fecerit filius, qui se poterat abstinere, et in integrum sit restitutus, quod se miscuerat, uel si quis 20 fecit uoluntarius etiam<sup>2</sup> uel per aetatem uel quam aliam causam iustam in integrum meruit restitutionem, dicendum erit utilem actionem competere<sup>3</sup>. idem et in seruo necessario. sane cum illa distinctione hoc admittendum esse Labeo scribit, ut, si quidem protinus bona uendiderunt creditores uel absentibus uel<sup>4</sup> paciscentibus creditoribus se necessarius miscuit, utriusque fraus reuocetur, id est testatoris et ipsius: si uero passi sunt necessarium credi- 25 tores et quasi in creditum habuerunt nomen eius uel dulcitudine usurarum uel qua alia 11 ratione secuti sunt<sup>5</sup>, dicendum est nihil reuocari ex his, quae testator alienauit. Si impubes patri heres extiterit eiusque mortui bona ueneant, separatione impetrata utriusque 12 fraus erit reuocanda, pupilli uel etiam tutoris, item curatoris<sup>6</sup>. Si, cum in diem deberetur, fraudator praesens soluerit, dicendum erit in eo, quod sensi commodum in repraesentatione, 30 13 in factum actioni locum fore: nam praetor fraudem intellegit etiam in tempore fieri. Si cui solum quidem non fuerit, sed in uetus creditum pignus acceperit, hac actione tene- 14 bitur, ut est saepissime constitutum. Si, cum mulier fraudandorum creditorum [Ep. 17, 17 consilium inisset, marito suo eidemque debitori in fraudem creditorum acceptum debitum fecerit dotis constituendae causa, locum habet haec actio et per hanc omnis pecunia, quam 35 maritus debuerat, exigitur nec mulier de dote habet actionem: neque enim dos in fraudem creditorum constituenda est: et hoc certo certius est et saepissime constitutum. [Ep.] exitus autem actionis erit, ut stipulatio, quae accepta facta fuerat, ex integro interponatur. f. 277

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> fore locum actioni *del.*    <sup>2</sup> etiam] et item?    <sup>3</sup> tam de iis quae in fraudem creditorum fecit ipse quam de iis quae fecit testator *similiaue esciderunt*    <sup>4</sup> uel] nec (u. i.)?    <sup>5</sup> et quasi in creditum abierunt (u. i.) nomen eius ... secuti (sunt *del. Hal.*)?    <sup>6</sup> item curatoris] *idem Graeci*: itemque patris?

2 actione] m' sed *F*<sup>2</sup>    3 particeps] qu'o] idem frau] quidem *F*<sup>2</sup>    5 curet *F*<sup>1</sup>    7 hac] hoc *F*<sup>1</sup> | te om. *F*<sup>1</sup>    11 re]uocari *F*<sup>2</sup>    12 credi- tores] creditorum *F*<sup>1</sup>    15 qui]s' scit *F*<sup>2</sup>    16 fraudan]ti *F*<sup>2</sup>    17 offer]r'o *F*<sup>4</sup>    18 non]s' est *F*<sup>4</sup>    20 quod se] quod si *F*<sup>2</sup> | quis] quid *reponuit*, *deinde d. deluit* *F*<sup>2</sup>    21 etiam *del. F*<sup>2</sup>    24 uel absentibus] uel paciscentibus credito- ribus *F*<sup>4</sup>, uel paciscentibus creditoribus (*del. absentibus*) *F*<sup>2</sup> *cum B*: ei mēn εἴθ'ς ἐπράθη παρὰ τῶν δανεϊκῶν τὰ πράγματα ἢ συμφω- νηκάντων ἀγῶν ἐμμίθοι: *nihilominus aut del.*

*est* uel paciscentibus *aut scr.* uel absentibus nec paciscentibus creditoribus, *nam creditores si paciscantur cum necessario herede, nomen eius sequi apparet | necessari]b'us* *F*<sup>2</sup>    26 ha- buerunt] *FYM*<sup>4</sup>, abierunt *XM*<sup>4</sup> *O* et sic *Cu- iacius*, abierit *C* | uel 'a' dulcitudine *F*<sup>2</sup>    27 qu]a'e *F*<sup>2</sup>    29 reuocando *F*<sup>1</sup> | diem] diem mihi *F*<sup>2</sup>    30 praesen]s *F*<sup>2</sup> | in eo quod] *F*<sup>2</sup>, quod in ea quod *F*<sup>4</sup>    32 solum] legatum *F*<sup>2</sup>    33 mulier] in] fraudandorum *F*<sup>2</sup>    34 ac] ma- rito] ceptum *F*<sup>4</sup>    35 omnes *F*<sup>1</sup>    36 dos] nos *F*<sup>2</sup>    38 que *F*

- 15 Per hanc actionem et usus fructus et huiusmodi stipulatio: 'in annos singulos dena dari  
 16 'spondes?' exigi potest. Si debitorem meum et complurium creditorum consecutus essem  
 fugientem secum ferentem pecuniam et abstulissem ei id quod mihi debeatur<sup>1</sup>, placet  
 Iuliani sententia dicentis multum interesse, antequam in possessionem bonorum eius cre-  
 ditores mittantur, hoc factum sit an postea: si ante, cessare in factum actionem, si postea, 5  
 17 huic locum fore. Si ex constitutione diui Marci bona sint addicta alicui<sup>2</sup> libertatum con-  
 seruandarum causa, dicendum erit actionem cessare: ita enim succedunt, ut rata sint, quae  
 18 pater familias gesserat. Annus huius in factum actionis computabitur ex die uenditionis  
 19 20 bonorum. Per hanc actionem res restitui debet cum sua scilicet causa. Et fructus, non  
 tantum qui percepti sunt, uerum etiam hi, qui percipi potuerunt a fraudatore, ueniunt, 10  
 sed cum aliquo modo, scilicet ut sumptus facti deducantur: nam arbitrio iudicis non prius  
 cogendus est rem restituere, quam si impensas necessarias consequatur: idemque erit  
 probandum et si quis alios sumptus ex uoluntate fideiussumorum creditorumque fecerit.  
 21 22 Partum quoque in hanc actionem uenire puto uerius esse. Praeterea generaliter sciendum  
 est ex hac actione restitutionem fieri oportere in pristinum statum, siue res fuerunt siue 15  
 obligationes, ut perinde omnia reuocentur, ac si liberatio facta non esset. propter quod  
 etiam medii temporis commodum, quod quis consequeretur liberatione non facta, praestan-  
 dum erit, dum usurae non praestentur, si in stipulatum deductae non fuerunt, aut si<sup>3</sup> talis  
 23 contractus fuit, in quo usurae deberi potuerunt etiam non deductae. Si condicionalis fuit  
 obligatio, cum sua condicione, si in diem, cum sua die restauranda est. si tamen ea erat, 20  
 cuius dies finitur, potest dici restitutionem intra id tempus posse postulari, quod tempus  
 24 supererat obligationi, non utique intra annum. Haec actio post annum de eo, quod ad  
 eum peruenit, aduersus quem actio mouetur, competit: iniquum enim praetor putauit in  
 lucro morari eum, qui lucrum sensit ex fraude: ideoque lucrum ei extorquendum putauit.  
 siue igitur ipse fraudator sit, ad quem peruenit, siue alius quiuis, competit actio in id 25  
 25 quod ad eum peruenit dolone malo eius factum est, quo minus perueniret. Haec actio  
 heredi ceterisque successoribus competit: sed et in heredes similesque personas datur.  
 11 UENULEIUS SATURNINUS libro sexto interdictorum. Cassius actionem intro- [B.9, 8, 11] \*A  
 duxit in id quod ad heredem peruenit. 29  
 12 MARCELLUS libro octauo decimo digestorum. Si pater filio familias liberam [B.9, 8, 12] E\*  
 peculii administrationem dederit, non uidetur ei et hoc concessisse, ut in fraudem credi-  
 torum alienaret: talem enim alienationem non habet. at si hoc quoque concessit filio pater,  
 ut uel in fraudem creditorum facere possit, uidebitur ipse fecisse et sufficientes competentes  
 aduersus eum actiones. etenim filii creditores etiam patris sunt creditores, cum eius ge-  
 neris uidelicet habebunt actionem, ut his de peculio praestari neesse sit. 35  
 13 PAULUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Illud constat eum qui pignus [B.9, 8, 13] Ef  
 tenet hac actione non teneri: suo enim iure et ut pignus, non rei seruandae causa possidet. f. 277  
 14 ULPIANUS libro sexto disputationum. Hac in factum actione non solum do- [B.9, 8, 14] S  
 minis reuocantur, uerum etiam actiones restaurantur. ea propter competit haec actio et  
 aduersus eos, qui res non<sup>4</sup> possident, ut restituant, et aduersus eos, quibus actio competit, 40  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> debebatur (add.)? <sup>2</sup> alicui del. (similiter Huschke) <sup>3</sup> aut si] nisi (Voorda)? <sup>4</sup> non del. (u. i.)

1 dare F<sup>1</sup> 2 essem fugientem bis F<sup>2</sup>  
 4 iulianus F<sup>1</sup> | sententia'm dic. F<sup>4</sup> 7 suc-  
 ced'ere'unt F<sup>3</sup> 9 res om. F<sup>2</sup> 10 etiam  
 del. F<sup>3</sup> 12 necessarius F<sup>1</sup> 13 si quis alios]  
 Y<sup>2</sup>, si quis alius FY<sup>2</sup>M, si quos alios X  
 (superser. uel qui alius) C, si quos O: υπεβαι-  
 ρούνται ... τὰ ἐπ' αὐτοῖς (τοῖς καρποῖς) ἀναγ-  
 καῖα δαπανήματα καὶ τὰ κατὰ γνώμην τῶν ἐγγυ-  
 τῶν ἢ τῶν δανεῖστων γενόμενα B 16 ac 'si' F<sup>4</sup>  
 18 aut si] εἰ μὴ τὸ συνάλλαγμα καὶ ἀνεπε-  
 ρώτητον ἀπατεῖ τόκον B | talis] tulis F<sup>2</sup>  
 19 fuerit in F<sup>2</sup> 23 modetur F<sup>1</sup> 24 ex

om. F<sup>2</sup> 27 datur] FX<sup>2</sup>YMC, non datur X<sup>2</sup>,  
 datur al. non datur O: littera Pisana datur  
 sine negatione et ita legit Uacarius ... Bono-  
 nienses legunt non datur' glossa ad Uacarium  
 apud Saignium hist. 3, 754 28 sexto de in-  
 terdictorum F<sup>1</sup> 38 ha'e'c F<sup>2</sup> 40 non pos-  
 sident ut restituat F, non possident ut resti-  
 tuant X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>MC, possident ut restituant X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>MC,  
 om. inter alia O: ἡ παρούσα ἀγωγὴ καὶ δεσπο-  
 τεῖαν ἀπὸ τῶν νηνομένων ἀνακαλεῖται καὶ τοὺς  
 ἔχοντας ἀγωγὴν ἀπατεῖ ἐκχωρῆσαι B (Anon.)

- ut actione cedant. proinde si interposuerit quis personam Titii, ut ei fraudator res tradat, actione mandati cedere debet. ergo et si fraudator pro filia sua dotem dedisset sciente fraudari creditores, filia tenetur, ut cedat actione de dote aduersus maritum.
- 15 IULIANUS libro quadragesimo nono digestorum. Si quis, cum haberet Titium creditorem et sciret se soluendo non esse, libertates dederit testamento, deinde dimisso Titio postea Sempronium creditorem habere coeperit et eodem testamento manente decesserit: libertates datae ratae esse debent, etsi hereditas soluendo non sit, quia, libertates ut rescindantur, utrumque in eorundem persona exigimus et consilium et euentum et, si quidem creditor, cuius fraudandi consilium initum erat, non fraudatur, aduersus eum qui fraudatur consilium initum non est. libertates itaque ratae sunt, 10
- 16 PAULUS libro quinto responsorum PAPINIANI<sup>1</sup>. nisi priores pecunia posteriorum dimissi probentur. 10
- 17 IULIANUS libro quadragesimo nono digestorum. Omnes debitores, qui in fraudem creditorum liberantur, per hanc actionem reuocantur in pristinam obligationem. 10
- 1 Lucius Titius cum haberet creditores, libertis suis isdemque filiis naturalibus uniuersas res suas tradidit. respondit: quamuis non proponatur consilium fraudandi habuisse, tamen qui creditores habere se scit et uniuersa bona sua alienauit, intellegendus est fraudandorum creditorum consilium habuisse: ideoque et si filii eius ignorauerunt hanc mentem patris sui fuisse, hac actione tenentur. Si uir uxori, cum creditores suos fraudare uellet, soluto matrimonio praesentem dotem reddidisset, quam statuto tempore reddere debuit, hac actione mulier tantum praestabit, quanti creditorum intererat dotem suo tempore reddi: nam praetor fraudem etiam in tempore fieri intellegit. 15
- 18 PAPINIANUS libro uicensimo sexto quaestionum. Etsi pignus uir uxori uel uxor uiro remiserit, uerior sententia est nullam fieri donationem existimantium. quod sine dubio, si in fraudem creditorum fiat, actione utili reuocabitur<sup>2</sup>. idemque est et si quis debitor in fraudem creditorum pignus omiserit. 15
- 19 IDEM libro undecimo responsorum. Patrem, qui non exspectata morte sua fideicommissum hereditatis maternas filio soluto potestate restituit omnia ratione Falcidiae, plenam fidem ac debitam pietatem secutus exhibitionis, respondi non creditores fraudasse<sup>3</sup>. 15
- 20 CALLISTRATUS libro secundo quaestionum. Debitorem, qui ex senatus consulto Trebelliano totam hereditatem restituit, placet non uideri in fraudem creditorum alienasse portionem, quam retinere potuisset, sed magis fideliter facere. 15
- 21 SCAEUOLA libro primo responsorum. Debitor in fraudem creditoris cum uicino de finibus pignori dati fundi pactus est: quaesitum, an is, qui a creditore emit, de finibus agere possit. respondit secundum ea quae proponerentur || non idcirco minus agere posse, quod debitor ignorante creditore pactus esset. 15
- 22 IDEM libro quinto responsorum. Cum in uetus creditum unus creditor pignora accepisset, quaero, an in fraudem ceterorum creditorum factum nullius momenti esset. respondit creditorem non idcirco prohibendum a persecutione pignorum, quod, in uetus creditum ut obligaretur, pactus esset, nisi id in fraudem ceterorum creditorum factum sit et ea uia iuris occurratur<sup>4</sup>, qua creditorum fraudes rescindi solent. 15
- 23 IDEM libro trigensimo secundo digestorum. Primo gradu scripti heredes cum animaduenterent bona defuncti uix ad quartam partem aeris alieni sufficere, famae defuncti conseruandae gratia ex consensu creditorum auctoritate praesidis prouinciae secundum F(XYMOC)

<sup>1</sup> notat add. (Hal.: cf. D. 6, 2, 1, 16. 8, 1, 18)<sup>2</sup> etsi, si pignus uir uxori uel uxor uiro remiserit, uerior sententia est nullam fieri donationem existimantium, sine dubio, si in fraudem creditorum fiat, actione utili reuocabitur?<sup>3</sup> non fraudasse creditores? nisi fuit secutum esse exhibitionis respondi, non creditores fraudasse<sup>4</sup> curratur?2 filia] filius F<sup>1</sup> | scienti F | 3 maritum om. F<sup>1</sup>  
8 personam F | et cons.] ex cons. F<sup>1</sup> | 9 creditor-  
es cuius F<sup>6</sup> | initium F<sup>2</sup> | 10 itaque e F<sup>2</sup>  
15 h' isdemque F<sup>2</sup> 16 respondi F<sup>2</sup> 18 ha'n'c F<sup>2</sup>21 praestauit F | reddit F | 23 et si F<sup>2</sup>  
26 debitor] F<sup>2</sup>, deuitorem F<sup>2</sup> | 29 ac] ad F<sup>2</sup> |  
exhibitionis F | 35 proponeren || non F  
39 persecutione m' pign. F<sup>2</sup> | 40 id et in F<sup>2</sup>

ationem ea condicione adierunt hereditatem, ut, creditoribus dumtaxat partem praesentem: quaesitum est, an manumissi testamento et libertates et alimenta consequi possint. Libertates quidem, si in fraudem creditorum datae non essent, competere, legata si soluendo hereditas non esset, non deberi.

In libro singulari quaestionum publice tractatarum. Pupillus patri heres [B. 9, 8, 24] A et uni creditorum soluit: mox abstinuit hereditate paterna: bona patris uenient: quod accepit creditor reuocandum sit, ne melioris condicionis sit quam ceteri credidimus, per gratificationem acceperit an non, ut, si per gratificationem tu reuocetur ad eandem portionem, quam ceteri creditores fuerint laturi: sin uero regerit, ceteri creditores neglexerint exactionem, interea res deterior facta sit, uel 10 tate nel<sup>1</sup> subductis rebus mobilibus uel rebus soli ad irritum perductis, id quod accedat creditor reuocari nullo pacto potest<sup>2</sup>, quoniam alii creditores suae neglegentiae um ferre debeant. quid ergo, si, cum in eo essent<sup>3</sup>, ut bona debitoris mei uenirent, tibi mihi pecuniam, an actione reuocari ea possit a me? an distinguendum est, is it mihi an ego illi extorserim inuito et, si extorserim inuito, reuocetur, si non extor- 15 non reuocetur? sed uigilanti, meliorem meam condicionem feci, ius ciuile uigilanti-criptum est: ideoque non reuocatur id quod percepi.

IN ULTERO libro sexto interdictorum. Si fraudator fideiussores suo scienti [B. 9, 8, 25] A im tulerit, si et reus non ignorauerit, uterque tenebitur, si minus, is qui scierit. si ille, cui acceptum factum est, soluendo non sit, uidendum est, an in reum, etiamsi 20 scierit, actio danda sit, quia ex donatione capit. contra si reo scienti acceptum latum fuisset quoque, si et ipse scierit, tenebitur: si uero ignorauerit, numquid non aequum eum dari debeat, quoniam magis detrimentum non patitur, quam lucrum faciat? sed autem reis par utriusque causa est. Si a socero fraudatore sciens gener accepit, tenebitur hac actione et, si restituerit eam, desinit dotem habere: nec quicquam 25 patet diuortio facto restitutum Labeo ait, quia haec actio rei restituendae gratia, reus nomine daretur ideoque absolui solet reus, si restituerit. sed si priusquam res cum eo experirentur, reddiderit filiae dotem iudicio dotis nomine conuentus, minus eum hac actione teneri Labeo ait nec ullum regressum habiturum ad mulierem: 30 sine iudice, uidendum, an ulla repetitio || competat ei. quod si is ignorauerit, filia scierit, tenebitur filia: si uero uterque scierit, uterque tenebitur. at si neuter scierit, existimant nihil minus in filiam dandam actionem, quia intellegitur quasi ex do-: aliquid ad eam peruenerit, aut certe cauere eam debere, quod consecuta fuerit ituram: in maritum autem, qui ignorauerit, non dandam actionem, non magis in creditorem, qui a fraudatore quod ei deberetur acceperit, cum is indotatam ux- 35 acturus non fuerit. Item si extraneus filiae familiae nomine fraudandi causa dotem, tenebitur maritus, si scierit: aequum mulier: nec minus et pater, si non ignorauerit, caueat, si ad se dos peruenerit, restitui eam. Si procurator ignorante domino, cum debitorem eius<sup>4</sup> fraudandi cepisse consilium, iussit seruo ab eo accipere, hac actione tenebitur, non dominus. Non solum autem ipsam rem alienatam restitui oportet, sed 40 tus, qui alienationis tempore terrae cohaerent, quia in bonis fraudatoris fuerunt, os, qui post inchoatum iudicium recepti<sup>5</sup> sint: medio autem tempore perceptos in MOC)

1. 2 possit? 3 esset (Hal.)? 4 idem Graeci: eius del. 5 percepti (Krueger)?

itor'es'ibus F<sup>2</sup> 2 possi'n't F<sup>2</sup> 3 le-  
ero] legatario F<sup>2</sup> 5 patri's heres F<sup>2</sup>  
pit] a deleuit, mox restituit F<sup>2</sup> 9 laturis  
F<sup>2</sup>, laturis sin F<sup>2</sup> 11 mouilibus F<sup>2</sup>  
uient'ur' soluerit F<sup>2</sup> 14 m'e'ih'i F<sup>2</sup> |  
m' reu. F<sup>2</sup> 15 et] F<sup>2</sup>, ut F<sup>2</sup> 16 uigi-  
nel. F<sup>2</sup> | faci F<sup>2</sup> 17 ideo'quo'que F<sup>2</sup>  
euitur F<sup>2</sup> 21 scienti] YMOC, sciente  
22 tenebitur F<sup>2</sup> | aequ'a'e F<sup>2</sup> 24 ac-  
it F<sup>2</sup> 27 absolui't reus' solet reus F<sup>2</sup>

29 hac 'c' act. F<sup>2</sup> | nec ullum seq.] και διδοῦς  
οὐκ ἀναπράττει τὴν γυναῖκα, εἰ μὴ ἀκογιώως  
ἔδωκεν B male: debuit esse ἐκογιώως | mulie-  
re'm' F<sup>2</sup> 30 an 'a' ulla F<sup>2</sup> 31 at] ut F<sup>2</sup>  
34 in 'se' maritum F<sup>2</sup> 35 creditores F<sup>2</sup> |  
accep'er'it F<sup>2</sup> 37 pater 'set' si F<sup>2</sup> 39 hac  
actione ipse tenebitur non dominus om. F<sup>2</sup>,  
uertunt Graeci 41 coherent F 42 post 'qu'  
inchoatum F<sup>2</sup>

restitutionem non uenire. item partum ancillae per fraudem alienatae medio tempore edi-  
 5 tum in restitutionem non uenire, quia in bonis non fuerit. Proculus ait, si mulier post  
 alienationem conceperit et antequam ageretur, pepererit, nullam esse dubitationem, quin  
 partus restitui non debeat: si uero, cum alienaretur, praegnas fuerit, posse dici partum  
 6 quoque restitui oportere. Fructus autem fundo cohaesisse non satis intellegere se Labeo  
 ait, utrum dumtaxat qui maturi an etiam qui immaturi fuerint, praetor significet: ceterum  
 etiamsi de his senserit, qui maturi fuerint, nihilo magis possessionem restitui oportere.  
 nam cum fundus alienaretur, quod ad eum fructusque eius attineret, unam quandam rem  
 fuisse, id est fundum, cuius omnis generis alienationem fructus<sup>1</sup> sequi: nec eum, qui  
 hiberno habuerit fundum centum, si sub tempus messis uindemiae fructus eius uendere  
 10 possit decem, idcirco duas res, id est fundum centum et fructus decem eum<sup>2</sup> habere in-  
 tellegendum, sed unam, id est fundum centum<sup>3</sup>, sicut is quoque unam rem haberet, qui  
 7 separatim solum aedium uendere possit. Haec actio etiam in ipsum fraudatorem datur,  
 licet Mela non putabat in fraudatorem eam dandam, quia nulla actio in eum ex ante gesto  
 post bonorum uenditionem daretur et iniquum esset actionem dari in eum, cui bona ablata  
 15 essent. si uero quaedam disperdidisset, si nulla<sup>4</sup> ratione recipari possent, nihilo minus  
 actio in eum dabitur et praetor non tam emolumentum actionis intueri uidetur in eo, qui  
 exutus est bonis, quam poenam.

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> cuius alienationem omnis generis fructus (*Oosterdyk*)?    <sup>2</sup> eum *del.*    <sup>3</sup> et decem *ins. (edd.)*  
<sup>4</sup> si uero quae disperdidisset nulla?

5 oportere 'utrum dumtaxat' fructus *F*<sup>2</sup>    tulla *F*<sup>2</sup>    15 esset] estet *F*<sup>2</sup>    16 uero] uere  
 7 nihilo magis] *FY<sup>o</sup>O*, nichilominus *XY<sup>2</sup>MC*    *F*<sup>o</sup> | ratione] *F*<sup>2</sup>, restitutione *F*<sup>2</sup> | recipari]  
 8 fundus] fundum *F*<sup>2</sup> | fructus quo'que *F*<sup>4</sup>    17 tam] tantum *F*<sup>2</sup> | qui *om. F*<sup>2</sup>  
 10 me'assis *F*<sup>4</sup>    13 editum *F*<sup>4</sup>    14 nulla]

## LIBER QUADRAGESIMUS TERTIUS.

l. 279

## I.

R DE INTERDICTIS SIUE EXTRAORDINARIIS ACTIONIBUS, ES  
QUAE PRO HIS COMPETUNT R

- 1 ULPIANUS libro sexagesimo septimo ad edictum. Videamus, de quibus rebus inter- E  
dicta competunt. et sciendum est interdicta aut de diuinis rebus aut de humana compe- 6  
tere. diuinis, ut de locis sacris uel de locis religiosis. de rebus hominum interdicta red-  
duntur aut de his, quae sunt alicuius, aut de his, quae nullius sunt. quae sunt nullius,  
haec sunt: liberae personae, de quibus exhibendis ducendis interdicta competunt. quae  
sunt alicuius, haec<sup>1</sup> sunt aut publica aut singulorum. publica: de locis publicis, de uis 10  
deque fluminibus publicis. quae autem singulorum sunt, aut ad uniuersitatem pertinent,  
ut interdictum quorum bonorum, aut ad singulas res, ut est interdictum uti possidetis, de  
1 itinere actuque. Interdictorum autem tres species sunt, exhibitoria prohibitoria [B. 58, 14, 1  
restitutoria: sunt tamen quaedam interdicta et mixta, quae et prohibitoria sunt et exhi-  
2 bitoria<sup>2</sup>. Interdictorum quaedam in praesens, quaedam in praeteritum referuntur: in prae- 15  
3 sens, ut uti possidetis: in praeteritum, ut de itinere actuque, de aqua aestiua. Interdicta  
4 omnia licet in rem uideantur concepta, ui tamen ipsa personalia sunt. Interdictorum quae-  
dam annalia sunt, quaedam perpetua.
- 2 PAULUS libro sexagesimo tertio ad edictum. Interdictorum quaedam duplicia sunt, E  
quaedam simplicia. duplicia dicuntur, ut uti possidetis, simplicia sunt ea<sup>3</sup>, ueluti exhibi- 20  
toria et restitutoria, item prohibitoria de arboribus caedendis et de itinere actuque.
- 3 Interdicta autem competunt uel hominum causa uel diuini iuris aut de religione, [B. 58, 14, 2  
sicut est 'ne quid in loco sacro fiat' uel 'quod factum est restituatur' et de mortuo infe-  
rendo uel sepulchro aedificando. hominum causa competunt uel ad publicam utilitatem [B]  
pertinentia uel sui iuris tuendi causa uel officii tuendi causa uel rei familiaris. publicae 25  
utilitatis causa competit interdictum 'ut uia publica uti liceat' et 'flumine publico' et  
'ne quid fiat in uia publica': iuris sui tuendi causa de liberis exhibendis, item de liberto  
exhibendo: officii causa de homine libero exhibendo: reliqua interdicta rei familiaris causa  
3 dantur. Quaedam interdicta rei persecutionem continent, ueluti de itinere actuque pri-  
uato<sup>4</sup>: nam proprietatis causam continet hoc interdictum. sed et illa interdicta, quae de 30  
locis sacris et de religiosis proponuntur, ueluti proprietatis causam continent, item illa de  
liberis exhibendis<sup>5</sup>, quae iuris tuendi causa diximus competere, ut non sit mirum, si,  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> haec del. <sup>2</sup> exhibitoria] idem Graeci (u. i.): restitutoria (cf. D. 43, 4, 3, 2. 43, 20, 1, 1: Smallerburg)? <sup>3</sup> ea] cetera (similiter Ad. Schmidt Interd. p. 186)? <sup>4</sup> reficiendo ins.

<sup>5</sup> de liberis exhibendis del. (Hal.)

3 siue extraordinariis actionibus quae pro his  
competunt om. ind. F 5 sex'to'agensimo F<sup>4</sup>  
9 exhiuendis F<sup>5</sup> | ducentis F 11 perti-  
ne'nt F<sup>2</sup> 14 et mixta quae et prohibitoria  
sunt et exhibitoria] ἢ μικτὰ κωλύτικὰ καὶ πα-  
ραστατικὰ B 15 referuntur] F<sup>2</sup> cum B: ἀνα-

φέρεται, regeruntur F<sup>1</sup> 16 praeteritum F<sup>2</sup>  
21 prohibitoria] dehibitoria F<sup>2</sup> | de itinere  
actuquae F<sup>2</sup> 24 aedificandi F<sup>1</sup> 25 uel  
officii tuendi causa om. F<sup>1</sup> 27 exhiuendis F<sup>1</sup>  
30 propri'a'etatis F<sup>2</sup> 31 propri'a'etatis F<sup>2</sup>

- quae interdicta<sup>1</sup> ad rem familiarem pertinent, proprietatis, non possessionis causam habeant. Haec autem interdicta, quae ad rem familiarem spectant, aut apiscendae sunt possessionis aut recipiendae aut retinendae. apiscendae possessionis sunt interdicta, quae competunt his, qui ante non sunt nacti possessionem. sunt autem interdicta apiscendae possessionis 'quorum bonorum': Saluianum quoque interdictum, quod est de pignoribus, ex hoc genere est: et 'quo itinere uenditor usus est, quo minus emptor utatur, uim fieri ueto'. recipiendae possessionis causa proponuntur sub rubrica unde ui: aliqua enim sub hoc titulo interdicta sunt. retinendae possessionis sunt interdicta uti possidetis. sunt interdicta, ut diximus, duplicia tam recipiendae quam apiscendae possessionis<sup>2</sup>.
- 3 ULPIANUS libro sexagesimo nono ad edictum. In interdictis exinde [D. 43, 16, 1, 40] E ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt, non retro.
- 4 PAULUS libro sexagesimo septimo ad edictum. Ex quibus causis annua interdicta sunt, ex his de eo, quod ad eum cum quo agitur peruenit, post annum iudicium dan[dum] Sabinus respondit.
- 5 IDEM libro tertio decimo ad Sabinum. Interdicta noxalia ea sunt, quae ob delictum eorum, quos in potestate habemus, dantur, ueluti cum ui delecerunt aut ui aut clam opas fecerunt. sed officio iudicis continetur, ut dominum sua impensa opus restituentem absoluat: patientiam tollendo operi praestantem noxae dedere iubeat et<sup>3</sup> absoluat, si non dedat, quantum impensae in tollendo opere erogatum sit, tanti condemnet: si neque patientiam praestet neque ipse tollat, cum possit, in tantum condemnet, in quantum iudex aestimauerit, atque si ipse fecisset.

II.

RE QUORUM BONORUM RE

- 1 ULPIANUS libro sexagesimo septimo ad edictum. Ait praetor: 'Quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est, quod de his bonis pro herede aut pro possessore possides possideresue, si nihil usucaptum esset, quod quidem dolo malo fecisti, uti desineres possidere, id illi restituas'. Hoc interdictum restitutorium est et ad uniuersitatem bonorum, non ad singulas res pertinet et appellatur 'quorum bonorum' et est apiscendae possessionis uniuersorum bonorum.
- 2 PAULUS libro uicensimo ad edictum. Interdicto quorum bonorum debitores hereditarii non tenentur, sed tantum corporum possessores.

III.

RE QUOD LEGATORUM RE

- 1 ULPIANUS libro sexagesimo septimo ad edictum. Hoc interdictum uolgo 'quod legatorum' appellatur. Est autem et ipsum apiscendae possessionis et continet hanc causam, ut, quod quis legatorum nomine non ex uoluntate heredis occupauit, id restituat heredi. etenim aequissimum praetori uisum est unumquemque non sibi ipsum ius dicere occupatis legatis, sed ab herede petere: redigit igitur ad heredes per hoc interdictum ea, quae legatorum nomine possidentur, ut perinde legatarii possint eum conuenire. F(XYMO C)

<sup>1</sup> quae interdicta] et interdicta quaedam quae? <sup>2</sup> retinendae possessionis sunt interdicta ut 'uti possidetis, quae sunt ut diximus duplicia. sunt etiam interdicta duplicia tam recipiendae quam apiscendae possessionis? <sup>3</sup> si dedat ins. <sup>4</sup> quodque (edd.: cf. Uat. fr. 90)? <sup>5</sup> deinde (Krueger)?

1 propri' a'etatis F<sup>2</sup> 2 quae] quem F<sup>1</sup> 3 recuperandae f | adhipiscendae f 4 na'n'cti F<sup>2</sup> 5 poseasionem F<sup>1</sup> 10 ulpiannus] iulianus F<sup>1</sup> 14 sabinum responditsi F<sup>2</sup> 17 sua'm' impensa F<sup>2</sup> 19 opera'e F<sup>4</sup> 21 ipse 'q' fe-

cisset F<sup>4</sup> 25 est] sst F<sup>2</sup> 26 possidere's'ue F<sup>2</sup> | quod quidem dolo] η ει δολφ επαγσω νέμεσθαι B (Anon.) 28 est om. F<sup>2</sup> 36 ut 'ho' quod F<sup>4</sup> | nomine 'q' non F<sup>4</sup>

3 Hoc interdictum et heredem heredis bonorumque possessoris habere propter utilitatem  
 4 huius<sup>1</sup> dicendum est, nec non ceteros quoque successores. Quia autem nonnumquam in-  
 certum est, utrum quis pro legato an pro herede uel pro possessore possideat, bellissime  
 Arrianus scribit hereditatis petitionem instituendam et hoc interdictum reddendum, ut,  
 siue quis pro herede uel pro possessore siue pro legato possideat, hoc interdicto<sup>2</sup> teneatur, 5  
 quemadmodum solemus facere, quotiens incertum est, quae potius actio teneat: nam duas  
 6 dictamus protestati ex altera nos uelle consequi quod nos contingit. Si quis [B. 44, 24, 1  
 ex mortis causa donatione possideat, utique cessabit interdictum, quia portio legis Falci-  
 diae apud heredem ipso iure remanet, etsi corporaliter res in solidum translatae sunt: (B)  
 7 Qui uero ex causa praeceptionis, utique tenetur hoc interdicto, sed pro ea scilicet parte, 10  
 quam iure legati habet, non etiam pro ea, quam quasi heres habet. idemque erit dicendum  
 et si alio genere legati uni ex heredibus legatum sit: nam et hic dicendum est pro ea  
 8 parte, qua heres est, cessare interdictum. Quod ait praetor 'aut dolo desiit [B. 44, 24, 1  
 'possidere', sic accipere debemus 'desiit facultatem habere restituendi'. Unde est quae- (B)  
 situm, si usus fructus uel usus fuerit alicui relictus eumque occupauerit, an hoc interdicto 15  
 restituere sit compellendus. mouet, quod neque usus fructus neque usus possidetur, sed  
 magis tenetur: potest tamen defendi competere interdictum. idem dicendum est et in  
 9 seruitute relicta. Quaesitum est, si quis legatorum seruandorum causa missus [B. 44, 24, 1  
 sit in possessionem, an hoc interdicto teneatur ad restitutionem. mouet illud primum, 19  
 quod || non possidet is qui missus est in possessionem legatorum causa, sed potius custodit, f. 280  
 deinde quod praetorem habet huius rei auctorem. tutius tamen erit dicendum hoc inter-  
 dictum competere, maxime si satisdatum sit iam legatorum nomine nec recedat: tunc enim  
 10 etiam possidere uidetur. Legatorum nomine non tantum ipsum possidere dicemus cui le-  
 11 gatum est, uerum heredem quoque eius ceterosque successores. Quod ait praetor (B)  
 'uoluntate eius, ad quem ea res pertinet', ita erit interpretandum, ut, si post aditam here- 25  
 ditatem uel bonorum possessionem adgnitam uoluntas accommodata est legatario, ut pos-  
 sideret, interdictum cesset: quod si ante aditam hereditatem bonorumue possessionem ad-  
 2 gnitam hoc factum est, rectius dicetur eam uoluntatem non nocere debere. Si duae res  
 legatae sint, altera ex uoluntate occupata, altera non ex uoluntate enueniet, ut altera re-  
 uocari possit, altera non. idemque erit probandum et in una re, cuius pars ex uoluntate, 30  
 3 altera pars non ex uoluntate occupata est: nam pars sola per interdictum auferretur. Illud  
 tenendum, siue a te siue ab eo, in cuius locum successisti, possideri aliquid coeptum est,  
 interdicto huic locum fore. in locum successisse accipimus, siue per uniuersitatem siue in  
 4 rem sit successum. Prodest autem possedissee, quotiens uoluntate eius, ad quem [B. 44, 24, 1  
 ea res pertinet, possideri coeptum est: sed et si postea uoluntas accessit eius, ad quem 35  
 ea res pertinebat, tamen prodesse possessori debere. unde si quis coepit quidem ex uo-  
 luntate eius, ad quem ea res pertinet, possidere, postea uero uoluntas non perseuerat,  
 5 nihil nocet, quia semel possideri coepit ex uoluntate. Si alter ex heredibus iisue, ad quos  
 ea res pertinet, uoluerit rem a legatario possideri, alter non, ei, qui noluit, interdictum  
 6 competet: ei, qui uoluit, non competere palam est. Quod ait praetor 'nisi<sup>3</sup> satisdatum sit', 40  
 accipere debemus 'si perseueret satisdatum', scilicet ut, si non perseueret cautum, mittatur  
 7 in possessionem legatorum seruandorum causa. Satisdatum sic arbitror, si sic satisdatum  
 sit, ut legatario uel ipso iure adquisita sit idonea cautio uel per mandati actionem adquiri  
 8 possit, et tunc interdicto locum fore. Si quarundam rerum nomine satisdatum sit, qua-  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> huius del.    <sup>2</sup> hoc interdicto del.    <sup>3</sup> si?

2 huius] huius edicti Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>C    5 possidea's't F<sup>2</sup>  
 8 ex om. F<sup>1</sup> | cessabit] F<sup>2</sup>XYMOC, cessauit F<sup>2</sup>,  
 necesse habebit YO<sup>2</sup> (supra u.): 'Pi(sis) est  
 utique necesse habebit interdictum . . . , sed  
 communis est utique cessabit interdictum'  
 Accursius | interdictum] hoc interdictum F<sup>2</sup>  
 10 parti F<sup>1</sup>    13 parti F<sup>1</sup>    21 a'u'ctorem F<sup>2</sup>

22 satisdatu'm' F<sup>2</sup>    23 dicimus F<sup>2</sup>    33 huic]  
 hoc F<sup>2</sup> | in rem sit successum] XMC, in rem  
 mi's'sit successum F<sup>2</sup>, in rem successum Y,  
 in rem successimus O    38 noceat F    39 rem  
 bis F<sup>2</sup> | noluit] XYMC, uoluit F, om. inter alia O  
 44 interdicto locum fore] F<sup>2</sup>, interdictum 'fore'  
 loc'o'um fore F<sup>2</sup> | nomine satisdandum F<sup>2</sup>



rundam non sit satisfatum, earum rerum nomine sine impedimento agi poterit, de quibus satisfatum est, ceterarum non poterit.

- 2 PAULUS libro sexagensimo tertio ad edictum. Diuersum est, si postea pars B. 44, 24, 2 E  
 1 legato adcreuerit: nam hoc nomine tenentur fideiussores in totum. Quod ait praetor  
 'si per bonorum possessorem non stat, ut satisfidetur', sic accipimus, si paratus sit satisfacere: 5  
 2 non ergo offerre debet satisfidationem, sed petenti satis moram non facere. Ex hoc inter-  
 3 dicto qui non restituit, in id quod interest debet condemnari. Si legatarius repromissione  
 contentus fuit, dandum est interdictum. idem dicendum est, si legatarius pignoribus noluit  
 4 sibi cauere. Si per legatarium factum sit, quo minus satisfidetur, licet cautum non sit,  
 tenetur interdicto. sed si forte factum sit per legatarium, quo minus satisfidetur, eo autem  
 tempore, quo editur interdictum, satis accipere paratus sit, non competit interdictum, nisi  
 satisfidatum sit. item si per bonorum possessorem stetit, quo minus satisfidaret, sed modo  
 paratus est cauere, tenet interdictum: illud enim tempus inspicitur, quo interdictum editur.

III.

NE UIS FIAT EI, QUI IN POSSESSIONEM MISSUS ERIT

- 1 ULPIANUS libro septuagensimo secundo ¶ ad edictum. Ait praetor: 'Si quis B. 51, 5, 1  
 'dolo malo fecerit, quo minus quis permissu meo eiusue, cuius ea iuridictio fuit, in pos-  
 'sessionem bonorum sit, in eum in factum iudicium, quanti ea res fuit', ob quam in pos-  
 1 'sessionem missus erit, dabo'. Hoc edictum summa prouidentia praetor proposuit: frustra  
 enim in possessionem mitteret rei seruandae causa, nisi missos tueretur et prohibentes ue-  
 2 nire in possessionem coereret. Est autem generale hoc edictum: pertinet enim ad omnes,  
 qui in possessionem a praetore missi sunt: conuenit enim praetori omnes, quos ipse in  
 possessionem misit, tueri. sed siue rei seruandae causa siue legatorum aut uentris nomine  
 3 in possessionem missi fuerint, habent ex hoc edicto in factum actionem, siue doli siue  
 aliter prohibuerint<sup>2</sup>. Haec actio non tantum eum tenet, qui prohibuit quem uenire in pos-  
 sessionem, sed etiam eum, qui possessione pulsus est<sup>3</sup>, cum uenisset in possessionem: nec  
 4 exigitur, ut ui fecerit qui prohibuit. Si quis ideo possessione aruerit<sup>4</sup>, quia rem suam  
 putabat uel sibi nexam uel certe non esse debitoris, consequens est, ut hoc edicto non  
 5 teneatur. Haec uerba 'quanti ea res erit, ob quam in possessionem missus erit' B. 51, 5, 2  
 continent utilitatem creditoris, ut quantum eius interest possessionem habere, tantum ei qui  
 prohibuit condemnatur. proinde si ob falsum creditum uel ob falsam petitionem missus est  
 in possessionem uel si exceptione summoneri potuit, nihil ei debet prodesse hoc edictum,  
 6 quia propter nullam causam in possessionem missus est. Hoc edicto neque pupillum neque  
 furiosum teneri constat, quia affectu carent. sed pupillum eum debemus accipere, qui doli  
 capax non est: ceterum si iam doli capax sit, contra erit dicendum. ergo et si tutor dolo  
 fecerit, in pupillum dabimus actionem, si modo soluendo sit tutor: sed et ipsum tutorem  
 7 posse conueniri Iulianus scribit. Si domini uel patris uoluntate prohibitus quis sit a pos-  
 8 sessione, in ipso dabitur actio, quasi per alios hoc fecerint. Hanc actionem Pom. 24, 23  
 excepta legatorum missione intra annum competere et non postea sciendum est, (Pom.)

F(XYMOG)

<sup>1</sup> erit (cf. u. 29 et p. 571, 6)?      <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): siue domini siue alii prohibuerint?  
<sup>3</sup> non tantum tenet cum quis prohibuit quem uenire in possessionem, sed etiam cum quis  
 possessione pulsus est (u. i.)?      <sup>4</sup> creditorem ins.

5 u't satisfidetur F<sup>2</sup> 8 contentus] XMOG cum  
 B (Tip.): εἴαν ὁ ἀνηγαγῆριος ὁμολογῆτα τοῦ κληρο-  
 νόμου ἀρκεσθῆν, retentus FY<sup>2</sup>, rem tentus Y<sup>2</sup>? |  
 noluit] FXYMOG cum B (Tip.): ἢ μὴ θελήσει,  
 noluit X (supra u.) O (supra u.) C (supra u.)  
 9 si'bi' per F<sup>2</sup> 19 prouidentia a' praetor F<sup>2</sup>  
 20 missus F<sup>2</sup> 24 siue doli siue aliter (alter X)  
 prohibuerint] FX<sup>2</sup> nec fore aliter legerunt Graeci:

εἴτε δόλω εἴτε ἄλλως κωλύθῶσιν B, siue domini  
 siue alter prohibuerit X<sup>2</sup> Y<sup>2</sup> MOG, inc. Y<sup>2</sup>.  
 cf. Schmidt de interd. p. 308: sed uide diuam  
 D. 43, 5, 1, 10 25 non tantum seq.] ἐνἀρετα  
 δὲ καὶ ὁ κωλύων καὶ ὁ ἐξωθῶν B | qui] FY,  
 a quo qui X, a quo quis MOG 27 ubi] ubi F<sup>2</sup>  
 36 dauimus F<sup>2</sup> 38 ipsos] ipso F

cum sit poenalis, nec in heredes similesque personas dabitur, nisi in id quod ad eas peruenit: sed heredi similibusque personis dabitur. nam cum prohibitus quis est legatorum uel fideicommissorum causa possessionem adipisci, tunc actio et perpetua est et in heredem dabitur, quia est in potestate successorum euitare interdictum satisfactione oblata. <sup>4</sup>

2 PAULUS libro quinquagesimo nono ad edictum. Suo quis an alieno nomine [B. 51, 5, 8] E prohibitus sit, nihil interest: haec enim uerba 'quanti ea res est' referenda sunt ad personam nam domini. Item tam is tenetur, qui suo nomine, quam qui alieno nomine prohibuit.

3 ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Si quis missus fuerit in possessionem fideicommissi seruandi causa et non admittatur, potestate eius inducendus est in possessionem, qui eum misit, aut si quis flolet uti interdicto, consequens erit dicere in interdictum locum habere. sed melius erit dicere extra ordinem ipsos iure suae potestatis <sup>1</sup> exsequi oportere decretum suum, nonnumquam etiam per manum militarem. Constitutum est ab Antonino, ut etiam in bona heredis quis admittatur<sup>1</sup> certis modis. si quis igitur in his bonis non admittatur, dicendum est actionem hanc utilem competere: ceterum poterit <sup>2</sup> uti et extraordinaria executione. Praetor uentrem in possessionem mittit, et hoc interdictum prohibitorium et restitutorium est. sed si mulier uelit in factum actione uti ad <sup>3</sup> exemplum creditorum magis quam interdicto, posse eam experiri sciendum est. Si mulier <sup>1. 281</sup> dicatur calumniae causa in possessionem uenisse, quod non sit praegnas uel non ex eo praegnas, uel si de statu mulieris aliquid dicatur: ex epistula diui Hadriani ad exemplum praesumptionis Carboniani edicti uentri praetor pollicetur possessionem. <sup>20</sup>

4 IDEM libro sexagesimo nono ad edictum. Per interdictum etiam ei subuenit [B. 51, 5, 5] E praetor, qui damni infecti ab eo in possessionem missus est, ne ei uis fiat. Poena autem eius, qui non promittit uel satis non dat, haec est, ut in possessionem mittatur aduersarius. siue ergo promittat, siue per eum non fiat, quo minus promittat, non tenebit interdictum <sup>2</sup> repulso per exceptionem eo qui experitur. Praetor in eum, qui neque cauit neque possidere passus est eum qui missus est, iudicium pollicetur in tantum, quantum praestare eum <sup>3</sup> oporteret, si de ea re cautum fuerat. Sed et ex alia causa hoc iudicium proposuit, si eo tempore, quo in possessionem mitti desiderabat, praetoris adeundi potestas non fuerit, scilicet ut, si, cum potestas praetoris adeundi non esset, damnum interim datum est, haberet <sup>4</sup> iudicium qui damnum passus est. Item subiectum, si ex alia causa in possessionem missus <sup>30</sup> prohibitus esse dicetur, habere in factum actionem.

## V.

## R DE TABULIS EXHIBENDIS R

1 ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Praetor ait: 'Quas tabulas [B. 35, 5, 1] E Lucius Titius ad causam testamenti sui pertinentes reliquisse dicetur, si haec penes te sunt <sup>35</sup> aut dolo malo tuo factum est, ut desinerent esse, ita eas illi exhibeas. item si libellus <sup>1</sup> aliudue quid relictum esse dicetur, decreto comprehendam'. Si quis forte confiteatur [B] penes se esse testamentum, iubendus est exhibere, et tempus ei dandum est, ut exhibeat, si non potest in praesentiarum exhibere. sed si neget se exhibere posse uel oportere, interdictum hoc competit. Hoc interdictum pertinet non tantum ad testamenti tabulas, uerum <sup>40</sup> <sup>2</sup> ad omnia, quae ad causam testamenti pertinent: ut puta et ad codicillos pertinet. Siue autem ualeat testamentum siue non, uel quod ab initio inutiliter factum est, siue ruptum sit<sup>2</sup> uel in quo alio uitio, sed etiam si falsum esse dicatur uel ab eo factum qui testamenti <sup>4</sup> factionem non habuerit: dicendum est interdictum ualere. Siue supremae tabulae sint siue <sup>5</sup> non sint, sed priores, dicendum interdictum hoc locum habere. Itaque dicendum [B. 35, 5, 1] <sup>45</sup> est ad omnem omnino scripturam testamenti, siue perfectam siue imperfectam, interdictum *F(XYMOC)*

<sup>1</sup> mittatur (πέμπεται B: *edd.*)? <sup>2</sup> sit *del.*

24 'pro' mittat *F*<sup>1</sup> | per] ter *F*<sup>2</sup> 26 in tantum] tantum in *F*<sup>1</sup> 26 adeundo *F*<sup>1</sup> 38 esse] testamentum *F*<sup>2</sup> 39 se] re *F*<sup>1</sup> 44 'factionem' *F*<sup>2</sup>

- 6 hoc pertinere. Proinde et si plures tabulae sint testamenti, quia saepius fecerat, dicen- (B)  
 dum est interdicto locum fore: est enim quod ad causam testamenti pertineat, quidquid  
 7 quoquo tempore factum exhiberi debeat<sup>1</sup>. Sed et si de statu disceptetur, si testator filius  
 8 familias uel seruus hoc fecisse dicatur, et hoc exhibebitur. Item si filius familias fecerit  
 9 testamentum, qui de castrensi peculio testabatur, habet locum interdictum. Idem est et si  
 10 is, qui testamentum fecit, apud hostes decessit. Hoc interdictum ad uiui tabulas non per-  
 11 tinet, quia uerba praetoris 'reliquerit'<sup>2</sup> fecerunt mentionem. Sed et<sup>3</sup> si deletum [B.35, 5, 1  
 sine dolo sit testamentum
- 2 PAULUS libro sexagensimo quarto ad edictum. uel totum uel pars eius, E  
 3 1 ULPIANUS libro sexagensimo octauo ad edictum. locum habet hoc interdictum. Si ta- E  
 bulae in pluribus codicibus scriptae sint, omnes interdicto isto continentur, quia unum 11  
 2 testamentum est. Si tabulae testamenti apud aliquem depositae sunt a Titio, [B.35, 5, 2  
 3 hoc interdicto agendum est et cum eo qui detinet et cum eo qui deposuit. Proinde et si  
 custodiam tabularum aedituus uel tabularius suscepit, dicendum est teneri eum interdicto.
- 4 5 Si penes seruum tabulae fuerint, dominus interdicto tenebitur. Si ipse testator, dum uiuit, 15  
 tabulas suas esse dicat et exhiberi desideret, interdictum hoc locum non habebit, sed ad f. 281'  
 exhibendum erit agendum, ut exhibitas uindicet. quod in omnibus, qui corpora sua esse  
 6 dicunt instrumentorum, probandum est. Si quis dolo malo fecerit, quo minus penes eum  
 tabulae essent, nihilo minus hoc interdicto tenebitur, nec praeiudicatur aliquid legi Cor-  
 nelliae testamentariae, quasi dolo malo testamentum suppresserit. nemo enim ideo impune 20  
 retinet tabulas, quod maius facinus admisit, cum exhibitis tabulis admissum eius magis  
 manifestetur. et posse aliquem dolo malo facere, ut in eam legem non incidat, ut puta si  
 neque amouerit neque celauerit tabulas, sed idcirco alii tradiderit, ne eas interdicenti ex-  
 7 hiberet, hoc est si non supprimendi animo uel consilio fecit, sed ne huic exhiberet. Hoc  
 8 interdictum exhibitorium est. Quid sit exhibere, uideamus. exhibere hoc est materiae ipsius 25  
 9 adprehendendae copiam facere. Exhibere autem apud praetorem oportet, ut ex auctoritate  
 eius signatores admoniti uenirent ad recognoscenda signa: et si forte non optemperent  
 10 testes, Labeo scribit coerceri eos a praetore debere. Solent autem exhiberi tabulas deside-  
 11 rare omnes omnino, qui quid in testamento adscriptum habent. Condemnatio autem huius  
 12 iudicii quanti interfuit aestimari debet. Quare si heres scriptus hoc interdicto experietur, 30  
 13 ad hereditatem referenda est aestimatio: Et si legatum sit, tantum uenit in aestimationem,  
 14 quantum sit in legato: Et si sub condicione legatum sit, quasi condicione existente sic  
 aestimandum est, nec compelli debet ad cauendum, ut se restitutum caueat, quidquid  
 consecutus est, si condicio defecerit, quia poena contumaciae praestatur ab eo qui non ex-  
 15 hibet. Inde quaeritur, si hinc consecutus aestimationem legatarius postea legatum petat, 35  
 an sit audiendus. et putem, si heres idem praestitit, exceptione doli repellendum, si alius,  
 repelli non oportere. et ideo et si heres sit, qui interdicto usus est aestimationem conse-  
 16 cutus, eadem est distinctio. Interdictum hoc et post annum competere constat. sed et  
 heredi ceterisque successoribus competit. 39
- 4 PAULUS libro sexagensimo nono ad edictum. Si sint tabulae apud pupillum [B.35, 5, 3 E  
 et dolo tutoris desiderint esse, in ipsum tutorem competit interdictum: aequum enim est  
 ipsum ex delicto suo teneri, non pupillum.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> etenim (add.) quod ad causam testamenti pertineat quidquid est quoquo tempore factum, exhiberi debet? <sup>2</sup> relinquendi? <sup>3</sup> et] idem Graeci (u. i.), et ita scripsisse ipsos compilatores ostendunt haece interposita Pauli uerba: nec?

1 quia] quae F<sup>2</sup> 4 seru'ous F<sup>2</sup> | item si] F<sup>2</sup>,  
 autem F<sup>1</sup> 6 uiuit' tabulas F<sup>2</sup> 8 sine  
 dolo] διχα δόλογ B 11 iste F<sup>2</sup> 12 sunt  
 om. F<sup>2</sup> 17 quod] quid F<sup>2</sup> | qui'd' corpora F<sup>2</sup>  
 19 teneuitur F<sup>2</sup> 20 quisi F<sup>2</sup> 23 c'e'la-  
 uerit F<sup>2</sup> | tabulis F<sup>2</sup> | interdicente F 25 ui-  
 deamus exhibere om. F<sup>2</sup> | maturiae F<sup>2</sup>

29 qui'd' quid F<sup>2</sup> 30 qua'e're F<sup>2</sup> 31 aesti-  
 matio et si legatum (ei ins. altero loco solo F<sup>2</sup>)  
 sit tantum uenit in bis F<sup>2</sup> 33 commelli F<sup>2</sup>  
 34 poena'm' contumacia'e F<sup>2</sup> 38 eadem  
 est aestimatio distinctio F<sup>2</sup> | hoc o'st F<sup>2</sup>  
 41 enim p'est F<sup>2</sup>

- 5 IAUOLENUS libro tertio decimo ex Cassio. De tabulis proferendis interdictum [B. 95, 5, 4] *E*  
competere non oportet, si hereditatis controuersia ex his pendet aut si ad publicam quaes-  
tionem pertinet<sup>1</sup>: itaque in aede sacra interim deponendae sunt aut apud uirum idoneum.

## VI.

## R NE QUID IN LOCO SACRO FIAT R

4

*EP*

- 1 ULPIANUS libro sexagensimo octauo ad edictum. Ait praetor: 'In loco sacro [B. 58, 15, 1] *E*  
1 'facere inue eum immittere quid ueto'. Hoc interdictum de sacro loco, non de sacrario  
2 competit. Quod ait praetor, ne quid in loco sacro fiat, non ad hoc pertinet, quod orna-  
3 menti causa fit, sed quod deformitatis uel incommodi. Sed et cura aedium locorumque  
sacrorum<sup>2</sup> mandata est his, qui aedes sacras curant. 10
- 2 HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. In muris itemque portis et aliis sanctis *P*  
locis aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur.
- 3 PAULUS libro quinto sententiarum. Neque muri neque portae habitari sine permissu *P*  
principis propter fortuita incendia possunt.

## VII.

15

## R DE LOCIS ET ITINERIBUS PUBLICIS R

- 1 POMPONIUS libro trigensimo ad Sabinum. [Cui]libet in publicum petere permit- [B. 58, 8, 1] *S* f. 282  
tendum est id, quod ad usum omnium pertineat, ueluti uias publicas, itinera publica: et  
ideo quolibet postulante de his interdicatur. 19
- 2 IULIANUS libro quadragensimo octauo digestorum. Nemi[ni] licet in uia publica [B. 58, 8 not.] *S*  
monumentum exstruere.
- 3 ULPIANUS libro trigensimo tertio ad Sabinum. Uiae uicinales, quae ex agris [B. 58, 8 not.] *S*<sup>\*</sup>  
priuatorum collatis factae sunt, quarum memoria non exstat, publicarum uiarum numero  
1 sunt. Sed inter eas et ceteras uias militares<sup>3</sup> hoc interest, quod uiae militares exitum ad  
mare aut in urbes aut in flumina publica aut ad aliam uiam militarem habent, harum 25  
autem uicinalium uiarum dissimilis condicio est: nam pars earum in militares uias exitum  
habent, pars sine ullo exitu intermoriuntur.

## VIII.

## R NE QUID IN LOCO PUBLICO UEL ITINERE FIAT R

*EPS*

- 1 PAULUS libro sexagensimo quarto ad edictum. In loco publico praetor pro- [B. 58, 8, 4] *E*  
hibet aedificare et interdictum proponit. 31
- 2 ULPIANUS libro sexagensimo octauo ad edictum. Praetor ait: 'Ne quid in loco [B. 58, 8, 4] *E*  
publico facias inue eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, praeterquam  
'quod lege senatus consulto edicto decretouae principum tibi concessum est. de eo, quod  
1 2 'factum erit, interdictum non dabo'. Hoc interdictum prohibitorium est et tam publicis 35  
utilitatibus quam priuatorum per hoc prospicitur. loca enim publica utique priuatorum  
*F(XYMO C)*

<sup>1</sup> pertinent (*edd.*)?<sup>2</sup> sed et cura locorum sacrorum (*cf. Orelli-Henzen inscr. 6574 cet.*)?<sup>3</sup> militares *del.*

5 sacro] sacro uel itinere *ind. F* (*cf. ad u. 29*):  
μή τι ἐν τόπῳ ἱερῷ γένηται *B* 7 σα'ο'ρο *F*<sup>2</sup> |  
non de sacrario] οὐκ ἀνήκει τὸ ἰντέρδικτον  
πρὸς τὰ σακράρια *Collect. can.*, τοῦτο περὶ ἱεροῦ  
τόπου, οὐ περὶ βεβήλου ἀρμόζει *Balsamo* 12 *ex*  
et *F*<sup>2</sup> 20 iulianus] ulpianus *Taur. errore*  
23 *ex'stat F*<sup>2</sup> 24 sunt sed] *F*<sup>2</sup>, sed sunt *F*<sup>2</sup> |  
cetera's' *F*<sup>2</sup> | hoc interest quod uiae militares

*om. F*<sup>1</sup> 25 in urbes] *F*, in urbe *XYMC*,  
in urbem *O* 27 ullo] uillae *F*<sup>1</sup> 29 publico]  
sacro *ind. F*<sup>1</sup>, rubricam *deleuit ind. F*<sup>2</sup>: ὅτι  
κωλύει ὁ νόμος κατὰ δημοσίου τόπου οἰκοδομήν  
γίνεσθαι *B* (5, 201 *not. t Heimb.*) | itinere *ind. F*  
34 quo lege *F* 35 non dabo] *F*, dabo *X*  
(*marg. P[is]is*) non] *YMO C* | prohibitorium *F*<sup>1</sup>

usibus deseruiunt, iure scilicet ciuitatis, non quasi propria cuiusque, et tantum iuris<sup>1</sup> ha-  
 bemus ad optinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet. propter quod  
 si quod forte opus in publico fiet, quod ad priuati damnum redundet, prohibitorio inter-  
 dicto potest conueniri, propter quam rem<sup>2</sup> hoc interdictum propositum est. Publici loci  
 appellatio quemadmodum accipiatur, Labeo definit, ut et ad areas et ad insulas et ad  
 agros et ad uias publicas itineraque publica pertineat. Hoc interdictum ad ea loca, quae  
 sunt in fisci patrimonio, non puto pertinere: in his enim neque facere quicquam neque  
 prohibere priuatus potest: res enim fiscales quasi propriae et priuatae principis sunt.  
 igitur si quis in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictum locum habebit: sed si forte  
 de his sit controuersia, praefecti eorum iudices sunt. Ad ea igitur loca hoc interdictum  
 pertinet, quae publico usui destinata sunt, ut, si quid illic fiat, quod priuato noceret,  
 praetor intercederet interdicto suo. Cum quidam uelum in maeniano immissum haberet,  
 qui<sup>3</sup> uicini luminibus officiebat, utile interdictum competit: 'ne quid in publico immittas,  
 7 'qua ex re luminibus Gaii Seii officias'. Si quis quod in publico loco positum habuit, re-  
 ficere uoluit, hoc interdicto locum esse Aristo ait ad prohibendum eum reficere. Ad-  
 uersus eum, qui molem in mare proiecit<sup>4</sup>, interdictum utile competit ei, cui forte haec  
 res nocitura sit: si autem nemo damnum sentit, tuendus est is, qui in litore aedificat uel  
 9 molem in mare iacit. Si quis in mari piscari aut nauigare prohibeatur, non habebit inter-  
 dictum, quemadmodum nec is, qui in campo publico ludere uel in publico balineo lauare  
 aut in theatro spectare arceatur: sed in omnibus his casibus iniuriarum actione utendum  
 10 est. Merito ait praetor 'qua ex re quid illi damni detur': nam quotiensque aliquid in  
 publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut sine iniuria cuiusquam fiat. et ita solet  
 11 princeps, quotiens aliquid noui operis instituendum petitur, permittere. Damnum autem  
 12 pati uidetur, qui commodum amittit, quod ex publico conuectebatur, qualequale sit. Pro-  
 inde si cui prospectus, si cui<sup>5</sup> aditus sit<sup>6</sup> deterior aut angustior, § interdicto opus est. f. 23<sup>7</sup>  
 13 Si quid in loco publico aedificauero, ut ea, quae ex meo ad te nullo iure defluebant, de-  
 14 sinant fluere, interdicto me non teneri Labeo putat. Plane si aedificium hoc effecerit, ut  
 15 minus luminis insula tua habeat, interdictum hoc competit. Idem ait, si in publico aedi-  
 ficem, deinde hoc aedificium ei obstat, quod tu in publico aedificaueras, cessare hoc inter-  
 dictum, cum tu quoque illicite aedificaueris, nisi forte tu iure tibi concessio aedificaueras. 30  
 16 Si quis a principe simpliciter impetrauerit, ut in publico loco aedificet, non est credendus  
 sic aedificare, ut cum incommodo alicuius id fiat, neque sic conceditur: nisi forte quis  
 17 hoc impetrauerit. Si quis nemine prohibente in publico aedificauerit, non esse eum co-  
 gendum tollere, ne ruinis urbs deformetur, et quia prohibitorium est interdictum, non resti-  
 titorium. si tamen obstat id aedificium publico usui, utique is, qui operibus publicis pro-  
 35 curat, debet id deponere, aut si non obstat, solarium ei imponere: uectigal enim hoc  
 18 sic appellatur solarium<sup>7</sup> ex eo, quod pro solo pendatur. Si tamen adhuc nullum opus  
 factum fuerit, officio iudicis continetur, uti caueatur non fieri: et ea omnia etiam in per-  
 19 sona heredum ceterorumque successorum erunt cauenda. Locorum sacrorum diuersa causa  
 est: in loco enim sacro non solum facere uetatur, sed et factum restituere iubemur: hoc  
 20 propter religionem. Ait praetor: 'In uia publica itinereue publico facere immittere quid,  
 21 'quo ea uia idue iter deterius sit fiat, ueto'. Uiam publicam eam dicimus, cuius etiam so-  
 lum publicum est: non enim sicuti in priuata uia, ita et in publica accipimus: uiae pri-  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> in iis *inc.*    <sup>2</sup> prohibitorio ... rem *del.*    <sup>3</sup> quo (ΒΗΛΟΝ ΚΩΛΩΝ ΤΑ ΦΩΤΑ ΤΟΥ ΓΕΙΤΟΝΟΣ Τίπ.)?  
<sup>4</sup> proiecit?    <sup>5</sup> si cui? siue?    <sup>6</sup> fit?    <sup>7</sup> solarium *del.* (*Hal.*)

3 publice *F*<sup>o</sup> 7 puta *F*<sup>2</sup> 12 'maeniano *F*<sup>2</sup>:  
 ei ἐν ἐξώστῃ μου βήλον βαλλῶ *B* 18 n'e a-  
 uigare *F*<sup>2</sup> | habuit *F*<sup>2</sup> 19 labare *F* 21 quo-  
 tiensqu'a'e *F*<sup>2</sup>, quotienscumque *f* 23 ali-  
 quid] *f*, aliud *F* 24 pro'inde *F*<sup>2</sup> 26 ex  
 meo ad te] quasi esset ex tuo ad me uertunt  
*Graeci*: ἐκ τῶν κῶν εἰς τὰ ἐμά Τίπ. 28 aedi-

ficem deinde hoc aedificium ei obstat quod  
 tu in publico *om.* *F*<sup>1</sup> 30 tui iure *F* 31 im-  
 petraueri n't *F*<sup>2</sup> 32 id] in *F*<sup>o</sup> | quis e' hoc *F*<sup>2</sup>  
 33 prohibentur *F*<sup>2</sup> 35 publicis 'operat' pro-  
 curat *F*<sup>2</sup> 38 continetur *F*<sup>2</sup> | et ad ea *F*<sup>2</sup>  
 39 ceterorumqu'a'e *F*<sup>2</sup> 42 quo] quid *F*<sup>o</sup>

uatae solum alienum est, ius tantum eundi et agendi nobis competit: uiae autem publicae solum publicum est, relictum ad<sup>1</sup> directum certis finibus latitudinis ab eo, qui ius publici candi habuit, ut ea publice iretur commearetur. Uiarum quaedam publicae sunt, quaedam priuatae, quaedam uicinales. publicas uias dicimus, quas Graeci ΒΑΣΙΛΙΚΑΣ, nostri praetoriaras<sup>2</sup>, alii consulares uias appellant. priuatae sunt, quas agrarias quidam dicunt. uicinales sunt uiae, quae in uicis sunt uel quae in uicos ducunt: has quoque publicas esse quidam dicunt: quod ita uerum est, si non ex collatione priuatorum hoc iter constitutum est. aliter atque si ex collatione priuatorum reficiatur: nam si ex collatione priuatorum reficiatur, non utique priuata est: refectio enim idcirco de communi fit, quia usum utilitatemque communem habet. Priuatae uiae dupliciter accipi possunt, uel hae, quae sunt in agris, quibus imposita est seruitus, ut ad agrum alterius ducant, uel hae, quae ad agros ducunt, per quas omnibus commeare liceat, in quas exitur de uia consulari et sic post<sup>3</sup> illam excipit uia uel iter uel actus ad uillam ducens. has ergo, quae post<sup>3</sup> consularem excipiunt in uillas uel in alias colonias ducentes, putem etiam ipsas publicas esse. Hoc interdictum tantum ad uias rusticas pertinet, ad urbicas uero non: harum enim cura pertinet ad magistratus. Si uiae publicae exemptus commeatu sit uel uia coartata, interueniunt magistratus. Si quis cloacam in uiam publicam immitteret exque ea re minus habilis uia per cloacam<sup>4</sup> fiat, teneri eum Labeo scribit: immississe enim eum uideri. Proinde et si fossam quis in fundo suo fecerit, ut ibi aqua collecta in uiam decurrat, hoc interdicto tenebitur: immissum enim habere etiam hunc uideri. Idem Labeo scribit, si quis in suo ita aedificauerit, ut aqua in uia collecta restagnet, non teneri eum interdicto, quia non immittat aquam, sed non recipit: Nerua autem melius scribit utrumque teneri. plane si fundus uiam publicam contingat et ex eo aqua deriuata deteriorem uiam faciat, quae | tamen aqua ex uicini fundo in tuum ueniat: si quidem necesse habeas eam aquam recipere, interdictum locum habebit aduersus uicinum tuum: si autem necesse non sit, non teneri uicinum tuum, te tamen teneri: eum enim uideri factum habere, qui usum<sup>5</sup> eius aquae habeat. idem Nerua scribit, si tecum interdicto agatur, nihil ultra te facere cogendum, quam ut arbitratu eius qui tecum experitur cum uicino experiaris: ceterum aliter obseruantibus futurum, ut tenearis etiam, si iam bona fide cum uicino egeris neque per te stet, quo minus arbitratu actoris cum uicino experiaris. Idem ait, si odore solo locus pestilentiosus fiat, non esse ab re de re ea interdicto uti. Hoc interdictum etiam ad ea, quae paucantur in uia publica itinere publico et deteriorem faciant uiam, locum habet. Deinde ait praetor: 'quo ea uia idque iter deterius sit fiat'. hoc siue statim deterior uia sit, siue postea: ad hoc enim pertinent haec uerba 'sit fiat': etenim quaedam sunt talla, ut statim facto suo noceant, quaedam talia, ut in praesentiarum quidem nihil noceant, in futurum autem nocere debeant. Deteriorem autem uiam fieri sic accipiendum est, si usus eius ad commeandum corrumpatur, hoc est ad eundum uel agendum, ut, cum plane<sup>7</sup> fuerit, cliuosa fiat uel ex molli aspera aut angustior ex latiore aut palustris ex sicca. Scio tractatum, an permittendum sit specus et pontem per uiam publicam facere: et plerique probant interdicto eum teneri: non enim oportere eum deteriorem uiam facere. Hoc interdictum perpetuum et populare est condemnatioque ex eo facienda est, quanti actoris intersit. Praetor ait: 'Quod in uia publica itinere publico factum immissum habes, quo ea uia idue iter deterius sit fiat, restituas'. Hoc interdictum ex eadem causa

F(XYMOG)

<sup>1</sup> aut (u. i.)?    <sup>2</sup> alii ins.    <sup>3</sup> post del.    <sup>4</sup> per cloacam del.    <sup>5</sup> qui usum] qui ius?  
<sup>6</sup> idue (cf. p. 574, 42)?    <sup>7</sup> plana (u. i.)?

1 nouis F<sup>1</sup> 2 ad directum] FYMO, adirectum X, ac directum C 6 quidam] quaedam F<sup>2</sup> 9 refectio F<sup>2</sup> 10 h'ae F<sup>2</sup> 11 h'ae qu'a'e F<sup>2</sup> 12 commeare] permeare F<sup>2</sup> | consulari F<sup>1</sup> 14 uill'e'as F<sup>2</sup> 20 h'etiam F<sup>4</sup> 25 interdictum F<sup>2</sup> 28 qui] f, cui F 30 si odore solo] FX<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>, si odore soli X<sup>2</sup>O, si ui-

cino solo Y<sup>2</sup>M, odore soli si uicino solo C: κἂν ὑπὸ δυσοσμίας φθοροποιός γένηται ὁ δημόσιος τόπος B (Tip.) 31 pestilentiosus F<sup>1</sup> | ab re de re ea] abdereea F<sup>1</sup>, ab re de ea F<sup>2</sup> 34 sit s'ine F<sup>2</sup> | pertine'n't F<sup>2</sup> 38 plane] F, plana XYMOG | fiat] riat F<sup>1</sup> 39 s'cio F<sup>2</sup> | portem F<sup>2</sup>

proficiscitur, ex qua et superius: et tantum interest, quod hoc restitutorium, illud prohibi-  
 37 torium est. Hoc interdicto non is tenetur, qui in uia publica aliquid fecit, sed is, qui  
 factum habet. proinde si alius fecit, alius factum habet, is tenetur, qui factum habet:  
 38 et est hoc utilius, quia is potest restituere, qui factum immisum habet. Habere eum  
 dicimus, qui utitur et iure possessionis fruitur, siue ipse opus fecit siue ex causa emptionis  
 39 uel conductionis uel legato uel hereditate uel quo alio modo adquisiit. Unde Ofilius putat  
 eum, qui pro derelicto reliquit id opus quod fecit, si uiam publicam corrumpit et reliquit<sup>1</sup>,  
 non teneri hoc interdicto: non enim habet quod fecit. sed an in eum actio debeat dari,  
 uidebimus. et puto utile interdictum competere, ut, quod in uia publica aedificauit, re-  
 40 stituat. Si ex fundo tuo arbor in uiam publicam sic ceciderit, ut itineri sit impedimento, 10  
 eamque pro derelicto habeas, non teneri<sup>2</sup> Labeo scribit: si tamen, inquit, actor sua im-  
 pensa arborem tollere paratus fuerit, recte tecum acturum interdicto de uia publica refi-  
 41 cienda. sed si pro derelicto non habeas, recte tecum agi hoc interdicto. Idem Labeo  
 scribit, si uicinus meus uiam opere corruerit, quamuis opus, quod fecit, tam mihi quam  
 ipsi utile sit, tamen si is uicinus fundi sui causa id fecerit, me tamen<sup>3</sup> non posse hoc 11  
 interdicto conueniri: si autem communiter hoc opus fieri curauerimus, utrumque nostrum  
 42 teneri. Hoc interdictum locum habet etiam aduersus eum, qui dolo malo fecit, quo minus  
 possideret uel haberet: etenim parem esse condicionem oportet eius, qui quid [D. 50, 17, 150  
 possideat uel habeat, atque eius, cuius dolo malo factum sit, quo minus possideret uel 12  
 43 haberet: et mihi uidetur uera Labeonis sententia. 'Restituas' || inquit. restituere ui- (D) 1  
 detur, qui in pristinum statum reducit: quod fit, siue quis tollit id quod factum est uel  
 reponat quod sublatum est. et interdum suo sumptu: nam si ipse, quo qui<sup>4</sup> interdixit,  
 fecerit, uel iussu eius alius, aut ratum habitum sit quod fecit, ipse suis sumptibus debet  
 restituere: si uero nihil horum interuenit, sed habet factum, tunc dicemus patientiam so-  
 44 lam eum praestare debere. Interdictum hoc non esse temporarium sciendum est: pertinet 15  
 enim ad publicam utilitatem: condemnatioque ex eo facienda est, quanti actoris interit  
 45 tolli quod factum est. Praetor ait: 'Quo minus illi uia publica itinereue publico ire agere  
 liceat, uim fieri ueto'.

3 CELSUS libro trigensimo nono digestorum. Litora, in quae populus Romanus imperium *Ef*  
 1 habet, populi Romani esse arbitror: Maris communem usum omnibus hominibus, ut aera, 30  
 iactasque in id pilas eius esse qui iecerit: sed id concedendum non esse, si deterior litoris  
 marisue usus eo modo futurus sit.

4 SCAEVOLA libro quinto responsorum. Respondit in litore iure gentium aedificare licere, *P*  
 nisi usus publicus impediretur. 34

5 PAULUS libro sexto decimo ad Sabinum. Si per publicum locum riuus [B. 58, 8 not. *S*  
 aquae ductus priuato nocebit, erit actio priuato ex lege duodecim tabularum, ut noxa do-  
 mino sarciaur.

6 IULIANUS libro quadragensimo tertio digestorum. Ei, qui hoc interdicto [B. 58, 8 not. *S*  
 experitur 'ne quid in loco publico fiat, quo damnum priuato detur', quamuis de loco publico  
 interdicat, nihilo minus procuratoris dandi facultas est. 40

7 IDEM libro quadragensimo octauo digestorum. Sicut is, qui nullo prohibente [B. 58, 8, 8 *S*  
 in loco publico aedificauerat, cogendus non est demolire, ne ruinis urbs deformatur, ita

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> et reliquit *del.* (similiter *Ad. Schmidt Int. p. 15*) <sup>2</sup> te *ins.* (*edd.*) <sup>3</sup> tamen *del.* <sup>4</sup> quo  
 qui] cum quo quis (*edd.: cf. D. 43, 16, 1, 13. 43, 17, 3, 6*)?

1 prohibitoriuum *F*<sup>2</sup> 2 aliquid *F* 10 in uia  
 publica *F* 18 pa'trem *F*<sup>2</sup> 25 deuere *F*<sup>2</sup>  
 27 itinereue *F* 29 quae] que *F* 34 nisi  
 'si' usus *F*<sup>2</sup> | impediret'ur *F*<sup>2</sup> 36 aquae  
 dictus *F*<sup>2</sup> | le'ge' *F*<sup>2</sup> | ut noxa domino sarcia-  
 tur] *Cuiacius ad Pauli l. XLIX ad ed. (opp.*  
*post. 2, 719) secundum codicem Basilicorum*

*hodie deperditum, ex quo haec citat ad h. l.:*  
 ΚΙΝΩ ΠΑΘΕΙΝ ΤΙ [dele ΠΑΘΕΙΝ ΤΙ] ἐπὶ τῷ ΠΑΘΕΙΝ  
 τὸ ἄΖΗΜΙΟΝ, ut noxa domino car'ueatur *F*<sup>2</sup>,  
 ut non domino caruietur *Y*<sup>2</sup>, ut non domino  
 caueatur *X*<sup>2</sup>*M*, ut domino caueatur *X*<sup>2</sup>*Y*<sup>2</sup>,  
 ut noxia (noxae *C*) domino caueatur *OC*:  
*cf. D. 47, 9, 9 et Gell. 11, 18, 8*

qui aduersus edictum praetoris aedificauerit, tollere aedificium debet: alioqui inane et lussorium praetoris imperium erit.

## VIII.

## R DE LOCO PUBLICO FRUENDO R

EP

- 1 ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Praetor ait: 'Quo minus [B. 58, 8 not. E] loco publico, quem is, cui locandi ius fuerit, fruendum alicui locauit, ei qui conduxit socioue eius e lege locationis frui liceat, uim fieri ueto'. Interdictum hoc publicae utilitatis causa proponi palam est: tuetur enim uectigalia publica, dum prohibetur quis uim facere ei, qui id<sup>1</sup> fruendum conduxit. Sed si simul ueniant ad interdictum mouendum ipse qui conduxerit et socius eius, magis est, ut ipse conductor praeferratur. Ait praetor 'quo minus e lege locationis frui liceat'. merito ait 'e lege locationis': ultra legem enim uel contra legem non debet audiri, qui frui desiderat.
- 2 PAULUS libro quinto sententiarum. Concedi solet, ut imagines et statuae, [B. 58, 8 not. P] quae ornamenta<sup>2</sup> rei publicae sunt futurae, in publicum ponantur.

## X.

15

## R DE VIA PUBLICA ET SI QUID IN EA FACTUM ESSE DICATUR R

- 1 'Εκ τοῦ ἀστυνομικοῦ μονοβιβλοῦ τοῦ Παπινιανοῦ. Οἱ ἀστυ- [B. 58, 8, 12 (cf. uol. 6 p. 58 Heimb.) E] νομικοὶ<sup>1</sup> ἐπιμελεῖσθωσαν τῶν κατὰ τὴν πόλιν ὁδῶν, ὅπως ἂν ὁμαλιθῶσιν καὶ τὰ ρεῦματα μὴ 1  
1 ΒΛΑΨΤῆ τὰς οἰκίας καὶ γέφυραι ὦσιν οὗ ἂν λέη. Ἐπιμελεῖσθωσαν δὲ ὅπως οἱ ἴδιοι τοῖχοι ἢ τῶν 20  
ἄλλων ἢ τῶν περὶ τὰς οἰκίας<sup>4</sup> ἃ εἰς τὴν ὁδὸν φέροι μὴ σφαλερὰ ἢ, ἵνα ὡς δεῖ καθαίρωσιν οἱ δεσπότηαι τῶν οἰκιῶν καὶ ἐπισκευάζωσιν. Ἐὰν δὲ μὴ καθαίρωσιν μηδὲ ἐπισκευάζωσιν, ζημιούτωσαν 2  
2 Αὔτοῦς, ἕως ἂν ἀσφαλῆ ποιήσωσιν. Ἐπιμελεῖσθωσαν δὲ ὅπως μηδεὶς ὀρύσσει τὰς ὁδοὺς μηδὲ 3  
χωρῶν||μῆν μηδὲ κτίσει εἰς τὰς ὁδοὺς μηδὲν· εἰ δὲ μὴ, ὁ μὲν δούλος ὑπὸ τοῦ ἐντυχῆτος μαστι- f. 284  
γοῦσθω, ὁ δὲ ἐλεύθερος ἐνδεικνύσθω τοῖς ἀστυνόμοις, οἱ δὲ ἀστυνόμοι ζημιούτωσαν κατὰ τὸν 25  
3 νόμον καὶ τὸ γεγονός καταλύτωσαν. Ἐπισκευάζειν δὲ τὰς ὁδοὺς τὰς δημοσίας κατὰ τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἕκαστον καὶ τὰς ὑδρορροὰς ἐκκαθαίρειν τὰς ἐκ τοῦ ὑπαιθρίου καὶ ἐπισκευάζειν οὕτως, ὡς ἂν μὴ κωλῆν ἄμαζαν ἐπιέναι. ὅσοι δὲ μισθωσάμενοι οἰκοῦσιν, ἔὰν μὴ ἐπισκευάζῃ ὁ δεσπότης, 4  
4 Αὔτοῖ ἐπισκευάσαντες ὑπολογιζέσθωσαν τὸ ἀνάλωμα κατὰ τὸν μισθόν. Ἐπιμελεῖσθωσαν δὲ καὶ ὅπως πρὸ τῶν ἐργαστηρίων μηδὲν προκείμενον ἢ, πλὴν ἔὰν κναφεῦς ἱμάτια ψῆγῃ ἢ τέκτων τρο- 30  
5 χοῦς ἔσω τιθῆ· τιθέσθωσαν δὲ καὶ οὔτοι, ὥστε μὴ κωλῆν ἄμαζαν βαλίζειν. Μὴ ἐάτωσαν δὲ μηδὲ μάχεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς μηδὲ κόπρον ἐκβάλλειν μηδὲ νεκρὰ μηδὲ δέρματα ῥίπτειν.

## XI.

## R DE VIA PUBLICA ET ITINERE PUBLICO REFIENDO R EP

- 1 ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Praetor ait: 'Quo minus illi [B. 58, 8, 12 E] uiam publicam iterue publicum aperire reficere liceat, dum ne ea uia idue iter deterius 36  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> publicum ins. <sup>2</sup> ornamento (πρὸς κόσμον B: edd.)? <sup>3</sup> ἀστυνόμοι (u. i.: Brenemann)?  
<sup>4</sup> ἢ τῶν ἄλλων del. (Hercher)

1 qui 'aduersus edictum praetoris F<sup>1</sup>: μετὰ τὴν κώλυσιν τοῦ πραιτωρος B (Tip.) | alioqui'n' F<sup>2</sup> 7 e om. F<sup>2</sup> 8 tuetur] iubetur F<sup>2</sup> | prohibetur F<sup>2</sup> 9 'simul F<sup>2</sup> 10 est] et F<sup>2</sup> 11 merito ait 'o ait' e lege F<sup>2</sup> 14 sint F<sup>2</sup> 16. 17 rubr. om. ind. F 18 μονοβιβλοῦ F<sup>2</sup> | αστυνομικοῦ γ' F<sup>2</sup> 19 επιμελεισθωσαν F 20 επιμελεισθωσαν F | ni (cum iota adscr.) F 21 φεροi F | καθαίρωσιν, non καθαίρωσιν hic et u. 22 scri-

bendum esse monuit Hercher 23 μεδεis F 24 eic] θic F | 'ε'ι δε F<sup>2</sup> 25 εγλευθερος F | ενδεικνυσθω F 26 επισκευαζιν F | τας δημ.] της δημ. F | 'ε'αυτου F<sup>2</sup> 27 εκκαθερειν F 28 επιει- ναι F | επισκευαζη F<sup>2</sup>, επισκευαζειν F<sup>2</sup> 30 ερ- γαστηριων F | η] ni F (ut supra) | ιματια F 31 ωστε] ωσται F<sup>2</sup> 34 rubricam et u. 35 ul- pianus spatia relicto om. F<sup>2</sup>.



- 1 'fiat, uim feri ueto'. Uiam aperire est ad ueterem altitudinem latitudinemque restituere. sed et purgare refectionis portio est: purgare autem proprie dicitur ad libramentum proprium redigere sublato eo quod super eam esset. reficit enim et qui aperit et qui purgat  
 2 et omnes omnino, qui in pristinum statum reducunt. Si quis in specie<sup>1</sup> refectionis deterioram uiam facit, impune uim patietur<sup>2</sup>. propter quod neque latiore neque longiore  
 3 neque altiore neque humiliore uiam sub nomine refectionis is qui interdicat potest facere, uel in uiam terrenam glaream inicere aut sternere uiam lapide quae terrena sit, uel contra  
 4 lapide stratam terrenam facere<sup>3</sup>. Interdictum hoc perpetuo dabitur et omnibus et in omnes, et habet condemnationem in id quod actoris intererit.  
 5  
 2 IAUOLENUS libro decimo ex Cassio. Uiam publicam populus non utendo amittit. B. 58, 8, 13 *Z* tere non potest.  
 3 PAULUS libro primo sententiarum. Si in agrum uicini uiam B. 58, 8, 13 (cf. uol. 6 p. 58) *P* publicam quis reiecerit, tantum in eum uiae receptae<sup>4</sup> actio dabitur, quanti eius interest,  
 1 cuius fundo iniuria irrogata est. Qui uiam publicam exarauerit, ad munitionem eius solus compellitur. Paul. 1, 14, 1 *15*

## XII.

DE FLUMINIBUS. NE QUID IN FLUMINE PUBLICO RIPAE  
 EIUS FIAT, QUO PEIUS NAUGETUR *R*

- 1 ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Ait praetor: 'Ne quid in B. 58, 16, 1 *Z* flumine publico ripae eius facias neque quid in flumine publico neque in ripa eius immittas,  
 2 'quo statio iterue nauigio deterior sit fiat'. Flumen a riuo magnitudine discernendum est  
 3 aut existimatione circumcolentium. Item fluminum quaedam sunt perennia, quaedam (B) torrentia. perenne est, quod semper fluat, λέναος, torrens ὁ χειμάρροϋς: si tamen aliqua  
 4 aestate exaruerit, quod alioquin perenne fluebat, non ideo minus perenne est. Fluminum quaedam publica sunt, quaedam non. publicum flumen esse Cassius definit, quod perenne  
 5 sit: haec sententia Cassii, quam et Celsus probat, uidetur esse probabilis. Hoc interdictum ad flumina publica pertinet: si autem flumen priuatum sit, cessabit interdictum: nihil enim  
 6 differt a ceteris locis priuatis flumen priuatum. Ripa autem ita recte definitur B. 58, 16, 1 id, quod flumen continet naturalem rigorem cursus sui tenens: ceterum si quando uel imbribus uel mari uel qua alia ratione ad tempus excreuit, ripas non mutat: nemo denique  
 7 dixit Nilum, qui incremento suo Aegyptum operit, ripas suas mutare uel ampliare. nam cum ad perpetuam sui mensuram redierit, ripae aluei eius muniendae sunt. si tamen naturaliter creuerit, ut perpetuum incrementum || nactus sit, uel alio flumine admixto uel  
 8 qua alia ratione, dubio procul dicendum est ripas quoque eum mutasse, quemadmodum si alueo mutato alia coepit currere. Si insula in publico flumine fuerit nata inque ea aliquid  
 9 fiat, non uidetur in publico fieri. illa enim insula aut occupantis est, si limitati agri fuerunt, *F(XYMO)*

<sup>1</sup> speciem (*det.*)?    <sup>2</sup> si quis ... facere colloca post facere u. 8    <sup>3</sup> in *ins.*    <sup>4</sup> reiectae (*u. i.*)?

2 'refectionis' *F*<sup>2</sup> | purgari *F* | propri'ae *F*<sup>2</sup>  
 3 super eam esset] super eam esse *F*<sup>2</sup>, superet *potius quam superat* *F*<sup>2</sup> | qui a' aperit *F*<sup>2</sup>  
 4 in specie refectionis *F*<sup>2</sup> (*em. F*<sup>2</sup>): ἐν συήματι ἀνανεώσεως *B*    6 alt'eriorem *F*<sup>2</sup> | refectionis *F*: ἀγτὴν ἀνανεῶν *B*    7 inicere] *X*<sup>2</sup>*C*, inire *F*<sup>2</sup>, sternere *YMO* | aut sternere uiam lapide (uiam apud *F*<sup>2</sup>) quae terrena sit uel contra || 'pi' de strata' m' terrenam *F*<sup>2</sup>, aut ... uel e contrario de strata (stratam *X*<sup>2</sup>) terrenam *XYM*, aut ... uel e contrario de lapide stratam terrenam *O*, aut ... uel contra de strata uel lapide terrenam *C*: οὐδὲ στρώσαι λίθου

ἢ ἀποστρώσαι *B*    10 iauolennus *sp. rel. om. F*<sup>2</sup>  
 11 'non' potest *F*<sup>2</sup>: τῆ ἀρχαία οὐκ ἀπόλλυται *B*  
 12 paulus *om. sp. rel. F*<sup>2</sup>    13 receptae] *F*, reiecte *X*<sup>2</sup>*YMO*, reiecte *X*<sup>2</sup>?    14 exarauit *Pauli libri* 17, 18 *rubricam et u. 19* ulpiannus *om. F*<sup>2</sup>    18 nabigetur *F*    20 neque quid] ne quid *F* | ripa'ue' eius *F*<sup>2</sup>    23 torrentia *F*<sup>2</sup> | λέναος] εναος *F*<sup>2</sup>, αεναος *F*<sup>2</sup> | aliquacitate *F*  
 26 cassi' *F*<sup>2</sup>    27 sit cessabit ...    28 priuatum *om. F*<sup>2</sup>    28 de'men' finietur *F*<sup>2</sup>    32 tamen] tamen flumen *F*<sup>2</sup>    33 na'n'ctus *F*  
 35 al'it'ueo *F*<sup>2</sup> | currere *F*<sup>2</sup> (*em. F*<sup>2</sup>)    36 e'it' *F*<sup>2</sup> | limitati] milliati *F*<sup>2</sup>: δηνόσιοι *B*

aut eius cuius ripam contingit, aut, si in medio alueo nata est, eorum est qui prope utras-  
 7 que ripas possident. Simili modo et si flumen alueum suum reliquit et alia fluere (B)  
 coeperit, quidquid in ueteri alueo factum est, ad hoc interdictum non pertinet: non enim  
 in flumine publico factum erit, quod est<sup>1</sup> utriusque uicini aut, si limitatus est ager, occu-  
 pantis alueus fiet: certe desinit esse publicus. ille etiam alueus, quem sibi flumen fecit,<sup>6</sup>  
 8 etsi priuatus ante fuit, incipit tamen esse publicus, quia impossibile est, ut alueus fluminis  
 publici non sit publicus. Si fossa manu facta sit, per quam fluit publicum flu- (B. 58, 16 n.)  
 men, nihilo minus publica fit: et ideo si quid ibi fiat, in flumine publico factum uidetur. (B)  
 9 Aliter atque si flumen aliquam terram inundauerit, non alueum sibi fecerit: tunc enim non  
 10 fit publicum, quod aqua opertum est. Item si amnis aliquid circumeat, sciendum est eius  
 manere cuius fuit: si quid igitur illic factum est, non est factum in publico flumine. nec  
 pertinet ad hoc interdictum, si quid in priuato factum sit, ne quidem si in priuato flumine  
 11 fiat: nam quod fit in priuato flumine, perinde est, atque si in alio priuato loco fiat. In  
 flumine publico factum accipere debemus, quidquid in aqua fiat: nam si quid extra factum  
 12 sit, non est in flumine factum: et quod in ripa fiat, non uidetur in flumine factum. Non  
 autem omne, quod in flumine publico ripae fit, coercet praetor, sed si quid fiat, quo de-  
 terior statio et nauigatio fiat. ergo hoc interdictum ad ea tantum flumina publica pertinet,  
 quae sunt nauigabilia, ad cetera non pertinet. sed Labeo scribit non esse iniquum etiam  
 si quid in eo flumine, quod nauigabile non sit, fiat, ut exarescat uel aquae cursus impe-  
 diatur, utile interdictum competere 'ne uis ei fiat, quo minus id opus, quod in alueo flu- 20  
 'minis ripae ita factum sit, ut iter cursus fluminis deterior sit fiat, tollere demoliri purgare  
 'restituere uiri boni arbitrato possit'. Stationem dicimus a stando: is igitur (B. 58, 16 n.)  
 locus demonstratur, ubicumque naues tuto stare possunt. Ait praetor: 'iterque nauigii' (B)  
 'deterius fiat'. hoc pro nauigatione positum est: immo nauigium solemus dicere etiam ipsam  
 nauem, iter ergo nauigio potest et sic accipi 'iter naui deterius fiat'. nauigii appellatione 25  
 etiam rates continentur, quia plerumque et ratum usus necessarius est. si pedestre iter  
 impediatur, non ideo minus iter nauigio deterius fit. Deterior statio itemque iter nauigio  
 fieri uidetur, si usus eius corrumpatur uel difficilior fiat aut minor uel rarior aut si in to-  
 tum auferatur. proinde siue deriuetur aqua, ut exiguior facta minus sit nauigabilis, uel si  
 dilatetur, aut<sup>2</sup> diffusa breuem aquam faciat, uel contra sic coangustetur, et<sup>3</sup> rapidius flumen 30  
 faciat, uel si quid aliud fiat quod nauigationem incommodet difficiliorumue faciat uel prorsus  
 impediatur, interdicto locus erit. Labeo scribit non esse dandam exceptionem ei, qui inter-  
 dicto conuenitur: 'aut nisi ripae tuendae causa factum sit', sed ita excipiendum ait: 'extra  
 quam si quid ita factum sit, uti de lege fieri licuit'. Si in mari aliquid fiat, Labeo com-  
 petere tale interdictum: 'ne quid in mari inue litore' 'quo portus, statio iterue nauigio de- 35  
 terius fiat'. Sed et si in flumine publico, non tamen nauigabili fiat, idem putat<sup>4</sup>. Deinde  
 ait praetor: || 'Quod in flumine publico ripae eius fiat<sup>5</sup> siue quid in id flumen ripae f. 285  
 eius immissum habes, quo statio iterue nauigio deterior sit fiat, restituas'. Superius inter-  
 dictum prohibitorium est, hoc restitutorium, ad eandem causam pertinens. Iubetur autem  
 is, qui factum uel immissum habet, restituere quod habet, si modo id quod habet statio- 40  
 nem uel nauigium deterius faciat. Haec uerba 'factum habes' uel 'immissum habes' osten-  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> ibi factum: iam enim alueus est *ins.*    <sup>2</sup> iterue nauigio?    <sup>3</sup> sic dilatetur ut (*det.*)?  
<sup>4</sup> ut (*det.*)?    <sup>5</sup> § 18 abundat: *cf.* § 12    <sup>6</sup> fiat] factum (*cf.* u. 40. 41: Schmidt *Int.* p. 155)?

1 nata est] natae sunt F<sup>1</sup> | utrasqu'a'e F<sup>2</sup>  
 2 reliquerit F<sup>2</sup> 3 uetera F<sup>1</sup> 4 limitatus]  
 militatus F<sup>1</sup> 10 amnis a' aliquid F<sup>2</sup> 11 non  
 est om. F<sup>1</sup> 13 atque] etadque F<sup>1</sup> 14 acci-  
 pere debemus quidquid in aqua fiat nam si  
 quid extra factum om. F<sup>1</sup> 16 coercet 'prae-  
 t'or F<sup>2</sup> 17 ea] eas F<sup>1</sup> 21 ut'iliter F<sup>2</sup> | de-  
 mo'li'ri F<sup>2</sup> 22 a sta'tue'ndo F<sup>2</sup> | 'i's F<sup>2</sup>  
 23 demonst'ratur F<sup>2</sup> | nauigui F<sup>1</sup> 25 na-

uigio] F<sup>1</sup>, nauigii F<sup>2</sup> | sic accipi] sitocipi F<sup>1</sup>  
 26 continentur F<sup>1</sup> | ratum] sic F<sup>1</sup> 27 nauigio  
 det.] nauigi det. F<sup>2</sup> 28 fia'u't F<sup>2</sup> | rario'r' F<sup>2</sup>  
 29 deribetur F<sup>2</sup> 30 co'a'ngustetur F<sup>2</sup>  
 31 difficiliorum'ue' F<sup>2</sup> 32 danda'm' F<sup>2</sup>  
 34 labeo] labeo ait F<sup>2</sup> 36 fr'lumine F<sup>2</sup>  
 38 su'pe'rius F<sup>2</sup> 40 is] si F<sup>1</sup> | i'm'missum F<sup>2</sup>  
 41 nauigium't' deterius F<sup>2</sup>

- dunt non eum teneri, qui fecit uel immisit, sed qui factum immissum habet. denique Labeo scribit, si auctor tuus aquam deriuauerit, et<sup>1</sup> hoc interdicto, si ea tu utaris.
- 2 POMPONIUS libro trigensimo quarto ad Sabinum. Quominus ex publico flumine ducatur S aqua, nihil impedit (nisi imperator aut senatus uetet), si modo ea aqua in usu publico non erit: sed si aut nauigabile est aut ex eo aliud nauigabile fit, non permittitur id facere.
- 3 PAULUS libro sexto decimo ad Sabinum. Flumina publica quae B. 58, 16 n. Ep. 15, 55 fluunt<sup>3</sup> ripaeque eorum publicae sunt. Ripa ea putatur esse, quae plenissimum flumen continet. Secundum ripas fluminum loca<sup>3</sup> non omnia publica sunt, cum ripae cedant, ex quo primum a plano uergere incipit usque ad aquam.
- 4 SCAEUOLA libro quinto responsorum. Quaesitum est, an is, qui in utraque ripa fluminis publici domus habeat, pontem priuati iuris facere potest. respondit non posse.

## XIII.

## R NE QUID IN FLUMINE PUBLICO FIAT, QUO ALITER AQUA FLUAT, ATQUE UTI PRIORE AESTATE FLUXIT R

- 1 ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Ait praetor: In flumine publico inue ripa eius facere aut in id flumen ripam eius immittere, quo aliter aqua fluat, quam priore aestate fluxit, ueto. Hoc interdicto prospexit praetor, ne deriuationibus minus censis flumina exorescant<sup>4</sup> uel mutatus alueus uicinis iniuriam aliquam adferat. Pertinet autem ad flumina publica, siue nauigabilia sunt siue non sunt. Ait praetor: quo aliter aqua fluat, quam priore aestate fluxit: non omnis ergo, qui immisit uel qui fecit, tenetur, sed qui faciendo uel immittendo efficit aliter, quam priore aestate fluxit, aquam fluere. quod autem ait 'aliter fluat', non ad quantitatem aquae fluentis pertinet, sed ad modum et ad rigorem cursus aquae referendum est. et generaliter dicendum est ita demum interdicto quem teneri, si mutetur aquae cursus per hoc quod factum est, dum uel depressior uel artior fiat aqua ac per hoc rapidior fit<sup>5</sup> cum incommodo accolentium: et si quod aliud uitii accolae ex facto eius qui conuenitur sentient, interdicto locus erit. Si quis ex riuo tecto per apertum ducere uelit uel contra qui ante aperto duxit, nunc operto uelit, interdicto teneri placuit, si modo hoc factum eius incommodum circa colentibus adferat. Simili modo et si incile ducat aut alio loco faciat aut si alueum fluminis mutet, hoc interdicto tenebitur. Sunt qui putent excipiendum hoc interdicto 'quod eius ripae muniendae causa non fiet', scilicet ut, si quid fiat, quo aliter aqua fluat, si tamen muniendae ripae causa fiat, interdicto locus non sit. sed nec hoc quibusdam placet: neque enim ripae cum incommodo accolentium muniendae sunt. hoc tamen iure utimur, ut praetor ex causa aestimet, an hanc exceptionem dare debeat: plerumque enim<sup>6</sup> utilitas suadet exceptionem istam dari. Sed et si alia utilitas ¶ uertatur eius, qui quid in flumine publico fecit (pone enim grande damnum flumen ei dare solitum, praedia eius depopulari), si forte aggeres uel quam aliam munitionem adhibuit, ut agrum suum tueretur eaque res cursum fluminis ad aliquid immutauit, cur ei non consulatur? plerosque scio prorsus flumina auertisse alueoque mutasse, dum praediis suis consulunt. oportet enim in huiusmodi rebus utilitatem et
- F(XYMO)*

<sup>1</sup> et] te teneri (u. i.)? <sup>2</sup> requiritur flumina publica sunt quae fluunt semper (u. D. 43, 12, 1, 2. 3) <sup>3</sup> tantum ins. (similiter Cuiacius) <sup>4</sup> exarescant (u. i.)? <sup>5</sup> fit del. <sup>6</sup> publica ins.

2 et] F, teneri te XYMO 3 publico quarto ad sab' flumine F<sup>4</sup> 4 modo] homo F<sup>1</sup> 5 nabigabile F<sup>2</sup> | nabigabile F<sup>1</sup> 7 ripaeque eorum publicae sunt om. F<sup>1</sup>: οἱ ποταμοὶ καὶ αἱ ὄχθαι ἀγτῶν δημόσιαί εἰςιν B (Tip.) et Ep. | e'a' putatur F<sup>4</sup> 8 rupas F<sup>2</sup> | ceda'n't F<sup>2</sup> 11 publico F<sup>1</sup> (em. F<sup>2</sup>) | domum F<sup>2</sup> 14 uti] ut ind. F 16 'ripa F<sup>2</sup> 18 exerescant] FX<sup>2</sup>C,

exarescant X<sup>1</sup>YMO 19 nabigabilia F<sup>2</sup> | siue non sunt om. F<sup>1</sup> 20 qui immisit] quummiat F<sup>1</sup> 25 artior] F<sup>2</sup>, altior F<sup>2</sup> 26 accoll'ae F<sup>2</sup> 29 fac'iat F<sup>2</sup> 30 munienda'e' F<sup>2</sup> 33 accoll'entium F<sup>2</sup> 34 siadet F<sup>2</sup> 36 ag'geres F<sup>2</sup> 38 immitauit F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>) 39 reuus F<sup>1</sup>

tutelam facientis spectari, sine iniuria utique accolarum. Is autem hoc interdicto tenetur, qui aliter fecit fluere, quam priore aestate fluxit. et idcirco aiunt praetorem priorem aestatem comprehendisse, quia semper certior est naturalis cursus fluminum aestate potius<sup>1</sup> quam hieme. nec ad instantem aestatem, sed ad priorem interdictum hoc refertur, quia illius aestatis fluxus indubitator est. aestas ad aequinoctium autumnale<sup>2</sup> refertur. et si forte aestate interdicetur, proxima superior aestas erit intuenda: si uero hieme, tunc non proxima<sup>3</sup> hieme aestas, sed superior erit inspicienda. Hoc interdictum cuius ex populo competit, sed non aduersus omnes, uerum aduersus eum, qui deneget<sup>4</sup>, ut aliter aqua flueret, cum ius non haberet. Hoc interdictum et in heredes competit<sup>5</sup>. Deinde ait praetor: 'Quod in flumine publico ripae eius factum siue quid in<sup>6</sup> flumen ripae eius immis-  
10 'missum habes, si ob id aliter aqua fluit atque uti priore aestate fluxit, restituas'. Hoc interdictum restitutorium proponitur: superius enim prohibitorium est et pertinet ad ea, quae nondum facta sunt. si quid igitur iam factum est, per hoc interdictum restituetur: si quid ne fiat prospicitur, superiore interdicto erit utendum, et si quid post interdictum redditum fuerit factum, coercetur<sup>7</sup>. In hoc interdicto restitutorio non est iniquum, ut  
15 Labeo ait, uenire etiam, quod dolo factum est quo minus haberes.

## XIII.

## R UT IN FLUMINE PUBLICO NAUGARE LICEAT R

ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Praetor ait: 'Quo minus illi in flumine E  
'publico nauem ratem agere quoue minus per ripam<sup>8</sup> onerare exonerare liceat, uim fieri  
20 'ueto. item ut per lacum fossam stagnum publicum nauigare liceat, interdicam'. Hoc inter-  
dicto prospicitur, ne quis flumine publico nauigare prohibeatur: sicuti enim ei, qui uia  
publica uti prohibeatur, interdictum supra propositum est, ita hoc quoque proponendum  
praetor putauit. Si priuata sunt supra scripta, interdictum cessat. Lacus est, quod per-  
petuam habet aquam. Stagnum est, quod temporalem contineat aquam ibidem [B. 58, 16 n. 25  
stagnantem, quae quidem aqua plerumque hieme cogitur. Fossa est receptaculum aquae  
manu facta<sup>9</sup>. Possunt autem etiam haec esse publica. Publicano plane, qui lacum uel  
stagnum conduxit, si piscari prohibeatur, utile interdictum competere Sabinus consentit: et  
ita Labeo. ergo et si a municipibus conductum habeat, aequissimum erit ob uectigalis [B]  
fauorem interdicto eum tueri. Si quis uelit interdictum tale mouere, ut locus deprimatur  
30 pecoris appellendi gratia, non debet audiri: et ita Mela scribit. Idem ait tale interdictum  
competere, ne cui uis fiat, quo minus pecus ad flumen publicum ripae fluminis publici  
appellatur.

## XV.

## R DE RIPA MUNIENDA. R

35

ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Praetor ait: 'Quo minus [B. 58, 16 n. E 1. 286  
illi in flumine publico ripae eius opus facere ripae agruie qui circa ripam est tuendi  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> potius del. (Hal) <sup>2</sup> autumnale del. (cf. D. 43, 20, 1, 32) <sup>3</sup> a ins. <sup>4</sup> deneget] id egit (u. i.)? <sup>5</sup> §§ 9. 10 collocatae fuerunt post § 12: pertinent enim ad interdictum restitutorium (Schmidt Int. p. 161) <sup>6</sup> id ins. (Schmidt Int. p. 155) <sup>7</sup> quo ins. <sup>8</sup> eius ins. <sup>9</sup> qui? <sup>10</sup> factum (edd.)?

1 accollarum F<sup>2</sup> 3 semper F<sup>2</sup> 4 aestate F<sup>2</sup> 5 hiemo F<sup>2</sup> 6 cuius F<sup>2</sup> 7 deneget] FXMO, id egit YC 9 cum ius non haberet bis F<sup>2</sup> | heredes F<sup>2</sup> 10 factum sine quid in flumen ripae eius bis F<sup>2</sup> 11 restituas hoc interdictum om. F<sup>2</sup> 13 est] et F 16 labo F 19 ulpianus om. F<sup>2</sup> 21 locum F<sup>2</sup> 26 possa F<sup>2</sup> 27 publica

publicano] FY<sup>2</sup>O, publica publica non Y<sup>2</sup>, publica (esse ins. M<sup>2</sup>C) et non publica XM<sup>2</sup>C, inc. M<sup>2</sup> 28 consentit 'et ita F<sup>2</sup> 30 tueri] fueri F<sup>2</sup> | tale m' mouere F<sup>2</sup> 31 appellandi F<sup>2</sup> | idem] ibidem F<sup>2</sup> 32 publicam rip. F<sup>2</sup> 33 appelletur F 35 rubricam om. F<sup>2</sup> 36 ulpianus om. F<sup>2</sup> 37 ripae e' agruie F<sup>2</sup> | tuendi F<sup>2</sup>

'causa liceat, dum ne ob id nauigatio deterior fiat, si tibi damni infecti in annos decem uiri boni arbitrato uel cautum uel satisfatum est aut per illum non stat, quo minus uiri boni arbitrato caueatur uel satisfatur, uim fieri ueto'. Ripas fluminum publicorum reficere munire utilissimum est. sicuti igitur de uia publica reficienda interdictum propositum est, ita etiam de ripa fluminis munienda proponendum fuit. Merito adicit 'dum ne ob id nauigatio deterior fiat': illa enim sola refectio toleranda est, quae nauigio non est impedimento. Is autem, qui ripam uult munire, de damno futuro debet uel cauere uel satisfacere secundum qualitatem personae: et hoc interdicto expressum est, ut damni infecti in annos decem uiri boni arbitrato uel caueatur uel satisfatur. Dabitur autem satis uicinis: sed et his, qui trans flumen possidebunt. Etenim curandum fuit, ut eis ante opus factum caueretur: nam post opus factum persequendi hoc interdicto nulla facultas superest, etiam si quid damni postea datum fuerit, sed lege Aquilia experiendum est. Illud notandum est, quod ripae lacus fossae stagni muniendi<sup>1</sup> nihil praetor hic cauit: sed idem erit obseruandum, quod in ripa fluminis munienda.

XVI.

℞ DE UI ET DE UI ARMATA ℞

1 ULPIANUS libro sexagesimo nono ad edictum. Praetor ait: [Pon. 24, 24. 44. B. 60, 17, 7] 'Unde tu illum ui deiecisti aut familia tua deiecit<sup>2</sup>, de eo quaeque ille tunc ibi habuit<sup>3</sup> tantummodo intra annum, post annum de eo, quod ad eum qui ui deiecit peruenerit, iudicium dabo'. Hoc interdictum proponitur ei, qui ui deiectus est: etenim fuit aequissimum ui deiecto subuenire: propter quod ad recipendam possessionem interdictum hoc proponitur. Ne quid autem per uim admittatur, etiam legibus Iulii prospicitur publicorum et priuatorum nec non et constitutionibus principum. Hoc interdictum non ad omnem uim pertinet, uerum ad eos, qui de possessione deiciuntur<sup>4</sup>. ad solam autem atrocem uim pertinet hoc interdictum, et ad eos tantum, qui de solo deiciuntur, ut puta de fundo sine aedificio: ad alium autem non pertinet. Et si quis de area deiectus sit, sine dubio interdicto locus est: et generaliter ad omnes hoc pertinet interdictum, qui de re solo cohaerenti deiciuntur: qualisqualis enim fuerit locus, unde quis ui deiectus est, interdicto locus erit. Proinde et si superficiaria insula fuerit, qua quis deiectus est, apparet interdicto fore locum. Illud utique in dubium non uenit interdictum hoc ad res mobiles non pertinere: nam ex causa furti uel ui honorum raptorum actio competit: potest et ad exhibendum agi. plane si quae res sint in fundo uel in aedibus, unde quis deiectus est, etiam earum nomine interdictum competere non est ambigendum. Si quis de naue ui deiectus est, hoc interdicto locus non est, argumento eius, qui de uehiculo detractus est, quem nemo dixit interdicto hoc uti posse. Plane si quis de ligneis aedibus deiectus fuerit, nemo ambigit interdicto locum fore, quia qualequale sit quod solo cohaereat, inde qui ui deiectus est habet interdictum. Deicitur is qui possidet, siue ciuilitate siue naturaliter possideat: nam et naturalis possessio ad hoc interdictum pertinet. Denique et si maritus uxori donauit eaque deiecta sit, poterit interdicto uti: non tamen si colonus. Ait praetor:

F(XYMOC)

<sup>1</sup> muniendae? <sup>2</sup> quae praecedunt pertinent ad formulam interdicti, ad in factum actionem autem quae sequuntur (cf. Schmidt Int. p. 327) <sup>3</sup> quanti ea res est ins. (Fuchta) <sup>4</sup> hoc interdictum ... deiciuntur del. (Krueger)

3 aruitratu F<sup>1</sup> | cauea'tur F<sup>2</sup> 6 so'la' F<sup>1</sup> | refectio] refectio F 12 quid] quis F<sup>2</sup> 13 fossae] fassae F<sup>1</sup> 16 rubricam om. F<sup>1</sup> 17 ulpianus om. F<sup>2</sup> | sexagesimo 'nono' F<sup>2</sup>: confirmant numerum loci citati ad marg. §§ 12. 40 18 quaequ'a'e F<sup>2</sup> 22 per 'uim F<sup>2</sup> | etiam 'ad' legibus F<sup>2</sup> 26 diectus F 28 quis] quid F<sup>1</sup> 30 mouiles F<sup>1</sup> 31 et del. F<sup>2</sup> 33 am- bigendus F<sup>1</sup> 36 sit quod] si quis F<sup>1</sup> 37 in-

terdictus F<sup>1</sup> | deiecitur F 38 et naturalis] F, et naturalis et pro suo XYMC, et naturalis et ciuilis pro suo O: 'Pise non habetur talis littera et pro suo, sed Bononienses ita legunt' glossa ad Uacarium apud Savignium 3, 755: Accursiani libri cum legant et naturalis pro suo, Accursius adnotat: 'Placentinus exponit et pro suo adiecta copula ... alii non habent pro suo' 39 eaqu'a'e F<sup>2</sup> | poterit om. F<sup>2</sup>

'deiecisti aut familia' deiecit'. merito familiae mentio habita: nam cum 'deiecisti' uerbum refertur ad personam eius qui deiecit nec pertineat ad eum, cuius familia deiecit (nec enim ego uideor deiecisse, si familia mea deiecerit), conse||quens fuit addere 'aut familia tua f. 286'

12 'deiecit'. Deiecisse autem etiam is uidetur, qui mandauit uel iussit, ut ali- [D. 50, 17, 152, 1] quis deiceretur: parui enim referre uisum est, suis manibus quis deiciat an uero per alium: 5

13 quare et si familia mea ex uoluntate mea deiecerit, ego uideor deiecisse. Quotiens uerus procurator deiecerit, cum utrolibet eorum, id est siue domino siue procuratore, agi posse Sabinus ait et alterius nomine alteri eximi<sup>3</sup>, sic tamen, si ab altero eorum litis aestimatio fuerit praestita (non enim excusatus est, qui iussu alicuius deiecit, non magis quam si iussu alicuius occidit): cum autem falsus est procurator, cum ipso tantum procuratore 10

14 interdicti debere. Sabini sententia uera est. Sed et si quod alius deiecit, ratum habuero, sunt qui putent secundum Sabinum et Cassium, qui ratihabitionem mandato comparant, me uideri deiecisse interdictoque isto teneri, et hoc uerum est: rectius enim dicitur<sup>2</sup>

15 in maleficio ratihabitionem mandato comparari. Quod igitur additur 'aut [D. 50, 17, 152, 2] 'familia tua deiecit', merito scriptum est in eum casum, in quem familia mea ui deiecit. 15

ceterum si iussit, ipse deiecit<sup>4</sup>, nec grauari debet dominus qui non iussit<sup>4</sup>, si seruorum suorum factum praestaret, etsi non iussu eius deiecerunt: nam non grauabitur hoc nomine<sup>4</sup>, quippe cum aut peruenit ad eum aliquid et restitueret<sup>5</sup>, aut non peruenit et ipsos seruos maleficii causa noxae dedendo indemnitas erit: quod enim noxae dedere compellitur, in damno non debet reputare, cum seruus hoc possit domini deteriore condicione facere. 20

17 Familiae autem appellatio seruos continet: Sed quaeritur, quem numerum seruorum contineat, utrum plurium an uero et duum uel trium. sed uerius est in hoc interdicto, etiamsi 18 unus seruus ui deiecerit, familiam uideri deiecisse. Familiae appellatione et eos, quos 19 loco seruorum habemus, contineri oportere dicendum est. Si quis tamen neget se seruum uel familiam defendere<sup>6</sup>, cogendus est pati hoc interdictum, ad hoc scilicet, ut quod ad 25

20 eum peruenit restituat. Si filius familias uel mercennarius ui deiecerit, utile interdictum 21 competit. Si aduersus eum, qui in libertatem ex seruitute uel contra petitur, post inchoatum liberale iudicium utar interdicto et liber iudicatus fuerit et apparuerit ignorante eo a 22 seruis eius ui me deiecit, in possessionem restituatur. Quod seruus uel procurator uel colonus tenent, dominus uidetur possidere, et ideo his deiectis ipse deici de possessione 30

uidetur, etiamsi ignoret eos deiectos, per quos possidebat. et si quis igitur alius, per 23 quem possidebam, deiectus fuerit, mihi competere interdictum nemini dubium est. Interdictum autem hoc nulli competit nisi ei, qui tunc cum deiceretur possidebat, nec alius 24 deici uisus est quam qui possidet. Sine autem corpore sine animo possidens quis deiectus

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> tua ins. (Hal.)    <sup>2</sup> tale quid fuit: et alterius nomine [lite aestimata item eam, quae inferri poterat eodem nomine] alteri, perimi    <sup>3</sup> idem Graeci: etiam ins.    <sup>4</sup> ui deiecit. nec grauari debet dominus, si seruorum suorum factum praestaret, etsi non iussu eius deiecerunt (del. ceterum ... deiecit et qui non iussit et nam non grauabitur hoc nomine)?  
<sup>5</sup> restituet (Hal.)?    <sup>6</sup> si quis neget ... defendere, tamen?

1 cum] eum F<sup>1</sup> 2 pertineat ... nec om. F<sup>2</sup>  
 5 dei'e'ce're'tur F<sup>2</sup> (e del. F<sup>21</sup>) 7 deiecerit F<sup>2</sup>  
 8 alteri] F<sup>2</sup>, alterum F<sup>2</sup>: ἐνὸς δὲ ἡμῶν ἐνα-  
 χθέντος ὁ ἄλλος ἀπαλλάττεται, ἐὰν ὁ ἐναχθεὶς  
 καταβάλλῃ τῆς δίκης τὴν διατίμησιν BS (Dor.),  
 ὁ δίδους τὴν τῆς δίκης διατίμησιν ἐλευθεροῖ  
 τὸν ἄλλον B (Anon.). Graecos aliter legisse  
 non contendo, cum sententiam magis expresserint,  
 de qua ambigi nequit, quam uerba pessime cor-  
 rupta: nomen enim non magis est condemnatio  
 in iudicio priuato quam 'eximitur' is qui altero  
 debitum soluente obligatione liberatur. nec quod  
 commendauit Ribbentroppius (Correalobl. p. 94)  
 'et alterius conuentione alterum eximi' prorsus  
 satisfacit: ego satis habui talia proponere qualia

res requirit, de uerbis restituendis desperans  
 9 exc'usatus F<sup>2</sup> | deiecit non magis quam si  
 iussu alicuius om. F<sup>2</sup> 16 ips'o'e dei'e'cit F<sup>2</sup> |  
 qui] quo F<sup>2</sup> | si seruorum suorum factum  
 praestarent F, sed seru. suor. fact. praestare  
 (debet add. C) XYMOC 17 grababitur F  
 (debet add. C) XYMOC 17 grababitur F  
 18 non ueruenit F<sup>2</sup> (em. F<sup>21</sup>) 19 de'n dendo F<sup>2</sup>  
 20 non debet] C cum BS (Dor.): τὸ γὰρ  
 ἀναγκάζεσθαι τὸν δεσπότην εἰς νόζαν ἐκδιδόναι  
 τὸν ἀμαρτήσαντα οἰκέτην, οὐ πιστεύεται αὐτῷ  
 ἐπιζήμιον εἶναι, debet FXYMO 23 deiecisse]  
 deiecissis F<sup>2</sup> 26 eum] eom F<sup>2</sup> 27 peti-  
 tum F<sup>2</sup> 28 liuerale F<sup>2</sup> | liuer F<sup>2</sup> 29 eius  
 's'ui F<sup>2</sup> 30 dei'e'ctis F<sup>21</sup> 33 deieceretur F  
 34 dei'e'ci F<sup>21</sup> | qui's' deiectus F<sup>2</sup>

est, palam est eum ui deiectum uideri. idcircoque si quis de agro suo uel de domo processisset nemine suorum relicto, mox reuertens prohibitus sit ingredi uel ipsum praedium, uel si quis eum in medio itinere detinuerit et ipse possederit, ui deiectus uidetur: ademisti enim ei possessionem, quam animo retinebat, etsi non corpore. Quod uolgo dicitur aestiuorum hibernorumque saltuum nos possessiones animo retinere, id exempli causa<sup>1</sup> dicitur Proculum dicere: nam ex omnibus praediis, ex quibus non hac mente recedemus, ut 25 omississe possessionem uellemus, idem est. Eum, qui neque animo neque corpore possidebat, ingredi autem et incipere possidere prohibeatur, non uideri deiectum uerius est: 27 deicitur enim qui amittit possessionem, non qui non accipitur. Uim | ui repellere licere f. Cassius scribit idque ius natura comparatur: apparet autem, inquit, ex eo<sup>2</sup> arma armis 10 28 repellere licere. Ui possidere eum definiendum est, qui expulso uetere possessore adquisitam per uim possessionem optinet aut qui in hoc ipsum aptatus et praeparatus uenit ut<sup>3</sup> contra bonos mores auxilio, ne prohiberi possit ingrediens in possessionem, facit. sed 29 qui per uim possessionem suam retinuerit, Labeo ait non ui possidere. Idem Labeo ait eum, qui metu turbae perterritus fugerit, ui uideri deiectum. sed Pomponius ait uim sine 15 corporali ui locum non habere, ergo etiam eum, qui fugatus est superuenientibus quibusdam, si illi ui occupauerunt possessionem, uideri ui deiectum. Qui a me ui possidebat, 30 si ab alio deiciatur, habet interdictum. Qui ui deiectus est, quidquid damni senserit ob hoc quod deiectus est, recipere debet: pristina enim causa restitui debet, quam habiturus 32 erat, si non fuisset deiectus. Si fundus, a quo ui expulsus sim, mihi restitutus esset, ceterae uero res, quae ui ablatae sunt, non restituantur, hic dicendum est interdictum nihilo minus tenere, quia uerum est ui esse deiectum. plane si quis uelit de possessione quidem rei soli per hoc interdictum experiri, de rebus uero mobilibus ad exhibendum actione, potest hoc suo arbitrio habere, et ita Iulianus scribit: idem scribit et si quis ui bonorum 33 raptorum de huiusmodi rebus uelit experiri. Quod autem ait praetor: 'quaeque ibi habuit', 25 sic accipimus, ut omnes res contineantur, non solum quae propriae ipsius fuerunt, uerum etiam si quae apud eum depositae uel ei commodatae uel pigneratae, quarumque usum uel usum fructum uel custodiam habuit, uel si quae ei locatae sunt: cum enim dicat 34 praetor 'habuit', omnia haec habendi uerbo continentur. Rectissime autem praetor addidit 'tunc ibi habuit'. 'tunc' sic accipimus 'cum deiceretur': et ideo et si quid postea desiit 30 illic esse, dicendum erit in interdictum uenire. sic fit, ut, etiamsi homines uel pecora demortua sint post deiectionem, interdicto locus sit. Denique scribit Iulianus eum, qui ui 35 F(XYMOC)

<sup>1</sup> dicitur ins. <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): quod in interdicto de ui armata receptum est (cf. L 3 § 9 h. t.) similiaue deficient <sup>3</sup> idem Graeci (u. i.): et?

1 professisset F<sup>2</sup> 2 mox ... praedium ὑποστράφας δὲ μετ' ὀλίγον ἐκωλύθη ἐπιβῆναι τῆς νομῆς τοῦ ἀγροῦ BS (Dor.) 3 uide a'tur F<sup>2</sup> 4 quam 'm' animo F<sup>2</sup> | retinebat] retineuit F<sup>2</sup> 5 aesti'ma'uorum F<sup>2</sup> 7 omis'sis'se F<sup>2</sup> 9 dei'e'citur F<sup>2</sup> | accipit'ur' F<sup>2</sup> | uim 'ui' repellere F<sup>2</sup> 10 cassius] ὁ Καβίνος BS | compara'ra'tur F<sup>2</sup> | apparet (app'e'are'a't F<sup>2</sup>) autem inquit ex eo arma armis repellere licere] δεικνύται δὲ ἐκ τοῦτοῦ, ὅτι καὶ ὄπλα ὄπλοισ ἀποσθῆναι ἡμῖν ἔξεστιν BS 11 definiendum F<sup>2</sup> 12 et] est F<sup>2</sup> 13 ut contra bonos mores ... facit] ἔξω τῶν ἀγαθῶν ἐθῶν βοηθεῖσθαι (= ut contra bonos mores auxilium habeat) εἰς τὸ μὴ κωλύθῆναι βιά κατασχεῖν νομῆν (= ne prohiberi possit ingrediens in possessionem) B (Anon.), ὥστε καὶ παρὰ τοὺς καλοὺς τρόπους μὴ δυνῆθῆναι παρὰ τινος κωλύθῆναι (= ut contra bonos mores ab ullo prohiberi nequeat) μὴ θελοντος αὐτῶν ἐπιβῆναι τῆς νομῆς (= qui eum in possessionem ingredi nolit) BS (Dor.).

Dorotheus fieri potest, ut pro auxilio aut legiase sibi uisus sit aut substituerit coniectura ab ullo 15 ui uideri] sic X<sup>2</sup> confirmantique BS (Dor.): δοκεῖ καὶ αὐτός βιά τῆς νομῆς ἐκβεβῆσθαι, uideri FX<sup>2</sup>YO, uideri ui C, ut uideri M<sup>2</sup>, inc. M<sup>2</sup> | uim sine corporali ui locum non habere F<sup>2</sup>, uim sine corpore aliquo locum (locum om. O<sup>2</sup>) non habere XYMOC: βιά διὰ τῆς σωματικῆς βίας οὐ δύναται χώραν λαβεῖν BS 16 ergo] YO<sup>2</sup>C cum BS: χυκοῦν καὶ οὗτος ὁ φύγων, ἐάν μετὰ τὴν φύγην αὐτοῦ ἐπελθόντες βιά τῆς νομῆς ἐπελάβοντο, τότε δοκεῖ ἐκβεβῆσθαι τῆς νομῆς, ergo FXMO<sup>2</sup> 17 qui a] etiam F<sup>2</sup> 18 quid ad' quid F<sup>2</sup> 20 fuisset ... esset om. F<sup>2</sup> 23 experiri' F<sup>2</sup> | mouilibus F<sup>2</sup> 24 suo] in suo F<sup>2</sup> 25 h'ibi F<sup>2</sup> 26 quae] quid F<sup>2</sup> 27 quarumqu'a'e F<sup>2</sup> 28 ei col'locatae F: ἢ ἄτινα αὐτῷ ἐμίσθωθῃ BS (Dor.), ἢ μισθωθέντα B (Anon.) 30 h'ibi F<sup>2</sup> 32 sit] sic F

deiecit ex eo praedio, in quo homines fuerant, propius esse, ut etiam sine culpa eius mortuis hominibus aestimationem eorum per interdictum restituere debeat, sicuti fur hominis etiam mortuo eo tenetur. huic consequens esse ait, ut uillae quoque et aedium incendii consumptarum pretium restituere cogatur: ubi enim quis, inquit, deiecit, per eum 36 stetisse uidetur, quo minus restitueret. Idcirco constare ait eum, qui ui deiecit quique ui<sup>1</sup> 5 37 sine dolo malo desierit possidere, interdicto teneri. 'Ibi' autem ait praetor, ut ne quis et 38 quae illic non habuit, complectatur. Sane quod ait praetor 'ibi', quomodo accipimus? utrum in eo loco, unde quis ui deiectus est, an uero in omni possessione? et melius dicetur non ad angulum referendum nel locum, in quo fuerit, uerum etiam ad omnem 39 partem possessionis, qua quis caruit, cum deicitur. Annus in hoc interdicto utilis est. 10 40 Ex die, quo quis deiectus est, fructuum ratio habetur, quamuis in ceteris interdictis [D. 48, 1, 8] ex quo edita sunt, non retro, computantur. idem est et in rebus mobilibus, quae ibi [D] 41 erant: nam et earum fructus computandi sunt, ex quo quis ui deiectus est. Non solum autem fructuum ratio in hoc interdicto habetur, uerum ceterarum etiam utilitatum habenda est: nam et Uiuianus refert in hoc interdicto omnia, quaecumque habiturus uel adsecu- 15 turus erat is qui deiectus est, si ui deiectus non esset, restitui aut eorum<sup>2</sup> litem a iudice aestimari debere eumque tantum consecuturum, quanti sua interesset se ui deiectum non 42 esse. || Ex interdicto unde ui etiam is, qui non possidet, restituere cogetur. Interdictum f. 287' hoc quia atrocitatem facinoris in se habet, quaesitum est, an liberto in patronum uel liberis aduersus parentes competit. et uerius est nec liberto in patronum nec in parentes 30 liberis dandum esse meliusque erit in factum actionem his competere. aliter atque si ui armata usus sit aduersus libertum patronus uel aduersus liberos parens: nam hic inter- 45 dictum competit. Hoc interdictum et heredi et ceteris successoribus competit. Non alii autem, quam ei qui possidet<sup>3</sup>, interdictum unde ui competere argumentum praebet, quod apud Uiuianum relatam est, si quis me ui deiecerit, meos non deiecerit, non posse me 46 hoc interdicto experiri, quia per eos retineo possessionem, qui deiecti non sunt. Idem Uiuianus refert: seruos quosdam ui depulit, alios retinuit et uinxit aut etiam eis imperauit: ui te deiectum intellegi: desisse enim possidere, cum serui ab alio possideantur. et quod in parte seruorum dictum est, idem in omnibus dici ait, si forte nemo depulsus esset, sed 47 possideri ab eo coepissent, qui ingressus in possessionem esset. Quid dicturi essemus, 30 tractat, si aliquo possidente ego quoque<sup>4</sup> ingressus sum in possessionem et non deiciam possessorem, sed uinctum opus facere cogam: quatenus res, inquit, esset? ego uerius 48 puto eum quoque deiectum uideri, qui illic uinctus est. Ex causa huius inter- [B. 60, 17, 8] dicti in heredem et bonorum possessorem ceterosque successores in factum actio competit in id quod ad eos peruenit 35

2 PAULUS libro sexagesimo quinto ad edictum. doloue malo eorum factum [B. 60, 17, 8] F<sup>1</sup> est, quo minus perueniret.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> quique ui] tum quoque, ubi?  
<sup>4</sup> quoque del.

<sup>2</sup> nomine *ins.*

<sup>3</sup> possidet] possidere desiit (u. i.)?

3 h'uc F<sup>2</sup> 5 idcirco constare ait eum, qui ui deiecit quique ui sine dolo malo desierit possidere interdicto teneri] και δια τοϋτο, φησιν, ωμολόγηται (= idcirco constare ait), ως ο βία της νομης εκβαλων τινα (= eum qui ui deiecit) και υπέρ ων κατά δολον επαγχατο νέμεσθαι (= etiam propter ea quae dolo desiit possidere) κατέχεται τοϋτω τῷ interdictῳ (= interdicto teneri) BS (Dor.), ὅθεν κἀν διχα δόλοϋ ὁ ἐξωθῆσας επαγχατο νέμεσθαι, ὑπόκειται B (Anon.): *Graecos aliter ac nos legisse non puto* | quique ui sine dolo malo] qui quaeue (ue om. O<sup>2</sup>) dolo malo XYMO, quieue dolo malo C 7 quodmodo accipimus F<sup>1</sup>

9 a'ngulum F<sup>2</sup> 12 et om. F<sup>1</sup> | mouilibus F<sup>1</sup> 13 eorum F<sup>1</sup> 14 utilitat'um F<sup>2</sup> 15 uiuianum F<sup>1</sup>: BS pro Uiuiani nomine substituant modo Iulii modo Iuliani modo Ulpiani 16 aut eorum litem a iudice aestimari debere] και επί τοϋτοις ἅπασι διατιμάσθαι την δίκην ἀπό τοϋ δικαστοϋ BS (Dor.) 18 esse't ex F<sup>2</sup> 20 patron'o'um F<sup>1</sup> 21 melius quo erit F<sup>1</sup> | ui] us F<sup>1</sup> 24 qui possidet] F cum BS (Dor.): ἀρμόζει δὲ τῷ νέμωμένῳ μόνον et B (Anon.): τῷ δὲ νέμωμένῳ και μόνον ἀρμόζει, qui non possidet XYMOG 25 deiecerit meos F 26 deie'c'ti F<sup>1</sup> 30 dic'turi F<sup>2</sup> 36 paulus om. in sp. uac. F<sup>1</sup>



3 ULPIANUS libro sexagesimo nono ad edictum. Quod est et si quis armis B. 60, 17, 9 F  
 deiectus est, quia ex facinoribus defunctorum de eo, quod ad heredem peruenit, actio datur:  
 1 sufficit enim non in lucro uersari eum heredem, non etiam damnum subire. Haec actio,  
 quae aduersus heredem ceterosque successores pertinet, perpetuo competit, quia in ea rei  
 2 persecutio continetur. Armis deiectum quomodo accipimus? arma sunt omnia tela, hoc  
 3 est et fustes et lapides, non solum gladii hastae frameae, id est rhomphaeae<sup>1</sup>. Plane et si  
 4 unus uel alter fustem uel gladium tenuit, armis deiectus possessor uidetur. Plus dicitur,  
 et si inermes uenerant, si in ipsa concertatione qui inermes uenerant eo processerunt, ut  
 5 fustes aut lapides sumerent, uis erit armata. Qui armati uenerunt et si armis non sunt  
 nisi ad deiciendum, sed deiecerunt, armata uis facta esse uidetur: sufficit enim terror ar-  
 6 morum, ut uideantur armis deiecisse. Si quis autem uisis armatis, qui alibi tendebant,  
 metu hoc deterritus profugerit; non uidetur deiectus, quia non hoc animo fuerunt qui ar-  
 7 mati erant, sed alio tendebant. Proinde et si, cum armatos audisset uenire, metu dece-  
 serit de possessione, siue uerum siue falsum audisset, dicendum est non esse eum armis  
 8 deiectum, nisi possessio ab his fuerit occupata. Si autem, cum dominus ueniret in pos-  
 sessionem, armati eum prohibuerunt qui inuaserant possessionem, uideri eum armis de-  
 9 lectum. Eum igitur, qui cum armis uenit, possumus armis repellere, sed hoc confestim,  
 non ex interuallo, dummodo sciamus non solum resistere permissum, ne deiciatur, sed et  
 10 si deiectus quis fuerit, eundem deicere non ex interuallo, sed ex continenti. Cum procu-  
 rator armatus uenit, et ipse dominus armis deiecisse uidetur, siue mandauit siue, ut Iu-  
 11 lianus ait, ratum habuit. Hoc et in familia dicendum est: nam cum familia sine me armata  
 12 uenit, ego non uideor uenisse, sed familia, nisi iussi uel ratum habui. Hoc interdictum  
 etiam aduersus eum pro|ponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis deiceretur: et post l. 20  
 13 annum reddetur in id, quod peruenit ad eum qui prohibuit unde ui<sup>2</sup>. Interdictum neces-  
 14 sarium fuisse fructuario apparet 'si prohibeatur uti frui usu fructu fundi'. Uti frui autem  
 prohibuisse is uidetur, qui ui deiecit utentem et fruentem aut non admisit, cum ex fundo  
 exisset non usus fructus deserendi causa. ceterum si quis ab initio uolentem incipere uti  
 frui prohibuit, hoc interdictum locum non habet. quid ergo est? debet fructuarius usum  
 15 fructum uindicare. Pertinet autem hoc interdictum ad eum, qui fundo uti frui prohibitus  
 est: sed pertinebit etiam ad eum, qui aedificiis uti frui prohibetur. consequenter autem  
 16 dicemus ad res mobiles hoc interdictum non pertinere, si quis uti frui prohibitus est re  
 mobili, nisi si rei soli accedebant res mobiles: si igitur ibi fuerunt, dicendum est etiam ad  
 17 hoc interdictum locum habebit. Qui usus fructus nomine qualiterqualiter fuit quasi in pos-  
 sessione, utetur hoc interdicto. sed si quis, posteaquam prohibitus est, capite minutus sit  
 uel mortuus, recte dicitur heredibus et successoribus competere hoc interdictum, non ut in  
 futurum constitutur usus fructus, sed ut praeterita causa et damnum praeteritum sarciantur.  
 18 Heres quoque simili modo debet in factum actionem suscipere in id quod ad se peruenit.  
 4 IDEM libro decimo ad edictum. Si ui me deiecerit quis nomine municipum, B. 60, 17, 10 E  
 in municipes mihi interdictum reddendum Pomponius scribit, si quid ad eos peruenit.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> id est rhomphaeae *adiecerunt Byzantii ex glossariis (u. i.)*    <sup>2</sup> qui prohibuit (cf. u. 76)  
 deiecitue ui (u. i.)?    <sup>3</sup> enim] denique?

1 ulpianus om. in sp. uac. F<sup>2</sup> 3 uersori F<sup>2</sup>  
 6 gradii F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>) | romphaeae F, ρομφαίαι  
 B (Anon.): cf. gloss. Philoxen. p. 97 Steph.: fra-  
 mea ρομφαία, item Cyrill. p. 603 Steph.: ρομ-  
 φαία framia gladium 8 in'hermes F<sup>2</sup> | in-  
 'hermes F<sup>2</sup> 11 uisi's' F<sup>2</sup> 14 esse'u'eum F<sup>2</sup> |  
 armis] artis F<sup>2</sup> 19 dei'e'cere F<sup>2</sup> 21 fa-  
 mil'ia' dic. F<sup>2</sup> | familia's sine F<sup>2</sup> 23 dei'e'ce-  
 retur F<sup>2</sup> 24 red'd'etur F<sup>2</sup> | qui prohibuit

unde uij] *Fcum B (Anon.): ἐνάγεται ὁ κωλύσας:*  
*pro prohibuit requiri deiecit monuerat Cuius-*  
*cius obs. 5, 20 et Ad. Schmidt Int. p. 121 neque*  
*aliter locum accepit Dorotheus: καὶ μετὰ ἐναγ-*  
*τὸν δὲ κινεῖται εἰς τὸ περιελθὼν εἰς τὸν δια-*  
*κάμενον BS 27 usu's' fructus F<sup>2</sup> 29 pro-*  
*hibitus F<sup>2</sup> 30 sed om. F<sup>2</sup> | pertineat F<sup>2</sup>*  
 31 mouiles F 32 mouiles F<sup>2</sup>

- 5 IDEM libro undecimo ad edictum. Si per uim tibi possessio- cf. D. 4, 2, 9 pr. B. 60, 17, 11 E  
nem tradidero, dicit Pomponius unde ui interdictum cessare, quoniam non est deiectus,  
qui compulsus est in possessionem inducere.
- 6 PAULUS libro septimo decimo ad edictum. In interdicto unde ui tanti con- B. 60, 17, 12 E  
demnatio facienda est, quanti intersit possidere: et hoc iure nos uti Pomponius scribit, id  
est tanti rem uideri, quanti actoris intersit: quod alias minus esse, alias plus: nam saepe  
actoris pluris interesse hominem retinere, quam quanti is est, ueluti cum quaestionis ha-  
bendae aut rei probandae gratia aut hereditatis aduendae intersit eius eum possideri.
- 7 IDEM libro uicensimo quarto ad edictum. Cum a te ui deiectus sim, si B. 60, 17, 18 E  
Titius eandem rem possidere coeperit, non possum cum alio quam tecum interdicto experiri. 10
- 8 IDEM libro quinquagensimo quarto ad edictum. Fulcinius dicebat ui possi- B. 60, 17, 14 E  
deri, quotiens uel non dominus, cum tamen possideret, ui deiectus est.
- 9 IDEM libro sexagensimo quinto ad edictum. Si plures heredes sunt, unus- B. 60, 17, 15 E  
quisque non in amplius, quam ad eum peruenerit, tenetur. qua de causa interdum in so-  
lidum tenebitur is<sup>1</sup> ad quem totum peruenerit, quamuis ex parte heres sit. Deiectum ab 15  
usu fructu in eandem causam praetor restitui iubet, id est in qua futurus esset, si deiectus  
non esset. itaque si tempore usus fructus finitus fuerit, postquam deiectus est a domino,  
nihil minus cogendus erit restituere, id est usum fructum iterum constituere.
- 10 GAIUS libro secundo ad edictum praetoris urbani titulo de liberali causa. B. 60, 17, 16 E  
Si de fundo proprietarium et fructuarium praedo expulerit atque ob id fructuarium con- f. 288'  
stituto tempore non usus perdiderit ius suum, nemo dubitat, quin dominus, siue experiatur 21  
cum fructuario aduersus praedonem siue non experiatur, retinere debeat reuersum ad se  
usum fructum et, quod fructuarium perdidit, id ad damnum eius pertineat, cuius factu perit.
- 11 POMPONIUS libro sexto ex Plantio. Uim facit, qui non sinit possidentem eo, B. 60, 17, 17 E  
quod possidebit, uti arbitrio suo, siue inserendo siue fodiendo siue arando siue quid aedi- 25  
ficando siue quid omnino faciendo, per quod liberam possessionem aduersarii non relinquat.
- 12 MARCELLUS libro nono decimo digestorum. Colonus eum, cui locator fun- B. 60, 17, 18 E  
dum uendiderat, cum is in possessionem missus esset, non admisit: deinde colonus ui ab E  
alio deiectus est: quaerobatur, quis haberet interdictum unde ui. dixi nihil interesse, co-  
lonus dominum ingredi uolentem prohibuisset an emptorem, cui iussisset dominus tradi 30  
possessionem, non admisit. igitur interdictum unde ui colono competiturum ipsumque si-  
mili interdicto locatori obstrictum fore, quem deieciisse tunc uideretur, cum emptori pos-  
sessionem non tradidit, nisi forte propter iustam et probabilem causam id fecisset.
- 13 ULPIANUS libro octauo ad Sabinum. Neque unde ui neque aliud interdictum B. 60, 17, 19 S  
famosum est. 35
- 14 POMPONIUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Sed si ui armata deiectus B. 60, 17, 20 S  
es, sicut ipsum fundum recipis, etiamsi ui aut clam aut precario eum possideres, ita res  
quoque mobiles omnimodo recipies.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> qui ex parte tantum heres est: nempe in solidum tenebitur is *ins.* (u. i.)

1 per uim] F<sup>2</sup> cum B et BS: κατὰ βίαν et sic coniecit Cras (Savigny Besitz p. 432 ed. 7), rerum F<sup>2</sup>X (superscr. al. metu) YMOC 2 est 'ui' deiectus F<sup>2</sup>: οὐδὲ γὰρ δοκῶ ἐκβεβαῖσθαι BS, οὐδὲ γὰρ βία ἐξεβλήθη B 7 quanti is] quantus F<sup>2</sup> 11 'ui' poss. F<sup>2</sup> 12 est om. F<sup>2</sup> 13 quinto om. F<sup>2</sup> 14 qua de causa seq.] ἐπτεύθεν ποτὲ μὲν εἰς τὸ πᾶν κατέχεται ὁ μερικὸς κληρονόμος, ποτὲ δὲ εἰς ἐλάχιστον: εἰς τὸ πᾶν, ὅτε τὸ πᾶν εἰς αὐτὸν περιήλθεν: εἰς ἐλάχιστον δὲ, ὅταν ἐλάχιστον ἐκ τῆς βίας ἐκέρχηνεν BS 15 'h'is ad F<sup>2</sup> 16 usu fructu m' in F<sup>2</sup> 18 nihil h'o minus F<sup>2</sup> 19 titu t'lo F<sup>2</sup> 20 si de fundo] defuncto (om. si) F<sup>2</sup> | pro-

pri'a'etarium F<sup>2</sup> 21 experi'a'tur F<sup>2</sup> 22 ad] at F<sup>2</sup> 23 ad om. F<sup>2</sup> 24 pomponius om. in sp. uac. F<sup>2</sup>: Παπαν. B | qui] dui F<sup>2</sup> 25 posside- uit F<sup>2</sup> | ut'r'i F<sup>2</sup> | inserendo's' siue F<sup>2</sup>: in serendo legit Anonymus (ei μὴ συγχωρῶ τοῖς οἰκειοῖς ὡς βοῦλαι χρῆσασθαι σπειρόντα), inse- rendo Dorotheus (ὁ... μὴ συγχωρῶν κεχρῆσθαι... εἴτε ἐπιπριπτόων) 26 om' i' nino F<sup>2</sup> | aduersarii] sic nec quicquam em. F 27 marcellus om. in sp. uac. F<sup>2</sup> 28 cum 'h'is F<sup>2</sup> | colo'nus' F<sup>2</sup> 31 competiturum F | ipsumque] ipseque F<sup>2</sup> 32 deieciisse't tunc F<sup>2</sup> 33 probauilem F 34 ul- pianus om. in sp. uac. F<sup>2</sup> 36 pomponius om. in sp. uac. F<sup>2</sup> 37 es] est F<sup>2</sup> | possideret. F

- 15 PAULUS libro tertio decimo ad Sabinum. Si ui me deieceris uel ui aut clam B. 60, 17, 21 S feceris, quamuis sine dolo et culpa amiseris possessionem, tamen damnandus es, quanti mea intersit, quia in eo ipso culpa tua praecessit, quod omnino ui deiecisti aut ui aut clam fecisti. 4
- 16 ULPIANUS libro uicensimo nono ad edictum. In interdicto unde ui dicen- B. 60, 17, 22 S dum est, ut eius causa, quod ad patrem peruenit, ipse teneatur.
- 17 IULIANUS libro quadragesimo octauo digestorum. Qui possessionem ui B. 60, 17, 23 S creptam ui in ipso congressu recipiat, in pristinam causam reueri potius quam ui possidere intellegendus est: ideoque si te deiecero, ilico tu me, deinde ego te, unde ui interdictum tibi utile erit. 10
- 18 PAPINIANUS libro uicensimo sexto quaestionum. Cum fundum qui locauerat B. 60, 17, 24 P uendidisset, iussit emptorem in uacuum possessionem ire, quem colonus intrare prohibuit: postea emptor ui colonum expulit: de interdictis unde ui quaesitum est. placebat colonum interdicto uenditori teneri, quia nihil interesset, ipsum an alium ex uoluntate eius missum intrare prohibuerit: neque enim ante omissam possessionem uideri, quam si tradita fuisset 15 emptori, quia nemo eo animo esset, ut possessionem omitteret propter emptorem, quam emptor adeptus non fuisset. emptorem quoque, qui postea uim adhibuit, et ipsum interdicto colono teneri: non enim ab ipso, sed a uenditore per uim fundum esse possessum, cui<sup>1</sup> possessio easset ablata. quaesitum est, an emptori succurri debeat, si uoluntate uenditoris colonum postea ui expulisset. dixi non esse iuandum, qui mandatum illicitum 20 suscepit. Eum, qui fundum uindicauit ab eo, cum quo interdicto unde ui potuit experiri, pendente iudicio nihilo minus interdicto recte agere placuit.
- 19 TRYPHONINUS libro quinto decimo disputationum. Merito Iulianus respondit, B. 60, 17, 25 P si me de fundo ui deieceris, in quo res mouentes fuerunt, cum mihi interdicto || unde ui f. 239 restituere debeas non solum possessionem soli, sed et ea quae ibi fuerunt, quamquam ego 25 moram fecero, quo minus interdicto te conuenirem, subtractis tamen<sup>2</sup> mortalitate seruis aut pecoribus aliisque rebus casu intercidentibus tuum tamen onus nihilo minus in eis restituendis esse, quia ex ipso tempore delicti plus quam frustrator debitor constitutus es.
- 20 LABEO libro tertio pithanon a Paulo epitomatorum. Si colonus tuus ui de- B. 60, 17, 26 A iectus est, ages unde ui interdicto. idem si inquilinus tuus ui deiectus fuerit. PAULUS: 30 idem dici potest de coloni colono, item inquilini inquilino.

## XVII.

## R UTI POSSIDETIS R

- 1 ULPIANUS libro sexagesimo nono ad edictum. Ait praetor: 'Uti eas aedes, B. 58, 17 n. R quibus de agitur, nec ui nec clam nec precario alter ab altero possidetis, quo minus ita 35 possideatis, uim fieri ueto. de cloacis hoc interdictum non dabo. <sup>3</sup>neque pluris, quam *F(XYMOC)* \*

<sup>1</sup> cuius (= QUI)? <sup>2</sup> tamen] interim? <sup>3</sup> quae sequuntur, uere pertinent non ad interdictum uti possidetis, sed ad edictum de iudicio secutorio (cf. Keller Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss. 11, 307 al.)

1 paulus om. in sp. uac. F<sup>1</sup> 2 est quanti F<sup>1</sup> 3 ui m' aut F<sup>2</sup> 5 ulpianus om. in sp. uac. F<sup>1</sup> | in interdicto unde ... 6 peruenit ipse teneatur] FYMO, in (in om. C) interdicto unde ui uti potes si a filio familias ui (ut X<sup>c</sup>) deiectus es ut (aut C) eius causa ... teneatur XC, in interdicto unde ui deiectus es in eius causa ... teneatur Y<sup>c</sup>: ει βίαν ποιήσω, και ο πατήρ μου εις τὸ περιελάβον ἐνάγεται B (Anon.), quo quamquam satis ostenditur Graecos id ipsum legisse quod est in libro Florentino, tamen cum non is teneatur traditum sit, sed ipse teneatur neque id referri possit nisi ad filium, omnino male contraxerunt compilatores quae ex-

posuit Ulpianus tractans hoc loco de obligationibus filii familias, quatenus inde in ipsum patrem actio daretur, scilicet deiecto possessore a filio familias propter id quod ex eo ad patrem peruenisset tam patrem quam filium teneri: cf. Savigny Besitz ed. 7 p. 443. 704 7 iulianus om. in sp. uac. F<sup>1</sup> 9 te 'ui' deiecero F<sup>2</sup> 11 papinianus om. in sp. uac. F<sup>2</sup> 12 uaquam F 13 de om. F<sup>1</sup>: περι τοῦ οὐδαε βι ἰντερδικτοῦ BS 15 prohibuerint F<sup>1</sup> 22 nihil h'o minus F<sup>1</sup> 23 tryphoninus om. in sp. uac. F<sup>1</sup> 27 tamen h'onus F<sup>2</sup> 28 es] est F: πλέον χρεωστείς τοῦ μόραν ποιούντος δεβίτωρος BS 35 praecario F

'quanti res erit: intra annum, quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittam'.

- 1 Hoc interdictum de soli possessore<sup>1</sup> scriptum est, quem potioem praetor in soli possessione  
 2 habeat, et est prohibitorium ad retinendam possessionem. Huius autem interdicti propo-  
 nendi causa haec fuit, quod separata esse debet possessio a proprietate: fieri etenim potest,  
 ut alter possessor sit, dominus non sit, alter dominus quidem sit, possessor uero non sit: 5  
 3 fieri potest, ut et possessor idem et dominus sit. Inter litigatores ergo quotiens est pro-  
 prietatis controuersia, aut conuenit inter litigatores, uter possessor sit, uter petitor, aut non  
 conuenit, si conuenit, absolutum est: ille possessoris commodo, quem conuenit possidere,  
 ille<sup>2</sup> petitoris onere fungetur. sed si inter ipsos contendatur, uter possideat, quia alteruter  
 se magis possidere adfirmat, tunc, si res soli sit, in<sup>3</sup> cuius possessione contenditur, ad hoc 10  
 4 interdictum remittitur. Est igitur hoc interdictum, quod uolgo uti possidetis appellatur,  
 retinendae possessionis (nam huius rei causa redditur, ne uis fiat ei qui possidet) et con-  
 sequenter proponitur post interdictum unde ui. illud enim restituit ui amissam possessio-  
 nem, hoc interdictum tuetur, ne amittatur possessio, denique praetor<sup>4</sup> possidenti uim fieri  
 uetat: et illud quidem interdictum obpugnat possessorem, hoc tuetur. et ut Peditus ait, 15  
 omnis de possessione controuersia aut eo pertinet, ut, quod non possidemus, nobis resti-  
 tuatur, aut ad hoc, ut retinere nobis liceat quod possidemus. restitutae possessionis ordo  
 aut interdicto expeditur aut per actionem: retinendae itaque possessionis duplex uia est,  
 5 aut exceptio aut interdictum. exceptio datur ex multis causis ei qui possidet. Perpetuo  
 autem hoc interdicto insunt haec: 'quod nec ui nec clam nec precario ab illo possides'<sup>5</sup>. 20  
 6 Interdictum autem possessorem praedii tuetur, quod est uti possidetis. actio enim num-  
 7 quam ultro possessori datur, quippe sufficit ei quod possideat. Hoc interdictum locum  
 habet, siue quis totum fundum possidere se dicat, siue pro certa parte, siue pro indiuiso  
 8 possideat. Hoc interdictum in omnibus etiam possessionibus, quae sunt soli, sine dubio  
 9 locum habebit, dummodo possideri possit. Quod ait praetor in interdicto: 'nec ui nec clam 25  
 'nec precario alter ab altero possidetis', hoc eo pertinet, ut, si quis possidet ui aut clam  
 aut precario, si quidem ab alio, prosit ei possessio, si uero ab aduersario suo, non debeat  
 eum propter hoc quod ab eo possidet uincere: has enim possessiones non debere proficere  
 palam est. 30

2 PAULUS libro sexagesimo quinto ad edictum. Iusta enim an iniusta aduer- [B. 58, 17, 1] E  
 sus ceteros possessio sit, in hoc interdicto nihil || refert: qualiscumque enim possessor hoc f. 289'  
 ipso, quod possessor est, plus iuris habet quam ille qui non possidet.

- 3 ULPIANUS libro sexagesimo nono ad edictum. Si duo pos- [B. 58, 17, 1. BS. 18, 1, 5 sch. 29] E  
 sideant in solidum, uideamus, quid sit dicendum. quod qualiter procedat, tractemus, si quis  
 proponeret possessionem iustam et iniustam. ego possideo ex iusta causa, tu ui aut clam: 35  
 si a me possides, superior sum interdicto, si uero non a me, neuter nostrum uincetur: nam  
 1 et tu possides et ego. Hoc interdictum duplex est et hi, quibus competit, et actores et [BS]  
 2 rei sunt. Hoc interdictum sufficit ei, qui aedificare in suo prohibetur: etenim uideris mihi  
 3 possessionis controuersiam facere, qui prohibes me uti mea possessione. Cum inquilinus  
 dominum aedes reficere uolentem prohiberet, aequae competere interdictum uti possidetis 40  
 4 placuit testarique dominum non prohibere inquilinum, ne habitaret, sed ne possideret. Item  
 uideamus, si auctor uicini tui ex fundo tuo uites in suas arbores transduxit, quid iuris sit.  
 et ait Pomponius posse te ei denuntiare et uites praecidere, idque et Labeo scribit, aut  
 uti eum debere<sup>6</sup> interdicto uti possidetis de eo loco, quo radices continentur uitium: nam  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> de soli possessore] de eo?    <sup>2</sup> quem conuenit non possidere *ins.*    <sup>3</sup> in] de (*edd.*)?  
<sup>4</sup> hoc interdicto, ne amittatur possessio, praetor (*del. tuetur et denique*)?    <sup>5</sup> §§ 4. 6 *conti-*  
*nuandas eiecta* § 5 *collocata loco non suo*    <sup>6</sup> eum debere *del. (similiter Pothier)*

1 permittat F<sup>1</sup> 3 habe'b'at F<sup>2</sup> 4 propri'a'e-  
 tate F<sup>2</sup> 5 uero non sit fieri potest ut et  
 possessor *om.* F<sup>2</sup> 6 propri'a'etatis F<sup>2</sup> 12 ei]  
 et F<sup>1</sup> 13 restitui F 16 eo] 'ag'o (*sic*) F<sup>1</sup>  
 20 pr'a'ecario F<sup>2</sup> 22 sufficit'at F<sup>2</sup> 25 ha-

benit F<sup>1</sup> 26 pr'a'ecario F<sup>2</sup> 28 uin'd'cere F<sup>2</sup>  
 30 edicto F<sup>2</sup> 35 proponeret F<sup>1</sup> 36 non  
 a 'ne' me neutrum F<sup>2</sup>: οὐδεις ἠπτάται BS,  
 οὐδεις ἡμῶν ἠπτάται τῷ ἄλλῳ B 37 actoris F<sup>2</sup>  
 42 arbores] eruores F<sup>1</sup> 43 ei] ti F<sup>1</sup>

si tibi nim fecerit, quo minus eas uites uel praecidas uel transducas, uim tibi facere uideatur, quo minus possideas: etenim qui colere fundum prohibetur, possidere prohibetur, 5 inquit Pomponius. Item uideamus, si proiectio supra uicini solum non iure haberi dicatur, an interdictum uti possidetis sit utile alteri aduersus alterum. et est apud Cassium relatum 6 utriusque esse inutile<sup>1</sup>, quia alter solum possidet, alter cum aedibus superficiem. Labeo quoque scribit: ex aedibus meis in aedes tuas proiectum habeo: interdictis mecum, si eum locum possideamus, qui proiecto tegetur<sup>2</sup>. an, quo facilius possim retinere possessionem eius proiectionis, interdico tecum sic 'uti nunc possidetis eas aedes, ex quibus proiectus 7 'est'? Sed si supra aedes, quas possideo, cenaculum sit, in quo alius quasi dominus moretur, interdicto uti possidetis me uti posse Labeo ait, non eum qui in cenaculo moratur: 10 semper enim superficiem solo cedere. plane si cenaculum ex publico aditum habeat, ait Labeo uideri non ab eo aedes possideri, qui κρύπτας possideret, sed ab eo, cuius aedes supra κρύπτας essent. uerum est hoc in eo, qui aditum ex publico habuit: ceterum superficiarii<sup>3</sup> proprio interdicto et actionibus a praetore utetur. dominus autem soli tam aduersus alium quam aduersus superficiarium potior erit interdicto uti possidetis: sed praetor superficiarium tuebitur secundum legem locationis: et ita Pomponius quoque probat. Creditores 15 missos in possessionem rei seruandae causa interdicto uti possidetis uti non posse, et merito, quia non possident: idemque et in ceteris omnibus, qui custodiae causa missi sunt in possessionem, dicendum est. Si uicinus meus in parte in pariete meo tectoria habeat et in 9 parte sua, 'uti possidetis' mihi efficax est ut ea tollere compellatur. Non uideo ut possidere, qui ab eo, quem scirem uti in possessionem esse, fundum accipiam. In hoc interdicto condemnationis summa refertur ad rei ipsius aestimationem. 'quanti res est' sic accipimus 'quanti uniuscuiusque interest possessionem retinere'. Serui autem sententia est existimantis tanti possessionem aestimandam, quanti ipsa res est: sed hoc nequaquam opinandum est: longe enim aliud est rei pretium, aliud possessionis. 25

4 IDEM libro septuagensimo ad edictum. In summa puto dicendum et inter B. 58, 17 n. E fructuarios hoc interdictum reddendum: et si alter usum fructum, alter possessionem sibi defendat. idem erit probandum et si usus fructus<sup>4</sup> quis sibi || defendat possessionem, et f. 290 ita Pomponius scribit. perinde et si alter usum, alter fructum sibi tueatur, et his interdictum erit dandum. 30

## XVIII.

### DE SUPERFICIEBUS DE

1 ULPIANUS libro septuagensimo ad edictum. Ait praetor: 'Uti ex lege locationis siue conductionis superficie, qua de agitur, nec ui nec clam nec precario alter ab 34 F(XYMO)

<sup>1</sup> inutile] id utile (*similiter Cuiacius*)? <sup>2</sup> tegitur (*edd.*)? <sup>3</sup> superficiariis (*u. i.*)? <sup>4</sup> idem Graeci (ἡ νομὴν χρήσεως καρπῶν Tip.): fructus del.

1 nim om. F<sup>1</sup> 5 'a'edibus F<sup>2</sup> 6 habeo] f, abeo F 8 proiectionis F<sup>1</sup> | proiectus] F<sup>2</sup> (cf. D. 8, 2, 41, 1), proiectum F<sup>2</sup> 10 moretur F, moraretur f 11 publico] f, publicum F 12 possideret ... 13 κρύπτας om. F<sup>1</sup> 13 superficiarius f 14 utetur] F recte: nam is qui in cenaculo habitat, ad quod aditus ex publico non sit, et habitat quasi dominus, omnino est superficiarius, et recte sic et res et uerba cohaerent, cum legendo utentur numerus mutetur sine idonea ratione. superficiarii proprio interdicto quamquam ferri potest, tamen magis crediderim mutandum esse in superficiariis proprio 17 possidetis F 18 idemque] f, idemque F 19 si uicinus meus in parte in pariete meo tectoria habeat, et in parte sua ... compellatur] si uicinus meus in parte (pariete

fXYMO) meo tectoria (*sic, non tectorio*) habeat et in parte sua (in pariete sua X<sup>a</sup>, in pariete suo fX<sup>2</sup>XYMO) ... compellatur fXYMO: εἰ ὁ γείτων μου ἐν τῷ τοίχῳ μου κονιάματα ἤτοι ζωγραφίας ἔχει, καλῶς κινῶ, ἵνα ταῦτα ἀφέλῃται B (Anon.): sua ne iunge cum parte, sed intellege tectoria parieti uicini ipsius imposita 21 in possessione f 26 summo F<sup>2</sup> 27 sibi] f, siui F 32 de superficie] ind. F 33 u' m' ti F<sup>2</sup> 34 siue conductionis] ne muta: superficiem enim ex locatione originem ducera cum alia declarant tum quae leguntur p. 590, 16. p. 591, 6. 13. 14. 27 et quamquam etiam emptione eam constitui posse placuit uel potius eiusmodi negotio, quod et emptionem et locationem in se contineat, tamen uis credible est eius in ipso edicto mentionem factam esse

'altero fruimini', quo minus fruamini, uim fieri ueto. si qua alia actio de superficie postu-  
 1 labitur, causa cognita dabo'. Qui superficiem in alieno solo habet, ciuili actione subnixus  
 est: nam si conduxit superficiem, ex conducto, si emit, ex empto agere cum domino soli  
 potest. enim<sup>2</sup> si ipse eum prohibeat, quod interest agendo consequetur: sin autem ab alio  
 prohibeatur, praestare ei actiones suas debet dominus et cedere. sed longe utile uisum<sup>5</sup>  
 est, quia et incertum erat, an locati existeret, et quia melius est possidere potius quam in  
 2 personam experiri, hoc interdictum proponere et quasi in rem actionem polliceri. Propo-  
 nitur autem interdictum duplex exemplo interdicti uti possidetis. tuetur itaque praetor eum,  
 qui superficiem petit, ueluti *uti possidetis* interdicto, neque exigit ab eo, quam causam possi-  
 dendam habeat: unum tantum requirit, num forte ui clam precario *ab* aduersario possideat.<sup>10</sup>  
 3 omnia quoque, quae in uti possidetis interdicto seruantur, hic quoque seruabuntur. Quod  
 ait praetor 'si actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo', sic intellegendum est,  
 ut, si ad tempus quis superficiem conduxerit, negetur ei in rem actio. et<sup>3</sup> sane causa  
 cognita ei, qui non ad modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio competet.  
 4 Is autem, in cuius solo superficies est, utique non indiget utili actione, sed habet in rem,<sup>15</sup>  
 qualem habet de solo. plane si aduersus superficiarium uelit uindicare, dicendum est ex-  
 ceptione utendum in factum data: nam cui damus actionem, eidem et ex- [D. 50, 17, 156, 1  
 5 ceptionem competere multo magis quis dixerit. Si soli possessori superficies euincatur, [D]  
 aequissimum erit subuenire ei uel ex stipulatu de euictione uel certa ex empto actione.  
 6 Quia autem etiam in rem actio de superficie dabitur, petitori<sup>4</sup> quoque in superficiem dari<sup>20</sup>  
 et quasi usum fructum siue usum quendam eius esse et constitui posse per utiles actiones  
 7 credendum est. Sed et tradi posse intellegendum est, ut et legari et donari possit. Et  
 8 si duobus sit communis, etiam utile communi diuidendo iudicium dabimus. Seruitutes  
 quoque praetorio iure constituentur et ipsae ad exemplum earum, quae ipso iure consti-  
 tutae sunt, utilibus actionibus petentur: sed et interdictum de his utile competet.<sup>25</sup>  
 9 GAIUS libro uicensimo quinto ad edictum prouinciale. Superficiarias aedes [B. 53, 18 n. E  
 10 appellamus, quae in conducto solo positae sunt: quarum proprietates et ciuili et naturali  
 iure eius est, cuius et<sup>5</sup> solum.

## XVIII.

## R. DE ITINERE ACTUQUE PRIUATO R

29

EA

1 ULPIANUS libro septuagensimo ad edictum. Praetor ait: 'Quo itinere actuque priuato<sup>6</sup>, E -  
 'quo de agitur, uel uia<sup>7</sup> hoc anno nec ui nec clam nec precario ab illo usus es, quo minus  
 1 ita utaris, uim fieri ueto'. Hoc interdictum prohibitorium est, pertinens ad tuendas rusti-  
 2 cas tantummodo seruitutes. Hoc interdicto praetor non inquit, utrum habuit iure serui-  
 tatem impositam a non, sed hoc tantum, an itinere actuque hoc anno usus sit non ui non<sup>35</sup>  
 clam non precario, et tuetur eum, licet eo tempore, quo interdictum redditur, usus non sit.  
 sine igitur habuit || ius uiae siue non habuit, in ea condicione est, ut ad tuitionem prae- f. 290<sup>o</sup>  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> fruimini (edd.: cf. Schmidt Int. p. 77)? <sup>2</sup> enim] et ita? <sup>3</sup> et del. <sup>4</sup> petitori] creditori (Keller et Fitting, similiterque Faber)? <sup>5</sup> est (Krueger)? <sup>6</sup> priuato del. (u. i.) <sup>7</sup> uel uia del. (u. i.)

1 fruamini uim F<sup>2</sup> 2 qui om. F<sup>1</sup> 4 enim si] F, etenim si XO, si enim YMC 9 uti om. F | cau'ram F<sup>2</sup> 10 ab om. F 11 quae] quare uel quare F<sup>1</sup> 12 superfici'e F<sup>2</sup> 13 sane] sine F<sup>2</sup> 16 de] se F<sup>2</sup> 20 superfici'e F<sup>2</sup> 25 competet errore Taur. 26 gais om. in sp. uac. F<sup>1</sup> 27 sint errore Taur. | propri'aetas F<sup>2</sup> 30 rubr. om. F<sup>1</sup> 31 ulpianus om. in sp. uac. F<sup>1</sup> | actu'que' F<sup>2</sup> | priuato] hoc uocabulum quamquam adicitur ei in rubrica et alibi (D. 43, 1, 2, 2), ut facilius distingua- tur hoc interdictum ab altero de uia publica

itinereue publico, tamen frequentius omittitur (p. 593, 27. 594, 32. 596, 12. 597, 23). neque locus ei est in ipso edicto, cum quaecumque ibi enuntiantur ad priuatos pertinentia, nude enuntiantur: secus est in publicis 32 uel uia] haec uerba spuria esse intellegitur cum ex eo, quod leguntur loco non suo (nam et iungenda erat uia cum itinere actuque et formula quo de agitur sua natura claudit rerum de quibus agitur recensum) tum ex commentario, maxime p. 592, 5 | praecario F | es] est F 36 pra'e- cario F<sup>2</sup>

toris pertineat, si modo<sup>1</sup> anno usus est uel modico tempore, id est non minus quam  
 3 ginta diebus. neque ad praesens tempus refertur usus, quia plerumque itineribus uel  
 non semper<sup>2</sup> utimur, nisi cum usus exegerit ita<sup>3</sup>. Anni temporis spatio conclusit  
 4 annum ex die interdicti<sup>4</sup> retrorsum computare debemus. Si quis hoc interdicto utatur,  
 5 facit alterutrum probare uel iter uel actum in usu habuisse. Iulianus ait, quoad usque  
 6 gressus est, eo usque ei interdictum competere: quod uerum est. Uiuia- [B. t. 5 p. 203 n. H. m. b.]  
 nus recte ait eum, qui propter incommoditatem rui aut propterea, quia uia publica in-  
 7 rupta erat, per proximi uicini agrum iter fecerit, quamuis id frequenter fecit, non uideri  
 omnino usum, itaque inutile esse interdictum, non quasi precario usum, sed quasi nec usum<sup>5</sup>.  
 ergo secundum hoc neutro usus uidetur: multo enim minus illo usus est, per quem non  
 8 iuit propter incommoditatem rui aut propterea, quia uia praerupta<sup>6</sup> erat. idem erit dicen-  
 dum et si non erat uia publica, sed iter priuatum: nam et hic eadem quaestio est<sup>7</sup>. Is  
 9 cuius colonus aut hospes aut quis alius iter ad fundum fecit, usus uidetur itinere uel actu  
 uel uia, et idcirco interdictum habebit: et haec ita Pedius scribit et adicit etiamsi igno-  
 8 rauit, cuius fundus esset, per quem iret, retinere eum seruitutem. Si quis autem, cum  
 9 putaret fundum ad se pertinere, suo nomine iter fecerit amicus meus<sup>8</sup>, utique sibi, non  
 mihi interdictum adquisisse intellegitur. Si quis propter inundationem usus non sit itinere  
 10 actusque hoc anno, cum superiore usus sit, potest repetita die hoc interdicto uti per in-  
 tegrum restitutionem ex illa parte 'si qua mihi iusta causa esse uidebitur'. sed et si per  
 uim hoc ei contigerit, in integrum eum restitui oportere Marcellus probat. praeterea et  
 11 aliis casibus interdictum repetita die competit, in quibus in integrum quis restitutionem  
 impetrare solet. Praeterea sciendum est, si dilatione data aduersario futurum est, ut causa  
 12 interdicti mei deterior fiat, aequissimum esse repetita die reddi interdictum. Si tibi fun-  
 dum precario concessero, cui uia debebatur, deinde tu a domino fundi precario rogaueris,  
 ut ea uia ad eum fundum utaris: an noceat tibi exceptio, si aduersus eum uelis interdicere,  
 13 a quo precario uiam rogasti? et magis est, ut noceat, idque colligi potest ex eo, quod  
 Iulianus scribit in specie huiusmodi. quaerit enim, si ego tibi fundum precario dederam, cui  
 uia debebatur, et tu rogaueris precario, ut ea uia utaris: nihilo minus utile interdictum  
 mihi esse, quia, sicuti me precarium rei meae non tenet, ita nec per te precario possidere  
 intellegor: quotiens enim colonus meus aut is, cui precario fundum dedi, uia utitur, ego  
 14 ire intellegor, propter quod et recte dico me itinere usum. quae ratio, inquit, efficit, ut  
 et, si ego uiam precario rogauero et tibi fundum precario dederam, quamuis hac mente  
 ieris, quasi fundo meo deberetur, inutile esset interdictum et precario eo itinere usus esse  
 15 uidear, non immerito: non enim opinio tua, sed mea quaerenda est. tu tamen, credo,  
 16 poteris interdicto uti, etsi de hoc nihil scribat Iulianus. Si quis supra dicto tempore anni  
 non ui non clam non precario itinere usus sit, uerum postea non sit<sup>9</sup> usus, sed clam  
 precario, uidendum est, an ei noceat. et magis est, ut nihil ei noceat, quod attinet  
 17 ad  
 18 interdictum:  
 2 PAULUS libro sexagesimo sexto ad edictum. nec enim corrumpi aut mutari, | quod  
 recte transactum est, superueniente delicto potest.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> hoc ins. (edd.)    <sup>2</sup> semper del.    <sup>3</sup> ita del. (litteris male geminatis)    <sup>4</sup> editi ins. (Schmid Int. p. 116: cf. D. 43, 26, 8, 4)    <sup>5</sup> non quasi precario uso, sed quasi nec uso?    <sup>6</sup> inter-  
 rupta (ἰσχυρὰ = φραγὰ: edd.)?    <sup>7</sup> inuertenda haec sic: idem erit dicendum ... quaestio  
 ergo secundum hoc ... uia interrupta erat    <sup>8</sup> amicus meus del.    <sup>9</sup> non ins. (u. i.  
 et cf. l. 6 h. t.)?

2 itineribus F<sup>2</sup>    8 inter F<sup>2</sup>    10 hoc  
 neutro] f, nec utro (om. hoc) F    11 iuit]  
 sit F<sup>2</sup>    17 itinere F<sup>2</sup>    19 qua mihi iusta]  
 quamin h'ista F<sup>2</sup>: cf. D. 4, 6, 1 fm.    24 fundi  
 pr'aecario dominis rogaueris F<sup>2</sup>    26 pr'a'e-  
 cario F<sup>2</sup>    29 pr'aecario F<sup>2</sup>    31 ut 'et' F<sup>2</sup>  
 33 ieris] sic nec quicquam em. F | esset] edd.,

esse F    36 ui no'n' F<sup>2</sup> | pr'aecario F<sup>2</sup> /  
 uerum postea non sit usus sed clam preca-  
 rious] μετὰ δὲ ταῦτα (χρησόμεναι) λάθρᾳ ἢ πα-  
 ρακλήσει B (Typic.): unde hoc certe apparet  
 Graecos non legisse uocabulum ui    39 paulus  
 om. in sp. uac. F<sup>2</sup>

3 ULPIANUS libro septuagensimo ad edictum. Inde etiam illud Labeo scribit: [B. t. 5 p. 203] E  
 si, cum a me recte uia uteraris, fundum uendidero, per quem uteraris, deinde emptor te  
 prohibuit: licet clam uidearis ab eo uti (nam qui prohibitus utitur, clam utitur), tamen  
 interdictum tibi competere intra annum, quia hoc anno non ui non clam non precario usus  
 1 es. Item sciendum est non tantum eum clam uia uti, qui ipse prohibitus utitur, uerum 5  
 eum quoque, per quem quis id ius retinebat, si eo prohibito, per quem retinebat, utatur<sup>1</sup>.  
 2 plane si ignorauit prohibito et perseuero uti, nihil mihi nocere dicendum est. Si quis ab  
 auctore meo ui aut clam aut precario usus est, recte a me uia uti prohibetur et inter-  
 dictum ei inutile est, quia a me uidetur ui uel clam uel precario possidere, qui ab auctore  
 meo nitiose possidet. nam et Peditus scribit, si ui aut clam aut precario ab eo sit usus, 10  
 in cuius locum hereditate uel emptione alioque quo iure successi, idem esse dicendum:  
 cum enim successerit quis in locum eorum<sup>2</sup>, aequum non est nos noceri [D. 50, 17, 156, 2]  
 3 hoc, quod aduersus eum non nocuit, in cuius locum successimus. In hoc interdicto [(D)  
 4 examinatur, quanti eius interesset uia non prohiberi siue itinere. Uti uidemur seruitutibus  
 etiam per seruos uel colonos uel amicos uel etiam hospites et fere per eos omnes, qui 15  
 nobis retinent seruitutes: sed enim per fructuarium quidem seruitus retinetur<sup>3</sup>, per fructua-  
 5 rium autem interdictum hoc domino non competere Iulianus ait. Idem Iulianus scribit, si  
 meus usus fructus in fundo tuo, proprietate uero tua<sup>4</sup> fuerit et uterque nostrum per uicini  
 fundum ierit, utile interdictum de itinere nos habere: et siue forte ab extraneo fructuarium  
 prohibeatur, siue etiam a domino, sed et si dominus a fructuario, competet: nam et si qui- 20  
 6 libet prohibeat ire, interdictum aduersus eum competit. Hoc interdictum et ei competit,  
 7 qui donationis causa fundi uacuum possessionem adeptus est. Si quis ex mandatu meo  
 fundum emerit, aequissimum est mihi hoc interdictum dari 'ut ille usus est' qui mandatu  
 8 meo emit. Sed et si quis usum fructum emit uel usum uel cui legatus est et traditus,  
 9 uti hoc interdicto poterit. Hoc amplius et is, cui dotis causa fundus traditus est, experiri 25  
 10 hoc interdicto poterit. Et generaliter ex omnibus causis, quae instar habent uenditionis  
 11 uel alterius contractus, dicendum est hoc interdicto locum fore. Ait praetor: 'Quo itinere  
 actuque hoc anno non ui non clam non precario ab alio<sup>5</sup> usus es, quo minus id iter actum-  
 que, ut tibi ius esset<sup>6</sup>, reficias, uim fieri ueto. qui hoc interdicto uti uolet, is aduersario  
 12 'damni infecti, quod per eius<sup>7</sup> uitium datum sit, caueat'. Utilitas suadet hoc quoque inter- 30  
 dictum proponere: namque consequens erat<sup>8</sup> eum qui itinere utitur interdictum proponere,  
 ut refici iter possit: quemadmodum enim alias uti potest itinere uel actu commode, quam  
 13 si refecerit? corrupto enim itinere minus commode frui<sup>9</sup> aut agi potest. Hoc autem a  
 superiori distat, quod illo quidem interdicto omnes uti possunt, qui hoc anno usi sunt: hoc  
 autem interdicto eum demum uti posse, qui hoc anno usus est et ius sibi esse reficiendi 35  
 oporteat<sup>10</sup>. ius autem esse uidetur ei, cui seruitus debetur. itaque qui hoc interdicto utitur,  
 duas res debet docere, et hoc anno se usum et ei seruitutem competere: ceterum si desit  
 alterutrum, deficit interdictum, nec immerito. qui enim uult ire agere, tantisper, quoad de  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> eum quoque, qui per quem id ius retinebat eo prohibito utatur? <sup>2</sup> idem esse dicen-  
 dum cum enim successerit quis in locum eorum del. <sup>3</sup> sed enim per fructuarium quidem  
 seruitus retinetur del. <sup>4</sup> proprietate uero tua del. <sup>5</sup> alio illo (Schulting)? <sup>6</sup> esset] est  
 (u. p. 594, 6)? <sup>7</sup> operis ins. (cf. l. 5 § 4 h. t. et D. 43, 20, 1, 20) <sup>8</sup> ad tuendum ins.  
<sup>9</sup> frui] iri? <sup>10</sup> oporteat] docet apparet?

2 uia uteraris] uias uteraris F<sup>1</sup> | uteruaris F<sup>2</sup>  
 3 ab eo] adeo F<sup>1</sup> 5 itum F<sup>2</sup> 6 id] ad F<sup>1</sup>  
 7 ab auctore meo] sic XYMOG cum B: ἐὰν  
 ἀγοράσας παρὰ σοῦ ἢ κληρονομήσας σε ἢ ἄλλως  
 διαδέξωμαι, ὁ πρὸς σε λάθρα ἢ βία ἢ παρακλήσει  
 χρῆσάμενος καὶ παρ' ἐμοῦ καλῶς κωλύεται (Tip.),  
 ab actore meo X, quae lectio licet nullis pro-  
 bata ne ferri quidem potest, nam etsi seruus per-  
 misit, tamen qui sic utitur, utitur a domino, non  
 a seruo 9 ab actore meo X 10 h'abeo F<sup>4</sup>

12 aequum non est nos noceri (nocere f)  
 hoc] non est aequum ei nocere hoc D. l. gem.  
 interpolato: noceri aliquem Ulpiani aetate non  
 rarum 14 interesse errore Taur. 18 prop-  
 ri'etas F<sup>2</sup> 19 itine'nre F<sup>4</sup> 22 qui] quo  
 F<sup>2</sup> | possessiones F<sup>1</sup> | e's't F<sup>2</sup> 26 habe'n't F<sup>2</sup>  
 27 uel] XYMOG, uel ex F | qui itinere F  
 28 actu m'que hoc F<sup>2</sup> | es] est F 31 conse-  
 que'ns F<sup>2</sup> | eum] F, ei XYMOG 34 supe-  
 rio'ri F<sup>2</sup> 37 desit F



- seruitute constet, non debet de iure suo docere: quid enim perdit, qui | eum patitur hoc f. —  
facere, qui<sup>1</sup> hoc anno fecit? ennuero qui uult reficere, aliquid noui facit neque debet ei  
14 in alieno permitti id moliri, nisi uere habet seruitutem. Fieri autem<sup>2</sup> potest, ut qui ius  
eundi habeat et agendi, reficiendi ius non habeat, quia in seruitute constituenda cautum  
sit, ne ei reficiendi ius sit, aut sic, ut, si uelit reficere, usque ad certum modum reficiendi  
ius sit: merito ergo ad refectionem se praetor rettulit: 'ut tibi', inquit, 'ius est, reficias'.  
15 'uti ius est' hoc est sic uti per seruitutem impositam licet. Reficere sic accipimus ad pristi-  
nam formam iter et actum reducere, hoc est ne quis dilatet aut producat aut deprimat  
16 aut exaggeret: aliud est enim reficere, longe aliud facere. Apud Labeonem quaeritur, si  
pontem quis nouum uelit facere uiae muniendae causa, an ei permittatur: et ait permit-  
tendum, quasi pars sit refectionis huiusmodi munitio. et ego puto ueram Labeonis senten-  
tiam, si modo sine hoc commeari non possit.
- 4 UENULEIUS libro primo interdictionum. Ueteres nominatim adiciebant, ut ea [B. t. 5 p. 203  
quoque, quae ad refectionem utilia essent, adportanti uis non fieret: quod superuacuum  
est, quoniam qui adportari non patitur ea, sine quibus refici iter non possit, uim facere  
1 uidetur, quo minus reficiatur. Si quis autem, cum posset compendiarie adportare, quae  
refectioni necessaria sunt longiori itinere uelit adportare, ut deteriore causam eundi<sup>3</sup> fa-  
ciat, impune ei uis fiet, quia ipse sibi impedimento sit, quo minus reficiat.
- 5 ULPIANUS libro uicensimo<sup>4</sup> ad edictum. Apparet ergo eum, qui non patitur haec con-  
1 geri, uim facere, quo minus quis perficiat<sup>5</sup>. Plane si quis, cum posset alia parte agri sine  
incommodo domini fundi impensam adportare, id egit, ut alia parte adportet, impune ei  
2 uim fieri recte placuit. Hoc interdictum non solum ipsi, uerum successoribus [B. t. 5 p. 203  
3 quoque esse dandum non est ambigendum: emptori quoque dabitur et in emptorem. Si  
quis seruitutem iure impositam non habeat, habeat autem uelut longae possessionis prae-  
4 rogatiuam ex eo, quod diu usus est seruitute, interdicto hoc uti potest. Qui hoc inter- (B)  
dicto usus est, de uitio operis cauere aduersario debet.
- 6 PAULUS libro sexagesimo sexto ad edictum. Sicut non nocet ei, qui sine [B. t. 5 p. 203  
uitio usus est, quod eodem anno uitiose usus est, ita emptori heredique non nocebit, quod  
ipsi uitiose usi sunt, si testator uenditorne recte usi sunt.
- 7 CELSUS libro uicensimo quinto digestorum. Si per fundum tuum nec ui [B. t. 5 p. 203  
nec clam nec precario commeauit aliquis, non tamen tanquam id suo iure faceret, sed, si  
prohiberetur, non facturus, inutile est ei interdictum de itinere actuque: nam ut hoc inter-  
dictum competat, ius fundi<sup>6</sup> possediisse oportet.

## XX.

## R DE AQUA COTTIDIANA ET AESTIUA R

- 1 ULPIANUS libro septuagesimo ad edictum. Ait praetor: 'Uti hoc anno aquam, [B. 58, 20, 1  
'qua de agitur, non ui non clam non precario ab illo duxisti, quo minus ita ducas, uim  
1 'feri ueto'. Hoc interdictum prohibitorium et interdum restitutorium est et pertinet (B)  
2 ad aquam cottidianam. Cottidiana autem aqua non illa est, quae cottidie ducitur, sed ea,  
qua quis cottidie possit uti, si uellet: quamquam cottidianam interdum hieme ducere non  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> quod (edd.)? <sup>2</sup> item? <sup>3</sup> fundi? <sup>4</sup> septuagesimo (Galuanus)? <sup>5</sup> reficiat (edd.)? <sup>6</sup> eundi?

1 non debet de] XYMOG, non de F 4 con-  
stituenda m' cautum F<sup>2</sup> 6 refectionem] F<sup>2</sup>,  
re'pp'fictionem F<sup>2</sup> | reficiat F<sup>2</sup> 9 exaggeret]  
edd., exaggeret et F 11 refictionis F<sup>2</sup>  
13 uenuleius om. in sp. uac. F<sup>1</sup> 14 quoque  
'quae' F<sup>2</sup> | refectionem F<sup>2</sup> 16 adpartare quae  
refictioni F<sup>2</sup> 19 ulpianus om. in sp. uac. F<sup>1</sup>  
21 impune t' ei F<sup>2</sup> 22 re'licte F<sup>2</sup> | placu'it F<sup>2</sup>  
23 in emptorem] F<sup>2</sup>, imperatorem F<sup>1</sup> 24 ser-

uituter F<sup>1</sup> | habeat 'habeat' autem F<sup>2</sup> 27 pau-  
lus om. in sp. uac. F<sup>1</sup> 28 u'sus F<sup>2</sup> | nocuit F<sup>1</sup>  
30 celsus om. in sp. uac. F<sup>1</sup> 31 pr'a'ecario F<sup>2</sup>  
33 ius fundi] idem Graeci: οὐ γὰρ ἔχω τὴν δι-  
καίον ἐν τῷ ἀρπῶ κοῦ B (Tipuc.) 35 rubr.  
et 36 ulpianus om. in sp. uac. F<sup>1</sup> 37 pr'a'e-  
cario F<sup>2</sup> 38 hoc ante interdum add., mos  
del. F<sup>2</sup> | restitutorium 'et est F<sup>2</sup> 39 aqu'o'a  
non F<sup>2</sup> 40 uti' si F<sup>2</sup>

expediat, etsi possit duci<sup>1</sup>. Duo autem genera sunt aquarum: est cottidiana, est et aestiva. cottidiana ab aestiva usu differt, non iure. cottidiana ea est, quae duci adsidue solet uel aestivo tempore uel hiberno, etiamsi aliquando ducta non est: ea quoque dicitur cottidiana, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est. aestiva autem ea est, qua aestate sola uti<sup>4</sup> expedit, || sicuti dicimus uestimenta aestiva, saltus aestivos, castra aestiva, quibus interdum etiam hieme, plerumque autem aestate utamur. ego puto probandum ex proposito utentis et ex natura locorum aquam aestivam a cottidiana discerni: nam si sit ea aqua, quae perpetuo duci possit, ego tamen aestate sola ea utar, dicendum est hanc aquam esse aestivam: rursum si ea sit aqua, quae non nisi aestate duci possit, aestiva dicitur: et si ea sint loca, quae natura non admittant aquam nisi aestate, dicendum erit recte aestivam<sup>10</sup> dici. Quod autem scriptum est in interdicto: 'uti hoc anno aquam duxisti' hoc est: non cottidie, sed hoc anno uel una die uel nocte. ergo cottidiana quidem aqua alia est, quae cottidie duci possit, uel hieme uel aestate, etsi aliquo momento temporis ducta sit, aestiva ea, quae cottidie quidem duci possit, uel sola aestate, ducatur autem aestate tantum, non et hieme, non quia non possit et hieme, sed quia non solet<sup>2</sup>. Loquitur autem praetor in<sup>15</sup> hoc interdicto de ea aqua sola, quae perennis est: nulla enim alia aqua duci potest, nisi quae perennis est. Quamquam ad perennes aquas dixerimus hoc interdictum pertinere, ad eas tamen perennes pertinet, quae duci possunt. ceterum sunt quaedam, quae, etsi perennes sunt, duci tamen non possunt, ut puta puteales et quae ita sunt summersae, ut defluere extra terram et usui esse non possint. sed huiusmodi aquis, quae duci non pos-<sup>20</sup> sint, haustus seruitus imponi potest. Haec interdicta de aqua, item de fonte ad eam aquam pertinere uidentur, quae a capite ducitur, non aliunde: harum enim aquarum etiam seruitus iure civili constitui potest. Caput aquae illud est, unde aqua nascitur: si ex fonte nascatur, ipse fons: si ex flumine uel lacu, prima incilia uel principia fossarum, quibus aquae ex flumine uel ex lacu in primum riuum compelli solent. plane si aqua sudoribus manando<sup>25</sup> in aliquem primum locum effluere atque ibi apparere incipit, eius hoc caput dicemus, ubi primum emergit. Et qualiter<sup>3</sup> sit constitutum ius aquae, dicendum est hoc interdictum locum habere. Sed etsi iure aqua non debetur alicui, si tamen iure ducere se putauit, cum non in iure, sed in facto errauit, dicendum est eoque iure utimur, ut interdicto hoc uti possit: sufficit enim, si iure se ducere putauit nec ui nec clam nec precario duxit.<sup>30</sup> Illud quaeritur, utrum ea tantum aqua his interdictis contineatur, quae ad agrum irrigandum pertinet, an uero omnis, etiam ea, quae ad usum quoque et commodum nostrum. et hoc iure utimur, ut haec quoque contineatur. propter quod etiam si in urbana praedia quis aquam ducere uelit, hoc interdictum locum habere potest. Praeterea Labeo scribit, etsi quidam ductus aquarum non sit fundi, quia quocumque duci possint, tamen ad hoc inter-<sup>35</sup> dictum pertinere. Idem Labeo scribit, etiamsi praetor hoc interdicto de aquis frigidis sentiat, tamen de calidis aquis interdicta non esse deneganda: namque harum quoque aqua-

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> quam cottidianam ducere non expediat, etsi possit duci (*del. uerbis ex u. 5 adscitis inter-* interdum hieme)? *praeterea § 2 non suo loco legitur et ex alio auctore uidetur deprompta* <sup>2</sup> ergo cottidiana quidem aqua alia (*immo ea*) est (= cottidiana ea est), quae cottidie duci possit (= quae duci adsidue solet) uel hieme uel aestate (= uel aestivo tempore uel hiberno), etsi aliquo momento temporis ducta [*non ins.*] sit (= etiamsi aliquando ducta non est): aestiva ea (= aestiva autem ea est), quae cottidie quidem duci possit (= quae perpetuo duci possit), uel sola aestate (= si ea sit aqua quae non nisi aestate ducatur), ducatur autem aestate tantum, non et hieme, non quia non possit et hieme, sed quia non solet (= ego tamen aestate sola ea utar) *del. utpote excerpta ex § 3 eaque perturbata: in fine scribendum fuit aestiva ea quae uel sola aestate duci possit uel cottidie quidem, ducatur autem* <sup>3</sup> qualiterqualiter (*Hal.: cf. D. 8, 3, 9*)?

1 et 'a'estina F<sup>2</sup> 4 tempore F<sup>2</sup> | 'a'estiua F<sup>2</sup> 5 sicuti dic. F<sup>2</sup> 6 probandum ut ex proposito utentis F<sup>2</sup> 7 cottidiana'm' disc. F<sup>4</sup> | ea 'a'qua F<sup>4</sup> 11 in *del.* F<sup>2</sup> 13 hieme] sieme F<sup>2</sup> 14 ea quae] aqua F<sup>2</sup> 17 quamquam] quamquam autem F<sup>2</sup> | 'a'qua'm' F<sup>4</sup>

18 'et' si F<sup>2</sup> 19 sint duci F<sup>2</sup> 20 qu'a'e F<sup>2</sup> 21 'h'austus F<sup>4</sup> | impuni F<sup>2</sup> | 'a'qua F<sup>2</sup> | aqua'm' F<sup>2</sup> 22 aliund'a'e F<sup>2</sup> 24 quibus aquae] XMC, quibusqu'a'e F<sup>2</sup>, quibus aqua Y, quibus O 25 com'munem' pelli F<sup>4</sup> 30 pr'a'e- cario F<sup>2</sup> 31 'a'qua F<sup>4</sup> 35 sit' no' fundi F<sup>4</sup>

rum usum esse necessarium: nonnumquam enim refrigeratae usum irrigandis agris praestant. his accedit, quod in quibusdam locis et cum calidae sunt, irrigandis tamen agris necessariae sunt, ut Hierapoli: constat enim apud Hierapolitanos in Asia agrum aqua calida rigari. et quamvis ea sit aqua, quae ad rigandos<sup>1</sup> non sit necessaria, tamen nemo ambiget  
 14 his interdictis locum fore. Siue autem intra urbem sit aqua siue extra urbem, hoc<sup>2</sup> inter- 5  
 15 dicto locus erit. Illud tamen hic intellegendum est eodem modo praetorem duci aquam  
 iussisse, quo ducta est hoc anno. proinde neque amplioris || modi, neque alia permississe f. 297  
 potest uideri. quare si alia aqua sit, quam quis uelit ducere, quam hoc anno duxit, uel  
 16 eadem, per aliam tamen regionem uelit ducere, impune ei uis fiet. Illud Labeo [B. 58, 20, 1  
 dicit omnes partes illius fundi, in quem loci<sup>3</sup> aqua ducitur, eiusdem numero esse. ergo et 10  
 si forte actor confinem agrum emerit et ex agro, in quem hoc anno aquam duxerit, postea  
 fundi empti<sup>4</sup> nomine uelit aquam ducere, ita demum eum recte hoc interdicto (ut de itinere  
 actuque) uti putant, ut semel in suum ingressus inde egredi qua uelit possit, nisi ei noci-  
 17 tum sit, ex quo aquam ducit. Item quaeritur, si quis aquae, quam hoc anno ducebat,  
 aliam aquam admiscuerit, an impune prohibeatur. et extat Ofilii<sup>5</sup> sententia existimantis 15  
 recte eum prohiberi, sed eo loci, in quo primum aquam aliam in riuum admittit: et<sup>6</sup> Ofilius  
 in tota aqua recte eum prohiberi ait. ego Ofilio adsentio non posse diuidi, quia non potest  
 18 ita in parte uis fieri, ut non in tota aqua fiat. Trebatius, cum amplior numerus pe- (B)  
 coris ad aquam appelletur, quam debet appellari, posse uniuersum pecus impune prohiberi,  
 quia iunctum pecus ei pecori, cui adpulsus debeatur, totum corrumpat pecoris adpulsum. 20  
 Marcellus autem ait, si quis ius habens pecoris ad aquam appellendi plura pecora adpul-  
 serit, non in omnibus pecoribus eum prohibendum: quod est uerum, quia pecora separari  
 19 possunt. Aristo putat eum demum interdictum hoc habere, qui se putat suo [B. 58, 20 n.  
 20 iure uti, non eum, qui scit se nullum ius habere et utitur. Idem ait eum, qui hoc (B)  
 anno aquam duxerit nec ui nec clam nec precario et eodem anno uitiose usus est, recte 25  
 tamen hoc interdicto usurum: quod referri ad id tempus, quod sine uitio fuerit: esse enim  
 21 uerum hoc anno non ui nec clam nec precario usum. Quaesitum est, si quis ante annum  
 aquam duxit, deinde sequenti tempore, hoc est intra annum, aqua influxerit ipsa sibi me  
 non ducente<sup>7</sup>, an hoc<sup>8</sup> interdicto locus sit. et refert Seuerus Ualerius competere ei hoc  
 interdictum, quasi duxisse uideatur, licet penitus prospicientibus<sup>9</sup> non uidetur iste duxisse. 30  
 22 Item quaesitum est, si quis, dum putat tertio quoque die habere se ius aquae ducendae,  
 duxerit una die, an recte et sine captione possessoris recte<sup>9</sup> duxisse uideatur, ut hoc inter-  
 dictum habeat: ait enim praetor: 'uti hoc anno aquam duxisti' id est alternis diebus<sup>10</sup>. Illud  
 autem nihil interest, utrum quinto die aqua debeatur an alternis diebus an cottidie ei, qui  
 hoc interdicto uti uelit: nam cum sufficiat uel uno die hoc anno aquam duxisse, nihil re- 35  
 fert, qualem aquae ductum habens duxerit: dum, si quis, cum quinto quoque die uteretur,  
 23 quasi alternis diebus ducens interdixerit, nihil ei prodesse uidetur. Praeterea illud scien-  
 dum est, si, cum aquam duxisses, aduersarius te prohibuerit, deinde tu interim ius aquae  
 ducendae amiseris, in restitutionem hoc uenire, ut tibi praestetur per hoc interdictum quod  
 24 amisisti: et hoc uerum puto. Si fundum, ad quem aquam ducebas, uendideris et tradi- 40  
 25 deris, nihilo minus interdictum tibi utile est. Competit hoc interdictum aduersus eum, qui  
 prohibet me aquam ducere, et nihil interest, utrum quis dominium fundi habeat an non.  
 idcircoque is<sup>11</sup> tenetur interdicto: nam et si<sup>12</sup> seruitus coepit aduersus quemuis posse

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> eos ins.    <sup>2</sup> huic (edd.)?    <sup>3</sup> illius fundi loci, in quem?    <sup>4</sup> postea empti fundi?  
<sup>5</sup> Ofilii] immo Seruii uel alius cuiusdam ex antiquis (Gothofredus)    <sup>6</sup> at?    <sup>7</sup> sibimet  
 (u. i.) non ducenti?    <sup>8</sup> perspicientibus (edd.)?    <sup>9</sup> recte del. (Hal.)    <sup>10</sup> id est alternis  
 diebus del. (gl. ad uerb. u. 31 tertio quoque die: Schmidt Interd. p. 66)    <sup>11</sup> idcirco  
 quiuis (Best)?    <sup>12</sup> si del. (similiter Best)

9 eadem] F<sup>1</sup>MC, eandem F<sup>2</sup>XYO | labeo]  
 habeo F<sup>1</sup> 10 umnos F<sup>2</sup> 19 appellari F<sup>1</sup>  
 24 nullum ius habere ... 25 nec ui nec om. F<sup>2</sup>  
 27 pr'aecario F<sup>2</sup> 28 sibi me non ducente] F,

sibimet non ducente Y<sup>2</sup>, sibimet non eo du-  
 cente (durante C) XY<sup>2</sup>MOC 29 hoc] huic f |  
 ei hoc] hoc ei F<sup>1</sup> 30 licet] refert seuerus  
 penitus F<sup>2</sup> 40 a'di'misisti F<sup>2</sup>

- 26 vindicari. Si inter rivales, id est qui per eundem rivum aquam ducunt, sit contentio de aquae usu, utroque suum usum esse contendente, duplex interdictum utriusque competit.
- 27 Labeo putat per hoc interdictum prohiberi quem, ne quid in illo fundo faciat [B. 58, 20, 2] fodiat serat succidat putet aedificet, quare<sup>1</sup> ex re ea aqua, quam ille hoc anno per fundum 4 tuum sine uitio duxit, inquinetur utiatur corrumpatur deteriorue fiat: et similiter de aestiua f. 293
- 28 aqua debere interdici ait. Si quis hoc cesserit, ne liceat sibi aquam quaerere, ea cessio [B]
- 29 valet. Deinde ait praetor: 'Uti priore aestate aquam, qua de agitur, nec ui nec clam nec precario ab illo duxisti, quo minus ita ducas, uim fieri ueto. inter heredes<sup>2</sup> emptores et
- 30 31 bonorum possessores<sup>3</sup> interdicam'. Hoc interdictum de aqua aestiua proponitur. Quia autem diximus aestiuam aquam aliquo distare ab aqua cottidiana, sciendum est etiam inter- 10 dictis distare, quod qui de aqua cottidiana interdicit, ita interdicit: 'uti hoc anno aquam duxisti', at qui de aestiua, sic: 'uti priore aestate', nec immerito: nam quia hieme non
- 32 utitur, referre se non ad praesentem aestatem, sed ad priorem debuit. Aestatem incipere (sic peritiores tradiderunt) ab aequinoctio uerno et finiri aequinoctio autumnali: et ita senis
- 33 mensibus aestas atque hiems diuiditur. Priorem aestatem ex comparatione duarum aesta- 15 tium accipi. Propter hoc, si aestate interdicitur, nonnumquam annum et sex menses continere: quod ita contingit, si initio uerni aequinoctii ducta sit aqua et sequenti aestate pridie aequinoctium autumnale interdicitur: et proinde, si hieme interdicitur, etiam in
- 35 biennium haec res extendetur. Si quis hieme tantum aquam solitus fuit ducere, aestate non fuit solitus, utile interdictum ei competit. Qui hac aestate duxit, non superiore, utile 20
- 37 interdictum habet. Ait praetor: 'inter heredes et emptores et bonorum possessores interdica- m'. haec uerba non solum ad aestiuam aquam, uerum etiam ad cottidianam quoque referenda esse sciendum est: nam sicuti de itinere actuque et successoribus dantur inter-
- 38 dicta et emptori, ita haec quoque danda praetor putauit. Ait praetor: 'Quo ex castello illi aquam ducere ab eo, cui eius rei ius fuit, permissum est, quo minus ita uti permis- 25 sum est ducat, uim fieri ueto. quandoque de opere faciendo interdictum erit, damni in-
- 39 fecti caueri iubebo'. Hoc interdictum necessario propositum est. namque<sup>4</sup> superiora interdicta ad eos pertinent, qui a capite ducunt uel imposita seruitute uel quia putant impositam: aequissimum uisum est ei quoque, qui ex castello ducit, interdictum dari. <sup>5</sup>id
- 40 est ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit. castellum accipe<sup>6</sup>. Si ex castello 30
- 41 permissum est, dandum erit interdictum: Permittitur autem aquam ex castello uel<sup>7</sup> ex riuo uel ex quo alio loco publico ducere. Idque a principe conceditur: alii nulli competit
- 43 ius aquae dandae. Et datur interdum praediis, interdum personis. quod praediis datur, persona extincta non extinguitur: quod datur personis, cum personis amittitur ideoque
- neque ad alium dominum praediorum neque ad heredem uel qualemcumque successorem 35 transit. plane ei, ad quem dominium transit, <sup>8</sup>impetrabile est: nam si docuerit praediis suis aquam debitam, etsi nomine eius fluxisse, a quo dominium ad se transit, indubitate impetrat ius aquae ducendae, nec est hoc beneficium, sed iniuria, si quis forte non im-
- 44 petrauerit. Meminisse autem debemus in hoc interdicto totam quaestionem finiri adsignationis: non enim praeparat hoc interdictum causam, ut superiora interdicta, nec ad pos-
- sessionem temporariam pertinet, sed aut habet ius adsignatum sibi aut non habet, et interdictum<sup>9</sup> totum finitur.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> quare] qua (edd.)? <sup>2</sup> et ins. (cf. u. 21) <sup>3</sup> item similiaue ins. (cf. D. 43, 22, 1 pr.: Schmidt Ins. p. 146) <sup>4</sup> nam quia (edd.)? <sup>5</sup> ex castello ins. <sup>6</sup> castellum accipe del. (van de Water) <sup>7</sup> ex castello uel] et? <sup>8</sup> interdum ins. <sup>9</sup> interdicto (Schulling)?

1 uindicari] que' si F<sup>2</sup> | qui] que F<sup>1</sup> 4 ea 'a'qua F<sup>2</sup> 5 uitietur] quasi esset minuatur uertunt B (Syn.): δι' ὧν τὸ ὕδωρ μολύνεται ἢ ἐλαττοῦται ἢ φθείρεται ἢ χεῖρον γίνεται | currupetur F<sup>2</sup> 7 uti priore] umre F<sup>2</sup> | 'a'estate F<sup>1</sup> 10 aliquo'd distare F<sup>2</sup> 11 uti'n hoc F<sup>2</sup> 14 aequinoctio'r uerno F<sup>2</sup> | sequenoctio F<sup>1</sup>

15 hiem'p's F<sup>2</sup> | comparatione'm duarum F<sup>2</sup> 23 esse] est F<sup>2</sup> | dantur] duntur F<sup>1</sup> | interdicta F<sup>2</sup> 30 ex eo] id eo F<sup>2</sup> 34 extincta persona errora Taur. 35 quale'm'cumque F<sup>21</sup> 36 impetrauile F<sup>2</sup> 37 fluxisse] FX<sup>2</sup>YM, fluxisset X<sup>1</sup>OC

- 2 POMONIUS libro trigensimo secundo ad Sabinum. Si diurnarum aut nocturnarum horarum aquae ductum habeam, non possum alia hora ducere, quam qua ius habeam ducendi.
- 3 IDEM libro trigensimo quarto ad Sabinum. Hoc iure utimur, ut etiam non ad irrigandum, sed pecoris causa uel amoenitatis aqua duci possit. Ex flumine aquam ducere plures res possunt, ita tamen, ut uicinis non noceant, uel, si angustus amnis sit, etiam ei, qui in alia ripa sit. Si aquam ex flumine publico duxeris et flumen recesserit, non potes subsequi flumen, quia ei loco seruitus imposita non sit, quamuis is locus meus sit. sed si alluione paulatim accesserit fundo tuo, subsequi potes, quia locus totus fluminis seruiat ductioni. sed si circumfluere coeperit mutato alueo, non potes, quia medius locus non seruiat interruptaque sit seruitus. Aqua, quae in riuo nascitur, tacite luci fit ab eo qui ducit.
- 4 Ductus aquae, cuius origo memoriam excessit, iure constituti loco habetur. Is, qui aquae cottidianae ius habet, uel fistulam in riuo ponere uel aliud quodlibet facere potest, dummodo ne fundum domino aut aquagium riuolibus deterius faciat. Si aqua ducatur, supra eam alia aqua per pontem, qui supra riuum factus sit, iure ducitur, dum inferiori riuo non noceatur.
- 4 IULIANUS libro quadragesimo primo digestorum. Lucio Titio ex fonte meo ut aquam duceret, cessi: quaesitum est, an et Maenio cedere possim, ut per eundem aquae ductum aquam ducat: et si putaueris posse cedi per eundem aquae ductum duobus, quemadmodum uti debeant. respondit: sicut iter actus uia pluribus cedi uel simul uel separatim potest, ita aquae ducendae ius recte cedetur. sed si inter eos, quibus aqua cessa est, non conuenit, quemadmodum utantur, non erit iniquum utile iudicium reddi, sicut inter eos, ad quos usus fructus pertinet, utile communi diuidendo iudicium reddi plerisque placuit.
- 5 IDEM libro quarto ex Minicio. Cum constet non solum temporibus, sed etiam mensuris posse aquam diuidi, potest eodem tempore alius cottidianam, alius aestiuam aquam ducere, ita ut aestate diuidatur inter eos aqua, hieme solus ducat is qui cottidianae ius habeat.
- 1 Inter duos, qui eodem riuo aquam certis horis separatim ducebant, conuenit, ut permutatis inter se temporibus aqua uterentur: quaero, cum amplius tempore seruitutibus praefinito ita duxissent, ut neuter eorum suo tempore usus esset, num ius utendi amississent. negauit amississe.
- 6 NERATIUS libro tertio membranarum. De interdicto de aqua aestiua, item cottidianae quaerentes primum constituendum existimabamus, quae esset aqua aestiua, de qua proprium interdictum ad prioris aetatis tempus relatum reddi solet, hoc est aestiua aqua utrumne ex iure aestiuo dumtaxat tempore utendi diceretur, an ex mente propositoque ducentis, quod aestate eam ducendi consilium haberet, an ex natura ipsius aquae, quod aestate tantum duci potest, an ex utilitate locorum, in quae duceretur. placebat igitur aquam ob has duas res, naturam suam utilitatemque locorum in quae deducitur, proprie appellari, ita ut, siue eius natura erit, ut nisi aestate duci non possit, etiam hieme quoque desideraretur, siue omni tempore anni duci eam ipsius natura permitteret, si utilitas personis<sup>2</sup>, in quam ducitur, aestate dumtaxat usum eius exigeret, aestiua recte diceretur.
- 7 PAULUS libro quinto sententiarum. Si de uia itinere actu aquae ductu agatur, huiusmodi cautio praestanda est, quamdiu quis de iure suo doceat, non se impediturum agentem et aquam ducentem et iter facientem<sup>3</sup>. quod si neget ius esse aduersario<sup>4</sup> agendi  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> meus] alueus?    <sup>2</sup> personis] regionis (Fuchs krit. Stud. p. 26)?    <sup>3</sup> iter facientem et agentem et aquam ducentem?    <sup>4</sup> eundi ins.

2 aquae ductae um F<sup>1</sup> 5 recoris F<sup>1</sup> 8 loco om. F<sup>1</sup> | loc'us F<sup>1</sup> 11 interruptaque F<sup>2</sup> 12 constituti'o loco F<sup>1</sup> 13 aquae cottidianae ius] aquae cottidianae F, ius aquae cottidianae XYMC, ius cottidianae aquae O | fistulam F<sup>1</sup> 18 doceret F<sup>1</sup> 19 et om. F<sup>1</sup> | aquae ductum] sic sine em. F 20 pluribus

edi F<sup>1</sup>, pluribu cedi (sic) F<sup>2</sup> 26 diuidatur F<sup>2</sup> | .is] his F 33 aetatis F | est om. F<sup>2</sup> 35 ducentis quod] ducentis quae F<sup>2</sup> 38 ita] eta F<sup>1</sup> 40 personis in quam] F, locorum in quae XYM (superscr. personis) OC 41 ai] se F<sup>1</sup> | itinere F<sup>1</sup> 43 et iter facientem] F<sup>2</sup>, et iter faciendum et iter faciendum F<sup>2</sup>

aquae ducendae, <sup>1</sup>cauere sine praedicio amittendae seruitutis debet, donec quaestio finietur, non se usurum.

- 8 SCAEUOLA libro singulari ὄρων. Cui<sup>2</sup> per fundum iter aquae debetur, quacumque uult A  
 ¶ in eo riuum liceat faciat, dum ne aquae ductum interuerteret. f. 294

## XXI.

## R DE RIUIS R

5

EA

- 1 ULPIANUS libro septuagesimo ad edictum. Praetor ait: 'Riuos<sup>3</sup> specus septa reficere E  
 'purgare aquae ducendae causa quo minus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat, quam  
 1 'uti priore aestate<sup>4</sup> non ui non clam non precario a te duxit, uim fieri ueto'. Hoc interd-  
 dictum utilissimum est: nam nisi permittatur alicui reficere, alia ratione usu<sup>5</sup> incommoda- 10  
 2 bitur. Ait ergo praetor 'riuum specus'<sup>6</sup>. riuus est locus per longitudinem depressus, quo  
 3 aqua decurrat, cui nomen est ἀπό τοῦ ρεῖν. Specus autem est locus, ex quo despicitur:  
 4 inde spectacula sunt dicta. Septa sunt, quae ad incile opponuntur aquae deriuandae comp-  
 pellendae ex flumine causa, siue ea lignea sunt siue lapidea siue qualibet alia materia  
 5 sint, ad continendam transmittendamque aquam excogitata. Incile est autem locus de- 15  
 pressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur: inciditur enim uel lapis uel terra,  
 unde primum aqua ex flumine agi possit. sed et fossae et putei hoc interdicto continentur.  
 6 Deinde ait praetor 'reficere purgare'. reficere est quod corruptum est in pri- B. 58, 20 n.  
 stinum statum restaurare. uerbo reficiendi tegere<sup>7</sup> substruere sarcire aedificare, item (B)  
 7 adnehere adportareque ea, quae ad eandem rem opus essent, continentur. Purgandi uer- 20  
 bum plerique quidem putant ad eum riuum pertinere, qui integer est: et<sup>8</sup> palam est et ad  
 eum pertinere, qui refectione indiget: plerumque enim ut refectione, et purgatione indiget.  
 8 'Aquae', inquit, 'ducendae causa'. merito hoc additur, ut ei demum permittatur et reficere  
 9 et purgare riuum, qui aquae ducendae causa id fecit<sup>9</sup>. Hoc interdictum competit etiam ei,  
 qui ius aquae ducendae non habet, si modo aut priore aestate aut eodem anno aquam 25  
 10 duxerit, cum sufficiat non ui non clam non precario duxisse. Si quis terrenum B. 58, 20 n.  
 riuum signinum, id est lapideum facere uelit, uideri eum non recte hoc interdicto uti: non  
 11 enim reficit qui hoc facit: et ita Ofilio uidetur. Proinde et si per alium locum B. 58, 20, 11  
 uelit ducere, impune prohibetur: sed et si eundem riuum deprimat uel adollat aut dilatet  
 uel extendat uel operiat apertum uel contra. ego ceteros quidem impune prohiberi puto: 30  
 at enim eum, qui<sup>10</sup> operiat apertum uel contra, eum non puto prohibendum, nisi si quam  
 maiorem utilitatem suam aduersarius ostendat.
- 2 PAULUS libro sexagesimo sexto ad edictum. Labeo non posse ait ex aperto riuo ter- E  
 renum fieri, quia commodum domino soli auferetur appellendi pecus uel hauriendi aquam:  
 quod sibi non placere Pomponius ait, quia id domino magis ex occasione quam ex iure 35  
 contingeret, nisi si ab initio in imponenda seruitute id actum esset.
- 3 ULPIANUS libro septuagesimo ad edictum. Seruius autem scribit aliter duci aquam, E  
 quae ante per specus ducta est, si nunc per apertum ducatur: nam si operis aliquid<sup>11</sup> faciat  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> hic ins. <sup>2</sup> cuius? <sup>3</sup> riuum (u. 11)? <sup>4</sup> uel, ubi agitur de aqua cottidiana 'uti hoc anno' similiae ins. (cf. u. 25 et p. 601 u. 9) <sup>5</sup> usus (Hal.)? <sup>6</sup> septa ins. (Hal.)  
<sup>7</sup> tergere (u. i.)? <sup>8</sup> et] sed (deti.)? <sup>9</sup> facit? <sup>10</sup> eum qui] cum quis? <sup>11</sup> aliud quid?

1 ducendi F 2 finiatur F<sup>2</sup> 6 de uiris F<sup>1</sup>  
 7 s'e'pecus s'a'apta F<sup>2</sup> 13 dicta's' septa'e'  
 sunt F<sup>2</sup> | quae] qui F<sup>1</sup> 14 lapidea'us' siue F<sup>2</sup>  
 15 transmittendamqu'a'e F<sup>2</sup> 19 tegere huius  
 loco non conuenit, cui non apta est nisi sim-  
 plex reficiendi uocabuli explicatio, omnium autem  
 minime operiendi significatio, quod ipsum num-  
 liceret, antiqui adeo ambigebant (cf. h. l. § 11  
 et l. 2). de tergendis cf. Cato r. r. 2, 4 fossas  
 ueteres tergeri, Colum. 2, 21, 3: fossas uete-

res tergere et purgere, Liu. 39, 44, 5: deter-  
 gendas cloacas locauerunt 20 ea'n'dem F<sup>2</sup>  
 22 reficione (refectione F<sup>2</sup>) indiget plerum-  
 que enim ut bis F<sup>2</sup> | reficione F<sup>2</sup> | indi-  
 gent F 24 quia aquae F 26 pr'a'ecario F<sup>2</sup>  
 27 lapidem F: τὸ γήιον λίθινον (ποιήσαι) B  
 (Tipuc.) 29 ducere' F<sup>5</sup> 30 impone F<sup>2</sup>  
 34 pecus uel auriendi (hauriendi f) suppl. F<sup>2</sup>  
 36 contingere F

quis, quo magis aquam conseruet uel contineat, non impune prohiberi. ego et in specu  
 1 contra, si non maior utilitas uersetur aduersarii. Sernius et Labeo scribunt, si riuum, qui  
 ab initio terrenus fuit, quia aquam non continebat, cementicium uelit facere, audiendum  
 esse: sed et si eum riuum, qui structillis fuit, postea terrenum faciat aut partem riui, aequae  
 2 non esse prohibendum. mihi uidetur arguens et necessaria refectionio esse admittenda. Si  
 quis nouum canalem uel fistulas in riuo uelit collocare, cum id numquam habuerit, utile  
 ei hoc interdictum futurum Labeo ait. nos et hic opinamur utilitatem eius qui ducit sine  
 3 incommoditate eius cuius ager est spectandam. Si aqua in unum lacum conducatur e  
 inde per plures || ductus ducatur, hoc interdictum utile erit uolenti reficere ipsum lacum  
 4 Hoc interdictum ad omnes riuos pertinet, siue in publico siue in priuato sint constituta  
 5 Sed et si calidae aquae riuus sit, de hoc reficiendo competit interdictum. Aristo et d  
 cuniculo restituendo, per quem uapor trahitur, in balneariis uaporibus putat utilem acti  
 7 nem competere: et erit dicendum utile interdictum ex hac causa competere. Idem aute  
 personis et in eadem interdictum hoc datur, quibus et in quas et de aqua interdicta re  
 8 duntur, quae supra sunt enumerata. Si quis riuum reficienti opus nouum nun- B. 58, 20  
 tiat, belle dictum est posse contemni operis noui nuntiationem: cum enim praetor ei (B)  
 uim fieri uetet, absurdum est per operis noui nuntiationem eum impediri. plane per in  
 rem actionem dicendum est posse: <sup>1</sup> aduersus eum uindicari ius ei non esse <sup>2</sup> dabium non  
 9 10 est. De damno quoque infecto cauere eum debere minime dubitari oportet. Si quis eum  
 exportare <sup>3</sup> uehere, quae refectioni necessaria sunt, prohibeat, hoc interdictum ei competere 11  
 Ofilius putat, quod est uerum.

4 UENULEIUS libro primo interdictorum. De riuis reficiendis ita interdicetur, ut non quae  
 ratur, an aquam ducere actori liceret: non enim tam necessariam refectionem itinerum  
 quam riuorum esse, quando non reffectis riuis omnis usus aquae auferretur et homines siti  
 necarentur. et sane aqua peruenire nisi reffecto riuo non potest: at non reffecto itinere  
 difficultas tantum eundi agendique fieret, quae temporibus aestiuis leuior esset.

XXII.

R DE FONTE R

1 ULPIANUS libro septuagensimo ad edictum. Praetor ait: 'Ut i de eo fonte, B. 58, 21, 1 E  
 'quo de agitur, hoc anno aqua nec ui nec clam nec precario ab illo usus es, quo minus 30  
 1 'ita utaris, uim fieri ueto. de lacu puteo piscina item interdica'. Hoc interdictum pro  
 ponitur ei, qui fontana aqua uti prohibetur: seruitutes enim non tantum aquae ducendae  
 esse solent, uerum etiam hauriendae, et sicut discretae sunt seruitutes ductus aquae et  
 2 haustus aquae, ita interdicta separatim redduntur. Hoc autem interdictum locum habet,  
 si quis uti prohibeatur aqua, hoc est siue haurire prohibeatur siue etiam pecus ad aquam  
 3 appellere. Et eadem sunt hic dicenda, quae ad personam attinent, quaecumque in supe  
 4 rioribus interdictis diximus. Hoc interdictum de cisterna non competit: nam cisterna (B)  
 non habet perpetuam causam nec uiuam aquam. ex quo apparet in his omnibus exigen  
 dum, ut uiua aqua sit: cisternae autem imbris concipiuntur. denique constat inte  
 5 dictum cessare, si lacus piscina puteus uiuam aquam non habeat. Plane si quis ire  
 6 haustum prohibeatur, aequae interdictum sufficit. Deinde ait praetor: 'Quo minus fonte

F(XYMOG)

<sup>1</sup> nam posse *ins.*    <sup>2</sup> eum ea portare?

3 quia aquam] *Brenemannus*, qui aquam F |  
 c'aementicium F<sup>2</sup> 4 aequa'e F<sup>2</sup> 5 pro  
 huiendum F<sup>2</sup> | refectionio F<sup>2</sup> (*em. F<sup>2</sup> 1*) 6 ha  
 cuerit F<sup>2</sup> 7 'labeo F<sup>2</sup> 9 plures 'spectand  
 dam' ductus F<sup>2</sup> 12 balneariis F<sup>2</sup> 17 u'im  
 F<sup>2</sup> | fieri uetet absurdum est per (*ante fuit*  
 petir) operis noui nuntiationem eum *add. F<sup>2</sup>*  
 19 infecto F 20 que F | refectioni F<sup>2</sup>, re-

fectione F<sup>2</sup> 22 ita *om. F<sup>2</sup>* 23 refectione  
 24 auferetur F 25 reffecto 'itine' riuo  
 refectionio F<sup>2</sup> 26 esset] *essa F<sup>2</sup>* 30 a  
 F | praecario F 33 aquae et] *edd.* a  
 ex F<sup>2</sup>: αἱ γὰρ δουλείαι οὐ μόνον εἰς τὸ  
 ἕλωρ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἀντλεῖν εἰς B  
 35 'haurire F<sup>2</sup>

'quo de agitur, purges reficias, ut aquam coercere utique ea possis, dum ne aliter utaris, 7 'atque uti hoc anno non ui non clam non precario ab illo usus es, uim fieri ueto'. Hoc interdictum eandem habet utilitatem, quam habet interdictum de riuis reficiendis: nisi 8 enim purgare et reficere fontem licuerit, nullus usus eius erit. Purgandus autem et reficiendus est ad aquam coercendam, ut uti quis aqua possit, dummodo non aliter utatur, 5 9 quam sic uti hoc anno usus est. Coercere aquam est continere sic, ne diffluat, ne dilabatur, dummodo non permittatur cui nouas<sup>1</sup> quaerere uel aperire: hic enim innouat aliquid 10 praeter id<sup>2</sup>, quam praecedenti anno usus est. Sed et de lacu puteo piscina reficiendis 11 purgandis interdictum competit. Et omnibus personis dabitur, quibus permittitur interdictum de aqua aestiua. 10

## XXIII.

## R DE CLOACIS R

EA

1 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Praetor ait: 'Quo minus [B. 58, 22, 1] E 'illi cloacam quae ex aedibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare reficere liceat, 14 1 'uim fieri ue[ll]to. damni infecti, quod operis uitio factum sit, caneri iubebo'. Sub hoc [(B) f. 295] titulo duo interdicta praetor subiecit, unum prohibitorium, alterum restitutorium: et pri- 2 mum prohibitorium. Curauit autem praetor per haec interdicta, ut cloacae et purgentur et reficiantur, quorum utrumque et ad salubritatem ciuitatum et ad tutelam pertinet: nam et caelum pestilens et ruinas minantur immunditiae cloacarum, si non reficiantur. 3 Hoc autem interdictum propositum est de cloacis priuatis: publicae enim cloacae publicam 20 5 curam merentur. Cloaca autem est locus cauus, per quem colluuiis quaedam fluat. Hoc interdictum, quod primum proponitur, prohibitorium est, quo prohibetur uicinus uim facere, 6 quo minus cloaca purgetur et reficiatur. Cloacae appellatione et tubus et fistula conti- 7 netur. Quia autem cloacarum refectio et purgatio ad publicam utilitatem spectare uidetur, ideo placuit non esse in interdicto addendum 'quod non ui non clam non precario ab 25 'illo usus<sup>3</sup>', ut, etiamsi quis talem usum habuerit, tamen non prohibeatur uolens cloacam 8 reficere uel purgare. Deinde ait praetor 'quae ex aedibus eius in tuas pertinet'. aedes hic accipere debes pro omni aedificio<sup>4</sup>, hoc est ex aedificio eius in tuum aedificium. hoc amplius Labeo putabat hoc<sup>5</sup> interdicto locum esse et si area ab utralibet parte aedium 9 sit et si forte, inquit, cloaca ducta sit ex urbano aedificio in proximum agrum. Idem 30 Labeo etiam eum, qui priuatam cloacam in publicam immittere uelit, tuendum, ne ei uis fiat. sed et si quis uelit talem cloacam facere, ut exitum habeat in publicam [B. 58, 22, 1] 10 cloacam, non esse eum impediendum Pomponius scribit<sup>6</sup>. Quod ait praetor 'pertinet' hoc significat, quod ex aedibus eius in tuas pertinet<sup>7</sup>, hoc est 'derigitur, extenditur, peruenit'. 11 Et tam ad proximum uicinum hoc interdictum pertinet quam aduersus ultiores, per 35 12 quorum aedes cloaca currit. Unde Fabius Mela scribit competere hoc interdictum, ut in uicini aedes ueniat et rescindat pauimenta purgandae cloacae gratia. uerendum tamen esse Pomponius scribit, ne eo casu damni infecti stipulatio committatur. sed haec stipulatio non committitur, si paratus sit restaurare id, quod ex necessitate reficiendae cloacae 13 causa resciderat. Si quis purganti mihi cloacam uel reficienti opus nouum nuntiauerit, 40

F(XYMOC)

<sup>1</sup> uenas ins. (u. i.)    <sup>2</sup> id del.    <sup>3</sup> es add.    <sup>4</sup> aedes hic accipere debes pro omni aedificio del.    <sup>5</sup> huic (add.)?    <sup>6</sup> sed et Pomponius scribit, si quis uelit ... non esse eum impediendum?    <sup>7</sup> hoc significat quod ex aedibus eius in tuas pertinet del.

1 utique om. F<sup>2</sup>    3 utilitatem 'a quam F<sup>2</sup> 6 sic] si F | ne dil.] uel dil. F<sup>2</sup>    7 cui] F<sup>2</sup>, ci (uoluit fortasse ei) F<sup>2</sup> | nouas] F, nouas uenas fXYMC similiterque O    8 anno'uat aliquid' usus F<sup>2</sup>    17 praetor] propter F<sup>2</sup>    18 utrumque et ad] F<sup>2</sup>, utrumquod et F<sup>2</sup>    19 pestilentis F<sup>2</sup> | immunditiae F<sup>2</sup> | si] item si F<sup>2</sup>    21 colluuiem F<sup>2</sup>    23 cloaca'ri' purgetur F<sup>2</sup>

24 refectio F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>)    25 praecario F    27 haedes F<sup>2</sup>    28 omnia' aedificio F<sup>2</sup>    29 hoc] huic f    30 aedificium F    32 cloac'am F<sup>2</sup> | publicum F<sup>2</sup>: και εις τον (cod. τὸ) ἀμμόσιον κανάλην ἐξεστὶ τὸν ιδιωτικὸν ἐμβαλεῖν B (Syn.)    33 po'p'mponius F<sup>2</sup>    36 aedes] heres F<sup>2</sup> | fauius F    38 infectio' stipulatio F<sup>2</sup>    39 committetur F<sup>2</sup>    40 resciderat F | nuntiauerunt F<sup>2</sup>



14 rectissime dicitur contempta nuntiatione me posse reficere id quod institueram. Sed et  
 15 damni infecti cautionem pollicetur, si quid operis uitio factum est: nam sicuti reficere  
 cloacas et purgare permittendum fuit, ita dicendum<sup>1</sup>, ne damnum aedibus alienis detur.  
 16 Deinde ait praetor: 'Quod in cloaca publica factum siue ea<sup>2</sup> immissum habes, quo usus  
 eius deterior sit fiat, restituas. item ne quid fiat immittaturae, interdica<sup>3</sup>'. Hoc inter-  
 dictum ad publicas cloacas pertinet, ne quid ad cloacam immittas neue facias<sup>4</sup>, quo usus  
 deterior sit. neue fiat.

2 UENULEIUS libro primo interdictorum. Quamquam de reficienda cloaca, non etiam de  
 noua facienda hoc interdicto comprehendatur, tamen aequae interdicendum Labeo ait, ne  
 facienti cloacam uis fiat, quia eadem utilitas sit: praetorem enim sic interdixisse, ne uis  
 fieret, quo minus cloacam in publico facere liceret<sup>4</sup>: idque Ofilio et Trebatio placuisse. ipse  
 dicendum ait, ut ne<sup>5</sup> factam cloacam purgare et restituere permittendum sit per inter-  
 dictum, nouam uero facere is demum concedere debeat, cui uiarum publicarum cura sit.

XXIII.

℞ QUOD UI AUT CLAM ℞

1 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Praetor ait: 'Quod ui aut clam  
 1 factum est, qua de re agitur, id<sup>6</sup> cum experiendi potestas est, restituas'. Hoc [B. 59, 23, 1  
 interdictum restitutorium est et per hoc occursum est calliditati eorum, qui ui aut clam  
 2 quaedam moliantur: iubentur enim ea restituere. Et parui refert, utrum ius habuerit  
 faciendi, an non: siue enim ius habuit siue non, tamen tenetur interdicto, propter<sup>7</sup> quod  
 3 ui aut clam fecit: tueri enim ius suum debuit, non iniuriam comminisci. Denique es  
 quaesitum, an hoc interdicto utenti exceptionem possit obicere: 'quod non iure meo rece-  
 perim'<sup>8</sup>. et magis est, ne possit: nam aduersus uim uel quod clam factum est null  
 4 iusta exceptione se tueri potest. Hoc interdictum ad ea sola opera pertinet, quaecumque  
 5 in solo ui aut clam fiunt. Quid sit ui factum uel clam factum, uideamus. ui factum uidetur  
 Quintus Mucius scripsit, si quis contra quam prohiberetur fecerit: et mihi uidetur plene  
 6 esse Quinti Mucii definitio. Sed et si quis iactu uel minimi lapilli prohibitus facere per-  
 seuerauit facere, hunc quoque ui fecisse uideri Pedius et Pomponius scribunt, eoque iure  
 7 utimur. Sed et si contra testationem denuntiationemque fecerit, idem esse Cascellius e  
 8 Trebatius putant: quod uerum est. Sed et Aristo ait eum quoque ui facere, qui, cum  
 9 sciret se prohibentem iri, per uim molitus est, ne prohiberi possit. Item Labeo dicit, a  
 quem facientem prohibuero isque destiterit in praesentiarum rursusque postea facere coe-  
 perit, ui eum uideri fecisse, nisi permissu meo facere coeperit uel qua alia iusta causa  
 10 accedente. Si quis tamen inbecillitate impeditur<sup>9</sup> uel etiam, ne offenderet uel te uel [B]  
 eum, qui te magni faciebat, ideo non uenerit ad prohibendum, non uidebitur aduersarius  
 11 ui fecisse: et ita Labeo scribit. Idem ait et si te uolentem ad prohibendum uenire deter-  
 ruerit aliquis (armis forte) sine ullo dolo malo meo ac propter hoc non ueneris, non uideri  
 me uim fecisse,

F(XYMOC)

<sup>1</sup> edicendum (van de Water)? <sup>2</sup> ea del. (Hal.) <sup>3</sup> neue immissum factumue habeas ins.  
<sup>4</sup> tamen Labeo ait, ne facienti cloacam uis fiat, quia eadem utilitas sit, praetorem sic inter-  
 dixisse 'ne uis fieret quo minus cloacam in publico facere liceret'? <sup>5</sup> ne] ante? <sup>6</sup> si non  
 plus quam annus est ins. (cf. L. 15 § 4 seq. h. t. et D. 42, 8, 10 pr.: Voorda) <sup>7</sup> propterea (Hal.)?  
<sup>8</sup> receperim] fecerim (u. i.)? <sup>9</sup> impeditus (u. i.)?

5 eius 'deterior sit fiat restitua item ne quid  
 fiat immitaturae interdica<sup>3</sup> 11 fieri F<sup>1</sup>  
 12 ut ne] F, ut XYMOC 16 ui aut] uiam F<sup>2</sup>  
 17 experiendi] restituendi M<sup>4</sup> 21 commu-  
 nisci F<sup>2</sup> 22 receperim] F, fecerim XMOC,  
 fecerit Y 24 tuero F<sup>1</sup> 25 si t' F<sup>2</sup> 29 de-  
 nuntiationem defecerit F<sup>1</sup> 31 prohibitum  
 iri] scripsi propter p. 603, 25 et B (Syn.): κλμ

ὀφείλων κωλύθῆναι ἐμψανῆσάτὸ τίνα (immo τις)  
 μὴ κωλύθῆναι, prohibere F, prohibere debere  
 Brenemannus 32 destiterit] sic MC cum B:  
 κλμ κωλυθεῖς ἐνδέλωκε, destituerit FXY, de-  
 stitit O 33 recisse F<sup>1</sup> | iusta] insta F<sup>2</sup>  
 34 impeditur] impeditus XYMOC 35 magni-  
 faciebat F 37 ac] f, hac F | uenerit F<sup>1</sup>

2 UENULEIUS libro secundo interdictorum. ne in aliena potestate sit condicionem meam \*A nihil delinquentis deteriore facere.

3 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Prohibere autem non [B. 58, 23 n. E] utique per semet ipsum necesse est, sed et si quis per seruum suum uel procuratorem prohibuerit, recte uidetur prohibuisse. idem etiam si mercennarius meus prohibuerit. [(B) 5] nec quem moueat, quod per liberam personam actio adquiri non solet: nam prohibitio haec<sup>1</sup> demonstrat ui te facere, quid mirum, cum et si clam tu me feceris, habeam actio-

1 nem? ergo factio magis tuo delinquentis quam alieno acquiritur mihi actio. Illud sciendum est non omnibus momentis uim esse faciendam, sed semel inter initia facta persouerat. 3 Sed si permiserit, aduersus eum, qui utatur interdicto, exceptio erit necessaria. Non tan- 10 tam autem si ego permisero, sed et si procurator meus uel tutor qui tutelam administrat uel curator pupilli<sup>2</sup> furiosi siue adulescentis, dicendum erit exceptioni locum fore. Plane 4 si praeses uel curator rei publicae permiserit in publico facere, Nerva scribit exceptionem locum non habere, quia etsi ei locorum, inquit, publicorum procuratio data est, concessio tamen data non est. hoc ita uerum est, si non lex municipalis curatori rei publicae am- 15 plius concedat. sed et si a principe uel ab eo, cui princeps hoc ius concedendi dedit<sup>3</sup> idem erit probandum. Si quis paratus sit se iudicio defendere aduersus eos, [B. 58, 23 n.] 5 qui interdicendum putant, ne opus fiat: an uideatur desinere ui facere? et magis est, ut desinat, si modo satis offerat et defendere paratus est, si quis agat: et ita Sabinus scribit.

6 Sed et si quis damni infecti paratus sit cauere, cum propter hoc tantum esset prohibitus, 20 uel<sup>4</sup> quia non defendebat uel damni infecti non repromittebat, consequens est dicere desi- nere eum ui facere. Clam facere uideri Cassius scribit eum, qui celauit aduersarium neque 7 ei denuntiauit, si modo timuit eius controuersiam aut debuit timere. Idem Aristo putat 8 eum quoque clam facere, qui celandi animo habet<sup>5</sup> eum, quem prohibiturum se intellexerit et id existimat aut existimare debet se prohibiturum iri. 25

4 UENULEIUS libro secundo interdictorum. Seruius etiam eum clam facere, qui [B. 58, 23 n. \*A] existimare debeat sibi controuersiam futuram, || quia non opinionem cuius et resupinam f. 296 existimationem esse<sup>6</sup> oporteat, ne melioris condicionis sint stulti quam periti.

5 ULPIANUS libro septuagensimo<sup>7</sup> ad edictum. Aut qui aliter fecit, quam de- [B. 58, 23 n. E\*] nuntiauit: uel qui decepto facit eo, ad quem pertinet non facere<sup>8</sup>: uel consulto tum de- 30 nuntiat aduersario, cum eum scit non posse prohibere: uel tam sero pronuntiat<sup>9</sup>, ut uenire prohibiturus, prius quam fiat, non possit. et haec ita Labeonem probare Aristo ait. Si 1 quis se denuntiauerit opus facturum, non semper non uidetur clam fecisse, si post denun- tiationem fecerit: debet enim (et ita Labeo) et diem et horam denuntiatione conplecti 35 et ubi et quod opus futurum sit: neque perfusorie aut obscure dicere aut denuntiare: 35

F(XYMOC)  
 1 quod ins. 2 pupilli uel curator? 3 permissum erit ins. (similiter Hal.) 4 uel del. 5 habet] idem Graeci (u. i.): cauet? 6 non opinionem cui et resupinam existimationem 7 prodesse (sic fere u. d. apud Schultingium)? 8 primo ins. (Schulting)? 9 non fieri (Krueger)? denuntiat (u. i.)?

1 sit] XYMOC, om. F 4 semet ipse F<sup>a</sup>  
 5 recte 'pro' uidetur F<sup>b</sup> 6 libera'm' F<sup>c</sup>  
 7 facere] racere F<sup>d</sup> | uirum F<sup>e</sup> 11 meus  
 uel] meus meus F<sup>f</sup> 17 quis 'sa' paratus F<sup>g</sup>  
 19 offerat] differat F<sup>h</sup> 24 qui celandi (ca-  
 lendi F<sup>i</sup>) animo habet eum quem prohibitu-  
 rum (prohibiturum F<sup>j</sup>) se intellexerit (intelle-  
 gerit F<sup>k</sup>) ὁ κατέχων τὸν ὀφείλοντα παραγγείλαι  
 B (Tip.) 27 siui F<sup>l</sup> 28 sit F 30 qui'd'  
 decepto F<sup>m</sup> | consulta F<sup>n</sup> 31 pronuntiat]  
 denuntiat XYMOC, om. inter alia Y<sup>o</sup> | ut ue-  
 nire] scripsi, umibire F<sup>p</sup>, utubire F<sup>q</sup>, ut ob-  
 uenire XYMOC, ut obire Taurellii, at obire  
 absolute sic non est in usu 32 fiat] fuit F<sup>r</sup>  
 33 non semper non uidetur clam fecisse]  
 FYOC, non semper uidetur non clam fecisse

X\* (marg. m. antiqua: 'Y. Istud non est addi-  
 tum a domino Iustiniano', manu recentiore:  
 'Istud non aditum est a domino Y[ernerio]':  
 similem glossam: 'quidam dicunt hoc non a  
 Guarnerio additum' ex cod. Metensi affert Sa-  
 uignius Gesch. 3, 755: apparet autem ex ipsius  
 Yrnerii glossa dedisse eum non alterum non ex  
 coniectura, sed ex authentico), non semper ui-  
 detur clam fecisse X<sup>a</sup>M, quibuscum conuenit  
 Tipucitus: οὐ πάντως δὲ ὁ μνηστὴρ ἔργον ποιεῖν  
 καὶ λάθρα ποιεῖ non suo errore, opinor, sed li-  
 brarii, nam ipse scripsit omnino ὁ μὴ μνηστὴρ |  
 denuntiatione eum fecerit debet enim et  
 ita Labeo et diem et horam denuntiationem  
 (m deluit F<sup>2</sup>) conplecti F<sup>2</sup> 35 perfusorie  
 F<sup>2</sup> | obscure] descure F<sup>1</sup>, obscure (sic) F<sup>2</sup>

2 neque tam artare aduersarium, ut intra diem occurrere ad prohibendum non possit. Et si forte non sit, cui denuntietur, neque dolo malo factum sit ne sit, amicis denique aut procuratori aut ad domum denuntiandum est. Sed et Seruius recte ait sufficere feminae, uiro notum facere opus se facturum: uel denique sciente eo facere: quamquam etiam illud sufficiat celandi animum non habere. Item ait, si quis in publico municipii uelit facere, sufficere ei, si curatori rei publicae denuntiet. Si quis, dum putat locum tuum esse, qui est meus, celandi tui, non mei causa fecerit, mihi interdictum competere. Idem dicit et si serui mei uel procuratoris celandi causa factum sit, mihi interdictum competere. Si quis, cum non denuntiasset opus se facturum eique denuntiatum esset ne faceret, fecerit, utilius puto probandum ui eum fecisse. Haec uerba 'quod ui aut clam factum est' ait Mucius ita esse 'quod tu<sup>2</sup> aut tuorum quis aut tuo iussu factum est'. Labeo autem ait plures personas contineri his uerbis. nam ecce primum heredes eorum, quos enumerat Mucius, contineri putat. Idem ait et aduersus procuratorem *tutorem curatorem* municipumue syndicum alieno nomine interdici posse. Si quid seruus meus fecit, non ob id mecum actio est, sed si id meo nomine aut suo fecit: nam si tuum seruum mercenarium habuero, quidquid ab eo factum fuerit meo nomine, ob id non tecum, sed mecum, cuius iussu aut<sup>3</sup> nomine id opus a seruo tuo factum fuerit, agendum erit hoc interdicto. Similiter quod iussu cuius factum erit, ob id non cum eo, sed<sup>4</sup> cuius nomine iusserit, haec actio est. nam si procurator tutor curator duumuir municipii, quod eius nomine ageret<sup>5</sup>, cuius negotium procuraret, fieri iusserit, ob id agendum erit cum eo, cuius nomine factum quid erit, non cum eo, qui ita iusserit. et si tibi mandauero, ut opus fieri iuberis et in ea re mihi parueris, mecum, inquit, non tecum erit actio. Et cum interdictum sic sit scriptum 'quod ui aut clam factum est', non ita 'quod ui aut clam fecisti', latius porrigi quam ad has personas, quas supra numerauimus, Labeo putat. Et hoc iure utimur, ut, siue ego fecissem siue fieri iussi, interdicto quod ui aut clam tenear.

6 PAULUS libro sexagesimo septimo ad edictum. Si ego tibi mandauero opus B. 58, 23 n. nouum facere, tu alii, non potest uideri meo iussu factum: teneberis ergo tu et ille: an et ego tenear, uideamus. et magis est et me, qui initium rei praestiterim, teneri: sed uno ex his satisfaciente ceteri liberantur.

7 ULPIANUS libro septuagesimo primo ad edictum. Si alius fecerit me B. 58, 23, 7 et n. inuito, tenebor ad hoc, ut patientiam praestem. Neratius quoque scribit eum, cuius seruus ui aut clam fecit, aut sua impensa ex interdicto opus restituere debere aut patientiam restituendi praestare et seruum noxae dedere: plane si mortuo alienatoe seruo interdiceretur, patientiam dumtaxat praestare debere ait, ita ut et emptor eo interdicto possit conueniri, ut impensam praestet aut noxam det: dominoque operis sua impensa restituente aut damnato, quia non restitueret, emptorem liberari. ¶ eadem et si contra dominus serui uel opus restituisset uel litis aestimatione damnatus esset: quod si tantum noxae dedisset, aduersus dominum operis utiliter interdici. Ait Iulianus: qui ante remissionem nuntiationis, contra quam prohibitus fuerit, opus fecerit, duobus interdictis tenebitur, uno, quod ex operis noui nuntiatione competit, altero quod ui aut clam. remissione autem facta intellegendus non erit ui aut clam facere, quamuis prohibeatur: licere enim debet aedificare ei, qui satisfactionem dederit, cum possessor hoc ipso constituatur: clamque facere nec ante remissionem nec postea existimandus est, cum is, qui opus nouum nuntiat, non possit uideri celatus et preoccupatus, antequam controuersiam faceret. Bellissime apud Iulianum quaeritur, an haec

F(XYMOC)

<sup>1</sup> uel *ins.*    <sup>2</sup> fecisti *ins.*    <sup>3</sup> iussu aut *del.*    <sup>4</sup> cum eo *ins.*    <sup>5</sup> ageretur?

3 ad] dd *F*<sup>2</sup> 5 animum] alium *F*<sup>1</sup> 8 c'a'e-landi *F*<sup>2</sup> | competere] *f*, comperere *F* 11 autem *F*<sup>2</sup> 13 procuratorem 'curatorem' tutorem municipumue *F*<sup>2</sup> 14 actio's' est *F*<sup>1</sup> 15 si id] *Taur.*, id *F*, ob id quod *XYMOC* 16 mecum] tecum *F*<sup>1</sup> 21 iuberis *F*<sup>1</sup> 23 ad om. *F*<sup>1</sup> 24 labeo] et ab eo *F*<sup>1</sup> 26 septimo om. *F*<sup>1</sup> 28 'rei *F*<sup>2</sup> 33 alienatore *F* 34 et] *F*<sup>1</sup>, eu *F*<sup>2</sup>, ei *F*<sup>2</sup> 35 dominoqu'a'e *F*<sup>2</sup> 37 esset] est et *F*<sup>1</sup> 38 a'i'nte *F*<sup>2</sup> 39 teneatur *F*<sup>1</sup> 43 preoccupatus *F*

exceptio noceat in hoc interdicto 'quod non tu ui aut clam feceris'? ut puta utor aduersus te interdicto quod ui aut clam, an possis obicere mihi eandem exceptionem: 'quod non tu 'ui aut clam fecisti'?' et ait Iulianus aequissimum esse hanc exceptionem dare: nam si tu, inquit, aedificaueris ui aut clam, ego idem demolitus fuero ui aut clam et utaris aduersus me interdicto, hanc exceptionem profuturam. quod non aliter procedere debet, nisi ex magna  
 4 et satis necessaria causa: aliquin haec omnia officio iudicis celebrari oportet. Est et alia exceptio, de qua Celsus<sup>2</sup> dubitat, an sit obicienda: ut puta si incendii arcendi causa uicini aedes intercidi et quod ui aut clam mecum agatur aut damni iniuria. Gallus enim dubitat<sup>3</sup>, an excipi oporteret: 'quod incendii defendendi causa factum non sit'? Seruius autem ait, si id magistratus fecisset, dandam esse, priuato non esse idem concedendum: si tamen  
 10 quid ui aut clam factum sit neque ignis usque eo peruenisset, simpli<sup>4</sup> litem aestimandam: si peruenisset, absolui eum oportere. idem ait esse, si damni iniuria actum foret, quoniam nullam iniuriam aut damnum dare uidetur aequae perituris aedibus. quod si nullo incendio id feceris, deinde postea incendium ortum fuerit, non idem erit dicendum, quia non ex post facto, sed ex praesenti statu, damnum factum sit nec ne, aestimari oportere Labeo  
 15 ait. Notauimus supra, quod, quamuis uerba interdicti late pateant, tamen ad ea sola opera pertinere interdictum placere, quaecumque fiant in solo. <sup>5</sup>eum enim, qui fructum tangit, non teneri interdicto quod ui aut clam: nullum enim opus in solo facit. at qui arbores succidit, utique tenebitur, et qui harundinem et qui salictum: terrae enim et quodammodo solo ipsi corrumpendo manus infert. idem et in uineis succisis. ceterum qui fructum aufert,  
 20 furti debet conueniri. itaque si quid operis in solo fiat, interdictum locum habet. in solo fieri accipimus et si quid circa arbores fiat, non si quid circa fructum arborum<sup>6</sup>. Si quis aeruum stercoreis circa agrum pinguem disiecerit, cum eo 'quod ui aut clam factum est' agi potest: et hoc uerum est, quia solo uitium adhibitum sit. Plane si quid<sup>7</sup> agri colendi causa factum sit, interdictum quod ui aut clam locum non habet, si melior causa facta sit  
 25 agri, quamuis prohibitus quis ui uel clam fecerit. Praeterea si fossam feceris in silua publica et bos meus in eam inciderit, agere possum hoc interdicto, quia in publico factum est. Si quis aedificium demolitus fuerit, quamuis non usque ad solum, quin interdicto teneatur, dubitari desit. Proinde et si tegulas de aedificio sustulerit, magis est, ut interdicto teneatur,  
 30 UENULEIUS libro secundo interdictorum. nam origo huius rei a solo proficiscitur. ceterum per se tegulae non possidentur, sed cum uniuersitate aedificii, nec ad rem pertinet, adfixae sunt an tantum positae.  
 ULPIANUS libro septuagesimo primo ad edictum. Nam et si ramos quis de [B. 58, 28 n. E arboribus || abstulerit, adhuc interdictum hoc admittimus. haec ita, si de aedificio tegulas f. 297 sustulerit: ceterum si non de aedificio, sed seorsum positas, cessat hoc interdictum. Si  
 36 tamen sera uel clauis uel cancellus uel specularium sit ablatum, quod ui aut clam agi non poterit. Sed si quis aliquid aedibus adfixum euellerit, statuat forte uel quid aliud, quod ui aut clam interdicto tenebitur. Si quis clam aut ui agrum intrauerit<sup>7</sup> uel fossam fecerit,  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> ut puta utor ... clam fecisti del. (Ad. Schmidt Int. p. 100) <sup>2</sup> Gallus? <sup>3</sup> Gallus enim dubitat del. <sup>4</sup> simpliciter (Schmidt Int. p. 255)? uel sic restitue: neque ignis usque eo peruenisset, [eum quocum agatur quod ui aut clam damnum in id quod interest uel si damni iniuria cum eo actum esset,] simpli litem aestimandam <sup>5</sup> post in solo inserte: itaque si quid operis in solo fiat, interdictum locum habet. in solo fieri accipimus et si quid circa arbores fiat, non si quid circa fructum arborum <sup>6</sup> quid del. <sup>7</sup> intrauerit (u. i.)?

2 u] uim F 3 si'q'tu F<sup>4</sup> 5 aliter'e'procedere F<sup>2</sup> 7 a'n' F<sup>2</sup> | uici'ni' F<sup>2</sup> 9 excipi] XYMOG, effici F 10 fecissit F<sup>2</sup> 11 quod F<sup>2</sup> 13 aequ'a'e F<sup>2</sup> 19 'h'arundinem F<sup>2</sup> | terra'e' F<sup>2</sup> 20 corrupendo F 23 a'rgrum F<sup>4</sup> 27 meus] meos F<sup>2</sup> 28 demolitus] f, demolitus F 29 de] te F<sup>2</sup> 31 interdictorum] f, interdictum F 37 serra F | 's'peculiarium F<sup>2</sup>:

σπέτρα B (Tip.). cf. Fabrett. inscr. 171, XXXIII: á specularis 39 intrauerit] F (nec quicquam ibi mut.) cum B (Tip.): ei eicéληος eic áρρον λάθρα ἢ θιά ἢ ὀρύγις, inarauerit X, arauerit Y<sup>2</sup>MOG, inc. Y<sup>2</sup>: hoc sumpserunt ex l. 22 § 1 h. t.: si quis ui aut clam arauerit, puto eum teneri hoc interdicto, perinde atque si fossam fecerit. illicita aratio per se huic inter-

hoc interdicto tenebitur<sup>1</sup>. et<sup>2</sup> si aceruum succenderit uel disperserit sic, ut non ad usum agri conuertat, interdicto locus non erit,

- 10 UENULEIUS libro secundo interdictorum. quia aceruus solo non cohaeret, sed terra<sup>4</sup> sustinetur, aedificia autem solo cohaerent.
- 11 ULPIANUS libro septuagesimo primo ad edictum. Is qui<sup>3</sup> in puteum uicini [B. 58, 23. E] aliquid effuderit, ut hoc facto aquam corrumperet, ait Labeo interdicto quod ui aut clam eum teneri: portio enim agri uidetur aqua uiua, quemadmodum si quid operis in aqua fecisset. Quaesitum est, si statum in municipio ex loco publico quis sustulerit uel ui uel clam, an hoc interdicto teneatur. et exstat Cassii sententia eum, cuius statua in loco publico in municipio posita sit, quod ui aut clam agere posse, quia interfuerit eius eam non tolli: 10 municipes autem etiam furti acturos, quia res eorum sit quasi publicata: si tamen deciderit, 2 ipsi eam detrahunt<sup>4</sup>: et haec sententia uera est. Si quis de monumento statnam sustulerit, an ei, ad quem ius sepulchri pertineret, agere permittitur? et placet et in his interdicto locum esse. et sane dicendum est, si qua sepulchri ornandi causa adposita sint, sepulchri esse uideri. idem est, et si ostium anellat uel effringat. Si quis in uineas meas uenerit 15 et inde ridioas abstulerit, hoc interdicto tenebitur. Quod ait praetor: 'quod ui aut clam factum est', ad quod tempus referatur, uideamus, utrum ad praeteritum an ad praesens. quae species apud Iulianum exposita est: ait enim in hoc interdicto praesentis temporis significationem accipi debere. si tamen, inquit, ex opere damnum datum fuerit aut<sup>4</sup> dominus aut is, cuius fundo nocitum erit, sua impensa id sustulerit, utilius probari, quod 20 Iulianus temptat<sup>6</sup>, ut et damnum sarciatur et impendia restituantur. Interdictum completitur id, quodcumque aut ui aut clam factum est. sed interdum euenit, ut quid et ui et clam fiat, partim et partim, in eodem opere. ut puta cum prohiberem, fundamenta posuisti: postea cum conuenissem<sup>7</sup>, ne reliquum opus fieret, absente et ignorante me reliquum opus perfecisti: uel contra fundamenta clam iecisti, deinde cetera prohibente me aedificasti. 25 hoc iure utimur, ut et si ui et clam factum sit, interdictum hoc sufficiat. Si tutoris iussu aut curatoris factum sit, cum placeat, quod Cassius probat, ex dolo tutoris uel curatoris pupillum uel furiosum non teneri, eueniet, ut in ipsum tutorem curatoremque aut uilius actio competat aut etiam utile interdictum. certe ad patientiam tollendi operis utique tene- 7 buntur pupillus et furiosus et ad noxam. An ignoscitur seruo, qui obtemperauit tutori aut curatori? nam ad quaedam, quae non habent atrocitatem facinoris uel [D. 50, 17, 157 p. accleris, ignoscitur seruis, si uel dominis uel his, qui uice dominorum sunt, obtempera- 8 uerint. quod et in hoc casu admittendum est. Si postea, quam ui aut clam factum [D] est, uenerit fundus, an uenditor nihilo minus hoc interdicto experiri possit, uideamus. et, extat sententia existimantium nihilo minus competere ei interdictum nec finiri uenditione: 15 sed nec ex empto actione quicquam ei praestandum emptori ex eo opere, quod ante uenditionem factum est: satis enim esse, quod utique propter hoc opus uiliori praedium 9 distraxerit. certe etsi non uiliori uendidit, idem erit probandum. Plane si post uenditionem fundi opus factum est, etsi ipse experiatu uenditor, quia nondum traditio facta est, 21 tamen ex empto actione emptori | tenebitur: omne enim et commodum et incommodum [157 F(XYMOG)]

<sup>1</sup> si quis clam ... tenebitur leguntur loco non suo: nam quibus haec interposita sunt continuantur  
<sup>2</sup> at? <sup>3</sup> si quis? <sup>4</sup> si tamen deciderit ipsi eam detrahunt] requiri uidetur tale quid: nam ipsi eam reficiunt, si uetustate deciderit, ipsi eam detrahunt (cf. D. 41, 1, 41. 42, 5, 23. 44, 1, 23) <sup>5</sup> aut] et? <sup>6</sup> quod Iulianus temptat hic locum non habet: fortasse in fine § add. quod Iulianus temptat, uerum est <sup>7</sup> conuenissemus? <sup>8</sup> et ina.

dicto locum facere non potest et licet possit causa aliqua accedente, puta quod male aratum est uel uirdiarium in aruum conuersum, hoc ipsum enuntiandum fuit. quam ob rem magis uidentur auctores disputasse de illicita inaratione  
 1 succen'derit F<sup>2</sup> 3 cohaeres F<sup>2</sup> 4 cohaereat F<sup>2</sup> 5 septuagesimum F<sup>2</sup> 6 corrumperat F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>) 8 ui] ut F<sup>2</sup> 11 de-

ciderit' F<sup>2</sup> 13 agere't perm. F<sup>2</sup> 15 anellat F<sup>2</sup>  
 18 interdictum F<sup>2</sup> | praesentis ... 20 cuius fundo om. F<sup>2</sup> 23 prohibere'm' F<sup>2</sup> 25 icici' sti F<sup>2</sup> 28 curatoremqu'a'e F<sup>2</sup> 30 seruo F<sup>2</sup>  
 32 obtemperauerint] D. l. gem., obtemperauerit F<sup>2</sup> 35 ex'sa'tat F<sup>2</sup> | uenditionem F<sup>2</sup>  
 36 eo] ea F<sup>2</sup> 40 emptor'i tenebitur F<sup>2</sup>

10 ad emptorem pertinere debet<sup>1</sup>. Si fundus in diem addictus sit, cui competat interdictum? et ait Iulianus interdictum quod ui aut clam ei competere, cuius [Inl. apud Ulp. D. 18, 1, 4, 4] interfuit opus non fieri: fundo enim in diem addicto et commodum et incommodum omne ad emptorem, inquit, pertinet, antequam uenditio transferatur, et ideo, si quid tunc ui aut clam factum est, quamuis melior condicio allata fuerit, ipse utile interdictum habebit: sed 5 eam actionem sicut fructus medio tempore perceptos uenditi iudicio praestare cogendum 11 ait<sup>1</sup>. Aristo autem scribit non<sup>2</sup> possessori esse denuntiandum: nam si quis, inquit, [Inl.] fundum mihi uendiderit et necdum tradiderit et uicinus, cum opus facere uellet et sciret me emisse et in fundo morari, mihi denuntiauerit, esse eum tutum futuram, quod ad suspi- 12 cionem clam facti operis pertineret: quod sane uerum est<sup>1</sup>. Ego, si post in diem additio- 10 nem factam fundus<sup>2</sup> precario traditus sit, putem emptorem interdictum quod ui aut clam habere. si uero aut nondum traditio facta est aut etiam facta<sup>4</sup> est precarii rogatio, non puto dubitandum, quin uenditor interdictum habeat: ei enim competere debet, etsi res ipsius periculo non sit<sup>5</sup>, nec multum facit, quod res emptoris periculo est: nam et statim post uenditionem contractam periculum ad emptorem spectat et tamen antequam ulla traditio 15 fiat, nemo dixit interdictum ei competere. si tamen precario sit in possessione, uideamus, ne, quia interest ipsius, qualiter qualiter possidet, iam interdicto uti possit. ergo et si conduxit, multo magis: nam et colouum posse interdicto experiri in dubium non uenit. plane si postea, quam melior condicio allata est, aliquid operis ui aut clam factum sit, nec Iulianus dubitaret interdictum uenditori competere: nam inter Cassium et Iulianum de illo, 20 quod medio tempore accidit, quaestio est, non de eo opere<sup>6</sup>, quod postea contigit. Si ita praedium uenierit, ut, si displicuisset, inemptum esset, facilius admittimus interdictum emptorem habere, si modo est in possessione: et si rescissio emptionis in alterius arbitrium conferatur, idem erit probandum: idemque et si ita uenisset, ut, si aliquid euenisset, inemptam esset praedium: et si forte commissoria uenierit, idem dicendum est. Idem 25 Iulianus scribit interdictum hoc non solum domino praedii, sed etiam his, quorum interest opus factum non esse, competere.

UENULIUS libro secundo interdictorum. Quamquam autem colonus et fructua- [B. 58, 28 n. \*A] rius fructuum nomine in<sup>7</sup> hoc interdictum admittantur, tamen et domino id competet, si 30 quid praeterea eius intersit.

ULPIANUS libro septuagesimo primo ad edictum. Denique si arbores [B. 58, 28, 12 et n. E] in fundo, cuius usus fructus ad Titium pertinet, ab extraneo uel a proprietario succisae fuerint, Titius et lege Aquilia et interdicto quod ui aut clam cum utroque eorum recte 35 experietur. Labeo scribit, si filio prohibente opus factum sit, et te habere interdictum, ac si te prohibente opus factum est<sup>8</sup>, et filium tuum nihilo minus. Idem ait aduersus filium 35 familias in re peculiari neminem clam uideri fecisse: namque, si scit eum filium familias esse, non uidetur eius celandi gratia fecisse, quem certus est nullam secum actionem habere. Si ex sociis communis fundi unus arbores succiderit, socius cum eo hoc interdicto 40 experiri potest, cum ei competat, cuius interest. Unde apud Seruium amplius relatum est, si mihi concesseris, ut ex fundo tuo arbores caedam, deinde eas alius ui aut clam ceciderit, 40 F(XYMOC)

<sup>1</sup> §§ sic ordinandae: 9. 11. 10. 12    <sup>2</sup> omnimodo ins. (u. i.)    <sup>3</sup> non ins. (Cuiacius: u. i.)  
<sup>4</sup> et simul facta ins.    <sup>5</sup> ei enim competere debet etsi res ipsius periculo non sit del.  
<sup>6</sup> opere del.    <sup>7</sup> in] ad (Hal.)?    <sup>8</sup> esset?

3 et incommodum om. F<sup>2</sup> | omnem F (em. f)  
 4 antequam uenditio transferatur et ideo si quid tunc ui aut clam factum est quamuis F<sup>2</sup>  
 7 non (om. M<sup>6</sup>) possessori (posses X<sup>6</sup>) esse semper (sic XOC, semper esse YM) denun-  
 tiandum XYMOC 10 pertinere F 11 pr'a e-  
 cario F<sup>2</sup>: negatio, quam desiderari intellexit Cuiacius, fortasse deest non librariorum culpa, sed compilatorum propter ea quae postea addit Ulpianus u. 16 si tamen precario seq. 16 pos-

sessione m' uid. F<sup>2</sup> 19 condicii F<sup>1</sup> 21 con-  
 tigit 'si it'a F<sup>2</sup> 23 esset] esse F 24 'ali'quid  
 F<sup>5</sup> 30 pr'a'eterea F<sup>2</sup> 32 propri'a'etario F<sup>2</sup>  
 34 quasi esset si filio prohibente opus factum  
 sit, te habere interdictum: si te prohibente  
 opus factum sit, et filium, sic uertunt Graeci:  
 τοῦ ὑπεζωγίου καινὸν ἔργον κωλύοντος ὁ πατήρ  
 κινεῖ· πατρὸς δὲ κωλύοντος καὶ ὁ γιὸς B (Tip.)  
 35 si 'te' proh. F<sup>2</sup> 40 si om. F | ui aut]  
 aut ui F<sup>1</sup> | c'a'eciderit F<sup>2</sup>

mihi hoc interdictum competere, quia ego sim cuius interest: quod facilius erit admittendum, si a te emi uel ex aliquo<sup>1</sup> contractu hoc consecutus sim, ut mihi caedere liceat. Quaesitum est, si, cum praedium interim nullius esset, aliquid ui aut clam factum sit, postea dominio ad aliquem deuoluto interdicto locus sit: ut puta hereditas iacebat, post adiiit || hereditatem Titius, an ei interdictum competat? et est apud Ulpianum saepius relatum heredi competere hoc interdictum eius, quod ante aditam hereditatem factum si nec referre Labeo ait, quod non scierit, qui heredes futuri essent: hoc enim posse qui causari etiam post aditam hereditatem. ne illud quidem obstare Labeo ait, quod eo te pore nemo dominus fuerit: nam et sepulchri nemo dominus fuit et tamen, si quid in fiat, experiri possum quod ui aut clam. accedit his, quod hereditas dominae locum optin et recte dicitur heredi quoque competere et ceteris successoribus, siue ante, quam successerit, siue postea aliquid sit ui aut clam admissum. Si colonus meus opus fecerit, si quidem me uolente uel ratum habente, perinde est atque si procurator meus fecisset, in quo placet, siue ex uoluntate mea fecerit, teneri me, siue ratum habuero, quod procurator fecerit. Iulianus ait: si colonus arborem, de qua controuersia erat, succiderat uel quid aliud operis fecerit, si quidem iussu domini id factum sit, ambo tenebuntur, non ut patientiam praestent, sed ut impensam quoque ad restituendum praebant: si autem dominus non iussu colonus quidem tenebitur, ut patientiam et impensam praestet, dominus uero nihil amplius quam patientiam praestare cogendus erit.

- 14 IULIANUS libro sexagesimo octauo digestorum. Nam et si seruus meus [B. 58, 23] ignorante me opus fecerit eumque uendidero uel manumisero, necum in hoc solum potest, ut patiar opus tolli, cum emptore autem serui, ut aut noxae dedat aut impensam quae in restitutione facta fuerit, praestet: sed et cum ipso manumisso recte agi poterit.
- 15 ULPIANUS libro septuagesimo primo ad edictum. Semper aduersus possessorem operis hoc interdictum competit, idcircoque, si quilibet inscio uel etiam inuito in opus in fundo meo fecerit, interdicto locus erit. Is, cui fundum pastinandum locauerit lapides sustulit et in uicini proiecit praedium. ait Labeo te ui aut clam non teneri, nisi iussu tuo id factum sit: ego puto conductorem teneri, locatorem autem non alias, nisi si patientiam praestare possit aut aliquam actionem habeat, quam praestet: ceterum tamen non oportere. Si in sepulchro alieno terra congesta fuerit iussu meo, agendum esse quod ui aut clam necum Labeo scribit. et si communi consilio plurium id factum sit, licere uero cum uno uel cum singulis experiri: opus enim, quod a pluribus pro indiuiso factum et singulis in solidum obligare. si tamen proprio quis<sup>3</sup> eorum consilio hoc fecerit, cum omnibus esse agendum, scilicet in solidum: itaque alter conuentus alterum non liberabit, quod immo perceptio ab altero: superiore etenim casu alterius conuentio alterum liberat<sup>4</sup>. praeterea sepulchri quoque uiolati agi potest. Hoc interdictum in heredem ceterosque successores datur in id quod ad eos peruenit. Et post annum non competit. annus autem cedere incipit, ex quo id opus factum perfectum est aut fieri desiit, licet perfectum non nisi alioquin si a principio operis coepta annum quis numeret, necesse est cum his, qui operis tardissime facerent, saepius agi. Sed si is sit locus, in quo opus factum est, qui facti non adiretur, ut puta in sepulchro ui aut clam factum est uel in abdito alio loco, sed et

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> alio quo (*det.*: cf. *D. 43, 19, 3, 10 cet.*)? <sup>2</sup> nomine *ins.* (*edd.*) <sup>3</sup> quisque (*R. Stephanus*)  
<sup>4</sup> *idem Graeci* (*u. i.*), *requirimus autem talia*: cum omnibus esse agendum. itaque alter conuentus alterum non liberabit, quin immo nec perceptio ab altero: superiore enim casu alterius conuentio, immo perceptio alterum liberat (*similiter Schmidt Int. p. 201*)

2 si a te emi uel ex aliquo contractu hoc  
*F*<sup>2</sup>: εἰ πωλήσεις μοι τὴν τομὴν τῶν δένδρων  
 ἢ ἄλλων [*immo ἄλλως*] συγχωρήσεις μοι τεμεῖν  
*B* (*Tip.*) | cedere licet *F*<sup>2</sup> 3 esse aliquid *F*<sup>2</sup>  
 4 deuolut'e'o *F*<sup>2</sup> 8 eo 'in' tempore *F*<sup>2</sup>  
 14 fecerit teneri me *F*<sup>2</sup> | quod 'ea fecerim'  
 procurator *F*<sup>4</sup> 22 ut] us *F*<sup>2</sup> 23 ipsu *F*

32 indiuisi'o *F*<sup>2</sup> 33 si tamen proprio  
 quis eorum consilio hoc fecerit cum omnibus  
 esse agendum scilicet in solidum] εἰ τὸ ἐπι-  
 μοῦ τότῳ [*immo σκόπῳ*] τοῦτο ποιῶ μετ'  
 πλείονων, ἕκαστος εἰς τὸ πᾶν ἐπάγεται *B* (*Tip.*)  
 34 liberauit *F* 36 in heredem] inter herede-  
 dem *F*: κατὰ πάντος διαδόχου *B*

- sub terra fieret opus uel sub aqua, uel<sup>1</sup> cloaca aliquid factum sit, etiam post annum causa cognita competit interdictum de eo quod factum est: nam causa cognita annuam exceptionem remittendam, hoc est magna et iusta causa ignorantiae interueniente. Si quis rei publicae causa afuisset, deinde reuersus interdicto quod ui aut clam uti uellet, uerius est non excludi anno eum, sed reuersum annum habere. nam et si minor uiginti quinque annis rei publicae causa abesse coepisset, ¶ deinde maior effectus sit, dum abest rei publicae causa, futurum, ut ex quo reddit annus ei computetur, non ex quo impleuit uicenisimum quintum annum: et ita diuus Pius et deinceps omnes principes rescripserunt. Hoc interdicto tanti lis aestimatur, quanti actoris interest id opus factum<sup>2</sup> esse. officio [BS. 23, 3, 38 sch. 14] autem iudicis ita oportere fieri restitutionem iudicandum est, ut in omni causa eadem condicio sit actoris, quae futura esset, si id opus, de quo actum est, neque ui neque clam factum esset. Ergo nonnumquam etiam dominii ratio habenda est, ut puta si propter hoc opus, quod factum est, seruitutes amittantur aut usus fructus interest. quod non tantum tunc eueniet, cum quis opus aedificauerit, uerum etiam si diruisse opus proponatur et deteriolem condicionem fecisse uel seruitutium uel usus fructus uel ipsius proprietatis. Sed quod interfuit, aut per iusiurandum, quod in litem actor iurauerit, aut, si iurare non possit, iudicis officio aestimandum est. Eum autem, qui dolo malo fecerit, quo minus possit restituere, perinde habendum, ac si posset. Culpam quoque in hoc interdicto uenire erit probandum: quae tamen arbitrio iudicis aestimanda erit. Quia autem hoc interdictum id quod interest continet, si quis alia actione fuerit consecutus id quod interfuit opus non esse factum, consequens erit dicere ex interdicto nihil eum consequi oportere.
- 16 PAULUS libro sexagesimo septimo ad edictum. Competit hoc interdictum etiam his, qui non possident, si modo eorum interest. Si quis ui aut clam arbores non frugiferas ceciderit, ueluti cupressos, domino dumtaxat competit interdictum. sed si amoenitas quaedam ex huiusmodi arboribus praestetur, potest dici et fructuarii interesse propter uoluptatem et gestationem et esse huic interdicto locum. In summa qui ui aut clam fecit, si possidet, patientiam et impensam tollendi operis: qui fecit nec possidet, impensam: qui possidet nec fecit, patientiam tantum debet.
- 17 IDEM libro sexagesimo nono ad edictum. Interdictum quod ui aut clam per quemuis domino acquiritur, licet per inquilinum.
- 18 CELSUS libro uicenisimo quinto digestorum. Si immaturam siluam caeduum cecidit quis, interdicto quod ui aut clam tenetur: si maturam similiter caeduum neque damno dominus adfectus est, nihil praestabit. Non absurde responsum est: si magistratum rogasse, ut aduersarium tuum adesse ad iudicium iuberet, ne opus nouum tibi nuntiaret, clam uideris opus fecisse, quod interim feceris.
- 19 ULPIANUS libro quinquagesimo septimo ad edictum. Interdictum quod ui aut clam competere filio familias colono arboribus succisis Sabinus ait.
- 20 PAULUS libro tertio decimo ad Sabinum. Ui facit tam is qui prohibitus fecit quam is qui, quo minus prohibeatur, consecutus est periculo puta aduersario denunciato

<sup>1</sup> in ins.    <sup>2</sup> non ins. (u. i.: cf. u. 21 cet.)    <sup>3</sup> a ins. (u. i.)

5 annum anim' hab. F<sup>1</sup> 9 aestimaturis quanti F [case] F, non esse XYMOC 10 ut in omni causa eadem condicio sit actoris quae futura esset om. F<sup>1</sup> 13 factus F<sup>1</sup> 14 diruisse F 15 propri' a'etatis F<sup>2</sup> 18 ac] hac F<sup>2</sup> 19 eri't F<sup>2</sup> 20 caeciderit F 32 caeduum F 34 praestant F 35 rogasse's' F<sup>2</sup> 38 competere filio familias colono] idem Graeci uertentes sic uoluit: και ο ύπειούχιος και ο μικρωτός έχει το νόμισμα παράγγελμα B (Tip.). praepositionem uertidisse puto non tam propter l. 13 § 2 h. t. quam collata l. 13 § 7 eod. et inspecta inscrip-

tionem, nam libro eo Ulpianus inter alia egit de noziali iniuriarum actione | successis F: δένδρων κοπέντων B (Tip.) 39 is] his F<sup>1</sup> | prohibitus fecit quam is qui om. F<sup>1</sup> 40 periculo puta aduersario denunciato] Cuiacius cum Graecis: βίαν ποιεί... ο άπειλήσας τῷ άντιδικῷ, ίνα μή κωλυθῆ B (Syn. et Tip.), periculo' puta aduersario denuntiante F<sup>2</sup>, periculum puta aduersario denuntiante XO (superscr. al. denuncians), denunciando periculo puta aduersario Y, periculum puta aduersario denunciato M, periculum puta aduersario denunciato C



- 1 aut ianua puta praeclosa. Prohibitus autem intellegitur quolibet prohibentis actu, id est uel dicentis se prohibere uel manum opponentis lapillumue iactantis prohibendi gratia.
- 2 Tamdiu autem ui facit prohibitus, quamdiu res in eodem statu permanebit: nam si postea
- 3 conuenerit cum aduersario, desinit ui facere. Item si prohibiti heres uel is, qui ab eo emerit, ignorans causam praecedentem fecerit, dicendum esse Pomponius ait non incidere
- 4 eum in interdictum. Quod in naue fit uel in alia qualibet re uel amplissima, mobili tamen,
- 5 non continetur hoc interdicto. Siue in priuato siue in publico opus fiat siue in loco sacro siue in religioso, interdictum competit.
- 21 POMPONIUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Si opus, quod quis iussus est [B. 58, 23 a. S. a iudice, qui ex hoc interdicto sumptus esset, restituere, alius quis uel aut clam sustulisset, 10
- 1 nihilo minus idem ille omnimodo iubetur opus restituere. Si iussero seruum meum opus facere, cum, quantum ad me ¶ pertinet, in clandestini suspicionem non ueniret, seruus 1. 29 autem meus putauerit, si rescisset aduersarius, prohibitorium eum, an teneat? et non puto,
- 2 cum mea persona sit intuenda. In opere nouo tam soli quam caeli mensura facienda est.
- 3 Si quis propter opus factum ius aliquod praedii amisit, id restitui ex hoc interdicto debet. 15
- 22 UENULEIUS libro secundo interdictorum. Si uitem meam ex fundo meo in fundum tuum A deprehenderit<sup>1</sup> eaque in fundo tuo coaluerit, utile est interdictum quod ui aut clam intra annum: sed si annus praeterierit, nullam remanere actionem radices<sup>2</sup>, quae in fundo meo
- 1 sint, tuas fieri, quia his<sup>3</sup> accessiones sint. Si quis ui aut clam arauerit<sup>4</sup>, puto eum teneri hoc interdicto perinde atque si fossam fecisset: non enim ex qualitate operis huic inter-
- 2 dicto locus est, sed ex opere facto, quod cohaeret solo. Si ad ianuam meam tabulas fixeris et ego eas, priusquam tibi denuntiarem, refixero, deinde inuicem interdicto quod ui aut clam egerimus: nisi remittas mihi, ut absoluar, condemnandum te, quasi rem non restituas, quanti mea intersit, aut certe exceptionem mihi profuturam si non ui nec clam nec pre-
- 3 cario<sup>5</sup> feceris. Si sterco per fundum meum tuleris, cum id te facere uetuissem, quam- 15 quam nihil damni feceris mihi nec fundi mei<sup>6</sup> mutaueris, tamen teneri te quod ui aut clam Trebatius ait. Labeo contra, ne etiam is, qui dumtaxat iter per fundum meum fecerit aut
- 4 auem<sup>7</sup> egerit uenatusue fuerit sine ullo opere, hoc interdicto teneatur. Si quis proiectum aut stillicidium in sepulchrum immiserit, etiamsi ipsum monumentum non tangeret, recte cum eo agi, quod in sepulchro ui aut clam factum sit, quia sepulchri sit non solum is
- 5 locus, qui recipiat humationem, sed omne etiam supra id caelum: eoque nomine etiam sepulchri uiolati agi posse. Si is, qui denuntiauerit se opus facturum, confestim opus fecerit, clam fecisse non intellegitur: nam si post tempus, uidebitur clam fecisse.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> depresseris (R. Stephanus: u. i.)?    <sup>2</sup> radicesque (Best)?    <sup>3</sup> his] uitis (Schmidt Int. p. 102)?  
<sup>4</sup> inarauerit (u. p. 605, 39)?    <sup>5</sup> nec clam nec precario] aut clam (cf. L. 7 § 3 h. l.)?  
<sup>6</sup> faciem (u. i.) uel simile uoc. ins.    <sup>7</sup> bouem (u. i.)?

1 prohibe'n'tis F<sup>2</sup> 2 lapillumue] suapuil-  
 lumue F<sup>2</sup> | iactantis] F<sup>2</sup>, lacta'm'ntis F<sup>4</sup> |  
 prohibendi's' gratia F<sup>2</sup> 3 aute'm' F<sup>2</sup> | per-  
 maneuit F<sup>2</sup> 4 heres] F<sup>2</sup>, bere F<sup>2</sup> (s add. F<sup>2</sup>)  
 7 contine'n'tur F<sup>2</sup> | loco sacro siue in om. F<sup>2</sup>,  
 uertunt Graeci: ἐν ἱερῷ τόπῳ ἢ μνημείῳ B  
 (Syn. et Tip.) 8 interdict'o'um F<sup>4</sup> 9 si  
 opus seq.] περὶ τοῦ λάθρα ἢ βιά καταλύσαντος  
 τὸ κελύχος ἐν ὑπὸ δικαστοῦ καταλύθῆναι B (Tip.)  
 10 a] ad F<sup>2</sup> 11 seru'u'm' F<sup>2</sup> 12 per-  
 tin'er'et F<sup>2</sup> | clande'de'stini F<sup>2</sup> 13 re's'cis-  
 set F<sup>2</sup> 14 cum 'm'ea F<sup>2</sup> 16 uetem F<sup>2</sup>  
 17 deprehenderit] FXYMOC: ἐὰν τὴν ἀμπελὸν  
 σοῦ εἰλκύσῃ εἰς τὸν ἀγρὸν μοῦ B (Tip.), unde

ne collige Graecos legisse id quod scripsisse Ur-  
 nuleium satis constat | eaq' a'e F<sup>2</sup> 19 qu'ia  
 F<sup>4</sup> | si quis ui aut clam arauerit] εἰ βία ἢ λάθρα  
 γῆν σοῦ ἀποτριάσω B (Tip.) 20 adque F<sup>2</sup>  
 21 est] set F<sup>2</sup> 23 'ex' egerimus F<sup>2</sup> 24 certe  
 om. F<sup>2</sup> 26 fundi mei] speciem fundi mei  
 XYMO, fundi mei faciem C 27 teneatur  
 F<sup>2</sup> | aut auem egerit] quasi legerint Graeci  
 gregem uel oues, ita uertunt: περὶ τοῦ παρα-  
 γάγοντος ... διὰ τοῦ ἀγροῦ μοῦ ... θρόματα  
 B (Tip.) 28 uenatusue fuerit ... 29 sepul-  
 chrum immiserit om. F<sup>2</sup> 30 sit quis] in quis  
 F<sup>2</sup> 31 humanitionum F: ὁ τόπος τῆς τοῦ  
 B (Tip.) 32 confestim F

## XXV.

## R DE REMISSIONIBUS R

ULPIANUS libro septuagesimo primo ad edictum. Ait praetor: [B. t. 5 p. 222 n. \* Heimb. E  
 Quod ius sit illi prohibere, ne se inuito fiat, in eo nuntiatio tenet: ceterum nuntiationem  
 missam facio'. Sub hoc titulo remissiones proponuntur. Et uerba praetoris ostendunt re- 5  
 missionem ibi demum factam, ubi nuntiatio non tenet, et nuntiationem ibi demum uoluisse  
 praetorem tenere, ubi ius est nuntianti prohibere, ne se inuito fiat. ceterum siue satisfatio  
 interueniat siue non, remissio facta hoc tantum remittit, in quo non tenet nuntiatio. plane  
 si satisfatum est, exinde remissio facta est<sup>1</sup>, non est necessaria remissio. Ius habet opus  
 nouum nuntiandi, qui aut dominium aut seruitatem habet. Item Iuliano placet fructuario 10  
 iudicandarum seruitutum ius esse: secundum quod opus nouum nuntiare poterit uicino  
 et remissio utilis erit. ipsi autem domino praedii si nuntiauerit, re- [Iul. dig. l. 49 D. 59, 1, 2  
 missio inutilis erit: neque<sup>2</sup> sicut aduersus uicinium, ita aduersus dominum agere potest ius  
 ei non esse inuito se altius aedificare. sed si hoc facto usus fructus deterior fiat, petere  
 usum fructum debet. idem Iulianus dicit de ceteris, quibus aliqua seruitus a uicino de- 15  
 betur. Et quoque, qui pignori fundum accepit, scribit Iulianus non [Iul. l. eod. D. 8, 1, 16  
 esse iniquam detentionem<sup>3</sup> seruitutis dari.

## XXVI.

## R DE PRECARIO R

ESA

ULPIANUS libro primo institutionum. Precarium est, quod precibus petenti [B. 58, 24, 2 \*S  
 utendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui concessit patitur. Quod genus liberali- (B) 21  
 tatis ex iure gentium descendit. Et distat a donatione eo, quod qui donat, sic dat, ne  
 recipiat, at qui precario concedit, sic dat quasi tunc recepturus, cum sibi [BS. 24, 6, 15 sch. 3  
 libuerit precarium soluere. Et est simile commodato: nam et qui commodato rem, sic com-  
 modat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei uti re commodata permittat. 25

INDEX libro septuagesimo primo ad edictum. Ait praetor: 'Quod precario ab illo habes E  
 aut dolo malo fecisti, ut desineres habere, qua de re agitur, id illi restituas'. Hoc inter- f. 299'  
 dictum restitutorium est. Et naturalem habet in se aequitatem, namque precarium reuocare  
 petenti competit<sup>4</sup>: est enim natura aequum tamdiu te liberalitate mea uti, quamdiu ego  
 habeo, et ut possim reuocare, cum mutauero uoluntatem. itaque cum quid precario roga- 30  
 tur, est, non solum hoc interdicto uti possumus, sed etiam praescriptis uerbis actione, quae  
 bona fide oritur. Habere precario uidetur, qui possessionem uel corporis uel iuris  
 habet ex hac solummodo causa, quod preces adhibuit et impetrauit, ut sibi possidere  
 tibi liceat: 34

ULPIANUS libro uicensimo quinto ad edictum prouinciale. ueluti si me precario rogaueris, E  
 fundum meum ire uel agere tibi liceat uel ut in tectum uel in aream aedium mea-  
 rum illicidium<sup>5</sup> uel tignum in parietem immisum habeas.

ULPIANUS libro septuagesimo primo ad edictum. In rebus etiam mobilibus precarii E  
 interdictum constituit. Meminisse autem nos oportet eum, qui precario habet, etiam possidere.  
 hoc interdicto non utique ille, qui precario rogauit, sed qui precario habet: etenim 40  
 interdictum est, ut quis non rogauerit, sed habeat precario. ut puta seruus meus rogauit: mihi  
 (C)

<sup>1</sup> facta est del. <sup>2</sup> enim ins. (l. gem.) <sup>3</sup> petitionem (l. gem.)? <sup>4</sup> namque pre-  
 uocare uolenti competit del. <sup>5</sup> auertas ins. (cf. D. 8, 2, 2)

<sup>6</sup> non tenet] FY<sup>2</sup>, tenet XY<sup>2</sup>  
 non tenuit] FM<sup>2</sup>, tenuit XYM<sup>2</sup>OC  
 unde F<sup>2</sup> 23 siui F<sup>2</sup> 27 ut]  
 ineret F<sup>2</sup> | id] ad F<sup>2</sup> | restituas I  
 natura in aequum F<sup>2</sup> 32 pr'a-e-

cario F<sup>2</sup> 33 adhibuit F<sup>2</sup> 36 fundum  
 meum F<sup>2</sup> | aedium earum F 38 mobilibus F<sup>2</sup>  
 39 habe'r't F<sup>2</sup> 40 non om. F<sup>2</sup> | pr'a'ecario  
 habet F<sup>2</sup> 41 rogauit sed habeat precario  
 ut puta seruus meus rogauit mihi F<sup>2</sup>

- 3 adquisiit precarium: uel quis alius, qui iuri meo subiectus est. Item si rem meam precario rogauero, rogauit quidem precario, sed non habeo precario idcirco, quia receptum est  
 4 rei suae precarium non esse. Item qui precario ad tempus rogauit, finito tempore, etiamsi ad hoc temporis non rogauit, tamen precario possidere uidetur: intellegitur enim dominus, cum patitur eum qui precario rogauerit<sup>1</sup> possidere, rursus precario concedere.
- 5 POMPONIUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Sed si manente adhuc pre- B. 58, 24 n.  
 cario tu in ulterius tempus rogasti, prorogatur precarium: nam nec mutatur causa possessionis et non constituitur eo modo precarium, sed in longius tempus profertur. si uero praeterita die rogas, propius est, ut soluta iam causa precarii non redintegretur, sed noua constituatur.
- 6 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Certe si interim dominus B. 58, 24 n.  
 furere coeperit uel decesserit, fieri non posse Marcellus ait, ut precarium redintegretur, et  
 1 hoc uerum est. Si procurator meus me mandante uel ratum habente precario rogauerit,  
 2 ego precario habere proprie dicor. Is qui rogauit, ut precario in fundo moretur, non possidet, sed possessio apud eum qui concessit remanet: nam et fructuarius, inquit, et co-  
 3 lonus et inquilinus sunt in praedio et tamen non possident. Iulianus ait eum, qui ui alterum deiecit et ab eodem precario rogauit, desinere ui possidere et incipere precario, neque existimare<sup>2</sup> sibi ipsum causam possessionis mutare, cum uoluntate eius quem deiecit coeperit precario possidere: nam si ab eodem emisset, incipere etiam<sup>3</sup> pro emptore posse  
 4 dominium capere. Quaesitum est, si quis rem suam pignori mihi dederit et precario ro-  
 gaue- rit, an hoc interdictum locum habeat. quaestio in eo est, ut precarium consistere rei suae possit. mihi uidetur uerius precarium consistere in pignore, cum possessionis rogetur, non proprietatis, et est haec sententia etiam utilissima: cottidie enim precario rogantur creditores ab his, qui pignori dederunt, et debet consistere precarium.
- 7 UENULEIUS libro tertio interdictorum. Sed et si eam rem, cuius possessionem B. 58, 24 n.  
 per interdictum uti possidetis retinere possim, quamuis futurum esset, ut tenear de proprietate, precario tibi concesserim, teneberis hoc interdicto.
- 8 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Quaesitum est, si Titius B. 58, 24 n.  
 me rogauerit, ut re Sempronii utatur, deinde ego Sempronium rogauero, ut concederet,  
 || et ille, dum mihi uult praestitum, concesserit. Titius a me habet precario et ego cum  
 eo agam interdicto de precario: Sempronius autem non aget cum eo, quia haec uerba  
 'ab illo precario habes' ostendunt ei demum competere interdictum, a quo quis precario  
 rogauit, non cuius res est. an tamen Sempronius mecum, quasi a me rogatus, interdictum  
 habeat? et magis est, ne habeat, quia non habeo precario, cum non mihi, sed alii impe-  
 traui. mandati tamen actionem potest aduersus me habere, quia me mandante dedit tibi:  
 aut si quis dixerit non mandatu meo, sed magis mihi credentem hoc fecisse, dicendum  
 1 est in factum dandam actionem et<sup>4</sup> aduersus me. Quod a Titio precario quis roganit, id  
 etiam ab herede eius precario habere uidetur: et ita et Sabinus et Celsus scribunt eoque  
 iure utimur. ergo et a ceteris successoribus habere quis precario uidetur. idem et Labeo  
 2 probat et adicit, etiamsi ignoret quis heredem, tamen uideri eum ab herede precario  
 habere. Illud tamen uideamus quale sit, si a me precario rogaueris et ego eam rem aliena-  
 uero, an precarium duret re ad alium translata. et magis est, ut, si ille non reuocet,  
 posse interdicere quasi ab illo precario habeas, non quasi a me: et si passus est aliquo  
*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> qui precario rogauerit del.    <sup>2</sup> existimari (*Smollenburg: cf. p. 614, 26*)?    <sup>3</sup> inciperet iam?  
<sup>4</sup> ei (u. i.)?

5 rursus pr'aecario *F*<sup>1</sup>    9 pr'aeterita *F*<sup>2</sup>  
 17 pr'aecario neque *F*<sup>2</sup>    20 praecario *F*<sup>2</sup>  
 21 an om. *F*<sup>1</sup> | ut] et *F*<sup>1</sup> | pr'aecarium *F*<sup>2</sup>  
 23 propriaetatis *F*<sup>2</sup> | pr'aecario *F*<sup>2</sup>    24 de-  
 derunt] deberunt *F*<sup>1</sup> | debent *F*    26 posse-  
 ditis *F* | propriaetate pr'aecario *F*<sup>2</sup>    27 te-  
 neberis *F*<sup>2</sup>    30 pr'aestitum *F*<sup>2</sup>    34 et ro-  
 gatis magis *F*<sup>2</sup>    36 mihi credentem] mihi

...tercedentem *X*<sup>o</sup>, me intercedentem *X*<sup>o</sup>, me intercedente *MOC*, intercedente me *Y* 37 et] *possis explicare ex l. 2 § 2 h. t.: sed artificiosae interpretationi praefero emendationem facilem*  
 40 uideri eum ab herede precario habere illud tamen *bis F*<sup>1</sup> 42 an] in *F*<sup>1</sup> | reuocet ille' posse *F*<sup>2</sup>

- 3 tempore a se precario habere, recte interdicet<sup>1</sup>, quasi a se precario habeas. Eum quoque precario teneri noluit praetor, qui dolo fecit, ut habere desineret. illud adnotatur, quod culpam non praestat is qui precario rogauit, sed solum dolum praestat, quamquam is, qui commodatum suscepit, non tantum dolum, sed etiam culpam praestat. nec immerito dolum solum praestat is qui precario rogauit, cum totum ex liberalitate descendat eius 5 qui precario concessit et satis sit, si dolum tantum praestetur. culpam tamen dolo proximi 4 mam contineri quis merito dixerit. Ex hoc interdicto restitui debet in pristinam causam: quod si non fuerit factum, condemnatio in tantum fiet, quanti interfuit actoris ei rem restitui ex eo tempore, ex quo interdictum editum est: ergo et fructus usque ad die interdicti 5 editi praestabuntur. Si seruitute usus non fuit is qui precario rogauit ac per hoc amissa 6 sit, uideamus, an interdicto teneatur. ego arbitror non alias, quam si dolo fecerit. Et generaliter erit dicendum in restitutionem uenire dolum et culpam latam dumtaxat, cetera non uenire. plane post interdictum editum oportebit et dolum et culpam et omnem causam uenire: nam ubi moram quis fecit precario, omnem causam debet constitui<sup>2</sup>.
- 7 Interdictum hoc et post annum competere Labeo scribit eoque iure utimur: cum enim non- 15 numquam in longum tempus precarium concedatur, absurdum est dicere interdictum locum non habere post annum. Hoc interdicto heres eius qui precario rogauit tenetur quemadmodum ipse, ut, siue habet sine dolo fecit quo minus haberet uel ad se perueniret, teneatur: ex dolo autem defuncti hactenus, quatenus ad eum peruenit. 19
- GAIUS libro uicensimo sexto ad edictum prouinciale. Precario possessio consisti<sup>3</sup> potest E uel inter praesentes uel inter absentes, ueluti per epistolam uel per nuntium.
- POMPONIUS libro quinto ex Plautio. Quamuis ancillam quis precario roga- [B. 58, 24 n. E uerit, id actum uidetur, ut etiam quod ex ancilla natum esset in eadem causa haberetur.
- CELSEUS libro septimo digestorum. Si debitor rem pigneratam precario ro- [B. 58, 24 n. E gauerit, soluta pecunia precarium soluitur: quippe id actum est, ut usque eo precarium 25 teneret.
- IDEM libro uicensimo quinto digestorum. || Cum<sup>4</sup> precario ali- [B. 58, 24 n. BS. 13, 1, 17 E f. 300' quid datur, si conuenit, ut in kalendas Iulias precario possideat, numquid exceptione adi- uandus est, ne ante ei possessio auferatur? sed nulla uis est huius conuentionis, ut rem alienam domino inuito possidere liceat. Precario rogatio et ad heredem eius qui concessit 30 transit: ad heredem autem eius qui precario rogauit non transit, quippe ipsi dumtaxat, non etiam heredi concessa possessio est.
- POMPONIUS libro trigensimo tertio ad Quintum Mucium. Si seruus tuus tuo [B. 58, 24 n. Ef mandato precario rogauerit uel ratum habueris quod ille rogauit tuo nomine, teneberis, quasi precario habeas. sed si te ignorante suo nomine uel seruus uel filius rogauerit, non 35 uideris tu precario habere, sed illi<sup>5</sup> erit actio de peculio uel de in rem uerso.
- 14 PAULUS libro tertio decimo ad Sabinum. Interdictum de precariis merito [B. 58, 24 n. S introductum est, quia nulla eo nomine iuris ciuilis actio esset: magis enim ad donationes et beneficii causam, quam ad negotii contracti spectat precarii condicio. 39
- 15 POMPONIUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Et habet summam aequi- [B. 58, 24, 17 et n. S l tatem, ut eatenus quisque nostro utatur, quatenus ei tribuere uelimus. Hospites et qui 2 gratuitam habitationem accipiunt non intelleguntur precario habitare. Precario habere 3 etiam ea quae in iure consistunt possumus, ut immissa uel protecta. Cum quis de re 4 sibi restituenda cautum habet, precarium interdictum ei non competit. Eum, qui precario F(XYMOC)

<sup>1</sup> et magis est ut, si ille non reuocet et si passus est aliquo tempore precario habere, recte interdicat (*del. posse ... me, item a se*)? <sup>2</sup> restituere (*u. i.*)? <sup>3</sup> constitui (*u. i.*)? <sup>4</sup> cui? <sup>5</sup> illi *del.*

1 tempore F<sup>1</sup> 5 is bis F (em. f) | totum | totum hoc F<sup>2</sup> 9 aeditum F | et] ex F<sup>2</sup> 10 qui om. F<sup>2</sup> 13 oportuit F<sup>1</sup> 14 facit F<sup>2</sup> | constituere] restituere XYMOC 15 et] est F<sup>1</sup> | equa'e F<sup>2</sup> 20 consis'sti F<sup>2</sup>, con-

sisti (*superscr. al. constitui*) X, constitui XYMOC: CYNICTATAI B (Tip.) 35 seruos F<sup>1</sup> 36 peculio 'd' uel F<sup>2</sup> 38 introduct'o'um F<sup>2</sup> | mag'n'is F<sup>2</sup>

- rogauerit, ut sibi possidere liceat, nancisci possessionem non est dubium: an is quoque possideat, qui rogatus sit, dubitatum est. placet autem penes utrumque esse eum hominem, qui precario datus esset, penes eum qui rogasset, quia possideat corpore, penes dominum, quia non discesserit animo possessione. Quo quis loco precario aut possideat aut coeperit possidere, nihil refert, quod ad hoc interdictum pertinet.
- 16 IDEM libro trigensimo secundo ad Sabinum. Si adoptaero eum, qui precario rogauerit, ego quoque precario possidebo. B. 58, 24 n. 5
- 17 IDEM libro nicesimo tertio ad Sabinum. Qui precario fundum possidet, is interdicto uti possidetis aduersus omnes praeter eum, quem rogauit, uti potest. B. 58, 24 n. 9
- 18 IULIANUS libro tertio decimo digestorum. Unusquisque potest rem suam, quamuis non possideat, precario dare ei qui possideat. B. 58, 24 n. 8
- 19 IDEM libro quadragensimo nono digestorum. Duo in solidum uti possidere aut clam: 1 nam neque iustae neque iniustae possessiones duae concurrere possunt. Qui seruum meum precario rogat, uidetur a me precario habere, si hoc ratum habuero, et ideo precario interdicto mihi tenebitur. Cum quid precario rogatum est, non solum interdicto uti possumus, sed et incerti conditione, id est praescriptis uerbis.
- 20 ULPIANUS libro secundo responsorum. Ea, quae distracta sunt, ut precario penes emptorem essent, quoad pretium uniuersum persolueretur: si per emptorem stetit, quo minus persolueretur, uenditorem posse consequi. B. 58, 24 n. 30
- 21 UENULEIUS libro quarto actionum. Cum precario quis rogat, ut ipsi in eo fundo morari liceat, supernacuum est adici 'ipsi suisque': nam per ipsum suis quoque permissum uti uidetur. B. 58, 24 n. A
- 22 IDEM libro tertio interdictorum. Si is, qui pro possessore possideret, precario dominum rogauerit, ut sibi retinere rem liceret, uel is, qui alienam rem emisset, dominum rogauerit: apparet eos precario possidere. nec existimandos mutare sibi causam possessionis, quibus a domino concedatur precario possidere: nam et si id quod possideas alium precario rogaueris, uideri te desinere ex prima causa possidere et incipere ex precario habere: et contra si possessorem precario rogauerit qui rem auocare ei posset, teneri eum precario, quoniam aliquid ad eum per hanc precarii rogationem peruenit, id est possessio, quae aliena sit. Si pupillus sine tutoris auctoritate precario rogauerit, Labeo ait habere eum precariam possessionem et hoc interdicto teneri. nam quo magis naturaliter possideretur, nullum locum esse tutoris auctoritati: recteque dici 'quod precario habes', quia quod possideat ex ea causa possideat, ex qua rogauerit: nihilque noui per praetorem constituendum, quoniam, sine habeat rem, officio iudicis teneretur, siue non habeat, non teneatur. q. 80 | 35

## XXVII.

## R DE ARBORIBUS CAEDENDIS R

- 1 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Ait praetor: 'Quae arbor ex aedibus tuis in aedes illius impendet, si per te stat, quo minus eam adimas, tunc, quo minus illi eam arborem adimere sibi que habere liceat, uim fieri ueto'. Hoc interdictum prohibitorium est. Si arbor aedibus alienis impendeat, utrum totam arborem iubeat praetor adimi an uero id solum, quod superexcurrit, quaeritur. et Rutilius ait a stirpe *F(XYMOC)* B 40

<sup>1</sup> utique? uel. uti del.

3 qui'a F<sup>2</sup> | possideat] possiderat F | corpore] teorore F<sup>2</sup> | dominium F 5 pertinet F<sup>2</sup>  
 9 preter f, perter F: πλὴν ἐμοῦ B 12 duo] Δύο B, suo F 14 qui's seruum F<sup>2</sup> 16 teneatur F<sup>2</sup> 17 id] inter F<sup>2</sup> 18 distracto F<sup>2</sup>  
 22 licet F<sup>2</sup> 26 causa'm' F<sup>2</sup> 29 qui] is

qui F<sup>2</sup> | auocare] auocauero F<sup>2</sup> 31 l'abeo F<sup>2</sup>  
 32 precari'am F<sup>2</sup> 33 auctoritate F<sup>2</sup> | quod possidea't F<sup>2</sup> 34 per om. F | praetorem F<sup>2</sup>  
 37 caedendis F 38 qua'e F<sup>2</sup> 40 uim u' fieri F<sup>2</sup> | interdict'o'um F<sup>2</sup>

- excidendam idque plerisque uidetur uerius: et nisi adimet dominus arborem, Labeo ait  
 3 permitti ei, cui arbor officeret, ut si uellet succideret eam lignaque tolleret. Arboris ap-  
 4 pellatione etiam uites continentur. Non solum autem domino aedium, sed etiam ei qui  
 5 usufructum habet competit hoc interdictum, quia et ipsius interest arborem istam non  
 6 singuli habeant. Ait praetor: 'si per te stat, quo minus eam adimas, quo minus illi eam  
 7 arborem adimere liceat, uim fieri ueto'. prius itaque tibi datur adimendi facultas: si tu  
 8 non facias, tunc uicino prohibet uim fieri adimere uolenti. Deinde ait praetor: 'Quae  
 9 arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per te stat, quo minus pedes quindecim  
 10 a terra eam altius coerceas, tunc, quo minus illi ita coercere lignaque sibi habere liceat,  
 11 uim fieri ueto'. Quod ait praetor, et lex duodecim tabularum efficere uoluit, ut quindecim  
 12 pedes altius rami arboris circumcidantur: et hoc idcirco effectum est, ne umbra arboris  
 13 uicino praedio noceret. Differentia duorum capitum interdicti haec est: si quidem arbor  
 14 aedibus impendeat, succidi eam praecipitur, si uero agro impendeat, tantum usque ad  
 15 quindecim pedes a terra coerceri.
- 2 POMPONIUS libro trigensimo quarto ad Sabinum. Si arbor ex uicini fundo [B. 60, 16, 14] S  
 uento inclinata in tuum fundum sit, ex lege duodecim tabularum de adimenda ea recte  
 agere potes ius ei non esse ita arborem habere.

## XXVIII.

20

## R DE GLANDE LEGENDA R

- 1 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Ait praetor: [B. t. 5 p. 222 n. u. Heimb.] E  
 'Glandem, quae ex illius agro in tuum cadat, quo minus illi tertio quoque die legere  
 1 auferre liceat, uim fieri ueto'. Glandis nomine omnes fructus continentur.

## XXVIII.

25

## R DE HOMINE LIBERO EXHIBENDO R

EA

- 1 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Ait praetor: 'Quem libe- [B. 60, 47, 1] E  
 1 rum dolo malo retines, exhibeas'. Hoc interdictum proponitur tuendae libertatis causa,  
 uidelicet ne homines liberi retineantur a quoquam:
- 2 UENULEIUS libro quarto interdictorum. (nihil enim multum a specie seruien- [B. 60, 47, 2] A  
 tium differunt, quibus facultas non datur recedendi):
- 3 | ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. quod et lex Fabia pro- [B. 60, 47, 8] E l. 301'  
 spexit. neque hoc interdictum aufert legis Fabiae executionem: nam et hoc interdicto agi  
 poterit et nihilo minus accusatio legis Fabiae institui: et uersa uice qui egit Fabia, poterit  
 nihilo minus etiam hoc interdictum habere, praesertim cum alius interdictum, alius Fabiae  
 1 actionem habere possit. Haec uerba 'quem liberum' ad omnem liberum pertinent, siue  
 pubes sit siue impubes, siue masculus siue femina, siue unus siue plures, siue sui iuris sit  
 2 siue alieni: hoc enim tantum spectamus, an liber sit. Is tamen, qui in potestate habet,  
 3 hoc interdicto non tenebitur, quia dolo malo non uidetur habere qui suo iure utitur. Si  
 F(XYMOC)

1 excidendam] XYMOC cum B: ἐκ πίχης  
 ἐκτέμνειν, excidendam F | arborem] arboret  
 F<sup>1</sup> 3 ei] et F 8 adimend' a i F<sup>4</sup> | facultas F<sup>2</sup>  
 9 tu'nc' F<sup>1</sup> | u'im F<sup>2</sup> 12 pretor F 18 uen-  
 'di'to F<sup>2</sup> | inclinata F (em. f): ἐὰν ἐπικλίνη  
 B (Anon.) | in om. F<sup>2</sup> 19 potes't' F<sup>2</sup> 21 le-  
 ganda F<sup>2</sup> 24 glande F<sup>1</sup> 26 liberexigendo  
 iud. F 29 retineantur] inuiti add. Graeci:  
 ἡὰ μὴ παρὰ μηδενός κρᾶτῶνται ἄκοντες οἱ

ἐλεῦθεροι ἄνθρωποι BS (Dor.) 32 et] ext F<sup>2</sup> |  
 fauia F et sic mox: νόμος Φάβιος BS 33 inter-  
 dictum ... et hoc om. F<sup>1</sup> 34 accusatio ...  
 qui egit om. F<sup>1</sup> 35 alius 'a' fauias F<sup>2</sup> 36 ha-  
 bere ... omnem om. F<sup>1</sup> 37 pubes] pures F<sup>1</sup> |  
 unus siue] add. XYMOC cum BS (Dor.): εἴτε  
 εἴτε πολλοί, om. F 39 quia dolo malo  
 non uidetur om. F<sup>1</sup> | utimur F<sup>1</sup>

quis eum, quem ab hostibus redemit, retineat, in ea causa est, ut interdicto non teneatur: non enim dolo malo facit. plane si offertur pretium, interdictum locum habet. sed et si eum remisit pretio non accepto, dicendum est interdicto locum fore, si, posteaquam semel 4 remisit, uelit retinere. Si eum quis retineat filium, quem non habet in potestate, plorum- que sine dolo malo facere uidebitur: pietas enim genuina efficit sine dolo malo retineri, nisi si euidentis dolus malus intercedat. proinde et si libertum suum uel alumnum uel noxae deditum adhuc impuberem<sup>1</sup>, idem erit dicendum. et generaliter qui iustam causam habet 5 hominis liberi apud se retinendi, non uidetur dolo malo facere. Si quis uolentem retineat, non uidetur dolo malo retinere. sed quid si uolentem quidem retineat, non tamen sine calliditate circumuentum uel seductum uel sollicitatum, neque bona uel probabili ratione 10 hoc facit? recte dicitur dolo malo retinere. Is, qui nescit apud se esse hominem liberum, 7 dolo malo caret: sed ubi certioratus retinet, dolo malo non caret. Plane si dubitat, utrum liber an seruus sit, uel facit status controuersiam, recedendum erit ab hoc interdicto et agenda causa libertatis. etenim recte placuit tunc demum hoc interdictum locum habere, quotiens quis pro certo liber est: ceterum si quaeratur de statu, non oportet praeiudicium 15 fieri alienae cognitioni. Ait praetor 'exhibeas'. exhibere est in publicum producere et uidendi tangendique hominis facultatem praebere: proprie autem exhibere est extra secretum 9 habere. Hoc interdictum omnibus competit: nemo enim prohibendus est libertati facere. 10 Plane ex causa suspectae personae remouendae sunt, si forte talis persona sit, quam ueri- 11 simile est colludere uel calumniari. Sed et si mulier uel pupillus hoc interdictum deside- 20 rent pro cognato uel parente uel adfina suo solliciti, dandum esse eis interdictum dicen- dum est: nam et publico iudicio reos facere possunt, dum suas suorumque iniurias exse- 12 quantur. Si tamen plures sunt, qui experiri uolent, eligendus est a praetore, ad quem maxime res pertinet uel is qui idoneior est: et est optimum ex coniunctione, ex fide, ex 13 dignitate actorem hoc interdicto eligendum. Si tamen, posteaquam hoc interdicto actum 25 est, alius hoc interdicto agere desideret, palam erit postea alii non facile dandum, nisi ai de perfidia prioris potuerit aliquid dici. itaque causa cognita amplius quam semel inter- dictum hoc erit mouendum. nam nec in publicis iudiciis permittitur amplius agi quam semel actum est<sup>2</sup> quam si praenuaricationis fuerit damnatus prior accusator. si tamen reus 30 condemnatus malit litis aestimationem sufferre quam hominem exhibere, non est iniquum 14 saepius in eum interdicto experiri<sup>3</sup> uel eidem sine exceptione uel alii. Hoc interdictum et in absentem esse rogandum Labeo scribit, sed si non defendatur, in bona eius eundem 15 ait. Hoc interdictum perpetuum est.

4 UENULEIUS libro quarto interdictorum. Si quis liberum hominem ignorantem [B. 60, 47, 4 d] 1 suum statum retineat, tamen<sup>4</sup> si dolo malo retinet, cogitur exhibere. Trebatius quoque 35 2 ait non teneri eum, qui liberum hominem pro seruo bona fide emerit et retineat. Nullo F(XYMOG)

<sup>1</sup> uel alumnum adhuc impuberem uel noxae deditum? aut adhuc impuberem del. (u. l.)  
<sup>2</sup> actum est] praeter (u. i.)? <sup>3</sup> permitti ins. (Pothier) <sup>4</sup> tamen del.

5 uidebitur F<sup>1</sup> | pietas enim genuina] διὰ τὴν προσγενή εὐσέβειαν B (Anon.), αὐτὴ γὰρ ἡ εὐσέβεια τοῦ γεννηθέντος αὐτὸν BS (Dor.)  
 7 adhuc impuberem] *omittunt haec uerba interpretes Graeci, cum Anonymus tum ipse Dorotheus* 9 qui'd ai F<sup>2</sup> 10 probauit F<sup>1</sup>  
 14 a'b'genda F<sup>2</sup> 16 alienae cognitioni] τῆ ἀλλοτρίᾳ διαγνώσει BS (Dor.) 17 tangendiqu'a'e F<sup>2</sup> 20 desideret F 21 suo's' soll. F<sup>2</sup>  
 22 ex's'equuntur F<sup>2</sup> 24 idoneor F | aptimum F<sup>1</sup> 25 eligendum ... interdicto om. F<sup>1</sup>  
 27 itaque causa cognita seq.] οὐ πλέον οὖν ἢ ἀπαξ τοῦτο τὸ ἰντέρδικτον κινεῖται (= itaque non amplius quam semel hoc interdictum mouetur), εἰ μὴ ἀρα καὶσα κόρνιτα ἐκ δευτέρου δοθεῖν (= nisi causa cognita iterum detur).

οὐ γὰρ τὰ ποῦβλικα δικαστήρια πλέον ἢ ἀπαξ κινεῖται (= nam nec publica iudicia amplius mouentur quam semel), εἰ μὴ ὁ πρῶτον κατηγορῆσας ὡς πραιογαρικότωρ καταδικασθῆ (= praeterquam si praenuaricationis fuerit damnatus prior accusator) BS (Dor.): *quae interpretatio cum Latina et presse sequatur et felicissime emendet, ad eam uerba accommodamus* 28 iudiciis F<sup>2</sup> 35 tamen] *quasi pro tamen legeretur nec, sic uertit Dorotheus: εἰ καὶ ἀγνοοῦντα τὸν ἐλεύθερον ἄνθρωπον τὴν ἐαυτοῦ καταστάσιν κατέχει τις, ὅμως δὲ κατὰ δόλον κρατεῖ αὐτόν, οὐκ ἐνάγεται, et Anonymus sic: εἰ ἐλεύθερον ἀγνοοῦντα τὴν ἰδίαν τῆσιν κρατῶν, κὰμ ἀνεγ δόλου, δεῖ με αὐτόν παριστάν*

tempore dolo malo retineri homo liber debet, adeo ut quidam putauerint nec mo[dicum f. 302  
tempus ad eum exhibendum dandum, quoniam praeteriti facti poena praestanda est. Cre-  
ditori non competit interdictum, ut debitor exhiberetur: nec enim debitorem latitantem  
exhibere quisquam cogitur, sed in bona eius ex edicto praetoris itur.

## XXX.

## R DE LIBERIS EXHIBENDIS, ITEM DUCENDIS R

ESA

1 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Ait praetor: 'Qui quaeue [B. 31, 2, 12] E  
in potestate Lucii Titii est, si is eaue apud te est dolo malo tuo factum est, quo minus  
1 apud te esset, ita eum eaue exhibeas'. Hoc interdictum proponitur aduersus eum, quem  
quis exhibere desiderat eum, quem in potestate sua esse dicit. et ex uerbis apparet ei, 10  
cuius in potestate est, hoc interdictum competere. In hoc interdicto praetor non admittit  
causam, cur apud eum sit is, qui exhiberi debet, quemadmodum in superiore interdicto,  
sed omnimodo restituendum putauit, si in potestate est. Si uero mater sit, quae retinet,  
apud quam interdum magis quam apud patrem morari filium debere (ex iustissima scilicet  
causa) et diuus Pius decreuit et a Marco et a Seuero rescriptum est, aequae subueniendum 15  
ei erit per exceptionem. Pari modo si iudicatum fuerit non esse eum in potestate, etsi  
per iniuriam iudicatum sit, agenti hoc interdicto obicienda erit exceptio rei iudicatae, ne  
de hoc quaeratur, an sit in potestate, sed an sit iudicatum. Si quis filiam suam, quae  
mihi nupta sit, uelit abducere uel exhiberi sibi desideret, an aduersus interdictum exceptio  
danda sit, si forte pater concordans matrimonium, forte et liberis subnixum, uelit dissol- 20  
uere? et certo iure utimur, ne bene concordantia matrimonia iure patriae potestatis tur-  
bentur. quod tamen sic erit adhibendum, ut patri persuadeatur, ne acerbè patriam pote-  
statem exerceat.

2 HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. Immo magis de uxore ex- [B. 31, 2, 13] \*P  
hibenda ac ducenda pater, etiam qui filiam in potestate habet, a marito recte conuenitur. 25

3 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. Deinde ait praetor: 'Si [B. 31, 2, 14] Ef  
Lucius Titius in potestate Lucii Titii est, quo minus eum Lucio Titio ducere liceat, uim  
1 fieri ueto'. Superiora interdicta exhibitoria sunt, hoc est pertinent ad exhibitionem libe-  
rorum ceterorumque, de quibus supra diximus: hoc autem interdictum pertinet ad ductio- 30  
nem, ut ducere quis possit eos, in quos habet ius ductionis. itaque prius interdictum,  
quod est de liberis exhibendis, praeparatorium est huius interdicti: quo magis enim quis  
duci possit, exhibendus fuit. Ex iisdem causis hoc interdictum tribuendum est, ex quibus  
causis de exhibendis liberis competere diximus: itaque quaecumque ibi diximus, eadem  
hic quoque dicta accipienda sunt. Hoc autem interdictum competit non aduersus ipsum 35  
filium, quem quis ducere nult, sed utique esse debet is<sup>1</sup> qui eum interdicto defendat:  
ceterum cessat interdictum, et succedere poterit notio praetoris, ut apud eum disceptetur,  
4 utrum quis in potestate sit an non sit. Iulianus ait, quotiens id interdictum mouetur de  
filio ducendo uel cognitio et is de quo agitur impubes est, alias differri oportere rem in  
tempus pubertatis, alias repraesentari: idque ex persona eorum, inter quos controuersia  
erit, et ex genere causae constituendum est. nam si is, qui se patrem dicit, auctoritatis 40  
prudenciae fidei exploratae esset, usque in diem litis impuberes apud se habebit<sup>2</sup>: is  
uero, qui controuersiam facit, humilis calumniator notae nequitiae, repraesentanda cognitio  
est. item si is, qui impuberes negat in aliena potestate esse, uir omnibus modis probatus,

F(XYMOO)

<sup>1</sup> is *del.*    <sup>2</sup> usque ... habebit *del.* (cf. p. 618, I)

8 e'st si F<sup>2</sup>    10 desi'd'erat F<sup>22</sup> | esse't    h'ac F<sup>21</sup>    27 titi'i' F<sup>2</sup> | luci'o' F<sup>2</sup> | dicere F  
dicit F<sup>2</sup> | ueruis F<sup>2</sup>    11 competere in hoc    29 ceterorumqu'a'e F<sup>2</sup>    32 fuit 'et' ex 'hi'is-  
interdicto om. F<sup>2</sup>    12 apud] amped F<sup>2</sup> | is]    dem F<sup>2</sup>    33 itaque 'quae'cumqu'a'e F<sup>2</sup>  
his F<sup>2</sup> | quemadmodum 'dum' in F<sup>2</sup>    16 fierit    35 defendam F<sup>2</sup>    36 ut om. F<sup>2</sup>    38 differei  
F<sup>2</sup>    17 per om. F<sup>2</sup>    18 sed 'an' sit F<sup>2</sup>    F (em. f) | rem] re f    39 inter] intro F<sup>2</sup>  
21 turb'a'entur F<sup>2</sup>    22 acerbue F    25 ac]    43 potestate u'esse F<sup>2</sup>



- tutor uel testamento uel a praetore datus pupillum, quem in diem litis apud se habuit, tuetur, is uero, qui patrem se dicit, suspectus est quasi calumniator, differri litem non oportebit. si uero ¶ utraque persona suspecta est aut tamquam infirma aut tamquam turpis, f. non erit alienum, inquit, disponi, apud quem interim puer educeretur<sup>2</sup> et controuersiam in tempus pubertatis differri, ne per collusionem uel imperitiam alterutrius contententium aut alienae potestati pater familias addicatur aut filius alienus patris familiae loco constituatur.
- 5 Etiam si maxime autem probet filium pater in sua potestate esse, tamen causa cognita mater in retinendo eo potior erit, idque decretis diui Pii quibusdam continetur: optinuit enim<sup>3</sup> mater ob nequitiam patris, ut sine deminutione patriae potestatis apud eam filius 6 moretur. In hoc interdicto, donec res indicetur, feminam, praetextatum eumque, qui 1 proxime praetextati aetatem accedet, interim apud matrem familias deponi praetor iubet. proxime aetatem praetextati accedere eum dicimus, qui puberem aetatem nunc ingressus est. cum audis matrem familias, accipe notae auctoritatis feminam.
- 4 AFRICANUS libro quarto quaestionum. Si eum, qui se patrem familias dicat, B. 31, 3, 15 ego in mea potestate esse et iussu meo adisse hereditatem dicam, tam de hereditate agi oportere quam ad interdictum de filio ducendo iri debere ait.
- 5 UENULEIUS libro quarto interdictorum. Si filius sua sponte apud aliquem est, inutile hoc interdictum erit, quia filius magis apud se quam apud eum est, in quem interdicetur, cum liberam facultatem abeundi uel remanendi haberet: nisi si inter duos, qui se patres dicerent, controuersia esset et alter ab altero exhiberi eum desideraret. 20

## XXXI.

## R UTRUBI R

- 1 ULPIANUS libro septuagensimo secundo ad edictum. Praetor ait: 'Utrubi B. 60, 17, 27 hic homo, quo de agitur, maiore parte huiusce anni fuit, quo minus is eum ducat, uim 1 'feri ueto'. Hoc interdictum de possessione rerum mobilium locum habet: sed optinuit 25 uim eius exaequatam fuisse uti possidetis interdicto, quod de rebus soli com- cf. L. 4, 15, 4a petit, ut is et in hoc interdicto uincat, qui nec ui nec clam nec precario, dum super hoc ab aduersario inquietatur, possessionem habet.

## XXXII.

## R DE MIGRANDO R

- 1 ULPIANUS libro septuagensimo tertio ad edictum. Praetor ait: 'Si is homo, B. 60, 19, 1 quo de agitur, non est ex his rebus, de quibus inter te et actorem conuenit, ut, quae 'in eam habitationem qua de agitur introducta importata ibi nata factae essent, ea pignori tibi pro mercede eius habitationis essent, siue ex his rebus est et ea merces tibi soluta 'eone nomine satisfactum est aut per te stat, quo minus soluatur: ita, quo minus ei, qui 35 1 'eum pignoris nomine induxit, inde abducere liceat, uim fieri ueto'. Hoc interdictum pro- 2 ponitur inquilino, qui soluta pensione uult migrare: nam colono non competit. Cui rei 3 etiam extra ordinem subueniri potest: ergo infrequens est hoc interdictum. Si tamen *F(XYMOG)*

<sup>1</sup> non del.    <sup>2</sup> educetur (edd.)?    <sup>3</sup> forte ins.

11 praetor' i iubet F<sup>2</sup> 12 nunc] hunc F<sup>2</sup> 13 accipia'e F<sup>2</sup> 19 abeundi uel] XYMOG, habendi' nec' uel F<sup>2</sup> 20 est' set F<sup>4</sup> 22 utrubi] ind. F, de utrubi F 23 utrubi] hinc fortasse pendet Theophilus 4, 15, 7, quem ne crede scripsisse utrubi uestrum: abest enim uestrum a codice Pithoei editioneque Fabroti nec magis Latinum est quam ubi uestrum. aliud est quod Dorotheus formulam reddidit sic: ὀπότεροϋ

ἡμῶν οὗτος ὁ οἰκέτης ... ἢν BS 24 is om. F<sup>2</sup> 26 exaequitum F<sup>2</sup> | rebus] sic edd. cum BS (Dor.): ὅπερ ἐπὶ τοῖς ἀκινήτοις πράγμασιν ἀρμόζει, rerum F 27 ut h'is F<sup>2</sup> 33 importata F<sup>4</sup> 34 est et] sic Hal. cum BS (Dor.): ἢ ἐξ ἐκείνων μὲν ἐστὶ τῶν πραγμάτων ὁ οἰκέτης, κατεβλήθη δὲ σοὶ τὸ μίσθωμα, esset F 35 te st'at F<sup>2</sup> 38 or' dinem F<sup>4</sup>

- 4 gratuitam quis habitationem habeat, hoc interdictum utile ei competet. Si<sup>1</sup> pensio nondum  
debeatur, ait Labeo interdictum hoc cessare, nisi paratus sit eam pensionem soluere.  
proinde si semenstrem soluit, sexmenstris debeatur, inutiliter interdicet, nisi soluerit et  
sequentis sexmenstris, ita tamen, si conuentio specialis facta est in conductione domus,  
ut non liceat ante finitum annum uel certum tempus migrare. idem est et si quis in 5  
plures annos conduxerit et nondum praeterierit tempus. nam cum in uniuersam conductione-  
nem pignora sunt obligata, consequens erit dicere interdicto locum non fore, nisi liberata  
5 fuerint. Illud notandum est praetorem || hic non exegisse, ut in bonis fuerit conductoris, f. 303  
nec ut esset pignori res illata, sed si pignoris nomine inducta sit. proinde et si aliena  
sint et si talia, quae pignoris nomine teneri non potuerint, pignoris tamen nomine intro- 10  
ducta sint, interdicto hoc<sup>2</sup> locus erit: quod si nec pignoris nomine inducta sint, nec retineri  
6 poterunt a locatore. Hoc interdictum perpetuum est et in successores et successoribus  
dabitur.
- 2 GAIVS libro uicesimo sexto ad edictum prouinciale. Hoc interdictum inqui- [B. 60, 19, 2] E  
lino etiam de his rebus, quae non ipsius sint, sed forte commodatae ei uel locatae uel 15  
apud eum depositae sunt, utile esse non dubitatur.

## XXXIII.

## R DE SALUIANO INTERDICTO R

SE

- 1 IULIANUS libro quadragesimo nono digestorum. Si colonus ancillam in [B. 60, 17, 28] S  
fundo pignoris nomine duxerit et eam uendiderit, quod apud emptorem ex ea natum est, 20  
1 eius adprehendendi gratia utile interdictum reddi oportet. Si colonus res in fundum duo-  
rum pignoris nomine intulerit, ita ut utrique in solidum obligatae essent, singuli aduersus  
extraneum Saluiano interdicto recte experientur: inter ipsos uero si reddatur hoc inter-  
dictum, possidentis condicio melior erit. at si id actum fuerit, ut pro partibus res obliga- 25  
retur, utilis actio et aduersus extraneos et inter ipsos dari debebit, per quam dimidias 25  
2 partes possessionis singuli adprehendent. Idem seruari conueniet et si colonus rem, quam  
cum alio communem habebat, pignoris nomine induxerit, scilicet ut pro parte dimidia  
pignoris persecutio detur.
- 2 ULPIANUS libro septuagesimo<sup>3</sup> ad edictum. In Saluiano interdicto, si in [B. 60, 17, 29] E  
fundum communem duorum pignora sint ab aliquo inuecta, possessor uincet et erit eis 30  
descendendum ad Seruianum iudicium. f. 308' uacat
- F(XYMOC)

<sup>1</sup> etsi? <sup>2</sup> huic (edd.)? <sup>3</sup> tertio ins. (Cuiacius coll. D. 20, 1, 10: u. i.)

1 ei] et F<sup>1</sup> | si pensio nondum debeatur] ei  
ΔΕ ΜΙΘΘΟΣ ΜΕΝ ΩΡΙΘΗ, ΜΗΠΟΤΕ ΔΕ ΚΕΧΡΩΣΤΗΤΑΙ  
ΤΟ ΜΙΘΘΩΜΑ BS (Dor.) 3 semenstris f | solu-  
uer'et F<sup>4</sup> 4 semenstris f | in conductione  
domus ut non liceat] F<sup>2</sup>, et F<sup>1</sup> 5 id'em' F<sup>4</sup>  
7 locum non fore] YMO cum BS (Dor.): ἀκό-  
λογοῦν ἐστὶ μὴ γίνεσθαι χώραν τῷ ἰντερδίκτῳ  
et B (Anon.), locum fore F, locum fore non X,  
non locum fore C 9 nomin'o'e F<sup>4</sup> 10 et  
si talia] Y<sup>o</sup>, et sintalia F, et sint talia XC,  
et si in talia Y<sup>4</sup>, et talia M: ὅθεν κἀν ἀλλό-  
τρια εἶν τὰ εἰσενεχθέντα ἢ τοιαῦτα, ἄτινα μὴ  
δύναται ἐνεχθῆναι ἐνεκεν κατέχεσθαι, ὀνόματι δὲ  
ὁμοῦς ἐνεχθῆναι εἰσινεχθῆναι, χώρα γίνεσθαι τῷ ἰν-

τερδίκτῳ BS (Dor.) 12 poterint F | 'et' suc-  
cessoribus F<sup>2</sup> 15 fort'a'e F<sup>2</sup> 19 iulianus] F<sup>2</sup>,  
ulpianus F<sup>1</sup> cum B 21 adpr'a'ehendendi F<sup>2</sup>  
25 debeat F<sup>1</sup> 26 possessiones F<sup>1</sup> 27 cum  
alio colonu'mmunem F<sup>1</sup>, cum alio commu-  
nem M, cum alio (cum alio om. X<sup>o</sup>) colono  
communem (commune C) XOC, communem  
cum alio (colono add. Y<sup>2</sup>) Y: τὸ ἐπικοινωνῶν  
αὐτοῦ καὶ ἐτέροῦ τινός BS (Dor.) 29 septua-  
gesimo] sic FXYMO: LXXIII, non si se-  
quamur Florentinam scripturam, sed si seque-  
mur alios libros scriptos quos habeo Cui-  
acius obs. 5, 24 30 erit] eris F<sup>1</sup>

LIBER QUADRAGESIMUS QUARTUS.

q. 81 l. 30

I.

R DE EXCEPTIONIBUS PRAESCRPTIONIBUS ET PRAE- ES A  
IUDICIIS R

- 1 ULPIANUS libro quarto ad edictum. Agere etiam is uidetur, qui exceptione [B. 51, 1, 1] E  
utitur: nam reus in exceptione actor est. 6
- 2 IDEM libro septuagensimo quarto ad edictum. Exceptio dicta est quasi quae- [B. 51, 1, 2] E  
dam exclusio, quae opponi actioni cuiusque rei solet ad excludendum id, quod in inten-  
tionem condemnationemue deductum est. Replicationes nihil aliud sunt quam [B. 51, 1, 3]  
1 exceptiones, et a parte actoris ueniunt<sup>1</sup>: quae quidem ideo necessariae sunt, ut exceptiones 10  
2 excludant: semper enim replicatio idcirco obicitur, ut exceptionem oppugnet. Illud tenen-  
dum est omnem exceptionem uel replicationem exclusoriam esse: exceptio actorem excludit,  
3 replicatio reum. Sed et contra replicationem solet dari triplicatio, et contra triplicationem  
4 rursus et deinceps multiplicantur nomina<sup>2</sup>, dum aut reus aut actor obicit. Sane sole- [B]  
mus dicere quasdam exceptiones esse dilatorias, quasdam peremptorias: ut puta dilatoria 15  
est exceptio, quae differt actionem, ueluti procuratoria exceptio dilatoria est: nam qui dicit  
non licere procuratorio nomine agi, non prorsus litem infitiat, sed personam euitat.
- 3 GAIUS libro primo ad edictum prouinciale. Exceptiones aut perpetuae et per- [B. 51, 1, 4] E  
emptoriae sunt aut temporales et dilatorias. perpetuae atque peremptoriae sunt, quae  
semper locum habent nec euitari possunt, qualis est doli mali<sup>3</sup> et rei indicatae et si quid 20  
contra legem senatusue consultum factum esse dicetur, item pacti conuenti perpetui, id est  
ne omnino pecunia petatur. temporales atque dilatorias sunt, quae non semper locum ha-  
bent, sed euitari possunt, qualis est pacti conuenti temporalis, id est ne forte intra quin-  
quennium ageretur: procuratoriae quoque exceptiones dilatorias sunt, quae euitari possunt<sup>4</sup>. 24
- 4 PAULUS libro uicensimo ad edictum. In pupillo, cui soluta est debita pecunia [B. 51, 1, 5] E  
sine tutoris auctoritate, si quaeratur, an doli exceptione summoneri debeat, illud tempus  
inspicitur, an pecuniam uel ex ea aliquid habeat, quo petit.
- 5 IDEM libro octauo decimo ad edictum. Is, qui dicit se iurasse, potest et aliis [B. 51, 1, 6] E  
exceptionibus uti cum exceptione iurisiurandi uel aliis solis<sup>5</sup>: pluribus enim defensionibus  
uti permittitur. 30
- 6 IDEM libro septuagensimo primo ad edictum. Si rem legatam petat legatarius, [B. 51, 1, 7] E  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> exceptiones a parte actoris (*del. et et ueniunt*)? <sup>2</sup> multiplicantur nomina *del.* <sup>3</sup> et  
metus *ins. (u. i.)* <sup>4</sup> quae euitari possunt *del.* <sup>5</sup> uel aliis solis *del.*

6 exceptione] exactione F<sup>1</sup> 7 quasi] quali F<sup>2</sup>  
8 quae 'inter' opponi F<sup>2</sup>, quae interponi  
XYMOG | ad excludendum] XYMOG cum B  
(Anon.): η παραγραφή αποκλείειν εἶωθε τὰ ἐν  
τῇ ἐπιτάσει καὶ τῇ καταδίκῃ κατενηρηγμένα, ad  
cludendum F 11 tenendum F<sup>1</sup> 13 triplica-  
tio et contra triplicationem (duplicatio *ins. O*)  
rursus (quadruplicatio *ins. M*)] FXYMO, du-

plicatio et contra duplicationem triplicatio  
rursus C, *inc. M* 18 et perempt.] aut p. F<sup>2</sup>  
20 doli mali et metus et rei indicatae *viden-*  
*tur legis Graeci*: ὡς ἡ τοῦ δόλου παραγραφὴ  
καὶ ἡ τοῦ φόβου καὶ ἡ περὶ πράγματος κερρι-  
μένου B (Anon.) 21 lege's' senatusue F<sup>2</sup>  
27 *ins'p*icitur F<sup>2</sup>

de dolo testatoris excipitur: nam sicut heres, qui in uniuersum ius succedit, summouetur exceptione, ita et legatarius debet summoueri quasi unius rei successor.

- 7 IDEM libro tertio ad Plautium. Exceptiones, quae personae cuiusque cohae- [B. 51, 1, 8] E  
rent, non transeunt ad alios, ueluti ea<sup>1</sup> quam socius habet exceptionem 'quod facere pos-  
sit', uel parens patronusue, non competit fideiussori: sic mariti fideiussor post solum<sup>5</sup>  
1 matrimonium datus in solidum dotis nomine condemnatur. Rei autem cohaerentes ex-  
ceptiones etiam fideiussoribus competunt, ut rei iudicatae, doli mali, iurisiurandi, quod metus  
causa factum est. igitur et si reus pactus sit in rem, omnimodo competit exceptio fidei-  
iussori. intercessionis quoque exceptio, item quod libertatis onerandae causa petitur, etiam  
fideiussori competit. idem dicitur et si pro filio familias contra senatus consultum quis 10  
fideiusserit, aut pro minore uiginti quinque annis circumscripto: quod si deceptus sit in  
re, tunc nec ipse ante habet auxilium, quam restitutus fuerit, nec fideiussori danda est  
exceptio.
- 8 IDEM libro quarto decimo ad Plautium. Nemo prohibetur pluribus exceptio- [B. 51, 1, 9] E  
nibus uti, quamuis diuersae sunt. 15
- 9 MARCELLUS libro tertio digestorum. Non utique existimatur confiteri de in- [B. 51, 1, 9] E  
tentione aduersarii is quocum agitur, quia exceptione utitur.
- 10 MODESTINUS libro duodecimo responsorum. ¶ Modestinus respondit: res inter [B. 51, 1, 10] E f. 304'  
alios iudicata aliis non obest<sup>2</sup>, nec si is, contra quem indicatum est, heres exstiterit ei,  
contra quem nihil pronuntiatum est, hereditariam ei litem inferenti praescribi ex ea sen- 20  
tentia posse, quam proprio nomine disceptans, antequam heres exstiterit, excipit.
- 11 IDEM libro tertio decimo responsorum. Qui adgnitis instrumentis, quasi uera [B. 51, 1, 11] Ef  
essent, soluit post sententiam iudicis, quaero, si postea cognita rei ueritate et repertis falsis  
instrumentis accusare uelit et probare falsa esse instrumenta, ex quibus conueniebatur, cum  
instrumentis subscripserat ex praeepto siue interlocutione iudicis, an praescriptio ei op- 25  
poni possit? cum et principalibus constitutionibus manifeste cauetur, etsi res iudicata esset  
ex falsis instrumentis, si postea falsa inueniantur, nec rei iudicatae praescriptionem opponi.  
Modestinus respondit ob hoc, quod per errorem solutio facta est<sup>3</sup> uel cautio de soluendo  
interposita proponitur ex his instrumentis, quae nunc falsa dicuntur, praescriptioni locum  
non esse. 30
- 12 ULPIANUS libro trigensimo octauo ad edictum. Generaliter in praeeiudiciis is [B. 51, 1, 12] S  
actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id quod intendit<sup>4</sup>.
- 13 IULIANUS libro quinquagensimo digestorum. Si post litem de hereditate con- [B. 51, 1, 13] S  
testatam res singulae petantur, placet non obstare exceptionem 'quod praeeiudicium heredi-  
'tati non fiat': futuri enim iudicii, non facti nomine huiusmodi exceptiones comparatae sunt. 35
- 14 ALFENUS UARUS libro secundo digestorum. Filius familias peculiarem ser- [B. 51, 1, 14] S  
uum uendidit, pretium stipulatus est: is homo redhibitus et postea mortuus est. et pater  
eius<sup>5</sup> pecuniam ab emptore petebat, quam filius stipulatus erat. placuit aequum esse in  
factum exceptionem eum obicere: 'quod pecunia ob hominem illum expromissa est, qui  
'redhibitus est'. 40
- 15 IULIANUS libro quarto ad Urseium Ferozem. Aduersus exceptionem iurisiu- [B. 51, 1, 15] S  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> ea del.    <sup>2</sup> res ... obest del.    <sup>3</sup> est del.    <sup>4</sup> intenditur?    <sup>5</sup> et pater eius] pater?

1 de] F<sup>2</sup>, ut de F<sup>1</sup>: ἐκβάλλεται δόλοϋ παρα-  
γραφῆ ... ἐφ' ᾧ δόλον ὁ διαθέμενος ἐποίησε  
B (Anon.): potest fuisse ut de dolo [ipsius ita  
de dolo] testatoris 3 coherent F 11 sit  
in re] F, non sit iure XYMOG: iure legit  
etiam Anonymus uertens ei δὲ νομίμως περιε-  
γράφῃ B 14 prohibe'n'tur F<sup>2</sup> 15 sint F<sup>2</sup>  
16 digestorum] diuersorum F<sup>2</sup> 17 aduer-  
sarii is] scripsi secundum B (Anon.): οὐ πάν-  
τως ὁ παραγραφόμενος δοκεῖ συντίθεσθαι τῆ

ἐπιτάσει τοῦ ἀντιδίκου, aduersarius F 23 cog-  
nito F<sup>2</sup> | reperti's F<sup>2</sup> 25 ex] et F<sup>2</sup> 35 futuri  
enim iudicii, non facti nomine] περὶ τῆς μελ-  
λοῦσης κινήσεως, οὐ μὴν τῆς κινήσεως (ἀγωγῆς)  
B (Anon.) 36 alfenus F 37 his 'h'omo F<sup>2</sup> |  
est et] est ei F<sup>1</sup> 38 placuit aequum esse  
in factum exceptionem eum obicere] οὐ κέρρη-  
μαι περὶ τῆς ἀπαιτήσεως τῆς τιμῆς παραγραφῆς  
B (Anon.) male

- randi replicatio doli mali non debet dari, cum praetor id agere debet, ne de iureiurando cuiusquam quaeratur.
- 16 AFRICANUS libro nono quaestionum. Fundum Titianum possides, de cuius B. 51, 1, 16 <sup>8</sup> proprietate inter me et te controuersia est, et dico praeterea uiam ad eum per fundum Sempronianum, quem tuum esse constat, deberi. si uiam petam, exceptionem 'quod praed- <sup>5</sup> iudicium praedio non fiat' utilem tibi fore putauit, uidelicet quod non aliter uiam mihi deberi probaturus sim, quam prius probauerim fundum Titianum meum esse.
- 17 PAULUS libro septuagensimo ad edictum. Sed si ante uiam, deinde fundum B. 51, 1, 17 <sup>8</sup> Titianum petat, quia et diuersa corpora sunt et causae restitutionum dispare, non nocet <sup>10</sup> exceptio<sup>1</sup>.
- 18 AFRICANUS libro nono quaestionum. Fundi, quem tu proprium tuum esse B. 51, 1, 18 <sup>8</sup> dicis, partem a te peto et uolo simul iudicio quoque communi diuidendo agere sub eodem iudice: item si eius fundi, quem tu possideas et ego proprium meum esse dicam, fructus <sup>10</sup> condicere tibi uelim: quaesitum est an exceptio 'quod praed iudicium fundo partue eius non fiat' obstet an deneganda sit. et utrobique putat interuenire praetorem debere nec per- <sup>15</sup> mittere petitori, priusquam de proprietate constet, huiusmodi iudiciis experiri.
- 19 MARCIANUS libro tertio decimo institutionum. Omnes exceptiones, quae reo B. 51, 1, 19 <sup>8</sup> competunt, fideiussori quoque etiam inuito reo competunt.
- 20 PAULUS libro singulari de conceptione formularum. Exceptiones opponuntur B. 51, 1, 20 <sup>8</sup> aut quia factum sit quod fieri oportet, aut quia factum sit quod fieri non oportuit, aut quia <sup>20</sup> factum non sit quod fieri debuerat. quia factum est, quod fieri oportuit, datur <sup>1</sup> exceptio f. rei uenditae et traditae et rei iudicatae: quia factum est, quod fieri non oportuit, datur <sup>2</sup> exceptio doli mali: quia non factum est, quod fieri debuit, ut bonorum possessionis non datae.
- 21 NERATTUS libro quarto membranarum. Rei maioris pecuniae praed iudicium B. 51, 1, 20 <sup>8</sup> fieri uidetur, cum ea quaestio in iudicium deducitur, quae uel tota uel ex aliqua parte <sup>25</sup> communis est quaestioni de re maiori.
- 22 PAULUS libro singulari de uariis lectionibus. Exceptio est condicio, quae B. 51, 1, 21 <sup>8</sup> modo eximit reum damnatione, modo minuit damnationem. Replicatio est con- B. 51, 1, 15 <sup>20</sup> traria exceptio, quasi exceptionis exceptio.
- 23 LABEO libro sexto pithanon a Paulo epitomatorum. Paulus: si quis statum B. 51, 1, 22 <sup>8</sup> in municipio ea mente posuit, ut ea municipii esset, et eam petere uult, excludi eum oportet praescriptione in factum data.
- 24 HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. Filius familias exceptionem B. 51, 1, 23 <sup>8</sup> iurisiurandi patri quaerit, si eum dare non oportere iurauerit.

II.

R DE EXCEPTIONE REI IUDICATAE R

- 1 ULPIANUS libro secundo ad edictum. Cum res inter alios iudicatae nullum B. 51, 2, 1 <sup>8</sup> aliis praed iudicium faciant, ex eo testamento, ubi libertas data est<sup>2</sup> uel legato agi potest, licet ruptum, uel irritum aut non iustum dicatur testamentum: nec si superatus fuerit lega- <sup>40</sup> tarius, praed iudicium libertati fit.
- 2 IDEM libro tertio decimo ad edictum. Qui cum herede eius Iul. D. 44, 7, 14. B. 51, 2, 2 <sup>8</sup> egit, qui filium<sup>3</sup> praeterierat, et exceptione summotus est 'ac si non in ea causa sint ta- <sup>1</sup> bulae testamenti, ut contra eas bonorum possessio dari possit': omittente emancipato filio <sup>2</sup> F(XYMOG)

<sup>1</sup> rei iudicatae debuit addi (Cuiacius: cf. 44, 2, 12. 14 pr.)    <sup>2</sup> uel legatum, de libertate *ins.*  
<sup>3</sup> emancipatum *ins.* (cf. u. 43)

7 probaberim F    8 l. 17 continuatur ante-  
 cedenti F    9 petat] F<sup>1</sup>, petam F<sup>2</sup> cum B  
 (Anon.): κινήσω    22 et rei iudicatae om. F<sup>1</sup>  
 31 eam] eum F<sup>1</sup>    38 ex eo testamento ubi

libertas data est uel legato (legatum XY  
 MOG) seq.] εἰς ἐλευθερία ἐν διαθήκῃ ἢ λεγάτω  
 κατελείφθη, κἄν ἦν τῆσϋ ὁ λεγάτωσ, ... σὶ  
 βλάπτεται ἢ ἐλευθερία B (Anon.)

bonorum possessionem non inique restituetur, ut agat cum herede: et ita Iulianus libro quarto digestorum scripsit.

- 3 IDEM libro quinto decimo ad edictum. Iulianus libro tertio di- [cf. l. 7 § 4 h. t. B. 51, 2, 3 E]  
gestorum respondit exceptionem rei iudicatae obstare, quotiens eadem quaestio inter eas-  
dem personas reuocatur: et ideo et si singulis rebus petitis hereditatem petat uel contra, 5  
exceptione summonebitur.
- 4 IDEM libro septuagensimo secundo ad edictum. Rei iudicatae exceptio tacite [B. 51, 2, 4 E]  
continere uidetur omnes personas, quae rem in iudicium deducere solent.
- 5 IDEM libro septuagensimo quarto ad edictum. De eadem re agere uidetur [B. 51, 2, 5 E]  
et qui non eadem actione agat, qua ab initio agebat, sed etiam si alia experiatur, de eadem 10  
tamen re: ut puta si quis mandati acturus, cum ei aduersarius iudicio sistendi causa prom-  
misisset, propter eandem rem agat negotiorum gestorum uel condicat, de eadem re agit.  
recteque ita definiatur eum demum 'de ea re' non agere, qui prorsus rem ipsam non per-  
sequitur: ceterum cum quis actionem mutat et experitur, dummodo de eadem re experiatur,  
etsi diuerso genere actionis quam instituit, uidetur 'de ea re' agere. 15
- 6 PAULUS libro septuagensimo ad edictum. Singulis controuersiis singulas [B. 51, 2, 6 E]  
actiones unumque indicati finem sufficere probabili ratione placuit, ne aliter modus litium  
multiplicatus summam atque inexplicabilem faciat difficultatem, maxime si diuersa pro-  
nuntiarentur. parere ergo exceptionem rei iudicatae frequens est. 19
- 7 ULPIANUS libro septuagensimo quinto ad edictum. Si quis, cum totum pe- [B. 51, 2, 7 E]  
tisset, partem petat, exceptio rei iudicatae nocet, nam pars in toto est: eadem enim res  
accipitur et si pars petatur eius, quod totum petitum est. nec interest, utrum in corpore  
hoc quaeratur an in quantitate uel in iure. proinde si quis fundum petierit, [cf. l. 18 h. t.]  
deinde partem petat uel pro diuiso uel pro indiuiso, dicendum erit exceptionem obstare.  
proinde et si proponas mihi certum locum me petere ex eo fundo, quem peti, obstabit 25  
exceptio. idem erit probandum et si duo corpora fuerint petita, mox alterutrum corpus  
petatur: nam nocebit exceptio. || item<sup>1</sup> si quis fundum petierit, mox arbores excisas ex eo f. 305'  
fundo petat, aut insulam petierit, deinde aream petat, uel tigna uel lapides petat: item si  
1 nauem petiero, postea singulas tabulas iudicem: <sup>2</sup>si ancillam praegnatam petiero et post  
litem contestatam conceperit et <sup>3</sup>pepererit, mox partum eius petam: utrum idem petere 30  
uideor an aliud, magnae quaestionis est. et quidem ita definiri potest totiens eandem rem  
agi, quotiens apud iudicem posteriorem id quaeritur, quod apud priorem quaesitum est.  
2 In his igitur fere omnibus exceptio nocet: sed in cementis et tignis diuersum est: nam is,  
qui insulam petit, si cementa uel tigna uel quid aliud<sup>4</sup> suum petat, in ea condicione est,  
ut uideatur aliud petere: etenim cuius insula est, non utique et cementa sunt: denique ea, 35  
3 quae iuncta sunt aedibus alienis, separata dominus iudicare potest. De fructibus eadem  
quaestio est et de partu: haec enim nondum erant in rebus humanis, sed ex ea re sunt,  
quae petita est: magisque est, ut ista exceptio non noceat<sup>5</sup>. plane si in restitutionem uel  
fructus uel etiam partus uenerunt aestimatiue sunt, consequens erit dicere exceptionem  
4 obiciendam. Et generaliter, ut Iulianus definit, exceptio rei iudicatae obstat, [cf. l. 8 h. t.] 40  
quotiens inter easdem personas eadem quaestio reuocatur uel alio genere iudicii. et ideo  
si hereditate petita singulas res petat uel singulis rebus petitis hereditatem petat, exceptione  
5 summonebitur. Idem erit probandum et si quis debitum petierit a debitore hereditario,

#### F(XYMOOC)

<sup>1</sup> item *del.*    <sup>2</sup> item *ins.*    <sup>3</sup> conceperit et *del.*    <sup>4</sup> inde *ins.*    <sup>5</sup> *ordina sic*: de fructibus eadem quaestio est et de partu: magisque est, ut ista exceptio non noceat. haec enim nondum erant in rebus humanis, sed ex ea re sunt, quae petita est.

10 qua] quo *F*<sup>2</sup> 13 de ea re] *scripsi*, de re *F*, de eadem re *XMOOC*, de re eadem *Y* 16 controuersiis *F*<sup>2</sup> 19 iudicatae *F*<sup>2</sup> 25 obstauit *F* 27 excisas *F* 28 aut insulam petierit deinde aream petat *om.* *F*<sup>2</sup> 30 pepererit *F*<sup>2</sup>: perierit uidetur legisse *Ano-*

*nymus ita uertens*: ἐὰν κινήσω περὶ δούλων ἐγκύου (cod. συγκύου) καὶ τεκοῦσα ἀποθάνῃ *B* 34 uel tigna *F*<sup>2</sup> 35 cementa *F*<sup>2</sup> 36 dominos *F*<sup>2</sup> 37 humanis *F*<sup>2</sup> 38 non noceat] *FXY*, petitioni (petitionibus *M*<sup>c</sup>?) non noceat *MOC*

deinde hereditatem petat, uel contra si ante hereditatem petierit et postea debitum petat: nam et hic obstabit exceptio: nam cum hereditatem peto, et corpora et actiones omnes, quae in hereditate sunt, uidentur in petitionem deduci.

- 8 IULIANUS libro quinquagesimo primo digestorum. Item parte fundi petita si [B. 51, 2, 8] familiae herciscundae uel communi diuidendo agit, aequae exceptione submonebitur.
- 9 ULPIANUS libro septuagesimo quinto ad edictum. Si a te hereditatem petam, [B. 51, 2, 9] cum nihil possideres, deinde, ubi coeperis aliquid possidere, hereditatem petam, an noceat exceptio ista? et putem, siue fuit iudicatum hereditatem meam esse, siue aduersarius<sup>1</sup>, quia nihil possidebat, absolutus est, non nocere exceptionem. Si quis fundum, quem putabat se possidere, defenderit, flos emerit: re secundum petitozem iudicata an restituere cogatur? et ait Neratius, si actori iterum petenti obiciatur exceptio rei iudicatae, replicare eum oportere de re secundum se iudicata. Iulianus scribit exceptionem rei iudicatae a persona auctoris ad emptorem transire solere, retro autem ab emptore ad auctorem reuerti non debere. quare si hereditariam rem uendideris, ego eandem ab emptore petiero et uicero, petenti tibi non opponam exceptionem 'at si ea res iudicata non sit inter me et eum, cui 'uendidisti'.
- 10 IULIANUS libro quinquagesimo primo digestorum. Item si uictus fuero, tu [B. 51, 2, 9] aduersus me exceptionem non habebis.
- 11 ULPIANUS libro septuagesimo quinto ad edictum. Si mater filii impuberis [B. 51, 2, 10] defuncti ex senatus consulto bona uindicauerit idcirco, quia putabat rupto patris eius testamento neminem esse substitutum, uictaque fuerit, quia testamentum patris ruptum non erat, postea autem apertis pupillaribus tabulis apparuit non esse ei substitutum: si peteret rursus hereditatem, obstaturam exceptionem rei iudicatae Neratius ait. ego exceptionem obesse ei rei iudicatae non dubito: sed ex causa succurrendum erit ei, quae unam tantum causam egit rupti testamenti. Denique et Celsus scribit, si hominem petiero, quem ob eam rem meum esse existimaui, quod mihi traditus ab alio est, cum is || ex hereditaria causa meus esset, rursus petenti mihi obstaturam exceptionem. Si quis autem petat fundum suum esse eo, quod Titius eum sibi tradiderit, si postea alia ex causa petat causa adiecta, non debet summoneri exceptione. Item Iulianus scribit: cum ego et tu heredes Titio existissemus, si tu partem fundi, quem totum hereditarium dicebas, a Sempronio petieris et uictus fueris, mox eandem partem a Sempronio emero, agenti tibi mecum familiae herciscundae exceptio obstabit, quia res iudicata sit inter te et uenditorem meum: nam et si ante eandem partem petissem et agerem familiae herciscundae, obstaret exceptio 'quod res iudicata sit inter me et te'. Eandem causam facit etiam origo petitionis<sup>2</sup>. ceterum si forte petiero fundum uel hominem, mox alia causa noua post petitionem mihi accesserit, quae mihi dominium tribuat, non me repellet ista exceptio, nisi forte intermissum dominium in medio tempore rediit quodam postliminio. quid enim, si homo, quem petieram, ab hostibus fuerit captus, mox postliminio receptus? hic exceptione summovebor, quia eadem res esse intellegitur. at si ex alia causa dominium fuerim nactus, non nocebit exceptio: et ideo si forte sub condicione res legata mihi fuerit, deinde medio tempore adquisito dominio petam, mox existente condicione legati rursus petam, putem exceptionem non obstare: alia enim causa fuit prioris domini, haec noua nunc accessit. Itaque adquisitum quidem postea dominium aliam causam facit. mutata autem opinio petitoris non facit. ut puta opinabatur ex causa hereditaria se dominium habere: mutauit opinionem et

F(XYMOC)

<sup>1</sup> si fuit iudicatum hereditatem meam esse, si aduersarius? <sup>2</sup> ante] a te (u. i.)? <sup>3</sup> origo petitionis] origo ante petitionem?

2 et actiones] exactiones F<sup>2</sup> 4 si] XYMOC, om. F: ὁ ἐνάγων ἐπὶ μέρει ἀποῦ κινῶν ἕστερον κ. τ. λ. B (Anon.) 7 petam an] F<sup>2</sup>, petas si an F<sup>2</sup> 15 at] sic nec quicquam em. F 19 filii's impub. F<sup>2</sup> 20 patri's F<sup>2</sup> 23 ob-

staturum F 24 obesse 'ei' rei F<sup>2</sup> | quae] que F 26 hereditaria F<sup>2</sup> 27 meus F<sup>2</sup> | obstaturum F<sup>2</sup> 32 herciscundae F<sup>2</sup> | obstauit F 33 ante] F, a te XYMOC | herciscundae F<sup>2</sup>

coepit putare ex causa donationis: haec res non parit petitionem nouam: nam quaecumque et undecumque dominium adquisitum habuit, vindicatione prima in iudicium deduxit.

- 6 Si quis iter petierit, deinde actum petat, puto fortius defendendum aliud nideri tunc peti-  
7 tum, aliud nunc, atque ideo exceptionem rei iudicatae cessare. Hoc iure utimur, ut ex  
parte actoris in exceptione rei iudicatae hae personae containerentur, quae rem in iudicium 8  
deducunt: inter hos<sup>1</sup> erunt procurator, cui mandatam est, tutor, curator furiosi uel pupilli,  
actor municipum: ex persona autem rei etiam defensor numerabitur, quia aduersus defen-  
8 sorem qui agit, litem in iudicium deducit. Si quis hominem a filio familias petierit, deinde  
9 eundem a patre petat, locum habet haec exceptio. Si egero cum uicino aquae pluuiarum  
arcendae, deinde alteruter nostrum praedium uendiderit et emptor agat uel cum eo agatur, 10  
haec exceptio nocet, sed de eo opere, quod iam erat factum, cum iudicium acciperetur.  
10 Item si rem, quam a te petierat, Titius pignori Seio dederit, deinde Seius pigneraticia ad-  
uersus te utatur, distinguendum erit, quando pignori dedit Titius: et si quidem antequam  
peteret, non oportet ei nocere exceptionem: nam et ille petere debuit et ego saluam ha-  
bere debeo pigneraticiam actionem. sed si posteaquam petit, pignori dedit, magis est, ut 15  
noceat exceptio rei iudicatae.
- 12 PAULUS libro septuagesimo ad edictum. Cum quaeritur, haec exceptio nocet [B. 51, 2, 11] E  
nec ne, inspiciendum est, an idem corpus sit,
- 13 ULPIANUS libro septuagesimo quinto ad edictum. quantitas [cf. l. 7 pr. h. t. B. 51, 2, 11] E  
eadem, idem ius, 20
- 14 PAULUS libro septuagesimo ad edictum. et an eadem causa petendi et ea- [B. 51, 2, 11] E  
dem condicio personarum: quae nisi omnia concurrunt, alia res est. idem corpus in hac  
exceptione non utique omni pristina qualitate uel quantitate seruata, nulla adiectione de-  
1 minutioneue facta, sed pinguis pro communi utilitate accipitur. Qui, cum par- [B. 51, 2, 12]  
tem usus fructus haberet, totum petit, si postea partem aderescentem petat, non summo- 25  
2 uetur exceptione, quia usus fructus non portioni, sed homini adrescit. ¶ Actiones in per- f. 306'  
sonam ab actionibus in rem hoc differunt, quod, cum eadem res ab eodem mihi debeatur,  
singulas obligationes singulae causae sequuntur<sup>2</sup> nec ulla earum alterius petitione uitatur:  
at cum in rem ago non expressa causa, ex qua rem meam esse dico, omnes causae una  
petitione adprehenduntur. neque enim amplius quam semel res mea esse [D. 50, 17, 159] 30  
3 potest, saepius autem deberi potest. Si quis interdicto egerit de possessione, postea [D]  
in rem agens non repellitur per exceptionem, quoniam in interdicto possessio, in actione  
proprietas uertitur.
- 15 GAIUS libro trigensimo ad edictum prouinciale. Si inter me et te contro- [B. 51, 2, 13] E  
uersia de hereditate sit et quasdam res ex eadem tu possides, quasdam ego: nihil uetat 35  
et me a te et inuicem te a me hereditatem petere. quod si post rem iudicatam a me pe-  
tere coeperis, interest, utrum meam esse hereditatem pronuntiatum sit an contra: si meam  
esse, nocebit tibi rei iudicatae exceptio, quia eo ipso, quod meam esse pronuntiatum est,  
ex diuerso pronuntiatum uidetur tuam non esse: si uero meam non esse, nihil de tuo iure  
iudicatum intellegitur, quia potest nec mea hereditas esse nec tua. 40
- 16 IULIANUS libro quinquagesimo primo digestorum. Evidenter enim iniquis- [B. 51, 2, 14] S  
simus est proficere rei iudicatae exceptionem ei, contra quem iudicatum est<sup>2</sup>.
- 17 GAIUS libro trigensimo ad edictum prouinciale. Si rem meam a te petiero, [B. 51, 2, 15] E  
tu autem ideo fueris absolutus, quod probaueris sine dolo malo te desisse possidere, deinde  
postea coeperis possidere et ego a te petam: non nocebit mihi exceptio rei iudicatae<sup>2</sup>. 45  
F(XYMO)

<sup>1</sup> ut in exceptione ... deducunt. ex parte actoris inter hos? <sup>2</sup> requiritur fere: mihi debeatur ex causis diuersis (sic fere Iensius), singulae obligationes singulas causas sequuntur  
<sup>3</sup> § 16 collocari debuit post l. 17

1 quaecumque] F<sup>2</sup>, quamqualemque F<sup>1</sup>  
9 habet om. F<sup>2</sup> 13 distinguendum F<sup>2</sup>  
22 alia's res F<sup>1</sup> 27 cum eadem res ab eo-  
dem mihi debeatur] ἐὰν ἐκ πολλῶν αἰτιῶν

χρεωστῆς μοι πρᾶγμα B (Anon.) 29 ag'o' F<sup>1</sup>  
30 adpr'a'ehenduntur F<sup>2</sup> 38 quod] quo F<sup>1</sup>  
43 l. 17 continuatur antecedenti F



- 18 ULPIANUS libro octogesimo ad edictum. Si quis ad exhibendum egerit, [B. 51, 2, 16] E deinde absolutus fuerit aduersarius, quia non possidebat, et dominus iterum agat nactus eo possessionem: rei iudicatae exceptio locum non habebit, quia alia res est.
- 19 MARCELLUS libro nono decimo digestorum. Duobus diuersis temporibus [B. 51, 2, 17] E eandem rem pignori dedit: egit posterior cum priore pigneraticia et optinuit: mox ille agere simili actione instituit: quaesitum est, an exceptio rei iudicatae obstaret. si opposuerat exceptionem rei sibi ante pigneratae et nihil aliud nouum et ualidum adiecerit, sine dubio obstabit: eandem enim quaestionem reuocat in iudicium.
- 20 POMPONIUS libro sexto decimo ad Sabinum. Si ex testamento actum sit cum [B. 51, 2, 18] herede ab eo, qui, cum totum argentum ei legatum erat, mensas dumtaxat sibi legatas putaret earumque dumtaxat aestimationem in iudicio fecisset: postea eundem petiturum de argento quoque legato Trebatius ait nec obstaturam ei exceptionem, quod non sit petitum, quod nec actor petere putasset nec iudex in iudicio sensisset.
- 21 IDEM libro trigesimo primo ad Sabinum. Si, cum argentum mihi testamento [B. 51, 2, 19] legatum esset, egerim cum herede et postea codicillis prolatis uestem quoque mihi legatum esse appareat, non est deducta in superius iudicium uestis causa, quia neque litigator esse apparet, neque iudex de alio quam de argento actum intellegant. Si petiero gregem et uel aucto uel minuto numero gregis iterum eundem gregem petam, obstabit mihi exceptio. sed et si 2 speciale corpus ex grege petam, si adfuit in eo grege, puto obstaturam exceptionem. Si Stichum et Pamphilum tuos esse petieris et absoluto aduersario Stichum tuum esse petas 20 ab eodem, exceptionem obstare tibi constat. Si fundum meum esse petiero, deinde postea usum fructum eiusdem fundi petam, qui ex illa causa, ex qua fundus meus erat, meus sit: exceptio mihi obstabit, quia qui fundum habet, usum fructum suum uindicare non potest. sed si usum fructum, cum meus esset, uindicauis, deinde proprietatem nactus iterum de 24 usu fructu experiar, potest dici alia res esse, quoniam postquam nactus sum proprietatem f. 307 fundi, desinit meus esse prior usus fructus et iure proprietatis quasi ex noua causa rursus 4 meus esse coepit. Si pro seruo meo fideiusseris et mecum de peculio actum sit, si postea tecum eo nomine agatur, excipiendum est de re iudicata.
- 22 PAULUS libro trigensimo primo ad edictum. Si cum uno herede depositi [B. 51, 2, 20] S actum sit, tamen et cum ceteris heredibus recte agatur nec exceptio rei iudicatae eis 21 proderit: nam etsi eadem quaestio in omnibus iudiciis uertitur, tamen personarum mutatio, cum quibus singulis suo nomine agitur, aliam atque aliam rem facit. et si actum sit cum herede de dolo defuncti, deinde de dolo heredis ageretur, exceptio rei iudicatae non 34 cebit, quia de alia re agitur.
- 23 ULPIANUS libro tertio disputationum. Si in iudicio actum sit usuraeque solae [B. 51, 2, 21] S petitae sint, non est uerendum, ne noceat rei iudicatae exceptio circa sortis petitionem: quia enim non competit, nec opposita nocet. eadem erunt et si quis ex bonae fidei iudicio uelit usuras tantum persequi: nam nihilo minus futuri temporis cedunt usuras: quamdiu enim manet contractus bonae fidei, current usurae. 39
- 24 IULIANUS libro nono digestorum. Si quis rem a non domino emerit, mox [B. 51, 2, 22] S petente domino absolutus sit, deinde possessionem amiserit et a domino petierit, aduersus exceptionem 'si non eius sit res' replicatione hac adiuuabitur 'at si res iudicata non sit'.
- 25 IDEM libro quinquagesimo primo digestorum. Si is, qui heres non erat, [B. 51, 2, 23] S hereditatem petierit et postea heres factus eandem hereditatem petet, exceptione rei iudicatae non summouebitur. Est in potestate emptoris intra sex menses, redhibitoria agere 41 mallet an ea quae datur, quanti minoris homo cum ueniret fuerit. nam posterior actio etiam redhibitionem continet, si tale uitium in homine est, ut eum ob id actor empturus F(XYMOG)

<sup>1</sup> non ins.

1 octogesimo F<sup>2</sup> 2 na'n'cto F<sup>2</sup> 8 eandem F<sup>1</sup>  
 13 sensisse't' F<sup>2</sup> 15 legatam] legatum F<sup>1</sup>  
 22 sit] est F<sup>2</sup> 24 na'n'ctus F<sup>2</sup> 25 nactus f

29 primo om. F<sup>1</sup> 31 iudicis F 42 adhi-  
 batur F | at] F<sup>1</sup>, aut F<sup>2</sup> male: non de  
 buit esse aut si res iudicata sit 46 quanto F<sup>1</sup>

- non fuerit: quare uere dicetur eum, qui alterutra earum egerit, si altera postea agat, rei  
 2 iudicatae exceptione summoueri. Si te negotiis meis optuleris et fundum nomine meo  
 petieris, deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, sed mandauero tibi, ut ex  
 integro eundem fundum peteres, exceptio rei iudicatae non obstat: alia enim res facta  
 est interueniente mandatu. idem est, si non in rem, sed in personam actum fuerit. 5
- 26 AFRICANUS libro nono quaestionum. Egi tecum ius mihi esse aedes meas [B. 51, 2, 24] S  
 usque ad decem pedes altius tollere: post ago ius mihi esse usque ad uiginti pedes altius  
 tollere: exceptio rei iudicatae procul dubio obstat. sed et si rursus ita agam ius mihi  
 esse altius ad alios decem pedes tollere, obstat exceptio, cum aliter superior pars iure  
 1 haberi non possit, quam si inferior quoque iure habeatur. Item si fundo petito postea in-  
 1 sula, quae e regione eius in flumine nata erit, petatur, exceptio obstatura est.
- 27 NERATIUS libro septimo membranarum. Cum de hoc, an eadem res est, [B. 51, 2, 25] Sf  
 quaeritur, haec spectanda sunt: personae, id ipsum de quo agitur, causa proxima actionis.  
 nec iam interest, qua ratione quis eam causam actionis competere sibi existimasset, per-  
 inde ac si quis, posteaquam contra eum iudicatum esset, noua instrumenta causae suae 15  
 repperisset.
- 28 PAPINIANUS libro uicensimo septimo quaestionum. Exceptio rei iudicatae [B. 51, 2, 25] P  
 nocebit ei, qui in dominium successit eius qui iudicio expertus est.
- 29 IDEM libro undecimo responsorum. Iudicatae quidem rei praescriptio cohe- [B. 51, 2, 26] P  
 redi, qui non litigauit, obstare non potest, nec in seruitutem uidetur peti post rem pro 20  
 libertate iudicatam nondum ex causa fideicommissi manumissus: sed praetoris oportet in  
 ea re sententiam seruari, quam<sup>1</sup> pro parte uicti praestari non potest: nam et cum alterum  
 ex coheredibus inofficio<sup>2</sup> si quaeestio tenuit aut etiam duobus separatim agentibus alter opti- f. 307  
 nuit, libertates competere placuit, ita tamen, ut officio iudicis indemnitati uictoris futurique  
 1 manumissoris consulatur. Si debitor de dominio rei, quam pignori dedit, non admonito 25  
 creditore causam egerit et contrariam sententiam acceperit, creditor in locum uicti succes-  
 siuae non uidebitur, cum pignoris conuentio sententiam praecesserit.
- 30 PAULUS libro quarto decimo quaestionum. Ex sextante heres institutus, qui [B. 51, 2, 27] P  
 intestato legitimus heres esse potest, cum de iure testamenti faceret quaestionem, ab uno  
 ex institutis dimidiam partem hereditatis petiit nec optinuit. uidetur in illa petitione etiam 30  
 partem sextantis uindicasse et ideo, si coeperit ab eodem ex testamento eandem portio-  
 1 nem petere, obstat ei exceptio rei iudicatae. Latinus Largus: cum de hereditate inter  
 Maecium, ad quem pertinebat, et Titium, qui controuersiam mouerat, transigeretur, traditio  
 rerum hereditariarum Maecio heredi a Titio facta est, in qua traditio etiam fundum ei  
 suum proprium, quem ante multos annos auo eiusdem Maecii heredis obligauerat quemque 35  
 alii postea in obligationem deduxerat, ex causa pacti tradidit. his gestis posterior Titii  
 creditor ius suum persecutus est et optinuit. post hoc iudicium Maecius heres repperit in  
 rebus autis chirographum eiusdem Titii ante multos annos conscriptum, per quod apparuit  
 eum fundum, qui in causam transactionis uenerat, etiam auo suo ab eodem Titio fuisse  
 obligatum. cum ergo constet prius auo Maecii heredis in obligationem eundem fundum 40  
 datum, de quo Maecius superatus est, quaero, an ius aui sui, quod tunc, cum de eodem  
 fundo ageretur, ignorabat, nulla exceptione opposita exsequi possit. respondi: si de pro-  
 prietate fundi litigatur<sup>3</sup> et secundum actorem pronuntiatum fuisse, diceremus petenti ei,  
 qui in priore iudicio uictus est, obstaturam rei iudicatae exceptionem, quoniam de eius  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> quam] quamquam (u. i.)?    <sup>2</sup> litigatum (dett.)?

4 rei om. F<sup>1</sup>    5 mandato F<sup>2</sup> | in rem] ir-  
 rem F<sup>2</sup>    6 meas] meus F<sup>1</sup>    8 obstauit F<sup>2</sup> |  
 agat F<sup>2</sup>    11 regione'm' eius F<sup>2</sup> | obstaturus  
 est F<sup>1</sup>    15 suae] stage F<sup>1</sup>    21 ex om. F<sup>1</sup>  
 22 uicti praestari] F: quasi esset uictus praes-  
 stare, sic uertunt Graeci: φυλάττεται ἢ τῆς

ἐλευθερίας ψήφος, ἢ ἐν μέρει παραρχειν ὁ ἡττη-  
 θεὸς οὐ δύναται B (Anon.)    24 compete'nte're  
 placuit (sic) F<sup>2</sup>    25 pignore F<sup>1</sup> | admonita F<sup>1</sup>  
 29 legitimus 'heres' esse F<sup>2</sup>    30 petiit F<sup>2</sup>  
 36 alii's' postea F<sup>2</sup>    38 rebus] F<sup>1</sup>, bonis F<sup>2</sup>  
 42 ex's'equi F<sup>2</sup>    43 fuisse F

- quoque iure quaesitum uidetur, cum actor petitionem implet. quod si possessor absolutus amissa possessione eundem ab eodem, qui prius non optinuit, peteret, non obsessus ei exceptio: nihil enim in suo iudicio de iure eius statutum uideretur. cum autem pignoratitia actum est aduersus priorem creditorem, potest fieri, ut de iure possessoris non sit quaesitum, quia non, ut in proprietatis quaestione quod meum est alterius non est, ita in obligatione utique consequens est, ut non sit alii obligatum, quod hic probabit sibi teneri. et probabilius dicitur non obstare exceptionem, quoniam de iure possessoris quaesitum non est, sed de sola obligatione. in proposita autem quaestione magis me illud mouet, numquid pignoris ius extinctum sit dominio adquisito: neque enim potest pignus perseverare domino constituto creditore. actio tamen pignoratitia competit: uerum est enim et pignori datum et satisfactum non esse, quare puto non obstare rei iudicatae exceptionem.
- 31 IDEM libro tertio responsorum. Paulus respondit ei, qui in rem egisset nec tenuisset, postea condicenti non obstare exceptionem rei iudicatae. B. 51, 2, 28

### III.

## R DE DIUERSIS TEMPORALIBUS PRAESCRIPTIONIBUS ET DE ACCESSIONIBUS POSSESSIONUM R

- 1 ULPIANUS libro septuagesimo quarto ad edictum. Quia tractatus de utilibus diebus frequens est, uideamus, quid sit experiundi potestatem habere. et quidem in primis exigendum est, ut sit facultas agendi. neque sufficit reo experiundi secum facere potestatem, uel habere eum qui se idonee defendat, nisi actor quoque nulla idonea causa impediatur experiri. proinde siue apud hostes sit siue rei publicae causa absit siue in uinculis sit aut si tempestate in loco aliquo uel in regione detineatur, ut neque experiri neque mandare possit, || experiundi potestatem non habet. plane is, qui ualitudine impeditur, ut mandare possit, in ea causa est, ut experiundi habeat potestatem. illud utique neminem fugit experiundi potestatem non habere eum, qui praetoris copiam non habuit: proinde hi dies cedunt, quibus ius praetor reddit.
- 2 MARCELLUS libro sexto digestorum. In tempore constituto iudicatis an intercalaris dies proficere iudicato nec ne debeat, quaeritur<sup>1</sup>. item de tempore, quo lis perit, sic sine dubio existimandum est, ut auctum litis tempus intercalari die existimetur, ueluti si de usucapione sit quaestio, quae tempore constituto expleri solet, aut de actionibus, quae certo tempore finiuntur, ut aediliciae pleraeque<sup>2</sup> actiones. et si quis fundum ea lege uendiderit, ut, nisi in diebus triginta pretium esset solutum, inemptus esset fundus, dies intercalaris proficiet emptori. <sup>3</sup>mibi contra uidetur.
- 3 MODESTINUS libro sexto differentiarum. Longae possessionis praescriptionem tam in praediis quam in mancipiis locum habere manifestum est.
- 4 IAUOLENUS libro septimo epistularum. Si seruus hereditarius aut eius, qui in hostium potestate sit, satis acceperit, continuo dies satisfactionis cedere incipiet: intueri enim debemus, an experiundi potestas fuerit aduersus eum, qui obligatus est, non an is agere potuerit, qui rem in obligationem deduxerit: alioquin erit iniquissimum ex condicione actorum obligationes reorum extendi, per quos nihil factum erit, quo minus cum his agi possit.
- 5 ULPIANUS libro tertio disputationum. An uitium auctoris uel donatoris eiusue

<sup>1</sup> et omnino proficit *similiae exciderunt* <sup>2</sup> peraeque (*Bynkershoek*)? <sup>3</sup> SCAEUOLA notat *ins. (cf. Uat. fr. § 82: similiter Merillius aliique)*

1 absolutum *F*<sup>2</sup> 6 sibi *del. F*<sup>2</sup> 7 probabilius *F*<sup>2</sup> | possessoris *F*<sup>2</sup> 10 domino] dominio *F*<sup>2</sup> 11 pignori *F*<sup>2</sup> | datum *F* | obstare rei iudicatae *F*<sup>2</sup> 18 diebus *om. F*<sup>2</sup> 19 sit *F*<sup>2</sup> 23 ualitudine *F*<sup>2</sup> 28 profice-

ret *F*<sup>2</sup> 33 emptori *F*<sup>2</sup> cum *B* (*Anon.*): οὐ προτίθεται δὲ (ἢ τοῦ νικῆτοῦ ἡμέρα) τῷ ἀγοραστῇ 35 in mancipiis] quae in praediis morantur quae partes fundi sunt *add. XYMOC* 39 poterit *F*

- qui mihi rem legauit mihi noceat, si forte auctor meus iustum initium possidendi non habuit, uidentum est. et puto neque nocere neque prodesse: nam denique et usucapere  
 1 possum, quod auctor meus usucapere non potuit. Ex facto propositum est quendam, cum rem pignori dedisset, eandem distraxisse heredemque eius redemisse: quaeritur, an heres  
 aduersus pignoris persecutionem exceptione longae possessionis uti possit. dicebam hunc 5  
 heredem, qui pignus ab extraneo redemit, posse exceptione uti, quia in extranei locum successit, non in eius qui pignori dederat, quemadmodum si ante redemisset, sic deinde heres exstitisset.
- 6 AFRICANUS libro nono quaestionum. Si duobus eandem rem sepa- [B. 51, 3, 6. Ep. 16, 7] S  
 ratim uendiderim, ea possessio, quae utramque uenditionem praecesserit, soli priori 10  
 emptori, cui et tradita sit, proficit. denique et si, quam rem tibi uendiderim, rursus a te  
 emam et Titio uendam, et meam omnem et tuam possessionem Titio accessuram, uide-  
 1 licet quod et tu mihi et ego ei possessionem praestare debeamus. Uendidi tibi [B. 51, 3, 7  
 seruum et conuenit, ut, nisi certa die pecunia soluta esset, inemptus esset: quod cum  
 euenerit, quaesitum est, quid de accessione tui temporis putares. respondit id quod ser- 15  
 uetur, cum redhibito sit facta: hunc enim perinde haberi ac si retrorsus homo mihi ue-  
 nisset, ut scilicet, si uenditor possessionem postea nactus sit, et hoc ipsum tempus et  
 quod uenditionem praecesserit<sup>1</sup> et amplius accessio haec ei detur cum eo, quod apud  
 eum fuit, a quo homo redhibitus sit. 19
- 7 MARCIANUS libro tertio institutionum. Si quisquam in fluminis publici [cf. D. 41, 3, 45 pr.] S  
 deuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem iure uti prohibet.
- 8 ULPIANUS libro primo regularum. In accessione temporis et id tempus, quo [B. 51, 3, 7] S  
 in fuga sit seruus, domino eius procedere uerum est.
- 9 MARCIANUS libro quinto regularum. Rescriptis quibusdam diui Magni Anto- [B. 51, 3, 8] Sf  
 nini cauetur, ut in rebus mobilibus locus sit praescriptioni diutinae possessionis. 25
- 10 PAPIANUS libro tertio decimo responsorum. Intra quattuor annos uacan- [B. 51, 3, 9] P  
 tium bonorum delator facta denuntiatione destitit: post ¶ quattuor annos secundo delatori f. 308<sup>1</sup>  
 uenienti prior nuntiatio, quo minus praescriptione temporis summoueatur, non proderit,  
 nisi prioris praenunciatio detegetur: quo declarato praescriptio, sed et negotii quaestio  
 1 peremetur. Quadriennii tempus, quod bonis uacantibus nuntiandis praescriptum est, non 30  
 ex opinione hominum, sed de substantia uacantium bonorum dinumeratur. quattuor autem  
 anni post irritum testamentum factum et intestati possessionem ab omnibus repudiatam,  
 qui gradatim petere potuerunt, uel temporis finem, quod singulis praestitutum est, com-  
 putabuntur. 34
- 11 IDEM libro secundo definitionum. Cum heres in ius omne defuncti succedit, [B. 51, 3, 10] P  
 ignoratione sua defuncti uitia non excludit, ueluti cum sciens alienum illum<sup>2</sup> uel pre-  
 cario possedit: quamuis enim precarium heredem ignorantem non teneat nec interdicto  
 recte conueniatur, tamen usucapere non poterit, quod defunctus non potuit. idem iuris est,  
 cum de longa possessione quaeritur: neque enim recte defendetur, cum exordium ei bonae  
 fidei ratio non tueatur. 40
- 12 PAULUS libro sexto decimo responsorum. Creditor, qui praescriptione longae [B. 51, 3, 11] P  
 possessionis a possessore pignoris summoueri possit, pignus distraxit: quaero, an possessori  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> et quod uenditionem praecesserit del.    <sup>2</sup> illum illo] clam ille (similiter Schulting: u. i.)?

3 passum F    5 longa'e F<sup>2</sup>    10 ea pos-  
 sessio quae utramque uenditionem praeces-  
 serit] ἢ νομῆ μοῦ B (Anon.), unde collegit  
 Cuiacius interpretem legisse mea non recte: immo  
 μοῦ substituit pro eo quod est quae utramque  
 uenditionem praecesserit    12 accessuram F  
 13 debeamus F<sup>2</sup>    14 conuenit ut F<sup>2</sup><sup>1</sup>  
 26 mobilibus] F<sup>2</sup>, mouilibus F<sup>2</sup>, soli XYMOG:

ἐπὶ τῶν κινήτων B (Anon.)    31 dinumeritur F  
 33 gra'da'tim F<sup>2</sup> | praestitum F: ὁ ὀρισμένον  
 χρόνον B (Anon.)    35 omni F<sup>1</sup>    36 alienum  
 illum illo uel] F, alienum illum uel M, alie-  
 num illum Y, alienum uel OC, alienum X:  
 ἔάν οὔν ἀγνοῖ τὸν τελεγεῖς ἀντα νειμηθῆναι  
 παρακλητικῶς B (Anon.)    39 ei] rei XYMOG

salua sit exceptio aduersus emptorem. Paulus respondit etiam aduersus emptorem eandem exceptionem competere.

- 13 HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. In omnibus fisci quaestionibus [B. 51, 3, 12] P exceptis causis, in quibus minora tempora seruari specialiter constitutum est, uiginti annorum praescriptio custoditur. Rei publicae rationes subscriptae et expunctae aduersus eum quidem, qui administrat, ultra uiginti, aduersus heredem uero ultra decem annos retractari non possunt.
- 14 SCAEUOLA libro singulari quaestionum publice tractatarum. De accessionibus [B. 51, 3, 13] A possessionum nihil in perpetuum neque generaliter definire possumus: consistunt enim in sola aequitate. Plane tribuuntur his, qui in locum aliorum succedunt siue ex contracta siue uoluntate: heredibus enim et his, qui successorum loco habentur, datur accessio testatoris. Itaque si mihi uendideris seruum, utar accessione tua. Et si mihi pignori dederis et ego eandem rem alii pignerari, meus creditor utetur accessione tui temporis tam aduersus extraneum quam aduersus te ipsum, quamdiu pecuniam mihi non exsolueris: nam qui me potior est, cum ego te superaturus sim, multo magis aduersus te optinere debet. sed si pecuniam mihi solueris, hoc casu accessione tua non utetur. Item si absente te is, qui negotia tua uidebatur administrare, seruum mihi uendiderit tuque reuersus ratum habueris, omnimodo accessione<sup>1</sup> utar. Item si mihi pignori dederis et conuenerit, nisi pecuniam soluisses, licere ex pacto pignus uendere idque uendiderim, emptori accessio tui temporis dari debet, licet inuito te pignora distracta sint: iam enim illo in tempore, quo contrahebas, uideri concessisse<sup>2</sup> uenditioni, si pecuniam non intulisses.
- 15 UENULEUS libro quinto interdictorum. In usucapione ita seruatur, ut, etiamsi [B. 51, 3, 14] minimo momento nouissimi diei possessa sit res, nihilo minus repleatur usucapio, nec totus dies exigitur ad explendum constitutum tempus. Accessio possessionis fit non solum temporis, quod apud eum fuit, unde is emit<sup>3</sup>, sed et qui ei uendidit, unde tu emisti. sed si medius aliquis ex auctoribus non possederit, praecedentium auctorum possessio non proderit, quia coniuncta non est, sicut nec ei, qui non possidet, auctoris possessio accedere potest. Item adiciendum est, unde emisti, aut<sup>4</sup> unde is emit, cui tu emendum mandaueras, et quod apud eum, qui uendendum mandauit, non aliter huius, || qui postea mandauerat, danda accessionem Labeo ait, quam si id ipsum dominus ei permiserit. Sed et si a filio uel seruo rem emero, accessio temporis et quo apud patrem aut dominum fuit ita danda est mihi, si aut uoluntate patris dominiue aut cum administrationem peculii haberet uendidit. Item danda est accessio cum eo, quod apud pupillum fuit, a cuius tutore, cum is tutelam eius administraret, emisti. idemque in eo, qui a curatore pupilli furiosiusue emerit, seruandum est: et si uentris nomine aut eius, quae rei seruandae causa in possessione esset dotis suae nomine, deminutio facta sit: nam id quoque temporis accedit. Hae autem accessiones non tam late accipiendae sunt quam uerba earum patent, ut etiam, si post uenditionem traditionemque rei traditae<sup>5</sup> apud uenditorem res fuerit, proficiat id tempus emptori, sed illud solum quod ante fuit, licet uenditionis tempore eam rem uenditor non habuerat. Ei, cui heres rem hereditariam uendidit, et heredis tempus et defuncti debet accedere.
- 16 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Accessio sine nostro tempore nobis prodesse [B. 51, 3, 14] non potest.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> tua *ins.* (edd.)    <sup>2</sup> uideris consensisse (u. i.)?    <sup>3</sup> is emit] emisti (Krueger)?    <sup>4</sup> unde emisti aut] quod apud eum fuit?    <sup>5</sup> rei traditae *del.*

6 quide'm' F<sup>2</sup>    7 non *om.* F<sup>2</sup>: οὐκ ἀναψη-  
λαφῶνται B (Anon.)    8 accessionibus F  
18 conueneris F<sup>2</sup>    21 uideri concessisse  
uenditioni] FX<sup>2</sup>, uideris concessisse uendi-  
tionem O) X<sup>2</sup>YMO    22 serua'n'tur F<sup>2</sup>  
24 explendum] exemplum F<sup>2</sup>    29 uenden-  
dam F    33 haueret F<sup>2</sup>    35 pupilli] ἀφήλικος

B (Anon.)    36 aut eius quae ... esset (uel  
*ins.* O) dotis suae (suae *om.* YM) nomine]  
FX<sup>2</sup>YM, aut eius qui rei seruandae causa in  
possessione esset dotisue nomine X<sup>2</sup>C et quasi  
*sic legisset, uertit Graecus interpres:* ἢ διὰ τὴν  
προϊκα αὐτῆς (τῆς γυναίκος) καὶ ἐπὶ δανεϊστοῦ  
πεμφθέντος εἰς τὴν τοῦ πράγματος φύλακιν B  
(Anon.) *male, nam explicata es D. 24, 3, 24 pr.*

## III.

## R DE DOLI MALI ET METUS EXCEPTIONE R

ESPA

- 1 PAULUS libro septuagensimo primo ad edictum. Quo lucidius intellegi possit haec ex- E  
ceptio, prius de causa uideamus, quare proposita sit, deinde, quemadmodum dolo fiat, per  
quae intellegemus, quando obstat exceptio: deinde aduersus quas personas locum habeat. 5  
1 nouissime inspiciemus, intra quae tempora competit exceptio. Ideo autem hanc [B. 51, 4, 1  
exceptionem praetor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuiliis contra na-  
2 3 turalem aequitatem prosit. Sed an dolo quid factum sit, ex facto intellegitur. Et quidem  
dolo fit tam in contractibus quam in testamentis quam in legibus. 9
- 2 ULPIANUS libro septuagensimo sexto ad edictum. Palam est autem hanc ex- [B. 51, 4, 2 E  
ceptionem ex eadem causa propositam, ex qua causa proposita est de dolo malo actio.  
1 Sequitur, ut uideamus, in quibus causis locum habeat exceptio et quibus personis obicia-  
tur. et quidem illud adnotandum est, quod specialiter exprimendum est, de cuius dolo  
quis queratur, non in rem 'si in ea re nihil dolo malo factum est', sed sic 'si in ea re  
'nihil dolo malo actoris factum est'. docere igitur debet is, qui obicit exceptionem, dolo 15  
malo actoris factum, nec sufficet ei ostendere in re esse dolum: aut si alterius dicat dolo  
factum, eorum personas specialiter debet enumerare, dummodo hae sint, quarum dolus  
2 noceat. Plane ex persona eius, qui exceptionem obicit, in rem opponitur exceptio: neque  
enim quaeritur, aduersus quem commissus sit dolus, sed an in ea re dolo malo factum  
3 sit a parte actoris. Circa primam speciem, quibus ex causis exceptio haec locum habeat, 20  
haec sunt, quae tractari possunt. si quis sine causa ab aliquo fuerit stipulatus, deinde  
ex ea stipulatione experiatur, exceptio utique doli mali ei nocebit<sup>1</sup>: licet enim eo tempore,  
quo stipulabatur, nihil dolo malo admiserit, tamen dicendum est eum, cum litem con-  
testatur, dolo facere, qui perseueret ex ea stipulatione petere: et si cum interponeretur,  
iustam causam habuit, tamen nunc nullam idoneam causam habere uidetur<sup>1</sup>. proinde et 25  
si crediturus pecuniam stipulatus est nec credidit et si<sup>2</sup> certa fuit causa stipulationis, quae  
4 tamen aut non est secuta aut finita est, dicendum erit nocere exceptionem. Item quaer-  
itur, si quis pure stipulatus sit certam quantitatem, quia hoc actum sit, sed post stipu-  
lationem interpositam pactus sit, ne interim pecunia usque ad certum diem petatur, an  
noceat exceptio doli. et quidem et de pacto conuenio excipi posse nequaquam ambigen- 30  
dum est: sed et si hac quis exceptione uti uelit, nihilo minus poterit: dolo enim facere  
5 eum, qui contra pactum petat, negari non potest. Et generaliter sciendum est ex omni- f. 309'  
bus in factum exceptionibus doli oriri exceptionem, quia dolo facit, quicumque id, quod  
quaqua exceptione elidi potest, petit: nam et si inter initia nihil dolo malo facit, attamen  
6 nunc petendo facit dolose, nisi si talis sit ignorantia in eo, ut dolo careat. Non [Ep. 17, 40 n. 35  
male dictum est, si creditor usuras in futurum acceperit, deinde pecuniam nihilo minus  
petat, antequam id tempus praetereat, cuius temporis usuras accepit, an doli exceptione  
repellatur. et potest dici dolo eum facere: accipiendo enim usuras distulisse uidetur peti-  
tionem in id tempus, quod est post diem usurarum praestitarum, et tacite conuenisse in-  
7 terim se non petiturum. Item quaeritur: si statuliberum mercatus quis fuerit iussum [Ep. 40  
decem dare, cum hoc ignoraret, et duplam stipulatus fuerit, deinde decem acceperit<sup>2</sup>  
eniecto eo in libertatem agere ex duplae stipulatione potest, sed nisi decem, quae implendae  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> et si cum interponeretur ... causam habere uidetur *ins. post* nocebit u. 22    <sup>2</sup> alia *ins.*

<sup>3</sup> decem acceperit *del.*

2 de dolo malo *ind. F* 14 qu'a'eratur *F*<sup>2</sup> | nihil dolo malo factum est] *edd. (cf. u. 15 et l. 4 § 33 h. t.)*, dolo malo factum est *FXYMOC* 16 in re esse dolum] ἐν τῷ πράγματι γενέσθαι δόλον *B (Anon.)* 17 haec' sint *F*<sup>2</sup> | quarum dolus noceat] οὔτινος ὁ δόλος δύνатаι βλάψαι

TÒN ἘΝΑΓΟΝΤΑ (*sic, non* ἘΝΑΓΟΜΕΝΟΝ) *B (Anon.)* 24 et si] et siue *FXYMOC*: *additamentum* siue non *ante* tamen u. 25 *mei non habent* 29 pactum *F*<sup>2</sup> 31 qui's' *F*<sup>2</sup> 38 dic'ti *F*<sup>2</sup> 42 e't'ucto *F*<sup>2</sup> | duplae 'st' stipulatione *F*<sup>2</sup>

condicionis causa acceperit, deduxerit, exceptione summouendus erit: et haec ita Iulianus quoque scripsit. si tamen ex re emptoris uel ex peculio, quod ad emptorem pertinebat, pecuniam dederit statuliber, potest dici exceptionem non nocere, quia dolo non faceret.

- 3 PAULUS libro septuagensimo primo ad edictum. Item si ob id, quod, ante [E. 51, 4, 3 E] quam dominium ad me transferatur, uenditori dederit decem, agam ex empto, ut decem 5 recipiam, ita puto competere mihi actionem, si paratus sim ex duplae stipulatione eum liberare.
- 4 ULPIANUS libro septuagensimo sexto ad edictum. Apud Celsum quaeritur, si, [E. 51, 4, 4 E] cum Titio mandasset creditores hereditarii, ut adiret hereditatem, unus non mandasset decipiendi eius causa, mandaturus alioquin, si non foret hic<sup>1</sup> aditurus, deinde agat, an ex- 10 ceptione repellatur: et ait Celsus doli eum exceptione repellendum. Iulianus scripsit, si quis, cum aeger esset, centum aureos uxoris suae consobriuo spondisset, uolens scilicet eam pecuniam ad mulierem peruenire, deinde conualuerit, an exceptione uti possit, si con- 2 ueniatur. et refert Labeoni placuisse doli mali uti eum posse. Si in arbitrum compromissimus, deinde cum non stetissem ob aduersam ualitudinem, poena commissa est, an 3 uti possim doli exceptione? et ait Pomponius prodesse mihi doli exceptionem. Item quaeritur, si cum eo, a quo tibi sexaginta<sup>2</sup> deberentur, compromissis, deinde per imprudentiam poenam centum stipulatus fueris. Labeo putat conuenire officio arbitri iubere tantum tibi dari, quantum re uera debeatur, et, si non fiat, non uetare, ne quid amplius petatur: sed etiamsi id omissum fuerit, peti posse quod debetur Labeo dicit, et si forte poena pe- 4 tatur, doli mali exceptionem profuturam. Si quis pupillo soluerit sine tutoris auctoritate id quod debuit exque ea solutione locupletior factus sit pupillus, rectissime dicitur exceptionem petentibus nocere: nam et si mutuam acceperit pecuniam uel ex quo alio contractu locupletior factus sit, dandam esse exceptionem. idemque et in ceteris erit dicendum, 5 quibus non recte soluitur: nam si facti sint locupletiores, exceptio locum habebit. Item Labeo scribit, si quis fugitiuum esse sciens emerit seruum et si<sup>3</sup> stipulatus fuerit [Ep. 16, 20] fugitiuum non esse, deinde agat ex stipulatu, non esse eum exceptione repellendum, quoniam hoc conuenit (quamuis ex empto actionem non haberet): sed, si non conuenisset, 6 exceptione repellatur. Quod si is, cui pecunia debeatur, cum debitore decidit et [Ep.] nomen eius uendidit Seio, cui debitor mandauerat, ut nomen emerit, deque ea re emptor 7 stipulatus est, deinde creditor eam pecuniam retinet, quam per iudicem abstulit, an emptor ex stipulatu possit experiri? et Ofilius putat, si uenditor nominis paratus non sit reddere, quantum ab emptore acceperit, non nocituram exceptionem doli mali: et puto 8 sententiam || Ofilii ueram. Labeo ait, si de homine petito secundum actorem fuerit iudicatum et in iudicio satisfactum sit hominem intra certum diem tradi, et, si traditus non 9 fuisset, poenam stipulatus sit, petitorum, qui et hominem uindicat et poenam petit, exceptione esse repellendum: iniquum enim esse et hominem possidere et poenam exigere. 10 Item quaeritur, si uniones tibi pignori dederis et conuenerit, ut soluta pecunia redderentur, et hi uniones culpa tua perierint et pecuniam petas. exstat Neruae et Atilicini sententia dicentium ita esse excipiendum: 'si inter me et te non conuenit, ut soluta pecunia uniones 11 'mihi reddantur': sed est uerius exceptionem doli mali nocere debere. Si minor mihi infantem donauerit, deinde eum uindicet, exceptione doli mali repellendus est, nisi alimenta reddat et si quis alius sumptus probabilis in eum factus sit. Praeterea sciendum est, si quis quid ex testamento contra uoluntatem petat, exceptione eum doli mali repelli solere: 12 et ideo heres, qui non habet uoluntatem, per exceptionem doli repellitur. Si quis ex uncia 13
- F(XYMO C)

<sup>1</sup> hinc?    <sup>2</sup> sescenta (u. i.)?    <sup>3</sup> sic (Pothier)?

4 primo om. F<sup>2</sup>    5 agam] et agam F<sup>1</sup>  
11 scrib's it F<sup>2</sup>    12 centem F<sup>1</sup>    15 est] esset F<sup>2</sup>    17 sexaginta] FX<sup>2</sup> cum Graecia:  
καὶ ὁ κατὰ ἄγνοιαν μείζον ἐπερωτηθεὶς πρόστι-  
μον τοῦ ἀλλοθῶς χρέους (κέρχται δόλογ παρα-

γραφῆ) B (Anon.), sexcenta X<sup>2</sup>YMO C 22 ex-  
qu'a'e F<sup>2</sup>    23 mutuum F<sup>1</sup>    28 no'n habe-  
ret F<sup>2</sup>    30 dequ'a'e F<sup>2</sup>    36 poenam stip.]  
poenamque stip. FX<sup>2</sup>, poenam quoque stip.  
X<sup>2</sup>YMO C, poenamque quoque stip. O

heres sit scriptus, ex qua ducenta consequi potuit, deinde propter hoc legatum, in quo centum erant, praetulit, ne molestiis hereditariis implicaretur: an, si legatum petat, exceptione doli mali summoueatur? et ait Iulianus non esse eum summouendum. quod si a substituto pretium accepit vel quod pretii loco haberi posset, ne adeat hereditatem, petens legatum dolo, inquit, facere intellegitur ac per hoc doli exceptione repellitur. 5 Quaesitum est, si, cum fundi usum fructum haberem, eum fundum uolente me uendideris, an uindicanti mihi usum fructum exceptio sit obicienda. et hoc iure utimur, ut exceptio doli noceat. Marcellus ait aduersus doli exceptionem non dari replicationem doli. Labeo quoque in eadem opinione est: ait enim iniquum esse communem malitiam petitori quidem praemio esse, ei uero, cum quo ageretur, poenae esse<sup>1</sup>, cum longe aequum sit ex eo, quod perfide gestum est, actorem nihil consequi. Contra senatus consulti quoque Macedoniani exceptionem de dolo dandam replicationem ambigendum non esse eamque nocere debere etiam constitutionibus et sententiis auctorum cauetur. Labeo et si ex stipulatu actio competat propter doli clausulam, tamen nocere doli exceptionem ait, si aduersus ea<sup>2</sup>, inquit, factum erit: posse enim petitorum, antequam stipulatio committatur, nihil dolo malo 15 fecisse et tunc facere cum petat: propter quod exceptionem esse necessariam. Aduersus parentes patronosque neque doli exceptio neque alia quidem, quae patroni parentisue opinionem apud<sup>3</sup> bonos mores suggillet, competere potest: in factum tamen erit excipiendum, ut, si forte pecunia non numerata dicatur, obiciatur exceptio pecuniae non numeratae. nihil autem interest, utrum patronus ex suo contractu an uero ex alieno conueniatur: 20 semper enim reuerentia ei exhibenda est tam uiuo quam defuncto<sup>4</sup>. si autem cum herede liberti patronus agat, puto excipere debere de dolo patroni heredem liberti. libertum autem de dolo patroni, etsi ab herede eius conueniatur, minime exceptionem obiecturum: namque conuenit tam uiuo quam mortuo patrono a liberto honorem exhiberi. in stipulatione plane doli clausula non erit detrahenda, quia ex doli clausula non de dolo actio intenditur, sed ex stipulatu. In hac exceptione et de dolo serui uel alterius personae iuri nostro subiectae excipere possumus et de eorum dolo, quibus acquiritur. sed de seruorum et filiorum dolo, si quidem ex peculiari eorum negotio actio intendatur, in infinitum exceptio obicienda est: si autem non ex peculiari causa, tum de eo dumtaxat excipi oportet, 25 qui admissus sit in ipso negotio quod geritur, non etiam si postea aliquis dolus interuenisset: neque enim esse aequum serui dolum amplius domino nocere, quam in quo opera eius esset usus. Quaesitum est, an de procuratoris dolo, qui ad agendum tantum datus est, excipi possit. et puto recte defendi, si quidem in rem suam procurator datus sit, etiam de praeterito eius dolo, hoc est si ante acceptum iudicium dolo quid fecerit, esse excipiendum, si uero non in rem suam, dolum praesentem in exceptionem conferendum. 35 si autem is procurator sit, cui omnium rerum administratio concessa est, tunc de omni dolo eius excipi posse Neratius scribit. Mandauit Titio, ut a te stipularetur, deinde Titius Seio, et stipulatus a te Seius est et iudicium edidit: ait Labeo excipiendum esse tam de meo quam et Seii dolo. Item quaeritur, si debitor meus te circumueniebat teque mihi rem dederit egoque abs te stipulatus fuero, deinde petam, an doli mali exceptio obstet. 40 et magis est, ut non tibi permittatur de dolo debitoris mei aduersus me excipere, cum non ego te circumuenerim: aduersus ipsum autem debitorem meum poteris experiri. Sed et si mulier post admissum dolum debitorem suum marito in dotem delegauerit, idem probandum erit de dolo mulieris non esse permittendum excipere, ne indotata fiat. Apud Iulianum quaesitum est, si heres soceri, a quo dos peteretur, exciperet de dolo mariti et 45

F(XYMOC)

<sup>1</sup> esse del.      <sup>2</sup> aduersus ea] aduersus bonam fidem postea?      <sup>3</sup> apud] aduersus?  
<sup>4</sup> idem Graeci: tam uiuo quam defuncto del. (cf. u. 24: Cuiacius)

4 substituta F<sup>1</sup> | quod om. F<sup>1</sup> 5 ac 'si' per F<sup>2</sup>      aduersus nos excipi potest, uertit Graecus:  
6 eum] eum F<sup>1</sup> 10 praemio F<sup>2</sup> 13 stipulati      ἀντιτίθεται ἡμῖν ἢ περὶ τοῦ δόλου παραγράφῃ  
F<sup>2</sup> 24 quamortuo F<sup>2</sup> 25 ex doli clausu-      B (Anon.) 35 exceptione F<sup>2</sup> 43 posit F<sup>2</sup>  
l'a F<sup>2</sup> 27 excipere possumus] quasi esset      44 ne om. F<sup>2</sup>



- mulieris, cui pecunia quaereretur<sup>1</sup>, an obstatura esset exceptio ex persona mulieris. et ait Iulianus, si maritus ex promissione dotis ab herede soceri petat et heres excipiat de dolo filiae, cui ea pecunia acquireretur<sup>2</sup>, exceptionem obstare: dos enim, quam maritus ab herede soceri petit, intellegitur, inquit, filiae acquiri, cum per hoc dotem sit habitura. illud non explicat Iulianus, an et de dolo mariti excipi possit: puto autem eum hoc sentire, ut etiam de dolo mariti noceat exceptio, licet uideatur nulla<sup>3</sup> dos filiae, ut ait, quaeri.
- 23 Illa etiam quaestio uentilata est apud plerosque, an de dolo tutoris exceptio pupillo experientem nocere debeat. et ego puto utilius, etsi per eas personas pupillis fauetur, tamen dicendum esse, siue quis emerit a tutore rem pupilli siue contractum sit cum eo in rem pupilli, siue<sup>4</sup> dolo quid tutor fecerit et ex eo pupillus locupletior factus est, pupillo nocere<sup>10</sup> debere, nec illud esse distinguendum, cautum sit ei an non, soluendo sit an non tutor, dummodo rem administret: unde enim diuinat<sup>5</sup> is, qui cum tutore contrahit? plane si
- 24 mihi proponas collusisse aliquem cum tutore, factum suum ei nocebit. Si quis non tutor, sed pro tutore negotia gerat, an dolus ipsius noceat pupillo, uideamus. et putem non nocere: nam si is, qui pro tutore negotia gerebat, rem uendiderit et<sup>6</sup> usucapta sit, exceptio-<sup>15</sup> nem non nocere pupillo rem suam persequenti, etiamsi ei cautum sit, quia huic rerum
- 24<sup>a</sup> pupilli administratio concessa non fuit. Secundum haec magis opinor de dolo tutoris<sup>25</sup> exceptionem pupillo esse obiciendam. Quae in tutore diximus, eadem in curatore quoque
- 26 furiosi dicenda erunt, sed et in prodigi uel minoris uiginti quinque annis. De dolo autem ipsius minoris uiginti quinque annis exceptio utique locum habebit: nam et de pupilli
- dolo interdum esse excipiendum nequaquam ambigendum, est ex ea aetate, quae dolo non careat. denique Iulianus quoque saepissime scribit doli pupillos, qui prope pubertatem sunt, capaces esse. quid enim, si debitor ex delegatu pupilli pecuniam creditori eius soluit? fingendus est, inquit, pubes esse, ne propter malitiae ignorantiam bis eandem pecuniam consequatur. idem seruandum in furioso ait, si, cum existimaretur compos mentis
- 27 esse, iusserit debitorem creditori soluere, uel si quod exegit, domi habeat. De auctoris dolo exceptio emptori non obicitur. si autem accessione auctoris utitur, aequissimum uisum est || ei, qui ex persona auctoris utitur accessione<sup>8</sup>, pati dolum auctoris: et peraeque
- traditur rei quidem cohaerentem exceptionem etiam emptori nocere, eam autem, quae ex
- 28 delicto personae oriatur, nocere non oportere. Si, cum legitima hereditas Gaii Seii (B) ad te peruenerit<sup>9</sup> et ego essem heres institutus, persuaseris mihi per dolum malum, ne adeam hereditatem, et posteaquam ego repudiaui hereditatem, tu eam Sempronio cesseris pretio accepto isque a me petat hereditatem: exceptionem doli mali eius, qui ei cessit,
- 29 non potest pati. Si quis autem ex causa legati iudicet aut is, cui ex causa donationis res praestita est, iudicet, an de dolo exceptionem patiat ex causa eius, in cuius locum

F(XYMOC)

<sup>1</sup> cui pecunia quaereretur *del. (u. i.)*    <sup>2</sup> cui ea pecunia acquireretur *del. (u. i.)*    <sup>3</sup> nulla] illa (A. Faber)?    <sup>4</sup> si (u. i.)?    <sup>5</sup> diuinat (Hal.)?    <sup>6</sup> nec (Cuiacius: u. i.)?    <sup>7</sup> dum in.  
<sup>8</sup> ei qui ex persona auctoris utitur accessione *del.*    <sup>9</sup> pertinere (*edd.*)?

1 cui pecunia quaereretur et simile comma u. 3 cui ea pecunia acquireretur sine dubio non Iulianus scripsit, non tam propterea quod otiosa sunt et decidendi rationem male anticipant, sed etiam quod ille, non ignorans ex ratione iuris dotem quaeri marito, mox modeste et caute innuit dotem filiae non acquiri, sed acquiri intellegi. immo Tribonianus adteruit illa, ut magis confirmaretur praecipuum Iustinianum dotem natura esse mulieris. simili ratione etiam p. 633, 44 adiecit uerba sic ut leguntur prorsus inepta ne indotata fiat 10 siue] si X<sup>4</sup>C idque requirit non solum ratio (nam emptionem contractum dolum sic aequiparari quis feret sanae mentis homo?), sed etiam interpretatio Graeca quamuis contracta: ὁ ἀνηθός, εἰς ὄσον

εἴπορος ἀπὸ τοῦ δόλου τοῦ ἐπιτρόπου γέροντος, ἐνάγων ἐκβάλλεται παραγραφῆ B (Anon.) 15 et usucapta sit] καὶ διὰ τὸ χρᾶσθαι δεσπότην αὐτὸ ὁ ἀγοραστής B (Anon.) secundum cod. Paris. 1357: contra Cuiacius obs. 15, 22 ex codice a se adhibito eadem sic refert καὶ μὴ οὐσον-καπιτεύσῃ αὐτὸ ὁ ἀγοραστής, inde emendans nec usucapta sit: cf. D. 27, 5, 2 22 scrib's it F<sup>2</sup> 23 esse t' quid F<sup>2</sup> | 'de'legatu F<sup>2</sup> 24 fingendus est inquit pubes esse] F, fingentis est inquit pubescere X<sup>2</sup>, fingendum est inquit puberem esse pubescere Y<sup>2</sup>, fingentis se inquit pubescere X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>MC, fingentis se inquit pubes esse O 26 exigit F: χρήματα λαβών B (Anon.) 29 coherentem F 30 'de'ficto F<sup>2</sup> 31 persuas'eris F<sup>2</sup> 32 ea'm F<sup>2</sup>

- successerit? et magis putat Pomponius summouendum: et ego puto exceptione eos esse repellendos, cum lucrativam causam sint nacti: aliud est enim emere, aliud ex his causis succedere. Idem tractat Pomponius et in eum<sup>1</sup>, qui pigneri accepit, si Serviana [B. 51, 4, 4] nel hypothecaria actione experiatur: nam et hunc putat Pomponius summouendum, quia res ad eum qui dolo fecit reuersura est. Auctoris autem dolus, sicut diximus, emptori non obicitur. sed hoc in emptore-solo seruabimus: item in eo, qui permutauerit uel in solutum accepit: item in similibus, qui uicem emptorum continent<sup>2</sup>. ceterum si noxae deditus quis sit, Pomponius putat passurum exceptionem, quam ille pateretur, qui noxae dedit. proinde ex quacumque alia causa, quae prope lucrativam habet acquisitionem, quasisse quis uideatur, patietur exceptionem doli ex persona eius, in cuius locum successit: sufficit enim, si is, qui pretium dedit uel nice pretii, cum sit bona fide emptor, ut<sup>3</sup> non patiatur doli exceptionem ex persona auctoris, utique si ipse dolo caret. ceterum si ipse dolo non careat, peruenietur ad doli exceptionem et patietur de dolo suo exceptionem.
- 32 Si a Titio fundum emeris qui Sempronii erat isque tibi traditus fuerit pretio soluto, deinde Titius Sempronio heres extiterit et eundem fundum Maeuio uendiderit [cf. D. 6, 1, 72. 21, 3, 2] et tradiderit: Iulianus ait aequius esse praetorem te tueri, quia et, si ipse Titius fundum a te peteret, exceptione in factum comparata uel doli mali summoueretur et, si ipse eum possideret et Publiciana peteres, aduersus excipientem 'si non suus esset' replicatione uteris, ac per hoc intellegeretur eum fundum rursus uendidisse, quem in bonis non haberet.
- 33 Metus causa exceptionem Cassius non proposuerat contentus doli exceptione, quae est generalis: sed utilius uisum est etiam de metu opponere exceptionem. etenim distat aliquid doli exceptione, quod exceptio doli personam complectitur eius, qui dolo fecit: enimvero metus causa exceptio in rem scripta est 'si in ea re nihil metus causa factum est', ut non inspiciamus, an is qui agit metus causa fecit aliquid, sed an omnino metus causa factum est in hac re a quocumque, non tantum ab eo qui agit. et quamuis de dolo auctoris exceptio non obiciatur, uerumtamen hoc iure utimur, ut de metu non tantum ab auctore, uerum a quocumque adhibito exceptio obici possit. Illud sciendum est hanc exceptionem de metu eum obicere debere, qui metum non a parente passus est, in cuius fuit potestate: ceterum parenti licere deteriore condicionem liberorum in rebus peculiariis facere. sed si se abstinerit hereditate paterna, succurrendum ei erit, ut alioquin succurritur.
- 5 PAULUS libro septuagesimo primo ad edictum. Pure mihi debes decem: [B. 51, 4, 5] ea tibi sub condicione legauit. interim heres si petat, doli exceptione non est summouendus, cum possit etiam deficere condicio: itaque legatorum stipulationem interponere debet. sed<sup>4</sup> si non caueat heres, doli exceptione summouebitur: expedit enim legatario retinere summam, quam mitti in possessionem rerum hereditariarum. Si cui legata sit uia et is lege Falcidia locum habente totam eam uindicet non oblata aestimatione quartae partis, summoueri eum doli exceptione Marcellus ait, quoniam suo commodo heres consulit.
- 2 || Si donati alicui rem nec tradidero, et ille cui donauit non tradita possessione in eo loco aedificauerit me sciente, et cum aedificauerit, nactus sim ego possessionem, et petat a me rem donatam, et ego excipiam, quod supra legitimum modum<sup>5</sup> facta est: an de dolo replicandum est? dolo enim feci, qui passus sum eum aedificare et non reddo impensas.
- 3 4 Auctoris, qui exigendis pecuniis praepositus est, etiam posterior dolus domino nocet. Si seruus uenit ab eo, cui hoc dominus permisit, et redhibitus sit domino: agenti uenditori de pretio exceptio opponitur redhibitionis, licet iam is qui uendidit domino pretium soluerit de pretio exceptio opponitur redhibitionis, licet iam is qui uendidit domino pretium soluerit (\*etiam mercis non traditae exceptione summouetur et qui pecuniam domino iam soluit)

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> in eo?    <sup>2</sup> obtinent (edd.)?    <sup>3</sup> ut del.    <sup>4</sup> sed] et?    <sup>5</sup> donatio ins.    <sup>6</sup> nam ins.

<sup>2</sup> na'ncti F<sup>2</sup> | aliud 'autem' est F<sup>2</sup>    <sup>3</sup> pig-  
nori F<sup>2</sup>    <sup>11</sup> bona'e fide'i F<sup>2</sup>    <sup>12</sup> ex om. F<sup>2</sup>  
<sup>19</sup> ac] ha'e'o (sic) F<sup>2</sup> | intellegeret'ur F<sup>2</sup>  
<sup>21</sup> uisum] uiram F<sup>2</sup>    <sup>26</sup> auctoris] F<sup>2</sup> cum B:

τοῦ πάτοϋ, actoris F<sup>2</sup>    <sup>29</sup> peculiari'is F<sup>4</sup>  
<sup>34</sup> etiam] etenim F<sup>2</sup>    <sup>36</sup> in] non F<sup>2</sup>  
<sup>40</sup> na'nctus F<sup>2</sup>    <sup>41</sup> est 'an' de F<sup>2</sup>    <sup>45</sup> licet  
'etiam F<sup>2</sup>

- et ideo is qui nendidit agit aduersus dominum. eandem causam esse Pedius ait eius, 5  
 5 qui negotium nostrum gerens uendidit. Si eum, qui uolebat mihi donare supra [Ep. 17, 18  
 legitimum modum, delegauero creditori meo, non poterit aduersus petentem uti exceptione,  
 quoniam creditor suum petit. in eadem causa est maritus: nec hic enim debet exceptione  
 summoueri, qui<sup>1</sup> suo nomine agit. numquid ergo nec de dolo mulieris excipiendum sit 5  
 aduersus maritum, qui dotem petit, non ducturus uxorem, nisi dotem accepisset? nisi iam  
 diuertit. itaque condictione tenetur debitor qui delegauit uel mulier, ut uel [Ep. 17, 19  
 6 liberet debitorem uel, si soluit, ut pecunia ei reddatur. Non sicut de dolo [Ep.] B. 51, 4, 6  
 actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est: nam haec per-  
 petuo competit, cum actor quidem in sua potestate habeat, quando utatur suo iure, is 10  
 autem cum quo agitur non habeat potestatem, quando conueniatur.
- 6 GAIVS libro trigensimo ad edictum prouinciale. Si opera creditoris acciderit, [B. 51, 4, 6 E  
 ut debitor pecuniam, quam soluturus erat, perderet, exceptione doli mali creditor remoue-  
 bitur. idem est et si creditori eius numeratam pecuniam ratam creditor non habeat. 14
- 7 ULPIANUS libro septuagensimo sexto ad edictum. Iulianus ait: [Inl. D. 39, 5, 2, 3. B. 51, 4, 7 E  
 si pecuniam, quam me tibi debere existimabam, iussu tuo sponderim ei cui donare  
 uolebas, exceptione doli mali potero me tueri et praeterea conditio mihi aduersus stipu-  
 1 latorem competit, ut me liberet. Idem Iulianus ait, si ei, quem creditorem [D. 39, 5, 2, 4  
 tuum putabas, iussu tuo pecuniam, quam me tibi debere existimabam, promisero, petentem  
 doli mali exceptione summoueri debere, et amplius agendo cum stipulatore consequar, ut 20  
 mihi acceptam faciat stipulationem. et habet haec sententia Iuliani humanitatem, ut etiam  
 aduersus hunc utar exceptione et condictione, cui sum obligatus.
- 8 PAULUS libro sexto ad Plautium. Dolo facit, qui petit quod [D. 50, 17, 173, 3. B. 51, 4, 8 Bf  
 1 redditurus est. Sic, si heres damnatus sit non petere a debitore, potest uti exceptione [D)  
 doli mali debitor et agere ex testamento.
- 9 IDEM libro trigensimo secundo ad edictum. Si procurator rei pecunia accepta [B. 51, 4, 8 S  
 damnari se passus sit et cum domino iudicati agatur, tuebitor se doli mali exceptione.  
 nec hoc, quod acceperit procurator, auferri ab eo potest: nam turpiter accepta pecunia  
 iniustus penes eum est qui deceptus sit quam qui decepit.
- 10 MARCIANUS libro tertio regularum. Cum uir aut uxor in area sibi donata [B. 51, 4, 9  
 aliquid aedificasset, plerisque placet doli mali exceptione posita rem seruari posse.
- 11 NERATIUS libro quarto membranarum. Si procurator agit, de dolo eius ex- [B. 51, 4, 10  
 cipi non debet, quia aliena lis est isque rei extraneus, neque alienus dolus nocere alteri  
 debet. si post litem contestatam dolo quid fecerit, an exceptio eo nomine in iudicium  
 obicienda sit, dubitari potest, quia litis contestatione res procuratoris fit eamque suo iam  
 quodammodo nomine exequitur. et placet de procuratoris dolo excipiendum esse. idem  
 1 de tutore, qui pupilli nomine aget, dicendum est. In uniuersum autem haec in ea re  
 regula sequenda est, ut dolus omnimodo puniatur, etsi non ali cui, sed ipsi, qui eum ad-  
 misit, damnosus futurus erit<sup>2</sup>.
- 12 PAPINIANUS libro tertio quaestionum. Qui aequitate defensionis infringere [B. 51, 4, 11  
 actionem potest, doli exceptione tutus est.
- 13 PAULUS libro quarto decimo quaestionum. Liberis exheredatis, qui nihil ex [B. 51, 4, 12 P  
 patris iudicio meruerunt, rupto testamento ius suum conseruandum est, nec opponetur doli  
 mali exceptio. quod non solum in persona eorum, sed in heredibus in persona liberorum<sup>3</sup>  
 quoque eorum optinendum est.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> quia? <sup>2</sup> et sit non alii cui, sed ipsi qui eum admisit damnosus (u. i.)? <sup>3</sup> idem Graeci: in persona liberorum del. (van de Water)

4 creditor i suum F<sup>2</sup> 16 ei] F<sup>2</sup> cum l. gem., om. F<sup>2</sup> 27 se doli mali exc.] XYMO, sed doli mali exc. F, se exc. doli mali C 29 quasi esset penes eum est qui accepit, sic uertunt Graeci: κρείττων ἔστιν ὁ λαβὼν B (Anon.)

31 positu F<sup>2</sup> 32 si om. F<sup>2</sup> 36 idem de F<sup>2</sup> 38 etsi non ... 39 futurus erit] εἰ καὶ μὴ ἕτερος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ποιήσας μέλλει ζημιῶσθαι B (Anon.) 40 qui om. F<sup>2</sup> 44 quod non seq.] τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν κληρονόμων αὐτῶν B (Anon.)

IDEM libro tertio responsorum. Paulus respondit eum, qui in alieno solo [B. 51, 4, 13] P aedificium extruxerit, non alias sumptus consequi posse, quam possideat et ab eo dominus soli rem iudicet, scilicet opposita doli mali exceptione.

SCAEUOLA libro quinto responsorum. Fideiussor euictionis nomine con- [B. 51, 4, 14] P demnatus id praedium, quod euictum est, et omnia praestare paratus est, quae iure empti 5 continentur: quaero, an agentem emptorem exceptione ex causa iudicati doli mali<sup>1</sup> summonere potest. respondit exceptionem quidem opponi posse, indicem autem aestimaturum, ut pro damnis emptori satisfiat.

HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. Si debitor a furioso delegatus [B. 51, 4, 15] P<sup>f</sup> creditori eius soluat, quem compotem mentis esse existimabat<sup>2</sup>, et ita cum eo agatur: ex- 10 ceptione doli in id, quod in rem furiosi processit, defenditur.

SCAEUOLA libro uicensimo septimo digestorum. Pater pro filia [B. 51, 4, 16. Ep. 2, 8] A dotem promiserat et pactus erat, ut ipse aleret filiam suam eiusque omnes: idem homo rusticanus genero scripsit quasi usuras praeteritas ex dotis promissione: quaesitum est, cum ipse filiam suam exhibuerit et maritus nullam impensam fecerit, an ex chirographo 15 ex stipulatu agenti genero exceptio obstare debeat. respondit, si, ut proponatur, pater, cum exhiberet, per errorem promississet, locum fore doli mali exceptioni. Auus [(Ep.) B. 51, 4, 17] nepotibus ex filia legauit singulis centena et adiecit haec uerba: 'Ignoscite, nam potueram 20 uobis amplius relinquere, nisi me Fronto pater uester male accepisset, cui dederam mutua quindecim, quae ab eo recipere non potui: postremo hostes, qui<sup>3</sup> mihi fere omnem sub- 20 stantiam abstulerunt'. quaesitum est, an, si aui heres ab his nepotibus patris sui heredibus petat quindecim, contra uoluntatem defuncti facere uideatur et doli mali exceptione summoueatur. respondit exceptionem obstaturam. Ex quadrante heres scriptus a coherede ex dodrante instituto emit portionem certa quantitate, ex qua aliquam summam in nomi- 25 nibus ex calendario uti daret, stipulanti spondit: defuncto uenditore hereditatis falsum 25 testamentum Septicius accusare coepit et hereditatem ab emptore petit et ne quid ex ea minueret, impetrauit: quaesitum est, cognitione falsi pendente an heredes<sup>4</sup> ex stipulatu petentes doli exceptione summouentur. respondit heredes uenditoris, si ante euentum cognitionis pergant petere, exceptione doli mali posse summoueri. Marito et filio com- 30 muni ex parte dimidia scriptis heredibus filiam suam ex priore matrimonio ita heredem 30 instituit: 'Maeuia filia mea ex sex unciis heres mihi esto, si cum coheredibus tuis parem rationem feceris pro mea portione in diem mortis meae eius actus, qui pendet ex tutela tua, quam Titius pater meus, auus tuus administrauit'. quaesitum est, an, quia sub con- 35 ditione instituta filia esset, si omitteret hereditatem, uti saluam tutelae actionem haberet, legata sibi a matre data consequi possit. respondit secundum ea quae proponerentur eam, 35 de qua quaereretur, contra uoluntatem petere et ideo exceptionem doli obstaturam.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> emptorem ex causa iudicati doli mali exceptione (u. i.)? <sup>2</sup> quem compotem mentis esse existimabat del. (u. i.) <sup>3</sup> qui del. (edd.), nisi quaedam exciderunt <sup>4</sup> coheredis ins.

2 quam] quam si F<sup>2</sup> 5 euictus est F<sup>1</sup> 6 exceptione ex causa iudicati doli mali] ex causa (iudicati ins. X<sup>2</sup>) exceptione iudicati doli mali X, ex causa iudicati exceptione doli mali YMC, ex causa iudicati doli mali exceptione O: ΔΥΝΑΤΑΙ ΑΥΤΟΝ ΚΙΝΟΥΝΤΑ ΤΗΝ ΤΗΣ ΚΑΤΑΔΙΚΗΣ ΑΓΩΓΗΣ ΠΑΡΑΓΡΑΨΑΣΘΑΙ B (Anon.) 9 si (se F<sup>2</sup>) debitor a furioso seq.] idem legerunt Graeci: ὁ χρεώστης τοῦ μαινόμενου κατὰ προξενίαν αὐτοῦ καταβαλὼν τῷ δανειστῇ αὐτοῦ ἐν φ (ἐκωσῶ cod.) νηφεῖν αὐτὸν ὑπελάμβανεν B

(Anon.). uerba quem compotem mentis esse existimabat apparet non tam collocata esse loco non suo, quam ipsa inepte huc translata ex l. 4 § 26 h. t.: nam quod in rem furiosi uersum est, omnino proficere etiam scienti furiosum esse et ex ipsa re apparet et ex loco citato 12 septimo om. F<sup>1</sup> 14 genero scripsit seq.] ὡς τόκοις χρεωστῶν ἐχειρογράφησε τῷ γαμβρῷ αὐτοῦ Epit. 18 nepotibus F<sup>2</sup> | hac F | ignoscite x nam F<sup>2</sup> 19 mutua m quindecim F<sup>2</sup> 25 calendario F<sup>1</sup> 28 here'de's F<sup>2</sup>

V.

R QUARUM RERUM ACTIO NON DATUR R

1 ULPIANUS libro septuagensimo sexto ad edictum. Iusiurandum [B. 51, 6, 1. Ep. 12, 60 B  
uicem rei iudicatae optinet non || immerito, cum ipse quis iudicem aduersarium suum de f. 312  
1 causa sua fecerit deferendo ei iusiurandum. Si pupillus sine tutoris auctoritate de- (Ep.)<sup>5</sup>  
tulerit iusiurandum, dicemus non obstare exceptionem istam, nisi tutore auctore in iudicio  
2 delatio facta sit<sup>1</sup>. Si petitor fundi iusiurandum detulerit aduersario, ut, si auctor eius  
iurasset suum fundum se tradidisse, ab ea controuersia discessurum se, exceptio possessori  
3 fundi dabitur. Si fideiussor iurauit, si quidem de sua persona tantum iurauit, quasi se  
non esse obligatum, nihil reo proderit: si uero in rem iurauit, dabitur exceptio reo quoque.<sup>2</sup>  
4 Si manumisero eum seruum, qui negotia mea gesserat in seruitute, deinde stipulatus ab  
eo fuero, quod negotia mea gesserit, quidquid ob eam rem, si tunc liber fuisset, eum  
mibi dare oporteret, id dari, deinde ex stipulatu agam, non summoneri me exceptione:  
neque enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum abruptum ex re pa-  
5 troni non faciat<sup>3</sup>. Quae onerandae libertatis causa stipulatus sum, a liberto exigere non  
possum. onerandae autem libertatis causa facta bellissime ita definiuntur, quae ita impo-  
nuntur, ut, si patronum libertus offenderit, petantur ab eo semperque sit metu exactionis  
6 ei subiectus, propter quem metum quoduis sustineat patrono praecipiente. In summa si  
in continenti impositum quid sit liberto, quod ἐπαιρωμένον oneret eius libertatem, dicen-  
dum est exceptioni locum facere. sed si post interuallum, habet quidem dubitationem,  
quia nemo eum cogebat hoc promittere: sed idem erit probandum et hic, tamen causa  
cognita, si liquido appareat libertum metu solo uel nimia patrono reuerentia ita se subie-  
7 cisse, ut uel poenali quadam stipulatione se subiceret<sup>4</sup>. Si libertatis causa societatem  
libertus cum patrono coierit et patronus cum liberto pro socio agat, an haec exceptio sit  
8 necessaria? et puto ipso iure tutum esse libertum aduersus exactionem patroni. Ex-  
ceptionem onerandae libertatis causa, sicut et ceteras fideiussori non esse denegandas<sup>5</sup>  
sciendum est, nec ei quidem, qui rogatu liberti reus factus est: sed et<sup>4</sup> ipsi liberto, siue  
procurator ad defendendum a reo datus fuerit siue heres ei exstiterit. cum enim propo-  
situm sit praetori in huiusmodi obligationibus reo succurrere, non seruaturum propositum  
suum, nisi fideiussorem quoque et eum, qui rogatu liberti reus factus fuerit, aduersus pa-  
tronum defenderit: etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur dare an per  
9 interpositam fideiussoris uel rei personam. Siue autem ipsi patrono sit promissum siue  
alii uoluntate patroni, onerandae libertatis causa uidetur factum et ideo haec exceptio  
10 locum habebit. Quod si patronus libertum suum delegauerit creditori, an aduersus credi-  
torem, cui delegatus promisit libertatis causa onerandae, exceptione ista uti possit, uidea-  
mus. et Cassius existimasse Urseium<sup>5</sup> refert creditorem quidem minime esse submouendum  
exceptione, quia suum recepit: uerumtamen libertum patrono posse condicere, si non  
11 transigendae controuersiae gratia id fecit. Item si libertus debitorem suum patrono dele-  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> nisi tutore auctore in iudicio delatio facta sit del. (P. Faber) <sup>2</sup> se uinciret? capita autem sic ordina: 5. 6. 4. 7 <sup>3</sup> denegandam (Hal.)? <sup>4</sup> et] nec (Hal.)? <sup>5</sup> Cassium existimasse Urseium (Boeckelen: cf. D. 7, 4, 10, 5. 24, 3, 59)?

2 ad rubr. add. et de exceptione iurisiurandi X<sup>o</sup>C (substituit eadem pro uera rubrica Y<sup>o</sup>): similiter index Coislinianus add. ἤτοι περί ὄρκου καὶ πότε ἀντίκειται αὐτῷ παραγραφὴ ἢ καὶ ἐμπά- λιμ, quod additamentum non habent nec Basilicorum codex (Paris. 1357) nec Tipucitus 4 licem F<sup>2</sup>: ὁ ὄρκος δὴνάμιν ἀποφάσεως ἔχει B (Anon.), unde ne corrige uim, nam iusiurandum rei iudicatae uim habet, uicem obtinet | reindicatae F 5 deferendo e' iusiurand. F<sup>21</sup>

6 au'ctore F<sup>2</sup> 7 petitor] petita F<sup>2</sup> 11 ma- numissero F<sup>2</sup> 12 mea] tuis F<sup>2</sup> 13 oportere't id d'on'ari F<sup>2</sup> 15 causa'm' stip. F<sup>2</sup> 16 bellissime F 18 susteneat F 19 επω- ρωμένον F 22 libertum seq.] si (cod. ἢ) διὰ τὸν φόβον ἢ τὴν ἀιδῶ τοῦ πατρωνος ἠνέχετο ἐπερωτηθῆναι B (Anon.) | nimio F | subie'cis- se't ut F<sup>2</sup> 23 subie'eret F<sup>2</sup> 25 totum F 26 fideiussori's non F<sup>2</sup> 27 rogato F<sup>2</sup> 32 interposita'm' F<sup>2</sup>

gauerit, nulla exceptione summouendus est patronus, sed libertus a patrono per conditionem hoc repetet. Haec exceptio non tantum ipsi liberto, uerum successoribus quoque liberti danda est: et uersa uice heredem patroni summouendum, si haec persequatur, sciendum est.

PAULUS libro septuagensimo primo ad edictum. Si filio familias delatum [B. 51, 6, 2] *E* sit iusiurandum et iurauerit patrem suum dare non oportere, danda est patri exceptio. Si in alea rem uendam, ut ludam, et euicta re conueniar, exceptione [BS. 22, 1, 19 sch. 4] summonebitur emptor. Si seruus promittat domino pecuniam, ut manumittatur, cum [(BS.)] alias non esset manumissurus dominus, eamque liber factus spondeat: dicitur non obstare <sup>9</sup> exceptionem || patrono, si eam petat: non enim onerandae libertatis causa haec pecunia f. 313 promissa est. alioquin iniquum est, dominum et seruo carere et pretio eius. totiens ergo onerandae libertatis causa pecunia uidetur promitti, quotiens sua sponte dominus manumisit et propterea uelit libertum pecuniam promittere, ut non exigat eam, sed ut libertus eum timeat et obtemperet ei.

## VI.

15

## R DE LITIGIOSIS R

EP

ULPIANUS libro septuagensimo sexto ad edictum. Litigiosam rem non facit [B. 27, 1, 6] *E* denuntiatio, quae impediendae uenditionis causa fit. Si inter Primum et Secundum sit lis contestata et ego a Tertio emero, qui nullam controuersiam patiebatur, uideamus, an exceptioni locus sit. et putem subueniendum mihi, quia is, qui mihi uendidit, nullam litem <sup>20</sup> habuit et quod fieri potest, ut duo in necem eius litem inter se iungant, qui cum ipso litigare non poterant. si tamen cum procuratore tutore curatoreue alicuius iudicium acceptum sit, consequens erit dicere, quasi cum ipso litigetur, ita eum ad <sup>1</sup> exceptionem pertinere.

24

IDEM libro sexto fideicommissorum. Si seruus cum emerit scit, ignorauit [B. 27, 1, 7] *P* autem dominus, uel contra, uidendum est, cuius potius spectanda sit scientia. et magis est, ut scientia inspicienda sit eius qui comparauit, non eius, cui acquireretur, et ideo poena litigiosi competit, sic tamen, si non mandatu domini emit: nam si mandatu, etiamsi scit seruus, dominus autem ignorauit, scientia non nocet: et ita Iulianus in re litigiosa scribit. <sup>29</sup>

GAIUS libro sexto ad legem duodecim tabularum. Rem de qua controuersia [B. 27, 1, 8] *P* est prohibemur in sacrum dedicare: alioquin dupli poenam patimur, nec immerito, ne liceat eo modo duriorem aduersarii condicionem facere. sed duplum utrum fisco an aduersario praestandum sit, nihil exprimitur: fortassis autem magis aduersario, ut id ueluti solacium habeat pro eo, quod potentiori aduersario traditus est.

## VII.

35

## R DE OBLIGATIONIBUS ET ACTIONIBUS R

SPEA

GAIUS libro secundo aureorum. Obligationes aut ex contractu nascuntur aut [B. 52, 1, 1] *S*<sup>o</sup> es maleficio aut proprio quodam iure ex uariis causarum figuris. Obligationes ex contractu aut re contrahuntur aut uerbis aut consensu. Re contrahitur obligatio<sup>2</sup> mutui [I. 3, 14 pr.] datione. mutui autem datio consistit in his rebus, quae pondere numero mensurane constant, ueluti uino oleo frumento pecunia numerata, quas res in hoc damus, ut fiant accipientis, postea alias recepturi eiusdem generis et qualitatis. Is quoque, cui rem [I. 3, 14, 2] *F(XYMOG)*

<sup>1</sup> ad eum (*edd.*)?    <sup>2</sup> ueluti *ins.* (*Inst.*: ὡς τὸ δάνειον *B*)

3 nice] uide *F*<sup>o</sup> 7 ludum *F*<sup>2</sup> 8 su'im-  
monebitur *F*<sup>2</sup> | pecuniam] peculioiam *F*<sup>2</sup> ΔΙΚΑΖΕΣΘΑΙ ΔΟΚΕῖ ΚΑΙ ὙΠΟΚΕΙΤΑΙ τῇ ΠΑΡΑΓΡΑΦῇ  
11 est dom.] *F*<sup>2</sup>, esset dom. *F*<sup>2</sup> 18 sicun- *B* (*Anon.*) 37 aut et maleficio *F*<sup>2</sup>: ἢ ἀπὸ  
dum *F*<sup>2</sup> 23 quasi cum ipso *seq.*] ἀγτὸς ΔΑΜΑΡΤΗΜΑΤΟΣ *B* (*Anon.*) 40 constant *F*<sup>2</sup>  
41 uin'io *F*<sup>4</sup>

aliquam commodamus, re nobis obligatur, sed is de ea ipsa re quam acceperit restituenda  
 4 tenetur. Et ille quidem qui mutuum accepit, si quolibet casu quod accepit amiserit, nihilo  
 minus obligatus permanet: is uero qui utendum accepit, si maiore casu, cui humana infir-  
 mitas resistere non potest, ueluti incendio ruina naufragio, rem quam accepit amiserit, se-  
 curus est. alias tamen exactissimam diligentiam custodiendae rei praestare compellitur, nec  
 sufficit ei eandem diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet, si alius diligentior custo-  
 5 dire poterit. sed et in maioribus casibus, si culpa eius interueniat, tenetur, ueluti si quasi  
 amicos ad cenam inuitaturus argentum, quod in eam rem utendum acceperit<sup>1</sup>, peregre pro-  
 ficiscens secum portare uoluerit et id aut naufragio aut praedonum hostiumue incursum  
 6 amiserit. Is quoque, apud quem rem aliquam deponimus, re nobis tenetur: qui [I. 3, 14, 3] 10  
 et ipse de ea re quam acceperit restituenda tenetur. sed is etiamsi negligenter rem custo-  
 ditam amiserit, securus est: quia enim non sua gratia accipit, sed eius a quo accipit, in  
 eo solo tenetur, si quid dolo perierit: negligentiae uero nomine ideo non tenetur, qui  
 qui neglegenti amico rem custodiendam committit, de se queri debet. magnam tamen  
 7 negligentiam placuit in doli crimine cadere. Creditor quoque, qui pignus ac- [I. 3, 14, 3] f. 317  
 cepit, re tenetur: qui et ipse de ea ipsa re quam accepit restituenda tenetur. Uer- [I. 3, 15 pr.]  
 8 bis obligatio contrahitur ex interrogatione et responsu, cum quid dari ferue nobis stipu-  
 lemur<sup>2</sup>. Sed aut proprio nomine quisque obligatur aut alieno: qui autem alieno nomine [I. 3, 15 pr.]  
 obligatur, fideiussor uocatur. et plerumque ab eo, quem proprio nomine obligamus, alio  
 accipimus, qui eadem obligatione teneantur, dum curamus, ut quod in obligationem de  
 9 duximus, tutius nobis debeatur. Si id, quod dari stipulemur, tale sit, ut dari non possit  
 palam est naturali ratione inutilem esse stipulationem, ueluti si de homine libero uel iam  
 mortuo uel aedibus deustis facta sit stipulatio inter eos, qui ignorauerint eum hominem  
 liberum esse uel mortuum esse uel aedes deustas esse. idem iuris est, si quis locum sa-  
 10 crum aut religiosum dari sibi stipulatus fuerit. Nec minus inutilis est stipulatio, si qui- [I. 3, 15 pr.] 25  
 11 rem suam ignorans suam esse stipulatus fuerit. Item sub impossibili condicione factam  
 12 stipulationem constat inutilem esse. Furiosum, siue stipulatur siue promittat, nihil agere  
 13 natura manifestum est. Huic proximus est, qui eius aetatis est, ut nondum intellegat, qui- [I. 3, 15 pr.] d  
 agatur: sed quod ad hunc benignius acceptum est: nam qui loqui potest, creditur et stipu-  
 14 lari et promittere recte posse. Mutum nihil pertinere ad obligationem uerborum natur- [I. 3, 15 pr.] 30  
 15 manifestum est. Sed et de surdo idem dicitur, quia, etiamsi loqui possit, siue promittit  
 uerba stipulantis exaudire debet, siue stipuletur, debet exaudire uerba promittentis. unde  
 apparet non de eo nos loqui, qui tardius exaudivit, sed qui omnino non exaudivit. [I. 3, 19, 3] 7  
 2 IDEM libro tertio institutionum. Consensu fiunt obligationes [Gai. 3, 136. I. 3, 22 pr. B. 52, 1, 2] 30  
 1 in emptionibus uenditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. Ideo  
 autem istis modis consensu dicimus obligationem<sup>3</sup> contrahi, quia neque [Gai. 3, 136. I. 3, 22, 3] 35  
 uerborum neque scripturae ulla proprietas desideratur, sed sufficit eos, qui negotia<sup>4</sup> gerunt,  
 2 consentire<sup>5</sup>. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, ueluti per [I. 3, 22, 3] 40  
 3 epistulam uel<sup>6</sup> per nuntium<sup>7</sup>. Item in his contractibus alter alteri obli- [Gai. 3, 137. I. 3, 22, 3] 45  
 gatur de eo, quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> si quasi amicos ad cenam inuitaturus quod argentum utendum acceperit? <sup>2</sup> stipulamur (Inst.)? <sup>3</sup> dicimus obligationes Gaius (Uer.), dicitur obligatio Inst. <sup>4</sup> negotium Gai. Inst. <sup>5</sup> sic etiam Inst., consensisse Gai. (Uer.) <sup>6</sup> aut Gai. Inst. <sup>7</sup> sic etiam Inst., per inter-nuntium Gai. (Uer.), ubi sequitur: cum alioquin uerborum obligatio inter absentes fieri non possit

5 custodiendae rei] sic ad Inst.: sane quidem exactam diligentiam custodiendae rei praestare iubetur et B (Anon.): ἀκραν δὲ χρεώστει ἐπιμέλειαν ἐπὶ τῇ παραφυλακῇ αὐτοῦ (τοῦ πράγματος), custodiendaerit F<sup>2</sup>, custodiae rei F<sup>2</sup> 6 ei] si F<sup>1</sup>, eii (uoluit ei) F<sup>2</sup> 9 hostium'ue' F<sup>2</sup> 10 rem om. F<sup>1</sup> 12 securos F<sup>1</sup> 14 qu'aeri

F<sup>21</sup> 15 crimine] F<sup>1</sup>, crimen F<sup>21</sup> 17 responsu] F<sup>1</sup>, responsione F<sup>21</sup>: responso Inst. libri optimi (Anselmiana excerpta et Bamb.), responsione Taurin. et reliqui 21 totius F<sup>2</sup> | stipuletur F<sup>2</sup> 26 sub del. F<sup>2</sup> 30 mutu'um F<sup>1</sup> 35 emptio-nibus et uenditionibus Gai. cod. Uer. 36 quia] quo Gai. cod. Uer. 40 alterum' alteri F<sup>2</sup>

- 3 PAULUS libro secundo institutionum. Obligationum substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum aut seruitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid uel faciendum uel praestandum. Non satis autem est dantis esse nummos et fieri accipientis, ut obligatio nascatur, sed etiam hoc animo dari et accipi, ut obligatio constituitur. itaque si quis pecuniam suam donandi causa dederit mihi, quamquam et donantis fuerit et mea fiat, tamen non obligabor ei, quia non hoc inter nos actum est. Uerborum quoque obligatio constat, si inter contrahentes id agatur: nec enim si per iocum puta uel demonstrandi intellectus<sup>1</sup> causa ego tibi dixero 'spondes'? et tu responderis 'spondeo', nascetur obligatio. 9
- 4 GAIUS libro tertio aureorum. Ex maleficio nascuntur obligationes, ueluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex iniuria. quae omnia unius generis sunt: nam haec re tantum consistunt, id est ipso maleficio, cum alioquin ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed etiam uerbis et consensu.
- 5 IDEM libro tertio aureorum. Si quis absentis negotia gesserit, si quidem ex mandatu, palam est ex contractu nasci inter eos actiones mandati, quibus inuicem experiri possunt de eo, quod alterum alteri ex bona fide praestare oportet: si uero sine mandatu, placuit quidem sane eos inuicem obligari eoque nomine proditae sunt actiones, quas appellamus negotiorum gestorum, quibus aequae inuicem experiri possunt de eo, quod ex bona fide alterum alteri praestare oportet. sed neque ex contractu neque ex maleficio actiones || nascuntur: neque enim is qui gessit cum absente creditur ante contraxisse, neque ullum maleficio est sine mandatu suscipere negotiorum administrationem: longe magis is, cuius negotia gesta sunt, ignorans aut contraxisse aut deliquisse intellegi<sup>2</sup> potest: sed utilitatis causa receptum est inuicem eos obligari. ideo autem id ita receptum est, quia plerumque homines eo animo peregre proficiscuntur quasi statim redituri nec ob id ulli curam negotiorum suorum mandant, deinde nouis causis interuenientibus ex necessitate diutius absent: quorum negotia desperare iniquum erat, quae sane desperarent, si uel is, qui obtulisset se negotiis gerendis, nullam habiturus esset actionem de eo, quod utiliter de suo impendisset, uel is, cuius gesta essent, aduersus eum, qui inuasisset negotia eius, nullo iure agere posset. Tutelae quoque iudicio qui tenentur, non proprie ex contractu obligati intelleguntur (nullum enim negotium inter tutorem et pupillum contrahitur): sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri uidentur. et hoc autem casu mutuae sunt actiones: non tantum enim pupillus cum tutore, sed et contra tutorem cum pupillo habet actionem, si uel impenderit aliquid in rem pupilli uel pro eo fuerit obligatus aut rem suam creditori eius obligauerit. Heres quoque, qui legatum debet, neque ex contractu neque ex maleficio obligatus esse intellegitur: nam neque cum defuncto neque cum herede contraxisse quicquam legatarius intellegitur: maleficio autem nullum in ea re esse plus quam manifestum est. Is quoque, qui non debitum accipit
- q. 82 f. 314
- 30
- 35
- 35
- 6
- F(XYMOC)*

<sup>1</sup> intellectus *del.*    <sup>2</sup> non *ins.* (*Hal.*)

2 aliud *F* 4 fieri *F*<sup>2</sup> 6 oblig'ab'or *F*<sup>2</sup> 7 in'ter' *F*<sup>2</sup> | 'si' per *F*<sup>2</sup> 8 responderes *F*<sup>2</sup> 10 tertio 'rerum cottidianarum siue' aureorum *F*<sup>2</sup>: u. ad *D.* 17, 1, 2 11 unius 'et' generis *F*<sup>2</sup> | h'a'e *F*<sup>2</sup> 14 idem libro tertio aureorum] *F*<sup>2</sup>, *del.* *F*<sup>2</sup>: *Graeca huius tituli uersio quae estat cum auctorum nomina non habeat, numeri autem inter leges interpositi admodum turbati sint, omissio numeri hoc loco rem non decedit: at retinendam esse inscriptionem ostendunt allegationes interpretum Graecorum cum iis quae haec editio proponit plane conuenientes, ut sunt l. 9 (uol. 2 p. 612 Heimb.). 14 (suppl. p. 226). 19 (3, 487). 23 (2, 619). 24 (2, 606). 25 (2, 585). 27 (3, 288). 36 (3, 310). 41 (2, 677). 42 (4, 167). 43 (suppl. p. 226).*

44 (4, 90). 46 (2, 30). 47 (2, 564). 52 (2, 595). 57 (2, 613). 59 (4, 102). 61 (4, 577 et suppl. p. 175). *numeros hinc discedentes non obseruauit nisi Pon. 24, 35, 44, ubi lex nobis 35 dicitur 34 et Bas. 2, 67, ubi lex nobis 52 dicitur 51: praeterea cf. ad l. 58 18 quas] quae *F*<sup>2</sup> 21 magis] *F*, minus *XYMOC* 22 delinquisse *F* 24 per a'egre *F*<sup>2</sup> 26 desperare *F*: nisi hic *scr.* est deseri et mox desererentur, propterea quod *Inst.* 3, 27, 1, qui locus huic affinis est, legitur ne absentium ... desererentur negotia: certe dispereundi uocabulum sic ut hic ponitur insolens est et uis ferendum | erat] *F*<sup>2</sup>, est *F*<sup>2</sup> | desperare'n't *F*<sup>2</sup> 27 gerendis *F*<sup>2</sup> 28 impediisset *F**



- per errorem solventis, obligatur quidem quasi ex mutui datione et eadem actione tenetur, qua debitores creditoribus: sed non potest intellegi is, qui ex ea causa tenetur, ex contractu obligatus esse: qui enim soluit per errorem, magis distrahendae obligationis animo quam contrahendae dare uidetur. Si iudex litem suam fecerit, non [D. 50, 13, 6. L. 4, 5 pr. proprie ex maleficio obligatus uidetur, sed quia neque ex contractu obligatus est<sup>1</sup> utique peccasse aliquid intellegitur, licet per imprudentiam, ideo uidetur quasi ex maleficio teneri. (D)
- 5 Is quoque, ex cuius cenaculo (uel proprio ipsius uel conducto uel in quo gratis [L. 4, 5, 1 habitabat) deiectum effusumue aliquid est ita, ut alicui noceret, quasi ex maleficio teneri uidetur: ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intellegitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur aut serui aut liberi. cui similis est is, qui ea parte, qua [B. 52, 1, 5 uolgo iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest, si ceciderit, alicui nocere. ideo si filius familias seorsum a patre habitauerit et quid ex cenaculo [L. 4, 5, 2 eius deiectum effusumue sit siue quid positum suspensumue habuerit, cuius casus periculosus est, Iuliano placuit in patrem neque de peculio neque noxalem dandam esse actionem, 6 sed cum ipso filio agendum. Item exercitor nauis aut cauponae aut stabuli de [L. 4, 5, 3 damno aut furto, quod in naue aut caupona aut stabulo factum sit, quasi ex maleficio teneri uidetur, si modo ipsius nullum est maleficio, sed alicuius eorum, quorum opera nauem aut cauponam aut stabulum exerceat: cum enim neque ex contractu sit aduersus eum constituta haec actio et aliquatenus culpae reus est, quod opera malorum hominum uteretur, ideo quasi ex maleficio teneri uidetur. 20
- 6 PAULUS libro quarto ad Sabinum. In omnibus temporalibus actionibus nisi nouissimus totus dies compleatur, non finit obligationem<sup>2</sup>. [B. 52, 1, 6. Ep. 19, 6 not. S
- 7 POMPONIUS libro quinto decimo ad Sabinum. Actiones aduersus patrem filio [B. 52, 1, 7 praestari non possunt, dum in potestate eius est filius. 24
- 8 IDEM libro sexto decimo ad Sabinum. Sub hac condicione 'si uolam' nulla [B. 52, 1, 8 fit obligatio: pro non dicto enim est, quod dare nisi uelis cogi non possis: nam nec heres promissoris [ eius, qui numquam dare uoluerit<sup>3</sup>, tenetur, quia haec condicio in ipsum promissorem<sup>4</sup> numquam exstitit. 24
- 9 PAULUS libro nono ad Sabinum. Filius familias suo nomine [B. 52, 1, 9. BS. 23, 1, 17 sch. 1 nullam actionem habet, nisi iniuriarum et quod ui aut clam et depositi et commodati, ut Iulianus putat. 20
- 10 ULPIANUS libro quadragensimo septimo ad Sabinum. Naturales obligationes [B. 52, 1, 9 non eo solo aestimantur, si actio aliqua eorum nomine competit, uerum etiam eo, si soluta pecunia repeti non possit. 24
- 11 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. Quaecumque gerimus, cum ex nostro [B. 52, 1, 10 contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona obligationis initium sumant, inane actum nostrum efficiunt: et ideo neque stipulari neque emere uendere contrahere, ut alter suo nomine recte agat, possumus. 24
- 12 POMPONIUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Ex depositi et commodati [B. 52, 1, 11 et mandati et tutelae et negotiorum gestorum ob dolum malum defuncti heres in solidum tenetur. 24
- 13 ULPIANUS libro primo disputationum. In factum actiones etiam [B. 52, 1, 12. BS. 23, 1, 1 filii familiarum possunt exercere. 24

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> et ins. (D. l. gem. secundum F<sup>2</sup>, item Inst.)  
luerit del. <sup>4</sup> in ipso promissore?

<sup>2</sup> obligatio?

<sup>3</sup> qui numquam dare uoluerit del.

1 'tenetur F<sup>2</sup> 7 is] id F<sup>2</sup> 8 est i'tu'ta ut F<sup>2</sup> 14 in] Inst., om. F 15 item] iter F<sup>2</sup> | de damno] de dolo Inst. errore 16 forto F | naue 'de' aut caupon'i'a F<sup>2</sup> 18 caupon'i'am F<sup>2</sup> 19 culpa'e' F<sup>2</sup> 22 non finit obligationem] FXYMOG 25 uol'i'am F<sup>2</sup> 30 quod ui aut clam 'et' depositi F<sup>2</sup>: καὶ τὸ κοινὸν βί αὐτ

καὶ ἀντὶ τὸν κτλ. καὶ τὴν ἀποδοτικὴν BS. 23, 17, 1, καὶ ὅτε βίαν ὑποστῆ καὶ τίς περὶ παραθήκης B (Anon.) 32 ulpianus] idem F<sup>2</sup> male: Pauli enim ad Sabinum non fuerunt nisi libri XVI 33 eorum] F et hic et D. 46, 1, 16, 4 35 paulus] idem F<sup>2</sup> 36 nostra] nostro F<sup>2</sup> 42 etiam] filii familiarum F<sup>2</sup>

- 14 IDEM libro septimo disputationum. Serui ex delictis qui [B. 52, 1, 18. BS. 18, 5, 41 sch. 168] S dem obligantur et, si manumittantur, obligati remanent: ex contractibus autem ciuilitate quidem non obligantur, sed naturaliter et obligantur et obligant. denique si seruo, qui mihi mutuam pecuniam dederat, manumisso soluam, liberor. 4
- 15 IULIANUS libro quarto digestorum. Qui cum herede egit, ex- [Ulp. D. 44, 2, 2. B. 52, 1, 14] S ceptione summotus est hac: 'si non in ea causa tabulae testamenti sint, ut contra eas emancipato bonorum possessio dari possit'. emancipato omittente bonorum possessionem non inique postulabit creditor restitui sibi actionem aduersus scriptum heredem: nam quamdiu bonorum possessio contra tabulas filio dari potest, heres quodammodo debitor non est. 9
- 16 IDEM libro tertio decimo digestorum. Qui a seruo hereditario mutuam pecuniam accepit et fundum uel hominem pignoris causa ei tradiderat<sup>1</sup> et precario rogauit, precario possidet: nam seruus hereditarius sicuti per traditionem<sup>2</sup> accipiendo proprietatem hereditati acquirit, ita precario dando efficit, ne res usucapi possit. nam et si commodauerit uel deposuerit rem peculiarem, commodati et depositi actionem hereditati acquirat. haec ita, si peculiare negotium contractum est: nam ex hac causa etiam possessio<sup>3</sup> adquisita intellegi debet. 15
- 17 IDEM libro trigensimo tertio digestorum. Omnes debitores, qui speciem ex [B. 52, 1, 16] S causa lucratiua debent, liberantur, cum ea species ex causa lucratiua ad creditores peruenisset. 19
- 18 IDEM libro quinquagensimo quarto digestorum. Si is, qui Stichum dari stipulatus fuerat, heres exstiterit ei, cui ex testamento idem Stichus debebatur: si ex testamento Stichum petierit, non consumet stipulationem, et contra si ex stipulatu Stichum petierit, actionem ex testamento soluam habebit, quia initio ita constiterint hae duae obligationes, ut altera in iudicium deducta altera nihilo minus integra remaneret. 24
- 19 IDEM libro septuagensimo tertio digestorum. Ex promissione [B. 52, 1, 18. BS. 29, 6, 1 sch. 1] S dotis: non uidetur lucratiua causa esse, sed quodammodo creditor aut emptor intellegitur, qui dotem petit. porro cum creditor uel emptor ex lucratiua causa rem habere coeperit, nihilo minus integras actiones retinent, sicut ex contrario qui non ex causa lucratiua rem habere coepit, eandem non prohibetur ex lucratiua causa petere. 29
- 20 ALFENUS libro secundo digestorum. Seruus non in omnibus rebus sine poena [B. 52, 1, 19] S domino dicto audiens esse solet, sicuti si dominus hominem occidere aut furtum alicui facere seruum iussisset. quare quamuis domini iussu seruus piraticam fecisset, iudicium in eum post libertatem reddi oportet. et quodcumque ui || fecisset, quae uis a maleficio non abesset, ita oportet poenas eum pendere. sed si aliqua rixa ex litibus et contentione nata esset aut aliqua uis iuris retinendi causa facta esset et ab his rebus facinus abesset, tum non conuenit praetorem, quod seruus iussu domini fecisset, de ea re in liberum iudicium dare. 35
- 1 IULIANUS libro tertio ex Minicio. Contraxisse unusquisque in eo loco intellegitur, in quo ut solueret se obligauit. [B. 52, 1, 20] S 39
- 2 AFRICANUS libro tertio quaestionum. Cum quis in diem mercem stipulatus fideiussorem accepit, eius temporis aestimatio spectanda est, quo satis acceperit. [B. 52, 1, 21] S
- 3 IDEM libro septimo quaestionum. Traiecticiae pecuniae nomine, si ad diem [B. 52, 1, 22] S soluta non esset, poena (uti adsolet) ob operas eius qui eam pecuniam peteret in stipulationem erat deducta: is qui eam pecuniam petebat parte exacta petere desierat, deinde interposito tempore interpellare instituerat. consultus respondit eius quoque temporis, quo 45

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> pignoris causa ei tradiderat] fiduciae causa ei mancipauerat et mox <sup>2</sup> mancipio scripsit Iulianus (Arnolds Beiträge 1, 208; Huschke Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss. 14, 263) <sup>3</sup> fiducia uidetur fuisse

2 obligati'o remanent F<sup>4</sup> 3 hac] sic F<sup>4</sup> 8 postulauit F<sup>11</sup> 11 pr'a'ecario F<sup>2</sup> 12 pr'a'ecario F<sup>2</sup> 13 pr'a'ecario F<sup>2</sup> 23 haec' duae F<sup>2</sup> 24 remane're't F<sup>2</sup> 30 alphenus F<sup>31</sup> sol'et

s'icnti F<sup>2</sup> 33 fecisset] fecissae F<sup>41</sup> 41 quo satis acceperit] καθ' ὄν (καίρον) ὁ ἑγγυητής προσελήφθη B (Anon.) 42 trahiecticiae F

interpellatus non esset, poenam peti posse: amplius etiamsi omnino interpellatus non esset: nec aliter non committi stipulationem, quam si per debitorem non steterit, quo minus solueret: alioquin dicendum et si is, qui interpellare coepisset, ualetudine impeditus interpellare desisset, poenam non committi. de illo sane potest dubitari, si interpellatus ipse<sup>1</sup> moram fecerit, an, quamuis pecuniam postea offerat, nihilo minus poena committatur: et hoc rectius dicitur. <sup>2</sup>nam et si arbiter ex compromisso pecuniam certo die dare insserit neque per eum, qui dare iussus sit, steterit, non committi poenam respondit: adeo ut et illud Seruius rectissime existimauerit, si quando dies, qua pecunia daretur, sententia arbitri comprehensa non esset, modicum spatium datum uideri. hoc idem dicendum et cum quid ea lege uenierit, ut, nisi ad diem pretium solutum fuerit, inempta res fiat. 10

24 POMONIUS libro singulari regularum. Si a furioso, cum [B. 52, 1, 23. cf. Pomp. 12, 1, 12] S eum compotem mentis esse putarem, pecuniam quasi mutuam acceperim eaque in rem meam uersa fuerit, condictio furioso acquiritur: nam ex quibus causis ignorantibus nobis actiones adquiruntur, ex isdem etiam furiosi nomine incipit agi posse: ueluti cum seruus eius stipulatur, cum furtum ei fit, aut damnum ei dando in legem Aquilianam committitur, <sup>15</sup> aut si forte, cum creditor fuerat, fraudandi eius causa debitor alicui rem tradiderit. idem-  
1 que erit, si legetur ei uel fideicommissum ei relinquatur. Item si is, qui seruo alieno crediderat, furere coeperit, deinde seruus in rem domini id quod mutuum acceperat uerterit,  
2 furioso condictio acquiritur. Item si alienam pecuniam credendi causa quis dederit, deinde  
3 compos mentis esse desierit, postea consumpta ea furioso condictio acquiritur. Et qui ne- <sup>20</sup>  
gotia furiosi gesserit, negotiorum gestorum ei obligatur.

25 ULPIANUS libro singulari regularum. Actionum genera sunt duo, in rem, [B. 52, 1, 24] S quae dicitur uindicatio, et in personam, quae condictio appellatur. in rem actio est, per quam rem nostram, quae ab alio possidetur, petimus: et semper aduersus eum est qui rem possidet. in personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad fa- <sup>25</sup>  
ciendum aliquid uel dandum: et semper aduersus eundem locum habet. Actionum autem quaedam ex contractu, quaedam ex facto, quaedam in factum sunt. ex contractu actio est, quotiens quis sui lucri causa cum aliquo contrahit, ueluti emendo uendendo locando conducendo et ceteris similibus. ex facto actio est, quotiens ex eo teneri quis incipit, quod ipse admisit, ueluti furtum uel iniuriam commisit uel damnum dedit. in factum actio di- <sup>30</sup>  
citur, || qualis est exempli gratia actio, quae datur patrono aduersus libertum, a qua contra <sup>31</sup>  
2 edictum praetoris in ius uocatus est. Omnes autem actiones aut civiles dicuntur aut honorariae.

26 IDEM libro quinto de censibus. Omnes poenales actiones post litem inchoa- [B. 52, 1, 25] S <sup>35</sup>  
tam et ad heredes transeunt.

27 PAPIANUS libro uicensimo septimo quaestionum. Obliga- [B. 52, 1, 26. BS. 28, 8, 61 sch. 3] P <sup>40</sup>  
tiones, quae non propriis uiribus consistunt, neque officio iudicis neque praetoris imperio neque legis potestate confirmantur.

28 IDEM libro primo definitionum. Actio in personam infertur: petitio in rem: [B. 52, 1, 27] P <sup>45</sup>  
persecutio in rem uel in personam rei persequendae gratia.

29 PAULUS libro quarto responsorum. Lucio Titio cum ex causa iudicati pe- [B. 52, 1, 28] P <sup>50</sup>  
cunia deberetur et eidem debitori aliam pecuniam crederet, in cautione pecuniae creditae non adiecit sibi praeter eam<sup>3</sup> pecuniam debitam sibi ex causa iudicati: quaero, an integrae sint utraeque Lucio Titio petitiones. Paulus respondit nihil proponi, cur non sint integrae. <sup>55</sup>

30 SCAEUOLA libro primo responsorum. Seruus effectus non idcirco, quod postea [B. 52, 1, 29] P <sup>60</sup>  
indulgentia principali libertatem consecutus est, redisse dicitur in obligationem creditorum.

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> interpellatus ipse del. <sup>2</sup> exciderunt talia: ceterum poena non committitur, si per debitorem non steterit, quo minus ea die solueret <sup>3</sup> non adiecit praeterea?

3 et] est F<sup>1</sup> 4 dedisset F<sup>2</sup> 6 dari F<sup>2</sup> 24 alia F<sup>1</sup> 26 et] est F<sup>1</sup> 42 et  
13 condictio F<sup>2</sup> 14 h'isdem F<sup>2</sup> 17 uel  
si fideic. F<sup>2</sup> 20 condictio F<sup>2</sup> 23 appel-  
lator F<sup>1</sup> 45 scaeuola F

- 31 MAECIANUS libro secundo fideicommissorum. Non solum stipulationes im- [B. 52, 1, 80] P  
possibili conditioni applicatae nullius momenti sunt, sed etiam ceteri quoque contractus,  
ueluti emptiones locationes, impossibili conditione interposita aequae nullius momenti sunt,  
quia in ea re, quae ex duorum pluriumque consensu agitur, omnium uoluntas spectetur,  
quorum procul dubio in huiusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existiment adposita  
ea conditione, quam sciant esse impossibilem.
- 32 HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum. Cum ex uno delicto plu- [B. 52, 1, 81] P  
res nascuntur actiones, sicut euenit, cum arbores furtim caesae dicuntur, omnibus experiri  
permitti post magnas uarietates optinuit.
- 33 PAULUS libro tertio decretorum. Constitutionibus, quibus ostenditur heredes [B. 52, 1, 82] P  
poena non teneri, placuit, si uiuus conuentus fuerat, etiam poenae persecutionem trans-  
missam uideri, quasi lite contestata cum mortuo.
- 34 IDEM libro singulari de concurrentibus actionibus. Qui seruum alienum in- [B. 52, 1, 83] P  
iuriose uerberat, ex uno facto incidit et in Aquiliam et in actionem iniuriarum: iniuria enim  
ex affectu fit, damnum ex culpa et ideo possunt utraeque competere. sed quidam altera 15  
electa alteram consumi. alii per legis Aquiliae actionem iniuriarum consumi, quoniam desiit  
bonum et aequum esse condemnari eum, qui aestimationem praestitit: sed si ante iniuria-  
rum actum esset, teneri eum ex lege Aquilia. sed et haec sententia per praetorem inhi-  
benda est, nisi in id, quod amplius ex lege Aquilia competit, agatur. rationabilius itaque  
est eam admitti sententiam, ut liceat ei quam noluerit actionem prius exercere, quod autem 20  
1 amplius in altera est, etiam hoc<sup>1</sup> exsequi. Si is, cui rem commodauero, eam subripuerit,  
tenebitur quidem et commodati actione et conditione, sed altera actio alteram peremit aut  
2 ipso iure aut per exceptionem, quod est tutius. Hinc de colono responsum est, si aliquid  
ex fundo subtraxerit, teneri eum conditione et furti, quin etiam ex locato: et poena qui-  
dem furti non confunditur, illae autem inter se miscentur. et hoc in legis Aquiliae actione 25  
dicitur, si tibi commodauero uestimenta et tu ea ruperis: utraeque enim actiones rei per-  
secutionem continent. et quidem post legis Aquiliae actionem utique commodati finietur:  
post commodati an Aquiliae remaneat in eo, quod in repetitione triginta dierum amplius  
est, dubitatur: sed uerius est remanere, quia simpli accedit: et<sup>2</sup> simpli subducto locum  
non habet. 30
- 35 IDEM libro primo ad edictum praetoris. In honorariis actionibus sic esse [B. 52, 1, 84] E  
definiendum Cassius ait, ut quae rei persecutionem habeant, haec etiam post annum dan-  
rentur, ceterae ¶ intra annum. honorariae autem, quae post annum non dantur, nec in f. 316  
heredem dandae sunt, ut tamen lucrum ei extorqueatur, sicut fit in actione doli mali et  
interdicto unde ui et similibus. illae autem rei persecutionem continent, quibus persequi- 35  
mur quod ex patrimonio nobis abest, ut cum agimus cum bonorum possessore debitoris  
nostri, item Publiciana, quae ad exemplum uindicationis datur. sed cum re- [Pon. 24, 85]  
1 scissa usucapione redditur, anno finitur, quia contra ius ciuile datur. In duumuiros ([Pon.]  
et rem publicam etiam post annum actio datur ex contractu magistratum municipalium. 39
- 36 ULPIANUS libro secundo ad edictum. Cessat ignominia in con- [B. 52, 1, 85. BS. 28, 11, 26] E  
dictionibus, quamuis ex famosis causis pendeant.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> hoc] postea?    <sup>2</sup> et del. (u. i.)

1 i'impossibili F<sup>1</sup> 2 conditione F<sup>2</sup> 7 hermo-  
mocenianus F 8 e'ue'nit F<sup>2</sup> 11 trans-  
missam] F, remissam Y<sup>2</sup>, remissam non XY<sup>2</sup>  
MOG 12 cum mortuo] XYMOG cum B:  
ὡς προκατάρξεως γενομένης κατὰ τοῦ τελεγεθ-  
σαντος, eu mortuo F<sup>2</sup>, eo mortuo F<sup>1</sup> 13 de  
om. F 14 ueruerat F<sup>2</sup> | et 'in' aquiliam et  
'in' actionem F<sup>2</sup> 15 utrae'que F<sup>2</sup> 18 in-  
'hibenda F<sup>2</sup> 19 rationabili'us F<sup>2</sup> 21 ex-  
sequi] F<sup>2</sup>, consequi F<sup>2</sup> 22 altera actio bis F<sup>2</sup>  
23 totius F<sup>2</sup> 28 aquilia' e' rem. F<sup>2</sup> 29 sed

uerius est remanere seq.] idem legerunt Graeci:  
ἐπὶ τῷ περιττῷ κόζηται B (Anon.), nec puto  
lectionem sollicitandam, nisi quod copula abun-  
dat: nam subducere apud auctores non solet  
usurpari de eo quod est ὑφαίρειν, quod Latine  
solet esse deducere, contra non raro usurpatur  
de eo quod est συλλογίζειν. scilicet hoc ait Pau-  
lus ubi iudici constiterit damnum petitori aesti-  
mandum esse in simplum, reum absolui debere  
31 praetoris del. F<sup>2</sup> 34 actionem F

- 37 IDEM libro quarto ad edictum praetoris. Actionis uerbo continetur in rem, [B. 52, 1, 35] E in personam: directa, utilis: praeiudicium, sicut ait Pomponius: stipulationes etiam, quae praetoriae sunt, quia actionum instar obtinent, ut damni infecti, legatorum et si quae si-  
1 miles sunt. interdicta quoque actionis uerbo continentur. Mixtae sunt actiones, [B. 52, 1, 36] in quibus uterque actor est, ut puta finium regundorum, familiae erciscundae, communi diuidundo, interdictum uti possidetis, utrubi.
- 38 PAULUS libro tertio ad edictum. Non figura litterarum, sed oratione, quam [B. 52, 1, 37] E exprimunt litterae, obligamur, quatenus placuit non minus ualere, quod scriptura, quam quod uocibus lingua figuratis significaretur.
- 39 GAIUS libro tertio ad edictum prouinciale. Filius familias ex omnibus causis [B. 52, 1, 38] E tamquam pater familias obligatur et ob id agi cum eo tamquam cum patre familias potest.
- 40 PAULUS libro undecimo ad edictum. Hereditariarum actionum loco habentur [B. 52, 1, 39] E et legata, quamuis ab herede coeperint.
- 41 IDEM libro uicensimo secundo ad edictum. Quotiens lex obligationem in- [B. 52, 1, 40] E trodicit, nisi si nominatim cauerit, ut sola ea actione utamur, etiam ueteres eo nomine 1 actiones competere. Si ex eodem facto duae competant actiones, postea iudicis potius partes esse, ut quo plus sit in reliqua actione, id actor ferat, si tantundem aut minus, id consequatur.
- 42 ULPIANUS libro uicesimo primo ad edictum. Is, cui sub condicione legatum [B. 52, 1, 41] E est, pendente condicione non est creditor, sed tunc, cum exstiterit condicio, quamuis eum, 1 qui stipulatus est sub condicione, placet etiam pendente condicione creditorem esse. Creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionem uel ciuilem habent, sic tamen, ne exceptione submoueantur, uel honorariam actionem, uel in factum.
- 43 PAULUS libro septuagensimo secundo ad edictum. Obligari potest pater fa- [B. 52, 1, 41] E milias suae potestatis pubes<sup>3</sup> compos mentis: pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur<sup>4</sup> iure ciuili: seruus autem ex contractibus non obligatur.
- 44 IDEM libro septuagensimo quarto ad edictum praetoris. Obligationum fere [B. 52, 1, 41] E 1 quattuor causae sunt: aut enim dies in eis est aut condicio aut modus aut accessio. Circa diem duplex inspectio est: nam uel ex die incipit obligatio aut confertur in diem. ex die ueluti 'kalendis Martiis dare spondes?' cuius natura haec est, ut ante diem non exigatur.<sup>5</sup> ad diem autem 'usque ad kalendas dare spondes?' placet autem ad tempus [B. 52, 1, 42] obligationem constitui non posse non magis quam legatum: nam quod alicui deberi coepit, certis modis desinit deberi. plane post tempus stipulator uel pacti conuenti uel doli mali exceptione summoneri poterit. sic et in tradendo si quis dixerit se solum sine superfici-  
2 tradere, nihil profoicit, quo minus et superficies transeat, quae natura solo cohaeret. Con-  
dicio uero efficax est, quae in constituenda || obligatione inseritur, non quae post perfectam  
eam ponitur, ueluti 'centum dare spondes, nisi nauis ex Asia uenerit'<sup>4</sup>? sed hoc casus  
3 existente condicione locus erit exceptioni pacti conuenti uel doli mali. Modus [B. 52, 1, 43] obligationis est, cum stipulamur decem aut hominem: nam alterius solutio totam obligatio-  
4 nem interemit nec alter<sup>5</sup> peti potest, utique quamdiu utrumque est. Accessio [B. 52, 1, 44] uero in obligatione aut personae aut rei fit. personae, cum mihi aut Titio stipulor. rei cum mihi decem aut Titio hominem stipulor: ubi quaeritur, an ipso iure fiat liberatio

F(XYMO)

<sup>1</sup> postea iudicis potius] postea iudicantis?    <sup>2</sup> id] nihil (Cuiacius: NE = ID)    <sup>3</sup> pubes del.  
<sup>4</sup> idem Graeci, sic autem ordina: inseritur, ueluti 'centum dare spondes, nisi nauis ex Asia uenerit': non quae post perfectam eam ponitur    <sup>5</sup> alterum (u. i.)?

1 edictum 'praetoris' actionis F<sup>2</sup> 5 cum-  
muni F<sup>1</sup> 6 deuidendo F 7 litterarum F<sup>2</sup>  
9 figuratis F | significare n'tur F<sup>2</sup> 14 inter  
ad edictum et quotiens repetit 12 hereditaria-  
rum ... 13 coeperint F<sup>2</sup> 16 ex om. F<sup>1</sup>: ἐξ  
ἐνός τρόνου B (Anon.) 22 acceperere F<sup>2</sup>  
27 edictum 'praetoris' obl. F<sup>2</sup> 28 iis] his F

31 autem] etiam F<sup>2</sup>: οὐ δύναται δέ B (Anon.)  
33 modus F<sup>2</sup> | desint debere F 38 pacto F<sup>2</sup>  
40 nec alter peti potest] FY, nec (ne M<sup>2</sup>)  
alterum peti potest XM<sup>2</sup>O, nec alter non peti  
potest C, inc. M<sup>2</sup>: οὐ δύναται περὶ τοῦ ἐνός  
κινεῖν B (Anon.) 41 stipulor F<sup>2</sup> 42 no-  
minem F<sup>2</sup>

- 5 homine soluto Titio. Si ita stipulatus sim: 'si fundum non dederis, centum [BS. 41, 1, 1 sch. 9  
 6 'dare spondes' sola centum in stipulatione sunt, in exsolutione fundus. Sed si nauem  
 fieri stipulatus sum et, si non feceris, centum, uidendum, utrum duae stipulationes sint,  
 pura et condicionalis, et existens sequentis condicio non tollat priorem? an uero transferat  
 in se et quasi nonatio prioris fiat? quod magis uerum est. 5
- 45 IDEM libro quinto ad Plautium. Is, qui ex stipulatu Stichum debeat, si eum [B. 52, 1, 44 E  
 ante moram manumiserit et is, priusquam super eo promissor conueniretur, decesserit, non  
 tenetur: non enim per eum stitisse uidetur, quo minus eum praestaret.
- 46 IDEM libro septimo ad Plautium. Furiosus et pupillus, ubi ex re actio uenit, [B. 52, 1, 45 E  
 obligantur etiam sine curatore uel tutoris auctoritate, ueluti si communem fundum habeo 10  
 cum his et aliquid in eum impendero uel damnum in eo pupillus dederit: nam iudicio com-  
 muni diuidendo obligantur.
- 47 IDEM ex libro quarto decimo ad Plautium. Arrianus ait multum interesse, [B. 52, 1, 46 E  
 quaeras, utrum aliquis obligetur an aliquis liberetur: ubi de obligando quaeritur, propen-  
 siores esse debere nos, si habeamus occasionem, ad negandum: ubi de liberando, ex di- 15  
 uerso, ut facilius sis<sup>1</sup> ad liberationem.
- 48 IDEM libro sexto decimo ad Plautium. In quibuscumque negotiis sermone [B. 52, 1, 47 E  
 opus non est sufficiente consensu, iis etiam surdus interuenire potest, quia potest intelle-  
 gere et consentire, ueluti in locationibus conductionibus, emptionibus<sup>2</sup> et ceteris. 19
- 49 IDEM libro octauo decimo ad Plautium. Ex contractibus uenientes actiones [B. 52, 1, 48 E  
 in heredes dantur, licet delictum quoque ueretur, ueluti cum tutor in tutela gerenda dolo  
 fecerit aut is apud quem depositum est<sup>3</sup>: quo casu etiam cum filius familias aut seruus  
 quid tale commisit, de peculio actio datur, non noxalis.
- 50 POMPONIUS libro septimo ex Plautio. Quod quis aliquo anno dare promittit [B. 52, 1, 49 E  
 aut dare damnatur, ei potestas est quolibet eius anni die dandi. 25
- 51 CELSUS libro tertio digestorum. Nihil aliud est actio quam ius quod [I. 4, 6 pr. B. 52, 1, 50 E  
 sibi debeatur, iudicio persequendi.
- 52 MODESTINUS libro secundo regularum. Obligamur aut re aut uerbis aut [B. 52, 1, 51 E  
 simul utroque aut consensu aut lege aut iure honorario aut necessitate aut ex peccato.  
 3 Re obligamur, cum res ipsa intercedit. Uerbis, cum praecedit interrogatio et sequitur con- 30  
 gruens responsio. Re et uerbis pariter obligamur, cum et res interrogationi intercedit,  
 4 consentientes in aliquam rem. Ex consensu obligari necessario ex uoluntate nostra uide-  
 5 mur. Lege obligamur, cum obtemperantes legibus aliquid secundum praeceptum legis aut<sup>4</sup>  
 6 contra facimus. Iure honorario obligamur ex his, quae edicto perpetuo uel<sup>5</sup> magistratu  
 7 fieri praecipiantur uel fieri prohibentur. Necessitate obligantur, quibus non licet aliud fa- 35  
 8 cere quam quod praeceptum est: quod euenit in necessario herede. Ex peccato obligamur,  
 9 cum in facto quaestionis summa constitit. Etiam nudus consensus sufficit obligationi, quam-  
 10 uis uerbis hoc exprimi possit. Sed et nutu solo pleraque consistunt.
- 53 IDEM libro tertio regularum. Plura delicta in una re plures admittunt actio- [B. 52, 1, 52 E  
 nes, sed ¶ non posse omnibus uti probatum est: nam si ex una obligatione plures actiones f. 317  
 nascantur, una tantummodo, non omnibus utendum est. Cum generaliter adicimus 'eiue, 41

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> ex diuerso faciliores? <sup>2</sup> uenditionibus *ins.* <sup>3</sup> circa id quod depositum est *ins.* (*simi-*  
*liter van de Water: ἢ ὁ παραθήκην δεξάμενος περὶ τὸ παρατεθῆν Β*) <sup>4</sup> non obtemperantes *ins.*  
<sup>5</sup> a *ins.* (*Hal.*)

<sup>2</sup> 'in' stipulatione F<sup>2</sup> 9 ad plantium om. F<sup>1</sup>  
 11 'his' F<sup>4</sup> | uel damnum in eo pupillus de-  
 derit] ἢ ὁ ἀνηθός κημίαν εἰς αὐτὸν ἐργάσεται:  
*excidit fortasse dolo malo ante damnum (cf.*  
*D. 14, 4, 3, 2. 16, 3, 1, 15), nam talia non in-*  
*telleguntur, sed emuntiantur. sed uel sic mire*  
*eiusmodi actio dicitur ex re uenire: quare uide,*  
*ne de seruo pupilli locutus sit auctor uel totum*

*comma adiecerit peritus aliquis imperitus. cf.*  
*D. 10, 3, 29 13 ad plantium om. F<sup>1</sup> 15 na-*  
*beamus F<sup>1</sup> 17 ad plantium om. F<sup>1</sup> 18 iis] is F*  
*20 ad plantium om. F<sup>1</sup> 23 de om. F<sup>1</sup> 24 l. 50*  
*continuat antecedenti F 31 obligamus F<sup>2</sup>*  
*37 consensus] consensus F: συναίνεσις Β (Anon.)*  
 41 u'etendum F<sup>2</sup>

- 'ad quem ea res pertinebit', et adrogantis et eorum, qui iure nobis succedunt, personas comprehendimus.
- 54 IDEM libro quinto regularum. Contractus imaginarii etiam in emptionibus [B. 52, 1, 53] E iuris vinculum non optinent, cum fides<sup>1</sup> facti simulatur non intercedente veritate. 4
- 55 IAUOLENUS libro duodecimo epistularum. In omnibus rebus, quae dominium [B. 52, 1, 54] E transferunt, concurrat oportet affectus ex utraque parte contrahentium: nam siue ea uenditio siue donatio siue conductio siue quaelibet alia causa contrahendi fuit, nisi animus utriusque consentit, perduci ad effectum id quod inchoatur non potest.
- 56 POMPONIUS libro uicesimo ad Quintum Mucium. Quaecumque actiones serui [B. 52, 1, 55] E mei nomine mihi coeperunt competere uel ex duodecim tabulis uel ex lege Aquilia uel iniuriarum uel furti, eadem durant, etiamsi seruus postea uel manumissus uel alienatus uel mortuus fuerit. sed et conditio ex furtina causa competit, nisi si nactus possessionem serui aut alienauero aut manumissero eum.
- 57 IDEM libro trigesimo sexto ad Quintum Mucium. In omnibus negotiis con- [B. 52, 1, 56] E trahendis, siue bona fide sint siue non sint, si error aliquis interuenit, ut aliud sentiat puta 15 qui emit aut qui conducit, aliud qui cum his contrahit, nihil ualet quod acti sit. et idem in societate quoque coeunda respondendum est, ut, si dissentiant aliud alio existimante, nihil<sup>2</sup> ualet ea societas, quae in consensu consistit.
- 58 (59) LICINIUS RUFINUS libro octauo regularum. Pupillus mu- [B. 52, 1, 57. BS. 41, 1, 20 sch. 1] E tuam pecuniam accipiendo ne quidem iure naturali obligatur. 30
- 59 (58) CALLISTRATUS libro primo edicti monitorii. Sciendum est ex omnibus causis [B. 52, 1, 58] E lites contestatas et in heredem similesque personas transire.
- 60 ULPIANUS libro septimo decimo<sup>3</sup> ad edictum. Numquam actiones [D. 50, 17, 180. B. 52, 1, 59] E poenales de eadem pecunia concurrentes alia aliam consumit. 31
- 61 SCAEUOLA libro uicensimo octauo digestorum. Procurator Seii ad- [B. 52, 1, 60. Ep. 19, 32] A misit<sup>4</sup> subscriptionem ad argentarium uascularium in uerba infra scripta: ΛΟΥΚΙΟΣ ΚΑΛΑΝΔΙΟΣ ἐπέργων, καθὼς προέγραπται ἔστιν λοιπὰ παρ' ἡμῖν, ὀφειλόμενα τῷ Δεῖνι, τόσα: quaero, an Gaius Seium obligare potuit. respondit Seium, si alioquin obligatus non esset, non propter quod<sup>5</sup> 1 ea<sup>6</sup> scriptura quae proponeretur interposita sit, obligatum esse. Seia, [Ep.] BS. 47, 1, 31 sch. 30 cum salarium constituere uellet, ita epistulam emisit: 'Lucio Titio salutem. Si in eodem<sup>30</sup> animo et eadem affectione circa me es, quo semper fuisti, ex continenti acceptis litteris<sup>30</sup> meis distracta re tua ueni hoc: tibi quamdiu uiuam praestabo annuos decem. scio enim<sup>30</sup> quia ualde me bene ames'. quaero, cum et rem suam distraxerit Lucius Titius et ad eam<sup>30</sup> profectus sit et ex eo cum ea sit, an ei ex his epistulis salarium annum debeat. re-<sup>30</sup> spondit ex personis causisque eum cuius notio sit aestimaturum, an actio danda sit.
- F(XYMO). Petrus except. 4, 49 = l. 57 (usque ad u. 16 acti sit)

<sup>1</sup> fides] species?    <sup>2</sup> ualeat: nam similiae ins.    <sup>3</sup> octauo decimo D. l. gem.    <sup>4</sup> misit ~~...~~ (u. i.)?    <sup>5</sup> propterea quod (dett.)?

1 adrogantis] sic, ut uoluit Schultingius similiterque etiam Cuiacius, scripsi propter B (Anon.): γιοθετοῦντα (sic) δηλοῦμεν (cf. D. 45, 1, 38, 15), adrogati'o F<sup>2</sup> 6 contrahentium F<sup>21</sup> 8 id] XYMO, in F 12 nactus] nactus F<sup>1</sup> 14 ad quintum mucium om. F<sup>2</sup> | contrahendis 'siue F<sup>2</sup> 15 bone fidei XM | errore Y | interuenerit XMO Petrus | ut] aut XY | puta] ut puta Petrus 16 aut qui conducit] an qui conducit Petrus, om. X | aliud] et aliud Petrus, om. M | acti sit] FY, actum sit XMO, acti sunt (u. l. acta sint, actum est) Petrus 18 societas F<sup>21</sup> 19 l. 58 om. F<sup>2</sup>, suppl. F<sup>2</sup>: locum

habuisse ibi ubi supra legitur intellegitur Basilicis confirmatque eum ordinem parilis eorum auctorum collocatio D. 31, 62. 63: l. 58 post l. 59 collocat F<sup>2</sup> eique collocatiōni fauent BS. l. c., ubi lex quae nobis est 58 allegatur sub numero 59 20 naturali scripsit, deinde em. naturali F<sup>2</sup> 25 admisit] FYMO, misit XC 27 ἡμῖν] F, ἡμῶν Epitome 28 obli'li'gatus F<sup>4</sup> 29 interpositu F<sup>2</sup> 30 salutem F<sup>2</sup> 31 quo] qui F<sup>2</sup> | continenti] continentur F<sup>2</sup> 32 distracta' F<sup>6</sup> | uenit hoc F: ἐλθε' πρὸς με B (Anon.) 34 profectus F<sup>2</sup> 35 eum] cum F

LIBER QUADRAGESIMUS QUINTUS.

f. 317'

I.

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS

SEP

ULPIANUS libro quadragesimo octavo ad Sabinum. Stipulatio non potest [B. 48, 1, 1] S<sup>o</sup> nisi utroque loquente: et ideo neque mutus neque surdus neque infans stipulatio- 5 contrahere possunt: nec absens quidem, quoniam exaudire inuicem debent. si quis ex his uult stipulari, per seruum praesentem stipuletur, et adquiret ei ex stipulatu nem. item si quis obligari uelit, iubeat et erit quod iussu obligatus. Qui praesens rogauit, si antequam sibi responderetur discessit, inutilem efficit stipulationem: sin uero 10 sens interrogauit, mox discessit et reuerso responsum est, obligat: interuallum enim um<sup>1</sup> non uitiauit obligationem. Si quis ita interroget<sup>2</sup> 'dabis?' responderit 'quid ni?', utique in ea causa est, ut obligetur: contra si sine uerbis adnuisset. non [Ep. 3, 22] m est non obligari sed nec fideiussorem quidem. Si quis simpliciter interrogatus nderit: 'si illud factum erit, dabo', non obligari eum constat: aut si ita interrogatus: 15 'kalendas quintas?' responderit: 'dabo idibus', aequae non obligatur: non enim sic uidit, ut interrogatus est. et uersa uice si interrogatus fuerit sub condicione, respon- pure, dicendum erit eum non obligari. cum adicit aliquid uel detrahit obligationi, er probandum est uitiatam esse obligationem, nisi stipulatori diuersitas responsonis placuerit: tunc enim alia stipulatio contracta esse uidetur. Si stipulanti mihi 'decem' 20 igitur respondeas, non esse contractam obligationem nisi in decem constat. ex con- ) quoque si me 'uiginti' interrogante tu 'decem' respondeas, obligatio nisi in decem erit contracta: licet enim oportet congruere summam, attamen manifestissimum est ti et decem inesse. Sed si mihi Pamphilum stipulanti tu Pamphilum et Stichum sper- eris, Stichi adiectionem pro supernacuo habendam puto: nam si tot sunt stipulationes, 25 corpora, duae sunt quodammodo stipulationes, una utilis, alia inutilis, neque uitiatur per hanc inutilem. Eadem an alia lingua respondeatur, nihil interest. proinde si quis YMOC). Petrus 4, 56 = l. 1 pr. (usque ad u. 8 actionem). § 4. 6 (usque ad p. 650, 1 con- ter respondeatur)

dicum (u. i.: cf. l. 137 pr. h. t. 45, 2, 6, 3)? <sup>2</sup> interroganti?

quadragesimo octavo] FPetr., xliii Y, uiii M, [O | ad sabinum om. MO 5 loquenti F<sup>o</sup> c] neque Petr. | quidem quoniam] quia | exaudire] exaudire se Y<sup>o</sup>C Petr. | in- debent] debent inuicem Petr. 7 ei] ti X<sup>o</sup>, sibi Petr. 9 si antequam (unte- 1 F<sup>o</sup>) sibi responderetur] FO, mox XY rscr. est lectio Flor.), mox si C, si ante- 1 sibi responderetur mox M | uero] ue- 2 10 interrogauit F<sup>o</sup> | mox] FMOC, tequam responderetur XY 11 medium] FO-C, medii temporis X, modicum M<sup>o</sup>O<sup>o</sup> | is ita ... quid ni] ἐὰν ἀπερωτήσω σε (cod. οὐτίσως)· ὁμολογεῖς δίδόναι; καὶ εἶπες διὰ

τι μή; B (Tip.) 14 interrogatus] FX<sup>o</sup>Y<sup>o</sup>, in- terrogatus fuerit et ille (ille Y<sup>o</sup> et rel., om. Y<sup>o</sup>) sub condicione X<sup>o</sup>Y<sup>o</sup>...MOC 16 dabu F<sup>o</sup> 20 si om. O Petr. 21 uiginti resp.] resp. xx X | esse contr.] contr. esse Petr. | ex contr.] e contr. O Petr. 22 obligatio om. X<sup>o</sup> 23 erit] erunt X<sup>o</sup> | enim om. Y | oportet] oporteat O<sup>o</sup> Petr. | manifestissimum] FM, manifestum XYOC Petr. 24 uiginti] in xx X<sup>o</sup>MOC | tu pamphilu<sup>o</sup>m' et F<sup>o</sup> 25 tut F<sup>o</sup> 27 eadem an alia lingua resp.] an alia eadem lingua resp. X, et an alia lingua resp. an eadem Petr. | proinde] ueluti Petr.



Latine interrogauerit, respondeatur ei Graece, dummodo congruenter respondeatur, obligatio constituta est: idem per contrarium. sed utrum hoc usque ad Graecum sermonem tantum protrahimus an uero et ad alium, Poenum forte uel Assyrium uel cuius alterius linguae, dubitari potest. et scriptura Sabini, sed et uerum patitur, ut omnis sermo contineat uerborum obligationem, ita tamen, ut uterque alterius linguam intellegat siue per se siue per 5 uerum interpretem.

- 2 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. Stipulationum quaedam in dando, [B.48, 1, 2 S<sup>o</sup> 1 quaedam in faciendo consistunt. Et harum omnium quaedam partium praestationem recipiunt, ueluti cum decem dari stipulamur: quaedam non recipiunt, ut in his, quae natura diuisionem non admittunt, ueluti cum uiam iter actum stipulamur: quaedam partis quidem 10 dationem natura recipiunt, sed nisi tota dantur, stipulationi satis non fit, ueluti cum hominem generaliter stipulor aut lancem aut quodlibet uas: nam si Stichus pars soluta sit, nondum in ulla parte stipulationis liberatio nata est, sed aut statim repeti potest aut in pendentis est, donec alius detur. eiusdem condicionis est haec stipulatio: 'Stichum aut Pam- 2 'philum dari'? Ex his igitur stipulationibus ne heredes quidem pro parte soluendo liberari 15 possunt, quamdiu non eandem rem omnes dederint: non enim ex persona heredum condicio obligationis immutatur. et ideo si diuisionem res promissa non recipit, ueluti uia, heredes promissoris singuli in solidum tenentur: sed quo casu unus ex heredibus solidum praestiterit, repetitionem habebit a coherede familiae eriscundae iudicio. ex quo quidem 19 accidere Pomponius ait, ut et stipulatoris uiae uel itineris heredes singuli in solidum | haec actionem: sed quidam hoc casu extingui stipulationem putant, quia per singulos ad- 1. 318 3 qui seruitus non potest: sed non facit inutilem stipulationem difficultas praestationis. Si tamen hominem stipulatus cum uno ex heredibus promissoris egero, pars dumtaxat ceterorum obligationi supererit, ut et solui potest. idemque est, si uni ex heredibus accepto 4 latum sit. Idemque est in ipso promissore et fideiussoribus eius, quod diximus in heredibus. 25 5 Item si in facto sit stipulatio, ueluti si ita stipulatus fuero: 'per te non fieri neque per heredem tuum, quo minus mihi ire agere liceat'? et unus ex pluribus heredibus prohibuerit, tenentur quidem et coheredes eius, sed familiae eriscundae iudicio ab eo repetent 6 quod praestiterint. hoc et Iulianus et Pomponius probant. Contra autem si stipulator decesserit, qui stipulatus erat sibi heredique suo<sup>1</sup> agere licere, et unus ex heredibus eius 30 prohibeatur, interesse dicemus, utrum in solidum committatur stipulatio an pro parte eius, qui prohibitus est. nam si poena stipulationi adiecta sit, in solidum committetur, sed qui non sunt prohibiti, doli mali exceptione summonebuntur: si uero poena nulla posita sit, tunc pro parte eius tantum qui prohibitus est committetur stipulatio. 34

- 3 ULPIANUS libro quadragesimo nono ad Sabinum. Idem iuris est et in illa [B.48, 1, 3 S<sup>o</sup> 1 stipulatione: 'mihi heredique meo habere licere'? Sed haec differentia illam habet rationem, quod, ubi unus ex heredibus prohibetur, non potest coheres ex stipulatu agere, cuius nihil interest, nisi poena subiecta sit: nam poena subiecta efficit, ut omnibus committatur, quia hic non quaerimus, cuius intersit. enim uero ubi unus ex heredibus prohibet, omnes tenentur heredes: interest enim prohibiti a nemine prohiberi. 40

- 4 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. Eadem dicemus et si dolum abesse [B.48, 1, 4 S<sup>o</sup> a te heredeque tuo stipulatus sim et aut promissor aut stipulator pluribus heredibus relictis 1 decesserit. Cato libro quinto decimo scribit poena certae pecuniae promissa, si quid aliter factum sit, mortuo promissore si ex pluribus heredibus unus contra quam cautum sit fecerit, aut ab omnibus heredibus poenam committi pro portione hereditaria aut ab uno pro por- 45

F(XYMOC)

<sup>1</sup> ire ins. (edd.)

1 respondeatur ei] et respondeatur O<sup>o</sup> Patr., et respondeatur ei O<sup>1</sup> 3 assurium F 4 dubitari] dubitur F<sup>1</sup> | et] F, ex XMOC, haec Y<sup>o</sup>, extat Y<sup>2</sup> | patitur] FX<sup>1</sup>OC, putat Y, putatur nel patitur M, inc. X<sup>o</sup> 8 praes'tationem F<sup>2</sup>

13 in 'n'ulla F<sup>2</sup> | aut in] aut im F 19 h'eriscundae F<sup>2</sup> 23 promissuris F 28 h'eriscundae F<sup>2</sup> 33 si uero' poena F<sup>2</sup> 38 sit' F<sup>2</sup> 40 a] o F<sup>1</sup>

tione sua: ab omnibus, si id factum, de quo cautum est, individuum sit, ueluti 'iter fieri', quia quod in partes diuidi non potest, ab omnibus quodammodo factum uideretur: at si de eo cautum sit, quod diuisionem recipiat, ueluti 'amplius non agi', tum eum heredem, qui aduersus ea fecit, pro portione sua solum poenam committere. differentiae hanc esse rationem, quod in priore casu omnes commississe uidentur, quod nisi in solidum peccari non poterit, <sup>1</sup> illam stipulationem 'per te non fieri, quo minus mihi ire agere liceat?' sed uideamus, ne non idem hic sit, sed magis idem, quod in illa stipulatione 'Titium heredem-que eius ratum habiturum': nam hac stipulatione et solus tenebitur, qui non habuerit ratum, et solus aget, a quo fuerit petitum: idque et Marcello uidetur, quamuis ipse dominus <sup>2</sup> pro parte ratum habere non potest. Si is, qui duplam stipulatus est, decesserit pluribus <sup>10</sup> heredibus relictis, unusquisque ob euictionem suae partis pro portione sua habebit actionem. idemque est in stipulatione quoque fructuaria et damni infecti et ex operis noui nuntiatione: restitui tamēn opus ex operis noui nuntiatione pro parte non potest. haec utilitatis causa ex parte stipulatorum recepta sunt: ipsi autem promissori pro parte neque restitutio neque defensio contingere potest. <sup>15</sup>

<sup>5</sup> POMPONIUS libro uicensimo sexto ad Sabinum. Stipulationum aliae [B. 43, 1, 5. I. 3, 18 pr. S\*] iudiciales sunt, aliae praetoriae, aliae conuentionales, aliae communes praetoriae et iudiciales. iudiciales sunt dumtaxat, quae a mero iudicis officio proficiunt, ueluti [I. 3, 18, 1] de dolo cautio: praetoriae, ¶ quae a mero praetoris officio proficiunt, ueluti [I. 3, 18, 2 f. 318'] damni infecti. praetorias autem stipulationes sic audiri oportet, ut in his contineantur <sup>20</sup> etiam aediliciae: nam et haec ab iriisdictione ueniunt. conuentionales sunt, quae [I. 3, 18, 3] ex conuentione rerum fiunt, quarum totidem genera sunt, quot paene dixerim rerum contrahendarum: nam et ob ipsam uerborum obligationem fiunt et pendent ex negotio contracto. communes sunt stipulationes ueluti rem saluam fore pupilli: nam et praetor iubet rem saluam fore pupillo caneri et interdum iudex, si aliter expediri haec res <sup>25</sup> non potest: item duplae stipulatio uenit ab iudice aut ab aedilis edicto. Stipulatio [(I.)] autem est uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum facturumue se quod <sup>2</sup> interrogatus est responderit. Satis acceptio est stipulatio, quae ita obligat promissorem, <sup>3</sup> ut adpromissores quoque ab eo accipiantur, id est qui idem promittunt. Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo satis facere: nam quia id, quo quis contentus erat, ei <sup>30</sup> praestabatur, satis fieri dictum est: et similiter quia tales, quibus contentus quis futurus esset, ita dabantur, ut uerbis obligarentur, satis accipi dictum est. Si sortem promiseris <sup>35</sup> et, si ea soluta non esset, poenam: etiamsi unus ex heredibus tuis portionem suam ex <sup>4</sup> sorte soluerit, nihilo minus poenam committet, donec portio coheredis soluatur<sup>2</sup>. Idemque est de poena ex compromisso, si unus paruerit, alter non paruerit sententiae iudicis: sed <sup>35</sup> a coherede ei satisfieri debet. nec enim aliud in his stipulationibus sine iniuria stipulatoris constitui potest.

<sup>6</sup> ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Is, cui bonis interdictum est, stipulando [B. 43, 1, 6] sibi <sup>S</sup> sibi adquisit, tradere uero non potest uel promittendo obligari: et ideo nec fideiussor pro eo interuenire poterit, sicut nec pro furioso. [Ep. 4, 27] <sup>40</sup>

<sup>7</sup> IDEM libro sexto ad Sabinum. Impossibilis condicio cum in faciendum con- [B. 43, 1, 7] <sup>S</sup> cipitur, stipulationibus obstat: aliter atque si talis condicio inseratur stipulationi 'si in 'caelum non ascenderit'<sup>3</sup>: nam utilis et praesens est et pecuniam creditam continet.

### F(XYMOG)

<sup>1</sup> similemque esse huic *similiaue ins.* <sup>2</sup> ex sorte soluerit nec portio coheredis soluatur, nihilo minus poenam committet? <sup>3</sup> ascenderit (*Hal.*)?

1 fieri]  $FX^2Y^2$ , fieri uel non fieri  $X^2MOC$ , fieri uel non fieri uel quomodo ire agere liceat  $Y^2$   
5 uideantur  $F^2$  | peccari]  $FX^2YM^2O^2$ , pre-  
stari  $X^2M^2O^2C$  6 illam stipulationem]  $F$ , ut  
in illam stipulationem  $X^2Y^2C$ , ut in illa sti-  
pulatione  $Y^2MO$ , ut est in illa etiam stipu-  
latione  $X^2$  8 post habiturum *ins.* paulus

respondit non esse idem  $X^2O^2$ , paulus respon-  
dit non esse idem al. sine non  $Y^2$ : 'hoc si  
habeas Paulus respondit non esse idem, et  
sic  $Py[is]$ , sed alias deest non' *Accursius*  
22 quod  $F$  | contrahendorum  $F^2$  43 nam]  
nam hic  $F^2$

- 8 PAULUS libro secundo ad Sabinum. In illa stipulatione: 'si kalendis Stichum [B. 43, 1, 8] S 'non dederis, decem dare spondes?' mortuo homine quaeritur, an statim ante kalendas agi possit. Sabinus Proculus expectandum diem actori putant, quod est uerius: tota enim obligatio sub condicione et in diem collata est et licet ad condicionem committi uideatur, dies tamen superest. sed cum eo, qui ita promisit: 'si intra kalendas digito caelum non s' tetigerit', agi protinus potest. haec et Marcellus probat.
- 9 POMPONIUS libro secundo ad Sabinum. Si Titius et Seius separatim ita sti- [B. 43, 1, 9] S pulati essent: 'fundum illum, si illi non dederis, mihi dare spondes?', finem dandi alteri fore, quoad iudicium acciperetur, et ideo occupantis fore actionem.
- 10 IDEM libro tertio ad Sabinum. Hoc iure utimur, ut ex hac stipulatione: [B. 43, 1, 10] S 'si Lucius Titius ante kalendas Maias in Italiam non uenerit, decem dare spondes?' non ante peti quicquam possit, quam exploratum sit ante eam diem in Italiam uenire Titium non posse neque uenisse<sup>1</sup>, siue uiuo siue mortuo id acciderit.
- 11 PAULUS libro secundo ad Sabinum. Filius dum in ciuitate est si stipuletur, [B. 43, 1, 11] S patri reuerso ab hostibus uidetur adquisisse.
- 12 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Si ita stipulatus fuero: 'decem aut [B. 43, 1, 12] S 'quinque dari spondes?', quinque debentur: et si ita: 'kalendis Ianuariis uel Februariis || 'dari spondes?', perinde est, quasi 'kalendis Februariis' stipulatus sim.
- 13 ULPIANUS libro nono decimo ad Sabinum. Qui 'ante kalendas proximas' [B. 43, 1, 13] S stipuletur, similis est ei, qui 'kalendis' stipulatur.
- 14 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Si ita stipulatus essem abs te 'domum [B. 43, 1, 14] S 'aedificari?' uel heredem meum damnauero insulam aedificare, Celso placet non ante agi posse ex ea causa, quam tempus praeterisset, quo insula aedificari posset: nec fideiussores dati ante diem<sup>2</sup> tenebuntur:
- 15 IDEM libro uicensimo septimo ad Sabinum. et ideo haesitatur, si aliqua pars insulae S facta sit, deinde incendio consumpta sit, an integrum tempus computandum sit rursus ad aedificandam insulam an uero reliquum dumtaxat expectandum quod deerat. et uerius est, ut integrum ei detur.
- 16 IDEM libro sexto ad Sabinum. Si Stichum aut Pamphilum [B. 43, 1, 15. BS. 29, 6, 9 sch. 3] S mihi debeas et alter ex eis meus factus sit ex aliqua causa, reliquum<sup>3</sup> debetur mihi a te.
- 1 Stipulatio huiusmodi 'in annos singulos' una est et incerta et perpetua, non quemadmodum simile legatum morte legatarii finiretur.
- 17 ULPIANUS libro uicensimo octauo ad Sabinum. Stipulatio non ualet in rei [B. 43, 1, 16] S promittendi arbitrium collata condicione.
- 18 POMPONIUS libro decimo ad Sabinum. Qui bis idem promittit, ipso iure [B. 43, 1, 17] S amplius quam semel non tenetur.
- 19 IDEM libro quinto decimo ad Sabinum. Si stipulatio facta fuerit: [B. 43, 1, 18. Ep. 1, 23] S 'si culpa tua diuortium factum fuerit, dari?', nulla stipulatio est, quia contenti esse debemus poenis legum comprehensis: nisi si et stipulatio tantundem habeat poenae, quantum lege sit comprehensa.
- 20 ULPIANUS libro trigesimo quarto ad Sabinum. Huiusmodi stipulationes non [B. 43, 1, 19] S sunt inutiles: 'quod tibi Titius debet, cum debitor esse desierit, dare spondes?' nam uale<sup>4</sup> stipulatio quasi sub quauis alia condicione concepta.
- 21 POMPONIUS libro quinto decimo ad Sabinum. Si diuortio [B. 43, 1, 20. BS. 23, 1, 2 sch. 8] S facto ea, quae nihil in dote habeat, dotis nomine centum dari stipuletur, uel quae centum dumtaxat habeat, ducenta dotis nomine dari stipuletur: Proculus ait, si ducenta stipuletur F(XYMOC)

<sup>1</sup> uenisse] interesse?    <sup>2</sup> diem del.    <sup>3</sup> reliquus (edd.)?

22 uel 'si' heredem F<sup>2</sup> 26 an in 'integrum F<sup>2</sup> 27 deierit F<sup>2</sup> 28 ut 'in' integrum F<sup>2</sup> 30 eis] his F<sup>2</sup> | ex aliqua causa] quasi esset alia uel alia qua, uertunt Graeci: ἐξ ἐτέρης αἰτίας B

(Tip.) 35 ipso] F<sup>2</sup>XYMOC, ideo F<sup>2</sup> 39 poenis legum comprehensis] ἢ τῶ νόμῳ ἐπὶ τῶν τοιοῦτων ὀρισμένη ποινή B (Photius) 43 qua mi- uis F<sup>2</sup> 45 que nihil F

- quae centum habeat, sine dubio centum quidem in obligationem venire, alia autem centum actione de dote deberi. dicendum itaque est, etiamsi nihil sit in dote, centum tamen venire in stipulationem, sicuti, cum filiae uel matri uel sorori uel alii cuiuslibet dotis nomine legaretur, utile legatum esset.
- 2 PAULUS libro nono ad Sabinum. Si id quod aurum putabam, cum aes esset, [B. 43, 1, 21] S stipulatus de te fuero, teneberis mihi huius aeris nomine, quoniam in corpore consenserimus: sed ex doli mali clausula tecum agam, si sciens me fefelleris.
- 3 POMPONIUS libro nono<sup>1</sup> ad Sabinum. Si ex legati causa aut ex stipulatu [B. 43, 1, 22] S<sup>4</sup> hominem certum mihi debeas, non aliter post mortem eius tenearis mihi, quam si per te steterit, quo minus uiuo eo<sup>2</sup> eum mihi dares: quod ita fit, si aut interpellatus non dedisti 10 aut occidisti eum.
- 4 PAULUS libro nono ad Sabinum. Sed si ex stipulatu Stichum debeat pu- [B. 43, 1, 23] S pillus, non uidebitur per eum mora fieri, ut mortuo eo teneatur, nisi si tutore auctore aut solus tutor interpellatur. 14
- 5 POMPONIUS libro uicesimo ad Sabinum. Si dari stipuler id quod mihi iam, [B. 43, 1, 24] S ex stipulatu debeat, cuius stipulationis nomine exceptione tutus sit promissor, obligabitur ex posteriore stipulatione, quia superior quasi nulla sit exceptione obstante.
- 6 ULPIANUS libro quadragésimo secundo ad Sabinum. Generaliter nouimus [B. 43, 1, 25] S turpes stipulationes nullius esse momenti: 19
- 7 || POMPONIUS libro uicensimo secundo ad Sabinum. ueluti si quis homicidium [B. 43, 1, 26] S f. 319<sup>3</sup> uel sacrilegium se facturum promittat. sed et officio quoque praetoris continetur ex huius- 1 modi obligationibus actionem denegari. Si stipulatus hoc modo fuero: 'si intra biennium 'Capitolium non ascenderit, dari?', non nisi praeterito biennio recte petam.
- 8 PAULUS libro decimo ad Sabinum. Si rem tradi stipulamur, non intellegi- [B. 43, 1, 27] S mur proprietatem eius dari stipulatori<sup>2</sup>, sed tantum tradi. 25
- 9 ULPIANUS libro quadragésimo sexto ad Sabinum. Scire debemus in stipu- [B. 43, 1, 28] S lationibus tot esse stipulationes, quot summae sunt, totque esse stipulationes, quot species sunt. secundum quod euenit, ut mixta una summa uel specie, quae non fuit in praecedenti stipulatione, non fiat nouatio, sed efficit duas esse stipulationes. quamuis autem placuerit tot esse stipulationes, quot summae, totque esse stipulationes<sup>4</sup> quot res: tamen 30 si pecuniam quis, quae in conspectu est, stipulatus sit, uel aceruum pecuniae, non tot sunt stipulationes, quot numerorum corpora, sed una stipulatio: nam per singulos denarios singulas esse stipulationes absurdum est. stipulationem quoque legatorum constat unam esse, quamuis plura corpora sint uel plura legata. sed et familiae uel omnium seruorum stipulatio una est. itemque quadrigae aut lecticariorum stipulatio una est. at si quis illud 35 et illud stipulatus sit, tot stipulationes sunt, quot corpora. Si a fure hominem sim stipulatus, quaesitum est, an stipulatio ualeat. mouet quaestionem, quod stipulatus hominem plerumque meum uideor: non ualet autem huiusmodi stipulatio, ubi quis rem suam stipulatus est. et constat, si quidem ita stipulatus sim: 'quod ex causa condictionis dare 'facere<sup>5</sup> oportet?', stipulationem ualere: si uero hominem dari stipulatus fuero, nullius mo- 40 menti esse stipulationem. quod si postea sine mora decessisse proponatur seruus, non teneri furem condictione Marcellus ait: quamdiu enim uiuit, condici poterit, at si decessisse proponatur, in ea condicione est, ut euanescat condictio propter stipulationem.
- 10 IDEM libro quadragésimo septimo ad Sabinum. Sciendum est generaliter, quod si quis S se scripserit fideiussisse, uideri omnia sollemniter acta. 45

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> in numero error est (Cuiacius)    <sup>2</sup> uiuo eo] uiuum?    <sup>3</sup> stipulari?    <sup>4</sup> quot summae totque esse stipulationes del.    <sup>5</sup> te ins.

2 sit] at F<sup>1</sup> 3 stipulatione F | sorori: F<sup>2</sup>  
7 refelleris F<sup>1</sup> 18 secundi F<sup>1</sup> 20 homicidium F<sup>1</sup> 24 si rem seq.] δοκει (ὁ ἐπερωτῶν παραδοθῆναι αὐτῷ πράγμα) τὴν παράδοσιν ἐπε-

ρωτῶν καὶ οὐχὶ τὴν δεσποτείαν B (Tip.) 25 propri'etatem F<sup>2</sup> 30 placueri n't F<sup>2</sup> 31 quae] que F 32 sunt] sint F | quot uimorum F<sup>1</sup>

- 31 POMPONIUS libro uicesimo quarto ad Sabinum. Si rem meam sub condicione [E. 43, 1, 39] S stipuler, utilis est stipulatio, si condicioneis existentis tempore mea non sit.
- 32 ULPIANUS libro quadragesimo septimo ad Sabinum. Si in nomine serui, [E. 43, 1, 40] S quem stipularemur dari, erratum fuisset, cum de corpore constitisset, placet stipulationem ualere. 8
- 33 POMPONIUS libro uicesimo quinto ad Sabinum. Si Stichus certo die dari [E. 43, 1, 41] S promissus ante diem moriatur, non tenetur promissor.
- 34 ULPIANUS libro quadragesimo octauo ad Sabinum. Multum interest, utrum [E. 43, 1, 42] S ego stipuler rem, cuius commercium habere non possum, an quis promittat: si stipuler rem, cuius commercium non habeo, inutilem esse stipulationem placet: si quis promittat, 10 cuius non commercium<sup>1</sup> habet, ipsi nocere, non mihi.
- 35 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. Si stipulor, ut id fiat, quod natura [E. 43, 1, 43] S fieri non concedit, non magis obligatio consistit, quam cum stipulor ut detur quod dari 1 non potest: nisi per quem stetit, quo minus facere id possit. Item quod leges fieri prohibent, si perpetuam causam seruaturum est, cessat obligatio, ueluti si sororem nupturam 15 ¶ sibi aliquis stipuletur: quamquam etiamsi non sit perpetua causa, ut reccidit<sup>2</sup> in sorore f. 390 2 adoptiua, idem dicendum sit, quia statim contra mores sit. Si in locando conducendo, uendendo emendo ad interrogationem quis non responderit, si tamen consentitur in id, quod responsum<sup>3</sup> est, ualet quod actum est, quia hi contractus non tam uerbis quam consensu confirmantur. 20
- 36 ULPIANUS libro quadragesimo octauo ad Sabinum. Si quis, cum aliter [E. 43, 1, 44] S eum conuenisset obligari, aliter per machinationem obligatus est, erit quidem supilitate iuris obstrictus, sed doli exceptione uti potest: quia enim per dolum obligatus est, competit ei exceptio. idem est et si nullus dolus intercessit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habet: cum enim quis petat ex ea stipulatione, hoc ipso dolo facit, quod petit. 25
- 37 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. Si certos nummos, puta qui in arca [E. 43, 1, 45] S sint, stipulatus sim et hi sine culpa promissoris perierint, nihil nobis debetur.
- 38 ULPIANUS libro quadragesimo nono ad Sabinum. Stipulatio ista: habere [E. 43, 1, 46] S licere spondes? hoc continet, ut liceat habere, nec per quemquam omnino fieri, quo minus nobis habere liceat. quae res facit, ut uideatur reus promisisse per omnes futurum, ut 30 tibi habere liceat: uidetur igitur alienum factum promisisse, nemo autem alienum factum promittendo obligatur, et ita utimur. sed se obligat, ne ipse faciat, quo minus habere liceat: obligatur etiam, ne heres suus faciat uel quis ceterorum successorum efficiat, ne 1 habere liceat. Sed si quis promittat per alium non fieri, praeter heredem suum dicendum 2 est inutiliter eum promittere factum alienum. At si quis uelit factum alienum promittere, 35 poenam uel quanti ea res sit potest promittere. sed quatenus habere licere uidebitur? si nemo controuersiam faciat, hoc est neque ipse reus, neque heredes eius heredumue
- FPOMM.* [ad l. 35. 36. 38: u. uol. I p. 12\*] (*XYMOC*). *Petrus* 2, 5 = l. 2: 4, 57 = l. 35 pr. § 1 (*usque ad u. 16 stipuletur*). 2: 4, 61 = l. 36: 4, 58 = l. 37

<sup>1</sup> commercium non (*dett.*)?    <sup>2</sup> accidit (*Hal.*)?    <sup>3</sup> non *ins.*

6 uicesimo quinto] xxui *M*, om. *X* | dari promissus] promissus dari *YC*, dandi promissus *Petr.* 12 duodecimo] *FXMO*, xui *Y Petr.* | si stipulor] si stipuler *XYC Petr.* | quod om. *Y*<sup>o</sup> 13 detur] id detur *XO<sup>o</sup>C* 14 possit] non possit *X*<sup>o</sup> | prohibentur *X*<sup>o</sup> 15 perpetua causa *Petr.* | seruatorum *F<sup>o</sup> Petr.* | si om. *X* | sororem] *FO*, sororem suam *XYMC Petr.* | nuptarum *F<sup>o</sup>*, nuptam *Y* 18 emendendo *Y*<sup>o</sup> | consentitur] consentit *Petr.*, consenserit *X*, consentiatur *Y*<sup>o</sup>, concessit *C* 19 e's't ualet *F<sup>o</sup>* | hi] is *X* | tam] uetam *X*<sup>o</sup> 20 confirmatur *X* 21 ulpianna] *FXMO*, idem *YC*, paulus *Petr.* | quadragesimo octauo] *FO*, ..... to *FPOMM.* (?),

xluiii *Y*, xix (*uel xuiii Petr.*, uiiii *M*, om. *X* 22 eum om. *X<sup>o</sup>Y Petr.*, inc. *M<sup>o</sup>* | obligatus est] est obligatus *Petr.*, obligatio est *M<sup>o</sup>* | supilitate] *POMM. XMO*, supilitati *FFC Petr.* 23 obstrictus] constrictus *M*, astrictus *C* | quia] qui *X<sup>o</sup>Y<sup>o</sup>OC Petr.* 24 stipulantis] stipulatus *X<sup>o</sup>* | sed] et *Petr.* 25 petat] *F*, petat *X<sup>o</sup>*, petit *X<sup>o</sup> Petr.* | ipso] *XYM<sup>o</sup>?OC Petr.*, ipse *FM<sup>o</sup>? 26 duodecimo] xu Petr.* 27 sint] sunt *MPetr.* | sim] sum *CPetr.*, om. *X<sup>o</sup>* | perierint] perierunt *Petr.* 30 uideatur *F<sup>o</sup>* 31 promisisse *F<sup>o</sup>*: promisisse nemo autem alienum factum uidetur omisisse *FPOMM.* 38 obligator *F<sup>o</sup>*

3 successores. Si quis forte non de proprietate, sed de possessione nuda controuersiam fecerit uel de usu fructu uel de usu uel de quo alio iure eius, quod distractum est, palam est committi stipulationem: habere enim non licet ei, cui aliquid minuitur ex iure quod 4 habuit. Quaesitum est, utrum propriam demum rem an et alienam promittere possit<sup>1</sup> habere licere. et magis est, ut et aliena promitti possit: quae res ita effectum habebit, 5 si propria esse promissoris coeperit. quare si perseuerauerit aliena, dicendum erit stipulationem non committi, nisi poena adiecta sit, cum neque per eum neque per successorem 6 eius quicquam factum sit. Sicut autem ex parte rei successores eius cum ipso tenentur, ita etiam ex parte actoris committitur stipulatio ipsi stipulatori ceterisque, quicumque ei succedunt, scilicet si rem ipsi<sup>2</sup> habere non licuerit. ceterum si alii habere non licuit, 10 certo certius est non committi stipulationem, et nihil intererit, utrum ita stipuler 'habere licere' an 'mibi habere licere'. Hi, qui sunt in aliena potestate, his, in quorum sunt potestate, habere licere stipulari possunt ea ratione, qua cetera quoque his possunt stipulari. (B) sed si seruus fuerit stipulatus sibi habere<sup>3</sup>, quaesitum est, an recte stipulatus uideatur. et ait Iulianus libro quinquagesimo secundo digestorum, si seruus stipuletur sibi habere 15 licere aut per se non fieri, quo minus habere stipulatori liceat, promittat: stipulatio, inquit, non committitur, quamuis auferri res ei et ipse auferre eandem possit: non enim factum, sed ius in hac stipulatione uertitur. cum [ ] uero stipulatur per promissorem non f. 320' fieri, quo minus sibi ire agere liceat, non ius stipulationis, inquit, sed factum uersatur. sed uidetur mihi, licet iuris uerba contineat haec stipulatio 'habere licere', tamen sic esse 20 accipiendam<sup>4</sup>, ut in seruo et in filio familias uideatur actum esse de possessione retinenda aut non auferenda et uires habeat stipulatio. Haec quoque stipulatio: 'possidere mihi licere spondes?' utilis est: quam stipulationem seruus an possit utiliter in suam personam concipere, uideamus. sed quamuis ciuili iure seruus non possideat, tamen ad possessionem naturalem hoc referendum est, et ideo dubitari non oportet, quin et seruus recte ita sti- 25 puletur. Plane si 'tenere sibi licere' stipulatus sit seruus, utilem esse stipulationem conuenit: licet enim possidere ciuilitate non possint, tenere tamen eos nemo dubitat. 'Habere' dupliciter accipitur: nam et eum habere dicimus, qui rei dominus est et eum, qui dominus quidem non est, sed tenet: denique habere rem apud nos depositam solemus dicere. 10 Si quis ita stipulatus fuerit 'uti frui sibi licere', ad heredem ista stipulatio non [B. 48, 1, 36] 30 pertinet. Sed et si non addiderit 'sibi', non puto stipulationem de usu fructu ad heredem transire, eoque iure utimur. Sed si quis uti frui licere sibi heredique suo stipulatus sit, uideamus, an heres ex stipulatu agere possit. et putem posse, licet diuersi sint fructus: 13 nam et si ire agere stipuletur sibi heredique suo licere, idem probauerimus. Si quis dolum malum promissoris heredisque eius abesse uelit, sufficere 'abesse afuturumque esse' 35 stipulari: si uero de plurium dolo cauere uelit, necessarium esse adici: 'cui rei dolus malus non abest, non afuerit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dari spondes?' Suae 14 personae adiungere quis heredis personam potest. Sed et adoptiui patris persona coniungi 15 poterit. Inter incertam certamque diem discrimen esse ex eo quoque apparet, quod certa die promissum uel statim dari potest: totum enim medium tempus ad soluendum liberum 40 promissori relinquitur: at qui promisit 'si aliquid factum sit' uel 'cum aliquid factum sit', nisi cum id factum fuerit, dederit, non uidebitur fecisse quod promisit. Alteri [I. 8, 19, 19] 17 stipulari nemo potest, praeterquam si seruus domino, filius patri stipuletur: inuentae sunt enim huiusmodi obligationes ad hoc, ut unusquisque sibi adquirat quod sua interest: ceterum ut alii detur, nihil interest mea. plane si uelim hoc facere, poenam stipulari con- 45

*FPOMM.* [u. uol. I p. 13<sup>o</sup>. 14<sup>o</sup>] (*XYMOC*)

<sup>1</sup> possis?    <sup>2</sup> ipsis (*edd.*)?    <sup>3</sup> licere uel ire agere licere *ins.*    <sup>4</sup> accipienda?

5 alienam promitti *F*    6 aliena m' dic. *F*<sup>4</sup>  
7 udiecta *F*<sup>1</sup>    9 parte's' auct. *F*<sup>2</sup>    17 ipsa *F*  
22 haec quoque stipulatio] [h]aec [q]uoque sti-  
pu[latio] .....io st[itu]tio (*sic*) *POMM.*    37 tan-

tum *F*<sup>1</sup>    38 persona m' coniungi *F*<sup>2</sup>    39 in-  
certum *F*<sup>1</sup>    41 at] *F*<sup>2</sup>, a. *POMM.*, et *F*<sup>1</sup> | uel  
cum aliquid factum sit *bis* *F*<sup>1</sup>    44 quod]  
*Inst.*, quo *F*

- ueniet, ut, si ita factum non sit, ut comprehensum est, committetur stipulatio etiam ei, cuius nihil interest: poenam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur, quid intersit, sed quae sit quantitas quaeque condicio stipulationis. In stipulationibus cum (L) Ep. 3, 23  
 19 quaeritur, quid actum sit, uerba contra stipulatorem interpretanda sunt. Eum, (B. Ep.) qui dicat: 'michi decem et Titio decem', eadem decem, non alia decem dicere credendum 5  
 20 est. Si stipuler alii, cum mea interesset, uideamus, an stipulatio committetur. (I. 3, 19, 20 et ait Marcellus stipulationem ualere in specie huiusmodi. is, qui pupilli tutelam administrare coeperat, cessit administratione contutori suo et stipulatus est rem pupilli saluam fore. ait Marcellus posse defendi stipulationem ualere: interest enim stipulatoris fieri quod  
 21 stipulatus est, cum obligatus futurus esset pupillo, si aliter res cesserit<sup>1</sup>. Si quis in- (L) 10 sulam faciendam promiserit aut conduxerit, deinde ab aliquo insulam stipulatori fieri stipulatus ¶ sit: aut si quis, cum promississet Titio fundum Maeuium daturum aut, si is non f. 321 dedisset, poenam se daturum, stipulatus a Maeuio fuerit fundum Titio datum iri: item si quis id locauerit faciendum quod ipse conduxerit: constat habere eum utilem ex locato actio-  
 22 nem. Si quis ergo stipulatus fuerit, <sup>2</sup>cum sua interesset ei dari, in ea erit causa, ut ualeat 15  
 23 stipulatio. Unde et si procuratori meo dari stipulatus sum, stipulatio uires habebit: et si creditori meo, quia interest mea, ne uel poena committatur uel praedia distra-  
 24 hantur, quae pignori data erant. Si quis ita stipulatus fuerit: 'illum sistas?', (B. 43, 1, 36  
 25 nulla causa est, cur non obligatio constat. Aedem sacram uel locum religiosum aedificari stipulari possumus: alioquin nec ex locato agere possumus. 20  
 39 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. Dominus seruo stipulando sibi acquirit: sed et S pater filio, secundum quod leges permittunt.  
 40 POMONIUS libro uicensimo septimo ad Sabinum. Si filius meus seruo meo (B. 43, 1, 37) S stipuletur, acquiritur mihi. 24  
 41 ULPIANUS libro quinquagesimo ad Sabinum. Eum, qui 'kalendis Ianuariis' (B. 43, 1, 38) S stipulatur, si adiciat 'primis' uel 'proximis', nullam habere dubitationem palam est: sed et si dicat 'secundis' uel 'tertiis' uel quibus aliis, aequae dirimit quaestionem. si autem non addat quibus Ianuariis, facti quaestionem inducere, quid forte senserit, hoc est quid inter eos acti sit (utique enim hoc sequimur quod actum est), easque adsumemus. si autem non appareat, dicendum est quod Sabinus, primas kalendas Ianuarias spectandas. plane si ipsa 30 die kalendarum quis stipulationem interponat, quid sequemur? et puto actum uideri de  
 1 sequentibus kalendis. Quotiens autem in obligationibus dies non ponitur, praesenti die pecunia debetur, nisi si locus adiectus spatium temporis inducat, quo illo possit perueniri. uerum dies adiectus efficit, ne praesenti die pecunia debeatur: ex quo ap- (Ep.)  
 2 paret diei adiectionem pro reo esse, non pro stipulatore. Idem in idibus etiam et nonis 35 probandum est et generaliter in omnibus diebus.  
 42 POMONIUS libro uicensimo septimo ad Sabinum. Qui 'hoc anno' (I. 3, 19, 26. B. 43, 1, 39) S aut 'hoc mense' dari stipulatus sit, nisi omnibus partibus praeteritis anni uel mensis non recte petet. 39  
 43 ULPIANUS libro quinquagesimo ad Sabinum. Si quis arbitrato puta Lucii (B. 43, 1, 40) S Titii restitui sibi stipulatus est, deinde ipse stipulator moram fecerit, quo minus arbitretur Titius: promissor quasi moram fecerit, non tenetur. quid ergo si ipse, qui arbitrari debuit, moram fecerit? magis probandum est a persona non esse recedendum eius, cuius arbitrium insertum est.

*FPOMM.* [ad l. 38. 39. 41 — 43: u. uol. I p. 14<sup>a</sup>. 15<sup>a</sup>] (*XYMOC*)

<sup>1</sup> si male alter res gesserit (si male res gesserit *Inst.*)? <sup>2</sup> datum iri: sicut si quis id locauerit ... actionem, ita si quis alii dari stipulatus fuerit?

1 committetur *F* neque aliter *Inst.*: ut nisi ita factum ut comprehensum esset, committetur (sic coll. *Ans. ded. et Taurin.*, committeretur *Bamb.*) poenae stipulatio 2 quid intersit eius, sed quae sit quantitas in condicione stipulationis *Inst.* 13 datum *f* 16 procu-

ratore meo *F*<sup>1</sup> 19 religi'osum *F*<sup>2</sup> 23 quasi esset a seruo meo, uertunt *Graeci*: νεπι τοῦ γιοῦ μοῦ ἐπερωτῶντος δοῦλόν μοῦ *B* (*Tipuc.*) 32 ad marginem regula *POMM.* 38 non] *F*<sup>2</sup> cum *Inst.* et *B.* om. *F*<sup>1</sup> 40 quinquagesimam ad *F*, .....nsimo ad *POMM.* 43 non om. *F*<sup>2</sup>

- 44 PAULUS libro duo decimo ad Sabinum. Et ideo, si omnino non arbitretur, nihil [B. 43, 1, 41] S  
ualet stipulatio, adeo ut, etsi poena adiecta sit, ne ipsa quidem committatur.
- 45 ULPIANUS libro quinquagesimo ad Sabinum. Quodcumque stipulatur is, qui [B. 43, 1, 42] S  
1 in alterius potestate est, pro eo habetur, ac si ipse esset stipulatus. Sicuti cum morietur  
quis stipulari potest, ita etiam hi, qui subiecti sunt alienae potestati, cum morientur stipu- 5  
2 lari possunt. Si ita quis stipulatus sit: 'post mortem meam filiae meae dari?' uel ita:  
'post mortem filiae meae mihi dari?', utiliter erit stipulatus: sed primo casu filiae utilis  
3 actio competit, licet heres ei non existat. Non solum ita stipulari possumus: 'cum morieris',  
sed etiam: 'si morieris': nam sicuti inter haec nihil interest 'cum ueneris' aut 'si ueneris',  
4 ita nec ibi interest 'si morieris' et 'cum morieris'. Filius patri dari stipulari uidetur, etsi 10  
hoc non adiciat.
- 46 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. 'Centensimis || kalendis dari' utiliter [B. 43, 1, 43] S f. 321'  
1 stipulamur, quia praesens obligatio est, in diem autem dilata solutio. Id autem, quod in  
facto est, in mortis tempus conferri non potest, ueluti: 'cum morieris, Alexandriam uenire  
2 'spondes?' Si ita stipulatus fuero 'cum uolueris', quidam inutilem esse stipulationem aiunt, 15  
3 alii ita inutilem, si antequam constituas, morieris, quod uerum est. Illam autem stipula-  
tionem 'si uolueris, dari?' inutilem esse constat.
- 47 ULPIANUS libro quinquagesimo ad Sabinum. Qui sic stipulatur: 'quod te [B. 43, 1, 44] S  
'mihi illis kalendis dare oportet, id dare spondes?' uidetur non hodie stipulari, sed sua die,  
hoc est kalendis. 20
- 48 ULPIANUS libro uicensimo sexto ad edictum. Si decem 'cum petiero' dari [B. 43, 1, 45] S  
fuero stipulatus, admonitionem magis quandam, quo celerius reddantur et quasi sine mora,  
quam condicionem habet stipulatio: et ideo licet decessero priusquam petiero, non uidetur 24  
defecisse condicio.
- 49 PAULUS libro trigensimo septimo ad edictum. Cum filius familias Stichum [B. 43, 1, 46] S  
dari sponderit et, cum per eum staret, quo minus daret, decessit Stichus, datur in patrem  
de peculio actio, quatenus maneret filius ex stipulatu obligatus. at si pater in mora fuit,  
non tenebitur filius, sed utilis actio in patrem danda est. quae omnia et in fideiussoris  
1 persona dicuntur. Si stipulatus sim 'per te non fieri, quo minus mihi ire agere liceat' et  
fideiussorem accepero: si per fideiussorem steterit, neuter tenetur, si per promissorem, 30  
2 uterque. In hac stipulatione: 'neque per te neque per heredem tuum fieri?' per heredem  
uidetur fieri, quamuis absit et ignoret et ideo non facit, quod fieri ex stipulatu oportet.  
non uidetur autem per pupillum stetisse ex huiusmodi stipulatione, si pupillus heres erit.  
3 Si promissor hominis ante diem, in quem promisserat, interpellatus sit et seruus decesserit,  
non uidetur per eum stetisse. 35
- 50 ULPIANUS libro quinquagesimo ad edictum. In illa stipulatione: 'per te non [B. 43, 1, 47] S  
'fieri?' non<sup>1</sup> hoc significatur nihil te facturum, quo minus facere possis, sed curaturum, ut  
1 facere possis. Item stipulatione emptae hereditatis: 'quanta pecunia ad te peruenerit do-  
loue malo tuo factum est eritue, quo minus perueniat' nemo dubitabit quin teneatur, qui  
id egit, ne quid ad se perueniret. 40
- 51 IDEM libro quinquagesimo primo ad edictum. Is, qui alienum seruum pro- [B. 43, 1, 48] S  
misit, perducto eo ad libertatem ex stipulatu actione non tenetur: sufficit enim, si dolo  
culpae careat.

Ромм. [ad l. 44—46. 48. 49: u. uol. I p. 15\*. 16\*] (XYMOC)

<sup>1</sup> non del. (u. i.: cf. u. 39)

12 numerum *us* praeposit Romm. 14 com-  
ferri F 21 inter l. 47 et 48 interponit rubricam  
R то 8 той de uerborum obligationibus R  
F<sup>1</sup>, del. F<sup>2</sup>, recte opinor: neque enim compila-  
tores per digesta uniuersa quicquam enuntia-  
runt Graeco | ulpianus | F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> | cum |  
com F 26 dare<sup>t</sup> F<sup>2</sup> 27 stipulatu 'obli-  
gata's F<sup>2</sup> 37 non hoc sign.] FX<sup>1</sup>Y<sup>0</sup>MOC,

nec hoc sign. Y<sup>2</sup>, hoc sign. X<sup>0</sup>: 'Guarnerius  
istud non cancellari debere dicit, quod mihi  
uidetur falsum' glossa cod. Metensis apud Sa-  
uignium Gesch. 3, 756 | possis sed curaturum  
ut (id ins. X<sup>2</sup>) facere possis] FX<sup>1</sup>C, possim  
sed cur. ut facere possim (possi [sic] M<sup>1</sup>) MO,  
possim sed curaturum ut id facere non pos-  
sim X<sup>0</sup>, possis (om. rel.) Y 39 dubitauit F



- 52 IDEM libro septimo disputationum. In conuentionalibus stipulationibus con- [B. 43, 1, 49] S tractui formam contrahentes dant. enimvero praetoriae stipulationes legem accipiunt de mente praetoris qui eas proposuit: denique praetoriis stipulationibus nihil immutare licet 1 neque addere neque detrudere. Si quis uacuum possessionem tradi promiserit, non nudum factum haec stipulatio continebit, sed causam bonorum. 5
- 53 IULIANUS libro sexto decimo digestorum. Stipulationes commodissimum est [B. 43, 1, 50] S ita componere, ut, quaecumque specialiter comprehendi possint, contineantur, doli autem clausula ad ea pertineat, quae in praesentia occurrere non possint et ad incertos casus pertinent<sup>1</sup>. 9
- 54 IDEM libro uicensimo secundo digestorum. In stipulationibus alias species, [B. 43, 1, 51] S alias genera deducuntur. cum species stipulamur, necesse est inter dominos et inter heredes ita diuidi stipulationem, || ut partes corporum cuique debeantur<sup>2</sup>. quotiens autem f. 32 genera stipulamur, numero fit inter eos diuisio: ueluti cum Stichum et Pamphilum quis stipulatus duos heredes aequis partibus reliquit, necesse est utrique partem dimidiam Stichi et Pamphili deberi: si idem duos homines stipulatus fuisset, singuli homines heredibus eius 15 deberentur. Operarum stipulatio similis est his stipulationibus, in quibus genera comprehenduntur: et ideo diuisio eius stipulationis non in partes operarum, sed in numerum cedit. quod si unam operam seruus communis stipulatus fuerit, necesse est utrique dominorum partem operae tantam, quantam in seruo habuerit, petere. solutio autem eius obligationis expeditissima est, si aestimationem operae malit libertus offerre aut si consentiant patroni, 20 ut is communiter operae edantur.
- 55 IDEM libro trigensimo sexto digestorum. Cum quis sibi aut Titio dari stipu- [B. 43, 1, 52] S latus est, soli Titio, non etiam successoribus eius recte soluitur.
- 56 IDEM libro quinquagesimo secundo digestorum. Eum, qui ita stipulatur: 'mihī et Titio S 'decem dare spondes?' uero similis est semper una decem communiter sibi et Titio stipu- 25 lari, sicuti qui legat Titio et Sempronio, non aliud intellegitur quam una decem commu- 1 niter duobus legare. 'Te et Titium heredem tuum decem da- [B. 43, 1, 53. BS. 11, 1, 33 sch. 3] 'turum spondes?' Titii persona superuacua comprehensa est: siue enim solus heres existi- terit, in solidum tenebitur, siue pro parte, eodem modo, quo ceteri coheredes eius, obliga- bitur. et quamuis conuenisse uideatur, ne ab alio herede quam a Titio peteretur, [(BS) 30] 2 tamen inutile pactum conuentum coheredibus eius erit. Qui sibi aut filio suo dari stipu- latur, manifeste personam filii in hoc complectitur, ut ei recte soluatur: neque interest, sibi aut extraneo cuilibet, an sibi aut filio suo quis stipuletur: quare uel manenti in pote- state uel emancipato filio recte soluitur. neque ad rem pertinet, quod qui filio suo dari stipulatur, sibi acquirit, quia coniuncta sua persona stipulator efficit, ut non acquirendae 35 3 obligationis gratia, sed solutionis causa personam filii adprehendisse intellegatur. Quod si soli filio suo, qui in potestate sua sit, dari quis stipulatus sit, non recte filio soluetur, quia 4 filii persona obligationi magis quam solutioni applicatur. Qui ita stipulatur: 'decem, quoad 'uiuum, dari spondes?', confestim decem recte dari petit: sed heres eius exceptione pacti conuenti summonendus est: nam stipulatorem id egisse, ne heres eius peteret, palam est, 40 quemadmodum is, qui usque in kalendas dari stipulatur, potest quidem etiam post kalendas petere, sed exceptione pacti summonetur. nam et heres eius, cui seruitus praedii ita concessa est, ut, quoad uiueret, ius eundi haberet, pacti conuenti exceptione submouebitur.
- 5 Qui ita stipulatur: 'ante kalendas proximas dari spondes?' nihil differt ab eo, qui 'kalendis 6 'dari stipulatur. Qui proprietatem sine usu fructu habet, recte usum fructum dari sibi 45 F(XYMOG)

<sup>1</sup> pertinent del.    <sup>2</sup> ut partes corporis uniuscuiusque uni cuique debeantur?

3 praetoris stipulat. F 4 usquam F | non nudum factum ... bonorum] οὐ μὴν παρὰ-  
δοσιν, ἀλλὰ δεσποτείαν σημαίνει B (Anon.)  
8 ad ea' pertineat F<sup>2</sup> 14 aequis] uequis  
F<sup>1</sup> | diuidiam F<sup>2</sup> 15 si om. F<sup>1</sup> | singuli no-  
mines F<sup>2</sup> 18 si unam operam seruus com-

munis stipulatus fuerit] ἐὰν δοῦλος κοινὸς  
ὑπηρεσίαν ἐπερωτήσῃ B (Tipuc.) 21 his F  
28 superuacua F 32 soluatur F<sup>1</sup> 33 ma-  
nente F 36 adprehendisse] F, adhibuisse X  
(marg. P[isis] apreendisse) XYMOG 38 obli-  
gationi] obligari F<sup>1</sup>

- 7 stipulatur: id enim in obligationem deducit, quod non habet, sed habere potest. Si a te stipulatus fuero fundum Sempronianum, deinde eundem fundum detracto usu fructu ab alio stipulor, prior stipulatio non nouabitur, quia nec soluendo fundum detracto usu fructu liberaberis<sup>1</sup>, sed adhuc a te recte fundi usum fructum peterem. quid ergo est? cum mihi fundum dederis, is quoque liberabitur, a quo detracto usu fructu fundum stipulatus fueram. 5
- 8 Si hominem, quem a Titio pure stipulatus fueram, Seius mihi sub condicione promiserit et is pendente condicione post moram Titii decesserit, confestim cum | Titio agere potero, f. 327<sup>2</sup> nec Seius existente condicione obligetur<sup>3</sup>: at si Titio acceptum fecissem, Seius existente condicione obligari potest. Idcirco haec tam uarie, quod homine mortuo desinit esse res, in quam Seius obligaretur: acceptilatione interposita superest homo, quem Seius promiserat. 10
- 57 IDEM libro quinquagesimo tertio digestorum. Si quis 'si Titius consul [B. 48, 1, 54] S factus erit, decem dari' sponderit, quamuis pendente condicione promissor moriatur, relinquet heredem obligatum.
- 58 IDEM libro quinquagesimo quarto digestorum. Qui usum fructum fundi [B. 48, 1, 56] S stipulatur, deinde fundum, similis est ei, qui partem fundi stipulatur, deinde totum, quia 15 fundus dari non intellegitur, si usus fructus detrahatur. et e contrario qui fundum stipulatus est, deinde usum fructum, similis est ei, qui totum stipulatur, deinde partem<sup>4</sup>. sed<sup>5</sup> qui actum stipulatur, deinde iter, posteriore stipulatione nihil agit, sicuti qui decem, deinde quinque stipulatur, nihil agit. item si quis fructum, deinde usum stipulatus fuerit, nihil agit. nisi in omnibus nouandi animo hoc facere specialiter expresserit: tunc enim priore 20 obligatione expirante ex secunda introducitur petitio et tam iter quam usus nec non quinque exigi possunt.
- 59 IDEM libro octuagesimo octauo digestorum. Quotiens in diem uel sub con- [B. 48, 1, 56] S dicione oleum quis stipulatur, eius aestimationem eo tempore spectari oportet, quo dies obligationis uenit: tunc enim ab eo peti potest: alioquin alias<sup>6</sup> rei captio erit. 25
- 60 ULPIANUS libro uicensimo ad edictum. Idem erit et si Capuae certum<sup>6</sup> olei [B. 48, 1, 57] \*E pondo dari quis stipulatus sit: nam eius temporis fit aestimatio, cum peti potest: peti autem potest, quo<sup>7</sup> primum in locum perueniri potuit.
- 61 IULIANUS libro secundo ad Urseium Feroceum. Stipulatio hoc modo concepta: [B. 48, 1, 58] S 'si heredem me non feceris, tantum dare spondes?' inutilis est, quia contra bonos mores 30 est haec stipulatio.
- 62 IDEM libro secundo ex Minicio. Seruus netante domino si pecuniam ab alio<sup>8</sup> [B. 48, 1, 59] S stipulatus sit, nihilo minus obligat domino promissorem.
- 63 AFRICANUS libro sexto quaestionum. Si ita quis stipuletur: 'sine [B. 48, 1, 60. Ep. 3, 38] S 'nauis ex Asia uenerit sine Titius consul factus fuerit', utra prius condicio exstiterit, 35 stipulatio committetur et amplius committi non potest. sed enim<sup>9</sup> cum ex duabus disiunctiuis condicionibus altera defecerit, necesse est, ut ea, quae exstiterit, stipulationem committat.
- 64 IDEM libro septimo quaestionum. Huiusmodi stipulatio interposita est: 'si [B. 48, 1, 61] S Titius consul factus fuerit, tum ex hac die in annos singulos dena dari spondes?' post 40 triennium condicio exstittit: an huius temporis nomine agi possit, non immerito dubitabitur. respondit eam stipulationem utilem esse ita, ut in ea eorum quoque annorum, qui ante impletam condicionem intercesserint, praestatio in id tempus collata intellegatur, ut sen-

*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> liberaberis?    <sup>2</sup> obligaretur?    <sup>3</sup> itaque fructum stipulando nihil agit, nisi fortasse ita stipulatio est, ut a priore obligatione recedere uelle se significaret *similiae ins.*    <sup>4</sup> et *ins.*  
<sup>5</sup> alias] alterius?    <sup>6</sup> centum (*Brenmann*)?    <sup>7</sup> quo] cum?    <sup>8</sup> aliquo (*deit.*)?    <sup>9</sup> sed enim] etenim?

3 liberaueris F    4 usu'm fructum F<sup>2</sup> | petere ... 5 usu fructu om. F<sup>1</sup>    6 nominem F<sup>1</sup>    7 confestim F    14 quarto digestorum] dig. quarto F<sup>2</sup>    19 agit om. F<sup>1</sup>    20 nouandi animo] quasi esset donandi animo uertit An-

*nymus*: ὡς ψυχῆ ἀπορρομένη, omnino ex inter-  
 pretatione 21 expirante F<sup>2</sup> 26 capuae F<sup>2</sup>  
 27 pondo] F<sup>1</sup>, pondus F<sup>2</sup> 28 quo] qui F<sup>2</sup>  
 30 ianbile F<sup>1</sup> 43 intercesserint F<sup>1</sup>

tentia eius sit talis: tunc cum Titius consul factus fuerit, in annos siingulos, etiam praeteriti temporis habita ratione, dena praestentur.

- 65 FLORENTINUS libro octauo institutionum. Quae extrinsecus et nihil ad praesentem actum pertinentia adieceris stipulationi, pro superuacuis habebuntur nec uitiabunt obligationem, ueluti si dicas: 'arma uirumque cano': spondeo', nihilo minus ualet. Sed et si in rei quae promittitur aut personae appellatione uarietur, non obesse placet: nam stipulanti denarios eiusdem || quantitatis aureos spondendo obligaberis: et seruo stipulanti Lucio f. domino suo, si Titio, qui idem sit, daturum te spondeas, obligaberis.
- 66 PAULUS libro tertio ad legem Aeliam Sentiam. Si minor uiginti annis a debitore suo stipuletur 'seruum manumissurum', non est executio stipulationis danda. sed si ipsorum uiginti annorum erit, non impediatur manumissio, quia de minore lex loquitur.
- 67 ULPIANUS libro secundo ad edictum. Illa stipulatio: 'decem milia salua fore' promittis' ualet. Eum, qui 'decem dari sibi curari' stipulatus sit, non posse decem petere, quoniam possit promissor reum locupletem dando liberari, Labeo ait: idque et Celsus libro sexto digestorum refert.
- 68 PAULUS libro secundo ad edictum. Si poenam stipulatus fuero, si mihi pecuniam non credidisses, certa est et utilis stipulatio. quod si ita stipulatus fuero: 'pecuniam te mihi crediturum spondes?', incerta est stipulatio, 'quia id uenit in stipulationem, quod mea interest.
- 69 ULPIANUS libro sexto ad edictum. Si homo mortuus sit, sisti non potest nec poena rei impossibilis committetur, quemadmodum si quis Stichum mortuum dare stipulatus, si datus non esset, poenam stipuletur.
- 70 IDEM libro undecimo ad edictum. Mulier, quae dotem dederat populari meo Glabrioni Isidoro, fecerat eum promittere dotem, si in matrimonio decessisset, infanti et decesserat constante matrimonio. placebat ex stipulatu actionem non esse, quoniam qui dari non poterat, stipulari non poterat.
- 71 IDEM libro tertio decimo ad edictum. Cum, quid ut fiat, stipulemur poenam, sic recte concipiemus: 'si ita factum non erit': cum quid ne fiat, sic: 'si aduersus id factum sit'.
- 72 IDEM libro uicensimo ad edictum. Stipulationes non diuiduntur earum rerum, quae diuisionem non recipiunt, ueluti uiae itineris actus aquae ductus ceterarumque seruitutum. idem puto et si quis faciendum aliquid stipulatus sit, ut puta fundum tradi uel fossam fodiri uel insulam fabricari, uel operas uel quid his simile: horum enim diuisio corrumpit stipulationem. Celsus tamen libro trigensimo octauo digestorum refert Tiberonem existimasse, ubi quid fieri stipulemur, si non fuerit factum, pecuniam dari oportere ideoque etiam in hoc genere diuidi stipulationem: secundum quem Celsus ait posse dici iusta aestimatione facti dandam esse petitionem. Si quis ita stipulatus sit: 'si ante kalendas Martias primas opus perfectum non erit, tum quanti id opus erit, tantam pecuniam dari?', diem promissionis cedere non ex quo locatum est opus, sed post kalendas Martias, quia nec conueniri ante kalendas Martias reus promittendi poterat. Plane si 'insulam fulciri' quis stipulatus sit, non est expectandum, ut insula ruat, sic deinde agi possit: nec 'insulam fieri', ut tantum temporis praetereat, quanto insula fabricari possit: sed ubi iam coepit mori faciendae insulae fieri, tunc agetur diesque obligationi cedit.
- 73 PAULUS libro uicensimo quarto ad edictum. Interdum pura stipulatio ex re

FPOMX. [ad l. 72. 73: u. uol. I p. 16\*] (XYMOC)

<sup>1</sup> Uergilius Aen. 1, 1 <sup>2</sup> iuxta aestimationem (u. i.)? <sup>3</sup> si ins. (edd.) <sup>4</sup> fulciendae uel ins.

7 obligaueris F 8 obligaueris F 12 deo cum milia F<sup>2</sup>, decem (del. milia) F<sup>2</sup>, i nomi-  
smata B (Tip.) 20 sexto] septimo F<sup>2</sup> | sit sisti]  
sit (om. sisti) F<sup>2</sup>, sisti (om. sit) F<sup>2</sup> 24 'isi-  
doro F<sup>2</sup> 26 poterat] potest F<sup>2</sup> 31 'iti-  
neris F<sup>2</sup> | aquae ductus] quae ductus F<sup>2</sup>  
33 'his F<sup>2</sup> 36 iuxta aestimatione facti] F,

iuxta aestimationem facti XYMOC: ἡ δὲ  
(ἐπερώτησις) περὶ τῶν φάκτων καὶ τῶν ἴπ-  
ρεσιῶν, ἐπειδὴ τὴν καταδικὴν εἰς τὴν διατίμη-  
σιν αὐτῶν ἔχουσι, διαίρεται B (Tip.) 38 tam-  
tam F 43 tun'c' F<sup>2</sup> 44 numerum or pra-  
ponit POMX.

ipsa dilationem capit, ueluti si id quod in utero sit aut fructus futuros aut domum aedificari stipulatus sit: tunc enim incipit actio, cum ea per rerum naturam praestari potest<sup>1</sup>. sic qui Carthagini dari stipulatur, cum Romae sit, tacite tempus complecti uidetur, quo perueniri Carthaginem potest. item si operas a liberto quis stipulatus sit, ¶ non ante dies f. 323<sup>2</sup>

1 earum cedit, quam indictae fuerint nec sint praestitae. Si seruus hereditarius stipulatus sit, nullam uim habitura est stipulatio, nisi adita hereditas sit, quasi condicionem habeat.

2 idem est et in seruo eius qui apud hostes est. Stichus promissor post moram offerendo purgat moram: certe enim doli mali exceptio nocebit ei, qui pecuniam oblatam accipere noluit.

3

4 GAIVS libro octauo ad edictum prouinciale. Stipulationum quaedam certae [B. 43, 1, 71] E sunt, quaedam incertae. certum est, quod ex ipsa pronuntiatione apparet quid quale quantumque sit, ut ecce aurei decem, fundus Tusculanus, homo Stichus, tritici Africi optimi modii centum, uini Campani optimi amphorae centum.

5 ULPIANUS libro uicensimo secundo ad edictum. Ubi autem non apparet, quid [B. 43, 1, 72] E quid quale quantumque est in stipulatione, incertam esse stipulationem dicendum est. Ergo si 15 qui fundum sine propria appellatione uel hominem generaliter sine proprio nomine aut uinum frumentumue sine qualitate dari sibi stipulatur, incertum deducit in obligationem.

2 Usque adeo, ut, si quis ita stipulatus sit 'tritici Africi boni modios centum' uini Campani 'boni amphoras centum', incertum uideatur stipulari, quia bono melius inueniri potest: quo fit, ut boni appellatio non sit certae rei significatiua, cum id, quod bono melius sit, ipsum 20 quoque bonum sit. at cum optimum quisque stipulatur, id stipulari intellegitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet: quae res efficit, ut ea appellatio certi significatiua sit. Fundi certi si quis usum fructum stipulatus fuerit, incertum intellegitur in obligationem deduxisse: hoc enim magis iure utimur. Illud dubitationem recipit, si quis id, quod ex Arethusa ancilla natum erit, aut fructus, qui in fundo Tusculano nati erunt, dari sibi 25 stipulatus sit, an certum stipulatus uideatur. sed ipsa natura manifestissimum est incerti esse hanc stipulationem. Sed qui uinum aut oleum uel triticum, quod in horreo est, stipulatur, certum stipulari intellegitur. Qui uero a Titio ita stipulatur: 'quod mihi Seius debet, dare spondes?' et qui ita stipulatur: 'quod ex testamento mihi debes, dare spondes?', incertum in obligationem deducit, licet Seius certum debeat uel ex testamento certum de- 30 beatur. quamuis istae species uix separari possint ab ea, quam proposuimus de uino uel oleo uel tritico, quod in horreo repositum est: et adhuc occurrit, quod fideiussores certum uidentur promittere, si modo et is, pro quo obligentur, certum debeat, cum alioquin ita 35 interrogentur: 'id fide tua esse iubes?' Qui id, quod in faciendo aut non faciendo consistit, stipulatur, incertum stipulari uidetur: in faciendo, ueluti 'fossam fodiri' 'domum aedificari' 35 'necnam possessionem tradi': in non faciendo, ueluti 'per te non fieri, quo minus mihi per fundum tuum ire agere liceat' 'per te non fieri, quo minus mihi hominem Erotem habere 40 liceat'. Qui illud aut illud stipulatur, ueluti 'decem uel hominem Stichum', utrum certum an incertum deducat in obligationem, non immerito quaeritur: nam et res certae designantur et utra earum potius praestanda sit, in incerto est. sed utcumque is, qui sibi electionem 40 constituit adiectis his uerbis 'utrum ego uelim', potest uideri certum stipulatus, cum ei liceat uel hominem tantum uel decem tantum intendere sibi dari oportere: qui uero sibi electionem non constituit, incertum stipulatur. Qui sortem stipulatur et usuras quasumque, certum et incertum stipulatus uidetur et tot stipulationes sunt, quot res sunt. Haec stipu- 44 latio: 'fundum Tusculanum dari?' ostendit se certi esse, ¶ continetque, ut dominium omni- q. 83 f. 324 modo efficiatur stipulatoris quoquo modo.

PAULUS libro octauo decimo ad edictum. Si stipulatus fuerim illud aut illud, [B. 43, 1, 73] E

F(XYMOC)

<sup>1</sup> poterunt?

4 ecarthaginem F 5 si bis F<sup>1</sup> 6 est] sit F  
10 prouinciale om. F<sup>1</sup> 12 optimi F<sup>2</sup> 13 uicini  
F<sup>2</sup> 18 uicini F<sup>2</sup> 24 quid's id F<sup>2</sup> 31 istae]

sitae F<sup>1</sup> 32 'horreo F<sup>2</sup> 34 consistit]  
XYMOC, om. F 43 incertum stipulator F

- 'quod ego uoluerō', haec electio personalis est, et ideo seruo uel filio talis electio cohaeret: in heredes tamen transit obligatio et ante electionem mortuo stipulatore. Cum stipulamur 'quidquid te dare facere oportet', id quod praesenti die dumtaxat debetur in stipulationem deducitur, non (ut in iudiciis) etiam futurum: et ideo in stipulatione adicitur uerbum 'oportebit' uel ita 'praesens in diemue'. hoc ideo fit, quia qui stipulatur 'quidquid te dare oportet' demonstrat eam pecuniam quae iam debetur: quod si totam demonstrare uult, dicit 'oportebitue' uel ita 'praesens in diemue'.
- 77 IDEM libro quinquagesimo octauo ad edictum. Ad diem sub poena pecunia promissa et ante diem mortuo promissore committetur poena, licet non sit hereditas eius adita. B. 43, 1, 74 E
- 78 IDEM libro sexagesimo secundo ad edictum. Si filius familias sub conditione stipulatus emancipatus fuerit, deinde extiterit condicio, patri actio competit, quia in stipulationibus id tempus spectatur quo contrahimus. B. 43, 1, 75 E  
[D. 50, 17, 144, 1. BS. 41, 7, 2 sch. 5. (D)]
- 1 Cum fundum stipulatus sum, non ueniunt fructus, qui stipulationis tempore fuerint. 14
- 79 ULPIANUS libro septuagesimo ad edictum. Si procuratori praesentis fuerit cautum, ex stipulatu actionem utilem domino competere nemo ambigit. B. 43, 1, 76 E
- 80 IDEM libro septuagesimo quarto ad edictum. Quotiens in stipulationibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, qua de agitur, in tuto sit. B. 43, 1, 77 E
- 81 IDEM libro septuagesimo septimo ad edictum. Quotiens quis alium sisti promittit nec adicit poenam, puta uel seruum suum uel hominem liberum, quaeritur, an committatur stipulatio. et Celsus ait, etsi non est huic stipulationi additum 'nisi steterit, poenam dari', in<sup>2</sup> id, quanti interest sisti, contineri. et uerum est, quod Celsus ait: nam qui alium sisti promittit, hoc promittit id se acturum, ut stet. Si procurator sisti aliquem sine poena stipulatus sit, potest defendi non suam, sed eius, cuius negotium gessit, utilitatem in ea re deduxisse: idque fortius dicendum, si 'quanti ea res sit' stipulatio proponatur procuratoris. B. 43, 1, 78 E
- 82 IDEM libro septuagesimo octauo ad edictum. Nemo rem suam utiliter stipulatur, sed pretium rei suae non inutiliter: sane rem meam mihi restitui recte stipulari uideor. Si post moram promissoris homo decesserit, tenetur nihilo minus, proinde ac si homo uiueret. Et hic moram uidetur fecisse, qui litigare maluit quam restituere. B. 43, 1, 79. BS. 60, 10, 17 sch. 3 E
- 83 PAULUS libro septuagesimo secundo ad edictum. Inter stipulantem et promittentem negotium contrahitur. itaque alius pro alio promittens datum facturumue eum non obligatur: nam de se quemque promittere oportet. et qui spondet 'dolum malum abesse afuturumque esse', non simplex abnutium spondet, sed curaturum se, ut dolus malus abest: idemque in illis stipulationibus 'habere licere' item 'neque per te neque per heredem tuum fieri, quo minus fiat'. Si Stichum stipulatus de alio sentiam, tu de alio, nihil actum erit. quod et in iudiciis Aristo existimauit: sed hic magis est, ut is petitus uideatur, de quo actor sensit. nam stipulatio ex utriusque consensu ualet, iudicium autem etiam in inuitum redditur et ideo actori potius credendum est: alioquin semper negabit reus se con-
- 2 sensisse. Si stipulante || me Stichum aut Pamphilum tu unum daturum te sponderis, i. 39<sup>4</sup>
- 3 constat non teneri te nec ad interrogatum esse responsum. Diuersa causa est summarum, ueluti 'decem aut uiginti dari spondes?' hic enim etsi decem sponderis, recte respon-
- 4 sum est, quia semper in summis id, quod minus est, sponderi uidetur. Item si ego plures res stipuler, Stichum puta et Pamphilum, licet unum sponderis, teneris: uideris enim ad
- 5 unam ex duabus stipulationibus respondisse. Sacram uel religiosam rem uel usibus publicis in perpetuum relictam (ut forum aut basilicam) aut hominem liberum inutiliter stipulor, B. 43, 1, 80 E

F(XYMOC)

<sup>1</sup> oportebitue (u. i.)?    <sup>2</sup> adicit?    <sup>3</sup> in del.

1 cohaeret] non cohaeret *M*<sup>o</sup> 5 oportebit uel] *FC*, oportebitue *YM*<sup>o</sup>, oportebitue uel *XO*, inc. *M*<sup>o</sup> 7 oportebitue uel] *X*<sup>o</sup>*O*, oportebitue *FX*<sup>o</sup>*Y*<sup>o</sup>*M*<sup>o</sup>*C*, oportebit uel *F*<sup>o</sup>, inc. *M*<sup>o</sup>

34 simplex] sihiplax *F*<sup>o</sup> 36 sent'ent'iam *F*<sup>o</sup> 37 sed] sit *F*<sup>o</sup> 39 negauit *F* 43 spo'po'nderi *F*<sup>o</sup> 46 in] im *F*

- quamuis sacra profana fieri et usibus publicis relicta in priuatos usus reuerti et ex libero seruus fieri potest. nam et cum quis rem profanam aut Stichum dari promiserit, liberatur, si sine facto eius res sacra esse coeperit aut Stichus ad libertatem peruenerit, nec reuocantur<sup>1</sup> in obligationem, si rursus lege aliqua et res sacra profana esse coeperit et Stichus ex libero seruus effectus sit. <sup>2</sup>quoniam una atque eadem causa et liberandi et obligandi <sup>5</sup> esset, quod aut dari non possit aut dari possit: nam et si nauem, quam spondit, dominus dissoluit et isdem tabulis compegerit, quia eadem nauis esset, inciperet obligari. pro quo et illud dici posse Pedius scribit: si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras uini, exspectare debeo, donec nascatur: et si natum sine culpa promissoris consumptum sit, rursus exspectare debeam, donec iterum nascatur et dari possit: et per has uices aut <sup>10</sup> cessaturam aut ualituram stipulationem. sed haec dissimilia sunt: adeo enim, cum liber homo promissus est, seruitutis tempus spectandum non esse, ut ne haec quidem stipulatio de homine libero probanda sit: illum, cum seruus esse coeperit, dare spondes? item 'eum locum, cum ex sacro religiose profanus esse coeperit, dari?' quia nec praesentis temporis obligationem<sup>3</sup> recipere potest et ea dumtaxat, quae natura sui possibilis sunt, <sup>15</sup> deducuntur in obligationem. uini autem non speciem, sed genus stipulari uidemur et tacite in ea tempus continetur: homo liber certa specie continetur. et casum aduersamque fortunam spectari hominis liberi neque ciuile neque naturale est: nam de his rebus negotium recte geremus, quae subici usibus dominioque nostro statim possunt. et nauis si hac mente resoluta est, ut in alium usum tabulae destinarentur, licet mutato consilio perficiatur<sup>4</sup>, tamen <sup>20</sup> et perempta prior nauis et haec alia dicenda est: sed si reficiendae nauis causa omnes tabulae refixae sint, nondum intercidisse nauis uidetur et compositis rursus eadem esse incipit: sicuti de aedibus deposita tigna ea mente, ut reponantur, aedium sunt, sed si usque ad aream deposita sit, licet eadem materia restituatur, alia erit. hic tractatus etiam ad praetorias stipulationes pertinet, quibus de re restituenda cauetur et an eadem res sit, <sup>25</sup> quaeritur. Si rem, quam ex causa lucretius stipulatus sum, nactus fuero ex causa lucretius, euanescent stipulatio. sed<sup>5</sup> si heres exstitero domino, extinguitur stipulatio. si uero a me herede defunctus eam legauit, potest agi ex stipulatu: idemque esse et si sub conditione legata sit, quia et, si ipse debitor rem sub conditione legatam dedisset, non liberationem <sup>7</sup> retur: sed si conditione deficiente remanserit, petitio infirmabitur. Stichum, qui decessit, <sup>30</sup> si stipuler, si quidem condicio etiam mortuus potuit, ut furi, utiliter me stipulatum Sabinus ait: si uero ex aliis causis, inutiliter, quia et si || deberetur, morte promissori liberetur. f. 325 <sup>8</sup> idem ergo diceret et si mora facta defunctum stipularer. Si quis ancillam sistere se in aliquo loco promiserit, quae praegnas erat, etsi sine partu eam sistat, in eadem causa eam sistere intellegitur. <sup>35</sup>
- 84 IDEM libro septuagesimo quarto ad edictum. Si insulam fieri stipulatus sim [B. 43, 1, 81] <sup>E</sup> et transierit tempus, quo potueris facere, quamdiu litem contestatus non sim, posse te facientem liberari placet: quod si iam litem contestatus sim, nihil tibi prodesse, si aedifices.
- 85 IDEM libro septuagesimo quinto ad edictum. In exsecutione obligationis [B. 43, 1, 82] <sup>E</sup> sciendum est quattuor causas esse: nam interdum est aliquid<sup>6</sup>, quod a singulis heredibus <sup>40</sup> diuisum consequi possumus: aliud, quod totum peti necesse est nec diuisum praestari potest: aliud quod pro parte petitur, sed solui nisi totum non potest: aliud, quod solidum petendum est, licet in solutionem admittat sectionem<sup>7</sup>. Prima species pertinet ad promissorem <sup>1</sup> *F(XYMOG)*

<sup>1</sup> reuocatur (*Hal.*)? <sup>2</sup> Celso tamen contra uisum est *similiaue exciderunt* (*Cuiacius: cf. D. 32, 79, 3 et 46, 3, 92, 8*) <sup>3</sup> res *ins.* <sup>4</sup> reficiatur? <sup>5</sup> et *ins.* <sup>6</sup> nam est aliud? <sup>7</sup> admittat partis exsecutionem (*u. i.*)?

1 sacra] res sacra *F*<sup>2</sup> 10 has] hac *F*<sup>2</sup>  
15 ea] eas *F*<sup>3</sup> | rossibilia *F*<sup>2</sup> 16 specie'm' *F*<sup>2</sup>  
19 subici usibus] *F*<sup>2</sup> cum *B* (*Balsamo et coll. const.*): ὅσα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπερωτήσεως τῆς χρήσεως καὶ τῆς δεσποτείας ἡμῶν γενέσθαι δύνανται, sub casibus *F*<sup>2</sup> 24 materia' *F*<sup>2</sup>

25 de re] dare *F*<sup>2</sup> | an *om.* *F*<sup>2</sup> 27 domi-  
n'io *F*<sup>2</sup> 31 condicio' etiam *F*<sup>2</sup> 32 cau-  
si's inutiliter *F*<sup>2</sup> 43 sectionem] *F*, exse-  
cutionem *X*<sup>2</sup>*Y*<sup>0</sup>, partis exsecutionem *O*<sup>2</sup>,  
sectionem *X*<sup>2</sup>*M*<sup>2</sup>*C* et *supra u. Y*, al. exceptionem *supra u. O*, *inc. M*<sup>2</sup>: ἢ sic ὁλόκληρον

- 2 pecuniae certae: nam et petitio et solutio ad portiones hereditarias spectat. Secunda ad opus, quod testator fieri iusserit: nam singuli heredes in solidum tenentur, quia operis effectus in partes scindi non potest. Quod si stipulatus fuero: 'per te heredem tuum non fieri, quo minus eam agam: si aduersus ea factum sit, tantum dari?' et unus ex pluribus heredibus promissoris me prohibeat, uerius est sententia existimantium unius facto omnes teneri, quoniam, licet ab uno prohibeor, non tamen in partem prohibeor: sed ceteri familiae erciscundae iudicio sarciet<sup>1</sup> damnum. Pro parte autem peti, solui autem nisi totum non potest, ueluti cum stipulatus sum hominem incertum: nam petitio eius scinditur, solui uero nisi solidum non potest. alioquin in diuersis hominibus recte partes soluuntur: quod non potuit defunctus facere, nec quod stipulatus sum consequar. idem iuris est, et si quis decem milia aut hominem promiserit. In solidum uero agi oportet et partis solutio ad effectum liberationem, cum ex causa euictionis intendimus: nam auctoris heredes in solidum denunciandi sunt omnesque debent subsistere et quolibet defugiente omnes tenebuntur, sed unicuique pro parte hereditaria praestatio iniungitur. Item si ita stipulatio facta sit: 'si fundus Titianus datus non erit, centum dari?', nisi totus detur, poena committitur tantum nec prodest partes fundi tradere cessante uno, quemadmodum non prodest ad pigram liberandum partem creditori soluere. Quicumque sub condicione obligatus curauerit, de condicio existeret, nihilo minus obligatur.
- 86 ULPIANUS libro septuagesimo nono ad edictum. Quod dicitur tot stipulationes esse quot res, ibi locum habet, ubi res exprimuntur stipulatione: ceterum si non fuerint expressae, una est stipulatio.
- 87 PAULUS libro septuagesimo quinto ad edictum. Nemo rem suam in casum futuram in eum casum, quo sua fit, utiliter stipulatur. [B. 43, 1, 83]
- 88 IDEM libro sexto ad Plautium. Mora rei fideiussori quoque nocet. sed si fideiussor seruum obtulit et reus moram fecit, mortuo Sticho fideiussori succurrendum est. sed si fideiussor hominem occiderit, reus liberatur, fideiussor autem ex stipulatione conueniri potest. [B. 43, 1, 85]
- 89 IDEM libro nono ad Plautium. Si a colono, cui fundum in quinquennium locaueram, post tres annos ita stipulatus fuero: 'quidquid te dare facere oportet', non amplius in stipulationem deducitur, quam quod iam dari oportet: in stipulationem enim deducitur, quod iam dari oportet. si autem adiciatur 'oportebitue', etiam futura obligatio deducitur. [B. 43, 1, 86]
- 90 POMPONIUS libro tertio ex Plautio. Cum stipulati sumus pro usuris legitimis poenam in singulos menses, si sors soluta non sit, etiamsi sortis obligatio in iudicium deducta, adhuc tamen poena crescit, quia uerum est solutam pecuniam non esse. [B. 43, 1, 87]
- 91 PAULUS libro septimo decimo ad Plautium. Si seruus stipulatus fuero et nulla mora intercedente seruus decesserit: si quidem occidat eum promissor, expeditum est. sin autem neglegat infirmum, an teneri debeat promissor, considerantibus, utrum, quemadmodum in uindicatione hominis, si neglectus a possessore fuerit, culpae huiusmine tenetur possessor, ita et cum dari promisit, an culpa, quod ad stipulationem attinet in faciendo accipienda sit, non in non faciendo? quod magis probandum est, quia qui promisit, ad dandum, non faciendum tenetur. Sed si sit quidem res in rebus humanis, F(XYMO-C)

<sup>1</sup> ceteris familiae erciscundae iudicio sarciet (u. i.)? <sup>2</sup> an teneri debeat promissor considerantibus del. <sup>3</sup> ita et cum dari promisit del.

ἀπαιτεῖται, εἰς μέρος δὲ καταβάλλεται B (Tip.) 5 est] et F 6 prohibeor non] prohibuer non F<sup>1</sup> | ceteri familiae erciscundae (herciscundae F<sup>1</sup>) iudicio sarciet] F, ceteris fam. ercisc. iudicio sarciet (sarciret O<sup>o</sup>) XYMO-C 8 incertum bis F<sup>1</sup> 10 nec (ne F) quod stipulatus sum consequar] F, ne (neque X<sup>o</sup>) quod stipulatus sum (sim X, sis O<sup>o</sup>) non consequar

XYMO-C, ut quod stipulatus sum non consequar O<sup>1</sup> 11 milia del. F<sup>2</sup>: δέκα νομισματα B 17 creditoris soluere F 18 obligatur F 20 stipulationi F 21 expressa<sup>o</sup> F<sup>2</sup> 22 seruus] quam F<sup>1</sup> 23 quo] Inst. (coll. Anselmo de dicitata, quod libri plerique), qua F: εἰς ἐκείνο τὸ θέμα, εἰ οὐ μέλλει ἀρμόζειν μοι B (Tip.) 30 stipulatione enim F 37 intercedente seruus F<sup>1</sup>

sed dari non possit, ut fundus religiosus puta uel sacer factus uel seruus manumissus, uel etiam ab hostibus si capiatur, culpa in hunc modum diiudicatur, ut, si quidem ipsius promissoris res uel tempore stipulationis uel postea fuerit et quid eorum acciderit, nihilo minus teneatur, idemque fiat et si per alium, posteaquam ab hoc alienatus sit, id contingerit. sin autem alienus fuit et ab alio tale quid accidit, non tenetur, quia nihil fecit, nisi si posteaquam moratus est solutionem, aliquid huiusmodi acciderit: quam distinctionem et Iulianus sequitur. item si homo, qui fuit promissoris, ex praecedenti causa ablatu<sup>s</sup> ei fuerit, quod statuliber fuit, perinde habendus sit, ac si alienum promississet, quia sine facto ipsius desiit eius esse. De illo quaeritur, an et is, qui nesciens se debere occiderit, teneatur: quod Iulianus putat in eo, qui, cum nesciret a se petitum codicillis [Iul. D. 86, 1, 26, 2] ut restitueret, manumisit. Sequitur uidere de eo, quod ueteres constituerunt, quotiens culpa interuenit debitoris, perpetuari obligationem, quemadmodum intellegendum sit. et quidem si effecerit promissor, quo minus soluere possit, expeditum intellectum habet constitutio: si uero moratus sit tantum, haesitatur, an, si postea in mora non fuerit, extinguatur superior mora. et Celsus adulescens scribit eum, qui moram fecit in soluendo Sticho quem promiserat, posse emendare eam moram postea offerendo: esse enim hanc quaestionem de bono et aequo: in quo genere plerumque sub auctoritate iuris scientiae perniciose, inquit, erratur. et sane probabilis haec sententia est, quam quidem et Iulianus sequitur: nam dum quaeritur de damno et par utriusque causa sit, quare non potentior sit qui teneat, quam qui persequitur? Nunc uideamus, in quibus personis haec constitutio locum habeat. quae inspectio duplex est, ut primo quaeramus, quae personae efficiant perpetuam obligationem, deinde quibus eam producant. utique autem principalis debitor perpetuat obligationem: accessiones an perpetuent, dubium est. Pomponio perpetuae placet: quare enim facto suo fideiussor suam obligationem tollat? cuius sententia uera est: itaque perpetuatur obligatio tam ipsorum quam successorum eorum. accessionibus quoque suis, id est fideiussoribus, perpetuant obligationem, quia in totam causam sponponderunt.

An filius familias, qui iussu patris ꝑ promisit, occidendo seruum producat patris obligationem, uidendum est. Pomponius producere putat, scilicet quasi accessionem intellegens eum qui iubeat. Effectus huius constitutionis ille est, ut adhuc homo peti possit: sed et acceptum ei posse ferri creditur et fideiussorem accipi eius obligationis nomine. nouari autem an possit haec obligatio, dubitationis est, quia neque hominem qui non est neque pecuniam quae non debetur stipulari possumus. ego puto nouationem fieri posse, si hoc actum inter partes sit, quod et Iuliano placet.

92 IDEM libro octauo decimo ad Plautium. Si ita stipuler: 'per te non fieri, [B. 48, 1, 89] E quo minus mihi heredique meo uindemiam tollere liceat?', etiam heredi datur actio. 85

93 IDEM libro tertio ad Uitellium. Si sic stipulatus fuero: 'per te non fieri, [B. 48, 1, 90] E quo minus hominem ex his, quos habes, sumam?' electio mea erit.

94 MARCELLUS libro tertio digestorum. Triticum dare oportere stipulatus est [B. 43, 1, 91] E aliquis: facti quaestio est, non iuris. igitur si de aliquo tritico cogitauerit, id est certi generis certae quantitatis, id habebitur pro expresso: alioquin si, cum destinare genus et ad modum uellet, non fecit, nihil stipulatus uidetur, igitur ne unum quidem modium.

5 IDEM libro quinto digestorum. Qui insulam fieri stipulatur, ita demum ad- [B. 43, 1, 92] E quirat obligationem, si apparet, quo in loco fieri insulam uoluerit: si et ibi insulam fieri interest eius. 44

6 IDEM libro duodecimo digestorum. Qui seruum mihi ex stipulatu debebat, [B. 48, 1, 93] E si in facinore eum deprehenderit, impune eum occidit, nec utilis actio erit in eum constitnenda.

F(XYMOC)

2 ab] F<sup>21</sup>, ad F<sup>1</sup> 4 contingerit F 8 ac] ad F<sup>1</sup> | qu'ia F<sup>2</sup> 10 putat] quasi esset non putat, reddunt Graeci: ἐὰν ἀγνοῶν χρεωστῆιν οἰκέτην φονεύσω αὐτόν, οὐ κατέχομαι ὥσπερ ἐὰν ἐλευθέρῳ ὄν ἠγνόησα ἐν κωδικέλλοις λη-

γατεύθῆναι B (Tip.), quos errare ostendit ipse Iulianus l. c. 23 perpetuari F 24 suo] sub F<sup>1</sup> 30 ferre F 34 l. 92 continuatur antecedenti F | ad] id F<sup>1</sup>



- 97 CELSUS libro uicensimo sexto digestorum. Si ita stipulatus fuero: 'te sisti? [B. 43, 1, 94] E  
'nisi steteris, hippocentaurum dari?' proinde erit, atque 'te sisti' solummodo stipulatus  
1 essem. Possum utiliter a te ita stipulari: 'Titii nomine te soluturum?', neque enim hoc  
simile est illi 'Titium daturum?': sed ex ea stipulatione, dum interest mea, agere possum,  
et ideo, si locuples sit Titius, nihil ex hac stipulatione consequi possim: quid enim mea  
2 interest id a te fieri, quod si non feceris, aequae saluam pecuniam habiturus sum? 'Si tibi  
'nupsero, decem dari spondes?' causa cognita denegandam actionem puto, nec [Ep. 23, 31]  
raro probabilis causa eiusmodi stipulationis est. item si uir a muliere eo modo non [(Ep.)  
in dotem stipulatus est.
- 98 MARCELLUS libro uicensimo digestorum. Existimo posse<sup>1</sup> id quod meum [B. 43, 1, 95] E  
est sub condicione stipulari, item uiam stipulari ad fundum posse, quamquam interim  
fundus non sit meus: aut, si hoc uerum non est et alienum fundum sub condicione sti-  
pulatus fuero isque ex lucratiua causa meus esse coeperit, confestim peremeretur stipulatio,  
et si fundi dominus sub condicione uiam stipulatus fuerit, statim fundo alienato euanescit  
stipulatio, et maxime secundum illorum opinionem, qui etiam ea, quae recte constiterunt,  
1 resoluti putant, cum in eum casum reciderunt, a quo non potuissent consistere. Ex hac  
stipulatione: 'insulam fulciri spondes?' quando nascatur actio, quaeritur. et utique non est  
expectandum, ut ruat: nec enim nihil stipulatoris interest fultam potius esse, quam non  
esse: nec tamen recte agatur, si nondum praeterierit temporis tantum, quo fulcire potuerit  
redemptor.
- 99 CELSUS libro trigensimo octauo digestorum. Quidquid adstringendae obli- [B. 43, 1, 96] E  
gationis est, id nisi palam uerbis exprimitur, omissum intellegendum est: ac fere secun-  
dum promissorem interpretamur, quia stipulatori liberum || fuit uerba late concipere. nec  
rursum promissor ferendus est, si eius intererit de certis potius uasis forte aut hominibus  
1 actum. Si stipulatus hoc modo fuero: 'si intra biennium Capitolium non ascenderis, [(B)  
'dari?', non nisi praeterito biennio recte petam: nam etsi ambigua uerba sunt, sic tamen  
exaudiuntur, si inmutabiliter uerum fuit te Capitolium non ascendisse.
- 100 MODESTINUS libro octauo regularum. Condicio in praeteritum, non tantum [B. 43, 1, 97] E  
praesens tempus relata statim aut peremit obligationem aut omnino non differt.
- 101 IDEM libro quarto de praescriptionibus. Puberes sine curatoribus suis pos- [B. 43, 1, 98] E  
sunt ex stipulatu obligari.
- 102 IDEM libro quinto responsorum. Uenditores emptori canerant pro euictione, [B. 43, 1, 99] E  
quanti eius interesset: sed et specialiter adgnituros, si in lite mota sumptus fecisset,  
emptori stipulanti promiserant. post mortem emptoris unus ex uenditoribus ad iudicium  
uocauit, pretium sibi deberi<sup>2</sup> dicens, heredes eius: qui sumptus in defensione causae factos, 33  
cum probarent pretium solutum fuisse, ex stipulatione petebant. Modestinus respondit, si  
in eas impensas uenditores promiserunt, quae ob litem de proprietate instituta factae  
essent, minime ex stipulatu peti posse, quod erogatum est, dum alter ex uenditoribus pre-  
tium, quod iam fuerat exsolutum, petit.
- 103 IDEM libro quinto pandectarum. Liber homo in stipulatum deduci non [B. 43, 1, 100] E  
potest, quia nec dari oportere intendi nec aestimatio eius praestari potest, non magis quam  
si quis dari stipulatus fuerit mortuum hominem aut fundum hostium.
- 104 IAUOLENUS libro undecimo ex Cassio. Cum seruus pecuniam pro libertate [B. 43, 1, 101] E  
pactus est et ob eam rem reum dedit: quamuis seruus ab alio manumissus est, reus  
tamen recte obligabitur, quia non quaeritur, a quo manumittatur, sed ut manumittatur. 43

F(XYMOG)

<sup>1</sup> me *ins.* (cf. D. 18, 1, 61: *van de Water*)    <sup>2</sup> debero?

1 celsus] celso F<sup>1</sup> 2 atque] atque si F<sup>2</sup>  
7 causa cognita ... 8 stipulationis est] οὐκ  
ἐρρωται ἢ ἐπερώτησις Epit. similiterque B (Tip.)  
10 exhistimu F<sup>1</sup> 12 hoc] non F<sup>1</sup> | con-  
dicione] m' stipulatus F<sup>2</sup> 17 fulciri F<sup>1</sup> |  
quando] f, quanto F | est om. F<sup>1</sup> 22 fere F<sup>1</sup>

23 interpr' etamur F<sup>2</sup> 29 difert F 30 'prae-  
scriptionibus F<sup>2</sup> 31 obligari] idem Graeci:  
ἐνεχέσθαι B (Tip.) 32 cauerant F<sup>2</sup> | euec-  
tione F 37 instituta F 38 erogatum] f,  
rogatum F 44 est o' et F<sup>1</sup> | ab] ob F<sup>1</sup>

- 105 IDEM libro secundo epistularum. Stipulatus sum Damam aut Erotem seruum [B. 48, 1, 102] E  
dari: cum Damam dares, ego quo minus acciperem, in mora fui: mortuus est Dama: an  
putes me ex stipulatu actionem habere? respondit: secundum Massurii Sabini opinionem  
puto te ex stipulatu agere non posse: nam is recte existimabat, si per debitorem mora  
non esset, quo minus id quod debebat solueret, continuo eum debito liberari. 5
- 106 IDEM libro sexto epistularum. Qui ex pluribus fundis, quibus idem nomen [B. 48, 1, 103] E  
impositum fuerat, unum fundum sine ulla nota demonstrationis stipuletur, incertum stipu-  
latur, id est eum fundum stipulatur, quem promissor dare uoluerit. tamdiu autem uoluntas  
promissoris in pendentis est, quamdiu id quod promissum est soluitur. 9
- 107 IDEM libro octauo epistularum. Utrum turpem talem stipulationem putes [B. 48, 1, 104] E  
an non, quaero. pater naturalis filium, quem Titius habebat in adoptionem, heredem in-  
stituit, si patria potestate liberatus esset: pater eum adoptiuus non alias emancipare uoluit,  
quam si ei dedisset, a quo stipularetur certam summam, si eum manumisisset: post eman-  
cipationem adiit heres filius: petit nunc pecuniam pater ex stipulatione supra relata. 15  
respondit: non puto turpem esse causam stipulationis, utpote cum aliter filium emancipa-  
tus non fuerit: nec potest uideri iniusta causa stipulationis, si aliquid adoptiuus || pater f. 327  
habere uoluerit, propter quod a filio post emancipationem magis curaretur.
- 108 IDEM libro decimo epistularum. A Titio ita stipulatus sum: 'si qua mihi [B. 48, 1, 105] E  
'nupserit, decem dotis eius nomine dare spondes?' quaerebatur, an consistat talis stipulatio.  
respondit: si stipulanti mihi dos ita promissa est: 'quaeumque uxorem duxero, dotis eius 20  
'nomine decem dare spondes?', nihil in causa est, quare ea pecunia condicione expleta  
non debeat: nam cum condicio etiam ex incertae personae facto parere obligationem  
possit, ueluti 'si quis in Capitolium ascenderit, decem dare spondes?' 'si quis a me  
'decem petierit, tot dare spondes?', cur non idem et in dote promissa respondeatur, ratio  
1 reddi non potest. Nulla promissio potest consistere, quae ex uoluntate promittentis 25  
statum capit.
- 109 POMPONIUS libro tertio ad Quintum Mucium. Si ita stipulatus fuero: 'decem [B. 48, 1, 106] E  
'aut quindecim dabis?', decem debentur. item si ita: 'post annum aut biennium dabis?',  
'post biennium debentur', quia in stipulationibus id seruatur, ut quod minus esset quodque  
longius, esse uideretur in obligationem deductum. 30
- 110 IDEM libro quarto ad Quintum Mucium. Si mihi et Titio, in cuius pote- [B. 48, 1, 107] E  
state non sim, stipuler decem, non tota decem, sed sola quinque mihi debentur: pars enim  
aliena deducitur, ut quod extraneo inutiliter stipulatus sum, non augeat meam partem.  
1 Si stipulatus fuero de te: 'uestem tuam, quaecumque muliebris est, dare spondes?', magis  
ad mentem stipulantis quam ad mentem promittentis id referri debet, ut quid in re sit, 35  
astinari debeat, non quid senserit promissor. itaque si solitus fuerat promissor muliebri  
quadam ueste uti, nihilo minus debetur.
- 11 IDEM libro quinto ad Quintum Mucium. Si stipulatus fuero 'per te non [B. 48, 1, 108] E  
'feri, quo minus mihi illa domo uti liceat', an etiam, si me non prohibeas, uxorem autem  
meam prohiberes, uel contra uxore mea stipulata me prohibeas, an committatur stipulatio? 40  
et latius<sup>2</sup> est haec uerba sic accipi. nam et si stipulatus fuero 'per te non fieri, quo minus  
mihi uia itinere actu uti liceat', etsi non me, sed alium nomine meo ingredientem prohi-  
beas, sciendum erit committi stipulationem.
- 12 IDEM libro quinto decimo ad Quintum Mucium. Si quis stipulatus sit Sti- [B. 48, 1, 109] E  
chum aut Pamphilum, utrum ipse uellet: quem elegerit, petet et is erit solus in obliga- 45  
tione. an autem mutare uoluntatem possit et ad alterius petitionem transire, quaerentibus  
F(XYMO)

<sup>1</sup> debentur del.    <sup>2</sup> satius (edd.)?

1 h'erotem F<sup>2</sup>    6 qui ex pluribus bis F<sup>1</sup>  
8 fundum stipulator F<sup>1</sup>    12 adoptiuum F<sup>1</sup> |  
emancipari F<sup>1</sup> 13 ei] etiam F<sup>1</sup>    14 ad'it F<sup>1</sup>  
19 quaeratur F<sup>1</sup>    24 cur] igitur F<sup>1</sup>    35 de-

beat F    36 solutus F<sup>1</sup>    37 uesti F<sup>1</sup> | de-  
be'bitur F<sup>2</sup>    40 me] non F<sup>1</sup>    41 latius]  
FXYMO    45 is] iss F<sup>1</sup>, hic F<sup>2</sup>

- respicendus erit sermo stipulationis, utrumne talis sit, 'quem uoluerō' an 'quem noluerō': nam si talis fuerit 'quem uoluerō', cum semel elegerit, mutare uoluntatem non poterit: si uero tractum habeat sermo illius et sit talis 'quem nolam', donec iudicium dictet, mutandi potestatem habebit. Si quis ita stipulatus fuerit: 'pro centum aureis satis dabis?' et reum dederit in istam summam<sup>1</sup>: Proculus ait semper in satisfactionis stipulatione uenire, quod interesset stipulantis, ut alias tota sors inesset, ueluti si idoneus promissor non sit, alius minus, si in aliquid idoneus esset debitor, alias nihil, si tam locuples esset, ut nostra non intersit satis ab eo accipere: nisi quod plerumque idonei non tam patrimonio quam fide quoque aestimarentur.
- 113 PROCULUS libro secundo epistularum. Cum stipulatus sim mihi, Procule, [B. 43, 1, 1] si opus arbitrato meo ante kalendas Iunias effectum non sit, poenam, et protuli diem: putasne uere me posse dicere arbitrato meo opus effectum non esse ante kalendas Iunias, cum ipse arbitrio meo aliam diem operi laxiorem dederim? Proculus respondit: non sine causa distinguendum est interesse, utrum per promissorem mora non fuisset, quo minus opus ante kalendas Iunias ita, uti stipulatione comprehensum erat, perficeretur, an, cum iam iam opus effici non posset ante kalendas Iunias, stipulator diem in kalendis Augustis protulisset. nam si tum diem stipulator protulit, cum iam opus ante kalendas Iunias effici non poterat, puto poenam esse commissam nec ad rem pertinere, quod aliquod tempus ante kalendas Iunias fuit, quo stipulator non desiderauit id ante kalendas Iunias effici, id est quo non est arbitratus ut fieret quod fieri non poterat. aut si hoc falsum est, etiam si stipulator pridie kalendas Iunias mortuus esset, poena commissam non esset, quoniam mortuus arbitrari non potuisset et aliquod tempus post mortem eius operi perficiendum superfuisset. et propemodum etiam si ante kalendas Iunias futurum<sup>2</sup> esse coepit opus, ante eam diem effici non posse, poena commissam est. Cum uenderet aliquis, promissit emptori fideiussores praestari et rem uenditam liberari: quae ut liberetur, nunc desiderat emptor: in mora est is, qui ea stipulatione id futurum promissit: quaero quid iuris sit. Proculus respondit: tanti litem aestimari oportet, quanti actoris interest.
- 114 ULPIANUS libro septimo decimo ad Sabinum. Si fundum certo die praestari stipuler et per promissorem steterit, quo minus ea die praestetur, consecuturum me, quanti mea intersit moram facti<sup>4</sup> non esse.
- 115 PAPINIANUS libro secundo quaestionum. Ita stipulatus sum: [B. 43, 1, 112. Ep. 18, 6] 'te sisti in certo loco: si non steteris, quinquaginta aureos dari spondes?' si dies in stipulatione per errorem omissus fuerit, cum id ageretur, ut certo die sisteres, imperfecta erit stipulatio, non secus ac si quod pondere numero mensura continetur sine adiectione ponderis numeri mensurae stipulatus essem, uel insulam aedificari non demonstrato loco, uel fundum dari non adiecto nomine. quod si ab initio id agebatur, ut quocumque die sisteres et, si non stetisses, pecuniam dares, quasi quaelibet stipulatio sub conditione concepta uires habeat, nec ante committitur, quam fuerit declaratum reum promittendi non posse. Sed et si ita stipulatus fuero: 'si in Capitolium non ascenderit' uel 'Alexandriam non ieris, centum dari spondes?' non statim committitur stipulatio, quam in Capitolium ascendere uel Alexandriam peruenire potueris, sed cum certum esse coeperit te Capitolium ascendere uel Alexandriam ire non posse. Item si quis ita stipulatus: 'si Pamphilum non dederis, centum dari spondes?' Pegasus respondit non ante committi stipulationem, quam desisset posse Pamphilum dari. Sabinus autem existimabat ex sententia contrahentium, postquam homo potuit dari, confestim agendum et tamdiu ex stipulatione
- F(XYMOG)

<sup>1</sup> et reum ... summam del. <sup>2</sup> in kalendas Augustas? <sup>3</sup> certum (u. i.)? <sup>4</sup> factam (u. i.)?

1 an quem] an quae F<sup>1</sup> 2 uoluerō] uoluerit F<sup>1</sup> 5 dederis F<sup>2</sup> 7 no'n'stra F<sup>2</sup>  
 11 opus F<sup>1</sup> 12 putasne F<sup>1</sup> 13 diem om. F<sup>1</sup>  
 18 aliquot F<sup>2</sup> 20 quo non] edd., quod non F<sup>1</sup>  
 21 stipulator pridie] F<sup>2</sup>, stipulatus et diem F<sup>1</sup>

22 aliquot F 23 futurum esse coepit] ad non  
 renntai B (Tip.): cf. l. 124 h. t. 30 facti] F<sup>1</sup>  
 factam XYMOG 33 cum] eum F 36 d'is F<sup>1</sup>  
 42 ire F<sup>2</sup> 44 desisset F

non posse agi, quamdiu per promissorem non stetit, quo minus hominem daret, idque defendebat exemplo penus legatae. Mucius etenim heredem, si dare potuisset penum nec dedisset, confestim in pecuniam legatam teneri scripsit, idque utilitatis causa receptum est ob defuncti uoluntatem et ipsius rei naturam. itaque potest Sabini sententia recipi, 4 si stipulatio non a condicione coepit, ¶ ueluti 'si Pamphilum non dederis, tantum dare f. 328 'spondes?', sed ita concepta sit stipulatio: 'Pamphilum dari spondes? si non dederis, tantum dari spondes?' quod sine dubio uerum erit, cum id actum probatur, ut, si homo datus non fuerit, et homo et pecunia debeatur. sed et si ita cautum sit, ut sola pecunia non soluto homine debeatur, idem defendendum erit, quoniam fuisse uoluntas probatur, ut homo soluatur aut pecunia petatur. 10

16 IDEM libro quarto quaestionum. Decem stipulatus a Titio postea, quanto B. 48, 1, 118 P minus ab eo consequi posses, si a Maenio stipularis, sine dubio Maenius uniuersi periculum potest subire. sed et si decem petieris a Titio, Maenius non erit solutus, nisi iudicatum Titius fecerit. PAULUS notat: non enim sunt duo rei Maenius et Titius eiusdem obligationis, sed Maenius sub condicione debet, si a Titio exigi non poterit: igitur nec 15 Titio conuento Maenius liberatur (qui an debiturus sit, incertum est) et soluente Titio non liberatur Maenius (qui nec tenebatur), cum condicio stipulationis deficit, nec Maenius pendente stipulationis condicione recte potest conueniri: a Maenio enim ante Titium excussum non recte petetur. 19

17 IDEM libro duodecimo quaestionum. Si centum homines, quos ego heresue B. 48, 1, 114 P meus eligerem, stipulatus, antequam eligerem<sup>1</sup>, duos heredes reliquero, numero diuiditur stipulatio: diuersum erit, si iam electis hominibus successerint.

18 IDEM libro uicensimo septimo quaestionum. Liber homo, qui bona fide B. 48, 1, 115 P seruit mihi, quod stipulanti mihi promittit, prope est, ut omnimodo sit utile, quamuis ex re mea promittat: nam quid aliud dici potest, quo minus liber homo teneatur? nec tamen 25 ideo si stipulanti eidem ex eadem causa spondeam, tenebor: quemadmodum etenim habebit eius actionem aduersus me, quod ab alio stipulatus quaereret mihi? hoc itaque latere fructuario seruo uel alieno, qui bona fide seruit, comparabitur. seruus autem<sup>2</sup> fructuario si promittat ex re ipsius uel alienus, qui bona fide seruit, emptori, nulla de peculio da- 1 bitur in dominum actio: nam in his causis domini esse intelleguntur. 'Decem hodie dari 30 'spondes?' dixi posse uel eo die pecuniam peti nec uideri praematurius agi non finito stipulationis die, quod in aliis temporibus iuris est (nam peti non debet, quod intra tempus comprehensum solui potest): in proposito enim diem non differendae actionis insertum 2 uideri, sed quo praesens ostendatur, esse responsum. 'Decem mihi aut Titio, utrum ego 'uelim, dare spondes?' ex eo, quod mihi dandum est, certi stipulatio est, ex eo, quod illi: 35 soluendum, incerti: finge mea interesse Titio potius quam mihi solui, quoniam poenam promiseram, si Titio solutum non fuisset.

19 IDEM libro trigensimo sexto quaestionum. Doli clausula, quae stipulatio- B. 48, 1, 116 P nibus subicitur, non pertinet ad eas partes stipulationis, de quibus nominatim cauetur. 39

20 IDEM libro trigensimo septimo quaestionum. Si ita stipulatus fuero: hanc B. 48, 1, 117 P 'summam centum aureorum dari spondes?', etsi maxime ita exaudiatur ille sermo: 'si modo 'centum aureorum est', non facit condicionem haec adiectio, quoniam si centum non sint, stipulatio nulla est: nec placuit instar habere condicionis sermonem, qui non ad futurum, sed ad praesens tempus refertur, etsi contrahentes rei ueritatem ignorant. 44

21 IDEM libro undecimo responsorum. ¶ Ex ea parte cautionis: 'dolumque B. 48, 1, 118 P f. 328'

F(XYMOG)

<sup>1</sup> mortuus *ins.*    <sup>2</sup> fructuarius *ins.*

1 hominem] F<sup>1</sup>, eum F<sup>2</sup> 4 natura F 12 si 'a' maenio F<sup>2</sup> 18 stipulationis] F<sup>2</sup>, stipulationes F<sup>1</sup> 20 homines] nomines F<sup>1</sup> | herede'sue F<sup>2</sup> 21 meus eligerem F<sup>2</sup>, meus elegisset F<sup>2</sup>: οὐκ ἐγὼ ἐπιλέξωμαι B (Tip.) |

relinquero F 22 succe'sse'rint F<sup>1</sup> 23 septimo om. F<sup>1</sup> 24 quod] quae F<sup>2</sup> 31 eod'edem' die F<sup>2</sup> 33 proposit'o' F<sup>2</sup> 35 dandam F<sup>2</sup> | illo F 44 ignora'n't F<sup>2</sup>

- 'malum huic rei promissionique abesse afuturumque esse stipulatus est ille, spondit ille',  
 1 incerti agetur. Stipulationis utiliter interponendae gratia mulier ab eo, in cuius matrimo-  
 nium conueniebat, stipulata fuerat ducenta, si concubinae tempore matrimonii consueta-  
 2 dinem repetisset. nihil causae esse respondi, cur ex stipulatu<sup>1</sup>, quae ex bonis moribus  
 concepta fuerat, mulier impleta condicione pecuniam adsequi non possit. In insulam de-  
 3 portato reo promittendi stipulatio ita concepta: 'cum morieris, dari?' non nisi moriente eo  
 committitur. Ex facto rei promittendi doli stipulatio heredem eius tenet, sicut ex ceteris  
 aliis contractibus, ueluti mandati depositi.
- 122 SOAEUOLA libro uicensimo octauo digestorum. Qui Romae mutnam pecu- [B. 45, 1, 119] <sup>2</sup>  
 niam acceperat soluendam in longinqua prouincia per<sup>2</sup> menses tres eamque ibi dari [B] <sup>10</sup>  
 stipulanti spondidisset, post paucos dies Romae testato creditori dixit paratum se esse  
 Romae eam numerare detracta ea summa, quam creditori suo usurarum nomine dederat.  
 quaesitum est, cum in integrum<sup>3</sup> summam, qua stipulatione obligatus est, optulerit, an  
 1 eo loco, in quo soluenda promissa est, sua die integra peti posset. respondit posse stipu-  
 2 latorem sua die ibi, ubi soluendam stipulatus est, petere. Callimachus mutuam pecuniam  
 nauticam accepit a Sticho seruo Seii in prouincia Syria ciuitate Beryto usque Brentesium:  
 idque creditum esse in omnes nauigii dies ducentos, sub pignoribus et hypothecis mercibus  
 a Beryto comparatis et Brentesium perferendis et quas Brentesio empturus esset et per  
 nauem Beryto inuecturus: conuenitque inter eos, uti, cum Callimachus Brentesium peru-  
 nisset, inde intra idus Septembres, quae tunc proximae futurae essent, aliis mercibus  
 emptis et in nauem mercis ipse<sup>4</sup> in Syriam per nauigium profiscatur, aut, si intra diem  
 supra scriptam non reparasset merces nec enauigasset de ea ciuitate, redderet uniuersam  
 continuo pecuniam quasi perfecto nauigio et praestaret sumptus omnes prosequentibus  
 eam pecuniam, ut in urbem Romam eam deportarent: eaque sic recte dari fieri fide ro-  
 ganti Sticho seruo Lucii Titii promisit Callimachus. et cum ante idus supra scriptas se-  
 3 cundum conuentionem mercibus in nauem impositis cum Erote conseruo Stichi quasi in  
 prouinciam Syriam peruenturus enauigauit: quaesitum est naue submersa, cum secundum  
 cautionem Callimachus merces debito perferendas in naue mansisset eo tempore, quo iam  
 pecuniam Brentesio reddere Romae perferendam deberet, an nihil prosit Erotis consensus,  
 qui cum eo missus erat, cuique nihil amplius de pecunia supra scripta post diem conuen-  
 4 tionis permissum uel mandatum erat, quam ut eam receptam Romam perferret, et nihilo  
 minus actione ex stipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi teneatur<sup>5</sup>. respondit se-  
 cundum ea quae proponerentur teneri. item quaero, si Callimacho post diem supra  
 scriptam nauiganti Eros supra scriptus seruus consenserit, an actionem domino suo semel  
 5 adquisitam adimere potuerit. respondit non potuisse, sed fore exceptioni locum, si seruo  
 2 arbitrium datum esset eam pecuniam quocumque tempore in quemuis locum reddi. Flauius  
 Hermes hominem Stichum manumissionis causa donauit et ita de eo stipulatus [B. 45, 1, 119]

## F(XYMO)

<sup>1</sup> stipulatione (edd.)? <sup>2</sup> post (edd.)? <sup>3</sup> in integrum] nec integram? <sup>4</sup> mercis ipse] receptis? <sup>5</sup> puto sic fere scriptum fuisse: et cum, ante idus supra scriptas secundum conuentionem mercibus in nauem impositis, cum Erote conseruo Stichi, 'qui cum eo missus erat cuique nihil amplius de pecunia supra scripta permissum uel mandatum erat, quam ut eam post diem conuentionis receptam Romam perferret', 'mansisset, eo tempore, quo iam pecuniam Brentesio reddere Roma[m] perferendam deberet', quasi in prouinciam Syriam peruenturus emanigauit. quaesitum est naue submersa, cum secundum cautionem Callimachus merces in nauem impositisset, an nihil prosit et nihilo minus actione ex stipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi teneatur.

1 promissionique 'ab'esse F<sup>2</sup> 9 L. 122 con-  
 tinuatur antecedenti F 10 soluendam] f, so-  
 lendam F 11 dies ... se esse om. F<sup>2</sup> 12 de-  
 tracta F<sup>2</sup> 13 cummam F<sup>2</sup> 15 soluenda F  
 16 suria F<sup>2</sup> | beruto F<sup>2</sup> 17 hupothecis F<sup>2</sup>  
 18 beruto F<sup>2</sup> 19 beruto F<sup>2</sup> 21 mercis]  
 FX<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>, missis X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>MOC | ipsae F | soriam

F<sup>2</sup> 26 h'erote F<sup>2</sup> 27 suriam F<sup>2</sup> 28 de-  
 bito] FX<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>, berito X<sup>2</sup>MOC, merito Y<sup>2</sup> | naue  
 mansisset] F, nauem mansisset X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>, nauem  
 misisset X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>MOC 29 h'erotis F<sup>2</sup> 30 cui-  
 que] quique F 34 nauigante h'eros F<sup>2</sup>  
 35 locum om. F<sup>2</sup>

- est: 'Si hominem Stichum<sup>1</sup>, de quo agitur, quem hac die tibi donationis causa || manumis- f. 329  
sionisque dedi, a te heredeque<sup>2</sup> tuo manumissis uindictaque liberatus non erit, quod dolo  
'malo meo non fiat, poenae nomine quinquaginta dari stipulatus est Flavius Hermes, spon-  
'pondit Claudius'. quaero, an Flavius Hermes Claudium de libertate Stichi conuenire  
potest. respondit nihil proponi, cur non potest. item quaero, an, si Flauii Hermetis heres 5  
a Claudii herede poenam supra scriptam petere uoluerit, Claudii heres libertatem Sticho  
praestare possit, ut poena liberetur. respondit posse. item quaero, si Flauii Hermetis heres  
cum Claudii herede ex causa supra scripta nolit agere, an nihilo minus Sticho libertas ex  
conuentione, quae fuit inter Hermetem et Claudium, ut stipulatione supra scripta osten-  
3 ditur, ab herede Claudii praestari debeat. respondit debere. Coheredes cum praedia he- 10  
reditaria diuiserant, unum praedium commune reliquerunt sub hoc pacto, ut, si quis eorum  
partem suam alienare uoluisset, eam uel coheredi suo uel eius successori uenderet centum  
uiginti quinque: quod si quis aliter fecisset, poenam centum iniucem stipulati sunt: quaero,  
cum coheres mulier coheredis liberorum tutores saepius testato conuenerit et desiderauerit,  
ut secundam conuentionem aut emant aut uendant, hique nihil tale fecerint, an, si mulier 15  
extero uendiderit, poena ab ea centum exigi possit. respondit secundum ea quae propo-  
4 nerentur obstaturam doli mali exceptionem. Agerius filius familias seruo Publii Maenii  
stipulanti spondit se daturum, quidquid patrem suum Publico Maenio debere constitisset:  
quaesitum est patre defuncto, antequam constitisset, quid quantumque deberet, an, si ad-  
uersus heredem eius actum fuisset aliumue successorem et de debito constitisset, Agerius 20  
teneatur. respondit, si condicio non exstitisset, stipulationem non commissam. Seia heres  
unius tutoris, cum herede pupillae transactione pacto solo facta, maiorem partem soluit,  
residuam cauit: sed ilico negauit heres se transactionem seruare et apud iudicem tutelae  
egit et uictus prouocauit ad competentem iudicem et ab eo quoque ad principem idem  
prouocauit et iniusta haec quoque prouocatio eius pronuntiata est. quaesitum est, cum 25  
per heredem pupillae mora intercesserit, quo minus pecunia in stipulationem deducta ab  
herede tutoris solueretur nec umquam petierit, an ei hodie debeantur usurae ab herede  
tutoris. respondit, si Seia non cessasset ex stipulatione pecuniam offerre, iure usuras non  
6 deberi. Duo fratres hereditatem inter se diuiserunt et cauerunt sibi nihil se contra eam  
diuisionem facturum et, si contra quis fecisset, poenam alter alteri promisit: post mortem 30  
alterius qui superuixit petit ab heredibus eius hereditatem quasi ex causa fideicommissi  
sibi a patre relictis debitam et aduersus eum pronuntiatum est, quasi de hoc quoque trans-  
actum fuisset: quaesitum est, an poena commissa esset. respondit poenam secundum ea  
quae proponuntur commissam. 34
- 23 PAPINIUS libro primo definitionum. Si flagitii faciendi uel facti causa [B. 48, 1, 120] P  
concepta sit stipulatio, ab initio non ualet.
- 24 IDEM libro secundo definitionum. Insulam intra biennium illo loco || aedi- [B. 48, 1, 121] P f. 329'  
'ficari spondes?' ante finem biennii stipulatio non committitur, quamuis reus promittendi  
non aedificauerit et tantum residui temporis sit, quo aedificium extrui non possit: neque  
enim stipulationis status, cuius dies certus in exordio fuit, ex post facto mutatur. idque 40  
et in stipulatione iudicio sistendi causa facta placuit, scilicet ut ante diem stipulatio non  
committatur, si certum esse coeperit parere stipulationi residuo tempore non posse.
- 25 PAULUS libro secundo quaestionum. Cum stipulamur 'quidquid te dare [B. 48, 1, 122] P  
'facere oportet', nihil aliud in stipulationem deducitur quam quod praesenti die debetur:  
hoc enim solum haec stipulatio demonstrat. 45

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> homo Stichus (edd.)? <sup>2</sup> idem Graeci (καὶ τοῦ κληρονόμου σοῦ): heredeus? <sup>3</sup> et ins. (van de Water)

3 nominis e F<sup>2</sup> | spondit] respondit F<sup>1</sup> F<sup>2</sup> 30 contra F | post] pos F 32 relicto F  
4 claudius'm F<sup>4</sup> | stichi'a conuenire F<sup>4</sup> 33 comissa F<sup>2</sup> 35 inter l. 122 et 123 inter-  
7 poena'e lib. F | ab item legem incipit F | ponit rubricam de uerborum obligationibus  
flauii' F<sup>2</sup> 15 ement'e aut uendent F<sup>2</sup> (uoluit τοῦ de uerborum obligationibus)  
22 maiorem] maioris F<sup>2</sup> 24 et' uictus F<sup>2</sup> F<sup>1</sup>, del. F<sup>2</sup>: uide ad p. 657, 21  
25 prouocauit] conuocauit F<sup>1</sup> 27 um'quam'

- 126 IDEM libro tertio quaestionum. Si ita stipulatus fuero: 'Si Titius consul [B. 43, 1, 123] P factus fuerit, tunc ex hac die in annos singulos dena dare spondes?', post triennium 1 condicione existente triginta peti poterunt<sup>1</sup>. Titius a Masuio fundum detracto usu fructu stipulatus est et ab eodem eiusdem fundi usum fructum: duae sunt stipulationes et minus est in eo usu fructu, quem per se quis promisit, quam in eo, qui proprietatem comitatur. 5 denique si ille usum fructum dederit eumque stipulator non utendo amiserit, tradendo postea fundum detracto usu fructu liberabitur. non idem contingit ei, qui fundum pleno iure promisit et usum fructum dedit, deinde amisso eo proprietatem sine usu fructu tradidit: ille liberatus est dando usum fructum, hic nulla parte obligationis exoneratur, nisi 2 pleno iure fundum effecerit stipulatoris. 'Chrysogonus Flauii Candidi seruus actor scripsit<sup>2</sup>, 11 coram subscribente et designante domino meo, accepisse eum a Iulio Zosa, rem agente Iulii Quintilliani absentis, mutua denaria mille. quae dari Quintiliano hereditae eius, ad quem ea res pertinebit, kalendis Nouembribus, quae proximae sunt futurae, stipulatus est 'Zosas libertus et rem agens Quintilliani, spondit Candidus dominus meus. sub die supra scripta si satis eo nomine factum non erit, tunc quo post soluetur<sup>3</sup>, usurarum nomine 15 'denarios octo praestari stipulatus est Iulius Zosas, spondit Flavius Candidus dominus meus'. subscripsit dominus. respondi: per liberam personam, quae neque iuri nostro subiecta est neque bona fide nobis seruit, obligationem nullam acquirere possumus. plane si liber homo nostro nomine pecuniam daret uel suam uel nostram, ut nobis solueretur, obligatio nobis pecuniae creditae acquireretur: sed quod libertus patrono dari stipulatus 20 est, inutile est, ut nec ad solutionem proficiat adiectio absentis, cui principaliter obligatio quaerebatur. superest quaeramus, an ex numeratione ipse qui contraxit pecuniam creditam petere possit: 4 nam quotiens pecuniam mutua dantes eandem stipulamur, non duae obligationes nascuntur, sed una uerborum. plane si praecedat numeratio, sequatur stipulatio, non est dicendum recessum a naturali obligatione. sequens stipulatio, in qua sine ad- 25 lectione nominis usuras stipulatus est, non eodem uitio laborat (neque enim maligne accipiendum est eidem stipulatum usuras, cui et sortem, uideri), ideoque in liberti persona ualet stipulatio usurarum et cogitur eam patrono cedere. plerumque enim in stipulationibus uerba, ex quibus obligatio oritur, inspicienda sunt: raro inesse tempus uel conditionem ex eo, quod agi || apparebit, intellegendum est: numquam personam, nisi expressa 30 sit. Si ita stipulatus fuero te sisti et, nisi steteris, aliquid dari, quod promittenti impossibile est: detracta secunda stipulatione prior manet utilis et perinde erit, ac si te sisti stipulatus essem.
- 127 SCAEUOLA libro quinto quaestionum. Si pupillus sine tutoris [B. 43, 1, 124. Ep. 19, 81] P auctoritate Stichum promittat et fideiussorem dedit, seruus autem post moram a pupillo 35 factam decedat, nec fideiussor erit propter pupilli moram obligatus: nulla enim intellegitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. esse autem fideiussorem obligatum ad [D. 50, 17, 88] hoc, ut uiuo homine conueniatur uel ex mora sua postea.
- 128 PAULUS libro decimo quaestionum. Si duo rei stipulandi ita extitissent, [B. 43, 1, 125] P ut alter utiliter, alter inutiliter stipularetur, ei, qui non habet promissorem obligatum, non 40 recte soluitur, quia non alterius nomine ei soluitur, sed suae obligationis, quae nulla est eadem ratione qui Stichum aut Pamphilum stipulatur, si in unum constiterit obligatio, quia alter stipulatoris erat, etiam si desierit eius esse, non recte soluitur, quia utraque res ad obligationem ponitur, non ad solutionem. 44
- 129 SCAEUOLA libro duodecimo quaestionum. Si quis ita stipulatus fuerit: [B. 44, 1, 126] P 'decem aureos das, si nauis uenit et Titius consul factus est?' non alias dabitur, quam si utrumque factum sit. idem in contrarium: 'dare spondes, si nec nauis uenit nec Titius F(XYMOG)

<sup>1</sup> poterant (add.)?    <sup>2</sup> scripsit (add.)?    <sup>3</sup> mense ins. (cf. l. 90 h. t.)    <sup>4</sup> sed magis est 30 possit similiaue ins.

10 chrysogonus F<sup>1</sup> | seruus F<sup>2</sup> | scripsit F<sup>1</sup>    subscripsisset F | iure F    22 superest 'et' 12 quintiliano n' hereditae F<sup>2</sup>    17 subscripsit]    quaeramus F<sup>2</sup>    46 naves F<sup>1</sup>    47 naves F<sup>1</sup>

'consul factus sit?' exigendum erit, ut neutrum factum sit. huic similis scriptura est: 'si neque nauis uenit neque Titius consul factus est?'<sup>1</sup> at si sic: 'dabis, si nauis uenit aut Titius consul factus sit?' sufficit unum factum. et contra: 'dabis, si nauis non uenit aut Titius consul factus non est?' sufficit unum non factum.

PAULUS libro quinto decimo quaestionum. Quod dicitur patrem filio uti- 4  
liter stipulari, quasi sibi ille stipularetur, hoc in his uerum est, quae iuris sunt quaeque  
adquiri patri possunt: alioquin si factum conferatur in personam filii, inutilis erit stipulatio,  
ueluti ut tenere ei uel ire agere liceat. contra autem filius etiam ut ire patri liceat sti-  
pulando adquiret ei: immo et quod in suam personam conferre non potest, hoc patri  
adquirat.

SCAEUOLA libro tertio decimo quaestionum. Iulianus scripsit, si 'neque 10  
'per te neque per heredem tuum Titium fieri', quo minus mihi ire liceat' stipuler, non  
solum Titium teneri, si prohibeat, sed etiam coheredes eius. Qui fundum sibi aut Titio  
dari stipulatur, quamuis fundus Titio traditus sit, nihilo minus petere fundum potest, ut  
sibi de euictione promittatur: nam interest eius, quia mandati actione fundum recepturus  
sit a Titio. sed si donationis causa Titium interposuit, dicetur traditione protinus reum  
liberari.

PAULUS libro quinto decimo quaestionum. Quidam cum filium alienum P  
susciperet, tradenti promiserat certam pecuniae quantitatem, si eum aliter quam ut filium  
obseruasset. quaero, si postmodum domo eum propulerit uel moriens nihil ei testamento  
reliquerit, an stipulatio committetur, et quid intersit, utrum filius an alumnus uel cognatus  
agentis fuerit. praeterea quaero, si filium suum quis legitime in adoptionem dederit et  
ita, ut supra scriptum est, stipulatio intercesserit eumque pater adoptiuus exheredauerit  
uel emancipauerit, an stipulatio committatur. respondi: stipulatio utilis est || in utroque  
casu: igitur, si contra conuentionem factum sit, committetur stipulatio. sed uideamus pri-  
mum in eo, qui legitime adoptauit, an possit committi, si eum exheredauerit uel emanci-  
pauerit: haec enim pater circa filium solet facere: igitur non aliter eum quam ut filium  
obseruauit. ergo exheredatus de inofficioso agat. quid ergo dicemus, si et meruit exhe-  
redari? <sup>2</sup>emancipatus plane et hoc remedio carebit. quare sic debuit interponi stipulatio,  
ut, si eum emancipasset uel exheredasset, certum quid promitteret. quo tamen casu com-  
missa stipulatione potest quaeri, an exheredato permittendum esset dicere de inofficioso?  
maxime, si patri naturali heres extitisset, an uicto deneganda actio? sed  
si ei, qui stipulatus est, non debuit denegari uicto filio, nec ipsi deneganda erit debita  
pecuniae executio. in eo autem, qui non adoptauit, quem intellectum habeat haec con-  
ceptio 'si eum aliter quam ut filium obseruasset', non prospicio<sup>3</sup>: an et hic exigimus ex-  
heredationem uel emancipationem, res in extraneo ineptas? sed si is, qui legitime adoptauit,  
nihil facit contra uerba stipulationis, cum utitur patrio iure in eo, qui haec<sup>4</sup> non fecit,  
dicit superuacuo: dici tamen poterit commissam esse stipulationem. Filius familias ita  
stipulatus est: 'quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubes?' et emancipatus  
credidit: patri non debet fideiussor, quia nec reus ei tenetur.

SCAEUOLA libro tertio decimo quaestionum. Si sic stipulatus sim: 'neque 40  
P

F(XYMOG)

<sup>1</sup> huic similis ... factus est aut delenda sunt aut corrupta    <sup>2</sup> sic ordina: obseruauit. quid  
ergo ... exheredari? ergo ... agat    <sup>3</sup> perspicio (edd.)?    <sup>4</sup> hoc?

12 fieri] YOC cum B: ἐὰν ἐπερωτήσω σε  
μὴ ... γενέσθαι, fieret FXM<sup>2</sup>, fiere M<sup>c</sup> 15 pro-  
mittetur F<sup>1</sup> | quia] F<sup>1</sup>, qui F<sup>2</sup> 20 ei] et F<sup>1</sup>  
21 relinquere F 28 obseruabit F 36 legiti-  
mā e F<sup>2</sup> 37 qui haec non fecit dicit  
(licet F<sup>2</sup>) superuacuo seq.] ὑποπίπτει τῇ ποινῇ  
(ὁ ἀπλῶς λαβὼν καὶ μὴ εἰς θεσιν τὸν παῖδα)  
ποιῶν αὐτὸν ἀπόκληρον ἢ ἀγτελοῦσιον καὶ ἐκ  
περιτοῦ καὶ ἀνισχύρως τὰ τα ποιεῖ B (Tip.),

quod uidetur confirmare lectionem F<sup>1</sup>, etsi male  
eam Anonymus interpretatus est. puto autem  
uerba recte fere se habere sic accipienda: qui  
hoc non fecerit, id est non legitime adoptarit,  
eum superuacuo dicere uideri se quem suscepisset  
ut filium obseruaturum: sed in proposito  
(cf. u. 20) committi nihilo minus stipulationem  
40 stipulatu'm's F<sup>2</sup>



'per te neque per heredem tuum uim fieri spondes?' et egi, quod mihi uim feceris, recte remanere factum heredis in stipulatione. nam et ex ipsius posteriore ui potest committi stipulatio: non enim ad unam uim pertinet. nam sicut et ipsius et heredis caput, ita ipsius uis uel saepius facta complectitur<sup>1</sup>, ut condemnetur quanti interest. aut si sic uolumus factam esse stipulationem: 'neque per te neque per heredem tuum fieri?', ut ad unam uim primam teneat: si uim fecerit, amplius ex heredis committi non poterit: ergo si actum sit quasi ex ipsius ui, tota consumpta sit<sup>2</sup>: quod non est uerum.

- 134 PAULUS libro quinto decimo responsorum. Titia, quae ex alio filiam ha- [B. 43, 1, 131] P bebat, in matrimonium coit Gaio Seio habenti filiam: et tempore matrimonii consenserunt, ut filia Gaii Seii filio Titiae desponderetur, et interpositum est instrumentum et adiecta 10 poena, si quis eorum nuptiis impedimento fuisset: postea Gaius Seius constante matrimonio diem suum obiit et filia eius noluit nubere: quaero, an Gaii Seii heredes teneantur ex stipulatione. respondit ex stipulatione, quae proponeretur, cum non secundum bonos mores interposita sit, agenti exceptionem doli mali obstaturam, quia inhonestum uisum 1 est uinculo poenae matrimonii obstringi siue futura siue iam contracta. Idem respondit: 15 plerumque ea, quae praefationibus conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur, sic tamen, ut non ex ea repetitione inutilis efficiatur stipulatio. Idem respondit, cum Septicius litteris suis praestaturum se cauerit pecuniam et usuras eius se- 2 missas, quae apud Sempronium depositae sint: si inter praesentes actum est, intellegen- dum etiam a parte Lucii Titii praecessisse uerba stipulationis. Idem respondit, quotiens 3 pluribus specialiter pactis stipulatio una omnibus subicitur, ¶ quamuis una interrogatio et f. 3 responsum unum subiciatur, tamen proinde haberi, ac si singulae species in stipulationem deductae fuissent.

- 135 SCAEUOLA libro quinto responsorum. Si ita quis promiserit: 'decem tibi [B. 43, 1, 132] P 'dabo, qua die petieris, et eorum usuras in dies triginta', quaero, usurae utrum ex die 25 stipulationis an ex die, qua petita sors fuerit, debeantur. respondit secundum ea quae 1 proponerentur ex die stipulationis deberi, nisi aliud actum manifeste probaretur. Item quaesitum est, quando pecuniam reddere debebo 'cum primum petierit'. respondit uerba 2 quae proponerentur ex die, quo stipulatio facta esset, initium capere. Seia cauit Lucio Titio, quod mandante eo hortos emisset, cum pretium omne cum usuris ab eo recepisset, 3 se in eum proprietatem hortorum translaturam: deinde in continenti inter utrumque conuenit, ut intra kalendas Apriles primas uniuersam summam mandator numeraret et hortos acciperet. quaeritur, cum ante kalendas Apriles non omne pretium cum usuris a Lucio Titio Seiae solutum sit, interposito tamen modico tempore reliquum pretium cum usuris Seiae Titius soluere paratus fuerit neque Seia accipere uoluit et usque in hodiernum per 4 Titium non stet, quo minus reliquum solueret, an nihilo minus Lucius Titius, si Seiae uniuersam pecuniam soluere paratus sit, ex stipulatu agere possit. respondit posse, si non multo post optulisset nec mulieris quicquam propter eam moram interesset: quod omne 3 ad iudicis cognitionem remittendum est. Ea lege donatum sibi esse a Seia seruum et traditum, ut ne ad fratrem eius aut filium aut uxorem aut socrum perueniret, scripsit et 40 haec ita stipulante Seia spondit Titius, qui post biennium heredes reliquit Seiam et fratrem, cui ne seruiret, expressum erat: quaeritur an Seia cum fratre et coherede ex sti- 4 pulatu agere possit. respondit posse in id, quod eius interest. Filia, quae de inofficioso agere instituit et transegit postea cum heredibus stipulatione interposita et subiecta doli clausula, apud praefectum de falso testamento egit nec probauit: quaero, an ex doli clau- 45

F(XYMOG)

<sup>1</sup> nam sicut et ipsius et heredis caput, ita ipsius uel saepius factam complectitur (similiter Hal.)? <sup>2</sup> erit?

1 e'gi F<sup>2</sup> 3 heredi's F<sup>2</sup> 7 tuta F<sup>1</sup> 36 titiu'm' non F<sup>2</sup> | reli'n'quum F<sup>2</sup> | si om. F  
14 agente F<sup>1</sup> 15 matrimonii F 17 effi- 41 relinquit F 43 posse't in F<sup>2</sup>  
cietur F 23 deducti F<sup>1</sup> 34 reli'n'quum F<sup>2</sup>

sula possit conueniri. respondi nihil ad eam stipulationem id, quod postea actum proponeretur, pertinere.

- 36 PAULUS libro quinto sententiarum. Si sub una significatione diuersis nominibus ea res, quae in stipulatum deducitur, appellatur, non infirmat obligationem, si alter altero uerbo utatur. Si, qui uiam ad fundum suum dari stipulatus fuerit, postea fundum partemue eius ante constitutam seruitutem alienauerit, euanescit stipulatio.
- 37 UENULEIUS libro primo stipulationum. Continuus actus stipulantis et promittentis esse debet (ut tamen aliquod momentum naturae interuenire possit) et comminus responderi stipulanti oportet: ceterum si post interrogationem aliud acceperit<sup>1</sup>, nihil prod-  
erit, quamuis eadem die spondisset. Si hominem stipulatus sim et ego de alio sensero, tu de alio, nihil acti erit: nam stipulatio ex utriusque consensu perficitur. Cum ita stipulatus sum 'Ephesi dari' inest tempus: quod autem accipi debeat, quaeritur. et magis est, ut totam eam rem ad iudicem, id est ad uirum bonum remittamus, qui aestimet, quanto tempore diligens pater familias conficere possit, quod facturum se promiserit, ut qui Ephesi daturum se sponderit, neque diplomate<sup>2</sup> diebus ac noctibus et omni tem-  
pestate contempta iter continuare cogatur || neque tam delicate progredi debeat, ut reprehensione dignus appareat, sed habita ratione temporis aetatis sexus ualetudinis, cum id agat, ut mature perueniat, id est eodem tempore, quo plerique eiusdem condicionis homines solent peruenire. eoque transacto, quamuis Romae remanserit nec possit Ephesi pecuniam dare, nihilo minus ei recte condicetur, uel quia per ipsum steterit, quo minus Ephesi daret, uel quoniam per alium Ephesi possit dari uel quia ubique potest soluere: nam et quod in diem debetur, ante solui potest, licet peti non potest. quod si diplomate usus aut felici navigatione maturius quam quisque peruenerit Ephesum, confestim obligatus est, quia in eo, quod tempore atque facto finitum est, nullus est coniecturae locus. Item qui insulam fieri spondit, non utique conquisitis undique fabris et plurimis operis adhibitis festinare debet nec rursus utroque aut<sup>3</sup> altero contentus esse, sed modus adhibendus est secundum rationem diligentis aedificatoris et temporum locorumque. item si non inchoetur<sup>4</sup> opus, id tantum aestimetur, quod in illo interuallo effici potuit. transactoque tempore, quo insulam consummare oportuerit, si postea aedificetur, liberetur reus, sicut liberatur, qui se datum spondit, si quandoque tradit. Illud inspiciendum est, an qui centum dari se promisit confestim teneatur an uero cesset obligatio, donec pecuniam conferre<sup>5</sup> possit. quid ergo, si neque domi habet neque inueniat creditorem? sed haec recedunt ab impedimento naturali et respiciunt ad facultatem dandi. est autem facultas personae commodum incommodumque, non rerum quae promittuntur. et alioquin si quis Stichum dari sponderit, quaeremus, ubi sit Stichus: aut si<sup>6</sup> non multum referre uideatur 'Ephesi daturum se', an quod Ephesi sit, cum ipse Romae sit, dare spondeat: nam hoc quoque ad facultatem dandi pertinet, quia in pecunia et in Stichum illud commune est, quod promissor in praesentia dare non potest. et generaliter causa difficultatis ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris pertinet, ne incipiat dici eum quoque dare non posse, qui alienum seruum, quem dominus non uendat, dare promiserit. Si ab eo stipulatus sim, qui efficere non possit, cum alio possibile sit, iure factam obligationem Sabinus scribit.
- 6 Cum quis sub hac condicione stipulatus sit, si rem sacram aut religiosam Titius uenderit uel forum aut basilicam et huiusmodi res, quae publicis usibus in perpetuum relictae

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> acceperit (*Donellus*: ἐτέρον τι πράξας B)? <sup>2</sup> diplomate *del.* (*cf. u. 22*) <sup>3</sup> utroque aut uno atque (*edd.*)? <sup>4</sup> quo die conuenit ut inchoaretur *ins.* <sup>5</sup> conficere? <sup>6</sup> sic (*edd.*)?

1 proponere n'tur F<sup>2</sup> 8 cumminus F<sup>1</sup> 9 acceperit] *FXYMOC*, ..ceperit Y<sup>2</sup>, agere coeperit *edd.* 12 efesi F<sup>1</sup> 13 remittemus F<sup>1</sup> 15 efesi F<sup>1</sup> 16 continuari F | dilicate F 19 efesi F<sup>1</sup> 20 efesi F<sup>1</sup> 21 efesi F<sup>1</sup> 22 diplomate F<sup>2</sup> 23 efesum F<sup>1</sup> 26 utroque aut altero] *FXMOC*, utroque altero Y

30 quan'do'que F<sup>2</sup> 35 ubi's sit F<sup>4</sup> | aut si] FO<sup>2</sup>, aut C, ut sic X<sup>2</sup>, ut X<sup>2</sup>, an si Y<sup>2</sup>, ut si Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>O<sup>2</sup>, al. et si cui *supra u. O, inc. M<sup>2</sup>* | efesi F<sup>1</sup> 36 efesi F<sup>1</sup> 37 quia 'et' in F<sup>2</sup> 40 uendat] uendendo F<sup>1</sup> 41 qui efficere non possit cum alio possibile sit] ὅπως γὰρ μὲν οὐ δύναται, ἕτερον δὲ δύναται B (*Tip.*)

- sint: ubi omnino condicio iure impleri non potest uel id facere ei non liceat, nullius momenti fore stipulationem, proinde ac si ea condicio, quae natura impossibilis est, inserta esset. nec ad rem pertinet, quod ius mutari potest et id, quod nunc impossibile est, postea possibile fieri: non enim secundum futuri temporis ius, sed secundum praesentis
- 7 aestimari debet stipulatio. Si ut aliquid fiat stipulemur, et usitatius et elegantius esse 5 Labeo ait sic subici poenam: 'si ita factum non erit': at cum quid ne fiat stipulemur, tunc hoc modo: 'si aduersus ea factum erit': et cum alia fieri, alia non fieri coniuncte 8 stipulemur, sic comprehendendum: 'si non feceris, si<sup>1</sup> quid aduersus ea feceris'. Praeterea sciendum est, quod dari stipulemur, non posse nos uni ex heredibus adquiri<sup>2</sup>, sed necesse esse omnibus adquiri: at cum quid fieri stipulemur, etiam unius personam recte com- 10 prehendi.
- 138 ¶ IDEM libro quarto stipulationum. Eum, qui certarum nundinarum diebus [B. 43, 1, 136] P dari stipuletur, primo die petere posse Sabinus ait: Proculus autem et ceteri diuersae scho- q. 84 l. 1 lae auctores, quamdiu uel exiguum tempus ex nundinarum spatio superesset, peti<sup>3</sup> posse 1 existimant. sed ego cum Proculo sentio. Cum pure stipulatus sum illud aut illud dari, 15 licebit tibi, quotiens uoles, mutare uoluntatem in eo quod praestaturus sis, quia diuersa causa est uoluntatis expressae et eius quae inest.
- 139 IDEM libro sexto stipulationum. Cum ex causa duplae stipulationis aliquid [B. 43, 1, 136] P intendimus, uenditoris heredes in solidum omnes conueniendi sunt omnesque debent sub- sistere, et quolibet eorum defugiente ceteris subsistere nihil prodest, quia in solidum de- 20 fendenda est uenditio, cuius indiuisa natura est. sed cum uno defugiente omnes defugisse uideantur ideoque omnes teneantur, unicuique pro parte hereditaria praestatio incumbit.
- 140 PAULUS libro tertio ad Neratium. Pluribus rebus praepositis, ita stipulatio [B. 43, 1, 137] P facta est: 'ea omnia, quae supra scripta sunt, dari?' propius est, ut tot stipulationes, quot 1 res sint. De hac stipulatione: 'annua bima trima die id argentum<sup>4</sup> quaque die dari?' 25 apud ueteres uarium fuit. PAULUS: sed uerius et hic tres esse trium summarum stipula- 2 tiones. Etsi placeat extingui obligationem, si in eum casum inciderit, a quo incipere non potest, non tamen hoc in omnibus uerum est. ecce stipulari uiam iter actum ad fundum communem socius non potest, et tamen si is, qui stipulatus fuerat, duos heredes reliquerit, non extinguitur stipulatio. et per partem dominorum<sup>5</sup> seruitus adquiri non potest, acqui- 30 sita tamen conseruatur et per partem domini<sup>6</sup>: hoc euenit, si pars praedii seruentis uel cui seruitur alterius domini esse coeperit.
- 141 GAIUS libro secundo de uerborum obligationibus. Si seruus aut filius fami- [B. 43, 1, 138] P lias ita stipulatus sit: 'illam rem aut illam, utram ego uelim?', non pater dominusue, sed 1 filius seruusue destinare de alterutra debet. Extranei quoque persona si comprehensa 25 fuerit, ueluti hoc modo: 'utram earum Titius elegerit', non aliter stipulator alterutrius pe- 2 tendae facultatem habet, quam si Titius elegerit. Pupillus licet ex quo fari coeperit, recte stipulari potest, tamen, si in parentis potestate est, ne auctore quidem patre obligatur: 3 pubes uero, qui in potestate est, proinde ac si pater familias obligari solet. quod autem 3 in pupillo dicimus, idem et in filia familias impubere dicendum est. Si ita fuero stipulatus 40 'mibi aut Titio?' et tu mihi daturum te spondeas, secundum omnium opinionem ad inter- rogatum te respondere, quia constat mihi soli adquiri obligationem, Titio autem dumtaxat 4 recte soluitur. Si inter eos, qui Romae sunt, talis fiat stipulatio: 'hodie Carthagine dare 'spondes?', quidam putant non semper uideri impossibilem causam stipulationi contineri, F(XYMO C)

<sup>1</sup> siue (edd.)?<sup>2</sup> adquiri del.<sup>3</sup> non ins. (u. i.)<sup>4</sup> sua ins.<sup>5</sup> dominorum del.<sup>6</sup> domini del.

1 uel id] uelit F 2 impossiuilis F<sup>2</sup> 3 nu'n'c F<sup>2</sup> 5 usitat'ius F<sup>2</sup> | essa F<sup>2</sup> 9 nos uni (ubi F<sup>2</sup>) ex heredibus adquiri] FX<sup>2</sup>YM<sup>2</sup>C, non uni ex heredibus adquiri O<sup>2</sup>, uni ex heredibus ad-quiri O<sup>2</sup>, per nos uni ex heredibus adquiri M<sup>2</sup>, nos uni ex heredibus adquirere X<sup>2</sup> 12 cer-

tarum nundinarum diebus] ἐν τῆδε τῆ ἀτελείᾳ B (Tip.) 14 posse] FY<sup>2</sup>M, non posse XY<sup>2</sup>OC 20 prode's't F<sup>2</sup> 24 proprus F<sup>2</sup> 26 t'res F<sup>2</sup> 29 relinquert F 32 seruitur] seruitus F<sup>2</sup> 34 utrum F<sup>2</sup> 36 petend'a'e F<sup>2</sup> 43 fiat] fut F<sup>2</sup> 44 impossiuilem F<sup>2</sup>

quia possit contingere, ut tam stipulator quam promissor ante aliquod tempus suo quisque dispensatori notum fecerit in eum diem futuram stipulationem ac demandasset promissor quidem suo dispensatori, ut daret, stipulator autem suo, ut acciperet: quod si ita factum fuerit, poterit ualere stipulatio. Cum 'mihī aut Titio' stipulor, dicitur aliam quidem rem in personam meam, aliam in Titii designari non posse, ueluti 'mihī decem aut Titio ho-<sup>5</sup> minem': si uero Titio ea res soluta sit, quae in eius persona designata ¶ fuerit, licet ipso f. 332' iure non liberetur promissor, per exceptionem tamen defendi possit<sup>1</sup>. Tempora uero diuersa designari posse, ueluti 'mihī kalendis Ianuariis aut Titio kalendis Februariis?' immo etiam ceteriorem diem in Titii personam conferri posse, ueluti 'mihī kalendis Februariis, Titio kalendis Ianuariis?' quo casu talem esse stipulationem intellegemus: 'si Titio kalendis<sup>10</sup> Ianuariis non dederis, mihī kalendis Februariis dare spondes?' Sed rursus mihī quidem pure aut Titio sub condicione stipulari possum. contra uero si mihī sub condicione aut Titio pure, inutilis erit tota stipulatio, nisi in meam personam condicio extiterit, scilicet quia, nisi quod ad me uim acceperit obligatio, adiectio nihil potest ualere. hoc tamen ita demum tractari potest, si euidenter apparet pure Titii persona adiecta: alioquin cum ita stipulor: 'si nauis ex Africa uenerit, mihī aut Titio dari spondes?' Titii quoque persona<sup>15</sup> sub eadem condicione adici uidetur. Ex hoc apparet, si diuersa condicio in meam personam, diuersa in Titii posita sit nec in meam personam extiterit condicio, totam stipulationem nullius momenti futuram: exstante uero mea condicione, si quidem Titii quoque condicio extiterit, poterit uel Titio solui: si uero in illius persona defecerit, quasi non<sup>20</sup> adiectus habebitur. Ex his omnibus apparet, licet alterius persona non recte adiciatur, non ideo minus in nostra persona utiliter procedere stipulationem.

## II.

## R DE DUOBUS REIS CONSTITUENDIS R

SPE

- 1 **MODESTINUS** libro secundo regularum. Qui stipulatur, reus stipulandi dicitur: [B. 43, 2, 1] \*E qui promittit, reus promittendi habetur. <sup>26</sup>
- 2 **LAUOLENUS** libro tertio ex Plautio. Cum duo eandem pecuniam aut promiserint aut stipulati sunt, ipso iure et singuli in solidum debentur et singuli debent: ideoque petitione acceptilatione<sup>2</sup> unius tota soluitur obligatio. [B. 43, 2, 2] \*E
- 3 **ULPIANUS** libro quadragesimo septimo ad Sabinum. In duobus reis promittendi frustra timetur nouatio: nam licet ante prior responderit<sup>3</sup> posterior etsi ex interuallo accipiatur, consequens est dicere pristinam obligationem durare et sequentem accedere: et parui refert, simul spondeant an separatim promittant, cum hoc actum inter eos sit, ut duo rei constituantur: neque ulla nouatio fiet. Ubi duo rei facti sunt, potest uel ab uno eorum solidum peti: hoc est enim duorum reorum, ut unusquisque eorum in solidum sit obligatus possitque ab alterutro peti. et partes autem a singulis peti posse nequaquam dubium est, quemadmodum et a reo et fideiussore petere possumus. utique enim cum una sit obligatio, una et summa est, ut, siue unus soluat, omnes liberentur, siue<sup>4</sup> soluat, ab altero liberatio contingat. <sup>31</sup>
- 4 **POMPONIUS** libro uicensimo quarto ad Sabinum. Duo rei promittendi siue [B. 43, 2, 4] S ita interrogati 'spondetis?' respondeant 'spondeo' aut 'spondemus'<sup>5</sup>, siue ita interrogati 'spondes?' respondissent 'spondemus', recte obligantur. <sup>39</sup>

F(XYMOC)

<sup>1</sup> possit del.    <sup>2</sup> acceptilationeue?    <sup>3</sup> licet ante prior responderit del.    <sup>4</sup> uni ins.  
(R. Stephamus)    <sup>5</sup> aut spondemus del.

1 aliquid F<sup>1</sup> 9 ceteriorem F 13 nisi 'in F<sup>2</sup> 17 ead'iem F<sup>2</sup> 18 diuersa in titii posita sit nec in meam personam om. F<sup>1</sup> 28 et singuli ('singuli F<sup>4</sup>) in solidum debentur] F, et singulis in solidum debetur XYMOC:

ἑκαστος αὐτῶν εἰς ὁλόκληρον χρεωστέι καὶ χρεωστέιται B 29 petitione acceptilatione] τῆ ... ἀπαίτησει ἢ τῆ ἀποχῆ BS, καὶ τῆ καταβολῆ ... καὶ ἀπαίτησει B (Tipuc.) 32 pristinum F<sup>1</sup> 38 liberantur F 41 spond'eo F<sup>2</sup>

- 5 IULIANUS libro uicensimo secundo digestorum. Nemo est qui nesciat alienas [B. 43, 2, 5 S] operas promitti posse et fideiussorem adhiberi in ea obligatione. et ideo<sup>1</sup> nihil prohibet duos reos stipulandi constitui uel promittendi, sicuti si ab eodem fabro duo rei stipulandi easdem operas stipulentur: et ex contrario duo fabri eiusdem peritiae easdem operas promittere intelleguntur et duo rei promittendi fieri. 5
- 6 IDEM libro quinquagesimo secundo || digestorum. Duos reos promittendi [B. 43, 2, 6 S] facturus si utrumque interrogauero, sed alter dumtaxat responderit, uerius puto eum qui responderit obligari: neque enim sub condicione interrogatio in utriusque persona fit, ut 1 ita demum obligetur, si alter quoque responderit. Duobus autem reis constitutis quin liberum sit stipulatori uel ab utroque uel ab altero dumtaxat fideiussorem accipere, non du- 10 2 bito. Sed si a duobus reis stipulandi interrogatus respondisset uni se spondere, ei soli 3 tenetur. Duo rei sine dubio ita constitui possunt<sup>2</sup>, ut et temporis ratio habeatur, intra quod uterque respondeat: modicum tamen interuallum temporis, item modicus<sup>3</sup> actus, qui modo contrarius obligationi non sit, nihil impedit, quo minus duo rei sunt. fideiussor quoque interrogatus inter duorum reorum responsa si responderit, potest uideri non impe- 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 999 1000

## F(XYMOO)

<sup>1</sup> puto sic scripsisse Iulianum: nemo est qui nesciat alienas operas promitti non posse nec fideiussorem adhiberi in ea obligatione. at ideo (u. i.) <sup>2</sup> requiritur constituendi sunt <sup>3</sup> medius? <sup>4</sup> pure, alius ins. (Inst.: u. i.) <sup>5</sup> enim del. (Inst.) <sup>6</sup> nam si duo rei ut sint? <sup>7</sup> aut del. <sup>8</sup> duo rei fieri possunt, item similiae ins. <sup>9</sup> aut (Cuiacius: cf. D. 30, 8, 1. 33, 25 pr.)? <sup>10</sup> culpam quoque? <sup>11</sup> sum?

1 alienas operas promitti posse] και άλλοτριας έργασις καλώς επρωτάται τις B (Tip.) neque aliter uoluerunt Iustiniani: at lex non tantum pugnat cum ea regula quam nemo nescit alienum factum promitti non posse (cf. D. 46, 1, 65 cet.), sed etiam ut nunc legitur inepta est neque cohaeret: nam quae sequuntur agunt de operarum reis duobus stipulandi, item de operarum suorum reis duobus promittendi, non de

reis promittendi operarum alienarum 3 fa- b'ro F<sup>2</sup> 18 institutionum] restitutionum F<sup>2</sup> 19 alius in diem uel sub condicione] non plenius uidentur legisse Graeci: ένα τών δύο ένα- γομένων υπό ημέραν ή υπό άρσιν επρωτάται B (Tipuc.) 32 promi'ssissent F<sup>2</sup> 33 remisa F 36 capuae F<sup>2</sup> 37 sus'piciunt (sic) F<sup>2</sup>

- 10 IDEM libro trigensimo septimo quaestionum. Si duo rei promittendi socii B. 43, 2, 10 *P* non sint, non proderit alteri, quod stipulator alteri reo pecuniam debet.
- 11 IDEM libro undecimo responsorum. Reos promittendi uice mutua fideiussores B. 43, 2, 11 *P* non inutiliter accipi conuenit. reus itaque stipulandi actionem suam diuidere si uelit (neque enim diuidere cogendus est), poterit eundem ut principalem reum, item qui<sup>1</sup> fide- 5 iussor pro altero || exstitit, in partes conuenire, non secus ac si duos promittendi reos f. 333<sup>1</sup>
- 1 dinisis actionibus conueniret. Cum tabulis esset comprehensum 'illum et illum centum 'aureos stipulatos' neque adiectum 'ita ut duo rei stipulandi essent', uirilem partem singuli 2 stipulati uidebantur. Et e contrario cum ita cantum inueniretur: 'tot aureos recte dari 'stipulatus est Iulius Carpus, sponponimus ego Antoninus<sup>2</sup> Achilleus et<sup>3</sup> Cornelius Dius', 10 partes uiriles deberi, quia non fuerat adiectum singulos in solidum sponpondisse, ita ut duo rei promittendi fierent.
- 12 UENULEIUS libro secundo stipulationum. Si ex duobus, qui promissuri sint, B. 43, 2, 12 *P* hodie alter, alter postera die responderit, Proculus non esse duos reos ac ne obligatum quidem intellegi eum, qui postera die responderat, cum actor ad alia negotia discesserit 15 1 uel promissor, licet peractis illis rebus responderit. Si a Titio et pupillo sine tutoris aucto- ritate stipulatus fuero eadem decem, uel a seruo, et quasi duos reos promittendi constitui, obligatum Titium solum Iulianus scribit, quamquam, si seruus sponponderit, in actione de peculio eadem obseruari debent, ac si liber fuisset. 19
- 13 IDEM libro tertio stipulationum. Si reus promittendi altero reo heres exti- B. 43, 2, 13 *P* terit, duas obligationes eum sustinere dicendum est. nam ubi quidem altera<sup>4</sup> differentia obligationum esse possit, ut in fideiussore et reo principali, constitit alteram ab altera perimi: cum uero eiusdem duae potestatis sint, non potest reperiri qua altera potius quam alteram consummari<sup>5</sup>. ideoque et si reus stipulandi<sup>6</sup> heres exstiterit, duas species obligationis eum sustinere. 25
- 14 PAULUS libro secundo manualium. Et stipulationum praetoriarum duo rei B. 43, 2, 14 *P* fieri possunt.
- 15 GAUUS libro secundo de uerborum obligationibus. Si id, quod ego et Titius B. 43, 2, 15 *P* stipulamur, in singulis personis proprium intellegatur, non poterimus duo rei stipulandi constitui, ueluti cum usum fructum aut dotis nomine dari stipulemur: idque et Iulianus 30 scribit. idem ait, et si Titius et Seius decem aut Stichum, qui Titii sit, stipulati fuerint, non uideri eos duos reos stipulandi, cum Titio decem tantum, Seio Stichus aut decem debeantur: quae sententia eo pertinet, ut, quamuis uel huic uel illi decem soluerit uel Seio Stichum, nihilo minus alteri obligatus manet. sed dicendum est, ut, si decem alteri soluerit, ab altero liberetur. 35
- 16 IDEM libro tertio de uerborum obligationibus. Ex duobus reis stipulandi si B. 43, 2, 16 *Pf* semel unus egerit, alteri promissor offerendo pecuniam nihil agit.
- 17 PAULUS libro octauo ad Plautium. Siue a certis personis heredum nomi- B. 43, 2, 17 *E* natim legatum esset, siue ab omnibus excepto aliquo, Atilicinus Sabinus Cassius pro here- ditariis partibus totum<sup>7</sup> eos legatum debituros aiunt, quia hereditas eos obligat. idem est, 40 cum omnes heredes nominantur.

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> quia?    <sup>2</sup> Antonius (*edd.*)?    <sup>3</sup> ego *ins.*    <sup>4</sup> altera] aliqua (*edd.*: *cf. D. 46, 1, 5*)?  
<sup>5</sup> quare altera potius quam altera consummatur (*Hal.*: *cf. D. 46, 1, 5*)?    <sup>6</sup> reo stipulandi *ins.*  
<sup>7</sup> tantum?

1 promittendi i socii *F*<sup>1</sup>    2 alteri i quod *F*<sup>2</sup>  
3 mutaa *F*<sup>3</sup>    9 stipulati] stipulanti *F*    11 sin-  
gulus *F*<sup>4</sup>    14 proculus] *Schothus aliique*, pro-  
latus *F* (*x in marg. m. 2*), promitto *XYMOC*:  
*eundem citat Uenuleius 42, 8, 25, 5, 45, 1, 138 pr.*  
15 actor *om. F*<sup>5</sup>    16 licet i peractis *F*<sup>6</sup>  
18 obligatum] obligatumque *F*<sup>7</sup>, que *sustulit*,  
*deinde reposuit F*<sup>8</sup>: *recepta lectio conuenit*

*Gracis*: ἐὰν ἐπερωτήσω Πέτρον καὶ ἄνηθον  
χωρὶς ἀγθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου ἢ δοῦλον ὡς λόγο  
ἐναγομένου, μόνος ὁ Πέτρος ἐνέχεται *B* (*Tip.*)  
21 altera] *sic FXYMOC, inc. M*<sup>9</sup>    23 qua  
(*qua om. XYMOC*) altera (alteram *C*) potius  
quam (*quam om. Y*) alteram (altera reperiri  
*M*<sup>10</sup>, altera *M*<sup>11</sup>) consummari (consummanti *C*)]  
*FXYMOC*    35 alteri] altero *F*<sup>12</sup>

- 18 POMPONIUS libro quinto ex Plautio. Ex duobus reis eiusdem Stichi promit- B. 43, 2, 18 B  
tendi factis alterius factum alteri quoque nocet.
- 19 IDEM libro trigensimo septimo ad Quintum Mucium. Cum duo eandem pe- B. 43, 2, 19 B  
cuniam debent, si unus capitis deminutione exemptus est obligatione, alter non libera- ur.  
multum enim interest, utrum res ipsa solvatur an persona liberetur. cum persona libera- tur  
manente obligatione, alter durat obligatus: et ideo si aqua et igni interdictum | est, ali. t. 34  
cuius fideiussor postea ab eo datus tenetur<sup>1</sup>.

III.

R DE STIPULATIONE SERUORUM R

SPE

- 1 IULIANUS libro quinquagesimo secundo digestorum. Cum servus stipuletur, B. 43, 3, 1 S  
1 nihil interest, sibi an domino an uero sine alterutra eorum<sup>2</sup> adiectione dari stipuletur. Si 11  
servus tuus, qui mihi bona fide seruiebat, peculium habuerit, quod ad te pertineat, et ego  
ex eo pecuniam Titio credidero, nummi tui manebunt, stipulando autem mihi servus eam.  
2 dem pecuniam nihil aget: vindicando ergo eam pecuniam tu consequi poteris. Si servus  
communis meus et tuus ex peculio, quod ad te solum pertinebat, mutuum pecuniam dederit, 15  
obligationem tibi adquiret et, si eandem mihi nominatim stipulatus fuerit, debitorem a te  
non liberabit, sed uterque nostrum habebit actionem, ego ex stipulatu, tu quod pecunia  
3 tua numerata sit: debitor tamen me doli mali exceptione summouere poterit. Quod servus  
meus meo seruo dari stipulatur, id perinde haberi debet, ac si mihi stipuletur: item quod  
tuo seruo stipulatur, perinde ac si tibi stipulatus esset, ut altera stipulatio obligationem 20  
4 pariat, altera nullius momenti sit. Communis servus duorum seruorum personam sustinet.  
idcirco si proprius meus servus communi meo et tuo seruo stipulatus fuerit, idem iuris erit  
in hac una conceptione uerborum, quod futurum esset, si separatim duae stipulationes con-  
ceptae fuissent, altera in personam mei serui, altera in personam tui serui: neque existi-  
mare debemus partem dimidiam tantum mihi adquiri, partem nullius esse momenti, quia 25  
persona serui communis eius condicionis est, ut in eo, quod alter ex dominis potest ad-  
quirere, alter non potest, perinde habeatur, ac si eius solius esset, cui adquirendi facul-  
tatem habeat. Si fructuarius servus stipulatus esset fructuario aut proprietario, si quidem 30  
ex re fructuarii stipulatus esset, inutilis est stipulatio, quia utrique ex re fructuarii actio-  
nem adquirere potuisset: sed si aliud stipulatus fuisset, proprietarium petere cf. l. 26 h. t.  
6 posse, et, si promissor fructuario soluisset, liberatur. Cum servus communis Titii et Maevii  
stipulatur in hunc modum: 'decem kalendis Titio dare spondes? si decem kalendis Titio  
'non dederis, tunc Maevio uiginti dare spondes?' duae stipulationes esse uidentur, sed<sup>3</sup> si  
kalendis decem data non fuerint, uterque dominus ex stipulatu agere poterit, sed in<sup>4</sup> se-  
cunda obligatione Maevio commissa Titius exceptione doli summouebitur. 35
- 2 ULPIANUS libro quarto ad Sabinum. Servus communis ipse<sup>5</sup> sibi stipulari non B. 43, 3, 2 S  
potest, quamuis constaret eum se stipulari domino posse: non enim se domino adquiret,  
sed de se obligationem.
- 3 IDEM libro quinto ad Sabinum. Si servus rei publicae<sup>6</sup> uel municipii uel co- B. 43, 3, 3 S  
loniae stipuletur, puto ualere stipulationem. 40

F(XYMOG)

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.), sed requiritur: interdictum est alicui, fideiussor non postea ab eo datus tenetur (cf. D. 46, 1, 47 pr.) <sup>2</sup> eorum del. <sup>3</sup> et? <sup>4</sup> in del. (edd.) <sup>5</sup> ipse] se (similiter Cuiacius: u. i.)? <sup>6</sup> populi Romani (P. R = R. P: cf. D. 1, 7, 18. 27, 8, 1, 15)?

2 addit Tipucitus: ἀνάγκωθι τὸ παράδειγμα, ut plura Graeci in l. 18 possint uideri legisse 3 septimo om. F<sup>1</sup> | eandem F<sup>2</sup> 6 manente F<sup>2</sup> | si aqua et igni interdictum est alicuius (alicui XYMOG) cet.] εἴαν τις ὑποστή περιουσιμόν, ὁ μετὰ ταῦτα παρ' αὐτοῦ δοθεὶς ἐγγυητής ἐνέχεται B (Tip.) 20 tuo] suo F<sup>1</sup> 21 puriat F<sup>2</sup>

28 habea'n't si F<sup>4</sup> | fructuario aut proprie- tario] idem Graeci: τῶ τὴν χρῆσιν αὐτοῦ ἔχοντι ἢ τῶ τὴν δεσποτείαν B (Tip.) 35 commissa] promissa F<sup>2</sup> 36 ipse sibi stipulari] idem le- gerunt Graeci: αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπερωτᾶν B (Tip.) id est ipse a se stipulari 37 contraret F<sup>2</sup>

IDEM libro uicensimo primo ad Sabinum. Si seruus communis sibi et uni ex B. 43, 3, 4 S dominis stipuletur, perinde est, ac si omnibus dominis et uni ex his stipuletur, ueluti Titio et Maenio, et Titio: et probabile est, ut Titio dodrans, Maenio quadrans debeat.

IDEM libro quadragesimo octauo ad Sabinum. Seruus communis sic omnium B. 43, 3, 5 S est non quasi singulorum totus, sed pro partibus utique in||diuisis, ut intellectu magis partes f. 334' habeant quam corpore: et ideo si quid stipulatur uel quaqua alia ratione acquirit, omnibus 6 acquirit pro parte, qua dominium in eo habent. licet autem ei et nominatim alicui ex dominis stipulari uel traditam rem accipere, ut ei soli adquirat. sed<sup>1</sup> si non nominatim domino stipuletur, sed iussu unius dominorum, hoc iure utimur, ut soli ei adquirat, cuius iussu stipulatus est.

POMPONIVS libro uicensimo sexto ad Sabinum. Ofilius recte dicebat et per B. 43, 3, 6 S traditionem accipiendo uel deponendo commodandoque posse soli ei adquiri, qui iussit: quae sententia et Cassii et Sabini dicitur.

ULPIANUS libro quadragesimo octauo ad Sabinum. Proinde et si quattuor B. 43, 3, 7 S forte dominos habuerit et duorum iussu stipulatus sit, his solis acquirat qui iusserunt, 15 magisque est, ut non aequaliter, sed pro portione dominica totum eis adquiratur. idem puto et si nominatim eis stipulatus esse proponatur: nam et si omnium iussu stipulatus sit uel omnibus nominatim, non dubitarem omnibus pro dominicis eum portionibus, non pro uirilibus acquirere. Si seruus communis ab uno ex sociis stipulatus sit, si quidem nominatim alteri socio, ei soli debetur: sin autem sine ulla adiectione pure stipu- 20 latus sit, reliquas partes is seruus ceteris sociis praeter eam partem, ex qua promissor dominus esset, acquirat. sed si iussu unius socii stipulatus est, idem iuris est, quod esset, si eidem illi socio nominatim dari stipulatus esset. interdum etiamsi neque iussu neque nominatim alteri ex dominis stipularetur, ei tamen soli acquirere eum Iuliano placuit: ut puta si quid forte stipuletur, quod utrique adquiri non potest. ueluti seruitutem 25 ad fundum Cornelianum stipulatus est, qui fundus Sempronii erat alterius ex dominis: ei soli acquirit.

GAIVS libro singulari de casibus. Item si alter ex dominis uxorem ducturus B. 43, 3, 8 \*P sit et huic seruo dos promittatur. 39

ULPIANUS libro quadragesimo octauo ad Sabinum. Item si seruus duorum B. 43, 3, 9 S Titii et Maenii hominem, qui Titii erat, stipulatus fuerit, ei soli acquirit, cuius non fuit. sed<sup>2</sup> si stipulatus sit Stichum sibi et<sup>3</sup> Maenio et Titio dari spondes?, totum eum Maenio acquirit: quod enim alteri ex dominis acquirere non potest, id ad eum, qui ad obligationem admittitur, pertinet. Si, cum duos dominos seruus haberet, stipulatus fuerit illi aut illi dominis suis, quaesitum est, an consistat stipulatio. Cassius inutilem esse stipulationem 35 scripsit et Iulianus Cassii sententiam probat eoque iure utimur.

ULIANUS libro quinquagesimo secundo digestorum. Sed et si ita stipuletur: B. 43, 3, 10 S 'Titio decem aut Maenio fundum dare spondes?', quia incertum est, utri eorum adquisierit actionem, idcirco inutilis stipulatio existimanda est. 39

ULPIANUS libro quadragesimo octauo ad Sabinum. Sed si sibi aut Primo B. 43, 3, 11 S aut Secundo dominis suis stipulatus sit, et hic tantundem erit probandum, quod Iulianus, inutilem esse stipulationem. sed utrum adiectio inutilis est aut tota stipulatio utilis non est? puto adiectionem solam esse inutilem: eo enim quod ait 'mihi' omnibus adquisiit ex stipulatu actionem. an ergo in ceterorum persona solutio locum habeat exemplo extraneae 44 personae? et puto uel solui eis posse, quemadmodum cum ego mihi | aut Titio stipuler. f. 335

F(XYMOC)

<sup>1</sup> et ins.    <sup>2</sup> et ins.    <sup>3</sup> et] aut (u. i.)?

17 ei's' stipulatus F<sup>2</sup>    21 partes 'ceteris' i seruus (sic, uoluit emendare partes is seruus) F<sup>2</sup>    25 stipular'aretur F<sup>2</sup>    32 stichum sibi et maenio et titio] ΕΑΥΤῶ ΚΑΙ ὈΝΟΜΑΣΤΙ ΤΟΙΣ ΕΑΥ-

ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΑΙΣ B (Tip.)    36 casii F    37 sed 'et' si F<sup>2</sup>    42 aut] F<sup>2</sup>, an F<sup>2</sup>    43 omnibus' F<sup>2</sup>    44 stipulato F<sup>2</sup>



- our ergo cum Primo aut Secundo dominis stipulatio non constitit nec solutio est? illa ratio est, quia non inuenimus, in cuius persona stipulatio constitit, in cuius solutio.
- 12 PAULUS libro decimo quaestionum. Nam cum uterque obligationis capax sit, non in-<sup>P</sup>uenimus, quis adiectus sit, quia<sup>1</sup> non est, qui petere possit. 4
- 13 ULPIANUS libro quadragesimo octavo ad Sabinum. Cum enim stipulatur B. 43, 3, 12 <sup>S</sup> domino aut extraneo seruus, utrumque consistet et in domini persona stipulatio et in extranei solutio: at hic ratio icazon corrumpit stipulationem et solutionem.
- 14 IULIANUS libro tertio ad Urseium Ferozem. Seruus meus cum apud furem B. 43, 3, 13 <sup>S</sup> esset, furi dari stipulatus est: negat furi deberi Sabinus, quia eo tempore, quo stipulatus est, ei non seruiret: sed nec ego ex ea stipulatione agere potero. sed si detracta furis <sup>10</sup> persona stipulatus est, mihi quidem acquiritur actio, sed furi nec mandati nec alia actio aduersus me dari debet.
- 15 FLORENTINUS libro octavo institutionum. Siue mihi siue sibi siue I. 3, 17 pr. B. 43, 3, 14 <sup>S</sup> conseruo suo siue impersonaliter dari seruus meus stipuletur, mihi adquiret. 14
- 16 PAULUS libro quarto regularum. Seruus hereditarius futuro heredi nomina- B. 43, 3, 15 <sup>S</sup> tim dari stipulatus nihil agit, quia stipulationis tempore heres dominus eius non fuit.
- 17 POMPONIUS libro nono ad Sabinum. Si communis seruus meus et tuus niam B. 43, 3, 16 <sup>Sf</sup> uel iter uel actum stipuletur sine adiectione nominis nostri, cum ego solus fundum uicinum habeam, soli mihi eam acquirit: quod et si<sup>2</sup> tu fundum habeas, mihi quoque in solidum seruitus acquiritur. 20
- 18 PAPINIANUS libro uicensimo septimo quaestionum. Si seruus communis Maenii E. 43, 3, 17 <sup>P</sup> et castrensis peculii defuncto filio familias milite, antequam adeat institutus hereditatem, stipuletur, socio, qui solus interim dominus inuenitur, tota stipulatio quaeretur, quoniam partem non facit hereditas eius<sup>3</sup> quae nondum est. non enim, si quis heredem existere filio familias dixerit, statim et hereditatem eius iam esse consequens erit, cum beneficium <sup>25</sup> principalium constitutionum in eo locum habet, ut filius familias de peculio testari possit: <sup>1</sup> quod priuilegium cessat, priusquam testamentum aditione fuerit confirmatum. Si seruus Titii et Maenii partem, quae Maenii est, sibi dari stipuletur, nulla stipulatio est, cum, si Titio dari stipulatus fuisset, Titio acquireretur. quod si simpliciter concepta est stipulatio, ueluti: 'partem eam, quae Maenii est, dare spondes?' non adiecto 'mihi', prope est, ut, quia <sup>30</sup> <sup>2</sup> sine uitio concepta est stipulatio, sequatur eius personam, cuius potest. Seruus capto domino ab hostibus domino dari stipulatus est. quamuis quae simpliciter stipulatur uel ab alio accepit, etiam ad heredem captiui pertinent aliudque sit iuris in persona filii, quia nec tunc fuit in potestate, cum stipularetur, nec postea deprehenditur (ut seruus) in hereditate, tamen in proposito potest quaeri, num ex hac stipulatione nihil adquisitum heredi uidetur, <sup>35</sup> quomodo si seruus hereditarius defuncto aut etiam heredi futuro stipulatus fuisset. sed in hac specie seruus filio exaequabitur: nam et si filius captiui patri suo stipulatus fuerit dari, res in pendenti erit et si pater apud hostes decesserit, nullius momenti uidebitur <sup>3</sup> fuisse stipulatio, || quoniam alii, non sibi stipulatus est. Cum seruus fructuarius operas f. 335' suas locasset et eo nomine pecuniam in annos singulos dari stipulatus esset, finito fructu <sup>40</sup> domino residui temporis adquiri stipulationem Iulianus scriptum reliquit. quae sententia mihi uidetur firmissima ratione subnixa: nam si in annos forte quinque locatio facta sit, quoniam incertum est, fructus in quem diem duraturus sit, singulorum annorum initio cuiusque anni pecunia fructuario quaeretur: secundum quae non transit ad alterum stipulatio, sed unicuique tantum acquiritur, quantum ratio iuris permittit. nam et cum idem seruus <sup>45</sup>
- F(XYMOC)*

<sup>1</sup> sit quia] sit itaque?    <sup>2</sup> quod si et?    <sup>3</sup> eius del.

1 cur] cum F<sup>2</sup> | ergo 'cum' || cum primo F<sup>2</sup>:  
*acilicet uerus huius paginae quinque primi cum  
iusto breuiores euasissent, spatia in fine relicta  
litteris qualibuscumque expleuit easdemque mox  
deleuit F<sup>2</sup> | domi'num' || nis F<sup>2</sup> | nec aut || solu-*

*tio F<sup>2</sup> 2 non 'qui' || inuenimus F<sup>2</sup> | persona  
'stipu' || stipulatio F<sup>2</sup> 6 consistat F 30 par-  
tem meam F 34 hereditatem F 35 nihil F |  
uide'atur F<sup>2</sup> 37 exaequabitur F<sup>2</sup> (em. F<sup>2</sup>)  
38 in] im F 41 relinquit F*

ita stipuletur: 'quantam pecuniam tibi intra illum diem dedero, tantam dari spondes?' in pendentem est, quis ex stipulatu sit habiturus actionem: si enim ex re fructuarii uel operis suis pecuniam dedero<sup>1</sup>, fructuario, si uero aliunde, domino stipulatio quaeretur.

- 19 SCAEUOLA libro tertio decimo quaestionum. [Ulp. D. 41, 1, 23, 3. B. 43, 3, 18. BS. 16, 1, 25 sch. 57] P  
Si alienus seruus duobus bonae fidei seruiens ex unius eorum re adquirat, ratio facit, ut ei ex cuius re adquisiit<sup>2</sup> id totum ei adquirat, siue ei soli siue quasi duobus seruiat: nam et in ueris dominis quotiens utriusque acquiritur, totiens partes adquiri: ceterum si alii non adquiratur, alium solidum habiturum. igitur eadem ratio erit et in proposito, ut hic seruus alienus, qui mihi et tibi bona fide seruit, mihi solidum ex re mea adquirat, quia tibi non potest adquiri, quia<sup>3</sup> non sit ex re tua. 10
- 20 PAULUS libro quinto decimo quaestionum. Liber homo bona fide mihi seruit: [B. 43, 3, 19] P  
stipulatur ex re mea uel ex operis suis Stichum, qui ipsius est: magis est, ut mihi adquirat, quia et si seruus esset meus, acquireret mihi: nec enim illud dici debet, quasi ille quoque in peculio eius esset. sed si ex re mea Stichum, qui meus est, stipulatur, sibi 1  
adquiret. Apud Labeonem ita scriptum est: filium et filiam in sua potestate pater in testatus reliquit: filia eo animo fuit semper, ut existimaret nihil ad se ex hereditate patris pertinere: deinde frater eius filiam procreauit et eam infantem reliquit: tutores seruo auito eius imperauerunt, ut ab eo, cui res aui hereditatis uendiderunt, stipularetur, quanta pecunia ad eum peruenisset: ex ea stipulatione quid pupillae adquisitum sit, peto rescribas. Paulus: est quidem uerum bona fide possessum seruum ex re eius cui seruit stipulantem 20  
possessori adquirere: sed si res, quae ex hereditate aui communes fuerunt, in uenditionem hereditatis uenerunt, non uidetur ex re pupillae totum pretium stipulari ideoque utriusque acquirit.
- 21 UENULEIUS libro primo stipulationum. Si seruus communis ita stipuletur: [B. 43, 3, 20] P  
'kalendis Ianuariis decem Titio aut Maenio dominis, uter eorum tunc uiuet, dare spondes?', 25  
inutilem esse stipulationem Iulianus scribit, quia non possit in pendentem esse stipulatio nec apparere, utri eorum sit adquisitum.
- 22 NERATIUS libro secundo responsorum. Seruum fructuarium ex re domini [B. 43, 3, 21] P  
inutiliter fructuario stipulari, domino ex re fructuarii utiliter stipulari. 29
- 23 PAULUS libro nono ad Plautium. Eadem de eo dicenda sunt, cui usus le- [B. 43, 3, 22] \*E  
gatus est.
- 24 | NERATIUS libro secundo responsorum. Et si duorum usus fructus sit, quod [B. 43, 3, 23] P f. 336  
ex operis suis alteri eorum stipulatus sit, pro ea dumtaxat parte, ex qua usus fructus eius sit, adquiri. 34
- 25 UENULEIUS libro duodecimo stipulationum. Si seruus hereditarius stipulatus [B. 43, 3, 24] P\*  
fuerit et fideiussores acceperit posteaque adita fuerit hereditas, dubitatur, utrum ex die interpositae stipulationis tempus cedat an ex adita hereditate: item si seruus eius, qui apud hostes sit, fideiussores acceperit. et Cassius existimat tempus ex eo computandum, ex quo agi cum eis potuerit, id est ex quo adeatur hereditas aut postliminio dominus reuertatur. 39
- 26 PAULUS libro primo manualium. Usus fructus sine persona esse non [Uat. 55. B. 43, 3, 25] P  
potest et ideo seruus hereditarius inutiliter usum fructum stipulatur. legari autem ei posse usum fructum<sup>4</sup> dicitur, quia dies eius non cedit statim: stipulatio autem pura suspendi non potest. quid ergo, si sub condicione stipuletur? \*nec hoc casu ualeat stipulatio<sup>6</sup>, quia ex praesenti uires accipit stipulatio, quamuis petitio ex ea suspensa sit.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> dederit (u. i.)?    <sup>2</sup> ei ex cuius re adquisiit del.    <sup>3</sup> quod?    <sup>4</sup> usum fructum om. Uat.  
<sup>5</sup> uideamus ne ins. Uat.    <sup>6</sup> stipulatio om. Uat.

1 in] im F 3 dedero] FX<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>C, dederit X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>O, det M 5 re's adq. F<sup>2</sup> 10 quia tibi seq.] τὸ γὰρ μὴ ὄν ἐξ ἑὲ σοῦα [immo τοῦα] coi προσπορικῆναι οὐ δύνάται BS (Enantioph.) 11 seruit sti'chum qui ipsius est magis' stipulatur ex (sic) F<sup>2</sup> 16 relinquit F 17 re-

linquit F 19 stipulatione] X<sup>2</sup>C, stipulatione ne FX<sup>2</sup>MO, stipulatione uel Y 22 uen'i'e-runt F<sup>2</sup> 26 in] im F 30 legatum F<sup>2</sup> 38 existimas F<sup>2</sup> 39 agi] agat F<sup>2</sup> | 'postliminio F<sup>2</sup> 40 persona'e esse F<sup>2</sup> 43 quia] quam Uat.

- 27 IDEM libro secundo manualium. Seruus communis siue emat siue stipuletur, B. 43, 3, 26 P quamuis pecunia ex peculio detur, quod alterum ex dominis sequitur, utriusque tamen acquirit. diuersa causa est fructuarii serui.
- 28 GAIVS libro tertio de uerborum obligationibus. Si ex re domini domino B. 43, 3, 27 P<sup>f</sup> aut fructuario seruus stipulatus fuerit, domino quidem adquiri obligationem Iulianus scrip-  
 1 sit, solui autem fructuario posse, quasi quolibet adiecto. Si seruus com- cf. Iul. l. 1 § 5 h. t.  
 2 quis sit, magis placuit utrique adquiri, sed eum, cuius ex re facta  
 3 est stipulatio, cum socio communi diuidendo aut societatis iudicium<sup>1</sup> de parte recipienda  
 4 recte acturum: idemque esse dicendum et si ex operis suis alteri ex dominis seruus ad-  
 5 quirat. Si ipsi domini singuli eadem decem seruo communi dari fuerint stipulati et semel  
 6 responsum secutum fuerit, duo rei stipulandi erunt, cum placeat dominum seruo dari sti-  
 7 pulari posse. Sicuti uni nominatim stipulando ei soli acquirit, ita placet et si rem emat  
 8 nomine unius ex dominis, ei soli seruum adquirere. item si credat pecuniam, ut uni ex  
 9 dominis solueretur<sup>2</sup>, uel quodlibet aliud negotium gerat, posse eum nominatim exprimere,  
 10 ut uni ex dominis restituatur aut soluatur. Illud quaesitum est, an heredi futuro seruus  
 11 hereditarius stipulari possit. Proculus negauit, quia is eo tempore extraneus est. Cassius  
 12 respondit posse, quia qui postea heres extiterit, uideretur ex mortis tempore defuncto  
 13 successisse: quae ratio illo argumento commendatur, quod heredis familia ex mortis tem-  
 14 pore funesta facta intellegitur, licet post aliquod tempus heres extiterit: manifestum igitur  
 15 est serui stipulationem ei adquiri. 20
- 29 PAULUS libro septuagesimo secundo ad edictum. Si communis seruus sic B. 43, 3, 28 E  
 stipulatus sit: 'decem illi domino, eadem decem alteri dare spondes?', dicemus duos reos  
 esse stipulandi.
- 30 IDEM libro primo ad Plantium. Seruus alienus alii nominatim stipulando B. 43, 3, 29 E  
 non acquirit domino. 25
- 31 IDEM libro octauo ad Plantium. Si iussu fructuarii aut bonae fidei pos- B. 43, 3, 30 E  
 sessoris || seruus stipuletur, ex quibus causis non solet iis adquiri, domino acquirit. non t. 336  
 idem dicetur, si nomen ipsorum in stipulatione positum sit.
- 32 IDEM libro nono ad Plantium. Si, cum duorum usus fructus esset in seruo, B. 43, 3, 31 E  
 et<sup>3</sup> is seruus uni nominatim stipulatus sit ex ea re, quae ad utrosque pertinet, Sabinus  
 30 ait, quoniam soli<sup>4</sup> obligatus esset, uidendum esse, quemadmodum alter usufructus partem  
 suam recipere possit, quoniam inter eos nulla communio iuris esset. sed uerius est utili  
 communi diuidendo iudicio inter eos agi posse.
- 33 IDEM libro quarto decimo ad Plantium. Si liber homo uel alienus qui bona B. 43, 3, 32 E  
 fide seruuit ex re alterius iussu possessoris stipuletur, Iulianus ait liberum quidem sibi ad-  
 35 quirere, seruum uero domino, quia iussum domino cohaereat. Si duo rei stipulandi usum  
 fructum in seruo habeant uel quibus<sup>5</sup> bona fide seruiebat et iussu unius a debitore stipul-  
 letur, ei soli acquirit.
- 34 LAUOLENUS libro secundo ad Plantium. Si seruus testamento manumissus, B. 43, 3, 33 E  
 cum se liberum esse ignoraret et in causa hereditaria maneret, pecuniam heredi stipulatus  
 40 est, nihil debetur heredibus, si modo scierint eum testamento manumissum, quia non  
 potest uideri iustam seruitutem seruuisse iis, qui illum liberum esse non ignorabant. distat  
 ista<sup>6</sup> causa eius, qui liber emptus bona fide seruuit, quia in eo et ipsius et emptoris existi-  
 matio consentit: ceterum is, qui scit hominem liberum esse, quamuis ille condicionem suam  
 ignoret, ne possidere quidem eum potest uideri. 45
- 35 MODESTINUS libro septimo regularum. Seruus hereditarius et heredi futuro B. 43, 3, 34 E  
 et hereditati recte stipulatur.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> iudicio (edd.)?    <sup>2</sup> ut uni ex dominis solueretur del.    <sup>3</sup> et del. (edd.)    <sup>4</sup> nominato  
 promissor ins.    <sup>5</sup> quibus] duobus?    <sup>6</sup> ista] is a?

15 aut soluatur om. F<sup>1</sup> 27 iis] is F 32 utile F inc. M<sup>o</sup> 39 plantio F  
 36 iussum] F, ius suo XYM<sup>o</sup>O, iussio C,

- 36 LAUOLENUS libro quarto decimo epistularum. Quod seruus stipulatus est, [B. 43, 3, 35] *E* quem dominus pro derelicto habebat, nullius est momenti, quia qui pro derelicto rem habet, omnimodo a se reiecit nec potest eius operibus<sup>1</sup> uti, quem eo iure ad se pertinere noluit. quod si ab alio adprehensus est, stipulatione ei acquirere poterit: nam et haec genere quodam donatio est. inter hereditarium enim seruum et eum, qui pro derelicto 5 habetur, plurimum interest, quoniam alter hereditatis iure retinetur, nec potest relictus<sup>2</sup> uideri qui uniuerso hereditatis iure continetur, alter uoluntate domini derelictus non potest uideri ad usum eius pertinere, a quo relictus<sup>3</sup> est.
- 37 POMONIUS libro tertio ad Quintum Mucium. Si communis seruus ita stipu- [B. 43, 3, 36] *E* laretur: 'Lucio Titio et Gaio Seio dari spondes?', qui sunt domini illius, pro uirilibus par- 10 tibus eis ex stipulatione debetur: si uero ita: 'dominis meis dare spondes?', pro parte, qua domini essent: si uero ita: 'Lucio Titio et Gaio Seio dominis meis dare spondes?', dubitaretur, utrumne uiriles partes an pro dominica portione eis deberetur. et interesset, quid cuius demonstrandi gratia esset adiectum et quae pars eius stipulationis principalem causam haberet: sed cum ad nomina prius decursum est, rationabilius esse uidetur pro 15 uirili parte stipulationem eis acquiri, quod dominorum uocabula pro demonstratione || ha- f. 337 beantur.
- 38 IDEM libro quinto ad Quintum Mucium. Si seruus meus a liberto meo [B. 43, 3, 37] *E* 'operas sibi dari' stipuletur, inutilem stipulationem esse Celsus scribit: aliter atque si non adiecto hoc uerbo 'sibi' stipulatus fuerit. 20
- 39 IDEM libro uicensimo secundo ad Quintum Mucium. Cum seruus, in quo [B. 43, 3, 38] *E* usum fructum habemus, proprietatis domino ex re fructuarii uel ex operis eius nominatim stipuletur, acquiritur domino proprietatis: sed qua actione fructuarius recipere possit a domino proprietatis, requirendum est. item si seruus bona fide nobis seruiat et id, quod nobis acquirere poterit, nominatim domino suo stipulatus fuerit, ei acquirat: sed qua 25 actione id recipere possumus, quaeremus. et non sine ratione est, quod Gaius noster dixit, condici id in utroque casu posse domino.
- 40 IDEM libro trigensimo tertio ad Quintum Mucium. Quidquid contraxit seruus, [B. 43, 3, 39] *E* dum nobis seruit, etiam si stipulationem contulit in alienationem uel manumissionem suam, tamen nobis id acquisitum erit, quia potestas eius tunc, cum id contraheret, nostra fuit. 30 idque<sup>3</sup> est, si filius familias contrahat: namque etiam quod in emancipationis suae tempore contulerit, nobis debebitur, si tamen dolo malo id fecerit. f. 337<sup>r</sup> uacat

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> operis (*Hal.*)?    <sup>2</sup> derelictus?    <sup>3</sup> idemque (τὸ αὐτὸ ἐστὶ *B: edd.*)?

3 eo iure] *F*, mero iure *Y<sup>2</sup>M* et supra u. *O*, in eo iure *O*, iure *XY<sup>2</sup>C* 4 nam et haec genere quodam donatio (donotio *F<sup>o</sup>*) est] ne sollicitus: praecessit enim apud Lauolenum locus de missilibus, id est de donatione in personam

incertam collata (cf. *Inst.* 2, 1, 46 sq.), quae prudentibus uisa est prope accedere ad derelictionem 13 an om. *F<sup>1</sup>* 29 manumissionem] manumissionem (sic) *F<sup>2</sup>*, iberumissionem *F<sup>1</sup>* 30 contraheret'ur' nostra *F<sup>2</sup>* 31 in] it *F<sup>2</sup>*

## LIBER QUADRAGESIMUS SEXTUS.

q. 85 f

## I.

## R DE FIDEIUSSORIBUS ET MANDATORIBUS R

SEAI

- 1 **ULPIANUS** libro trigensimo nono ad Sabinum. Omni obligationi [B. 26, 1, 1. Ep. 19, 1 n. 8] fideiussor accedere potest. 5
- 2 **POMPONIUS** libro uicensimo secundo ad Sabinum. Et commodati et depositi [B. 26, 1, 2] fideiussor accipi potest et tenetur, etiamsi apud seruum uel pupillum depositum commo- 8 datumne fuerit, sed ita demum, si aut dolo malo aut culpa hi fecerunt, pro quibus fide- inssum est. 9
- 3 **ULPIANUS** libro quadragesimo tertio ad Sabinum. Qui satisfacere [B. 26, 1, 3. Ep. 19, 2] promisit, ita demum implese stipulationem satisfactionis uidetur, si eum dederit accessionis 8 loco, qui obligari potest et conueniri: ceterum si dederit seruum aut filium familias, ex quibus causis de peculio actio non datur, uel mulierem, quae auxilio senatus consulti 9 utitur, dicendum est non esse impletam satisfactionis stipulationem. plane si non idoneam fideiussorem dederit<sup>1</sup>, magis est, ut satisfactum sit, quia qui admisit eum fideiuentem, 11 idoneum esse comprobauit.
- 4 **IDEM** libro quadragesimo quinto ad Sabinum. Potest accipi fideiussor eius [B. 26, 1, 4] actionis, quam habiturus sum aduersus eum, pro quo fideiussi, uel mandati uel negotio- 8 rum gestorum. Fideiussor et ipse obligatur et heredem obligatum reliquit, cum rei locum optineat. 9
- 5 **IDEM** libro quadragesimo sexto ad Sabinum. Generaliter Iulianus ait eum, [B. 26, 1, 5] qui heres existit ei, pro quo interuenerat, liberari ex causa accessionis et solummodo 8 quasi heredem rei teneri. denique scripsit, si fideiussor heres extiterit ei, pro quo fide- iussit, quasi reum esse obligatum, ex causa fideiussionis liberari: reum uero reo succe- 11 dentem ex duabus causis esse obligatum. nec enim potest reperiri, quae obligatio quam peremat: at in fideiussore et reo reperitur, quia rei obligatio plenior est. nam ubi aliqua 15 differentia est obligationum, potest constitui alteram per alteram peremi: cum nero duae eiusdem sint potestatis, non potest reperiri, cur altera potius quam altera consumeretur. refert autem haec ad speciem, in qua uult ostendere non esse nouum, ut duae obligationes 18 in unius persona concurrant. est autem species talis. si reus promittendi reo promittendi heres extiterit, duas obligationes sustinet: item si reus stipulandi extiterit heres rei sti- 20 pulandi, duas species obligationis sustinebit. plane si ex altera earum egerit, utramque consumet, uidelicet quia natura obligationum duarum, quas habet, ea esset, ut, cum altera earum in iudicium deduceretur, altera consumeretur.

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> eumque creditor sciens admiserit *similiaue exciderunt* (u. i.)

7 accipi' F<sup>2</sup> 13 duxilio F<sup>2</sup> 14 plane si non idoneum *seq.*] ὁ δὲ λαβεῖν ἀνασχομένον ἀπορον ἐγγυητὴν δεδοκιμασμένον δοκεῖ λαμβάνειν B (Anon.) 16 comprobabit F 17 quasi sic legeretur potest accipi fideiussor eius actionis quam habiturus sum. agi potest aduersus eum pro quo fideiussi ... gestorum uertit haec Anonymus male 18 fideiussi's uel F<sup>2</sup>

19 obligetur F<sup>2</sup> | reliquit F 21 iulianus] ilianum F<sup>2</sup> 22 inter uenerat F<sup>2</sup> 23 ei pro quo] erro quod F<sup>2</sup> 24 quasi reum F<sup>2</sup> | esse obligatum] est obligatum F<sup>2</sup> 26 reperitur] F<sup>2</sup>. reperitur F<sup>2</sup> | obi F<sup>2</sup> 28 potius F<sup>2</sup> 29 reperit F<sup>2</sup> | uolt F<sup>2</sup> 31 item] idem F<sup>2</sup>: legem hinc orditur F 33 utramque a' e F<sup>2</sup> 33 haberet' F<sup>2</sup> 34 deducetur F<sup>2</sup>

- 6 IDEM libro quadragesimo septimo ad Sabinum. Stipulatus sum a reo nec [B. 26, 1, 6] S  
 accepi fideiussorem: postea uolo adicere fideiussorem: si adiecero, fideiussor obligatur.
- 1 2 Et parui refert, utrum pure fideiussorem obligem an ex die an sub condicione. Adhiberi  
 autem fideiussor tam futuræ quam præcedenti obligationi potest, dummodo [Ep. 2 sch. 13]  
 sit aliqua uel naturalis futura obligatio. 5
- 7 IULIANUS libro quinquagesimo tertio digestorum. Quod enim [B. 26, 1, 7. Ep. 2 sch. 13] S\*  
 solutum repeti non potest, conueniens ¶ est huius naturalis obligationis fideiussorem ac- f. 338'  
 cipi posse.
- 8 ULPIANUS libro quadragesimo septimo ad Sabinum. Graece [I. 3, 20, 7. B. 26, 1, 8. Ep. 19, 1] S  
 fideiussor, et ita accipitur: τῆ ἐμῆ πίστει κελεύω λέγω θέλω siue βούλομαι: sed et si φημι 10  
 1 dixerit, pro eo erit atque si dixerit λέγω. Præterea sciendum est fideiussorem adhiberi [(I.)  
 2 omni obligationi posse, siue re siue uerbis siue consensu. Pro eo etiam, qui iure hono-  
 3 rario obligatus est, posse fideiussorem accipi sciendum est. Et post litem contesta- (Ep.)  
 tam fideiussor accipi potest, quia et ciuilibus et naturalis subest obligatio: et hoc et Iulianus  
 admittit eoque iure utimur. an ergo condemnato reo exceptione uti possit, quaeritur: nam 15  
 ipso iure non liberatur. et si quidem iudicati actionis acceptus non est, sed tantum litis  
 exercitationis, rectissime dicetur uti eum exceptione posse: si uero acceptus fuerit etiam  
 4 totius causae, cessabit exceptio. A tutore, qui testamento datus est, si fuerit fideiussor  
 5 datus, tenetur. Sed et si ex delicto oriatur actio, magis putamus teneri fideiussorem.
- 6 7 Et generaliter omnium obligationum fideiussorem accipi posse nemini dubium est. Illud 20  
 commune est in uniuersis, qui pro aliis obligantur, quod, si fuerint in duriores causam  
 adhibiti, placuit eos omnino non obligari: in leuiorem plane causam accipi possunt, propter  
 quod in minorem summam recte fideiussor accipietur. item accepto reo pure ipse ex die  
 uel sub condicione accipi potest: enimuero si reus sub condicione sit acceptus, fideiussor  
 8 pure, non obligabitur. Si qui Stichum stipulatus fuerit, fideiussorem ita acceperit: 25  
 'Stichum aut decem fide tua iubes?', non obligari fideiussorem Iulianus ait, quia durior  
 eius fit condicio, ntpote cum futurum sit, ut mortuo Sticho teneatur. Marcellus autem  
 notat non ideo tantum non obligari, quia in duriores condicionem acceptus est, sed quia  
 et in aliam potius obligationem acceptus est: denique pro eo, qui decem promiserit, non  
 poterit fideiussor ita accipi, ut decem aut Stichum promittat, quamuis eo casu non fit 30  
 9 eius durior condicio. Idem Iulianus ait: si is, qui hominem aut decem dari stipulatus  
 fuerat, fideiussorem ita acceperit: 'hominem aut decem, utrum ego uelim?', non obligauit  
 10 eum, quia durior eius condicio facta est. Contra autem si is, qui hominem aut decem,  
 utrum ipse stipulator uolet, stipulatus est, recte fideiussorem ita accipiet: 'decem aut  
 11 hominem, utrum tu uoles?' fit enim, inquit, hoc modo fideiussoris condicio melior. Sed et 35  
 si reum sic interrogauero 'Stichum et Pamphilum?', fideiussorem 'Stichum aut Pamphilum?',  
 12 recte interrogem, quia leuior fideiussoris condicio est. Pro fideiussore fideiussorem accipi  
 nequaquam dubium est.
- 9 POMPONIUS libro uicesimo sexto ad Sabinum. Fideiussores et in partem pe- [B. 26, 1, 9] S  
 cuniae et in partem rei recte accipi possunt. 40
- 10 ULPIANUS libro septimo disputationum. Si dubitet creditor, an fideiussores [B. 26, 1, 10] S  
 soluendo sint, et unus ab eo electus paratus sit offerre cautionem, ut suo periculo con-  
 fideiussores conueniantur, in parte dico audiendum eum esse, ita tamen, et si<sup>1</sup> satisda-  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> et si] si et (Pothier: ὅτε καὶ B)?

1 ad i' sabinum F<sup>2</sup> 7 h'uius F<sup>2</sup> 8 pos-  
 se'ssor' F<sup>4</sup> 10 et] plerumque Inst. | πιστ'ε'ι  
 F<sup>2</sup> | βούλομε F<sup>2</sup> 11 dixerit] dixerit F<sup>2</sup> |  
 praeterea's sciendum F<sup>2</sup> 12 obligationi's  
 F<sup>2</sup> | posse's siue F<sup>2</sup> 16 iure n'am'on F<sup>4</sup>  
 17 uti' eum F<sup>2</sup> | fierit F<sup>2</sup> 18 fierit F<sup>2</sup>  
 20 generaliter] nege'aliter F<sup>2</sup> 22 omnino  
 non obligari] idem Graeci: οὐδ' ὄλως ἐνέχεται

B (Anon.) 23 'reo F<sup>2</sup> 25 p'iure F<sup>2</sup> | si  
 qui stichum stipulatus fuerit fideiussorem]  
 Brenemannus, si quis stichum stip. fuerit  
 fidei. F, si quis stichum stip. fuerit et fidei-  
 iussorem XYMOC 28 notat non' ideo F<sup>2</sup>  
 29 potius F<sup>2</sup> | promiserat F<sup>2</sup> 31 nominem F<sup>2</sup>  
 32 obligabit F<sup>2</sup> 39 pe'cu'niae F<sup>2</sup> 43 in  
 parte] εἰς τὰ μέρη αὐτῶν B

- tiones offerat et omnes confideiussores, qui idonei esse || dicuntur, praesto sint: nec enim t. 339
- 1 semper facilis est nominis emptio, cum numeratio totius debiti non sit in expedito. Ita demum inter fideiussores dividitur actio, si non infitiantur: nam infitiantibus auxilium
- 2 diuisionis non est indulgendum. Filius familias pro patre poterit fideiubere nec erit sine effectu haec fideiussio, primo quidem, quod sui iuris effectus poterit teneri in id quod 5
- facere potest, dein quod et, dum in potestate manet, condemnari potest. sed an pater ex hac causa quod iussu teneatur, uideamus: et puto ad omnes contractus quod iussu etiam referri. sed si ignorante patre pro eo fideiusserit, cessat ista actio: tamen quasi in rem patris uersum sit, potest agi cum patre. plane si emancipatus soluerit, utilis ei actio debet competere: in potestate etiam manenti eadem actio competit, si de peculio castrensi 10 pro patre soluerit.
- 11 IULIANUS libro duodecimo digestorum. Qui contra senatus con- [B. 26, 1, 11. Ep. 19, 4 S] sultum filio familias crediderit, mortuo eo fideiussorem a patre accipere non potest, quia neque ciuilem neque honorariam aduersus patrem actionem habet nec est ulla hereditas, cuius nomine fideiussores obligari possent. 15
- 12 IDEM libro quadragensimo tertio digestorum. Plane eius actionis [B. 26, 1, 12. Ep. 19, 4 S] nomine, quae de peculio aduersus eum competit, fideiussor recte accipitur.
- 13 IDEM libro quarto decimo digestorum. Si mandatu meo Titio decem cre- [B. 26, 1, 13 S] dideris et mecum mandati egeris, non liberabitur Titius: sed ego tibi non aliter condemnari debebo, quam si actiones, quas aduersus Titium habes, mihi praestiteris. item si 20 cum Titio egeris, ego non liberabor, sed in id dumtaxat tibi obligatus ero, quod a Titio seruare non poteris.
- 14 IDEM libro quadragensimo septimo digestorum. Cum reus promittendi fide- [B. 26, 1, 14 S] iussori suo heres exstitit, obligatio fideiussoria peremittitur. quid ergo est? tamquam a reo debitum petatur et, si exceptione fideiussori competente usus fuerit, in factam replicatio 25 dari debebit aut doli mali proderit.
- 15 IDEM libro quinquagensimo primo digestorum. Si stipulatus esses a me [B. 26, 1, 15 S] sine causa et fideiussorem dedissem et nollem eum exceptione uti, sed potius soluere, ut mecum mandati iudicio ageret, fideiussori etiam inuito me exceptio dari debet: interest
- 1 enim eius pecuniam retinere potius quam solutam stipulatori a reo repetere. Si ex duo- 30 bus, qui apud te fideiusserant in uiginti, alter, ne ab eo peteres, quinque tibi dederit uel promiserit, nec 1 alter liberabitur et, si ab altero quindecim petere institueris, nulla exceptione summoneris: reliqua autem quinque si a priore fideiussore 2 petere institueris, doli mali exceptione submoueris. 34
- 16 IDEM libro quinquagensimo tertio digestorum. Fideiussor obligari non potest [B. 26, 1, 16 S] ei, apud quem reus promittendi obligatus non est. quare si seruus communis Titii et Sempronii nominatim Titio dari stipulatus fuerit et fideiussorem ita interrogauerit: 'Titio aut Sempronio id dare spondes?', Titius quidem petere a fideiussore poterit, Sempronii uero persona in hoc solum interposita uidebitur, ut solui ei ante litem contestatam et igno- 39
- 1 rante uel inuito Titio possit. Qui certo loco dari || promisit, aliquatenus durioris condicioni t. 339 obligatur, quam si pure interrogatus fuisset: nullo enim loco alio, quam in quem promisit, soluere inuito stipulatore potest. quare si reum pure interrogaueris et fideiussorem cum
- 2 adiectione loci accepero, non obligabitur fideiussor. Sed et si reus, Romae constitutus, Capuae dari promiserit, fideiussor Ephesi, perinde non obligabitur fideiussor, ac si reus
- 3 sub condicionem promississet, fideiussor autem in diem certam uel pure promississet. Fide- 45
- F(XYMOG)*

<sup>1</sup> nec del.    <sup>2</sup> a priore fideiussore del.

3 si] isi F<sup>a</sup> 4 pater F<sup>1</sup> | erit] heret F<sup>1</sup>  
6 dein'de in' quod (sic) F<sup>2</sup> 9 uelsum F<sup>1</sup> |  
si 'emancipatus] F<sup>2</sup>, si 'is' mancipatus F<sup>4</sup>  
13 fidei'ussorem F<sup>4</sup> 15 possint F<sup>21</sup> 21 in  
h'id F<sup>2</sup> 22 potuerit's F<sup>3</sup> 24 exstitit' F<sup>2</sup>  
28 exceptione'm uti F<sup>2</sup> 33 reliqua autem

quinque] τὰ λειπόμενα πέντε B (Anon.) 34 ex-  
ceptionis F<sup>a</sup> 36 si om. F<sup>2</sup> 39 contestam F  
40 durioni F<sup>a</sup> 41 pure] pere F<sup>1</sup> 43 obli-  
gauit F<sup>1</sup> | e't' si F<sup>2</sup> 44 capuae F | per-  
inde non F<sup>2</sup> 45 promissis'et fid. F<sup>2</sup> | pure  
promississet] F<sup>2</sup>, pure promississet F<sup>a</sup>

iussor accipi potest, quotiens est aliqua obligatio civilis uel naturalis, cui applicetur.

- 4 Naturales obligationes non eo solo aestimantur, si actio aliqua eorum nomine competit, uerum etiam cum soluta pecunia repeti non potest: nam licet minus proprie debere dicantur naturales debitores, per abusionem intellegi possunt debitores et, qui ab his pecuniam recipiunt, debitum sibi recepisse. Stipulatione in diem concepta fideiussor si sub 5 condicione acceptus fuerit, ius eius in pendenti erit, ut, si ante diem condicio impleta fuerit, non obligetur, si concurreret dies et condicio uel etiam diem condicio secuta fuerit, obligetur. Cum fideiussor hoc modo acceptus esset: 'si reus quadraginta, quae ei credidi, non soluerit, fide tua esse iubes?', uerisimile est id actum, ut, cum appellatus reus non soluisset, fideiussor teneretur. sed et si reus, antequam appellaretur, decessisset, fideiussor 10 obligatus erit, quia hoc quoque casu uerum est reum non soluuisse.
- 17 IDEM libro octagesimo nono digestorum. Fideiussoribus succurri solet, ut [B. 26, 1, 17] S stipulator compellatur ei, qui solidum soluere paratus est, uendere ceterorum nomina.
- 18 IDEM libro nonagesimo digestorum. Qui debitorem suum delegat, [B. 26, 1, 18. Ep. 19, 19] S pecuniam dare intellegitur, quanta ei debetur: et ideo si fideiussor debitorem suum delegauerit, quamuis eum, qui soluendo non erat, confestim mandati agere potest.
- 19 IDEM libro quarto ex Minicio. Seruus incio domino pro quodam fideiussore [B. 26, 1, 19] S iusserat et eo nomine pecuniam soluerat: quaerebatur, dominus possetne ab eo, cui soluta esset, repetere. respondit: interest, quo nomine fideiusserit: nam si ex causa peculiari fideiussit, tunc id, quod ex peculio soluerit, repetere dominus non poterit, quod ex dominica causa<sup>1</sup> soluerit, uindicabitur: si uero extra causam peculii fideiusserit, quod ex pecunia dominica soluerit, aequae uindicabitur, quod ex peculio, condici poterit.
- 20 LAUOLENUS libro tertio decimo epistularum. Sed et si serui dominus pecuniam soluerit, repetere eam non ab eo pro quo fideiussit, sed ab eo cui numerauit poterit, cum seruus fideiussionis nomine obligari non possit. sequitur ergo, ut ab eo, pro quo fideiusserat, repeti non possit, cum ipse<sup>2</sup> aere alieno obligatus sit nec solutione liberari eius pecuniae nomine poterit, cuius obligatio ad seruum non pertinet.
- 21 AFRICANUS libro septimo quaestionum. Heres a debitore hereditario fideiussorem accepit, deinde hereditatem ex Trebelliano restituit: fideiussoris obligationem in suo statu manere ait idemque in hac causa seruandum, quod seruaretur, cum heres, f. 340 contra quem emancipatus filius honorum possessionem accepit, fideiussorem accepit. ideoque in utraque specie transeunt actiones. Non est nouum, ut fideiussor duabus obligationibus eiusdem pecuniae nomine teneatur: nam si in diem acceptus mox pure accipiatur, ex utraque obligatur, et si fideiussor confideiussori heres exstiterit, idem erit. Seruo tuo pecuniam credidi: eum tu manumisisti: deinde eundem fideiussorem accipi. si quidem in eam obligationem fideiubeat, quae aduersus te intra annum sit, obligari eum ait: sin uero in naturalem suam, potius ut nihil agatur: non enim intellegi posse, ut quis pro se fideiubendo obligetur. quod si hic seruus manumissus fideiussori suo heres existat, durare causam fideiussionis putauit et tamen nihilo minus naturalem obligationem mansuram, ut, si obligatio civilis pereat, solutum repetere non possit. nec his contrarium esse, quod, cum reus fideiussori heres existat, fideiussoria obligatio tollatur, quia tunc duplex obligatio civilis cum eodem esse non potest. retro quoque si fideiussor seruo manumisso heres exstiterit, eadem aduersus eum obligatio manet, quamuis et naturaliter teneatur nec pro se
- F(XYMOC)*

<sup>1</sup> causa] pecunia (*Krueger*)?    <sup>2</sup> ut ab eo pro quo fideiusserat repeti non possit cum ipse] ut is pro quo fideiusserat (*Krueger*)?

1 obligatio ... 2 naturales om. *F*<sup>1</sup> 2 si actio aliqu'a' *F*<sup>2</sup>: εἰ ἢ ἀρμόζει τις ἀγωγὴ B | eorum] *F* et hic et *D.* 44, 7, 10 3 uerum] eorum *F*<sup>2</sup> | propri'a'e *F*<sup>2</sup> 8 credidi] *X*<sup>1</sup>*O*<sup>2</sup>, credidit *F**Y*<sup>1</sup>*O*<sup>2</sup>*C*, crediderit *M*, credide *X*<sup>1</sup> 9 uerisimile *F*<sup>1</sup> 10 decessisset] et *F*<sup>2</sup> 11 est] esse *F**X*<sup>1</sup>*Y*, esset *X*<sup>1</sup>*M*<sup>1</sup>*O*<sup>2</sup>*C*, inc. *M*<sup>2</sup> 19 es-

set' *F*<sup>2</sup> 21 uindicauerit *F*<sup>1</sup> 22 uindicauit *F*<sup>1</sup> 23 et] ec *F*<sup>1</sup> 24 fideiussit *F*<sup>2</sup> | ab eo cui] *F*<sup>2</sup>, ab eo 'pro quo fideiussor id' qui *F*<sup>2</sup> 25 fideiuss'ionis *F*<sup>2</sup> 26 possit] *F*<sup>2</sup>, possit *F*<sup>1</sup> h'aere *F*<sup>2</sup> 29 treuelliano *F* 35 manumis- siti *F*<sup>1</sup> | acceri *F*<sup>2</sup>



- 3 quis fideiubere possit. Quod si stipulator reum heredem instituerit, omnimodo fideiussoris obligationem peremit, siue ciuilis siue tantum naturalis in reum fuisset, quoniam quidem nemo potest apud eundem pro ipso obligatus esse. quod si idem stipulator fideiussorem heredem scripserit, procul dubio solam fideiussoris obligationem peremit<sup>1</sup>. argumentum rei, quod, si possessio rerum debitoris data sit creditori, aequè dicendum est fideiussorem  
4 manere obligatum. Cum et tu et Titius eiusdem pecuniae rei essetis, eum, qui pro te fideiussit, posse et pro Titio fideiubere respondit, quamvis eandem pecuniam eidem debitor sit: nec tamen inanem eam<sup>2</sup> creditori futuram: nonnullis enim casibus emolumentum habituram, ueluti si ei, pro quo ante fideiussisset, heres existat: tunc enim confusa prima  
5 obligatione posteriorem duraturam. Cum fideiussor reo stipulandi heres exstiterit, quae-  
10 ritur, an, quasi ipse a se exegerit, habeat aduersus reum mandati actionem. respondit, cum reus obligatus maneat, non posse intellegi ipsum a se fideiussorem pecuniam exegisse: itaque ex stipulatu potius quam mandati agere debet.
- 22 FLORENTINUS libro octavo institutionum. Mortuo reo promittendi et ante [B. 26, 1, 22] S aditam hereditatem fideiussor accipi potest, quia hereditas personae uice fungitur, sicuti  
15 municipium et decuria et societas.
- 23 MARCIANUS libro quarto regularum. Si 'mihi aut Titio decem?' stipulatus [B. 26, 1, 23] S fuerim, Titius fideiussorem accipere non potest, quia solutionis tantum causa adiectus est.
- 24 MARCELLUS libro singulari responsorum. Lucius Titius cum pro Seio fratre [B. 26, 1, 24] S suo apud Septicium interuenire uellet, epistolam ita emisit: 'si petierit a te frater meus,  
20 'peto des ei nummos fidei et periculo meo': post quam epistolam Septicius Seio pecuniam numerant: deinde Titius inter reliquos et Seium fratrem pro tertia parte reliquit heredem. quaero, an, quia aduersus Seium debitorem Septicii confusa sit actio pro tertia parte, qua Titio fratri suo heres exstitit, cum || coheredibus eius agere in solidum possit. [L. 340] Marcellus respondit cum coherede Seii non pro maiore quam hereditaria parte mandati  
25 agi posse.
- 25 ULPIANUS libro undecimo ad edictum. Marcellus scribit, si quis pro pupillo [B. 26, 1, 25] B sine tutoris auctoritate obligato prodigum uel furiosum fideiussit, magis esse, ut ei non subueniatur, quoniam his mandati actio non competit.
- 26 GAIUS libro octavo ad edictum prouinciale. Inter fideiussores non ipso iure [B. 26, 1, 26] B diuiditur obligatio ex epistula diui Hadriani: et ideo si quis eorum ante exactam a se partem sine herede decesserit uel ad inopiam peruenerit, pars eius ad ceterorum onus respicit.
- 27 ULPIANUS libro uicensimo secundo ad edictum. Si plures sint fideiussores, [B. 26, 1, 27] B unus pure, alius in diem uel sub condicione acceptus, succurri oportet ei, qui pure acceptus est, dum existere condicio potest, scilicet ut interim in uirilem conueniatur. sed si, cum condicio exstitit, non est soluendo qui sub condicione acceptus est, restituendam  
1 actionem in pure acceptum Pomponius scribit. Praeterea si fideiussor exstiterit fideiussori siue plures, aequè hic quoque pertinebit ad eandem causam: in quorum persona aequè  
2 locum habebunt<sup>3</sup> ea, quae sunt a diuo Hadriano constituta. Praeterea si quaeratur, an

F(XYMOG)

<sup>1</sup> talia uidentur desiderari: quod si reus stipulatorem heredem instituit, item fideiussor liberatur: aliud dicendum est, si stipulator bona rei emit <sup>2</sup> fideiussionem ins. <sup>3</sup> praeterea si fideiussori exstiterint fideiussores plures, aequè hic quoque locum habebunt (del. pertinebit ... persona)?

2 'peremit' F<sup>2</sup> 4 argumentum ... 6 obligatum] εἰ γὰρ καὶ ἡ νομὴ τῶν τοῦ χρεώστοῦ πραγμάτων δοθῆ τοῖς δανεισταῖς, μένει ὁ ἐγγυητής ἐνεχόμενος B (Anon.) 6 cum 'et tu et F<sup>2</sup> | pecunia' e' F<sup>2</sup> 8 nonnulli u's F<sup>2</sup> 9 'confusa' F<sup>2</sup> 15 uice] uitae F<sup>2</sup> 18 fuerim] sic cum B: εἰς ἐμαυτῷ ἢ Πέτρῳ ἐπερωτῶσιν, fuerit F | fideiussor' em' F<sup>2</sup> | est bis F<sup>2</sup> 22 fratrem' F<sup>2</sup> 28 magis esse seq.] confirmant

Graeci: ἐνέχεται μὲν (scilicet qui fideiussit), οὐκ ἔχει δὲ κατ' αὐτῶν (id est aduersus pupillum prodigum furiosum) τὴν τῆς ἐγγυῆς ἐπισημὴν B (Anon.) 35 condicione'm' acceptus F<sup>2</sup> 38 si fideiussor exstiterit fideiussori] FX·YC, si fideiussor heres exstiterit (exst. heres O<sup>2</sup>) fideiussori (fideiussoris MO<sup>2</sup>) X<sup>2</sup>MO<sup>2</sup>, inc. O<sup>2</sup> 39 siue plures] siue unus siue plures P<sup>2</sup>O<sup>2</sup>C, siue (unus ins. X<sup>2</sup>) exstiterit fideiussori (sic) X

- soluendo sit principalis fideiussor, etiam vires sequentis fideiussoris ei adgregandae sunt.
- 34 Sicut ipsi fideiussori, ita heredibus quoque eorum succurrendum Pomponius scribit. Si fideiussor fuerit principalis et fideiussor fideiussoris, non poterit desiderare fideiussor, ut inter se et eum fideiussorem, pro quo<sup>1</sup> fideiussit, diuidatur obligatio: ille enim loco rei est nec potest reus desiderare, ut inter se et fideiussorem diuidatur obligatio. proinde si ex duobus fideiussoribus alter fideiussorem dederit, aduersus eum quidem non diuiditur obligatio, pro quo interuenit: aduersus<sup>2</sup> confideiussorem magis est ut diuidatur.
- 28 PAULUS libro uicensimo quinto ad edictum. Si contendat fideiussor ceteros [B. 26, 1, 28] E soluendo esse, etiam exceptionem ei dandam si non et illi soluendo sint.<sup>9</sup>
- 29 IDEM libro octauo decimo ad edictum. Si sub impossibili condicione stipulatus sim, fideiussor adhiberi non potest. [B. 26, 1, 29] E\*
- 30 GAIVS libro quinto ad edictum prouinciale. Fideiubere pro alio potest [B. 26, 1, 30] E\* quisque, etiamsi promissor ignoret.
- 31 ULPIANUS libro uicensimo tertio ad edictum. Si fideiussor uel quis alius [B. 26, 1, 31] E pro reo ante diem creditori soluerit, exspectare debet diem, quo eum soluere oportuit.<sup>15</sup>
- 32 IDEM libro septuagensimo sexto ad edictum. Ex persona [B. 26, 1, 32. BS. 14, 1, 29 sch. 1] E rei et quidem inuito reo exceptio (et cetera rei commoda) fideiussori ceterisque accessio- nibus competere potest.
- 33 IDEM libro septuagensimo septimo ad edictum. Si eum hominem, quem a [B. 26, 1, 33] E Titio petieram, pro quo satis de lite acceperam, Titius liberum heredemque reliquerit: si quidem re uera ipsius fuit, dicendum est iudicium in eum transferri et, si non patiarur id fieri, committi stipulationem: si autem meus petitoris<sup>3</sup> fuit neque iussu meo hereditatem adierit, fideiussores tenebuntur ob rem non defensam: si autem adierit me iubente, stipulatio euanescit. plane si meus fuerit et idcirco differam aditionem, ut, cum uicero, tunc eum iubeam ¶ adire et interim ob rem non defensam agere uelim, non committitur stipulatio, quia uir bonus non arbitraretur. f. 341
- 34 PAULUS libro septuagensimo secundo ad edictum. Hi, qui accessionis loco [B. 26, 1, 34] E promittunt, in leuiorem<sup>4</sup> causam accipi possunt, in deteriore non possunt. ideo, si a reo mihi stipulatus sim, a fideiussore mihi aut Titio, meliorem causam esse fideiussoris Iulianus putat, quia potest uel Titio soluere. quod si a reo mihi aut Titio stipulatus, a fideiussore mihi tantum interrogem, in deteriore causam acceptum fideiussorem Iulianus ait. quid ergo, si a reo Stichum aut Pamphilum, a fideiussore Stichum interrogem? utrum in deteriore causam acceptus est sublata electione? an in meliorem, quod et uerum est, quia mortuo eo liberari potest? 34
- 35 IDEM libro secundo ad Plantium. Cum fideiubeat aliquis pro seruo, [B. 26, 1, 35. Ep. 19, 15] E in solidum tenetur, etiamsi nihil in peculio sit. plane si pro domino fideiubeat, cum quo de peculio<sup>5</sup> est, dumtaxat de peculio tenebitur, quod tunc erit, cum res iudicatur.
- 36 IDEM libro quarto decimo ad Plantium. Cum is qui et reum et fideiussores [B. 26, 1, 36] E habens<sup>6</sup> ab uno ex fideiussoribus accepta pecunia praestat actiones, poterit quidem dici nullas iam esse, cum suum perceperit et perceptione omnes liberati sunt. sed non ita est: non enim in solutum accipit<sup>7</sup>, sed quodammodo nomen debitoris uendit, et ideo habet actiones, quia tenetur ad id ipsum, ut praestet actiones. 40
- 37 IDEM libro septimo decimo ad Plantium. Si quis, postquam tempore trans- [B. 26, 1, 37] E acto liberatus est, fideiussorem dederit, fideiussor non tenetur, quoniam erroris fideiussio nulla est. 45

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> pro quo] pro se qui? <sup>2</sup> eius ins. <sup>3</sup> petitoris del. (Krueger) <sup>4</sup> meliorem? <sup>5</sup> actio ins. (u. i.) <sup>6</sup> habet (edd.)? <sup>7</sup> non enim solutum accipit?

1 ei] eis F\* 2 fideiussori F<sup>2</sup> | ita hereditas ... si fideiussor add. F<sup>2</sup> 3 desiderare fideiussor] FXYMC, desiderare fideiussor fideiussoris O 9 esse etiam ... soluendo bis F<sup>2</sup> 13 promissor F<sup>2</sup> 37 de peculio est] F, de

peculio actio est XYMOC: εἰ δὲ τὸν δεσπότην εἰς τὴν περὶ τοῦ πεκογλοῦ ἀγωγῆν ἐγγύηται B (Anon.) 39 praestas F<sup>1</sup> 40 liberati F<sup>2</sup> 43 transactio F<sup>2</sup>

- 38 MARCELLUS libro uicensimo digestorum. Si Stichum aut Pamphilum stipu- B. 26, 1, 38 E  
 latum essem, utrum promissor uoluisset, non possum fideiussorem ita accipere Stichum aut  
 Pamphilum, utrum fideiussor uellet, quia futurum esset in eius potestate alium uelle, quam  
 1 reus uoluisset. A Titio, qui mihi ex testamento sub condicione decem debuit, fideiussorem  
 accepi et ei heres extiti: deinde condicio legati extitit: quaero, an fideiussor mihi teneatur. 5  
 respondit, si ei, a quo tibi erat sub condicione legatum, cum ab eo fideiussorem accepisses,  
 heres extiteris, non poteris habere fideiussorem obligatum, quia nec reus est, pro quo  
 debeat, sed nec res ulla, quae possit deberi.
- 39 MODESTINUS libro secundo regularum. Ut fideiussor aduersus confideiusso- B. 26, 1, 39 E  
 rem suam agat, danda actio non est. ideoque si ex duobus fideiussoribus eiusdem quanti- 10  
 tatis cum<sup>1</sup> alter electus a creditore totum exsoluit nec ei cessae sint actiones, alter nec a  
 creditore nec a confideiussore conuenietur.
- 40 IDEM libro tertio regularum. Cum duo rei constituti sunt, siue ab utroque B. 26, 1, 40 E  
 siue ab alterutro fideiussor datus fuerit, in solidum recte accipitur. 14
- 41 IDEM libro tertio decimo responsorum. Respondit, si fideiussores in id ac- B. 26, 1, 41 E  
 cepti sunt, quod a curatore seruari non possit, et post impletam legitimam aetatem tam  
 ab ipso curatore quam ab heredibus eius solidum seruari potuit et cessante eo, qui pu-  
 pillus fuit, soluendo esse desierit: non temere utilem in fideiussores actionem competere.  
 1 Idem respondit, si in solidum condemnatus est unus ex mandatoribus, cum iudicati con-  
 ueniri coeperit, posse eum desiderare, ut aduersus eos, qui idem mandauerunt, actiones 20  
 sibi man[us]entur. 1. 341
- 42 IAUOLENUS libro decimo epistularum. Si ita fide- B. 26, 1, 42. BS. 18, 8, 1 sch. 9. Ep. 19, 27 E  
 iussorem accepero: 'quod ego decem credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide tua  
 'esse iubes?', non obligatur fideiussor, quia in aliam rem, quam quae credita est, fideiussor  
 obligari non potest, quia non, ut aestimatio rerum quae mercis numero habentur in pe- 25  
 cunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque merce aestimanda est.
- 43 POMPONIUS libro septimo ex uariis lectionibus. Si a Titio stipulatus fideius- B. 26, 1, 43 E  
 sorem te acceperim, deinde eandem pecuniam ab alio stipulatus alium fideiussorem acci-  
 piam, confideiussores non erunt, quia diuersarum stipulationum fideiussores sunt. 29
- 44 IAUOLENUS libro undecimo epistularum. Stipulatus es opus arbitrato tuo B. 26, 1, 44 E  
 ante certam diem fieri, quod si effectum non esset, quanti ut efficiatur opus locasses, tanti  
 fideiussores cepisti: et quia opus effectum non erat, alii locasti et, cum posterior conductor  
 satis non daret, ipse opus fecisti: quaero, an fideiussor teneatur. respondit: secundum ea  
 uerba stipulationis, quae a te proposita sunt, fideiussores non tenentur. non enim id fecisti,  
 quod in stipulatione conuenerat, id est opus alii non locasti, tametsi postea locasti: ea enim 35  
 locatio, quam secutus<sup>2</sup> es, perinde est, ac si interposita non esset et si<sup>3</sup> statim tu opus  
 facere coepisses.
- 45 SCAEUOLA libro sexto digestorum. Fideiussor pro uenditore fundorum duo- B. 26, 1, 45 A  
 rum altero euicto conuentus ab emptore condemnatus est certam quantitatem: quaesitum  
 est, an cum herede uenditoris ante diem, quo iudicatum facere compelleretur, agere possit. 40  
 respondit agere quidem posse, sed ex iusta<sup>4</sup> causa ad officium iudicis pertinere quo<sup>5</sup> fide-  
 iussor aut defendatur aut liberaretur.
- 46 IAUOLENUS libro decimo ex posterioribus Labeonis. Cum lex uenditionibus B. 26, 1, 46 E

F(XYMOC)

<sup>1</sup> cum del.    <sup>2</sup> non ins. (u. i.)    <sup>3</sup> si del. (R. Stephanus)    <sup>4</sup> ista?    <sup>5</sup> quod?

5 accepi<sup>t</sup> et F<sup>2</sup> | extiti] extitit f: scilicet qui  
 recognouit non aduertit in eo quod praecedit  
 accepit ultimam litteram puncto deletam esse  
 ab emendatore ordinario 11 totum exsoluet  
 (sic) nec ei cessae sint actiones alter nec  
 a creditore add. F<sup>2</sup> 13 constituto F<sup>2</sup> |  
 ab utroque siue ab alterutro fideiussor F<sup>2</sup>

22 libro 'primo' decimo F<sup>2</sup> 35 est F<sup>2</sup>  
 46 secutus es] FXYM, secutus non es O,  
 non secutus es C 39 est 'in' certam F<sup>2</sup>  
 42 liberaretur] sic nec quicquam em. F 43 cum  
 lex uenditionibus occurrere uoluerit] ὅτε νό-  
 μος ἀνατρέπει τὴν γενόμενὴν πράξιν B (Anon.)

- occurrere uoluerit, fideiussor quoque liberatur, eo magis quod per eiusmodi actionem ad reum peruenitur.
- 47 PAPINIANUS libro nono quaestionum. Si debitori deportatio irrogata est, non B. 26, 1, 47 *P* posse pro eo fideiussorem accipi scribit Iulianus, quasi tota obligatio contra eum extincta sit. Si filius in causa peculiari ita fideiussorem acceperit: 'quantam pecuniam credidero, 5 'fide tua esse iubes?' et emancipatus credat, patri quidem, si non est reus obligatus<sup>1</sup>, non tenebitur, filio uero humanitatis intuitu obnoxius esse debet.
- 48 IDEM libro decimo quaestionum. Si Titius et Seia pro Maenio B. 26, 1, 48. Ep. 19, 16 *P* fideiusserint, subducta muliere dabimus in solidum aduersus Titium actionem, cum scire 1 potuerit aut ignorare non debuerit mulierem frustra intercedere. Huic similis et illa quaestio 10 uideri potest, ob aetatem si restituatur in integrum unus fideiussor, an alter onus obligationis integrum excoipere debeat. sed ita demum alteri totum irrogandum est, si postea minor intercessit, propter incertum aetatis ac restitutionis. quod si dolo creditoris inductus sit minor, ut fideiubeat, non magis creditori succurrendum erit aduersus confideiussorem, quam si facta nouatione circumuento minore desideraret in ueterem debitorem utilem actio- 15 nem sibi dari.
- 49 IDEM libro uicensimo septimo quaestionum. Si testamento liberatum debi- B. 26, 1, 49 *P* torem heres omittat, fideiussorem autem eius conueniat, proderit exceptio doli fideiussori 1 propter || improbitatem heredis, quae prodesse reo debuerat, si conueniretur. Ex duobus *f. 342* fideiussoris heredibus si per errorem alter solidum exsoluat, quidam putant habere eum 20 conditionem et ideo manere obligatum coheredem: cessante quoque conditione durare obligationem coheredis probant propterea, quod creditor, qui, dum se putat obligatum, partem ei, qui totum dedit, exsoluerit, nullam habebit conditionem. quod si duo fideius- sores accepti fuerint uerbi gratia in uiginti et alter ex duobus heredibus alterius fideiussoris totum creditori exsoluerit, habebit quidem decem, quae ipso iure non debuit, conditionem: 25 an autem et alia quinque milia repetere possit, si fideiussor alter soluendo est, uidendum est: ab initio enim heres fideiussoris sine heredes ut ipse fideiussor audiendi sunt, ut scilicet pro parte singuli fideiussores qui<sup>2</sup> sunt conueniantur. seuerior<sup>3</sup> et utilior est in utroque casu illa sententia solutionem non indebitae quantitatis non debere reuocari, quod 2 etiam epistula diui Pii significatur in persona fideiussoris, qui totum exsoluerat. Quaesitum 30 est, an fideiussor, qui 'Capuae pecuniam se daturum' Romae promisit, si reus promittendi Capuae esset, statim conueniri possit. dixi non magis fideiussorem confestim teneri, quam si ipse Capuae spondidisset, cum reus adhuc Capuam peruenire non potuisset: nec ad rem pertinere, quod hoc latere nemo dubitet nondum fideiussorem teneri, quia nec ipse reus promittendi teneretur. nam e contrario quoque si quis responderit, quoniam debitor 35 Capuae sit, fideiussorem confestim teneri non habita ratione taciti proprii temporis, euenturum, ut eo casu fideiussor conueniatur, quo debitor ipse, si Romae fuisset, non conueniretur. itaque nobis placet fideiussoriam obligationem condicionem taciti temporis ex utriusque persona recipere tam rei promittendi quam ipsius fideiussoris, quoniam aliud respondentibus contra iuris formam in duriorem condicionem acceptus intelletur. 40
- 50 IDEM libro trigensimo septimo quaestionum. Debitori creditor pro parte B. 26, 1, 50 *P* heres extitit accepto coherede fideiussore: quod ad ipsius quidem portionem attinet, obligatio ratione confusionis intercidit aut (quod est uerius) solutionis potestate: sed pro parte coheredis obligatio salua est non fideiussoria, sed hereditaria, quoniam maior tollit minorem. 45

*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> si non est reus obligatus *del. aut scr.* quia non est reus obligatus (*cf. D. 45, 1, 132, 1*)  
<sup>2</sup> soluendo *ins.*    <sup>3</sup> sed uerior (*u. i.*)?

3 nono *om. F<sup>1</sup>* 5 peculiari *F<sup>3</sup>* 6 si non est] *FX<sup>1</sup>*, suo nomine *X<sup>2</sup>YMOG*: suo nomine *post* tenebitur *ins. X<sup>6</sup>* 10 potuerit *F<sup>2</sup>* 11 obligationis 'in' integrum *F<sup>2</sup>* | alteri] onus alteri *F<sup>2</sup>* 16 dare *F*: ΔΟΘΗΝΑΙ *B* 21 con-

dictionis *F<sup>1</sup>* 26 quinque 'milia' repetere *F<sup>2</sup>* 28 seuerior] *F*, sed uerior *XYMOG* 29 illa 'm' sententia 'm' solutionem *F<sup>2</sup>* 31 capuae *F* 32 capuae *F* 33 capuae *F* | capuam *F* 36 capuae *F* 37 fuisse't' *F<sup>2</sup>* | non] con *F<sup>6</sup>*

- 51 IDEM libro tertio responsorum. Inter eos fideiussores actio diuidenda est, B. 26, 1, 51 P qui solidum et partes uiriles fide sua esse iusserunt. diuersum erit uerbis ita conceptis: 'solidum aut partem uirilem fide tua esse inbes?' tunc enim ab initio non nisi uiriles partes 1 singulos debere conueniet<sup>1</sup>. Fideiussor, qui partem pecuniae suo nomine uel rei promittendi soluit, quo minus residui diuisione facta portionis iudicium accipiat, recusare non 5 debet: eam enim quantitatem inter eos qui soluendo sunt diuidi conuenit, quam litis tempore singuli debent. sed humanius est, si et alter soluendo sit litis contestationis tempore, 2 per exceptionem ei qui soluit succurri. Duo rei promittendi separatim fideiussores dederunt: inuitus creditor inter omnes fideiussores actiones diuidere non cogitur, sed inter eos 3 dumtaxat, qui pro singulis interuenerunt. plane si uelit actionem suam inter ¶ omnes diuidere, non erit prohibendus, non magis quam si duos reos pro partibus conueniret. Creditor pignus distrahere non cogitur, si fideiussorem simpliciter acceptum omisso pignore 4 uelit conuenire. Cum inter fideiussores actione diuisa quidam post litem contestatam soluendo esse desierunt, ea res ad onus eius qui soluendo est non pertinet, nec auxilio defenditur 5 aetatis actor: non enim deceptus uidetur iure communi usus. Bonis damnati fideiussoris fisco uindicatis inter fideiussores actio postea si diuidi coeperit, ut heredis, ita fisci rationem haberi oportet.
- 52 IDEM libro undecimo responsorum. Amisi ruina pignoris damnum tam fidei- B. 26, 1, 52 P iussoris quam rei promittendi periculum spectat, nec ad rem pertinebit, si fideiussor ita sit acceptus: 'quanto minus ex pretio pignoris distracti seruari potuerit': istis enim uerbis 1 etiam totum contineri conuenit. Inter fideiussores actione diuisa condemnatus si desierit esse soluendo, fraus uel segnitia tutoribus, qui indicatum persequi potuerunt, damnum dabit: quod si diuisam actionem inter eos, qui non erant soluendo, constabit, pupilli nomine 2 restitutionis auxilium implorabitur. Fideiussores a colonis datos etiam ob pecuniam dotis praediorum teneri conuenit, cum ea quoque species locationis uinculum ad se trahat: 3 nec mutat, confestim an interiecto tempore fidem suam adstrinxerunt. Plures eiusdem pecuniae credendae mandatores, si unus iudicio eligatur, absolute quoque secuta non liberantur, sed omnes liberantur pecunia soluta.
- 53 IDEM libro quinto decimo responsorum. Capitis postulati fideiussores ex con- B. 26, 1, 53 P tractu citra ullam praescriptionem a creditore, qui reum postulauit, recte conueniuntur. 30
- 54 PAULUS libro tertio quaestionum. Si in pignore contrahendo deceptus sit B. 26, 1, 54 P creditor, qui fideiussorem pro mutuo accepit, agit contraria pigneraticia actione, in quam actionem ueniet quod interest creditoris. sed ea actio fideiussorem onerare non poterit: 34 non enim pro pignore, sed pro pecunia mutua fidem suam obligat.
- 55 IDEM libro undecimo quaestionum. Si ita stipulatus a Seio fuero: 'quantam B. 26, 1, 55 P pecuniam Titio quandoque credidero, dare spondes?' et fideiussores accepero, deinde Titio saepius credidero: nempe Seius in omnes summas obligatus est et per hoc fideiussores quoque, et id, quod ex bonis eius seruari potest, omnibus aequo iure proficere debet.
- 56 IDEM libro quinto decimo quaestionum. Si quis pro eo, qui libertus non B. 26, 1, 56 P esset et operas praestaturum se iurasset, fideiussor erit, non tenebitur. Item si filius a 40 patre uel seruus a domino stipuletur, nec fideiussor acceptus tenetur, quia non potest pro eodem et eidem esse obligatus. ex diuerso ergo patre a filio uel domino a seruo stipulato 2 fideiussor acceptus tenetur. Si nummos alienos quasi tuos mutuos dederis sine stipulatione, nec fideiussorem teneri Pomponius ait. quid ergo, si consumptis nummis nascatur condictio? puto fideiussorem obligatum fore: in omnem enim causam acceptus uidetur, 45 3 quae ex ea numeratione nasci potest. Pro furti actione fideiussor accipi potest: item pro eo, qui ¶ in legem Aquilianam commisit. diuersa causa est popularium actionum. f. 343

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> conuenit?

8 succurrit' duo F<sup>2</sup> 19 si om. F<sup>2</sup> 21 actione's diuisa F<sup>2</sup> 24 ob pecuniam dotis praediorum] και επι ταϊς ενθηκαις του εγρου

B (Anon.) 30 postulabit F 34 obliget F: ενθηγυκατο B (Anon.) 43 dederit F<sup>2</sup>

- 57 SCABUOLA libro octavo decimo quaestionum. Fideiussor, antequam reus debeat, conueniri non potest. [B. 26, 1, 57] P
- 58 PAULUS libro uicensimo secundo quaestionum. Si a colono stipulatus fideiussorem accepi, una stipulatio est plurium pensionum, et ideo in uniuersis pensionibus fideiussor tenetur. Cum facto suo reus principalis obligationem perpetuat, etiam fideiussoris durat obligatio, ueluti si moram fecit in Stichio soluendo et is decessit. [B. 26, 1, 58] P
- 59 IDEM libro quarto responsorum. Paulus respondit fideiussorem, in quem pignora a confideiussoribus data translata sunt, non emptoris loco substitutum uideri, sed eius qui pignora accepit, et ideo rationem fructuum et usurarum haberi oportere. [B. 26, 1, 59] P
- 60 SCABUOLA libro primo responsorum. Uicumque reus ita liberatur a creditore, ut natura debitum maneat, generi fideiussorem respondit: cum uero genere nouationis transeat obligatio, fideiussorem aut iure aut exceptione liberandum. [B. 26, 1, 60] P
- 61 PAULUS libro quinto decimo responsorum. Si, ut proponitur, cum pecunia mutua daretur, ita conuenit, ut in Italia solueretur, intellegendum mandatorem quoque simili modo contraxisse. [B. 26, 1, 61] P
- 62 SCABUOLA libro quinto responsorum. Si fideiussor creditori denuntiauerit, ut debitorem ad soluendam pecuniam compelleret uel pignus distraheret, isque cessauerit, an possit eum fideiussor doli mali exceptione summonere? respondit non posse. [B. 26, 1, 62] P
- 63 IDEM libro sexto responsorum. Inter creditricem et debitorem pactum intercesserat, ut, si centum, quae mutua dederit, ubi primum petita fuissent, non soluerentur, ornamenta pignori data intra certum tempus liceret ei uendere et si quo minoris uenissent, quodque sortis uel usurarum nomine deberetur, id creditrici redderetur, et fideiussor acceptus est: quaesitum est, an fideiussor in uniuersam summam obligari potuerit. respondit secundum ea quae proponerentur teneri fideiussorem in id, quod minus ex pignoribus uenditis redactum esset. [B. 26, 1, 63] P
- 64 HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum. Fideiussor, qui minori uiginti quinque annis pecuniam optulit et in publico loco metu in integrum restitutionis consignatam deposuit, confestim experiri mandati poterit. [B. 26, 1, 64] P
- 65 IDEM libro sexto iuris epitomarum. Sicut reus principalis non alias, quam si de sua persona promittat, obligatur, ita fideiussores non alias tenentur, quam si se quid daturus uel facturus promittant: nam reum principalem daturum uel facturum aliquid frustra promittunt, quia factum alienum inutiliter promittitur. [B. 26, 1, 65] P
- 66 PAULUS libro primo ad Neratium. Si seruus alienus pro Titio fideiussit et soluit, liberatur Titius, si dominus mandati contra eum agere instituit: nam qui mandati agit, ratam habere solutionem uidetur. [B. 26, 1, 66] P
- 67 IDEM libro tertio ad Neratium. Exceptione, quae tibi prodesse debebat, usus iniuria iudicis damnatus es: nihil tibi praestabitur iure mandati, quia iniuriam, quae tibi facta est, penes te manere quam ad alium transferri aequius est, scilicet si culpa tua iniustae damnationis causam praebuisti. [B. 26, 1, 67. BS. 14, 1, 29 sch. 1] P
- 68 IDEM libro tertio decretorum. Fideiussores magistratum in poenam uel multam, quam non spondidissent, non debere conueniri decreuit. Pro Aurelio Romulo conductore uectigalis centum annua Petronius Thallus et alii fideiusserant: bona Romuli fiscus ut obligata sibi occupauerat et conueniebat fideiussores tam in sortem quam in usuras: qui deprecabantur. lecta subscriptione fideiussionis, quoniam in sola centum annua se obligauerant, non in omnem conductionem, decreuit fideiussores in usuras non teneri, sed quidquid ex bonis fuisset redactum, prius in usuras cedere, reliquum in sortem, et ita in id quod defuisset fideiussores conueniendos exemplo  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> quodque] quam quod (edd.)?

8 a om. F<sup>1</sup> 17 soluendum F<sup>2</sup> 20 ut 'si' F<sup>2</sup> |  
fuisset F<sup>2</sup> 22 id creditrici redderetur om. F<sup>2</sup> |  
23 obligari] publicari F<sup>2</sup> 28 mandatu F<sup>1</sup>

30 qua 'm' si F<sup>21</sup> 31 promittant F<sup>4</sup> 36 pro-  
desse debebat usus iniuria iudicis damnatus es  
(est altero loco) nihil tibi bis F<sup>1</sup> 39 iniustae F<sup>2</sup>

- 2 pignorum a creditore distractorum. Non possunt conueniri fideiussores liberato reo (Ep.) transactione.
- 69 TRYPHONINUS libro nono disputationum. Tutor datus eius filio, cui ex fide- [B. 26, 1, 69] P iussoria causa obligatus erat, a semet ipso exigere debet, et quamuis tempore liberatus erit, tamen tutelae iudicio eo nomine tenebitur, item heres eius, quia cum eo ob tutelam, 5 non ex fideiussione agitur. et quamuis non quasi fideiussor, sed quasi tutor soluerit, etiamsi tempore liberatus est, mandati actionem eum habere aduersus reum promittendi dixi. haeret enim in utraque causa adhuc illius debiti persecutio, nam eius solutione liberauit reum promittendi obligatione, in quam pro eo fideiusserat, et non titulus actionis, sed debiti causa respicienda est. licet enim is tutor, qui fideiussor apud pupillum pro reo est obli- 10 gatus, <sup>1</sup> soluit se auctore pupillo, quia reo promittendi liberato et ipse tutor idemque fideiussor liberabitur, quod sua auctoritate efficere non potest, tamen et <sup>2</sup> si non pro se soluendi animo, sed pro Titio fecit, ut maxime eum liberet, habebit cum eo mandati actionem. 14
- 70 GAIUS libro primo de uerborum obligationibus. Si a reo sub condicione [B. 26, 1, 70] P fuero stipulatus, potero fideiussorem et in hanc et in aliam condicionem obligare, si modo eas coniungam: nisi enim utraque extiterit, non tenebitur, cum reus ex una condicione teneatur. quod si eas disiungam, durior fit condicio fideiussoris nec ob id obligatur: quippe siue communis utriusque condicio extiterit siue alterutra, uideatur adprehendi, cum reus non aliter teneatur, quam si communis extiterit: aut igitur nullo modo tenebitur fideiussor, 20 1 aut, quod magis est, tenebitur, si prius extiterit communis. Sub diuersis quoque condicione- nibus si fuerint interrogati, interest, utra eorum prior extiterit. si reo iniuncta, tenebitur etiam fideiussor, cum condicio eius extiterit, tamquam si statim ab initio reus pure, fidei- iussor sub condicione acceptus esset. ex diuerso autem, si fideiussoris condicio prior ex- titerit, non tenetur, perinde ac si statim ab initio pure acceptus esset reo sub condicione 25 2 obligato. Si reo in fundum obligato fideiussor in usum fructum accipiat, quaesitum est, utrum obligetur fideiussor quasi in minus, an non obligetur quasi in aliud. nobis in eo uidetur dubitatio esse, usus fructus pars rei sit an proprium quiddam: sed cum usus fructus 3 fundi ius est, in ciuile est fideiussorem ex sua promissione non teneri. Adeo a seruo potest 34 3 fideiussor accipi, ut ipse quoque dominus in id, quod sibi debetur, fideiussorem ab eo recte 39 4 accipiat: quem fideiussorem etiam ab eo ipso seruo interrogari nihil impedit. Si a furioso stipulatus fueris, non posse te fideiussorem accipere certum est, quia non solum ipsa stipulatio nulla intercessisset, sed ne negotium quidem ullum gestum intellegitur. quod si pro 5 furioso iure obligato fideiussorem accepero, tenetur fideiussor. Id quod uolgo dictum est maleficiorum fideiussorem accipi non posse non sic intellegi debet, ut in poenam furti ia, 35 cui furtum factum est, fideiussorem accipere non possit (nam poenas ob maleficia solui magna ratio suadet), sed ita potius, ut qui cum alio cum <sup>3</sup> quo furtum admisit, in par- tem, quam ex furto sibi restitui desiderat, fideiussorem obligare non possit, et qui alieno hortatu ad furtum faciendum prouectus est, ne in furti poena ab eo qui hortatus est fideiussorem accipere possit. in quibus casibus illa ratio impedit fideiussorem obligari, 40 quia scilicet in nullam rationem adhibetur fideiussor, cum <sup>4</sup> flagitiosae rei societas coita nullam uim habet.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> non recte pro se *ins.*    <sup>2</sup> et *del.* (*edd.*)    <sup>3</sup> cum *del.*    <sup>4</sup> scilicet in nullam rationem adhibetur fideiussor cum *del.*

4 sem'et ipso F<sup>2</sup> 6 fideiussione F<sup>2</sup> 8 u'tra- que F<sup>2</sup> | liberabit F<sup>2</sup> 10 reo F<sup>2</sup> 11 auc- tore] auctore F<sup>2</sup> | ip's'e F<sup>2</sup> 12 a'u'ctori- tate F<sup>2</sup> 15 condicione'm' fuero F<sup>2</sup> 21 tene- bitur] ita tenebitur F<sup>2</sup> 27 nobis] nouis F<sup>2</sup> 28 quid'd'am F<sup>2</sup> 30 ab eo recte accipiat quem fideiussorem *om.* F<sup>2</sup> 35 poena'm's F<sup>2</sup> 37 ut qui (quis O) cum (illo *ins.* M<sup>2</sup>) alio

cum quo (al. deest cum quo *supra* u. O)]  
 FXYMOC: ἵνα ὁ μετὰ τινος κλέψας μὴ δύνη-  
 ται λαβεῖν ἐγγυήτην ἐπὶ τῷ ἀρμόζοντι αὐτῷ  
 μέρει τῆς κλοπῆς B (Anon.) 40 in quibus  
 casibus ... 41 habet] δοκεῖ γάρ και ἄλλως ὁ  
 ἐγγυήτης προσλαμβάνεσθαι, ἐπειδὴ ἀτόπου πράγ-  
 ματος οὐκ ἔστι κοινωνία B (Anon.)

- 71 PAULUS libro quarto quaestionum. Granius Antoninus pro Iulio<sup>1</sup> Pollione [B. 26, 1, 71] P<sup>o</sup> et Iulio Rufo pecuniam mutuam accipientibus, ita ut duo rei eiusdem debiti fuerint, apud Aurelium Palmam mandator exstitit: Iulii bona ad fiscum uenerunt: similiter et creditori fiscus successerat. mandator allegabat se liberatum iure confusionis, quia fiscus tam creditori quam debitori successerat. et quidem si unus debitor fuisset, non dubitabam sicut 5 fideiussorem, ita et mandatorem liberatum esse: quamuis enim iudicio conuento principali debitore mandator non liberetur, tamen ubi successit creditor debitori, ueluti solutionis iure sublata obligatione etiam mandator liberatur, uel quia non potest pro eodem apud eundem quis mandator esse. sed cum duo rei promittendi sint et alteri heres extitit creditor, iusta dubitatio est, utrum alter quoque liberatus est, ac si soluta fuisset pecunia, an 10 persona tantum exempta confusa obligatione. et puto aditione hereditatis confusione obligationis eximi personam: sed et accessiones ex eius persona liberari propter illam rationem, quia non possunt pro eodem apud eundem obligati esse, ut quemadmodum incipere alias non possunt, ita nec remaneant. igitur alterum reum eiusdem pecuniae non liberari et per hoc nec fideiussorem uel mandatorem eius. plane quia is mandati iudicio eligere 15 potest uel creditorem, competituram ei exceptionem doli mali, si coeperit conueniri. cum altero autem reo uel in solidum, si non fuerit societas, uel in partem, si socii fuerunt, posse creditorem agere. quod si creditor fideiussori heres fuerit uel fideiussor creditori, puto conuenire 1 uenire confusione obligationis non liberari reum. Si ponamus unum ex [BS. 11, 1, 21 sch. 10] reus promittendi pactum esse, ne a se peteretur, deinde mandatorem soluisse: mandati iudicio conuenire potuit etiam eum, cum quo pactum est: non enim pactum creditoris tollit 2 alienam actionem. Placet mandatorem teneri etiam si faeneraturo creditori mandat [BS] pecuniam credere.
- 72 GAIUS libro tertio de uerborum obligationibus. Si fideiussori sub condicione [B. 26, 1, 72] P | obligato 'si nauis ex Asia uenerit', quem sub hoc modo accepi, ut usque ad tempus f. 344' uitae suae dumtaxat obligaretur, pendente condicione acceptum latum fuerit et is fideiussor 26 adhuc pendente condicione mortuus fuerit: confestim a reo petere possum, quia existens condicio neque obligationem in personam iam mortui efficere neque acceptilationem confirmare possit.
- 73 PAULUS libro septuagesimo sexto ad edictam. Cum procurator in rem agebat, cautionem dederat ratam rem dominum habiturum: postea uicto eo dominus reuersus 31 iterum de eadem re agitabat, et cum reus haberet possessionem, et<sup>2</sup> noluit eam restituere et ideo magno condemnatus est: in amplius fideiussores non tenentur: hoc enim non debet imputari fideiussoribus, quod ille propter suam poenam praestitit.

## II.

35

## R DE NOUATIONIBUS ET DELEGATIONIBUS R

SEP

- 1 ULPIANUS libro quadragesimo sexto ad Sabinum. Nouatio est prioris debiti [B. 26, 4, 1] S<sup>o</sup> in aliam obligationem uel ciuilem uel naturalem transfusio atque translatio, hoc est cum ex precedenti causa ita noua constituatur, ut prior perematur. nouatio enim a nouo 1 nomen accepit et a noua obligatione. Illud non interest, qualis processit<sup>3</sup> obligatio, utrum 40 naturalis an ciuilis an honoraria, et utrum uerbis an re an consensu: qualiscumque igitur obligatio sit, quae praecessit, nouari uerbis potest, dummodo sequens obli- [Ep. 2 sch. 8] gatio aut ciuilliter teneat aut naturaliter: ut puta si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> Iunio uel simile quid scr. (cf. u. 3)    <sup>2</sup> et] uictus?    <sup>3</sup> praecessit (edd.)?

3 exstiterit F | uenierunt F    4 successerat    raturato creditori] F, fenerator hoc creditori  
 'et quidem si unus debitor' mandator F<sup>1</sup>    XYMOG, μέλλοντι μοι δανείζειν B (Anon.)  
 12 accessionis F<sup>2</sup>    14 remanea'n't F<sup>2</sup>    26 uita'e su'ae F<sup>2</sup>    39 causa 'a' ita F<sup>2</sup>  
 18 puto bis F<sup>1</sup>    19 unu's'm F<sup>1</sup>    22 faene-    40 nome'm'n F<sup>1</sup>



- 2 'IDEM libro quadragesimo octauo ad Sabinum. Omnes res transire in noua- B. 26, 4, 2 S\*  
tionem possunt: quodcumque enim siue uerbis contractum est siue non uerbis, nouari  
potest et transire in uerborum obligationem ex quacumque obligatione, dummodo sciamus  
nouationem ita demum fieri, si hoc agatur, ut nouetur obligatio: ceterum si non hoc agatur,  
duae erunt obligationes. 5
- 3 POMPONIUS libro primo ad Sabinum. Cui bonis interdictum est, nouare obli- B. 26, 4, 3 S  
gationem suam non potest, nisi meliorem suam condicionem fecerit.
- 4 ULPIANUS libro quinto ad Sabinum. Si usus fructus debitorem meum dele- B. 26, 4, 4 S  
gauero tibi, non nouatur obligatio mea: quamuis exceptione doli uel in factum tutus de-  
beat esse aduersus me is qui delegatus fuerit, et non solum donec manet ei usus fructus 10  
cui delegaui, sed etiam post interitum eius: uidebimus<sup>1</sup> quia etiam hoc incommodum sentit,  
si post mortem meam maneat ei usus fructus. et haec eadem dicenda sunt in qualibet  
obligatione personae cohaerenti.
- 5 IDEM libro trigensimo quarto ad Sabinum. In diem obligatio nouari potest B. 26, 4, 5 S  
et prius quam dies aduenerit. et generaliter constat et stipulatione in diem facta noua- 15  
tionem contingere, sed non statim ex ea stipulatione agi posse, antequam dies uenerit.
- 6 IDEM libro quadragesimo sexto ad Sabinum. Si ita fuero stipulatus: 'quanto B. 26, 4, 6 S  
'minus a Titio debitore exegissem, tantum fideiubes?', non fit nouatio, quia non hoc agitur,  
1 ut nouetur. Cum pecuniam mutuum dedit quis sine stipulatione et ex continenti fecit sti-  
pulationem, unus contractus est. idem erit dicendum et si ante stipulatio facta est, mox 20  
pecunia numerata sit.
- 7 POMPONIUS libro uicesimo quarto ad Sabinum. Cum enim pecunia mutua B. 26, 4, 7 S l. 2  
data stipulamur, non puto obligationem numeratione nasci et deinde eam stipulatione  
nouari, quia id agitur, ut sola stipulatio teneat, et magis implendae stipulationis gratia  
numeratio intellegenda est fieri. 25
- 8 ULPIANUS libro quadragesimo sexto ad Sabinum. Si Stichum dari stipulatus B. 26, 4, 8 S  
fuerim et, cum in mora promissor esset, quo minus daret, rursus eundem stipulatus fuero,  
1 desinit periculum ad promissorem pertinere quasi mora purgata. Legata uel fideicommissa  
si in stipulationem fuerint deducta et hoc actum, ut nouetur, fiet nouatio, si quidem pure  
uel in diem fuerint relicta, statim, si uero sub condicione, non statim, sed ubi condicio 30  
extiterit. nam et alias qui in diem stipulatur, statim nouat, si hoc actum est, cum certum  
sit diem quandoque uenturum: at qui sub condicione stipulatur, non statim<sup>2</sup> nouat, nisi  
2 condicio extiterit. Si quis ita stipulatus a Seio sit: 'quod a Titio stipulatus fuero, dare  
'spondes?', an, si postea a Titio stipulatus sim, fiat nouatio solusque teneatur Seius? et  
ait Celsus nouationem fieri, si modo id actum sit, ut nouetur, id est ut Seius debeat quod 35  
Titius promissit: nam eodem tempore et impleri prioris stipulationis condicionem et nouari  
3 ait, eoque iure utimur. Idem Celsus ait iudicatum solui stipulatione actionem indicati  
non nouari, merito, quia hoc solum agitur ea stipulatione, ut fideiussoribus cautum sit,  
4 non ut ab obligatione indicati discedatur. Si decem, quae mihi Titius debet, aut decem,  
quae Seius debet, a Tertio stipulatus fuero, putat Marcellus neutrum liberari, sed Tertium 40  
5 eligere posse, pro quo decem soluere uelit. Si ab alio promissam sibi dotem maritus ab  
uxore dotis nomine stipulatus sit, non duplari dotem, sed fieri nouationem placet, si hoc  
actum est: quid enim interest, ipsa an alius quilibet promittat? quod enim ego debeo si  
alius promittat, liberare me potest, si nouationis causa hoc fiat: si autem non nouandi  
animo hoc interuenit, uterque quidem tenetur, sed altero soluente alter liberatur. non 45

F(XYMOG)

<sup>1</sup> uidebimus] uidelicet?    <sup>2</sup> statim del.

4 ut nouetur ... agatur om. F<sup>1</sup> 9 nouetur F:  
οὐ μεταφέρεται ἢ ἐνοχὴ μου B (Anon.) 10 ei]  
eius F<sup>2</sup>: ἐφ' ὅσον ἢ χρεὶς ἐστὶν παρὰ τῷ ἐπε-  
ρωτήσαντι B (Anon.) 11 eius 'q' uidebimus F<sup>2</sup>  
15 et stipulatione ... 16 contingere] καὶ ὑπὸ  
ἡμέραν γίνεται ἐνοχὴς μετάθεσις B (Anon.)

23 stipul'e amur F<sup>1</sup> 27 mora'm' prom. F<sup>1</sup>  
33 fuero ... 34 stipulatus om. F<sup>2</sup> 37 sti-  
pulatione actionem] quasi esset stipulationem  
actione, uertunt B (Anon.): οὐ μεταφέρεται  
ἢ ... ἰκανοδότης διὰ τῆς ἐψηφισμένης καταδίκης  
39 michi F

tamen si quis stipuletur quod mihi debetur, aufert mihi actionem, nisi ex uoluntate mea stipuletur: liberat autem me is qui quod debeo promittit, etiamsi nolim.

- 9 IDEM libro quadragesimo septimo ad Sabinum. Si pupillus sine tutoris B. 26, 4, 9 S auctoritate rem saluam fore stipulatus pubes factus ratam stipulationem habuerit nouandi causa, tollitur tutelae actio. si non habuerit ratum, licet tutelae egisset, habet tamen ad- 5 huc ex stipulatu actionem: sed iudex tutelae non aliter condemnare debet, quam si ex 1 stipulatione liberatio fieret. Qui sub condicione stipulatur, quae omnimodo exstatura est, 2 pure uidetur stipulari. Qui actum stipulatur, deinde iter, nihil agit: item usum fructum stipulatus si usum stipuletur, nihil agit. sed qui iter stipulatus actum postea stipuletur, aliud magis stipulatur: aliud est enim iter, aliud actus. 10
- 10 PAULUS libro undecimo ad Sabinum. Cui recte soluitur, is etiam nouare B. 26, 4, 10 S potest, excepto eo, si mihi aut Titio stipulatus sim: nam Titius nouare non potest, licet recte ei soluitur.
- 11 ULPIANUS libro uicensimo septimo ad edictum. Delegare est uice sua alium B. 26, 4, 11 S 1 reum dare creditori uel cui insserit. Fit autem delegatio uel per stipulationem uel per 15 litis contestationem.
- 12 PAULUS libro trigensimo primo ad edictum. Si quis de- B. 26, 4, 12. BS. 29, 1, 74 sch. 14 S f. 345' legauerit debitorem, qui doli mali exceptione tueri se posse sciebat, similis<sup>1</sup> uidebitur ei qui donat, quoniam remittere exceptionem uidetur. sed si per ignorantiam promiserit creditori, nulla quidem exceptione aduersus creditorem uti poterit, quia ille suum recepit: 20 sed is qui delegauit tenetur condicione uel incerti, si non<sup>2</sup> pecunia soluta esset, uel certi, si soluta esset, et ideo, cum ipse praestiterit pecuniam, aget mandati iudicio.
- 13 ULPIANUS libro trigensimo octauo ad edictum. Si non debitorem quasi de- B. 26, 4, 13 S bitorem delegauero creditori meo, exceptio locum non habebit, sed condictio aduersus eum qui delegauit competit. 25
- 14 IDEM libro septimo disputationum. Quotiens quod pure debetur, nouandi B. 26, 4, 14 S causa sub condicione promittitur, non statim fit nouatio, sed tunc demum, cum condicio extiterit. et ideo si forte Stichus fuerit in obligatione et pendente condicione decesserit, nec nouatio continget, quia non subest res eo tempore, quo condicio impletur. unde Mar- cellus et si post moram Stichus in condicioalem obligationem de- cf. Marc. D. 46, 3, 73, 1 30 1 ductus sit, purgari moram nec in sequentem deduci obligationem putat. Sed si quod sub condicione debetur, pure quis nouandi causa stipuletur, nec nunc quidem statim nouat, licet pura stipulatio aliquid egisse uideatur, sed tunc nouabit, cum extiterit condicio: etenim existens condicio primam stipulationem committit commissamque in secundam trans- fert. et ideo si forte persona promissoris pendente condicione fuerit deportata, Marcellus 35 scribit ne quidem existente condicione ullam contingere nouationem, quoniam nunc, cum extitit condicio, non est persona quae obligetur.
- 15 IULIANUS libro tertio decimo digestorum. Si creditor poenam stipulatus B. 26, 4, 15 S fuerat, si ad diem pecunia soluta non esset, nouatione facta non committitur stipulatio.
- 16 FLORENTINUS libro octauo institutionum. Sernus nec peculiarem quidem B. 26, 4, 16 S obligationem citra uoluntatem domini nouare potest, sed adicit potius obligationem quam 41 1 pristinam nouat.
- 17 ULPIANUS libro octauo ad edictum. Delegare scriptura uel nutu, ubi fari B. 26, 4, 17 E non potest, debitorem suum quis potest.

F(XYMOO)

<sup>1</sup> is *im.*    <sup>2</sup> nondum?

1 quod michi F 10 aliu'd' F<sup>2</sup> | stipulamur F<sup>2</sup>  
12 sim] sit F<sup>2</sup> 17 si quis ... 18 sciebat] εἶλον  
ὁ ΓΙΝΩΣΚΩΝ ἔχειν ΠΑΡΑΓΡΑΦΗΝ ἄντ' ἄλλου ὑπεύ-  
θυνος ΔΟΘῆ B (Anon.) 21 condicione F  
22 et ideo ... mandati iudicio] καὶ (ἔχει ὁ  
δοθεῖς) τὴν ἐπὶ τῷ ΜΑΝΔΑΤῷ ΔΕΥΩΓΗΝ B (Anon.)  
quae interpretatio si uera esset, uerba et ideo

stare non posse apparet: at tu ea ne sollicita,  
sed intellege eum qui delegarit debitorem ex-  
ceptione defensum, cum ipse fideiussor sit, man-  
dati agere posse eo casu, quo delegato debitori  
pecuniam ab ipso solutam praestiterit 30 de-  
ductus ... 31 obligationem om. F<sup>2</sup> 34 se-  
cunda F 37 qu'a'e F<sup>2</sup>

- 18 PAULUS libro quinquagensimo septimo ad edictum. Nouatione legitime facta [B. 26, 4, 18] E  
liberantur hypothecae et pignus, usurae non currunt.
- 19 IDEM libro sexagensimo nono ad edictum. Doli exceptio, quae poterat de- [B. 26, 4, 19] E  
leganti opponi, cessat in persona creditoris, cui quis delegatus est. idemque est et in  
ceteris similibus exceptionibus, immo et in ea, quae ex senatus consulto filio familias dat-  
tur: nam aduersus creditorem, cui delegatus est ab eo, qui mutuam pecuniam contra  
senatus consultum dederat, non utetur exceptione, quia nihil in ea promissione contra se-  
natus consultum fit: tanto magis, quod hic nec solutum repetere potest. diuersum est in  
muliere, quae contra senatus consultum promisit: nam et in secunda promissione inter-  
cessio est. idemque est in minore, qui circumscriptus delegatur, quia, si etiamnunc minor 10  
est, rursus circumuenitur: diuersum, si iam excessit aetatem uiginti quinque annorum,  
quamuis adhuc possit restitui aduersus priorem creditorem. ideo autem denegantur ex-  
ceptiones aduersus || secundum creditorem, quia in priuatis contractibus et pactionibus non  
facile scire petitor potest, quid inter eum qui delegatus est et debitorem actum est aut,  
etiamsi sciat, dissimulare debet, ne curiosus uideatur: et ideo merito denegandum est ad-  
uersus eum exceptionem ex persona debitoris. 15
- 20 IDEM libro septuagensimo secundo ad edictum. Nouare possumus aut ipsi, [B. 26, 4, 20] E  
1 si sui iuris sumus, aut per alios, qui uoluntate nostra stipulantur. Pupillus sine tutoris  
auctoritate non potest nouare: tutor potest, si hoc pupillo expediat: item procurator  
omnium bonorum. 20
- 21 POMPONIUS libro primo ex Plautio. Si debitorem meum iussero tibi sol- [B. 26, 4, 21] E  
uere, non statim tu etiam stipulando id nouare possis, quamuis debitor soluendo tibi  
liberaretur. 20
- 22 PAULUS libro quarto decimo ad Plautium. Si quis absente me a debitore [B. 26, 4, 22] E  
meo stipulatus est nouandi animo, ego postea ratum habuero, nouo obligationem. 25
- 23 POMPONIUS libro tertio ex Plautio. Filius patris actionem ignorante eo [B. 26, 4, 23] E  
nouare non potest.
- 24 IDEM libro quinto ex Plautio. Nouatio non potest contingere ea stipulatione, [B. 26, 4, 24] E  
quae non committitur. nec huic contrarium est, quod, si stipulatus a Titio fuero nouandi  
animo sub condicione, quod mihi Sempronius debet, et pendente condicione Titius dece-  
serit, quamuis ante aditam hereditatem condicio exstiterit, nouatio fieret: hic enim morte  
promissoris non extinguitur stipulatio, sed transit ad heredem cuius personam interim  
hereditas sustinet. 30
- 25 CELSUS libro primo digestorum. Non ideo nouare ueterem obligationem [B. 26, 4, 25] E  
quisquam recte potest, quod interdum recte ei soluitur: nam et his, qui in nostra potestate  
sunt, quod ab his creditum est recte interdum soluitur, cum nemo eorum per se nouare  
priorem obligationem iure possit. 35
- 26 IDEM libro tertio digestorum. Si is, cui decem Titius, quindecim Seius de- [B. 26, 4, 26] E  
bebat, ab Attio stipulatus est quod ille aut quod ille debeat, dari sibi, nouatum utrumque  
non est, sed in potestate Attii est, pro quo uelit soluere et eum liberare. fingamus autem  
ita actum, ut alterutrum daret: nam alioquin utrumque stipulatus uidetur et utrumque no-  
uatum, si nouandi animo hoc fiat.
- 27 PAPINIANUS libro tertio responsorum. Emptor cum delegante uenditore pe- [B. 26, 4, 27] E  
cuniam ita promittit: 'quidquid ex uendito dare facere oportet', nouatione secuta usuras  
neutri post insecuti temporis debet. 35
- 28 IDEM libro secundo definitionum. Fundum Cornelianum stipulatus quanti [B. 26, 4, 28] E  
fundus est postea stipulor: si non nouandi animo secunda stipulatio facta est, cessat no-  
F(XYMOC)

1 quin'tuagesimo F<sup>2</sup> 8 post fit ins. repe-  
tere potest X<sup>2</sup>? (ubi mox pro iisdem uerbis  
est tantummodo est), et ideo quod soluerit  
non potest repetere (repetere non potest X<sup>2</sup>,  
non repetere potest M) X<sup>2</sup>Y (ubi u. fit... non

potest *suppleuit* m. 2) M 9 muliere'm' quae F<sup>2</sup>  
25 hab'u'ero F<sup>2</sup> 28 ea stipulatione] et ἐνε-  
ρωτῆσιως B (Anon.) 30 quod mihi sempro-  
nius debet et pendente condicione om. F<sup>2</sup>  
31 h'u'ic F<sup>2</sup>

natio: secunda uero stipulatio tenet, ex qua non fundus, sed pecunia debetur. itaque si reus promittendi fundum soluat, secunda stipulatio iure non tollitur, nec si litem actor ex prima contestetur. denique meliore uel deteriore facto sine culpa debitoris postea fundo praesens aestimatio fundo petito recte consideretur<sup>1</sup>, in altera uero ea aestimatio uenit, quae secundae stipulationis tempore fuit.

- 9 PAULUS libro uicesimo quarto quaestionum. Aliam causam esse nouationis [B. 26, 4, 29] P uoluntariae, aliam iudicii accepti multa exempla ostendunt. perit priuilegium dotis et tutelae, si post diuortium dos in stipulationem deducatur uel post pubertatem tutelae actio nouetur, si id specialiter actum est: quod || nemo dixit lite contestata: neque enim dete- f. 346<sup>1</sup> riores causam nostram facimus actionem exercentes, sed meliorem, ut solet dici in his 10 actionibus, quae tempore uel morte finiri possunt.
- 10 IDEM libro quinto responsorum. Paulus respondit, si creditor a Sempronio [B. 26, 4, 30] P nouandi animo stipulatus esset ita, ut a prima obligatione in uniuersum discederetur, rursum easdem res a posteriore debitore sine consensu prioris obligari non posse. 14
- 1 UENULEIUS libro tertio stipulationum. Si rem aliquam dari stipulatus sum, [B. 26, 4, 31] P deinde eandem sub condicione nouandi animo ab eodem stipuler, manere oportet rem in rebus humanis, ut nouationi locus sit, nisi si per promissorem steterit, quo minus daret. ideoque si hominem mihi dare te oporteat et in mora fueris, quo minus dares, etiam defuncto eo teneris: et si, priusquam decederet, cum iam mora facta sit, eundem a te sub condicione stipulatus fuero et seruus postea decesserit, deinde condicio exstiterit, cum iam 20 ex stipulatu obligatus es mihi, nouatio quoque fiet. Si duo rei stipulandi sint, an alter ius nouandi habeat, quaeritur et quid iuris unusquisque sibi adquisierit. fere autem conuenit et uni recte solui et unum iudicium petentem totam rem in litem deducere, item unius acceptilatione peremi utrisque obligationem: ex quibus colligitur unumquemque perinde sibi adquisisse, ac si solus stipulatus esset, excepto eo quod etiam facto eius, cum 25 quo commune ius stipulantis est, amittere debitorem potest. secundum quae si unus ab aliquo stipuletur, nouatione quoque liberare eum ab altero poterit, cum id specialiter agit, eo magis cum eam stipulationem similem esse solutioni existimemus. alioquin quid dicemus, si unus delegauerit creditori suo communem debitorem isque ab eo stipulatus fuerit? aut mulier fundum<sup>2</sup> iusserit doti promittere uiro, uel nuptura ipsi doti eum promiserit<sup>3</sup>? 30 nam debitor ab utroque liberabitur.
- 2 PAULUS libro primo ad Neratium. Te hominem et Seium decem mihi dare [B. 26, 4, 32] P oportet: stipulor ab altero nouandi causa ita: 'quod te aut Seium dare oportet': utrumque nouatur. PAULUS: merito, quia utrumque in posteriorem deducitur stipulationem. 34
- 3 TRYPHONINUS libro septimo disputationum. Si Titius donare mihi uolens [B. 26, 4, 33] P delegatus a me creditori meo stipulanti spondit, non habebit aduersus eum illam exceptionem, ut quatenus facere potest condemnetur: nam aduersus me tali defensione merito utebatur, quia donatum ab eo petebam, creditor autem debitum persequitur.
- 4 GAIUS libro tertio de uerbis obligationibus. [B. 26, 4, 34. BS. 11, 1, 27 sch. 1. 5. Ep. 17, 55] P Dubitari non debet, quin filius seruusue, cui administratio peculii permissa est, nouandi 40 quoque peculiaria debita ius habeat, utique si ipsi stipulentur, maxime si etiam meliorem suam condicionem eo modo faciunt. nam si alium iubeant stipulari, interest, utrum donandi

F(XYMOG)

<sup>1</sup> desideratur?    <sup>2</sup> et sibi et alteri debentem *ins.* (u. i.)    <sup>3</sup> remisit?

4 praesens ... consideretur] ἐὰν ... ὁ ἀγρὸς ... ἀπαιτῆται, ἢ παροῦσα διατίμησις σκοπεῖται B (Anon.) 13 primo F<sup>1</sup> 17 per om. F<sup>o</sup> 23 et unum iudicium (sic FO<sup>o</sup>, iudicio XYMC, in iudicium O<sup>4</sup>) ... deducere] καὶ ἐνάγων ὁ εἰς πᾶσαν τὴν δίκην καταφέρει B (Anon.) 24 utrisque] utrisque M 28 cum] eum F<sup>1</sup> 30 aut mulier ... 31 liberabitur] ὤσπερ καὶ ὅτε γυνὴ σὺν ἐτέρῳ κεχρεωσμένη ἀγρὸν ποιήσει τὸν

χρεώστην δοῦναι τὸν ἀγρὸν ἐν προικί τῷ ἀνδρὶ, ἢ ἀγρῷ τῷ χρεώστῃ μέλλουσα γαμεῖσθαι εἶπη ἀγρῷ τὸν ἀγρὸν εἶχει ἐν προικί B (Anon.), unde aliquatenus quae propositi confirmantur, quamquam non nego interpretem haec addere potuisse re perspecta 32 et seium] idem Graeci: καὶ παρὰ Πέτρον B (Anon.) 36 cred. m<sup>o</sup> F<sup>1</sup> 42 interest ... p. 702, 1 stipulari om. F<sup>1</sup>

- animo aliam inbeant stipulari an ut ipsi filio seruoque negotium gerat: quo nomine etiam  
 1 mandati actio peculio acquiritur. Adgnatum furiosi aut prodigi curatorem no- (BS. Ep.)  
 2 uandi ius habere minime dabitandum est, si hoc furioso uel prodigo expediat. In summa  
 admonendi sumus nihil uetare una stipulatione plures obligationes nouari, ueluti si ita 4  
 stipulemur: 'quod Titium et Seium ꝑ mihi dare oportet, id dari spondes?' licet enim ex l. 347  
 diuersis causis singuli fuerant obligati, utrique tamen nouationis iure liberantur, cum utrius-  
 que obligatio in huius personam, a quo nunc stipulemur, conuolat.

## III.

## R DE SOLUTIONIBUS ET LIBERATIONIBUS R

SEAP

- 1 ULPIANUS libro quadragesimo tertio ad Sabinum. Quotiens quis debitor ex [B. 26, 5, 1] S<sup>o</sup>  
 pluribus causis unum debitum soluit, est in arbitrio soluentis dicere, quod potius debitum 11  
 uoluerit solutum, et quod dixerit, id erit solutum: possumus enim certam legem dicere ei  
 quod solimus. quotiens uero non dicimus, in quod solutum sit, in arbitrio est accipientis,  
 cui potius debito acceptum ferat, dummodo in id constituat solutum, in quod ipse, si de-  
 beret, esset soluturus quoque debito se exoneraturus esset, si deberet<sup>1</sup>, id est in id debi- 15  
 tum, quod non est<sup>2</sup> in controuersia, aut in illud, quod pro alio quis fideiusserat, aut cuius  
 dies nondum uenerat: aequissimum enim uisum est creditorem ita agere rem debitoris, ut  
 suam ageret. permittitur ergo creditor constituere, in quod uelit solutum, dummodo sic  
 constituamus<sup>3</sup>, ut in re sua constitueret, sed constituere in re praesenti, hoc est statim  
 atque solutum est: 20
- 2 FLORENTINUS libro octauo institutionum. dum in re agenda hoc fiat, ut uel [B. 26, 5, 2] S<sup>o</sup>  
 creditori liberum sit non accipere uel debitori non dare, si alio nomine exsolutum quis  
 eorum uelit:
- 3 ULPIANUS libro quadragesimo tertio ad Sabinum. ceterum postea non per- [B. 26, 5, 3] S<sup>o</sup>  
 mittitur. haec res efficit, ut in durio rem causam semper uideatur sibi debere accepto ferre: 25  
 1 ita enim et in suo constitueret nomine. Quod si forte a neutro dictum sit, in his quidem  
 nominibus, quae diem habuerunt, id uidetur solutum, cuius dies uenit:
- 4 POMPONIIUS libro tertio decimo ad Quintum Mucium. et magis quod meo no- [B. 26, 5, 4] R<sup>o</sup>  
 mine, quam quod pro alio fideiussorio nomine debeo: et potius quod cum poena, quam  
 quod sine poena debetur: et potius quod satisfacto, quam quod sine satisfactione debeo. 30
- 5 ULPIANUS libro quadragesimo tertio ad Sabinum. In his uero, quae prae- [B. 26, 5, 5] S<sup>o</sup>  
 senti die debentur, constat, quotiens indistincte quid soluitur, in grauiorem causam uideri  
 solutum, si autem nulla praegrauet, id est si omnia nomina similia fuerint, in antiquiorem.  
 1 grauior uidetur, quae<sup>4</sup> et sub satisfactione uidetur, quam ea quae pura est. Si duos quis  
 2 dederit fideiussores<sup>5</sup>, potest ita soluere, ut unum liberet. Imperator Antoninus cum diuo 35  
 patre suo rescripsit, cum distractis pignoribus creditor pecuniam redigit<sup>6</sup>: si sint usurae  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> quoque ... deberet del. (Hal.)    <sup>2</sup> id est non in id debitum quod est (Cuiacius: u. i.)?

<sup>3</sup> constituamus del.    <sup>4</sup> uidetur quae del.    <sup>5</sup> fuit spondes (cf. Gai. 3, 121)    <sup>6</sup> deficient  
 quaedam (u. i.)

7 huius] unius F<sup>1</sup> 13 in quod] Schelling,  
 id quod F<sup>1</sup> 15 id est in id debitum quod  
 non est in controuersia] μή εις ἀμφιβολον  
 (secundum cod.) uel μή εις ἀναμφιβολον (secun-  
 dum Syn.) B (Anon.) 18 suam "ageret F<sup>2</sup> |  
 constituere ... sic om. F<sup>1</sup> 27 diem] diem uel  
 condicionem F<sup>2</sup>: quod additamentum non tue-  
 tur interpret sic uertens: εις δὲ μὴδ' ἕτερον  
 (λέγει), εις τὸ σκληρότερον δοκεῖ καταβάλλεσθαι  
 οἷον τὸ χωρὶς ἀπέσεως B (Anon.). nam etiam  
 u. 31 quae praesenti die debentur reddit τὰ  
 χωρὶς ἀπέσεως χρέα et passim habet similia |

id] in F<sup>2</sup> 32 indistincta e F<sup>2</sup> 34 satis-  
 datione uidetur] F, satis. debetur XYMOC  
 35 libere'st F<sup>1</sup> 36 cum distractis pignori-  
 bus creditor pecuniam redigit] non aliter le-  
 gerunt Graeci: at haec non conueniunt iis quae  
 sequuntur, nam pecunia ita redacta dici non  
 potest soluta in usuras. omnino hoc aiunt im-  
 peratores, quod soluitur in usuras ita, ut usu-  
 rarum causa exprimat quidem, quaenam autem  
 usurae intellegantur, non adiciatur, ferri ad  
 usuras siue ciuilitate siue naturaliter debitas, si-  
 cut obtinet pignore uendito (cf. L. 101 § 1 h. t.):

- debitae et aliae indebitae, quod soluitur in usuras, ad utramque causam usurarum tam  
 debitarum quam indebitarum pertinere: puta quaedam earum ex stipulatione, quaedam ex  
 pacto naturaliter debebantur. si uero summa usurarum debitarum et non debitarum non  
 eadem sit, aequaliter ad utramque causam proficit quod solutum est, non pro rata, ut uerba  
 rescripti ostendunt. sed si forte usurae non sint debitae et quis simpliciter soluerit, quas  
 omnino non erat stipulatus, imperator Antoninus cum diuo patre suo rescripsit, ut in sor-  
 tem cedant. eidem autem rescripto ita subicitur: 'Quod generaliter constitutum est prius  
 in usuras nummum solutum | accepto ferendum, ad eas usuras uidetur pertinere, quas f. 347  
 debitor exsoluere cogitur: et sicut ex pacti conuentione datae repeti non possunt, ita  
 proprio titulo non numeratae pro solutis ex arbitrio percipientis non habebuntur'. Apud  
 Marcellum libro uicensimo digestorum quaeritur, si quis ita cauerit debitori in BS. 23, 3, 69  
 'sortem et usuras se accipere', utrum pro rata et sorti et usuris decedat an uero prius in  
 usuras et, si quid superest, in sortem<sup>1</sup>. sed ego non dubito, quin haec cautio in sortem  
 'et in usuras' prius usuras admittat, tunc deinde, si quid superfuerit, in sortem cedat. 14
- 6 PAULUS libro quarto ad Plautium. Nec enim ordo scripturae spectatur, sed B. 26, 5, 6 \*K  
 potius ex iure<sup>2</sup> sumitur id quod agi uidetur.
- 7 ULPIANUS libro quadragensimo tertio ad Sabinum. Si quid ex famosa causa B. 26, 5, 7 S\*  
 et non famosa debeatur, id solutum uidetur, quod ex famosa causa debetur. proinde si  
 quid ex causa iudicati et non iudicati debeatur, id putem solutum, quod ex causa iudicati  
 debetur, et ita Pomponius probat. ergo si ex causa quae infitiatione crescit uel poenali  
 debetur, dicendum est id solutum uideri, quod poenae habet liberationem.
- 8 PAULUS libro decimo ad Sabinum. Illud non ineleganter scriptum esse Pom- B. 26, 5, 8 S\*  
 ponius ait, si par et dierum et contractuum causa sit, ex omnibus summis pro portione  
 uideri solutum. 24
- 9 ULPIANUS libro uicensimo quarto ad Sabinum. Stipulatus sum mihi aut B. 26, 5, 9 S  
 Sticho seruo Sempronii solui: Sempronio solui non potest, quamuis dominus serui sit. Qui  
 decem debet, partem soluendo in parte obligationis liberatur et reliqua quinque sola in  
 obligatione remanent: item qui Stichum debet, parte Stichi data in reliquam partem tenetur.  
 qui autem hominem debet, partem Stichi dando nihilo minus hominem debere non desinit:  
 denique homo adhuc ab eo peti potest. sed si debitor reliquam partem Stichi soluerit uel  
 per actorem steterit, quo minus accipiat, liberatur. 30
- 10 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Quod stipulatus ita sum 'mihi aut Titio', B. 26, 5, 10 S  
 Titius nec petere nec nouare nec acceptum facere potest, tantumque ei solui potest.
- 11 POMPONIUS libro octauo ad Sabinum. Si stipulatus fuero 'mihi aut pupillo' B. 26, 5, 11 S  
 'dare?', promissor, sine tutoris auctoritate soluendo pupillo, liberabitur a me. 35
- 12 ULPIANUS libro trigensimo ad Sabinum. Uero procuratori recte soluitur. ue- B. 26, 5, 12 S  
 rum autem accipere debemus eum, cui mandatum est uel specialiter uel cui omnium ne-  
 gotiorum administratio mandata est. Interdum tamen et non procuratori recte soluitur: ut  
 puta cuius stipulationi nomen insertum est, si quis stipuletur sibi aut Titio. Sed et<sup>3</sup> si  
 quis mandauerit, ut Titio soluam, deinde uetuerit eum accipere: si ignorans prohibitum  
 eum accipere soluam, liberabor, sed si sciero, non liberabor. Alia causa est, si mihi pro-  
 ponas stipulatum aliquem sibi aut Titio: hic enim etsi prohibeat me Titio soluere, soluendo  
 tamen liberabor, quia certam condicionem habuit stipulatio, quam immutare non potuit  
 stipulator. Sed et si non uero procuratori soluam, ratum autem habeat dominus quod  
 solutum est, liberatio contingit: rati enim habitio mandato comparatur. 45

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> cedat *ins.*    <sup>2</sup> ex re?    <sup>3</sup> et *del.*

*quod soluitur simpliciter, id est non expressa  
 causa usurarum, si usurae ciuilitur non debentur,  
 referri ad sortem. itaque uerba praescripta  
 aut delenda sunt aut, quod magis crediderim,  
 post ea intercederunt ea, ad quae uere pertine-*

*bant* 5 fort'a'e F<sup>2</sup> 13 sortem] sorte F |  
 sortem] sorte F 19 et non iudicati debeatur  
 (sic, debetur Taur. errore) ... iudicati  
 om. F<sup>1</sup> 20 e'rgo F<sup>2</sup>

- 13 IULIANUS libro quinquagesimo quarto digestorum. Ratum Ulp. 46, 8, 12, 2. B. 26, 5, 13 <sup>S</sup> autem habere dominus debet, cum primum certior || factus est. sed hoc ἐν πάλει et cum quodam spatio temporis accipi debet, sicut in legato, cum de repellendo quaereretur, spatium quoddam temporis adsumitur nec minimum nec maximum et quod magis intellectu percipi quam ex locutione<sup>1</sup> exprimi possit. 5
- 14 ULPIANUS libro trigensimo ad Sabinum. Quod si forte quis ita soluat, ut, B. 26, 5, 14 <sup>S</sup> nisi ratum habeatur, condicat: si dominus solutionem ratam non habuerit, conditio ei qui soluit competit. Sunt quidam tutores, qui honorarii appellantur: sunt qui rei notitiae gratia dantur<sup>2</sup>: sunt qui ad hoc dantur, ut gerant, et hoc uel pater adicit, ut unus puta gerat, uel uoluntate tutorum uni committitur gestus, uel praetor ita decernit. dico igitur, cui-  
cumque ex tutoribus fuerat solutum etsi honorariis (nam et ad hos periculum pertinet), recte solui, nisi interdicta eis fuerit a praetore administratio: nam si interdicta est, non recte soluitur. idem dico et si quis sciens suspectis postulatis soluat: nam iis interim uideatur interdicta administratio. Quod si remoto soluit, ei soluit, qui tutor esse desiderat, et ideo non liberabitur. Quid ergo, si ei soluit, in cuius locum curator erat constituendus, ut puta relegato in perpetuum uel ad tempus? dico, si ante soluit, quam substitueretur curator, oportere liberari. Sed et si afuturo rei publicae causa soluit, recte soluit: quin immo et si absentis, si modo non est alius in locum eius substitutus. Siue autem legitimi sunt sine testamentarii siue ex inquisitione dati, recte uel uni soluitur. Ei, qui notitiae gratia datus est an recte soluatur, uidendum est, quia ad instruendos contutores datur. sed cum tutor sit, nisi prohibitum fuerit ei solui, tuto liberationem contingere. Curatori quoque furiosi recte soluitur, item curatori sibi non sufficientis uel per aetatem uel per aliam iustam causam. sed et pupilli curatori recte solui constat. Pupillum sine tutoris auctoritate nec soluere posse palam est: sed si dederit nummos, non fient accipientis iudicarique poterunt. plane si fuerint consumpti, liberabitur. 35
- 15 PAULUS libro sexto ad Sabinum. Pupillo solui sine tutoris auctoritate non B. 26, 5, 15 <sup>S</sup> potest: sed nec delegare potest, quia nec alienare ullam rem potest. si tamen soluerit ei debitor et nummi salui sint, petentem pupillum doli mali exceptione debitor summouebit.
- 16 POMPONIUS libro quinto decimo ad Sabinum. Sub condicione debitori si acceptum feratur, postea condicione existente intellegitur iam olim liberatus. et hoc etiam si solutio re fiat, accidere Aristo dicebat. scripsit enim, si quis, qui sub condicione pecuniam promisit, dedit eam ea condicione, ut, si condicio exstisset, in solutum cederet, existente condicione liberari eum nec obstare, quod ante eius pecunia facta est<sup>4</sup>.
- 17 IDEM libro nono decimo ad Sabinum. Cassius ait, si cui pecuniam dedi, ut eam creditori meo solueret, si suo nomine dederit, neutrum liberari, me, quia non meo nomine data sit, illum, quia alienam dederit: ceterum mandati eum teneri. sed si creditor eos nummos sine dolo malo consumpsisset, is, qui suo nomine eos soluisset, liberatur, ne, si aliter obseruaretur, creditor in lucro uersaretur.
- 18 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Si quis seruo pecuniis exigendis praeposito soluisset post manumissionem, si quidem ex contractu domini, sufficiet, quod ignorauerit manumissum: quod si ex causa peculiari, quamuis scierit manumissum, si tamen ignorauerit ademptum || ei peculium, liberatus erit. utroque autem casu manumissus si interuertendi causa id fecerit, furtum domino facit: nam et si debitori meo mandauero, ut Titio pecuniam solueret, deinde Titium ueturo accipere idque ignorans

## F(XYMOO)

<sup>1</sup> quam elocutione (Ulp. l. c.)? <sup>2</sup> sunt qui rei notitiae gratia dantur *del.* (cf. u. 19)  
<sup>3</sup> et *ins.* (add.) <sup>4</sup> uidentur deesse talia: cui dedit quam deberetur ei: nam ex postfacto creditorem eum intellegi iam eo tempore quo pecunia eius facta est <sup>5</sup> cui et ipse deberet *ins.*

5 possit] *F*<sup>2</sup> cum Ulp. l. c., posset *F*<sup>1</sup> 9 gera n't uel *F*<sup>2</sup> 11 fuerit *F*<sup>2</sup> | hos] *F*<sup>2</sup><sup>1</sup>, hoc *F*<sup>2</sup> 13 iis] *F* 14 tutor'es esse *F*<sup>2</sup> 19 dari *F*<sup>2</sup> 31 re] *F*<sup>1</sup>, rei *F*<sup>2</sup> 35 dederit neutrum

(factum ex neuter) liberari me quia (factum ex qui non meo nomine *suppl.* *F*<sup>2</sup> 38 obseruaretur *F*<sup>2</sup>

debitor Titio simulanti se procuratorem solderit, et debitor liberabitur et Titius furti actione tenebitur.

- 19 POMPONIUS libro uicensimo primo ad Sabinum. Fugitiuus meus, cum pro [B. 26, 5, 19] S libero se gereret, nummos mihi subreptos creditit tibi: obligari te mihi Labeo ait et, si eum liberum existimans solueris ei, liberari te a me, sed si alii soluisses iussu eius uel is 5 ratum habuisset, non liberari, quia priore casu mei nummi facti essent et quasi mihi solutum intellegeretur. et ideo seruus meus quod peculiari nomine cre- [BS. 11, 1, 27 sch. 5] diderit, exigendo liberabit debitorem, delegando autem uel nouando non idem con- 9 sequeretur.
- 20 IDEM libro uicensimo secundo ad Sabinum. Si rem meam, quae pignoris [B. 26, 5, 20] S nomine alii esset obligata, debitam tibi soluero, non liberabor, quia auocari tibi res possit ab eo, qui pignori accepisset.
- 21 PAULUS libro decimo ad Sabinum. Si decem stipulatus a Titio deinde stipu- [B. 26, 5, 21] S leris a Seio, quanto minus ab illo consecutus sis: etsi decem petieris a Titio, non tamen absoluitur Seius: quid enim, si condemnatus Titius nihil facere potest? sed et si cum Seio 15 prius egeris, Titius in nullam partem liberatur: incertum quippe est, an omnino Seius debitor sit: denique si totum Titius soluerit, nec debitor fuisse uidebitur Seius, quia con- dicio eius deficit.
- 22 ULPIANUS libro quadragesimo quinto ad Sabinum. Filius familias [B. 26, 5, 22. Ep. 19, 28] S patre inuito debitorem eius liberare non potest: acquirere enim obligationem potest, de- 20 minuere non potest.
- 23 POMPONIUS libro uicensimo quarto ad Sabinum. Solutione uel iudicium pro [B. 26, 5, 23] S nobis accipiendo et inuiti et ignorantibus liberari possumus.
- 24 ULPIANUS libro quadragesimo septimo ad Sabinum. Ubi fideiussor pro duo- [B. 26, 5, 24] S bus dena fideiussit, obligatus est in uiginti, et siue uiginti siue dena soluerit, utrumque 25 reum liberabit. sed si quinque soluerit, uideamus, quem ex reis releuet in quinque? erit ille releuatus, de quo actum est aut, si non appareat, antiquius debitum erit inspiciendum. idem et si quindecim sint soluta: si quidem appareat, quid actum sit, inde decem et aliunde quinque erunt releuata, si uero non appareat, ex antiquiore contractu decem, ex alio quin- 30 que erunt releuata.
- 25 POMPONIUS libro trigensimo primo ad Sabinum. Ex parte heres institutus [B. 26, 5, 25] S si decem, quae defunctus promiserat, tota soluit, pro parte quidem qua heres est libera- bitur, pro parte autem reliqua ea condicet. sed si antequam condicat, ei adcreuerit reliqua pars hereditatis, etiam pro ea parte erit obligatus et ideo condicenti indebitum doli mali exceptionem obstare existimo. 35
- 26 IDEM libro trigensimo quinto ad Sabinum. Si creditor fundum pigneraticium [B. 26, 5, 26] S uendiderit et quantum ei debebatur, receperit, debitor liberabitur. sed et si acceptum emptori pretium tulisset creditor uel ab eo stipulatus esset, debitor nihilo minus liberatur. sed si seruus pigneratus a creditore uenerit, quamdiu redhiberi possit, non liberabitur de- 40 bitor, sicut in quolibet pignore uendito, quamdiu res inempta fieri possit.
- 27 ULPIANUS libro uicensimo octauo ad edictum. Etiam circa stipulationem [B. 26, 5, 27] S i. 349 et ex testamento actionem, si res tradita fuerit quae debebatur, quamdiu aliquid iuri rei deest, adhuc tamen ipsa res petenda est: ut puta possum fundum petere, licet mihi tra- ditus sit, si ius quoddam cautionis supererit. 44
- 28 PAULUS libro trigensimo octauo ad edictum. Debitores soluendo ei, qui pro [B. 26, 5, 28] S tutore negotia gerit, liberantur, si pecunia in rem pupilli peruenit.
- 29 ULPIANUS libro trigensimo octauo ad edictum. Cum Stichus et Pamphilus [B. 26, 5, 29] S

F(XYMO)

22 solutione] F<sup>2</sup>XY cum B: ὁ καταβαλὼν ... καὶ ἰκοντά με ἐλεγεθεοί, solutionem F<sup>2</sup>MOC 23 liberari F<sup>1</sup> 26 releuet] releuat F<sup>2</sup> 28 inde decem] Schelling, in decem FXYMOC | aliunde] F, alia in XYMO<sup>2</sup>, alia x in O<sup>4</sup>, in alia C

31 'p'arte F<sup>2</sup> 38 tulisset] tollisset F<sup>1</sup> 39 uen- i'erit F<sup>2</sup> 44 cautionis] sic, non cautioni F: ἐάν ... ἐλλείπη τι τῷ δικαίῳ αὐτοῦ (τοῦ πράγ- ματος), ὡς τὸ λαβεῖν με περὶ αὐτοῦ ἀσφάλειαν B (Anon.)



communi seruo promissi sunt, alteri Stichus, alteri Pamphilus solui non potest, sed dimidia singulorum partes debentur. idemque est, si quis aut duos Stichos aut duos Pamphilos dari promisit aut communi duorum seruo homines decem dare promisit<sup>1</sup>: nam ambigua vox est decem homines, quemadmodum decem denarii: atque utriusque rei dimidium duobus modis intellegi potest. sed in nummis et oleo ac frumento et similibus, quae communi specie continentur, apparet hoc actum, ut numero diuidatur obligatio, quatenus et commodius promissori stipulatoribusque est.

- 30 IDEM libro quinquagesimo primo ad edictum. Si debitor offerret pecuniam, [B. 26, 5, 30] S quae peteretur, creditor nollet accipere, praetor ei denegat actiones.
- 31 IDEM libro septimo disputationum. Inter artifices longa differentia est et [B. 26, 5, 31] S ingenii et naturae et doctrinae et institutionis. ideo si nauem a se fabricandam quis promiserit uel insulam aedificandam fossamue faciendam et hoc specialiter actum est, ut suis operis id perficiat, fideiussor ipse aedificans uel fossam fodiens non consentiente stipulatore non liberabit reum. quare etiam si illis stipulationibus fideiussor accesserit: 'per te non fieri, quo minus mihi ire agere liceat?', prohibens ire fideiussor stipulationem non committit et, si patientiam praestet, non efficiet, quo minus committatur stipulatio.
- 32 IULIANUS libro tertio decimo digestorum. Si seruus peculiari nomine creditur [B. 26, 5, 32] S derit eique debitor, cum ignoraret dominum mortuum esse, ante aditam hereditatem soluerit, liberabitur. idem iuris erit et si manumisso seruo debitor pecuniam soluerit, cum ignoraret ei peculium concessum non esse. neque intererit, uiuo an mortuo domino pecunia numerata sit: nam hoc quoque casu debitor liberatur, sicut is, qui iussus est a creditore pecuniam Titio soluere, quamuis creditor mortuus fuerit, nihilo minus recte Titio soluit, si modo ignorauerit creditorem mortuum esse.
- 33 IDEM libro quinquagesimo secundo digestorum. Qui sibi aut Titio fundum [B. 26, 5, 33] S dari stipulatus est, quamuis fundus Titio datus fuerit, tamen, si postea euictus est, habet actionem, quemadmodum si hominem stipulatus esset et promissor statuliberum Titio dedisset isque ad libertatem peruenisset. Qui Stichum aut Pamphilum dari promisit, si Stichum uulnerauerat, non magis eum dando liberatur, quam si solum Stichum promississet et a se uulneratum daret. item qui hominem dari promisit et uulneratum a se offert, non liberatur. iudicio quoque accepto si hominem is cum quo agetur uulneratum a se offert, condemnari debet. sed et ab alio uulneratum si det, condemnandus erit, cum possit alium dare.
- 34 IDEM libro quinquagesimo quarto digestorum. Qui hominem aut [cf. l. 59 h. t. B. 26, 5, 34] S decem || tibi aut Titio dari promisit, si Titio partem hominis tradiderit, mox tibi decem numerauerit, non Titio, sed tibi partem hominis condicet, quasi indebitum tua uoluntate Titio solueret. idemque iuris erit etiam, si mortuo Titio decem soluerit, ut tibi potius quam heredi Titii partem hominis condicet. Si duo rei stipulandi hominem dari stipulati fuerint et promissor utrique partes diuersorum hominum dederit, dubium non est, quin non liberetur. sed si eiusdem hominis partes utrique dederit, liberatio contingit, quia obligatio communis efficiet, ut quod duobus solutum est, uni solutum esse uideatur. nam ex contrario cum duo fideiussores hominem dari sponderint, diuersorum quidem hominum partes dantes non liberantur: at si eiusdem hominis partes dederint, liberantur. Stipulatus sum decem mihi aut hominem Titio dari: si homo Titio datus fuisset, promissor a me liberatur et, antequam homo daretur, ego decem petere possum. Si Titium omnibus negotiis meis praeficiam (XYMOC)

<sup>1</sup> tale quid fuit: idemque est si quis aut duos Stichos aut duos Pamphilos dari promisit [communi duorum seruo. contra uoluntatis quaestio est, si quis] communi duorum seruo homines decem dare promisit

1 alteri stichus] XYMOC, non alteri stichus F, communi seruo promissi sunt alteri stichus alteri pamphilus om. XY: οὐ δύνατον ἐκάστῳ τῶν δεσποτῶν ἀνά ἓνα διδοῦσθαι B (Anon.) 6 ut] et F 9 denegat'a act. F<sup>2</sup>

14 liberat'u reum F<sup>2</sup> 15 'ire F<sup>2</sup> 19 idem-que' iuris F<sup>2</sup> 28 uulnerauerit F<sup>2</sup> 36 soluerat F<sup>2</sup> 37 titii] titio F<sup>2</sup> 38 utriusque F<sup>2</sup> 42 libera'bu'ntur F<sup>2</sup> | libera'bu'ntur F<sup>2</sup>

- posuero, deinde ueturo eum ignorantibus debitoribus administrare negotia mea, debitores ei soluendo liberabuntur: nam is, qui omnibus negotiis suis aliquem proponit<sup>1</sup>, intelligitur etiam debitoribus mandare, ut procuratori soluant. Si nullo mandato intercedente debitor falso existimauerit uoluntate mea pecuniam se numerare, non liberabitur. et ideo procuratori, qui se ultro alienis negotiis offert, soluendo nemo liberabitur: Et cum fugitiuus, qui pro libero se gerebat, rem uendidisset, responsum est emptores fugitino soluentes a domino liberatos non esse. Si gener socero, ignorante filia, dotem soluisset, non est liberatus, sed<sup>2</sup> condicere socero potest, nisi ratum filia habuisset. (BS.) et propemodum similis est gener ei, qui absentis procuratori solueret, quia in causam dotis particeps et quasi socia obligationis patri filia esset. Si debitorem meum iussero pecuniam Titio dare donaturus ei, quamuis Titius ea mente acceperit, ut meos nummos faceret, nihilo minus debitor liberabitur: sed<sup>3</sup> si postea Titius eandem pecuniam mihi dedisset, nummi mei fient. Quidam filium familias, a quo fideiussorem acceperat, heredem instituerat: quaesitum est, si iussu patris adisset hereditatem, an pater cum fideiussore agere posset. dixi, quotiens reus satisfaciendi reo satis accipiendi heres existeret, fideiussores ideo liberari, quia pro eodem apud eundem debere non possent. Si praedo id, quod a debitoribus hereditariis exegerat, petenti hereditatem restituerit, debitores liberabuntur. Si decem aut hominem dari stipulatus fuero et duos fideiussores accepero Titium et Maenium et Titius quinque soluerit, non liberabitur, priusquam Maenius quoque quinque soluat: quod si Maenius partem hominis soluerit, uterque obligatus remanebit. Qui perpetua exceptione se tueri potest, solutum repetit et ideo non liberatur. quare si ex duobus reis promittendi alter pepigerit, ne ab eo peteretur, quamuis soluerit, nihilo minus alter obligatus manebit.
- 35 ALFENUS UARUS libro secundo digestorum a Paulo epitomatorum. Quod seruus ex peculio suo credidisset aut deposuisset, id ei, siue uenisset siue manumissus esset, recte solui potest, nisi aliqua causa intercederet<sup>4</sup>, ex qua intellegi possit inuito eo, cuius tum is seruus fuisset, ei solui. sed et si quis dominicam pecuniam ab eo faeneratus esset, ¶ si permissu domini seruus negotium dominicum gessisset, idem iuris est: uidetur enim uoluntate domini qui cum seruo negotium contraheret<sup>5</sup> et ab eo accipere et ei soluere.
- 36 IULIANUS libro primo ad Urseium Ferozem. Si pater meus praegnatæ uxore relicta decesserit et ex causa hereditaria totum hoc, quod patri meo debitum fuisset, petissem, nihil me consumpsisse quidam existimant<sup>6</sup>: si nemo natus sit, recte me egisse, quia in rerum natura uerum fuisset me solum heredem fuisse. IULIANUS notat: uerius est me eam partem perdidisse, pro qua heres fuissem, antequam certum fuisset neminem nasci, aut quartam partem, quia tres nasci potuerunt, aut sextam, quia quinque: nam et Aristoteles<sup>7</sup> scripsit quinque nasci posse, quia unius mulierum totidem receptacula habere possunt: et esse mulierem Romæ Alexandrinam ab Aegypto, quae quinque simul peperit et tum habebat incolumes, et hoc<sup>8</sup> et in Aegypto adfirmatum est mihi.
- 37 IDEM libro secundo ad Urseium Ferozem. Quotiens unus ex fideiussoribus suam partem soluisset, tamquam negotium reo gessisset, perinde habendum est, ac si reus ipse unius fideiussoris partem soluisset: sed tamen ut non ex sorte decedat, sed is fideiussor solus liberatur, cuius nomine solutio facta fuerit.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> praeposit (edd.)? <sup>2</sup> sed] et? <sup>3</sup> sic demum *similiae ins.* <sup>4</sup> intercedit? <sup>5</sup> qui cum seruo negotium contraheret *del.* <sup>6</sup> si postumus natus sit *ins.* <sup>7</sup> *hist. animal.* 7, 4, 36: πλείστα δὲ τίκεται πέντε τὸν ἀριθμὸν· ἥδη γὰρ ὄπται τὸ τοῦ καὶ ἐπὶ πλείωνων συμβεβηκός <sup>8</sup> hoc] hic? <sup>9</sup> fuit sponsoribus (cf. *Gai.* 3, 121)

6 fugitiui F<sup>1</sup> 15 existeret] F<sup>1</sup>, extiterit F<sup>2</sup> (contraheret O, contraheret FYM, contraheret X, contraheret C) FXYMOC 43 soluisset] soluisset F<sup>1</sup>, soluat F<sup>2</sup>

- 38 AFRICANUS libro septimo quaestionum. Cum quis sibi aut Titio dari stipu- B. 26, 5, 38 S  
 latus sit, magis esse ait, ut ita demum recte Titio solui dicendum sit, si in eodem statu  
 maneat, quo fuit, cum stipulatio interponeretur: ceterum siue in adoptionem siue in exi-  
 lium ierit uel aqua et igni ei interdictum uel seruus factus sit, non recte ei solui dicen-  
 dum: tacite enim inesse haec conuentio stipulationi uidetur 'si in eadem causa maneat'.<sup>8</sup>
- 1 Si debitorem meum iusserim Titio soluere, deinde Titium uetuerim accipere et debitor  
 ignorans soluerit, ita eum liberari existimauit, si non ea mente Titius nummos acceperit,  
 ut eos lucretur. alioquin, quoniam furtum eorum sit facturus, mansuros eos debitoris et  
 ideo liberationem quidem ipso iure non posse contingere debitori, exceptione tamen ei  
 succurri aequum esse, si paratus sit conditionem furtiuam, quam aduersus Titium habet,<sup>10</sup>  
 mihi praestare: sicuti seruatur, cum maritus uxori donaturus debitorem suum iubeat sol-  
 uere: nam ibi quoque, quia nummi mulieris non fiunt, debitorem non liberari, sed ex-  
 ceptione eum aduersus maritum tuendum esse, si conditionem, quam aduersus mulierem  
 habet, praestet. <sup>1</sup>furti tamen actionem in proposito mihi post diuortium<sup>2</sup> competituram,  
 2 quando mea intersit interceptos nummos non esse. De peculio cum domino actum est:<sup>15</sup>  
 is damnatus soluit. et fideiussores pro seruo acceptos liberari respondit: eandem enim  
 pecuniam in plures causas solui posse argumentum esse, quod, cum iudicatum solui satis-  
 datum est et damnatus reus soluat, non solum actione iudicati, sed etiam ex stipulatu et  
 ipse et fideiussores liberentur. et magis simile esse, quod, cum possessor BS. 42, 1, 31 sch. 8  
 hereditatis existimans se heredem esse soluerit, heres non liberetur: tunc enim (BS.) 20  
 propterea id euenire, quod ille suo nomine indebitam pecuniam dando repetitionem eius  
 3 haberet<sup>1</sup>. Qui hominem promisit si statuliberum soluat, magis puto non esse exspectan-  
 dam condicionem: sed<sup>2</sup> et creditorem agere posse et illi conditionem competere. ¶ quod l. 350'  
 si interim condicio defecerit, liberatur, perinde atque si quis pendente condicione soluit  
 per errorem et antequam condiceret, condicio exstiterit. illud nullo modo dici conueniet,<sup>25</sup>  
 si mortuo Sticho condicio deficiat, liberari debitorem, quamuis, si uiuente eo defecerit,  
 liberaretur, quando isto casu nullo tempore perfecte hominem meum feceris: alioquin prope  
 erit, ut etiam, si eum seruum, in quo usus fructus alienus est, mihi solueris isque usu  
 fructu manente decesserit, ea solutione liberatus uidearis: quod nullo modo probandum  
 4 est, sicuti si communem soluisses isque decessisset. Si quis pro eo reuerso<sup>4</sup> fideiusserit,<sup>30</sup>  
 qui, cum rei publicae causa abesset, actione qua liberatus sit, deinde annus praeterierit,  
 an fideiussor liberetur? quod Iuliano non placebat, et quidem si<sup>5</sup> cum fideiussore expe-  
 riundi potestas non fuit: sed hoc casu in ipsum fideiussorem ex edicto actionem restitui  
 5 debere, quemadmodum in eum fideiussorem, qui hominem promissum occidit. Qui pro te  
 apud Titium fideiusserat, pignus in suam obligationem dedit: post idem heredem te in-  
 stituit. quamuis ex fideiussoria causa non tenearis, nihilo minus tamen pignus obligatum  
 manebit. at si idem alium fideiussorem dederit atque ita<sup>6</sup> heredem te instituerit, rectius  
 existimari ait sublata obligatione eius, pro quo fideiussum sit, eum quoque qui fideiusserit  
 liberari. 30
- 39 IDEM libro octauo quaestionum. Si, soluturus pecuniam tibi, iussu tuo B. 26, 5, 39 S  
 signatam eam apud nummularium, quoad probaretur, deposuerim, tui periculi eam fore  
 Mela libro decimo scribit. quod uerum est, cum eo tamen, ut illud maxime spectetur, an  
 per te steterit, quo minus in continenti probaretur: nam tunc perinde habendum erit, ac  
 si parato me soluere tu ex aliqua causa accipere nolles. in qua specie non utique semper  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> u. 19 et magis simile esse ... u. 21 repetitionem eius haberet collocanda u. 14 post praestet  
<sup>2</sup> post diuortium] aduersus Titium (= aduπτισω)? <sup>3</sup> statim ino. <sup>4</sup> reuerso] idem Graeci  
 (μετὰ τὴν ἐπάνοδον): del. <sup>5</sup> et quidem si] si quidem?

8 mansurus F<sup>o</sup> 10 subcurri F<sup>1</sup> 19 et ma-  
 gis simile (similes Y<sup>o</sup>) esse] FY<sup>2</sup>, et magis  
 dissimile esse (esse dissimile X) XY<sup>o</sup>MOG:  
 Graeci legerunt ut nos: ἐχω δὲ κἀγὼ μετὰ λῦσιν  
 τοῦ γάμου κατ' αὐτῆς τὴν περὶ κλοπῆς ἀγωγῆν

B (Anon.) 20 se] sed F<sup>1</sup> 23 illi con-  
 ditionem F<sup>4</sup> 26 mortuu F<sup>o</sup> 28 quo usu's  
 fructus F<sup>2</sup> 30 pro eo] FY<sup>2</sup>, pro reo XY<sup>o</sup>  
 MO<sup>o</sup>C, pro reo iam O<sup>4</sup> 43 nam] nan F<sup>1</sup>

tuum periculum erit: quid enim, si inopportuno tempore nel loco optulerim? his consequens esse puto, ut etiam, si et emptor nummos et uenditor mercem, quod inuicem parum fidei haberent, deposuerint, et nummi emptoris periculo sint (utique si ipse eum, apud quem deponerentur, elegerit) et nihilo minus merx quoque, quia emptio perfecta sit.

- 40 MARCIANUS libro tertio institutionum. Si pro me quis soluerit creditori meo, B. 26, 5, 40 S licet ignorante me, acquiritur mihi actio pigneraticia. item si quis soluerit legata, debent discedere legatarii de possessione: alioquin nascitur heredi interdictum, ut eos deicere possit.
- 41 PAPIANUS libro primo de adulteriis. Reo criminis postulato interim nihil B. 26, 5, 41 S prohibet<sup>1</sup> recte pecuniam a debitoribus solui: alioquin plerique innocentium necessario 10 sumptu egebunt.
- 42 PAULUS libro tertio de adulteriis. Sed nec illud prohibitum uidetur, ne a B. 26, 5, 42 S reo creditori soluatur.
- 43 ULPIANUS libro secundo regularum. In omnibus speciebus liberationum etiam B. 26, 5, 43 S accessiones liberantur, puta adpromissores hypothecae pignora, praeterquam quod inter 15 creditorem et adpromissores confusione facta reus non liberatur.
- 44 MARCIANUS libro secundo regularum. In numerationibus aliquando euenit, B. 26, 5, 44 S ut una numeratione duae obligationes tollantur uno momento: ueluti si quis pignus pro debito uendiderit ¶ creditori: euenit enim, ut et ex uendito tollatur obligatio et debiti. f. 351 item si pupillo, qui sine tutoris auctoritate mutuum pecuniam accepit, legatum a creditore 20 fuerit sub ea condicione, si eam pecuniam<sup>1</sup> numerauerit, in duas causas uideri eum numerasse, et in debitum suum, ut in Falcidiam heredi imputetur, et condicionis gratia, ut legatum consequatur. item si usus fructus pecuniae numeratae legatus fuerit, euenit, ut una numeratione et liberetur heres ex testamento et obliget sibi legatarium. tantundem est et si damnatus fuerit alicui uendere uel locare: nam uendendo uel locando et liberatur ex 25 testamento heres et obligat sibi legatarium.
- 45 ULPIANUS libro primo responsorum. Callippo respondit, quamuis stipulanti B. 26, 5, 45 S uxori uir sponderit dirempto matrimonio praedia, quae doti erant obligata, in solutum dare, tamen satis esse offerri dotis quantitatem. idem Frontoni respondit perseueranti tutori in tutelae administratione, licet capitis reo, potuisse id, quod pupillo bona fide de- 30 betur, exsolui<sup>2</sup>.
- 46 MARCIANUS libro tertio regularum. Si quis aliam rem pro alia uolenti solu- B. 26, 5, 46 S uerit et euicta fuerit res, manet pristina obligatio. etsi pro parte fuerit euicta, tamen pro solido obligatio durat: nam non accepisset re integra creditor, nisi pro solido eius fieret. 1 Sed et si duos fundos uerbi gratia pro debito dederit, euicto altero fundo remanet integra 35 obligatio. tunc ergo res pro re soluta liberationem praestat, cum pro solido facta est 2 suscipientis. Sed et si quis per dolum pluris aestimatum fundum in solutum dederit, non liberatur, nisi id quod deest repleatur.
- 47 IDEM libro quarto regularum. In pupillo, cui sine tutoris auctoritate solu- B. 26, 5, 47 S tum est, si quaeratur, quo tempore sit locupletior, tempus quo agitur inspicitur: et<sup>3</sup> ut 40 1 exceptio doli mali posita ei noceat, tempus quo agitur spectatur. Plane, ut Scaeuola aiebat, etiamsi perierit res ante litem contestatam, interdum quasi locupletior factus intellegitur, id est si necessariam sibi rem emit, quam necessario de suo erat empturus: nam hoc ipso, quo<sup>4</sup> non est pauperior factus, locupletior est. sic et in filio familias putabat Macedonianum cessare, si in necessarias causas filius mutuum pecuniam acceperit et eam 45 perdiderit.
- 48 MARCELLUS libro singulari responsorum. Titia cum propter dotem bona B. 26, 5, 48 S

F(XYMOC)

<sup>1</sup> soluat: si eam pecuniam *ins.*    <sup>2</sup> quod pupillo debetur, bona fide exsolui (*P. Faber*)?  
<sup>3</sup> tempus quo agitur inspicitur et *del.*    <sup>4</sup> quod (*edd.*)?

1 inoportuno F    3 nammi F<sup>2</sup>    9 postula-    sine F<sup>4</sup>    41 ut 'si' scaeuola F<sup>2</sup>  
 to'r interim F<sup>2</sup>    18 momenti F<sup>o</sup>    39 cui'u'

mariti possideret, omnia pro domina egit, reditus exegit et mouentia distraxit: quaero, an ea, quae ex re mariti percepit, in dotem ei reputari debeant. Marcellus respondit reputationem eius quod proponeretur non iniquam uideri: pro soluto enim magis habendum est, quod ex ea causa mulier percepit. sed si forte usurarum quoque rationem arbiter dotis recipiendae habere debuerit, ita est computandum, ut, prout quidque ad mulierem peruenit, non ex uniuersa summa decedat, sed prius in eam quantitatem, quam usurarum nomine mulierem consequi oportebat: quod non est iniquum.

- 49 MARCIANUS libro singulari ad hypothecariam formulam. Solutam pecuniam [B. 26, 5, 49] S intellegimus utique naturaliter, si numerata sit creditori: sed et si iussu eius alii solutur, uel creditori eius uel futuro debitori uel etiam ei cui donaturus erat, absolui debet. ratam quoque solutionem si creditor ¶ habuerit, idem erit. tutori quoque si soluta sit pecunia f. 351 uel curatori uel procuratori uel cuilibet successori uel seruo actori, proficiet ei solutio. quod si acceptum latum sit, <sup>1</sup>quod stipulationis nomine hypotheca erat obligata uel sine stipulatione accepta sit, solutionis quidem uerbum non proficiet, sed satisfactionis <sup>2</sup>sufficit. 14
- 50 PAULUS libro decimo ad Sabinum. Si, cum aurum tibi promississem, ignorantis quasi aurum aes soluerim, non liberabor: sed nec repetam hoc quasi indebitum solutum, quod sciens feci. petentem tamen te aurum exceptione summouebo, si non reddas aes quod accepisti.
- 51 IDEM libro nono ad edictum. Dispensatori, qui ignorante debitore remotus [B. 26, 5, 51] E est ab actu, recte soluitur: ex uoluntate enim domini ei soluitur, quam si nescit mutatam, <sup>20</sup> qui soluit liberatur.
- 52 ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. Satisfactio pro solutione est. [B. 26, 5, 52] E
- 53 GAIUS libro quinto ad edictum prouinciale. Soluere pro ignorante et inuito [B. 26, 5, 53] E cuique licet, cum sit iure ciuili constitutum licere etiam ignorantis inuitique meliorem conditionem facere. <sup>25</sup>
- 54 PAULUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. Solutionis uerbum pertinet [B. 26, 5, 54] E ad omnem liberationem quoquo modo factam magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad nummorum solutionem.
- 55 ULPIANUS libro sexagesimo primo ad edictum. Qui sic soluit, [B. 26, 5, 55. Ep. 11 sch. 14] E ut reciperet, non liberatur, quemadmodum non alienantur nummi, qui sic dantur, ut recipiantur. <sup>30</sup>
- 56 PAULUS libro sexagesimo secundo ad edictum. Qui mandat solui, ipse [B. 26, 5, 56] E uidetur soluere.
- 57 ULPIANUS libro septuagesimo septimo ad edictum. Si quis stipulatus fuerit [B. 26, 5, 57] E 'decem in melle', solui quidem mel potest, antequam ex stipulatu agatur: sed si semel <sup>35</sup> actum sit et petita decem fuerint, amplius mel solui non potest. Item si mihi aut Titio stipulatus fuero dari, deinde petam, amplius Titio solui non potest, quamuis ante litam contestatam posset.
- 58 IDEM libro octagesimo ad edictum. Si quis offerenti se negotiis alienis [B. 26, 5, 58] E bona fide soluerit, quando liberetur? et ait Iulianus, cum dominus ratum habuerit, tunc <sup>40</sup> liberari. idem ait, antequam dominus haberet ratum, an condici ex ea causa possit? et ait interesse, qua mente solutio facta esset, utrum ut statim debitor liberetur an uero cum dominus ratum habuisset: priore casu confestim posse condici procuratori et tunc demum extingui conditionem, cum dominus ratum habuisset, posteriore tunc demum nasci conditionem, cum dominus ratum non habuisset. Si creditor, cuius ignorantis procuratori <sup>45</sup>
- F(XYMO C)

<sup>1</sup> in ins. <sup>2</sup> satisfactionis (cf. D. 20, 6, 6, 1. 50, 16, 176: A. Faber)?

2 re'i'putari F<sup>2</sup> | debea'n't F<sup>21</sup> 5 quidque) F<sup>2</sup>, quidquid F<sup>2</sup> 9 soluitur F<sup>2</sup> 13 quod si acceptum ... 14 sufficit] ei δὲ ἀπογὴ αὐτοῦ γένηται, καὶ τὰ ἐνέχυρα ἐλεγεθεροῦται B (Anon.) 15 promississem] F<sup>2</sup> <sup>2</sup>, promississem F<sup>21</sup>

26 solutionis] quasi esset satisfactionis, uerit<sup>2</sup> Anonymus: ἰκανοδοκία λέγεται πᾶσα ἐλευθερία, male: cf. D. 50, 16, 47 27 factum F<sup>2</sup> 29 sic] sit F<sup>2</sup> 32 secundo om. F<sup>2</sup> 44 habuisset posteriore ... 45 dominus ratum om. F<sup>2</sup>

- solutum est, adrogandum se dederit, siue ratum habuit pater, rata solutio est, siue non  
 2 habuit, repetere debitor potest. Et si duo rei stipulandi sunt, quorum alterius absentis  
 procuratori datum<sup>1</sup>, antequam is ratum haberet, interim alteri solutum est, in pendenti  
 est posterior solutio<sup>2</sup> ac prior: quippe incertum est, debitum an indebitum exegerit. 4
- 59 PAULUS libro secundo ad Plautium. Si ita stipulatus sim: 'mihi aut Titio B. 26, 5, 59 E  
 'dare spondes?' et debitor constituerit se mihi soluturum, quamuis mihi competat de con-  
 stituta actio, potest adhuc adiecto solvere. et si a filio familias mihi aut Titio stipulatus  
 sim, patrem posse Titio solvere quod in peculio est, scilicet si suo, non filii nomine sol-  
 uere uelit: dum enim adiecto soluitur, mihi || solui uidetur: et ideo si indebitum adiecto f. 352  
 solutum sit, stipulatori posse condici Iulianus putat: ut nihil intersit, iubeam Inl. l. 34 pr. h. t. 10  
 te Titio solvere an ab initio stipulatio ita concepta sit.
- 60 IDEM libro quarto ad Plautium. Is, qui alienum hominem in solutum dedit, B. 26, 5, 60 E  
 usucapto homine liberatur.
- 61 IDEM libro quinto ad Plautium. In perpetuum quotiens id, quod tibi debeam, B. 26, 5, 61 E  
 ad te peruenit et tibi nihil absit nec quod solutum est repeti possit, competit liberatio. 15
- 62 IDEM libro octauo ad Plautium. Dispensatorem meum testamento liberum B. 26, 5, 62 E  
 esse iussi et peculium ei legauit: is post mortem meam a debitoribus pecunias exegit: an  
 heres meus retinere ex peculio eius quod exegit possit, quaeritur. et si quidem post adi-  
 tam hereditatem exegerit pecuniam, dubitari non debet, quin de peculio eo nomine retineri  
 nihil debeat, quia liber factus incipit debere, si liberantur solutione debitorum. cum uero 20  
 ante aditam hereditatem pecuniam accepit dispensator, si quidem liberantur debitorum ipsa  
 solutione, non est dubium, quin de peculio id retinendum sit, quia incipit debere hic<sup>3</sup>  
 heredi quasi negotiorum gestorum uel mandati actione. si uero non liberantur, illa quae-  
 stio est: cum negotium meum gerens a debitoribus meis acceperis, deinde ego ratum non  
 habuero et mox agere uelim negotiorum gestorum actione, an utiliter agam, si caueam 25  
 te indemnem futurum. quod quidem ego non puto: nam sublata est negotiorum gestorum  
 actio eo, quod ratum non habui: et<sup>4</sup> per hoc debitor mihi constituitur.
- 63 IDEM libro nono ad Plautium. Si debitor sit serui fructuarius, potest is B. 26, 5, 63 E  
 seruus per acceptilationem liberare eum: uidebitur enim ex re eius acquirere. idem in  
 pacto dicemus. 30
- 64 IDEM libro quarto decimo ad Plautium. Cum iussu meo id, quod mihi debes, B. 26, 5, 64 E  
 soluis creditori meo, et tu a me et ego a creditore meo liberor.
- 65 POMPONIUS libro primo ex Plautio. Si filia B. 26, 5, 65. BS. 28, 7, 11 sch. 3. 28, 8, 22 sch. 48 E  
 furiosi a uiro diuorterit, dictum est uel adgnato curatori uoluntate filiae uel filiae consen-  
 tente adgnato solui dotem. 35
- 66 IDEM libro sexto ex Plautio. Si pupilli debitor iubente eo sine tutoris aucto- B. 26, 5, 66 E  
 ritate pecuniam creditori eius numerauit, pupillum quidem a creditore liberat, sed ipse  
 manet obligatus: sed exceptione se tueri potest. si autem debitor pupilli non fuerat, nec  
 pupillo condicere potest, qui sine tutoris auctoritate non obligatur, nec creditori, cum quo  
 alterius iussu contraxit: sed pupillus in quantum locupletior factus est, utpote debito libe- 40  
 ratus, utili actione tenebitur.
- 67 MARCELLUS libro tertio decimo digestorum. Si quis duos homines promi- B. 26, 5, 67 E  
 serit et Stichum soluerit, poterit eiusdem Stichi dominium postea consecutus<sup>5</sup> dando libe-  
 rari. in nummis minor uel prope nulla dubitatio est: nam et apud Alfenum Seruius eum,  
 qui minus a debitore suo accipere et liberare eum uellet, respondit posse saepius aliquos<sup>6</sup> 45

## F(XYMO)

<sup>1</sup> datum] tum?    <sup>2</sup> aequae ins.    <sup>3</sup> hoc?    <sup>4</sup> et] requiritur nec cui caui    <sup>5</sup> rursus eum  
 ins. (πάλιν δοῦναι B)?    <sup>6</sup> aliquot?

2 duo's rei F<sup>1</sup> 17 an heres ... exegit bis F<sup>2</sup>  
 20 qu'ia F<sup>2</sup>: ἔχει γὰρ αὐτὸν ὡς ἐλεύθερον  
 ὑποκείμενον B (Anon.) 34 curatore F | filiae  
 uel filiae] filiae uel filia F<sup>2</sup>, filia'e (om. rel.)

F<sup>1</sup>: καλῶς αὐτῇ ἢ προὶς καταβάλλεται συναι-  
 νοῦντος τοῦ κουράτωρος τοῦ πατρὸς καὶ τῷ  
 κουράτῳ συναινούσης αὐτῆς B (Anon.) 36 ex]  
 ad F<sup>1</sup> 41 utili's actione F<sup>2</sup>

nummos accipiendo ab eo eique retro dando ac rursus accipiendo id efficere: ueluti, si centum debitorem decem acceptis liberare creditor uelit, ut, cum decem acceperit, eadem ei retro reddat, mox ab eo accipiat ac nouissime retineat: etsi in dubitationem a quibusdam hoc male deducatur, quod non possit uideri is qui ita accepit, ut ei a quo accepit retro reddat, soluisse potius quam decessisse<sup>1</sup>.

- 68 ¶ IDEM libro sexto decimo digestorum. Seruus decem dare iussus pupillo [B. 26, 5, 68] E l. 357 et liber esse, si<sup>2</sup> heres sit pupillus siue tantum condicio in eum collata sit, an absente quoque tutore pupillo dando libertatem consequatur? moueris comparatione condicionis, quae constitit in facto, ueluti 'si pupillo seruierit', quae potest impleri citra interuentum quoque tutoris. et quid, inquis, si curatorem habeat et si<sup>3</sup> furioso dare iussus sit, an<sup>10</sup> curatori dando liberetur? et finge alicui fundum legatum, si dedisset pupillo furiosoue. et sciendum est in omnibus istis casibus tutori quidem uel curatori utiliter dependi, ipsis autem, id est furioso uel pupillo, non recte persolui, ne datio ex illorum imbecillitate peccat: nec enim hoc egit testator, ut, quoquo modo esset datum, expleta uideretur condicio. 14
- 69 CELSUS libro uicensimo quarto digestorum. Si hominem, in quo usus fructus [B. 26, 5, 69] E alienus est uel qui erat pignori Titio obligatus, noxae dedisti, poterit is, cui condemnatus es, tecum agere iudicati, nec exspectabimus, ut creditor euincat. sed si usus fructus interierit uel dissoluta fuerit pignoris obligatio, existimo processuram liberationem.
- 70 IDEM libro uicensimo sexto digestorum. Quod certa die promissum est, uel [B. 26, 5, 70] E statim dari potest: totum enim medium tempus ad soluendum promissori liberum relinqui<sup>10</sup> intellegitur.
- 71 IDEM libro uicensimo septimo digestorum. Cum decem mihi aut Titio dari [B. 26, 5, 71] E 1 stipulatus quinque accipiam, reliquum promissor recte Titio dabit. Si fideiussor procuratori creditoris soluit et creditor post tempus, quo liberari fideiussor poterit, ratum habuit, tamen quia fideiussor, cum adhuc ex causa fideiussionis teneretur, soluit, nec repetere<sup>15</sup> potest nec minus agere aduersus reum mandati potest, quam si tum praesenti dedisset.
- 2 Item si ignorans creditor procuratori suo solum seruo debitoris filioe acceptum fecerit, postea autem rescierit et ratum habuerit, confirmatur solutio et quod acceptum latum sit, nullius momenti est: et contra, si ratum non habuerit, quod acceptum fecerit, confirmatur.
- 3 Sed si ignorans solum litem contestatus est, si pendente iudicio ratum habuit, absolui<sup>10</sup> oportet illum, cum quo actum est, si ratum non habuit, condemnari.
- 72 MARCELLUS libro uicensimo digestorum. Qui decem debet, si ea optulerit [B. 26, 5, 72] E creditori et ille sine iusta causa ea accipere recusauit, deinde debitor ea sine sua culpa<sup>1</sup> perdidit, doli mali exceptione potest se tueri, quamquam aliquando interpellatus non soluerit: etenim non est aequum teneri pecunia amissa, quia non teneretur, si creditor<sup>15</sup> accipere uoluisset. quare pro soluto id, in quo creditor accipiendo moram fecit, oportet esse. et sane si seruus erat in dote eumque optulit maritus et is seruus decessit, aut
- 1 nummos optulit eosque non accipiente muliere perdidit, ipso iure desinet teneri. Cum Stichum mihi deberes et in soluendo moram fecisses, sub condicione eum [cf. D. 46, 2, 14] pr. promisisti: pendente ea Stichus decessit: uideamus, an, quia nouari prior obligatio non<sup>10</sup> potest, petitio serui competat ea, quae competeret, si non intercessisset stipulatio. sed in promptu ¶ contradictio est debitorem, cum stipulanti creditori sub condicione promisit, non l. 353 uideri in solutione hominis cessasse: nam uerum est eum, qui interpellatus dare noluit,
- 2 offerentem postea periculo liberari. Sed quid si ignorante debitore ab alio creditor eum stipulatus est? hic quoque existimandus est periculo debitor liberatus, quemadmodum si<sup>15</sup> 45
- F(XYMQC)

<sup>1</sup> *expectamus talia*: quod non possit uideri is qui ita accepit, ut ei a quo accepit retro reddat, [solutum accepisse. puto tamen debitorem ita tantem] soluisse potius quam decidisse (decidisse *Contius*) <sup>2</sup> siue? <sup>3</sup> habeat et si] habenti? <sup>4</sup> *idem Graeci* (ἀνευ πάθουσιαις E): sine [dolo malo] sua culpa (*similiter Noodt*)?

5 soluisse potius quam decessisse] F, soluisse potius quam dedisse XYMQC 8 imbecillitate F<sup>1</sup> 24 poterit ... 25 fideiussor ter F<sup>1</sup>

28 confirmetur F 39 et] e'd't F<sup>1</sup> 42 promptum F 44 si om. F<sup>1</sup>

- 3 quolibet nomine eius seruum offerente stipulator accipere noluisset. Idem responsum est, si quis, cum subreptus sibi seruus esset, sub condicione stipulatus fuerit quidquid furem dare facere oportet: nam et fur condicione liberatur, si dominus oblatum sibi accipere noluit. si tamen, cum in prouincia forte seruus esset, intercesserit stipulatio (et finge prius quam facultatem eius nancisceretur fur uel promissor, decessisse seruum), non poterit rationi, quam supra reddidimus, locus esse: non enim optulisse eum propter absentiam intellegi potest. Stichum aut Pamphilum stipulatus sum, cum esset meus Pamphilus: nec si meus esse desierit, liberabitur promissor Pamphilum dando: neutrum enim uidetur in Pamphilo homine constituisse nec obligatio nec solutio. sed ei, qui hominem dari stipulatus est, unum etiam ex his, qui tunc stipulatoris serui erant, dando promissor liberatur: ui quidem ipsa et hic ex his dari stipulatus est, qui eius non erant. fingamus ita stipulatum: hominem ex his, quos Sempronius reliquit, dare spondes?, cum tres Sempronius reliquisset, eorumque aliquem stipulatoris fuisse: num mortuis duobus, qui alterius erant, supererit ulla obligatio, uideamus. et magis est deficere stipulationem, nisi ante mortem duorum desierit esse reliquus seruus stipulatoris. Qui hominem debebat, Stichum, (B) cui libertas ex causa fideicommissi praestanda est, soluit: non uidetur liberatus: nam uel minus hic seruum dedit quam ille, qui seruum dedit nondum noxa solutum. num ergo et si uispellionem aut alias turpem dederit hominem, idem sit? et sane datum negare non possumus et differt haec species a prioribus: habet enim seruum, qui ei auferri non possit.
- 6 Promissor serui eum debet hominem soluere, quem, si uelit stipulator, possit ad libertatem perducere. [B. 26, 5, 73] 20
- 73 IDEM libro trigensimo primo digestorum. Ob triginta nummos pecuniae creditae fideiussorem in uiginti dedi et pignus: ex uenditione autem pignoris creditor decem consecutus est: utrum ex uniuersitate id decedit, ut quidam putant, si in soluendis decem nihil debitor dixisset, an sicut ego puto, in totis decem fideiussori contingit liberatio? quia hoc dicendo potuit hoc efficere debitor, ut, ubi non dixit, id potius soluturum existimetur, quod satisfato debeatur? magis tamen existimo licuisse creditori in id, quod solus debebat reus, accepto referre. [B. 26, 5, 73] E
- 74 MODESTINUS libro tertio regularum. Id, quod poenae nomine a debitore exactum est, lucro debet cedere creditoris. [B. 26, 5, 74] E 30
- 75 IDEM libro octauo regularum. Sicut acceptilatio in<sup>3</sup> eum diem praecedentes peremit actiones, ita et confusio: nam si debitor heres creditori extiterit, confusio hereditatis peremit petitionis<sup>2</sup> actionem. [B. 26, 5, 75] E
- 76 IDEM libro sexto responsorum. Modestinus respondit, si post solutum sine ullo pacto omne, quod ex causa tutelae debeatur, actiones post aliquod interuallum cessae F(XYMOG) [B. 26, 5, 76] E 35

<sup>1</sup> quamuis *ins.* (Krueger)    <sup>2</sup> in *del.*    <sup>3</sup> confusio hereditatis petitionis peremit?

2 furem darem facere F<sup>1</sup> 5 seruum ...  
6 locus esse om. F<sup>1</sup> 9 sed ei qui seq.] idem  
Graeci: ὁ δὲ γενικῶς ἐπερωτηθεὶς μοι δοῦλος  
δύναται καταβαλεῖν μοι τὸν γενόμενον ἑμὸν ἐν  
τῷ καιρῷ τῆς ἐπερωτήσεως B (Anon.) 10 sti-  
pulatoris serui erant] F<sup>2</sup>, stipulatori serui-  
erant F<sup>2</sup> 11 et hic ex his dari stipulatus  
est qui eius non erant (erant O, erat F)] FO,  
et (ac C) si et (et om. X<sup>1</sup>C) is dari ... erat  
XYC, et hic, et si is dari ... erat M: fieri  
potest, ut quaedam exciderint ad hunc modum:  
ui quidem ipsa et hic ex his dari stipulatus  
est qui [eius non erant: at cogitasse uidetur  
de homine, qui nunc cum soluitur non est eius,  
non de eo qui tunc cum stipulabatur] eius non  
erat: nam cum quae praecedunt formam prae se  
ferant rationis dubitandi, aegre desideramus du-

bitationis refutationem 13 erant supererit n't F<sup>4</sup>  
16 post liberatus *ins.* similique modo si sol-  
uerit (soluit M<sup>1</sup>) seruum qui noxia (noxa M<sup>2</sup>)  
solutus non est non liberatur M<sup>1</sup>C, similique  
modo si dederit seruum qui noxe solutus non  
est non liberabitur item qui hominem (debi-  
tum add. X<sup>1</sup>) noxe deditum soluit non libe-  
rabitur X<sup>1</sup> (ubi quae sequuntur post non est,  
scripta sunt atramento diuerso), *inc.* M<sup>2</sup>: qui  
hominem noxe deditum soluit non liberatur  
M(artinus) glossa interlin. ad h. l. cod. Y si-  
militerque paullo ante cod. M 17 dedit quam  
ille qui seruum bis F<sup>1</sup> 18 bispellionem F  
19 possumus ed F 22 primo om. F<sup>1</sup>  
23 pignus] F<sup>1</sup> cum B (Anon.): ἐὰν ... λάβω  
ἐγγυητὴν εἰς εἰκοσι, λάβω δὲ καὶ ἐνέχυρα,  
pignus in decem F<sup>2</sup> 26 dixit F<sup>2</sup>



- sint, nihil ea cessatione actum, cum nulla actio superfuerit: quod si ante solutionem hoc factum est uel, cum conuenisset, ut mandarentur actiones, tunc solutio facta esset<sup>1</sup> mandatum subsecutum est, saluas esse mandatas actiones, cum nouissimo quoque casu pretium magis mandatarum actionum solutum quam actio quae fuit perempta uideatur. 4
- 77 IDEM libro septimo pandectarum. In liberto antiquior contractus operarum [B. 26, 5, 77] E esse non potest, sine quo libertas ei data non esset.
- 78 IAUOLENUS libro undecimo ex Cassio. Si alieni nummi in scio uel inuito domino soluti sunt, manent eius cuius fuerunt: si mixti essent, ita ut discerni non possent, eius fieri qui accepit in libris Gaii scriptum est, ita ut actio domino cum eo, qui dedisset, furti competeret. 10
- 79 IDEM libro decimo epistularum. Pecuniam, quam mihi debes, aut aliam rem si in conspectu meo ponere te iubeam, efficitur, ut et tu statim libereris et mea esse incipiat: nam tum, quod a nullo corporaliter eius rei possessio detinetur, adquisita mihi et quodammodo manu longa tradita existimanda est. 14
- 80 POMPONIUS libro quarto ad Quintum Mucium. Prout quidque contractum [B. 26, 5, 80] E est, ita et solui debet: ut, cum re contraxerimus, re solui debet: ueluti cum mutuum dedimus, ut retro pecuniae tantundem solui debeat. et cum uerbis aliquid contraximus, uel re uel uerbis obligatio solui debet, uerbis, ueluti cum acceptum promissori fit, re, ueluti cum soluit quod promisit. aequae cum emptio uel uenditio uel locatio contracta est, quoniam consensu nudo contrahi potest, etiam dissensu contrario dissolui potest. 20
- 81 IDEM libro sexto ad Quintum Mucium. Si stipulatus sim mihi aut Titio dari, [B. 26, 5, 81] E si Titius decesserit, heredi eius soluere non poteris. Si lancem deposuerit apud me Titius et pluribus heredibus relictis decesserit: si pars heredum me interpellat, optimum quidem esse, si praetor aditus iussisset me parti heredum eam lancem tradere, quo casu depositi me reliquis coheredibus non teneri. sed et si sine praetore sine dolo malo hoc fecero, liberabor aut (quod uerius est) non incidam in obligationem. optimum autem est id per magistratum facere. 25
- 82 PROCULUS libro quinto epistularum. Si, cum Cornelius fundum suum nomine Seiae uero eius doti dedisset nec de eo reddendo quicquam cauisset, fecit, ut inter se uir et Seia paciscerentur, ut diuortio facto is fundus Cornelio redderetur: non putodiuortio facto uirum uetante Seia eum fundum Cornelio tuto reddendum esse, sicuti si, cum pactum conuentum nullum intercessisset, diuortio facto mulier iussit eum fundum Cornelio reddi, deinde antequam redderetur, uetuisset, non tuto redderetur. sed si antequam Seia uetaret, Cornelio eum fundum reddidisset nec causam habuisset existimandi id inuita Seia facturum esse, nec melius nec aequius esse existimarem eum fundum Seiae reddi. 35
- 83 POMPONIUS libro quarto decimo ex uariis lectionibus. Si tuo seruo credidero [B. 26, 5, 83] E eumque redemero et is manumissus mihi soluerit, non repetet.
- 84 PROCULUS libro septimo epistularum. Egisti de peculio serui nomine cum [B. 26, 5, 84] E domino: non esse liberatos fideiussores eius respondit. at si idem seruus ex peculio suo permissa administratione peculii nummos soluisset, liberatos esse fideiussores eius recte legisti. 40
- 85 || CALLISTRATUS libro primo edicti monitorii. Solidum non soluitur non [B. 26, 5, 85] E minus quantitate quam die.
- 86 PAULUS libro octauo ad edictum. Hoc iure utimur, ut litis procuratori non [B. 26, 5, 86] E recte soluatur: nam et absurdum est, cui iudicati actio non datur, ei ante rem iudicatam solui posse. si tamen ad hoc datus sit, ut et solui possit, soluendo eo liberabitur<sup>2</sup>. 45

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> esset] est et?    <sup>2</sup> ei liberabimur?

12 'm'eo F<sup>2</sup>    13 detine're'tur F<sup>2</sup> | m'i'hi F<sup>2</sup>  
 17 aliquid contraximus uel re uel uerbis add. F<sup>2</sup>  
 18 debet] debeat F<sup>2</sup>    21 sim] sum F<sup>2</sup>    26 aut]  
 autem F<sup>2</sup>    33 uetuisset non tuto redderetur

om. F<sup>2</sup>    35 acqui'tu's F<sup>2</sup> | seia'e' F<sup>2</sup>    42 non  
 minus quantitate quam die] οὐ μόνον ἐν ποσό-  
 τητι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἡμέρᾳ B (A non.)    44 ut litis]  
 utilis F<sup>2</sup>    46 possit] F<sup>2</sup>, ei possit F<sup>2</sup>

- 87 CELSUS libro uicensimo digestorum. Quodlibet debitum solutum a procura- B. 26, 5, 87 *Ej*<sup>\*</sup>  
tore meo non repeto, quoniam, cum quis procuratorem omnium rerum suarum constituit,  
id quoque mandare uidetur, ut creditoribus suis pecuniam soluat neque post ea expectan-  
dum est, ut ratum habeat.
- 88 SCAEUOLA libro quinto digestorum. Filiae intestato patri heredis negotia B. 26, 5, 88 *A*  
mater gessit et res uendendas per argentarios dedit idque ipsum codice conscriptum est:  
argentarii<sup>1</sup> uniuersum redactum uenditionis soluerunt et post solutionem nouem fere annis,  
quidquid agendum erat, nomine pupillae mater egit eamque marito nuptum collocauit et  
res ei tradidit. quaesitum est, an puella cum argentariis aliquam actionem habet, quando  
non ipsa stipulata sit pretium rerum, quae in uenditionem datae sunt, sed mater. respon- 10  
dit, si de eo quaereretur, an iure ea solutione argentarii liberati essent, responderi iure  
liberatos. CLAUDIUS: subest enim illa ex iurisdictione pendens quaestio, an pretia rerum,  
quae sciebant esse pupillae, bona fide soluisse uideantur matri, quae ius administrationis  
non habebat: ideoque si hoc sciebant, non liberantur, scilicet si mater soluendo non sit. 14
- 89 IDEM libro uicensimo nono digestorum. Ex pluribus causis et chirographis B. 26, 5, 89 *A*  
creditor ita cauit: Titius<sup>2</sup> Maenius dico me accepiisse et habere et accepto tulisse a Gaio  
Titio reliquum omne ratione posita eius pecuniae, quam mihi Stichus Gaii Titii seruus  
cauerat. quaesitum est, an ex ceteris chirographis, quae non Stichus cauit, sed ipse de-  
bitor<sup>3</sup>, integra manet actio ex reliquis chirographis per ipsum debitorem cautis. respondit 1  
eam solam obligationem dissolutam, ex qua solutum proponeretur. Lucius Titius ex duo- 20  
bus chirographis, quibus quadringenta ei a Seio debebantur, altero centum, altero trecen-  
tum, scripsit Seio, ut unius chirographi centum per Maenium et Septicium sibi mitterentur:  
quaero, an Seius, si Maenium et Septicium ex trecentum quoque soluisse se dicat, liberatus  
sit. respondit, si nec mandauit, ut ex trecentum solueretur, nec solutum ratum habuit, 25  
non esse liberatum. Lucius Titius duabus stipulationibus, una quindecim sub usuris ma-  
ioribus, altera uiginti sub usuris leuioribus Seium eadem die obligauit, ita ut uiginti  
prius soluerentur, id est idibus Septembribus: debitor post diem utriusque stipulationis  
cedentem soluit uiginti sex neque dictum est ab altero, pro qua stipulatione solueretur.  
quaero, an quod solutum est eam stipulationem exonerauerit, cuius dies ante cessit, id  
est ut uiginti sortis soluta uideantur et in usuras eorum sex data. respondit magis id 30  
accipi ex usu esse.
- 90 IDEM libro uicensimo sexto digestorum. Filius, qui administrabat ut heres B. 26, 5, 90 *A*<sup>\*</sup>  
paterna bona, pecuniam ex his Sempronio mutuam dedit et eandem particulatim recepit,  
deinde se abstinuit, quia minor annis erat, ab ea hereditate: quaesitum est, curator bo- 34  
norum patris || constitutus an aduersus Sempronium utilem actionem habet. respondit nihil f. 354'  
proponi, cur non is, qui soluisset id quod mutuum ita acceperat, liberatus esset.
- 91 LABEO libro sexto pithanon a Paulo epitomatorum. Si debitor tuus non uult B. 26, 5, 91 *A*  
a te liberari et praesens est, non potest inuitus a te solui. PAULUS: immo debitorem tuum  
etiam praesentem etiam<sup>4</sup> inuitum liberare ita poteris supponendo, a quo debitum nouandi  
causa stipuleris: quod etiamsi acceptum non feceris, tamen statim, quod ad te attinet, res 40  
peribit: nam et petentem te doli praescriptio excludet.
- 92 POMPONIUS libro nono epistularum. Si mihi alienum seruum dari promiseris B. 26, 5, 92 *A*  
aut testamento dare iussus fueris isque seruus, antequam per te staret quo minus dares,  
a domino manumissus sit, haec manumissio morti similis sit: si autem decessisset, non  
tenearis. Sed et si quis seruum, quem dari promisit, heres a domino scriptus statuliberum 45  
dederit, liberatur.

*F(XYMOO)*

<sup>1</sup> matri *ins.*    <sup>2</sup> Titus?    <sup>3</sup> ex ceteris ... debitor *del.*    <sup>4</sup> etiam *del.*

10 uenditione *F* 12 liberatos] liberatus *F*<sup>2</sup>  
13 quae sc.] quasi esset quas sc., reddunt *Graeci*:  
εἰδότες τῆς κέρως εἶναι τὰ πράγματα *B* (*Anon.*)  
16 tulisse *F*<sup>2</sup> 18 caueret *F*<sup>2</sup> 21 altero

centum *om.* *F*<sup>1</sup> | altero 'trecentum *F*<sup>3</sup> 26 ni-  
genti sub *F*<sup>1</sup> | 's'eium *F*<sup>3</sup> 39 nouandi causa]  
quasi esset donandi causa, uertit *Anonymus*:  
ἀωρεῶς λόγῳ, male 45 scriptum's *F*<sup>1</sup>

- 93 SCAEUOLA libro singulari quaestionum publice tractatarum. Si duo rei sint [B. 26, 5, 93] *Af* stipulandi et alter alterum heredem scripsit, uidentum, an confundatur obligatio. placet non confundi. quo bonum est hoc dicere? quod, si intendat dari sibi oportere, uel ideo dari oportet ipsi, quod heres exstitit, uel ideo, quod proprio nomine ei deberetur. atquin magna est huius rei differentia: nam si alter ex reis pacti conuenti temporali exceptione 5 summoneri poterit, intererit, is qui heres exstitit utrumne suo nomine an hereditario ex-  
1 periatur, ut ita possis animaduertere, exceptioni locus sit nec ne. Item si duo rei sint  
2 promittendi et alter alterum heredem scripsit, <sup>1</sup> confunditur obligatio. Sed et<sup>2</sup> si reus heredem fideiussorem scripserit, confunditur obligatio. et quasi generale quid retinendum est, ut, ubi ei obligationi, quae sequellae locum optinet, principalis accedit, confusa sit 10 obligatio: quotiens duae sint principales, altera alteri potius adicitur ad actionem, quam  
3 confusionem parere. Quid ergo, si fideiussor reum heredem scripserit? confundetur obli-  
gatio secundum Sabini sententiam, licet Proculus dissentiat.
- 94 PAPINIANUS libro octauo quaestionum. Si is, cui nummos debitor soluit [B. 26, 5, 94] *P* alienos, nummis integris pergat petere quod sibi debeatur, nec offerat quod accepit, ex- 15  
1 ceptione doli summonebitur. Sin autem communes nummos credam aut soluam, confestim pro parte mea nascetur et actio et liberatio, siue in singulis nummis communionem pro  
2 indiuiso quis esse intellegat siue in pecunia non corpora cogitet, sed quantitatem. Sed et si fideiussor alienos nummos in causam fideiussionis dedit, consumptis his mandati agere potest: et ideo si eam pecuniam soluat, quam subripuerat, mandati aget, postquam furti 10  
3 uel ex causa conditionis<sup>1</sup> praestiterit. Fabius Ianuarius Papiniano salutem. Cum Titius Gaio Seio deberet ex causa fideicommissi certam quantitatem et tantundem<sup>4</sup> eidem ex alia causa, quae peti quidem non poterat, ex solutione autem petitionem non praestat, Titii seruus actor absente domino soluit eam summam, quae efficeret<sup>5</sup> ad quantitatem unius debiti, tantumque est ei solutum ex uniuerso credito: quaero, id quod solutum est in quam 15  
4 causam acceptum uidetur. respondi, si quidem || Titio Seio ita cauisset, ut sibi solutum 1.55  
ex uniuerso credito significaret, crediti appellatio solam fideicommissi pecuniam demon-  
strare uidetur, non eam, quae petitionem quidem non habet, solutione autem facta repeti pecunia<sup>6</sup> non potest: cum uero seruus Titii actor absente domino pecuniam soluerit, ne dominium quidem nummorum in eam speciem<sup>7</sup> obligationis, quae habuit auxilium ex- 20  
5 ceptionis, translatum foret, si ex ea causa solutio facta proponeretur, quia non est uero simile dominum ad eam speciem soluendis pecuniis seruum praeposuisse, quae solui non debuerunt, non magis quam ut nummos peculiare ex causa fideiussionis, quam seruus non ex utilitate peculii suscepit, solueret.
- 95 IDEM libro uicensimo octauo quaestionum. Stichum aut Pamphilum, utrum [B. 26, 5, 95] *P* 'ego uelim, dare spondes?' altero mortuo qui uiuit solus petetur, nisi si mora facta sit im-  
eo mortuo, quem petitor elegit: tunc enim perinde solus ille qui decessit praebetur, ac 25  
1 solus in obligationem deductus fuisset. Quod si promissoris fuerit electio, defuncto altero qui superest aequae peti poterit. enimuero si facto debitoris alter sit mortuus, cum debitoris esset electio, quamuis interim non alius peti possit, quam qui solui etiam potest, 30  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100
- F(XYMOO)*

<sup>1</sup> non *ins.* (u. i.)    <sup>2</sup> et *del.*    <sup>3</sup> postquam ex causa furtinae conditionis?    <sup>4</sup> tantundem?  
<sup>5</sup> sufficeret (u. i.)?    <sup>6</sup> pecunia *del.*    <sup>7</sup> in ea specie (*edd.*)?

1 publicae *F* 4 adquin *F* 7 exceptione *F*<sup>2</sup>  
8 confunditur] *F*, non confunditur *XYMOO*,  
*inc. M*<sup>o</sup>: ὁμοίως συγχέεται ἡ ἀγωγὴ, ὅτε ὁ  
εἰς τῶν δύο ἐναγομένων κληρονομίσει τοῦ ἀ-  
λογῶ· εἰ δὲ ὁ πρωτότυπος κληρονομίσει τοῦ  
ἑγγυητοῦ ἢ τοῦναντίον, συγχέεται ἡ ἀγωγὴ *B*  
(*Anon.*), unde apparet Graecos non aliter le-  
gisse ac legimus hodie 18 et 'si' *F*<sup>2</sup> 19 con-  
sumptis *F*<sup>3</sup> 20 postquam furti uel ex causa  
conditionis praestiterit] non aliter legit *Ano-*

*nymus*: κἀν κλοπιμαῖα ἥσαν τὸ ἰκανὸν διὰ τῆς  
ἐπὶ τῆ κλοπῆς ἀγωγῆς τῆς ἀπαιτούσης τὸ διπλοῦν  
ἢ τῆς ἀπαιτούσης μόνον τὸ κλαπὲν ἐποίησεν:  
*at ut res furtiua apud furem remaneat, non  
sufficit furti actum esse, cum ea actio sit  
mere poenalis* 21 fauius *F* | papinianu *F*<sup>2</sup>  
24 efficeret] *F*, sufficeret *XYMOO*, *inc. M*<sup>o</sup>  
27 solam] *F*<sup>2</sup>, soli *F*<sup>2</sup> *Y*<sup>o</sup> *M*, solius *XY*<sup>o</sup> *O* *C*  
39 potuerit *F*<sup>2</sup>

neque defuncti offerri aestimatio potest, si forte longe fuit uilior, quoniam id pro petitore in poenam promissoris constitutum est, tamen, si et alter seruus postea sine culpa debitoris moriatur, nullo modo ex stipulatu agi poterit, cum illo in tempore, quo moriebatur, non commiserit stipulationem. sane quoniam impunita non debent esse admissa, doli actio non immerito desiderabitur: aliter quam in persona fideiussoris, qui promissum hominem 5 interfecit, quia tenetur ex stipulatu actione fideiussor, quemadmodum tenebatur, si debitor 2 sine herede decessisset. Aditio hereditatis nonnumquam iure confundit obligationem, ueluti si creditor debitoris uel contra debitor creditoris adierit hereditatem. aliquando pro solutione cedit, si forte creditor, qui pupillo sine tutoris auctoritate nummos crediderat, heres ei extitit: non enim quanto locupletior pupillus factus est, consequeretur, sed in solidum 10 creditum suum ex hereditate retinet. aliquando euenit, ut inanis obligatio aditione hereditatis confirmetur. nam si heres, qui restituerit ex Trebelliano hereditatem, fideicommissario heres exstiterit, uel mulier, quae pro Titio intercesserat, eidem heres extiterit, incipit obligatio ciuiliis propter hereditatem eius, qui iure tenebatur, auxilium exceptionis amittere: 3 etenim inconditum est subuenire sexui mulieris, quae suo nomine periclitetur. Quod uolgo 15 iactatur fideiussorem, qui debitori heres extitit, ex causa fideiussionis liberari, totiens uerum est, quotiens rei plenior promittendi obligatio inuenitur. nam si reus dumtaxat fuit obligatus, fideiussor liberabitur<sup>1</sup>. e contrario non potest dici non tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam et personalem habuit defensionem: nam si minori uiginti quinque annis bonae fidei<sup>2</sup> pecuniam credidit<sup>3</sup> isque nummos acceptos perdidit et intra tem- 20 pora in integrum restitutionis decessit herede fideiussore, difficile est dicere causam iuris honorarii, quae | potuit auxilio minori esse, retinere fideiussoris obligationem, 'quae prin- f. 855' cipalis fuit et cui fideiussoris accessit sine contemplatione iuris praetorii. auxilium igitur restitutionis fideiussori, qui adulescenti heres extitit, intra constitutum tempus saluum erit. 4 Naturalis obligatio ut pecuniae numeratione, ita iusto pacto uel iureiurando ipso iure tollitur, quod uinculum aequitatis, quo solo sustinebatur, conuentionis aequitate dissoluitur: 5 ideoque fideiussor, quem pupillus dedit, ex istis causis liberari dicitur. Quaesitum est, an ita stipulari quis possit: 'mihi aut filio meo decem dari?' uel ita: 'mihi aut patri?' sed non incommode potest adhiberi distinctio, ut filio quidem stipulante patris tunc adiciatur persona, cum stipulatio ei adquiri non possit: e contrario autem nihil prohibeat patre stipu- 10 laante filii personam adici, cum totiens, quod pater filio stipulatur, sibi stipulatus intelligitur, cum ipsi sibi stipulatus non est, et in proposito manifestum est non obligationis, sed 6 solutionis gratia filii personam adiectam. Usus fructum mihi aut Titio dari stipulatus sum: Titio capite deminuto, facultas soluendi Titio non intercidit, quia et sic stipulari possumus: 7 'mihi aut Titio, cum capite minutus erit, dari?' Nam<sup>4</sup> si furiosi uel pupilli persona adiecta 8 sit, ita tutori uel curatori pecunia recte dabitur, si condicionis quoque implendae causa recte pecunia tutori uel curatori datur. quod quidem Labeo et Pegasus putauerunt utilitatis causa recipiendum: idque ita recipi potest, si pecunia in rem uel pupilli uel furiosi uersa est, quomodo si domino iussus dare seruo dedisset, ut domino daret. ceterum qui seruo dare iussus est, domino dando non aliter implesse condicionem intellegendus est, 40 quam si ex uoluntate serui dedit. idem respondendum est in solutione, si stipulato Sempronio sibi aut Sticho Maenii seruo decem dari debitor Maenio domino pecuniam soluierit. 8 Si creditor debitoris hereditatem ad se non pertinentem possedit et tantum ad eum per-

*F(XYMOOC)*

<sup>1</sup> nam si reus dumtaxat fuit obligatus [naturaliter, fideiussor non liberabitur: si ciuiliiter fuit obligatus,] fideiussor liberabitur (similiter Cuiacius: u. t.)? <sup>2</sup> bona fide (edd.)?

<sup>3</sup> credidi? <sup>4</sup> non retinere obligationem similiae ins. (similiter Smalenburg) <sup>5</sup> nam] num?

15 inconditum] *FM*?, mihi creditum *Y*?, in creditum *Y<sup>2</sup>M<sup>4</sup>OC*, creditum *X* | sexus *F* 17 rei] sic *XY<sup>2</sup>M<sup>4</sup>OC* cum *B*: ὅτε πλέον αὐτίς (τῆς ἐγγύης) εἶχεν ὁ πρωτότυχος, εἰ *FY* | nam si reus dumtaxat fuit obligatus fideiussor liberabitur] *pleniorem locum lectum esse a Grae-*

*cis probabile est, nam uertit sic Anonymus: εἰ γάρ ὁ ἐναγόμενος φύσει μόνον ἠνείχετο, οὐκ ἀπόλλυται B 20 ann'or'is F<sup>2</sup> 22 obligationem ... 23 fideiussoris om. F<sup>1</sup> 32 ipse sibi F 41 si'bi stipulato F<sup>2</sup>*

- uenit, quantum, si quilibet alius bonorum possessor ei solueret, liberaret heredem, non potest dici fideiussores liberari: neque enim ipsum sibi soluisse pecuniam credendum est, a quo hereditas euincitur. Dolo fecisti, quo minus possideres quod ex hereditate ad alium pertinente adprehenderas: si possessor corpus aut litis aestimationem praestitit, ea res tibi proderit, quia nihil petitoris interest: ceterum si tu ante conuentus ex praeterito dolo praestiteris, nihil ea res possessori proderit. Si mandatu meo Titio pecuniam credidisses, eiusmodi contractus similis est tutori et debitori pupilli: et ideo mandatore conuento et damnato, quamquam pecunia soluta sit, non liberari debitorem ratio suadet, sed et praestare debet creditor actiones mandatori aduersus debitorem, ut ei satisfiat. et hoc pertinet tutoris et pupilli debitoris nos fecisse comparisonem: nam cum tutor pupillo tenetur ob id, quod debitorem eius non conuenit, neque iudicio cum altero accepto liberatur alter nec, si damnatus tutor soluerit, ea res proderit debitori: quin etiam dici solet tutelae contraria actione agendum, ut ei pupillus aduersus debitores actionibus cedat. Si creditor a debitore culpa sua causa ceciderit, prope est, ut actione mandati nihil a mandatore consequi debeat, cum ipsius uitio acciderit, ¶ ne mandatori possit actionibus cedere. Si inter emptorem et uenditorem conuenerit, priusquam aliquid ex alterutra parte solueretur, ut ab emptione discedatur, fideiussor eo nomine acceptus soluto contractu liberabitur.
- 96 IDEM libro undecimo responsorum. Pupilli debitor tutore delegante pecuniam creditori tutoris soluit: liberatio contigit, si non malo consilio cum tutore habito hoc factum esse probetur. sed et interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit. Cum pupilla magistratui, qui per fraudem pupillo tutorem dedit, heres extitisset, tutores eius cum adulescente transegerunt: eam transactionem pupilla ratam habere noluit: nihilo minus erit tutorum pecunia liberata nec tutores contra adulescentem actionem nec utilem habebunt, qui suum reciperauit. plane si adulescens pecuniam restituere tutori pupillae maluerit, rescisso quod gestum est actionem utilem in pupillam heredem magistratus accipiet. Soror, cui legatum ab herede fratre debebatur, post motam legati quaestionem transegit, ut nomine debitoris contenta legatum non peteret. placuit, quamuis nulla delegatio facta neque liberatio secuta esset, tamen nominis periculum ad eam pertinere itaque, si legatum contra placitum peteret, exceptionem pacti non inutiliter opponi. Cum eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorum pro modo pecuniae cuiusque contractus creditor accepto facere debet nec in arbitrio eius electio erit, cum debitor pretium pignoris consortioni subiecerit: quod si temporibus discretis superfluum pignorum obligari placuit, prius debitum pretio pignorum iure soluetur, secundum superfluo compensabitur. Cum institutus deliberaret, substituto pecunia per errorem soluta est: ad eum hereditate postea deuoluta causa condicionis euanescit: quae ratio facit, ut obligatio debiti soluetur.
- 97 IDEM libro secundo definitionum. Cum ex pluribus causis debitor pecuniam soluit, utriusque demonstratione cessante potior habebitur causa eius pecuniae, quae sub infamia debetur: mox eius, quae poenam continet: tertio quae sub hypotheca uel pignore contracta est: post hunc ordinem potior habebitur propria quam aliena causa, ueluti fideiussoris. quod ueteres ideo definierunt, quod uerisimile uideretur diligentem debitorem admonitum ita negotium suum gesturum fuisse. si nihil eorum interueniat, uetustior contractus ante soluetur. si maior pecunia numerata sit, quam ratio singulorum exposcit, nihilo minus primo contractu soluto, qui potior erit, superfluum ordini secundo uel in totum uel pro parte minuendo uidebitur datum.
- 98 PAULUS libro quinto decimo quaestionum. Qui res suas obligauit, postea aliquam possessionem ex his pro filia sua dotem promittendo obligauit et soluit. si ea res

<sup>1</sup> plus petendo *hic sublatum* (Schalling)    <sup>2</sup> superfluum pignorum obligari placuit *del.*

3 alienum F<sup>2</sup>    11 alter F<sup>2</sup> | nec si F<sup>2</sup>    35 condicionis F    41 admonitum ita F<sup>2</sup>  
 16 alterutra F<sup>4</sup>    32 consortioni] FX<sup>o</sup> Y<sup>o</sup>,    42 gestorum F  
 consorti omni M<sup>o</sup>, sorti omni X<sup>2</sup> Y<sup>2</sup> M<sup>o</sup> OC

a creditore euicta est, dicendum est maritum ex dotis promissione agere posse, ac si statu-  
 liberum remue sub condicione legatam dotis nomine pro filia pater soluisset: harum enim  
 rerum solutio non potest nisi ex euentu liberare, scilicet quo casu certum erit remanere  
 1 cas. Diuersum respondetur in ea pecunia siue re, quam patronus post mortem liberti per 4  
 Fabianam aufert: haec enim || actio cum sit noua, partam liberationem non potest reuo- f. 356'  
 2 care. Huic applicatur minor uiginti quinque annis, qui a creditore circumscriptus in rem  
 3 ex causa debiti solutam restituitur. Rem autem castrensis peculii soluentem patrem per-  
 inde accipere debemus, ac si alienam dedisset, quamuis possit residere apud eum, cui so-  
 luta est, prius mortuo intestato filio: sed tunc adquisita creditur, cum filius decesserit: et<sup>1</sup>  
 utique cuius fuerit, euentus declaret sitque et hoc ex his, quae post factis, in praeteritum 10  
 4 quid fuerit, declarent. Mihi dare decem pure aut Titio kalendis uel sub condicione, aut  
 mihi kalendis Ianuariis, Titio Februariis utiliter stipulor: quod si mihi kalendis Februariis,  
 Titio kalendis Ianuariis, potest dubitari. sed rectius dicitur utiliter stipulatam: nam cum  
 in diem sit ea quoque obligatio, etiam mihi solui potest ante Februarias: igitur et illi solui  
 5 poterit. Qui<sup>2</sup> stipulatus 'sibi aut Titio' si hoc dicit 'si Titio non solueris' dari sibi, uidetur 15  
 condicionaliter stipulari. et ideo etiam sic facta stipulatione: 'mihi decem aut quinque  
 'Titio dari?' quinque Titio solutis liberabitur reus a stipulatore. quod ita potest admitti,  
 si hoc ipsum expressim agebatur, ut quasi poena adiecta sit in persona stipulantis, si  
 Titio solutum non esset. at ubi simpliciter 'sibi aut Titio' stipulatur, solutionis tantum  
 causa adhibetur Titius et ideo quinque ei solutis remanebunt reliqua quinque in obligatione. 20  
 contra si mihi quinque, illi decem stipulatus sim, quinque Titio solutis non facit conceptio  
 stipulationis, ut a me liberetur: porro si decem soluerit, non quinque repetet, sed mihi  
 6 per mandati actionem decem debebuntur. Mihi Romae aut Ephesi Titio dari stipulor:  
 an soluendo Titio Ephesi a me liberetur, uideamus: nam si diuersa facta sunt, ut Iulianus  
 putat, diuersa res est. sed cum praeualeat causa dandi, liberatur: libera- [cf. D. 46, 1, 16, 2 25  
 retur enim et si mihi Stichum, illi Pamphilum dari stipulatus essem et Titio Pamphilum  
 soluisset. at ubi merum factum stipulor, puta insulam in meo solo aedificari aut in Titii  
 loco, numquid, si in Titii loco aedificet, non contingat liberatio? nemo enim dixit facto  
 pro facto soluto liberationem contingere. sed uerius est liberationem contingere, quia non  
 7 factum pro facto soluere uidetur, sed electio promissoris completur. Si seruus fructuarius 30  
 ex re fructuarii domino proprietatis aut fructuario stipuletur, inutilis est stipulatio: si ex  
 re proprietarii si ipsi domino aut fructuario stipuletur, recte stipulatur: tantum enim so-  
 8 lutionis capax est fructuarius hoc casu, non etiam *obligationis*. Aream promisi alienam:  
 in ea dominus insulam aedificauit: an stipulatio extincta sit, quaesitum est. respondi, si  
 alienum hominem promisi et is a domino manumissus est, liberor. nec admissum est, quod 35  
 Celsus ait, si idem rursus lege aliqua seruus effectus sit, peti eum posse: in perpetuum  
 enim sublata obligatio restitui non potest, et si seruus<sup>3</sup> effectus sit, alius uidetur esse.  
 nec simili argumento usus est, ut, si nauem, quam tu promisi, dominus dissoluerit,  
 deinde isdem tabulis compegerit, teneri te: hic enim eadem nauis est, quam te daturum  
 spondidisti, ut uideatur magis obligatio cessare quam extincta esse. homini autem manu- 40  
 misso simile fiet, si ea mente dissolutam esse nauem posueris, ut in alios usus conuerto-  
 rentur tabulae, ¶ deinde mutato consilio easdem compositas: alia enim uidebitur esse po- f. 357  
 sterior nauis, sicut ille alius homo est. non est his similis area, in qua aedificium positum  
 est: non enim desiit in rerum natura esse. immo et peti potest area et aestimatio eius  
 solui debbit: pars enim insulae area est et quidem maxima, cui etiam superficies cedit. 45

*F(XYMOO)*

<sup>1</sup> et] ut?    <sup>2</sup> qui *del.*    <sup>3</sup> rursus *ins.*

2 pa'r'ter F<sup>4</sup> 5 fauianam F 6 adplicatur F<sup>2</sup>  
 11 declare'n't F<sup>2</sup> 12 ianuariis potest du-  
 bitari titio F<sup>4</sup> 15 aut titi'o si F<sup>4</sup> 17 dari  
 quinque titio om. F<sup>2</sup> 22 mi'hi F<sup>2</sup> 27 at]  
 ad F | titij] titio F<sup>2</sup> 28 namquid F<sup>2</sup> 29 con-  
 tingere] contingera F<sup>2</sup> 31 stipuleretur F |

inutilis est ... 32 fructuario stipuleretur (*sic*)  
*suppl.* F<sup>2</sup> 33 obligationis 'quoque' erant  
 areae F<sup>2</sup>: εὑρίσκεται ὁ τὴν χρῆσιν ἔχων κατα-  
 βολῆς, οὗ μὴν ἀγωγῆς δεκτικός. Ἐάν ἄλλοτριον  
 ἔλαφος *seq. B (Anon.)* 40 aut'em' F<sup>2</sup>  
 41 alio's' F<sup>2</sup> 45 qui'a dem F<sup>2</sup>

diuersum dicemus, si seruus promissus ab hostibus captus sit: hic interim peti non potest quasi ante diem, sed si redierit postliminio, recte tunc petetur: cessauit enim hic obligatio. area autem extat, sicut cetera, ex quibus aedificium constitit. denique lex duodecim tabularum tignum aedibus iunctum uindicari posse scit, sed interim id solui prohibuit pretiumque eius dari uoluit.

- 99 PAULUS libro quarto responsorum. Respondit debitorem<sup>1</sup> non esse cogendum B. 26, 5, 99 <sup>5</sup> P  
in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliquid passurus sit.
- 100 IDEM libro decimo responsorum. Quaero, an curatoribus uel tutoribus in B. 26, 5, 100 P  
prouincia datis Romae pecunia solui possit<sup>2</sup>, quae in prouincia ita ab his faenerata esset,  
ut Romae solueretur, cum idem curatores uel tutores rerum Italicarum administrationem <sup>10</sup>  
non sustinent, an<sup>3</sup>, si soluerit debitor, liberetur. Paulus respondit his tutoribus uel cura-  
toribus recte pupillo pecuniam debitam solui, qui negotia eius administrant: eos autem,  
qui prouincialium rerum curatores uel tutores sunt, Italica negotia administrare non  
solere, nisi specialiter tutores prouincialium rerum, ut sibi Romae redderetur, promitti  
curauerunt. <sup>15</sup>
- 101 IDEM libro quinto decimo responsorum. Paulus respondit non ideo eos, B. 26, 5, 101 P  
qui uirilem portionem ex causa fideicommissi inferre debuerant, liberatos uideri, quoniam  
1 quidam ex collegis per errorem plus debito intulerunt. Paulus respondit aliam causam  
esse debitoris soluentis, aliam creditoris pignus distrahentis: nam cum debitor soluit pecu-  
niam, in potestate eius esse commemorare, in quam causam solueret: cum autem creditor <sup>20</sup>  
pignus distraheret, licere ei pretium in acceptum referre etiam in eam quantitatem, quae  
natura tantum debebatur, et ideo<sup>4</sup> deducto eo debitum peti posse.
- 102 SCAEUOLA libro quinto responsorum. Creditor oblatam a debi- B. 26, 5, 102. Ep. 17, 52 P  
tore pecuniam ut alia die accepturus distulit: mox pecunia, qua illa res publica utebatur,  
quasi aerosa iussu praesidis sublata est: item pupillaris pecunia, ut possit idoneis nomi- <sup>25</sup>  
nibus credi seruata, ita interempta est: quaesitum est, cuius detrimentum esset. respondi  
1 secundum ea quae proponerentur nec creditoris nec tutoris detrimentum esse. Cum de  
sorte debita constaret, de usura litigatum esset, nouissime ex appellatione pronuntiatum  
est solutas quidem usuras non repeti, in futurum uero non deberi: quaero, pecunia data  
utrum usuris cedere deberet, quod petitor defenderet<sup>5</sup>, an uero sorti proficeret. respondi, <sup>30</sup>  
2 si qui dabat, in sortem se dare dixisset, usuris non debere proficere. Ualerius Lucii Titii  
seruus scripsit: 'accepi a Mario Marino ex summa maiore tot aureos': quaero, an haec  
summa in proximum annum ei accepto ferri debeat, cum superioris anni sit reliquator.  
3 respondi uideri in primam quamque summam liberationem proficere. Titius mutuum pe. l. 357  
cuniam accepit et quincunces usuras sponndit easque paucis annis soluit: postea nullo <sup>35</sup>  
pacto interueniente per errorem et ignorantiam semisses usuras soluit: quaero, an pate-  
facto errore id, quod amplius usurarum nomine solutum esset quam in stipulatum dedu-  
ctum, sortem minueret. respondi, si errore plus in usuris soluisset quam deberet, ha-  
bendam rationem in sortem eius quod amplius solutum est. <sup>38</sup>
- 103 MAECIANUS libro secundo fideicommissorum. Cum ex pluribus causis de- B. 26, 5, 103 P  
bitor pecuniam soluit, Iulianus elegantissime putat ex ea causa eum soluuisse uideri debere,  
ex qua tunc, cum soluebat, compelli poterit ad solutionem.
- 104 IDEM libro octauo fideicommissorum. Ante restitutam hereditatem solutiones B. 26, 5, 104 P  
et liberationes factae ab herede ratae habebuntur.

*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> creditorem (u. i.)?    <sup>2</sup> pecuniam (*del.* solui possit)?    <sup>3</sup> an *del.*    <sup>4</sup> non *ins.*    <sup>5</sup> defenderat?

1 si seruus *bis* *F*<sup>1</sup> | sit] *F*<sup>1</sup>, est *F*<sup>2</sup>    3 ex-  
tet *F*    4 uindicare *F*<sup>1</sup>    6 debitorem] *FY*<sup>2</sup>*O*<sup>2</sup>,  
creditorum *XY*<sup>2</sup>*MO*<sup>2</sup>*C*    7 in aliam formam  
nummos] ἄλλοι τύποι νομίσματα *B* (*Anon.*)  
16 respondit non *F*<sup>1</sup>    17 liberatus *F*<sup>1</sup>  
18 collegi's *F*<sup>2</sup>    24 mox pecunia *seq.*

ἐὰν ... σὺμβῆ κατὰ κέλευσιν τοῦ ἀρχόντος ἀ-  
λατῆσαι τὸν τύπον τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει πο-  
λιτευομένων νομισμάτων *B* (*Anon.*), ἐὰν ...  
ἐναλλαγῆ τῶν νούμμων ἢ πολιτεία *Epit.* | τῶν  
pupillica *F*<sup>1</sup>    26 credi di seruata *F*<sup>2</sup>    32 ac-  
cipi *F*<sup>1</sup>

- 105 PAULUS libro singulari ad legem Falcidiam. Quod dicimus in eo herede, [B. 26, 5, 105] <sup>P</sup> qui<sup>1</sup> fideiussori testatoris id, quod ante aditam hereditatem ab eo solutum est, debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intellegendum est: nec enim cum sacco adire debet. <sup>4</sup>
- 106 GAIUS libro secundo de uerborum obligationibus. Aliud est iure stipulationis Titio solui posse, aliud postea permissu meo id contingere. nam cui iure stipulationis recte soluitur, ei etiam prohibente me recte solui potest: cui uero alias permisso solui, ei non recte soluitur, si, priusquam solueretur, denuntiauerim promissori, ne ei solueretur.
- 107 POMPONIUS libro secundo enchiridii. Uerborum obligatio aut naturaliter re- [B. 26, 5, 107] <sup>P</sup> soluitur aut ciuilitur: naturaliter ueluti solutione aut cum res in stipulationem deducta sine <sup>10</sup> culpa promissoris in rebus humanis esse desiit: ciuilitur ueluti acceptilatione uel cum in eandem personam ius stipulantis promittentisque deuenit.
- 108 PAULUS libro secundo manualium. Ei, qui mandatu meo post mortem meam [B. 26, 5, 108] <sup>P\*</sup> stipulatus est, recte soluitur, quia talis est lex obligationis: ideoque etiam inuito me recte ei soluitur. ei autem, cui iussi debitorem meum post mortem meam soluere, non recte <sup>15</sup> soluitur, quia mandatum morte dissoluitur.

## III.

## R DE ACCEPTILATIONE R

SEPA

- 1 MODESTINUS libro secundo regularum. Acceptilatio est liberatio per mutuum [B. 26, 6, 1] <sup>\*E</sup> interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio. <sup>20</sup>
- 2 ULPIANUS libro ulcensimo quarto ad Sabinum. Pupillum per acceptilationem [B. 26, 6, 2] <sup>S</sup> etiam sine tutoris auctoritate liberari posse placet.
- 3 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Per procuratorem nec [B. 26, 6, 3. BS. 29, 1, 32 sch. 5] <sup>S</sup> liberari nec liberare quisquam acceptilatione sine<sup>2</sup> mandato potest. <sup>24</sup>
- 4 POMPONIUS libro nono ad Sabinum. Acceptilatio sub con- [B. 26, 6, 4. BS. 29, 1, 32 sch. 5] <sup>S</sup> ditione fieri non potest.
- 5 ULPIANUS libro trigensimo quarto ad Sabinum. In diem acceptilatio facta [B. 26, 6, 5] <sup>S</sup> nullius est momenti: nam solutionis exemplo acceptilatio solet liberare.
- 6 IDEM libro quadragensimo septimo ad Sabinum. Pluribus stipulationibus factis [B. 26, 6, 6] <sup>S</sup> si promissor ita accepto rogasset: 'quod ego tibi promisi, habesne acceptum?', si quidem <sup>30</sup> apparet, quid actum est, id solum per acceptilationem sublatum est: si non apparet, omnes stipulationes solutae sunt: dummodo illud sciamus, si ego aliud accepto tuli, aliud tu rogasti, nihil ualere acceptilationem. <sup>q. 87 f. 358</sup>
- 7 IDEM libro quinquagensimo ad Sabinum. Sane et sic acceptilatio fieri potest: [B. 26, 6, 7] <sup>S\*</sup> 'accepta facis decem?' ille respondit<sup>3</sup> 'facio'. <sup>35</sup>
- 8 IDEM libro quadragensimo octauo ad Sabinum. An inutilis acceptilatio utile [B. 26, 6, 8] <sup>S</sup> habeat pactum, quaeritur: et nisi in hoc quoque contra sensum est, habet pactum. dicit aliquis: potest ergo non esse consensus? cur non possit? fingamus eum, qui accepto fe-  
rebat, scientem prudentemque nullius esse momenti acceptilationem sic accepto tulisse:  
1 quis dubitat non esse pactum, cum consensum paciscendi non habuerit? Seruus communis <sup>40</sup> sicut uni ex dominis stipulari potest, ita etiam acceptum rogare uni ex dominis potest
- F(XYMO C)*

<sup>1</sup> post tempus adiit, eum uel similia ins. (cf. u. 4)<sup>2</sup> sine del. (similiter Brissonius: u. i.)<sup>3</sup> ille respondit del.

11 humanis non esse <sup>F<sup>2</sup></sup> 16 quia mandatum morte dissoluitur om. <sup>F<sup>2</sup></sup>, uertunt Graeci  
24 acceptilatione m' <sup>F<sup>2</sup></sup> | sine mandato] ἀνεγ  
ἐκτολῆς ἢτοι προτροπῆς B (Anon.) 30 pro-  
mi'ssi <sup>F<sup>2</sup></sup> 31 id solum per acceptilationem  
sublatum est om. <sup>F<sup>2</sup></sup> 37 nisi in hoc quoque  
contra sensum est habet pactum] F cum B:

συμβάλλεται πρὸς σύμφωνον, ἐὰν μὴ ἐναντιοῦ-  
ται ἡ γνώμη τοῦ ποιήσαντος, nisi in hoc quo-  
que consensum (consensus X<sup>c</sup>Y<sup>c</sup>C) est (esse C)  
non (non om. X<sup>c</sup>) habet pactum X (ubi nota-  
tur in margine Pisana) YMO C 40 esse] F<sup>2</sup>,  
in esse F<sup>2</sup>



- 2 eumque in solidum liberat: et ita Octaenus putat. Accepto liberare seruus communis alterum ex dominis etiam ab altero domino potest: id enim et Labeoni placuit. denique libro<sup>1</sup> pithanon scripsit, si a Primo domino Secundo socio domino suo<sup>2</sup> stipulatus fuerit, posse Secundum accepto rogare et per acceptilationem Primum liberare, quem ipse obligauerat: sic fieri, ut per unum atque eundem seruum et constituatur et tollatur obligatio. Acceptum<sup>3</sup> fieri non potest, nisi quod uerbis colligatum<sup>4</sup> est: acceptilatio enim uerborum obligationem tollit, quia et ipsa uerbis fit: neque enim potest uerbis tolli, quod non uerbis contractum est. Filius familias promittendo patrem ciuilitate non obligat, sed se obligat: propter quod accepto rogare filius familias potest, ut se liberet, quia ipse obligatus est, pater autem acceptum rogando nihil agit, cum non sit ipse obligatus, sed filius. idem erit et in seruo<sup>5</sup> dicendum: nam et seruus accepto liberari potest, et tolluntur etiam honorariae obligationes, si quae sunt aduersus dominum. quia<sup>6</sup> hoc iure utimur, ut iuris gentium sit acceptilatio: et ideo puto et Graece posse acceptum fieri, dummodo sic fiat, ut Latinis uerbis solet: ἔχεις λαβῶν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβῶν.
- 9 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. Pars stipulationis accepto fieri potest B. 26, 6, 9 S non tantum, si sic dicat: 'ex nummis decem, quos tibi promisi, quinque habesne acceptos?', sed et si sic: 'quod ego tibi promisi, id pro parte dimidia habesne acceptum?'
- 10 POMONIUS libro uicensimo sexto ad Sabinum. Sed et si non numerata pecunia, sed certum corpus, ueluti homo in stipulationem deductus est, potest ex parte acceptilatio fieri: quo modo et uni ex heredibus acceptum fieri potest.
- 11 PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. Species acquirendi est liberare dominum B. 26, 6, 11 S obligatione: et ideo fructuarius quoque seruus liberare acceptum rogando fructuarium potest, quia ex re eius uidetur ei acquirere. sed et si usum tantum habemus, idem fiet. idemque dicemus et in eo, qui bona fide nobis seruit, et in ceteris, qui nostro iuri subiecti sunt.
- 1 Sed et si seruo quod ipse mihi promisit acceptum fecero, inutiles mihi erunt aduersus<sup>2</sup> dominum honorariae actiones, quae de peculio uel in rem uerso dantur. Si seruus hereditarius ante aditam hereditatem acceptum roget, quod defunctus promisit, uerius puto contingere liberationem, ut per hoc hereditas ipsa liberetur. Sed et si dominus apud hostes sit, dicendum est iure postliminii confirmari acceptilationem: nam et stipulari ei, qui apud hostes est, seruus potest.
- 12 POMONIUS libro uicensimo sexto ad Sabinum. Quod in diem uel sub conditione debetur, acceptilatione tolli potest: sed ita id factum apparebit, si condicio stipulationis extiterit uel dies uenerit.
- 13 ULPIANUS libro quinquagesimo ad Sabinum. Et per iusiurandum liberti<sup>5</sup> interpositam<sup>6</sup> operarum obligationem per acceptilationem tolli uerius est. Si id, quod in stipulationem deductum est, diuisionem non recipiat, acceptilatio in partem nullius erit momenti, ut puta si seruitus fuit praedii rustici uel urbani. plane si usus fructus sit in stipulatum deductus, puta fundi Titiani, poterit pro parte acceptilatio fieri et erit residuae partis fundi usus fructus. si tamen uiam quis stipulatus accepto iter uel actum<sup>6</sup> fecerit, acceptilatio nullius erit momenti: hoc idem est probandum, si actus accepto fuerit latus. si autem iter et actus accepto fuerit latus, consequens erit dicere liberatum eum, qui uiam promisit. Illud certum est eum, qui fundum stipulatus usum fructum uel uiam accepto facit, in ea esse causa, ut acceptilatio non ualeat: qui enim accepto facit, uel totum uel partem eius, quod stipulatus est, debet accepto facere, hae autem partes non sunt, non magis quam si quis domum stipulatus accepto ferat cements uel fenestras uel parietem<sup>8</sup> uel diaetam. Si quis usum fructum stipulatus usum accepto tulerit, si quidem sic tulerit acceptum quasi usu debito, liberatio non continget: si uero quasi ex usu fructu, cum

<sup>1</sup> excidit numerus<sup>2</sup> domino suo del.<sup>3</sup> obligatum?<sup>4</sup> quia del.<sup>5</sup> impositam?<sup>6</sup> uel actum del.8 se] ne F<sup>1</sup> 17 et bis F<sup>2</sup> 24 iure F<sup>1</sup> | 39 partis] partes F<sup>2</sup>  
subiecto'i F<sup>2</sup> 35 acceptilationem F<sup>2</sup>

- 4 possit usus sine fructu<sup>1</sup> constitui, dicendum est acceptilationem ualere. Si is, qui hominem stipulatus est, Stichum accepto tulerit, Iulianus libro quinquagesimo quarto digestorum scripsit acceptilationem aliquid egisse tollisseque totam obligationem: quod enim inuito 5 stipulatori promissor soluere potest, id et acceptum latum liberationem pariet. Eum, qui fundum stipulatus est, non posse de dolo malo clausulam acceptum ferre constat: non enim in partem debiti id constitit, et aliud est quod debetur, aliud quod accepto fertur.
- 6 Si Stichum aut decem sub condicione stipulatus Stichum acceptum fecerit et pendente condicione Stichus decesserit, decem in obligatione manebunt, perinde ac si acceptilatio 7 interposita non fuisset. Si fideiussori accepto fuerit latum, cum reus re, non uerbis fuisset obligatus, an reus quoque liberetur? et hoc iure utimur, ut, licet reus non sit uerbis obli- 10 gatus, tamen acceptilatione per fideiussorem liberetur. Si legatorum sub condicione relictorum fideiussori dato accepto latum sit, legata debebuntur postea condicione eorum existente. Qui ita stipulatur a fideiussore: 'quod Titio credidero, fide tua esse iubes?', 15 deinde, antequam crederet, acceptum fecit fideiussori, reus non liberabitur, sed quandoque ei creditum fuerit, tenetur: nam et si fideiussorem non ante liberatum esse credimus, quam cum fuerit creditum reo, non tamen reus antiquiore acceptilatione, quam obligatio 20 eius est, liberari potuit. Tutor, curator furiosi acceptum ferre non potuit<sup>2</sup>, nec procurator quidem potest facere acceptum: sed hi omnes debent nouare (possunt enim) et sic accepto facere. ne his quidem accepto fieri potest, sed nouatione facta poterunt liberari per acceptilationem. nam et in absentium persona hoc remedio uti solemus: stipulamur ab ali- 25 quo id nouandi causa, quod nobis absens debet, et ita accepto liberamus, a quo stipulati sumus: ita fiet, ut absens nouatione, praesens acceptilatione liberetur. Heres quoque et 12 liberare et liberari accepto potest et honorarii successores. Ex pluribus reis stipulandi si unus acceptum fecerit, liberatio contingit in solidum. 34
- 14 ¶ PAULUS libro duodecimo ad Sabinum. Nisi consentiat acceptilatio cum [B. 26, 6, 14] S f. 359 obligatione et nisi uerum est, quod in acceptilatione demonstratur, imperfecta est liberatio, quia uerbis uerba ea demum resolui possunt, quae inter se congruunt.
- 15 POMPONIUS libro uicensimo septimo ad Sabinum. Si is qui Stichum pro- [B. 26, 6, 15] S misit ita interrogat: 'quod Stichum promisi, Stichum et Pamphilum habesne acceptos?', puto recte accepto latum et pro supernacuo Pamphili mentionem factam, quemadmodum 30 si is qui decem promisi ita interrogat: 'quod tibi decem promisi, uiginti habesne accepta?', etiam decem nomine erit liberatus.
- 16 ULPIANUS libro septimo disputationum. Si ex pluribus obligatis uni accepto [B. 26, 6, 16] S feratur, non ipse solus liberatur, sed et hi, qui secum obligantur: nam cum ex duobus pluribusque eiusdem obligationis participibus uni accepto fertur, ceteri quoque liberantur, 35 non quoniam ipsis accepto latum est, sed quoniam uelut soluisse uidetur is, qui accepti- 1 latione solutus est. Si iudicati fideiussor sit datus<sup>4</sup> acceptus eique accepto latum sit, liberabitur et iudicatus.
- 17 IULIANUS libro quinquagesimo quarto digestorum. Qui hominem aut decem [B. 26, 6, 17] S stipulatus est, si quinque accepto fecerit, partem stipulationis peremit et petere quinque 40 aut partem hominis potest.
- 18 FLORENTINUS libro octauo institutionum. Et uno ex pluribus contractibus [B. 26, 6, 18] S uel certis uel incertis uel, quibusdam exceptis, ceteris<sup>5</sup> et omnibus ex causis una accepti- 1 latio et liberatio fieri potest. Eius rei stipulatio, quam acceptio<sup>6</sup> sequatur, a Gallo Aquilio F(XYMOG)

<sup>1</sup> fructus sine usu (Cuiacius: cf. D. 7, 9, 5, 2)? <sup>2</sup> si ins. <sup>3</sup> possunt (edd.)? <sup>4</sup> datus del. <sup>5</sup> uel certis uel, certis quibusdam exceptis, ceteris? <sup>6</sup> acceptilatio (u. i.)?

7 stipulatus stichum 'aut decem' acceptum F<sup>2</sup>: εἴαν ὑπὸ αἰρεσίν ἐπερωτήσω δέκα νομίσματα ἢ Πέτρον καὶ ποιήσω ἀθώωσιν ἐπὶ τῷ Πέτρῳ B (Anon.) 8 obligationem F | ac si] ac si ea F<sup>2</sup> 10 hoc om. F<sup>1</sup> 13 quod' F<sup>2</sup> 23 stipulandis si F 30 pro supernacuo]

supernacuum F<sup>2</sup> 42 ex pluribus] Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>C cum B (Anon.): τῷ ἀπὸ πολλῶν αἰτίων χρεωστοῦντι δυνατόν καὶ ἐφ' ἐνὶ χρεεὶ καὶ ἐπὶ τισὶν καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀθώωσιν ποιεῖν, pluribus F<sup>2</sup>, et pluribus F<sup>2</sup>XY<sup>2</sup>M<sup>2</sup>?O 44 acceptio] F, acceptilatio XYMOG

talis exposita est: 'Quidquid te mihi ex quacumque causa dare facere oportet <sup>cf. l. 3, 29, 2</sup> oportebit praesens in diemue, quarumque rerum mihi tecum actio quaeque aduersus te<sup>1</sup> petitio uel aduersus te persecutio est eritue, quodue<sup>2</sup> tu meum habes tenes possideas<sup>3</sup>: quanti quaeque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, sponpondit Numerius Negidius'. 'quod Numerius Negidius Aulo Agerio promisit sponpondit, <sup>5</sup> id haberetne a se acceptum, Numerius Negidius Aulum Agerium rogauit, Aulus Agerius Numerio Negidio acceptum fecit'.

- 19 ULPIANUS libro secundo regularum. Si accepto latum fuerit ei, qui non <sup>B. 26, 6, 19</sup> *Sf* uerbis, sed re obligatus est, non liberatur quidem, sed exceptione doli mali uel pacti conu<sup>1</sup> uenti se tueri potest. Inter acceptilationem et apocham hoc interest, quod ac- <sup>B. 26, 6, 1</sup> *10* ceptilatione omni modo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit, apocha non alias, quam si pecunia soluta sit.
- 20 IDEM libro septuagensimo septimo ad edictum. Si accepto fuerit lata ob rem <sup>B. 26, 6, 20</sup> *E* indicatam clausula, Marcellus ait ceteras partes stipulationis euanuisse: propter hoc enim tantum interponuntur, ut res iudicari possit. <sup>15</sup>
- 21 UENULEIUS libro undecimo stipulationum. Si sub condicione legatum mihi <sup>B. 26, 6, 21</sup> *P* datum nouandi causa stipulatus sum et ante existentem condicionem acceptum fecero, Nerua filius ait, etiamsi condicio extiterit, neque ex testamento competituram actionem, quia nouatio facta sit, neque ex stipulatu, quae acceptilatione soluta sit. <sup>19</sup>
- 22 GAIVS libro tertio de uerborum obligationibus. Seruus nec iussu domini <sup>B. 26, 6, 22</sup> *P* acceptum facere potest.
- 23 LABEO libro quinto pithanon a Paulo epitomatorum. Si ego tibi acceptum <sup>B. 26, 6, 23</sup> *A* feci, nihilo magis ego a te liberatus sum. PAULUS: immo cum locatio conductio, emptio uenditio conuentione facta est et nondum res interessit, utrimque per acceptilationem, tametsi ab alterutra parte dumtaxat interessit, liberantur obligatione. <sup>25</sup>

## V.

l. 359

## R DE STIPULATIONIBUS PRAETORIIS R

EFS A

- 1 ULPIANUS libro septuagensimo ad edictum. Praetoriarum stipulationum tres uidentur *B* 1 esse species, iudiciales cautionales communes. Iudiciales eas dicimus, quae propter iudi- 2 cium interponuntur ut ratum fiat, ut iudicatum solui et ex operis noui nuntiatione. Cau- 3 tionales sunt autem, quae instar actionis habent et, ut sit noua actio, intercedunt, ut de 4 legatis stipulationes et de tutela et ratam rem haberi et damni infecti. Communes sunt 5 stipulationes, quae fiunt iudicio sistendi causa. Et sciendum est omnes stipulationes natu- 6 ra sui cautionales esse: hoc enim agitur in stipulationibus, ut quis cautior sit et secu- 7 rior interposita stipulatione. Stipulationum istarum praetoriarum quaedam sunt, quae<sup>6</sup> 35 satisfadationem exigunt, quaedam nudam repromissionem: sed perpaucae sunt, quae nudam promissionem habent, quibus enumeratis apparebit ceteras non esse repromissiones, sed 6 satisfadationes. Stipulatio itaque ex operis noui nuntiatione alias satisfadationem, alias repro- missionem habet. ex qua operis noui nuntiatione satisfadari oporteat. quemadmodum satis- 6 detur<sup>6</sup>. namque de eo opere, quod in priuato factum erit, satisfadatio est: de eo, quod in 40 *F(XYMOG)*

<sup>1</sup> aduersus te] abs te (*Inst.*)? <sup>2</sup> quodque (*Inst.*)? <sup>3</sup> possideresue (*scr.* possederasue et cogita de interdico utrubi) dolone malo fecisti quo minus possideas *ins. Inst.* <sup>4</sup> deinde sic cauetur *similiae ins.* <sup>5</sup> sunt quae del. <sup>6</sup> ex qua operis noui nuntiatione satisfadari oporteat quemadmodum satisfadetur del.

5 quod numerius negidius *om. F<sup>1</sup>* 8 fuerit: *F<sup>2</sup>* 9 libera'bitur *F<sup>2</sup>* 10 se] sed *F<sup>6</sup>* 19 acceptilatiōni *F* 24 utrimque] *F<sup>1</sup>*, utrinque *F<sup>21</sup>* 32 legatistipulationes *F* 36 nudam repromissionem sed perpaucae sunt quae nudam promissionem (*sic F<sup>6</sup>*, repromissio-

nem *F<sup>4</sup>*) sed perpaucae sunt quae nudam promissionem *F<sup>2</sup>* 37 'e'numeratis *F<sup>6</sup>* 39 ante ex qua *ins.* uideamus *Y<sup>2</sup>*, uideamus ergo *C*, ante namque *ins.* uideamus *O*, ante namque *ins.* uidendum est *M*: uideamus s(cilicet) *sapra u. X*

- publico, repromitti oportet: sed hi quidem<sup>1</sup>, qui suo nomine cauent, repromittunt, qui  
 7 alieno, satisfiant. Item ex causa damni infecti interdum repromittitur, interdum satis-  
 datur: nam si quid in flumine publico fiat, satisfidatur, de aedibus autem repromittitur.
- 8 9 Stipulatio duplae repromissio est, nisi si conuenerit, ut satisfidetur. Quod si sit aliqua con-  
 trouersia, ut puta si dicatur per calumniam desiderari, ut stipulatio interponatur, ipse 5  
 10 praetor debet super ea re summam cognoscere et cautum iubere aut denegare. Sed et  
 si quid uel addi uel detrahi uel immutari in stipulatione oporteat, praetoriae erit iuris-  
 dictionis.
- 2 PAULUS libro septuagensimo tertio ad edictum. Praetoriae stipulationes aut rei resti- E  
 1 tutionem continent aut incertam quantitatem. <sup>2</sup>Sicuti stipulatio ex operis noui nuntiatione, 10  
 qua cauetur, ut opus restituatur: ideoque siue actor siue reus decesserit pluribus here-  
 dibus relictis, uno uincente uel uicto totum opus restitui debet: quamdiu enim aliquid  
 2 superest, tandiu non potest uideri opus restitutum. Incertam quantitatem continet stipu-  
 latio indicatum solui et rem ratam dominum habiturum et damni infecti et his similes, in  
 quibus respondetur scindi eas in personas heredum, quamuis possit dici ex persona here- 15  
 dum promissoris non posse descendente a defuncto stipulationem diuersam condicionem  
 cuiusque facere. at in contrarium summa ratione fit, ut uno ex heredibus stipulatoris  
 uicente in partem eius committatur stipulatio: hoc enim facere uerba stipulationis 'quanti  
 ea res est'. sed si unus ex heredibus promissoris totam rem possideat, in so- Iul. D. 6, 1, 55  
 lidum eum damnandum Iulianus scribit: in quantum autem ipse ea stipulatione uel fide- 20  
 inssores<sup>3</sup> an omnino teneantur, dubitari potest: et uidentium ait, ne non committatur.  
 sed si lite contestata possessor decesserit, unum ex heredibus non maiore ex parte damnan-  
 dum, licet totum fundum possideat, quam ex qua heres est.
- 3 ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum. Generaliter in omnibus praetoriis E  
 stipulationibus et procuratoribus satisfidatur. 25
- 4 PAULUS libro septuagensimo quinto ad edictum. Praetoriae stipulationes saepius inter- E  
 ponuntur, cum sine culpa stipulatoris cautum esse desiit.
- 5 IDEM libro quadragensimo octauo ad edictum. || In omnibus praetoriis stipu- Ep. 19, 32 E f. 360  
 lationibus hoc seruandum est, ut, si procurator meus stipuletur, mihi causa cognita ex ea  
 stipulatione actio competat. idem est et cum institor in ea causa esse coepit, ut inter- 30  
 posita persona eius dominus mercis rem amissurus sit, ueluti bonis eius uenditis: succur-  
 rere enim domino praetor debet.
- 6 IDEM libro quarto decimo ad Plautium. In omnibus praetoriis stipulationibus, in quibus E  
 primo fieri aliquid, deinde, si factum non sit, poenam inferimus, poenae nomine stipulatio 35  
 committitur.
- 7 ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. Praetoriae satisfidationes personas deside- Ef  
 rant pro se interuenientium et neque pignoribus quis neque pecuniae uel auri uel argenti  
 depositione in uicem satisfidationis fungitur.
- 8 PAPIANUS libro quinto quaestionum. PAULUS notat: qui sub condicione institutus P  
 est, adgnita bonorum possessione cogitur substituto in diem cauere longiorem: praetor 40  
 enim beneficium suum nemini uult esse captiosum et<sup>4</sup> potest uideri calumniose satis petere,  
 1 quem alius antecedit. Cum sub contrariis condicionibus Titio et Maenio legatum sit,  
 utrique cauetur, quia uterque ex uoluntate defuncti sperat legatum.
- 9 UENULEIUS libro primo stipulationum. In praetoriis stipulationibus si ambignus sermo Pf  
 acciderit, praetoris erit interpretatio: eius enim mens aestimanda est. 45

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> repromitti oportet sed hi quidem *del.*    <sup>2</sup> Rei restitutionem *ins.* (*Hal.*)    <sup>3</sup> et *ins.* (*edd.*)  
<sup>4</sup> et] nec (*P. Faber*)?

4 est *bis F<sup>a</sup>* (*em. F<sup>b</sup>*)    10 incertam] X<sup>a</sup>Y<sup>a</sup>    mansurus XYMOC<sup>a</sup>    39 condicione'm' insti-  
 MOC, certam FX<sup>a</sup>Y<sup>a</sup>    15 sci'endi F<sup>a</sup>    titus F<sup>a</sup>    40 possessione'm' cogitur F<sup>a</sup>  
 25 satis' datur F<sup>a</sup>    31 rem amissurus]    43 defunctu F<sup>a</sup>    44 ambig'nus F<sup>a</sup>  
 FC<sup>a</sup> notantque in margine Pisanam XM, re-

- 10 ULPIANUS libro primo responsorum. Ualeriano respondit: si praeses, qui ante in trien- S  
nium caueri iusserat, postea in longum tempus caueri praecipit: quia a prima stipulatione  
prorsus discedi uoluerat, exceptionem primae stipulationi obligatis peperisse uidetur.
- 11 UENULEIUS libro octauo actionum. In eiusmodi stipulationibus, quae 'quanti ea res est' A  
a promissionem habent, commodius est certam summam comprehendere, quoniam plerumque s  
difficilis probatio est, quanti cuiusque intersit, et ad exiguam summam deducitur.

## VI.

## R REM PUPILLI UEL ADULESCENTIS SALUAM FORE R ESP

- 1 PAULUS libro uicensimo quarto ad edictum. Cum pupillo rem saluam fore B. 38, 11, 1 E  
satisfatum sit, agi ex ea tunc potest, cum et tutelae potest. 10
- 2 ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum. Si pupillus absens sit uel B. 38, 11, 2 E  
fari non possit, seruus eius stipulabitur: si seruus non habeat, emendus ei seruus est:  
sed si non sit unde ematur aut non sit expedita emptio, profecto<sup>1</sup> dicemus seruus publi-  
cum apud praetorem stipulari debere: 14
- 3 IDEM libro trigensimo quinto ad edictum. (aut dare aliquem praetor debet, B. 38, 11, 3 \*S  
cui caueatur):
- 4 IDEM libro septuagensimo nono ad edictum. non quasi ipso iure pupillo B. 38, 11, 4 E  
1 adquirat (neque enim acquirit), sed ut utilis actio ex stipulatu pupillo detur. Caueatur  
2 autem pupillo hac stipulatione per satisfactionem. Illud sciendum est hac stipulatione ten-  
neri tam eum, qui tutor est, quam eum, qui pro tutore negotia gessit uel gerat, et fide- 20  
3 iussores eorum. Sed enim qui non gessit, omnino non tenebitur: nam nec actio tutelae  
eum qui non gessit tenet, sed utili actione conueniendus est, quia suo periculo cessauit:  
et tamen ex stipulatu actione neque ipse neque fideiussores eius tenebuntur. compellen-  
dus igitur erit ad administrationem propterea, ut stipulatione quoque ista possit teneri.
- 4 Hanc stipulationem placet finita demum tutela committi et fideiussoribus diem exinde in- 25  
cipere cedere. in curatore aliud est: sed et in eo, qui pro tutore negotia gessit, aliud  
dicendum est. itaque istae stipulationes, si quidem quis tutor fuit, || finita demum tutela f. 360'  
committentur: si uero pro tutore negotia gessit, conueniens est dicere, statim atque quae-  
5 que res salua non esse coepisset, committi stipulationem. Si tutor ab hostibus captus sit,  
an committatur stipulatio, uideamus. mouet, quia finita tutela est, licet recipere speretur: 30  
6 et puto posse agi. Generaliter sciendum est: ex quibus causis diximus tutelae agi non  
7 posse, ex isdem causis ne<sup>2</sup> ex stipulatu rem saluam fore agi posse dicendum est. Si quis  
curator datus non gesserit curam, consequens erit dicere stipulationem non committi: sed  
eadem hic erunt dicenda, quae in tutore diximus, illo secus, quod haec stipulatio statim,  
atque quid saluum esse desinit, committitur et fideiussoribus dies cedit: sed in se reuol- 35  
8 nitur. Pertinet autem haec stipulatio ad omnes curatores siue puberibus siue impuberibus  
datos propter aetatis infirmitatem, siue prodigis uel furiosis uel quibusdam aliis (ut fieri  
adsolet) dati sint.
- 5 PAULUS libro septuagensimo sexto ad edictum. Si filius, qui in potestate B. 38, 11, 5 E  
furiosi erit, rem saluam fore stipuletur, acquirit patri obligationes. 40
- 6 GAIVS libro uicensimo septimo ad edictum prouinciale. Seruum pupilli sti- B. 38, 11, 6 E  
pulari ita necesse est, si pupillus abest aut fari non potest: nam si praesens sit et fari  
potest, etiamsi eius aetatis erit, ut non intellegat quid agat, tamen propter utilitatem re-  
ceptum est recte eum stipulari.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> profecto] pro eo?    <sup>2</sup> nec (edd.)?

4 'ea' res F<sup>2</sup> 18 ut om. F<sup>1</sup> | caue'r'tur F<sup>4</sup>  
23 tenebu'n'tur F<sup>3</sup> 34 quo'd' F<sup>2</sup> 35 sal-  
uus F<sup>1</sup> 40 obligationem F<sup>3</sup> 42 et fari

'non' potest F<sup>4</sup> 46 post stipulari add. agere  
F<sup>2</sup>: εἰ γὰρ πάρεστι ... αὐτὸς ἐπερωτᾷτω B  
(Anon.)

- 7 **MODESTINUS** libro sexto regularum. Datus uel testamentarius tutor siue B. 38, 11, 7 *E* curator non potest satis a collega suo, sed offerre ei poterit, utrum satis accipere uelit an dare.
- 8 **ULPIANUS** libro secundo ad edictum. Et si ad species curator datus sit, B. 38, 11, 8 *Ef*<sup>5</sup> rem saluam fore stipulatio interponetur.
- 9 **POMPONIUS** libro quinto decimo ad Sabinum. Cum pupillus a tutore stipulatur rem saluam fore, non solum quae in patrimonio habet, sed etiam quae in nominibus sunt ea stipulatione uidentur contineri: quod enim in tutelae iudicium uenit, hoc et ea stipulatione continetur. 9
- 10 **AFRICANUS** libro tertio quaestionum. Si, posteaquam pupillus ad pubertatem peruenit, tutor in restituenda tutela aliquamdiu moram fecerit, certum est et fructuum nomine et usurarum medii temporis tam fideiussores eius quam ipsum teneri.
- 11 **NERATIUS** libro quarto membranarum. Cum rem saluam fore pupillo cauetur, committitur stipulatio, si, quod ex tutela dari fieri oportet, non praestetur: nam et si salua ei res sit, ob id non est, quia, quod ex tutela dari fieri oportet, non soluitur. 15
- 12 **PAPINIANUS** libro duodecimo quaestionum. Si plures fideiussores a tutore pupillo dati sunt, non esse eum distringendum, sed in unum dandam actionem ita, ut ei, qui conueniretur, actiones praestarentur. nec quisquam putauerit ab iure discessum, postquam pro ea parte placuit tutores condemnari, quam administrauerunt, et ita demum in solidum, si res a ceteris non seruetur et idonea<sup>1</sup> culpa detegatur, quod suspectum facere 20 supersederit: nam aequitas arbitri atque officium uiri boni uidetur eam formam iuris desiderasse. ceterum fideiussores ciuiler in solidum obligati ceteris quidem agentibus, ut diuidatur actio, impetrare possunt: pupillo uero agente, qui non ipse contraxit, sed in tutorem incidit et ignorat omnia, beneficium diuidendae actionis iniuriam habere uisum est, ne ex una tutelae causa plures ac uariae quaestiones apud diuersos iudices consti- 25 tuerentur.

## VII.

## R IUDICATUM SOLUI R

ESPA

- 1 **PAULUS** libro uicensimo quarto ad edictum. In stipulatione iudicatum solui B. 9, 10, 1 *E* post rem | iudicatum statim dies cedit, sed exactio in tempus reo principali indultum f. 361 differtur. 31
- 2 **IDEM** libro septuagensimo primo ad edictum. Cum lite mortua nulla res sit, B. 9, 10, 2 *E* ideo constat fideiussores ex stipulatu iudicatum solui non teneri.
- 3 **ULPIANUS** libro septuagensimo septimo ad edictum. Si quis apud<sup>2</sup> aliquem B. 9, 10, 3 *E* iudicem iturus stipulatus est iudicatum solui et agit apud alterum, non committitur stipulatio, quia non huius iudicis sententiae fideiussores se subdiderunt. Stipulationem iudicatum solui et procurator et tutor et curator stipulari possunt. Procuratorem eum accipere debemus, cui mandatum est, siue huius rei tantum mandatum susceperit siue etiam uniuersorum bonorum. sed et si ratum fuerit habitum, procurator uidetur. Sed et si forte ex liberis uel parentibus aliquis interueniat uel uir uxoris nomine, a quibus mandatum 40 *F(XYMOC)*

<sup>1</sup> et ideo in ea (u. i.)?    <sup>2</sup> apud] ut ad?

1 siue] side *F*<sup>1</sup> 2 potest] potest *F*<sup>2</sup> | suo] sub *F*<sup>1</sup> 5 fore 'non solum quae' stipulatio (cf. u. 7) *F*<sup>1</sup> 6 cum] com *F*<sup>1</sup> 16 papini'anus *F*<sup>2</sup> 17 eum distringendum] *F*, eum distinguendum *M*<sup>2</sup>, distinguendum *XYMOC* 20 et (si ins. *X*) idonea culpa detegatur quod suspensum (suspectum *X*) facere supersederit *F**X*<sup>2</sup>, et ideo si in ea culpa detegatur quod suspectum facere supersederit *X*<sup>1</sup>*YMOC*, recte

*opinor: neque enim quaeritur, utrum tutor culpa sua contutorem suspectum facere neglexerit necne, sed tamquam in ea culpa esset, praestat quod ab altero seruari non potest: εἰ μὴ τινες αὐτῶν εὔρεθῶσιν ἄποροι καὶ οἱ εὔποροι ἐραθῦμσαν αὐτοῦς ὡς ὑπόπτοους ἀποκινήσαι* *B* (*Anon.*), unde Graecos legisse idonei pro idonea collegit *Cuiacius obseru.* 8, 30 21 a't'que *F*<sup>2</sup> 25 ac uariae] *F*<sup>1</sup>, uariaeque *F*<sup>2</sup>

non exigitur, an committatur stipulatio, quaeritur: magisque erit, ne committi debeat, nisi fuerit ei mandatum uel ratum habitum: quod enim eis agere permittitur edicto praetoris, non facit eos procuratores. itaque si talis persona interueniat, ex integro erit caendum. Sed et quod de tutore diximus, ita accipiendum est, ut, si is fuerit, qui tutelam administrabat, cum tutor non esset, tutoris appellatione eum non contineri. Sed et si quidem tutor sit, non tamen quasi tutor negotia administret (uel dum ignorat uel alia ex causa), dicendum erit non committi stipulationem: nam edicto praetoris illi tutori agendi facultas datur, cui a parente maiorene parte tutorum eorumue<sup>1</sup>, cuius ea iurisdictio fuit, tutela permissa erit. Sed et curatores accipiemus furiosi furiosae, item pupilli pupillae, ceterorum quoque curatores, puta adulescentis: uel si alterius cuius curator sit, committi potest stipulationem. Si tutor esse proponatur<sup>2</sup> regionis alicuius uel prouinciae uel rerum Italicarum, consequens erit dicere, stipulationem ita demum committi, si ex ea causa egerint, quae ad administrationem eorum pertinebat. Si reus, postquam iudicatum solui promisit, demens factus sit, an stipulatio committatur ob rem non defensam, quaeritur: magisque est, ut committatur, si nemo eum defendat. Ob rem non defensam stipulatio non committitur, quamdiu potest existere qui defendat. Si plures fuerint fideiussores, posteaquam cum uno lis contestata est ex clausula ob rem non defensam, ipse reus potest suscipere defensionem:

4 IULIANUS libro quinquagesimo quinto digestorum. is autem, cum quo actum [B. 9, 10, 4] <sup>20</sup> fuit, absolui debet.

5 ULPIANUS libro septuagesimo septimo ad edictum. Iam tamen fideiussore, [B. 9, 10, 5] <sup>E</sup> qui iudicium acceperat, damnato frustra defensionem reus suscipit: ceterum et si solum

1 fuerit, posteaquam iudicatum est, repetitionem constituerimus eius quod solum est. Unus 2 ex fideiussoribus uel heredibus pluribus alio cessante suscipere defensionem potest. In hac stipulatione quia plures causae sunt una quantitate conclusae, si committeretur statim 3

stipulatio ex uno casu, amplius ex alio committi non potest. Nunc uideamus, qualis defensio exigitur, ne committatur stipulatio, et quarum personarum. et si quidem ex personis enumeratis in defensionem quis succedat, palam est recte rem defendi nec committi stipulationem. si uero extrinsecus persona defensoris interueniat, aequae stipulatio non committetur, si modo ille paratus sit rem boni uiri arbitrato defendere, hoc est satisfacere: sic enim uidetur defendere, si satisfacit: ceterum si simpliciter paratus sit interuenire nec admittatur, committetur ista stipulatio ob rem non defensam. quod si quis eum uel cum satisfactione uel sine satisfactione admiserit, || consequens erit dicere, stipulationis istius 4

nullam partem committi, quia sibi imputare debet, qui talem defensorem admisit. Si ex fideiussoribus, qui iudicatum solui cauerant, existat defensor, placuit<sup>3</sup> ob rem iudicatam 5

stipulationem non committi ceteraque eadem esse, atque si extraneus defensor existat. In hac stipulatione hoc tractatur, an hi qui fideiusserint, si defensionem omiserint, mandati iudicio teneantur. et est uerius non teneri: hi enim in quantitatem interuenerunt et hoc

6 illis fuit mandatum, non in defensione<sup>4</sup>. Quid tamen, si et hoc sibi adsumpserint, ut defendant, an mandati possint agere? et si quidem uicti sunt, utique quod ob rem iudicatam praestiterunt consequentur: sumptus tamen litis minime petent. si autem optinuerunt,

7 poterunt sumptus litis consequi, quasi iuxta mandatum, etsi non mandatum fecerint. Si tamen plures fideiussores defendere fuerint parati, uideamus, utrum unum defensorem debent dare, an uero sufficiat, ut unusquisque eorum pro parte sua defendat uel defensorem

F(XYMOC)

<sup>1</sup> eoue (cf. D. 26, 7, 3, 7: Brenemannus)? <sup>2</sup> tutores esse proponantur? <sup>3</sup> idem Graeci: nisi ins. <sup>4</sup> defensionem?

2 habiturum F<sup>2</sup> 4 qui a tut. F<sup>4</sup> 7 agendi facultas] E, ius agendi XYMOC 8 appa-  
rente F<sup>3</sup> | eorumue cuius] F, uel cuius  
XYMOC 14 demens] FYM et in marg. uel  
supra u. XO, absens XOC et supra u. M  
16 quamdiu potest existere qui defendat

om. F<sup>1</sup> 23 constituerimus] οὔτε μετὰ κα-  
ταδικὴν δοῦν ἀναλαμβάνει B (Anon.) 34 im-  
putari debet qui a talem F<sup>3</sup> 37 si defen-  
sionem omiserint om. F<sup>1</sup>, uertunt B 39 de-  
fenda't F<sup>2</sup> 41 consequenter F<sup>2</sup> | sumptus  
F<sup>1</sup>

- substituatur. et magis est, ut, nisi unum dent procuratorem, desiderante scilicet hoc actore, committatur stipulatio ob rem non defensam: nam et plures heredes rei necesse habebunt unum dare procuratorem, ne defensio per plures scissa incommodo aliquo adficiat actorem.
- 8 aliud est in heredibus actoris, quibus necessitas non imponitur, ut per unum litigent. Illud sciendum est ibi rem esse defendendam, ut recte defendatur, ubi debet agi. 5
- 6 IDEM libro septuagesimo octavo ad edictum. Iudicatum solui stipulatio tres B. 9, 10, 6 E clausulas in unum collatas habet: de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo.
- 7 GAIVS libro vicensimo septimo ad edictum prouinciale. Si ante acceptum B. 9, 10, 7 E iudicium prohibitus fuerit procurator a domino et actor ignorans prohibitum eum esse egerit, an stipulatio committatur? et nihil aliud dici potest quam committi. quod si quis 10 sciens prohibitum esse egerit, Iulianus non putat stipulationem committi: nam ut committatur, non sufficere ait cum ea persona acceptum esse iudicium, quae stipulationi comprehensa est, sed oportere etiam causam personae eandem esse, quae stipulationis interponendae tempore fuit. et ideo si is, qui procurator datus est, heres exstiterit domino atque ita acceperit iudicium siue etiam prohibitus acceperit, non committitur stipulatio: nam 15 et alias responsum esse, si quis absentem defendens satisdederit, deinde, uel procurator ab eo datus uel postquam heres ei extitit, iudicium acceperit, fideiussores non teneri.
- 8 PAULUS libro septuagesimo quarto ad edictum. Si petitor post satisfactio- B. 9, 10, 8 E nem ante iudicium acceptum heres possessori exstiterit, extinguitur stipulatio. 19
- 9 ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. Iudicatum solui stipulatio expe- B. 9, 10, 9 E\* ditam habet quantitatem: in tantum enim committitur, in quantum index pronuntiauerit.
- 10 MODESTINUS libro quarto pandectarum. Si ad defendendum procurator<sup>1</sup> da- B. 9, 10, 10 E tus fuerit, satisfacere iubetur iudicatum solui stipulatione, quae non ab ipso procuratore<sup>2</sup>, sed a domino litis interponitur. quod si procurator aliquem defendat, ipse cogitur satisfacere iudicatum solui stipulatione. 25
- 11 PAULUS libro septuagesimo quarto ad edictum. Si seruus, qui in rem actione B. 9, 10, 11 E\* petebatur, lite contestata decesserit, deinde possessor litem deseruerit, quidam fideiussores eius pro lite datos non teneri putant, quia mortuo homine nulla iam res sit: quod falsum est, quoniam expedit de euictione actionis conseruandae causa, item fructuum nomine rem indicari. 30
- 12 POMONIUS libro vicensimo sexto ad Sabinum. ¶ Si reus post iudicatam B. 9, 10, 12 S solui ab eo datum in magistratu sit nec inuitus in ius uocari possit, tamen, nisi res boni uiri arbitratu defendatur, fideiussores tenentur. f. 362
- 13 ULPIANUS libro septimo disputationum. Cum quaerebatur, si interposita iu- B. 9, 10, 13 S dicatum solui stipulatione, cum quis rem non defenderet, postea ex heremodicio sententiam 35 esset passus, an ob rem iudicatam clausula committatur: dicebam unam clausulam in stipulatione iudicatum solui et ob rem non defensam et ob rem iudicatam in se habere: cum igitur iudicatum solui stipulatio una cludatur clausula, siue res iudicetur siue res non defendatur, merito quaeritur, si <sup>3</sup> altera causa committatur, an ex altera rursus committi possit. ecce enim si quis stipuletur: 'si nauis ex Asia uenerit, aut si Titius consul fuerit'<sup>4</sup>, 40 constat, siue nauis prior uenerit siue Titius consul ante factus sit, committi stipulationem: sed ubi commissa est ex priore causa, ex altera, licet existat condicio, amplius non committitur: altera causa enim, non utraque inerat stipulationi. proinde uidendum, stipulatio ob rem non defensam utrum commissa est re non defensa an non prius creditur commissa, nisi ex stipulatione lis fuerit contestata? quod magis est: et ideo nec fideiussoribus uidetur 45

*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> procurator] fuit cognitor (cf. Gaius 4, 101: Keller aliique)    <sup>2</sup> fuit cognitore    <sup>3</sup> ex ins. (edd.)  
<sup>4</sup> fuerit] factus erit?

1 desiderante'm' F<sup>2</sup> 5 est's'ibi F<sup>21</sup> 7 de  
 re iudicata] ob rem iudicatam B (Anon.) |  
 defendenda m' de F<sup>1</sup> 19 extinguetur F<sup>2</sup>  
 27 fideiussores eius pro lite datos non teneri

om. F<sup>1</sup>, uertunt Graeci 32 datum] datam F<sup>2</sup>  
 33 tene'n'tur F<sup>2</sup> 35 heremodicio neque  
 quicquam mut. F 36 comittatur F 43 in-  
 ha'rat F<sup>1</sup>



- statim dies cedere, ubi res coeperat non defendi. proinde si forte lis finita fuerit, ad quam defensio erat necessaria, uel solutione uel transactione uel acceptilatione uel quo alio modo, 1 consequenter placuit euanescere ob rem non defensam clausulam. Si fuero a fideiussore procuratoris stipulatus iudicatum solui quasi in rem acturus et postea in personam egero, uel alia actione acturus, aliam autem<sup>1</sup> dictauero actionem, non committitur stipulatio, quia 2 de<sup>3</sup> alia actum uidetur, de alia stipulatio interposita.
- 14 IULIANUS libro quinquagesimo quinto digestorum. Si ex duobus fideiussoribus, qui iudicatum solui sponderant, alter ob rem non defensam partem suam soluerit, nihilo minus res defendi poterit. nec tamen is, qui soluerit, repetet: stipulatio enim pro 1 parte eius perempta est, perinde ac si acceptum ei factum fuisset. Quotiens ex stipulatione 10 iudicatum solui ob rem non defensam agitur cum fideiussoribus, non est iniquum caueri dominum priore iudicio absolui, quia omissa cautione fideiussore mandati iudicio non<sup>3</sup> consequentur aut certe cogantur dominum priore iudicio defendere.
- 15 AFRICANUS libro sexto quaestionum. Haec stipulatio 'quamdiu<sup>4</sup> res non defendatur', simul atque defendi coeperit aut defendi debere desierit, resoluitur. 15
- 16 NERATIUS libro tertio membranarum. Ex iudicatum solui stipulatione ob 15 rem non defensam cum uno ex fideiussoribus agere uolo: is, quod pro parte eius fit, soluere mihi paratus est: non debet mihi in eum dari iudicium. neque enim aequum est aut iudicio destringi aut ad infitiationem compelli eum, qui sine iudice dare paratus est, quo non amplius aduersarius eius per iudicem ab eo consecuturus est.
- 17 UENULEIUS libro sexto stipulationum. Ex clausula re indicata, dolo malo, 15 ob rem non defensam in solidum<sup>5</sup> committitur stipulatio: non enim uidebitur defensa res boni uiri arbitrata, quae non in solidum defensa sit.
- 18 IDEM libro septimo disputationum<sup>6</sup>. Uir bonus non arbitratur indefensam 15 esse rem, de qua praetor iudicium accipere non cogat.
- 19 IDEM libro nono stipulationum. Nouissima clausula iudicatum solui stipulationis 'dolum malum abesse afuturumque esse' et in futurum tempus permanens factum 15 demonstrat. itaque et si forte decesserit is, qui dolo fecerit, tenebitur || heres eius: uerbum enim 'afuturumque esse' plenissimum est et ad omne tempus refertur, ut, si aliquo 1 tempore non afuerit dulus, quoniam uerum sit non afuisse, committitur haec clausula. Si 20 autem adiectum sit: 'si huius<sup>7</sup> rei dulus malus non aberit, quanti ea res est, dari spondes?', 2 et ob extranei dolum promissor poena tenebitur. Doli autem mali clausula, sicut reliquae stipulationes, in quibus tempus nominatim adiectum non est, ad principium stipulationis refertur. 25
- 20 SCAEUOLA libro uicensimo digestorum. Cum apud Sempronium iudicem datum reus defenderetur, stipulatione cautum est, ut, quod Sempronius iudicasset, praestaretur: a cuius sententia petitor appellauit et, cum apud competentem appellationi iudicem res ageretur, defensore condemnato quaesitum est, an stipulatio commissae esset. respondit secundum ea quae proponerentur non esse iure commissam. CLAUDIUS: ideo stipulatione adicitur: 'quine in eius locum substitutus erit'. 30
- 21 IDEM libro singulari quaestionum publice tractatarum. Si unus ex fideiussoribus 35 *F(XYMOC)*

<sup>1</sup> autem *del.* (*Krueger*)    <sup>2</sup> *de del.*    <sup>3</sup> non] nihil?    <sup>4</sup> quando?    <sup>5</sup> ex clausula ob rem non defensam re non defensa in solidum (*u. i.*)?    <sup>6</sup> stipulationum (*Labittus*)?    <sup>7</sup> huic (*cf. D. 45, 1, 121 pr. et Orell. 4358*)?

2 ali'o' *F*<sup>1</sup>    17 is *del. F*<sup>2</sup>    19 quo non amplius] *F et supra u. M.*, quo non plus *XM*, quoniam plus *YOC*    21 ex clausula re iudicata dolo malo ob rem non defensam in solidum committitur stipulatio] *non aliter legunt Graeci: εκ τοῦ κεφαλαίου τοῦ ῥε ἰοῦδικάτα καὶ τοῦ (cod. τῶ) δόλω καὶ τοῦ ὄσ ῥέμ νόν δεφένσαμ εἰς δλόκληρον ἢ ἐπερώτησις Βεβαίονται B (Anon.): at et ordo trium clausu-*

*larum peruersus et oratio hians et clausula ibi, ubi requiritur numerus pluralis, et ratio ab auctore adscripta declarant duas primas clausulas adiectas esse ab interpolatore, contra desiderari, quod abesse non potuit, defensionem susceptam esse quidem, neque tamen in solidum susceptam 30 afuerit dulus quoniam uerum sit non om. F<sup>3</sup>    31 s'p'pondes F<sup>4</sup>    39 commissam' F<sup>2</sup>*

ribus ob rem non defensam conuentus sit, deinde postea res defendatur, alter fideiussorum ob rem indicatam conueniri potest. et si reus promittendi duobus heredibus relictis decesserit, alter rem non defendat, alter defendat: is qui non defendat ob rem non defensam conueniri potest, ille qui defendat ob rem indicatam, quoniam in unius eiusdemque persona non posse committi has duas clausulas creditur et nos dicimus<sup>1</sup> semper praeualere s rei indicatae clausulam eamque solam committi.

## VIII.

## R RATAM REM HABERI ET DE RATIHABITIONE R PES

- 1 PAPINIANUS libro uicensimo octauo quaestionum. Cum quis de rato stipula- [B.9,11,1 P  
retur: quamuis non idem, sed alius a domino conueniretur, qui conueniri non posset, si 10  
ratum habuisset, committi stipulationem placuit, ueluti si<sup>2</sup> cum fideiussor aut alter ex reis  
promittendi, qui socius est, conuenitur.
- 2 IDEM libro undecimo responsorum. In stipulatione de rato habendo non est [B.9,11,2 P  
cogitandum rei promittendi uel stipulandi compendium, sed quid interfuerit eius qui stipu- 15  
latus est ratum haberi quod gestum est.
- 3 IDEM libro duodecimo responsorum. Cum minor uiginti quinque annis cre- [B.9,11,3 P  
ditor pecuniam recipere uellet, interpositus procurator debitori de rato habendo cauit:  
restitutione in integrum data neque indebiti conditionem<sup>3</sup> neque stipulationem committi  
constabat. idemque eueniret, si falsi procuratoris actum minor annis ratum habuerit. et  
ideo ita cauendum erit praecedente mandato: 'si ille in integrum restitutus fuerit heresue 20  
'eius aut is, ad quem ea res, qua de agitur, pertinebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam  
'dari'. mandato uero non interueniente uulgaribus uerbis de rato habendo haec quoque  
prudentius inter consentientes adstruentur: alioquin si non conueniat nec creditor minus  
1 consentiat, actionem dari<sup>4</sup> oportebit. Falsus procurator de rato habendo cauit atque ita  
dominus a sententia iudicis procuratore uicto pronocauit: stipulationis defecisse condicio- 25  
nem apparuit, cum ad auxilium commune superatus confugisset. quod si dominus, qui  
ratum non habuit, pecuniam exegerit, stipulatio de rato committetur in eam pecuniam,  
quam dominus accepit, quamuis nihil procurator acceperit.
- 4 SCAEUOLA libro tertio decimo quaestionum. Procurator quinquaginta petit: [B.9,11,4 P  
si dominus centum petat, tenebuntur ¶ fideiussores, qui de ratihabitione cauerunt, in quin- f. 363  
quaginta et quanti interfuit differri quinquaginta actionem. 31
- 5 IDEM libro quinto responsorum. Respondit non tantum uerbis ratum haberi [B.9,11,5 P  
posse, sed etiam actu: denique si eam litem, quam procurator inchoasset, dominus com-  
probans persequeretur, non esse commissam stipulationem. 34
- 6 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Tutore suspecto postulato [B.9,11,6 P  
defensor si uelit respondere, cautionem ratam rem dominum habiturum cauere compel-  
lendus est.
- 7 PAULUS libro tertio sententiarum. Si is, cui ignorantia petita est bonorum [B.9,11,7 P  
possessio, decesserit, heres eius intra tempora petitionis ratam eam habere non potest. 39
- 8 UENULERUS libro quinto decimo stipulationum. Procurator ad exhibendum [B.9,11,8 P  
egit et aduersarius absolutus est, quia non possidebat: at<sup>5</sup> cum possessionem eiusdem rei  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> didicimus (*van de Water*)?    <sup>2</sup> sic?    <sup>3</sup> competere *ins.*    <sup>4</sup> denegari?    <sup>5</sup> at *del.* (*edd.*)

5 nos] FXYM (*in marg.* P[is]is non), non C, non al. nos (*suprascr.* al. non est non) O 20 s<sup>i</sup> F<sup>2</sup> 21 qua de agitur pertinebit quanti ea res *om.* F<sup>1</sup> | tantum F<sup>2</sup> 23 minus] F, minor XYMOC: quid uoluerit Papinianus, intellegitur ex uerbis supra u. 19 positis idemque eueniret *seq. ad eundem casum respicientibus, scilicet solutione facta mandato creditoris mi-*

*noris non interueniente, si creditor postea consentiat, non magis quam ubi mandatum interuenierit stipulationem committi restitutione subsequuta: ratihabitionem enim quam promissit falsus procurator praestitit* 29 quinquag<sup>e</sup>inta F<sup>4</sup> 31 et quanti interfuit differri quinquaginta *om.* F<sup>1</sup> 41 est] esset F<sup>2</sup>

- nactus esset, agit cum eo dominus ad exhibendum. Sabinus ait fideiussores non teneri, quoniam haec alia res sit: nam et si dominus egisset, mox, absoluto aduersario quia non possideret, ex integro ageret, non obstaturam rei iudicatae exceptionem. Si procurator a debitore pecuniam exegerit et satisdederit dominum ratam rem habere, mox dominus de eadem pecunia egit et litem amiserit, committi stipulationem: et, si procurator eandem pecuniam domino sine iudice soluerit, condicturum. sed cum debitor ex stipulatu agere coeperit, potest dici dominum, si defensionem procuratoris suscipiat, non inutiliter doli mali exceptione aduersus debitorem uti, quia naturale debitum manet. Si quis a procuratore status controuersiam patiat, satis accipere debet a procuratore, ne impune saepius pro suo statu conueniretur et, si dominus uenientesque ab eo personae ratum non habuerunt, quod procurator eum in seruitutem petierit uel aduersus procuratorem ex seruitute in libertatem petitus fuerit, quanti ea res est, ei praestetur, scilicet cum de libertate eius constiterit, id est quanti interfuerit eius de statu suo rursus non periclitari et propter impendia, quae in litem fecerit. sed Labeo certam summam comprehendendam existimabat, quia aestimatio libertatis ad infinitum extenderetur. ex quo autem dominus ratum non habuerit, committi uidetur stipulatio, sed non ante ex ea agi poterit, quam de libertate iudicatum fuerit, quia, si seruus sit indicatus, inutilis fit stipulatio, cum et, si qua sit actio, eam domino adquisisse intellegitur.
- 9 ULPIANUS libro nono ad edictum. Actor a tutore datus omnimodo cauet: [B. 9, 11, 9] actor ciuitatis nec ipse cauet, nec magister uniuersitatis, nec curator bonis consensu creditorum datus.
- 10 IDEM libro octagesimo ad edictum. Interdum ex conuentione stipulatio ratam rem interponi solet, ut puta si quid procurator aut uendat aut locet aut si ei soluatur.
- 11 HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. uel paciscitur uel quodlibet aliud nomine absentis gerit: [B. 9, 11, 11]
- 12 ULPIANUS libro octagesimo ad edictum. quo enim tutiore loco sit, qui con- trahit de rato solet stipulari. Rem haberi<sup>1</sup> ratam hoc est comprobare adgnoscerique quod actum est a falso procuratore. Iulianus ait interesse, quando dominus ratam habere deberet solutionem in procuratorem factam, an<sup>2</sup> tunc demum, cum primum certior factus esset. hoc autem en πάρεσι accipiendum et cum quodam spatio temporis nec minimo nec maximo et quod magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi possit. [Iul.] quid ergo, si, quod primo ratum non habuit, postea habebit ratum? nihilo magis || proficere ad impediendam actionem suam et ob id, quod primo non habuit ratum, actionem saluam habere ait. ideoque si, quod procuratori fuerat solutum, exegerit, agi perinde ex ea stipulatione poterit, ac si ratum habere se postea non dixisset. sed ego puto exceptionem doli mali locum habituram. Siue quis petat siue compensatione utatur, committitur statim ratam rem dominum habiturum stipulatio: nam qualiterqualiter quis eundem actum retractet, qui a procuratore actus est, committi stipulationem oportet.
- 13 PAULUS libro septuagesimo sexto ad edictum. Si commissa est stipulatio ratam rem dominum habiturum, in tantum competit, in quantum mea interfuit, id est quantum mihi abest quantumque lucrari potui. Si sine iudice procuratori legatum soluator, cauere debere Pomponius ait.
- 14 IDEM libro tertio ad Plautium. Si quis uni ex reis promiserit rem ratam dominum habiturum aut amplius eam non peti, dicendum est stipulationem committi, si ab eo petatur, qui eiusdem obligationis socius est.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> habere (edd.)    <sup>2</sup> an] requiritur et ait

1 na'n'ctus F<sup>2</sup> | ad 'h'exhibendum F<sup>4</sup> 4 ha-  
berit F 8 naturale] naturase F<sup>1</sup> 9 con-  
trauersiam F<sup>1</sup> | impone F<sup>1</sup> 11 pet'ierit F<sup>2</sup>  
12 constituerit F 13 in'terfuerit F<sup>2</sup> | peri-  
clitare F<sup>1</sup> 19 ad edictum] praetoris add. F<sup>2</sup>

20 magister uniuersitatis] ὁ προεστὸς τῆς ὁμά-  
δος B (Anon.) 31 elocatione F<sup>1</sup> 34 per-  
inde] F<sup>1</sup>, proinde F<sup>2</sup> 37 qualiter qualiter]  
sic Hal. cum B: ὁπωσδήποτε, qualiter F  
41 locrari F<sup>1</sup> 42 cauere F

- 15 IDEM libro quarto decimo ad Plautium. Amplius non peti uerbum Labeo [B. 9, 11, 15] *E* ita accipiebat, si iudicio petitum esset. si autem in ius eum uocauerit et satis iudicio sistendi causa acceperit, iudicium tamen coeptum non fuerit, ego puto non committi stipulationem amplius non peti: hic enim non petit, sed petere uult. si uero soluta esset pecunia, licet sine iudicio, committitur stipulatio: nam et si quis aduersus petentem compensatione deductioneque usus sit, recte dictum est petisse eum uideri et stipulationem committi amplius non peti. nam et heres, qui damnatus non petere, si<sup>1</sup> horum quicquam fecisset, ex testamento tenetur.
- 16 POMPONIUS libro tertio ex Plautio. Si indebitum procuratori solutum sit, [B. 9, 11, 16] *E* agi statim ex hac stipulatione aduersus procuratorem potest, ut ratum habeat dominus, 10 ut possit dinosci, utrumne domino condici debeat id quod indebitum solutum sit, si is 1 ratum habeat, an uero procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habeat. Si procurator fundum petisset et cauisset, uti adsolet, ratam rem dominum habiturum, deinde dominus postea eundem fundum uendidisset eumque emptor peteret, stipulationem ratam rem haberi committi Iulianus scribit. 15
- 17 MARCELLUS libro uicensimo primo digestorum. Cum debitore decem credi- [B. 9, 11, 17] *Ef* toris nomine Titius egit: partem petitionis ratam habuit dominus. dicendum est obligationis partem consumptam, quemadmodum si decem stipulatus esset aut exegisset creditorque non totum, sed partem gestae rei comprobasset. idcirco si ex stipulatu decem aut Stichum, utrum ego uolero<sup>2</sup> absente me Titius domino quinque petisset, insecuta rati- 20 habitione recte actum uideri.
- 18 POMPONIUS libro uicensimo sexto ad Sabinum. Si procurator ratam rem [B. 9, 11, 18] *S* dominum heredemue eius habiturum cauerit et unus ex heredibus domini ratum habeat, alter non habeat, sine dubio committitur stipulatio pro ea parte, pro qua ratum non habitur, quia in id committitur, quod stipulatoris intersit. nam et si ipse dominus pro parte 25 ratum habuerit, pro parte non habuerit, non ultra quam in partem committetur stipulatio, quia in id committitur, quod intersit agentis. et ideo saepius ex ea stipulatione agi potest, prout intersit agentis, quod litigat, quod consumit, quod aduocat, quod damnatus soluit, sicut in stipulatione damni infecti accidere potest, ut is qui stipulatus sit subinde agat: 30 cauet enim 'si quid ibi ruet scindetur fodietur || aedificabitur'. finge ergo subinde damnum f. 364 dari: non erit dubium, quin<sup>3</sup> agere possit: nam si toto damno computato tunc agendum est, propemodum non ante aget, quam dies stipulationis praeterierit, intra quem si damnum datum sit, stipulatione cautam erit: quod uerum non est.
- 19 PAULUS libro tertio decimo ad Sabinum. In stipulatione, qua procurator [B. 9, 11, 19] *S* cauet ratam rem dominum habiturum, id continetur, quod intersit stipulatoris. idemque 35 iuris est in clausulis omnibus de dolo malo.
- 20 ULPIANUS libro primo disputationum. Non solum in actionibus, quas pro- [B. 9, 11, 20] *S* curator intendit, uerum in stipulationibus quoque, quas interponi desiderat, si uicem repraesentant actionum, cauere eum de rato oportet. quare si duplae stipulationem procurator interponat, de rato cauere debet. sed et si damni infecti stipulatio a procuratore 40 interponatur, de rato debet procurator cauere.
- 21 IDEM libro primo opinionum. Ne satisfactio ratam rem dominum habiturum [B. 9, 11, 21] *S* exigatur in his quae nomine eius ageret, qui<sup>3</sup> eum se fecisse procuratorem libello principi dato professus est, prodest. quod si indicatum solui satis ab eo procuratore postuletur, necesse est, ut iuri manifesto pareatur. 45

*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> si del.    <sup>2</sup> subinde ino. (similiter edd.)    <sup>3</sup> quod?

2 petitum esset] *F*<sup>2</sup>, petitum essem *F*<sup>2</sup>, petitum non esset *XYMOG* 10 ut ratum habeat dominus] ἐφ' ᾧ παρασκευάσαι τὸν δεσπότην ἀποδέξασθαι *B* (*Αποπ.*) 11 d'om'inosci *F*<sup>2</sup> 21 uideri's *F*<sup>2</sup> 23 dom'inum *F*<sup>2</sup> 30 fo-

d'ietur *F*<sup>2</sup> 33 stipulationi *F* 38 uice repraesentat *F*, uicem praesentat *X*<sup>2</sup>*Y*, uicem praesentant *X*<sup>2</sup>*MOG* 43 principi] βασιλεὶ *B* 45 necessesit *F*

- 22 IULIANUS libro quinquagensimo sexto digestorum. Si sine iudice non debi- [B. 9, 11, 22] S  
tam pecuniam exegerit procurator et dominus ratam solutionem non habuerit, sed eandem  
pecuniam petere instituerit: fideiussores tenentur et condictio, qua procurator teneretur,  
si stipulatio interposita non fuisset, peremittitur. quotiens enim procuratori pecunia soluitur  
et dominus eam solutionem ratam non habet, existimo id agi, ut condictio perematur et s  
sola actio ei, qui indebitum soluit, aduersus procuratorem ex stipulatu competat. hoc ampli-  
us praestant fideiussores impensas, quae in iudicium factae fuissent. quod si dominus  
ratam habuisset, fideiussores quidem liberantur, sed ab ipso domino eadem pecunia per  
1 conditionem peti potest. Quod si procurator debitam domino pecuniam sine iudice ex-  
gisset, idem iuris est, hoc secus, quod, si dominus ratam rem habuisset, nulla eius pecu- 10  
2 niae repetitio futura est. Quod si procurator per iudicem non debitam pecuniam exegisset,  
dici potest, siue ratum dominus habuisset siue non habuisset, fideiussores non teneri, uel  
quia nulla res esset, quam dominus ratam habere possit, uel quia nihil stipulatoris interest  
ratam haberi: adficietur ergo iniuria is, qui procuratori soluit. magis tamen est, ut, si do-  
3 minus ratum non habuerit, fideiussores teneantur. Quod si debitam pecuniam procurator 15  
per iudicem, cui nihil mandatum fuerit, petierit, magis est, ut in solidum fideiussores  
4 teneantur, si dominus ratum non habuerit. Cum autem procurator recte petit, dominus  
perperam, non debet procurator praestare, ne iniuria iudicis dominus aliquid consequatur:  
numquam enim propter iniuriam iudicis fideiussores obligantur. uerius tamen est hoc casu  
5 fideiussores non nisi in impensas litis teneri. MARCELLUS: si dominus ratam rem non ha- 20  
buerit, sed lite mota rem amiserit, nihil praeter impendia in stipulatione ratam rem de-  
6 ducitur. IULIANUS. Si procuratori eius, qui mortuus erat, sine iudice soluta fuerint legata,  
stipulatio committetur, nisi heres ratum habuerit, utique si debita fuerint: tunc enim non  
7 dubie interest stipulatoris ratam solutionem ab herede haberi, ne bis eadem praestet. Si 24  
in stipulationem || ratam rem haberi haecenus comprehensum fuerit Lucium Titium ratum f. 36'  
'habiturum?', cum id aperte ageretur, ut heredis ceterorumque personae, ad quos ea res  
pertineret, ommitterentur, 'difficile est existimari doli clausulam committi. sane cum per  
8 imprudentiam hae personae omittantur, actio ex doli clausula competit. Si procurator  
iudicium de hereditate ediderit, deinde dominus fundum ex ea hereditate petierit, stipu-  
9 latio ratam rem haberi committetur, quia, si uerus procurator fuisset, exceptio rei iudi- 30  
catae dominum summoueret. plerumque autem stipulatio ratam rem haberi his casibus  
committetur, quibus, si uerus procurator egisset, domino aut ipso iure aut propter exceptio-  
nem actio inutilis esset. Qui patris nomine iniuriarum agit ob eam rem, quod filius eius  
uerberatus pulsatusue sit, in stipulatione cogendus est filii quoque personam comprehen-  
dere, praesertim cum fieri possit, ut pater ante decedat, quam sciret procuratorem suum 35  
10 egisse, et ita iniuriarum actio redeat ad filium. Sed et si nepoti iniuria facta fuerit et  
procurator aui propter hanc causam iniuriarum aget, non solum filii, sed etiam nepotis  
persona comprehendenda erit in stipulatione: quid enim prohibet et patrem et filium, ante-  
quam scirent procuratorem egisse, decedere? quo casu iniquum est fideiussores non teneri  
nepote iniuriarum agente. 40
- 23 IDEM libro quinto ex Minicio. Procurator cum peteret pecuniam, satisdedit [B. 9, 11, 23] S  
amplius non peti: post iudicium acceptum extitit, qui et ipse procuratorio nomine ean-  
dem pecuniam peteret: quaesitum est, cum is, qui postea peteret, procurator non esset et  
propter hoc exceptionibus procuratoriis excludi posset, num fideiussores prioris procuratoris  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> si eorum quis agat *similiae ins.* (ΚΙΝΟΥΝΤΩΝ ΑΥΤΩΝ B)

6 [aduersus] procuratorem litterae intra [ ]  
conclusae hodie deficiunt perforata hoc loco  
membrana F | compet[at] exesum ut supra F  
11 exegisse F 13 interest F<sup>2</sup> 21 sti-  
pulatione F 22 iulianus del. F<sup>2</sup> 23 [ut]ique  
si debita fuerint tunc [enim non du]bie inter-  
est sti[pul]atoris ratam solutione]m ab her[ede]

h]aberi [ne b]is eadem praes[et]et si in sti-  
pulationem [r]atam sic, ut indicatur, exesa sunt  
in F 36 actio ... 37 iniuriarum om. F<sup>1</sup>  
39 egisse] egissent F<sup>2</sup> 44 exception[ibus  
procuratoriis] sic exesum in F | excludi posset  
num fideiussores prioris procuratoris om. F<sup>2</sup>

tenerentur. Iulianus<sup>1</sup> respondit: uerius est non obligari fideiussores: nam in stipulatione cauetur non petiturum enim, cuius de ea re actio petitio persecutio sit, et ratum habituros omnes, ad quos ea res pertinebit: hic autem, qui procurator non est, nec actionem nec petitionem habere intellegendus est.

- 24 AFRICANUS libro quinto quaestionum. Bonorum possessionem ab alio adgni- [B. 9, 11, 24] S  
tam ratam haberi oportere eo tempore, quo adhuc in ea causa sit, ut peti possit: itaque  
1 post centensimum diem rata haberi non potest. An autem et si mortuus fuisset qui petisset  
uel furere coeperit, ratum haberi possit, uideamus: nam si in uniuersum perinde haberi  
debet, ac si tunc, cum ratum habeat, per eum bonorum possessionem petat, frustra his  
casibus ratum habetur. sed illud consequens futurum etiam si paeniteat illum petisse, ra- 10  
tum haberi non posse, quod utique sit absurdum. rectius itaque dicitur neutram eorum<sup>2</sup>  
causam impedire rathabitionem.
- 25 IDEM libro sexto quaestionum. Pater dotem a se datam absente filia petit [B. 9, 11, 25] S  
et ratam rem habituram eam cauit: ea prius quam ratum haberet, mortua est. negauit  
committi stipulationem, quia et si uerum sit ratum eam non habuisse, nihil tamen mariti 15  
1 intersit dotem restitui, cum patri etiam mortua filia salua esse dos debeat. Procurator  
cum ab eo aes alienum exegerat, qui tempore liberaretur, ratam rem dominum habituram  
cauit: deinde post tempus liberato iam debitore dominus ratam rem habet. posse debito-  
rem agere cum procuratore existimauit, cum iam debitor<sup>3</sup> liberatus sit: argumentum rei,  
quod, si nulla stipulatio interposita sit, condictio locum aduersus procuratorem habitura 20  
sit: in locum autem conditionis interponi stipulationem.
- 26 ..... Si indebitum procurator petit litigatumque de eo [B. 9, 11, 26]  
est tamquam de debito, stipulatio interposita committitur, cum postea is, cuius nomine procurator  
egit, id petierit.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> Iulianus del.    <sup>2</sup> eorum del.    <sup>3</sup> debito?

1 [tene]rentur [iulianus ... 2 cauetur non]  
exesum, ut indicatur, in F 2 petitorum F<sup>2</sup>  
7 rata, non ratam F 10 peniteat F  
19 exist[imauit cum is]m sic exesum in F  
20 adue[rsus] procuratorem habitura sit [in  
locu]m autem conditionis [interponi st]ipu-  
lationem sic exesum in F 22 l. 26 omissae

in F epitomen hanc seruant B (Anon.): Εἰ  
καὶ (μη̄ ins. cod. Coisl.) ἀχρεώστητον ἦν τὸ  
ἀπαιτούμενον παρὰ τοῦ ἐντολέως, φιλονεικία δὲ  
γέγονε περὶ αὐτοῦ ὡς ἐπὶ τοῦ ὀφειλομένου,  
βεβαίωται ἢ δοθεῖσα ἰκανοδωσία ἀπαιτοῦντος  
ἕστερον ἐκείνου, οὗ ὀνόματι ὁ ἐντολέως ἐκί-  
νησεν

## LIBER QUADRAGESIMUS SEPTIMUS.

q. 88 l.

## I.

## R DE PRIUATIS DELICTIS R

- 1 **U**LPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Ciuilis constitutio est B. 60, 11, 1 §  
 poenalibus actionibus heredes non teneri nec ceteros quidem successores: idcirco nec furti  
 conueniri possunt. sed quamuis furti actione non teneantur, attamen ad exhibendum actione  
 teneri eos oportet, si possideant aut dolo fecerint quo minus possideant: sed enim et uin-  
 1 dicatione tenebuntur re exhibita. item condictio aduersus eos competit. Heredem autem  
 furti agere posse aequae constat: exsecutio enim quorundam delictorum heredibus data est:  
 2 ita et legis Aquiliae actionem heres habet. sed iniuriarum actio heredi non competit. Non  
 tantum in furti, uerum in ceteris quoque actionibus, quae ex delictis oriuntur, siue ciuiles  
 sunt siue honorariae, id placet, ut noxa caput sequatur.
- 2 **I**DEM libro quadragesimo tertio ad Sabinum. Numquam plura delicta con- B. 60, 11, 2 §  
 currentia faciunt, ut nullius impunitas detur: neque enim delictum ob aliud delictum minuit  
 1 poenam. Qui igitur hominem subripuit et occidit, quia subripuit, furti, quia occidit, Aquilia  
 2 tenetur, neque altera harum actionum alteram consumit. Idem dicendum, si rapuit et oc-  
 3 cidit: nam et ui bonorum raptorum et Aquilia tenebitur. Quaesitum est, si condictus fuerit  
 ex causa furtiua, an nihilo minus lege Aquiliae agi possit. et scripsit Pomponius agi posse,  
 quia alterius aestimationis est legis Aquiliae actio, alterius condictio ex causa furtiua:  
 namque Aquilia eam aestimationem complectitur, quanti eo anno plurimi fuit, condictio  
 autem ex causa furtiua non egreditur retrorsum iudicii accipiendi<sup>1</sup> tempus. sed si seruus  
 sit, qui haec admisit, ex quacumque actione noxae fuerit deditus, perempta est altera actio.  
*F(XYMOC). Petrus 3, 60 = l. 1: 3, 24 = l. 2 pr. — § 3*

<sup>1</sup> requiritur iniuriam accipiendi

3 delictis] *ind. F*, delectis *F* 4 quadragesimo primo] *F Petr.*, xiii *Y*, xi *M*, *inscr. om. X* (*in sp. uac.*) *O* 5 here'de's *F<sup>2</sup>* | nec] ne *X<sup>2</sup>* | quidem *om. Petr.* 6 teneantur] teantur *X* | ad-tamen *F*, tamen *Petr.* | actione teneri eos] actione eos teneri *XY*, actionem eorum teneri *Petr.* 7 oporteret *X*, oportet et *M* | fecerunt *X* | sed enim et uindicatione (uenditione *X<sup>2</sup>*) tenebuntur re (*r'e' F<sup>2</sup>*) exhibita *om. Petr.* 8 competit aduersus eos *Petr.* | heredem ... 10 competit *bis M* 9 aequae] *F*, undique *Petr.*, *om. XYMOC* | est data *XY Petr.* 10 actionem] actiones *Petr.* | non competit] competit *Petr.* 11 uerum] uerum etiam *M Petr.* | ciuiles sunt (sint *XYMOC Petr.*) siue *om. F<sup>2</sup>*: καὶ τὰς πολιτικὰς καὶ τὰς πραιτωριακὰς *BS (Dor.)* 12 id] hoc *XYMOC Petr.* | caput noxa *MC* 13 quadragesimo tertio] *FM*, xlii *O*, iii *XY*, ui uel xu *Petr.* | sabinum 'num'quam *F<sup>2</sup>* 14 ullius] illis *M* 15 igitur] *FMOC*, ergo *XY Petr.* | occiderit quia *XYM* | occiderit aqu. *XC* 16 tenetur ... 17 aquilia *om. X* | neque ... consumit *om. Petr.* | harum

*om. M* | idem dicendum *bis F<sup>2</sup>*, ita dicendum *M*, idem dicendum est *O*, item (*om. dic.*) *Petr.* 17 nam et *om. Petr.* | tenebitur *om. Petr.* | post tenebitur *ins.* item si quis subreptum flagello ceciderit (occiderit *X*) duabus actionibus tenetur (tenebitur *YO*) furti et ... occiderit (occidit *M*) tribus actionibus (tenetur furti et ... actionibus *om. X*) tenebitur item *ins.* (*om. suo loco § 4*) *XYMOC*: idem legit *Petrus*, cum post tenebitur ponat et si uerberauerit iniuriarum tenebitur | quaesitum ... 20 namque aquilia] legis enim aquiliae *om. rel. Petr.* 18 furtiua *F<sup>2</sup>* | an nihilominus ... 19 ex causa furtiua (furtiua *F<sup>2</sup>*) *om. M* 20 anno n' plurimi *F<sup>2</sup>*, anno plurimum *O*, anno plurimum *C Petr.* | fuit] fiunt *M* 21 non egreditur (egredietur *MOC*) retrorsum (retrorsum *om. Y<sup>2</sup>C*) iudicii (retrorsum *h. l. repetit M*) accipiendi tempus] οὐκ ἀνακλάται εἰς τὸν πρὸ τῆς προκατάστατος χρόνον *B (Anon.)* 22 haec] *FM*, hoc *XYOC Petr.* | ex *om. F<sup>2</sup>*: ἐξ οἰακἀνοτε δ' ἄρως *B (Anon.)* | noxae] noxae nomine *X* | fueri n't *F<sup>2</sup>*

- 4 Item si quis subreptum flagello ceciderit, duabus actionibus tenetur furti et iniuriarum: et  
5 si forte hunc eundem occiderit, tribus actionibus tenebitur. Item si quis ancillam alienam  
subripuit et flagitauerit, utraque actione tenebitur, nam et serui corrupti agi poterit et  
6 furti. Item si quis seruum uulnerauit, quem subripuerat, aequae duae actiones locum habe-  
bunt Aquiliae et furti. 5
- 3 IDEM libro secundo de officio proconsulis. Si quis actionem, quae ex male- [B. 60, 11, 3] S  
ficiis oritur, uelit exsequi: si quidem pecuniariter agere uelit, ad ius ordinarium remitten-  
dus erit nec cogendus erit in crimen subscribere: enimvero si extra ordinem eius rei poe-  
nam exerceri uelit, tunc subscribere eum in crimen oportebit.

## II.

10

## Æ DE FURTIS Æ

SEPA

- 1 PAULUS libro trigensimo nono ad edictum. Furtum a furuo, id est [I. 4, 1, 2. B. 60, 12, 1] S\*  
nigro dictum Labeo ait, quod clam et obscuro fiat et plerumque nocte: uel a fraude, ut  
Sabinus ait: uel a ferendo et auferendo: uel a Graeco sermone, qui φῶρας appellant fures:  
1 immo et Graeci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt. Inde sola cogitatio furti faciendi non [Γ.] 15  
2 facit furem. Sic is, qui depositum abnegat, non statim etiam furti tenetur, sed ita, si id  
3 intercipiendi causa occultauerit. Furtum est contrectatio rei fraudulosa lucri fa- [I. 4, 1, 1]  
ciendi gratia uel ipsius rei uel etiam usus eius possessionisue. quod lege naturali prohibi-  
tum est admittere. 19
- 2 GAIUS libro tertio decimo ad edictum<sup>1</sup>. Furtorum genera duo sunt, mani- [B. 60, 12, 2] S\*  
festum et nec manifestum.
- 3 ULPIANUS libro quadragensimo primo ad Sabinum. Fur est manifestus, quem [B. 60, 12, 3] S\*  
1 graeci ἐπ' ἀγροφῶρα appellat, hoc est eum, qui deprehenditur cum furto. || Et parui re- f. 865'  
2 fert, a quo deprehendatur, utrum ab eo cuius res fuit an ab alio. Sed utrum ita demum  
fur sit manifestus, si in faciendo furto deprehendatur, an uero et si alicubi fuerit depre- 25  
hensus? et magis est, ut et Iulianus scripsit, etsi non ibi deprehendatur, ubi furtum fecit,  
ad tamen esse furem manifestum, si cum re furtiua fuerit adprehensus, priusquam eo loci  
rem pertulerit, quo destinauerat.
- 4 PAULUS libro nono ad Sabinum. 'Quo destinauerit quis auferre' sic accipien- [B. 60, 12, 4] S\*  
dum est 'quo destinauerit eo die manere cum eo furto'. 30
- 5 ULPIANUS libro quadragensimo primo ad Sabinum. Siue igitur in publico [B. 60, 12, 5] S\*  
siue in priuato deprehendatur, antequam ad locum destinatum rem perferret, in ea causa  
1 est, ut fur manifestus sit, si cum re furtiua deprehendatur: et ita Cassius scripsit. Sed si  
pertulit quo destinauit, tametsi deprehendatur cum re furtiua, non est manifestus fur. 34
- 6 PAULUS libro nono ad Sabinum. Quamuis enim saepe furtum contrectando [B. 60, 12, 6] S\*  
fiat, tamen initio, id est faciendi furti tempore, constituere uisum est, manifestus nec ne  
fur esset.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> prouinciale ins.

3 flagitauit' erit F<sup>4</sup>, flagellauerit XYMOG: Διαφθείρας τοὺς τρόπους αὐτῆς ἢ τὸ σῶμα B (Anon.) 6 si quis om. F<sup>1</sup> | qu'a'e F<sup>4</sup> 12 furto] furto F<sup>1</sup> 13 obscure Inst. 14 et auferendo] id est auferendo Inst.: ἀπὸ τοῦ φέρειν τὸ πρᾶγμα ἢ τοὶ ἀφαιρεῖσθαι BS (Dor.) 15 τοῦ om. F<sup>2</sup> 16 si 'id' F<sup>4</sup>: ὅτε ... ἀποκρῖνει τὸ δεπόσιτον BS (Dor.) 22 manifestum F<sup>o</sup> 25 faciendo furto] F<sup>2</sup> cum BS (Dor.): ὅτε ἐν αὐτῷ τῷ ἀμαρτάνειν τὴν κλοπὴν συλλαμβάνεται, faciendo (om. furto) F<sup>2</sup> | alicu'b'i F<sup>2</sup>: ἐάν ἄλλαχοῦ συλληθῆῃ BS 28 quo desti-

nauerat add. F<sup>2</sup> supplemento fortasse coniectura reperto et propterea imperfecto: nam in digestis uere fuisse quo eam ab initio perferre destinauerat uidentur indicare BS (Dor.): ἐνθα ὄρισεν ἐξ ἀρχῆς ἀποθέσθαι αὐτό: presso enim interpres sequitur Latina 35 quamuis enim saepe furtum contrectando fiat] εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ πολλάκις ἀπὸ τῆς ψηλαφίσεως ἀμαρτάνεται κλοπὴ B (Anon.), εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ πολλάκις ἀμαρτάνει κλοπὴν ὡς πολλάκις ψηλαφῶν τὸ πρᾶγμα τὸ κλοπιμαῖον BS (Dor.)



- 7 ULPIANUS libro quadragensimo primo ad Sabinum. Si quis in seruitute fur- [B. 60, 12, 7 S°] tum fecerit et manumissus deprehendatur, an fur manifestus sit, uideamus. et ait Pomponius libro nono decimo ex Sabino non posse eum manifesti conueniri, quia origo furti in 1 seruitute facti non fuit manifesti. Ibidem Pomponius eleganter scripsit deprehensione fieri manifestum furem: ceterum si, cum tibi furtum facerem de domo tua, abscondisti te, ne 2 te occidam, etiamsi uidisti furtum fieri, attamen non est manifestum. Sed Celsus deprehensione hoc etiam adicit, si, cum uidisses eum subripiemem et ad comprehendendum eum 3 accurrisses, abiecto furto effugit, furem manifestum esse: Paruique referre putat, dominus an uicinus an quilibet transiens adprehendat. 9
- 8 GAIVS libro tertio decimo ad edictum prouinciale. Nec manifestum furtum [B. 60, 12, 8 S°] quid sit, apparet: nam quod manifestum non est, hoc scilicet nec manifestum est.
- 9 POMPONIVS libro sexto ad Sabinum. Ei, qui furti actionem habet, adsidua [B. 60, 12, 9 S] contrectatione furis non magis furti actio nasci potest, ne in id quidem, in quod creuisset 1 postea res subrepta. Sed si eam a fure uindicasset, condictio mihi manebit. sed potest dici officio iudicis, qui de proprietate cognoscit, contineri, ut non aliter iubeat restitui, 15 quam si conductionem petitor remitteret: quod si ex conductione ante damnatus reus litis aestimationem sustulerit, ut aut omnimodo absoluat reum aut (quod magis placet), si paratus esset petitor aestimationem restituere nec restituatur ei homo, quanti in litem iurasset, damnaretur ei possessor. 19
- 10 ULPIANUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Cuius interfuit non subripi, [B. 60, 12, 10 S] is actionem furti habet.
- 11 PAULUS libro nono ad Sabinum. Tum is cuius interest furti habet actio- [B. 60, 12, 11 S°] nem, si honesta<sup>1</sup> causa interest.
- 12 ULPIANUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Itaque fullo, qui curanda poli- [B. 60, 12, 12 S] liendaue uestimenta accepit, semper agit: praestare enim custodiam debet. si autem solu- 2 uendo non est, ad dominum actio redit: nam qui non habet quod perdat, eius periculo 1 nihil est. Sed furti actio malae fidei possessori non datur, quamuis interest eius rem non subripi, quippe cum res periculo eius sit: sed nemo de improbitate sua consequitur actio- 2 nem et ideo soli bonae fidei possessori, non etiam || malae fidei furti actio datur. Sed et 1. 26 si res pignori data sit, creditori quoque damus furti actionem, quamuis in bonis eius res 26 non sit: quin immo non solum aduersus extraneum dabimus, uerum et contra ipsum quoque dominum furti actionem, et ita Iulianus scripsit. nec non et ipsi domino dari placet, et sic fit, ut non<sup>3</sup> teneatur furti et agat. ideo autem datur utrique, quia utriusque interest. sed utrum semper creditoris interest an ita demum, si debitor soluendo non est? et putat Pomponius semper eius interesse pignus habere, quod et Papinianus libro duodecimo quaes- 33 tionum probat: et uerius est ubique uideri creditoris interesse, et ita et Iulianus saepissime scripsit.
- 13 PAULUS libro quinto ad Sabinum. Is, cui ex stipulatu res debetur, [B. 60, 12, 13 S] furti actionem non habet, si ea subrepta sit, cum per debitorem stetisset, quo minus eam daret. 40

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> ex *ins.* (cf. L. 77 § 1 h. t.)    <sup>2</sup> si soluendo est *ins.*    <sup>3</sup> non] nonnumquam (u. i.)?

2 sit'q'uideamus F<sup>4</sup> 3 quia origo furti in seruitute facti non fuit manifesti] επειδη η ριζα και η αρχη της κλοπης της εν δουλεια γενομενης ουχ ευρεν αυτον manifeston BS (Dor.) 5 post facerem est spatium uacuum quattuor litterarum in F 6 bidisti F<sup>1</sup> 8 accurrisses] accurrussed F<sup>1</sup> 10 ad i edictum F<sup>4</sup> 13 furis] foris F<sup>1</sup> 14 condictio'ne' mihi F<sup>4</sup> 16 remittere't' F<sup>2</sup> 24 poliendaue] edd. cum BS (Dor.): επι τω κναφηναι η φροντισθηναι collato Gaio 3, 143. 162. 165, polienda F

26 nam qui om. F<sup>1</sup>: ο γαρ μη εχων BS (Dor.) 37 fide'i' F<sup>4</sup> 38 inpronitate F 33 ut non (non del. Y<sup>2</sup>) teneatur (tenetur Y<sup>2</sup>) furti et agat] FXYMOC: non del. Cuiacius (ad inst. 4, 1 et obs. 11, 11. 16, 30) collatis BS (Dor.): και ουτω συμβαινει τον αυτον ανθρωπον ενλγειν και ενλγεσθαι τη φορτη et Paulo 2, 31, 19: rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit, quam si et ipse similiter amiserit, suo nomine persequi potest | interest]f, intest F 39 steti't'isset F<sup>2</sup>

14 ULPIANUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Eum qui emit, si non tradita [B. 60, 12, 14] S  
 est ei res, furti actionem non habere, sed adhuc uenditoris esse hanc actionem Celsus  
 scripsit. mandare eum plane oportebit emptori furti actionem et conditionem et uindica-  
 tionem, et si quid ex his actionibus fuerit consecutus, id praestare eum emptori oportebit:  
 quae sententia uera est, et ita et Iulianus. et sane periculum rei ad emptorem pertinet, 5  
 1 dummodo custodiam uenditor ante traditionem praestet. Adeo autem emptor ante tradi-  
 tionem furti non habet actionem, ut sit quaesitum, an ipse subripiendo rem emptor furti  
 teneatur. et Iulianus libro uicensimo tertio digestorum scribit: si emptor rem, cuius custo-  
 diam uenditorem praestare oportebat, soluto pretio subriperit, furti actione non tenetur.  
 plane si antequam pecuniam solueret, rem subtraxerit, furti actione teneri, perinde ac si 10  
 2 pignus subtraxisset. Praeterea habent furti actionem coloni, quamuis domini non sint,  
 3 quia interest eorum. Is autem, apud quem res deposita est, uideamus, an habeat furti  
 actionem. et cum dolum dumtaxat praestet, merito placet non habere eum furti actionem:  
 quid enim eius interest, si dolo careat? quod si dolo fecit, iam quidem periculum ipsius  
 4 est, sed non debet ex dolo suo furti quaerere actionem. Iulianus quoque libro uicensimo 15  
 secundo digestorum scribit: quia in omnium furum persona constitutum est, ne eius rei  
 nomine furti agere possint, cuius ipsi fures sunt, non habebit furti actionem is, apud quem  
 5 res deposita est, quamuis periculo eius esse res coeperit qui eam contrectauit. Papinianus  
 tractat, si duos seruos ob decem aureos pignori acceperim et alter subripiatur, cum alter  
 quoque, qui sit retentus, non minoris decem ualeret: utrum usque ad quinque tantum 20  
 habeam furti actionem, quia in alio habeo saluos quinque? an uero, quia mori potest, dici  
 debeat in decem fore actionem, etiamsi magni pretii sit is qui retinetur? et ita putat:  
 non enim respicere debemus pignus, quod subreptum non est, sed id quod subtractum est.  
 6 Idem scribit, si, cum mihi decem deberentur, seruus pignori datus subtractus sit, si actione  
 furti consecutus fuero decem, non competere mihi furti actionem, si iterum subripiatur, 25  
 quia desit mea interesse, cum semel sim consecutus. hoc ita, si sine culpa mea subripiat-  
 tur: nam si culpa mea, quia interest eo quod teneor pigneraticia actione, agere potero.  
 quod si culpa abest, sine dubio domino competere actio uidetur, quae creditori non com-  
 7 petit. quam sententiam Pomponius quoque libro decimo ad Sabinum probat. Idem dicunt, 29  
 et si duo serui subrepti sint simul, competere utriusque nomine furti actionem creditori, f. 366'  
 sed non in totum, sed pro qua parte, in singulos diuiso eo quod ei debetur, eius interest:  
 separatim autem duobus subreptis, si unius nomine solidum consecutus sit, alterius nihil  
 8 consequetur. Item Pomponius libro decimo ex Sabino scripsit, si is cui commodauit dolo  
 9 fecerit circa rem commodatam, agere eum furti non posse. Idem Pomponius probat et in  
 10 eo, qui rem mandato alicuius accepit perferendam. An pater, cuius filio commodata res 35  
 est, furti actionem habeat, quaeritur. et Iulianus ait patrem hoc nomine agere non posse,  
 quia custodiam praestare non debeat: sicut, inquit, is qui pro eo, cui commo- [Ep. 19, 30  
 data res est, fideiussit, non habet furti actionem. neque enim, inquit, is, cuiuscumque  
 F(XYMO). Petrus 2, 17 = l. 14 pr. § 1. 2

1 uicensimo nono] xxiiii MO Petr. | non tra-  
 dita est ei res F<sup>1</sup>, ei non est res tradita  
 Petr., non tradita est sibi res C 2 sed] sed  
 et Petr. 3 scribit XMC Petr. | eum om.  
 Petr. | et uindicationem et conditionem X,  
 et conditionem uindicationem (om. et) M  
 4 emptori eum oportebit Petr., oportebit  
 emptori (om. eum) O 5 et iulianus] iulianus  
 Y<sup>o</sup>, iulianus scribit Petr., iulianus ait XY<sup>1</sup>MC  
 6 uenditor custodiam Petr. | ante traditionem  
 praestet F<sup>2</sup>, praestet ante trad. X<sup>1</sup>, praestet  
 ante trad. furti non habet X<sup>o</sup>, ante trad.  
 praestaret Y 7 furti non F<sup>2</sup> | furti teneat-  
 tur om. X<sup>o</sup> 8 et] unde Petr. | uicensimo ter-  
 tio] xxxiii X, xii C | digestorum om. XY |  
 scripsit XYMO | rem cuius] cuius rem Y<sup>o</sup>

9 oportebat] oportebit O | actione non tene-  
 tur] actio non nascitur Petr. 10 pecuniam]  
 pretium Petr. | soluerat F<sup>1</sup>, soluerit MC | sub-  
 traxit Petr. | actionem M | teneri perinde] te-  
 netur proinde Petr. 11 habent 'e' furti actio-  
 nem coloni (sic) F<sup>2</sup>, coloni habent actionem  
 furti Petr., hanc furti act. coloni (om. habent) M  
 12 eorum interest Petr. 15 quaerere F<sup>2</sup>  
 20 quin'que' tantum F<sup>1</sup> 26 mea 'si' inter-  
 esse F<sup>2</sup> 27 inter' est' F<sup>2</sup> 28 quae credi-  
 tori] F<sup>2</sup>, quereditori'ae' F<sup>1</sup> 30 seru'o'i F<sup>1</sup>  
 31 eius om. F<sup>o</sup> 32 sit om. F<sup>1</sup> 35 cuius]  
 eius F<sup>1</sup> 36 queritur F<sup>1</sup> 37 inquit F<sup>1</sup>  
 38 inquit F<sup>1</sup> | is cuiuscumque intererit] φῆτι  
 καθ' οἰονδήποτε λόγον διενήνοχε BS (Dor.)

- intererit rem non perire, habet furti actionem, sed qui ob eam rem tenetur, quod ea res culpa eius perierit: quam sententiam Celsus quoque libro duodecimo digestorum probat.
- 11 Is qui precario seruum rogauerat subrepto eo potest quaeri an habeat furti actionem. et cum non est contra eum ciuilis actio (quia simile donato precarium est) ideoque et interdictum necessarium uisum est, non habebit furti actionem. plane post interdictum reddi-  
 12 tum puto eum etiam culpam praestare et ideo et furti agere posse. Quod si conduxerit  
 13 quis, habebit furti actionem, si modo culpa eius subrepta sit res. Si filius familias sub-  
 14 reptus sit, patrem habere furti actionem palam est. Si res commodata est et is cui com-  
 modata est decesserit: quamuis hereditati furtum fieri non possit et ideo nec heres eius  
 cui commodata est possit agere, tamen commodator poterit furti agere: idemque et in re  
 pignerata uel in re locata. licet enim hereditati furti actio non adquiratur, tamen alii,  
 15 cuius interest, adquiritur. Non solum autem in re commodata competit ei cui [Ep. 6. 44  
 commodata est furti actio, sed etiam in ea, quae ex ea adgnata est, quia et huius custodia  
 ad eum pertinet. nam et si seruum tibi commodauero, et uestis eius nomine furti ages,  
 quamuis uestem, qua uestitus est, tibi non commodauerim. item si iumenta tibi commo-  
 15 dauero, quorum sequella erat eculeus, puto competere furti actionem etiam eius nomine,  
 16 quamuis ipse non sit commodatus. Qualis ergo furti actio detur ei, cui res com- [Ep.]  
 modata est, quaesitum est. et puto omnibus<sup>1</sup>, quorum periculo res alienae sunt, ueluti  
 commodati, item locati pignorisue accepti, si hae subreptae sint, omnibus furti actiones<sup>2</sup>  
 17 competere: condictio autem ei demum competit, qui dominium habet. Si epistula, quam  
 ego tibi misi, intercepta sit, quis furti actionem habeat? et primum quaerendum est, cuius  
 sit epistula, utrum eius qui misit, an eius ad quem missa est? et si quidem dedi seruo  
 eius, statim ipsi quaesita est, cui misi: si uero procuratori, aequae (quia per liberam per-  
 sonam possessio quaeri potest) ipsius facta est, maxime si eius interfuit eam habere. quod  
 si ita misi epistulam, ut mihi remittatur, dominium meum manet, quia eius nolui amittere  
 15 uel transferre dominium. quis ergo furti aget? is cuius interfuit eam non subripi, id est  
 ad cuius utilitatem pertinebant ea quae scripta sunt. et ideo quaeri potest, an etiam is,  
 cui data est perferenda, furti agere possit. et si custodia eius ad eum pertineat, potest:  
 sed et si interfuit eius epistulam reddere, furti habebit actionem. finge eam epistulam  
 fuisse, quae continebat, ut ei quid redderetur fieretue: potest habere furti actionem: uel  
 10 si custodiam eius rei<sup>3</sup> recepit uel mercedem perferendae accipit. et erit in hunc casum  
 similis causa eius et canponis aut magis]tri nauis: nam his damus furti actionem, si sint  
 15 soluendo, quoniam periculum rerum ad eos pertinet.
- 15 PAULUS libro quinto ad Sabinum. Creditoris, cuius pignus subreptum est, [B. 60, 12, 15 §  
 non credito tenus interest, sed omnimodo in solidum furti agere potest: sed et pigneraticia  
 1 actione id quod debitum excedit debitori praestabit. Dominus, qui rem subripuit, in qua  
 2 usus fructus alienus est, furti usufructuario tenetur. Sed eum qui tibi commodauerit, si  
 eam rem subripiat, non teneri furti placuisse Pomponius scripsit, quoniam nihil tua inter-  
 F(XYMOC). Petrus 3, 25 = L. 15 § 1. 2 (usque ad u. 38 scripsit)

<sup>1</sup> omnibus] obligatis?    <sup>2</sup> actionem?    <sup>3</sup> rei del. (edd.)

3 seruum] XYMOC, seruo F: ὁ λαβῶν κατὰ  
 πρᾶξκαρίαν νομὴν οἰκίτην BS (Dor.) 7 si  
 filius familias subreptus sit] sic legit etiam  
 Dorotheus: ἐὰν ὑπεζούσιος γίος τινος ἐκλάβῃ  
 BS eandemque lectionem flagitat scholium 1 ad  
 B. 60, 12, 38: quasi esset si filio familias sub-  
 reptum sit, uertit Anonymus: ἐὰν ὁ ὑπεζού-  
 σιος κλοπὴν ὑποστῇ B 15 qua] quam F  
 16 eguleus F<sup>2</sup> 17 ergo non furti F<sup>2</sup>  
 18 quaesi]tum F<sup>2</sup> | et puto omnibus quorum  
 seq.] καὶ νομίζω γενικῶς πᾶσι τοῖς ἐπὶ ἄλλο-  
 τρισίαις πράγμασι κινδυνεύουσιν, ὅσον τῷ χρῆσα-  
 μένῳ, τῷ μισθωσαμένῳ, τῷ εἰς ἐνέχυρον λα-

βόντι κλεπτομένων τῶν τοιοῦτων πραγμάτων  
 ἀρμόζειν τὴν φοῦρτι BS (Dor.), πάντες οἱ κιν-  
 δυνεύοντες ἐπὶ ἄλλοτρίῳ πράγματι κλαπέντος  
 αὐτοῦ ἐχούσι τὴν περὶ κλοπῆς ἀγωγὴν, ὡς ἐπὶ  
 τοῦ ἐν χρεῖαι διδομένου... πράγματος B (Anon.)  
 26 interfuit F<sup>2</sup> | ea'de'm F<sup>2</sup> 34 cuius]  
 eius F<sup>2</sup> 36 qua] quam M 37 tenetur] te-  
 nebitur XYMC Petr., non tenebitur O | qui  
 tibi commodauerit (commodaderit F<sup>2</sup>) si eam  
 rem (rem om. Y<sup>2</sup>) subripiat (subripuit X, sub-  
 ripuerit O) qui rem quam tibi commodauit  
 surripuit Petr. 38 furti] furti actione MC |  
 placuisse om. Petr. | scribit MC Petr.

esset, utpote cum nec commodati tenearis. ergo si ob aliquas impensas, quas in rem commodatam fecisti, retentionem eius habueris, etiam cum ipso domino, si eam subripiat, habebis furti actionem, quia eo casu quasi pignoris loco ea res fuit.

- 16 IDEM libro septimo ad Sabinum. Ne cum filio familias pater furti agere B. 60, 12, 16 *S* possit, non inris constitutio, sed natura rei impedimento est, quod non magis cum his, s quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi<sup>1</sup> agere possumus.
- 17 ULPIANUS libro trigensimo nono ad Sabinum. Serui et filii nostri furtum B. 60, 12, 17 *S* quidem nobis faciunt, ipsi autem furti non tenentur: neque enim qui potest in furem statueri, necesse habet aduersus furem litigare: idcirco nec actio ei a ueteribus prodita est.
- 1 Unde est quaesitum, si fuerit alienatus uel manumissus, an furti actione teneatur. et placet 10 non teneri: neque enim actio, quae non fuit ab initio nata, oriri potest<sup>2</sup> aduersus hunc furem. plane si manumissus contrectabit, dicendum erit teneri eum furti iudicio, quia 2 hodie furtum fecit. Cum autem seruus, quem emi traditusque mihi est, a me redhibeatur, non est in ea causa, ut perinde habeatur, atque si meus numquam fuisset, sed et fuit et 3 desuit. idcirco dicit Sabinus eum, si furtum fecit, in ea esse causa, ut furti eius nomine 15 is qui redhibuit agere non possit. sed etsi non possit, attamen ratio haberi debet eius 3 quod fecit, cum redhiberi coeperit, idque actione redhibitoria continetur. Illud quaesitum est, si, cum in fuga esset seruus, furtum domino fecisset, an aequae posset habere actionem aduersus eum, qui in potestatem domini non regressum bona fide possidere coeperit. mouet quaestionem, quod, quamuis possidere seruus eo tempore, quo in fuga est, uideor, 20 attamen furti actione non teneor, quasi non sit in mea potestate: quod enim uideor possidere, ad usucapionem tantum mihi proficere Iulianus scribit. dicit igitur Pomponius libro septimo decimo ex Sabino competere furti actionem huic domino, cuius seruus in fuga fuit.
- 18 PAULUS libro nono ad Sabinum. Quod dicitur noxam caput sequi, tunc B. 60, 12, 18 *S* uerum est, ut quae initio aduersus aliquem nata est caput nocentis sequatur<sup>3</sup>: ideoque si seruus tuus furtum mihi fecerit et dominus eius effectus eum uendidero, non posse me agere cum emptore Cassiani putant.
- 19 ULPIANUS libro quadragesimo ad Sabinum. In actione furti sufficit rem B. 60, 12, 19 *S* 1 demonstrari, ut possit intellegi. De pondere autem uasorum non est necesse loqui: sufficit igitur ita dici 'lancem' uel 'discum' uel 'pateram': sed adscribenda etiam materia est, utrum 2 argentea an aurea an alia quae sit. Quod si quis argentum infectum petat, et massam 3 argenteam dicere et pondus debebit ponere. Signati argenti numerum debebit complecti, 4 ueluti aureos tot pluresue furto ei abesse. De neste quaeritur, | an color eius dicendus f. 367<sup>1</sup> sit. et uerum est colorem eius dici oportere, ut, quemadmodum in uasis dicitur patera 5 aurea, ita et in neste color dicatur. plane si quis iuret pro certo se colorem dicere non 6 posse, remitti ei huius rei necessitas debet. Qui rem pignori dat eamque subripit, furti 6 actione tenetur. Furtum autem rei pigneratae dominus non tantum tunc facere uidetur,

*F(XYMOC). Petrus 3, 25 = l. 16: 2, 50 = l. 19 § 5. 6*

<sup>1</sup> ipsis (u. i.)?    <sup>2</sup> postea ins. (u. i.)    <sup>3</sup> esciderunt quaedam ad hoc exemplum: donec noxius ad eum statum peruenerit, a quo noxa incipere non potuisset

1 utpote] *X* (marg. P[isis] puto) *YMOC*, utputote *F* 4 idem] Πομπ. *B* | septimo] *F*, u *XYMO*: inscr. l. praec. ad hanc quoque refert *Petrus* | ne] nec *C*, ut autem *Petr.* 5 constitutio iuris *Petr.* | post rei ins. nisi rem castrensem filius habeat *Petr.* | non om. *X*<sup>o</sup> 6 in] im *F* | ipsis *Petri* codd. plerique 11 neque ... 12 furem] ἢ γὰρ ἐξ ἀρχῆς μὴ τεχθεῖσα ἀγωγῇ κατὰ τοῦτο τοῦ κλέπτου οὐδὲ μετὰ ταῦτα δύνανται γεννηθῆναι *BS* (*Dor.*) 12 contrectabit] sic *F* cum *BS*: ψιλλῶνται 13 h'odie *F*<sup>2</sup> | rethibeatur *F*<sup>2</sup> 17 quaesitum *F*<sup>o</sup>

19 potestate'm' domini *F*<sup>2</sup> 22 usucapionem 'non tantum *F*<sup>2</sup> 23 cum emptore] *X*<sup>o</sup> cum *BS* (*Dor.*): κατὰ τοῦ ἀγοράσαντος αὐτόν, cum debitore *FX*<sup>o</sup>*Y* (adscr. glossa: cum emptore *M*[artinus]) *MOC* 29 quadragesimo] *FYMO* *Petr.*, om. *X* 30 sufficit<sup>1</sup> et *F*<sup>2</sup> 31 adscribenda est] δεῖ δὲ προγράφειν (scr. προσγράφειν) *BS* (*Dor.*) 33 debebet *F*<sup>o</sup> 34 plursus *F*: ἢ πλείονας *BS* (*Dor.*) | queritur *F* 37 subripuit *O*, subripiat *Petr.* 38 autem] enim *MC* | facere uide'n'tur *F*<sup>2</sup>, uidetur facere *Petr.*

cum possidenti siue tenenti creditori aufert, uerum et si eo tempore abstulerit, quo non possidebat; ut puta si rem pigneratam uendidit: nam et hic furtum eum facere constat. et ita et Iulianus scripsit.

- 20 PAULUS libro nono ad Sabinum. Cum aes pignori datur, etiamsi aurum B. 60, 12, 20 S esse dicitur, turpiter fit, furtum non fit. sed si datum est aurum, deinde, cum dixisset se 5 ponderare aut obsignare uelle, aes subiecit, furtum fecit: rem enim pignori datam inter- 1 uertit. Si bona fide rem meam emeris eamque ego subripero, uel etiam tuus usus fructus sit et eam contrectauero, tenebor tibi furti actione, etsi dominus rei sum. sed his casibus uacatio quasi furtiuae rei non impediatur, quoniam et si alius subripiat et in mea potestatem reuersa res fuerit, usucapiebatur. 10
- 21 PAULUS<sup>1</sup> libro quadragesimo ad Sabinum. Uolgaris est quaestio, an is, B. 60, 12, 21 S qui ex aceruo frumenti modium<sup>2</sup> sustulit, totius rei furtum faciat an uero eius tantum quod abstulit. Ofilius totius acerui furem esse putat: nam et qui aurem alicuius tetigit, inquit Trebatius totum eum uideri tetigisse: proinde et qui dolium aperuit et inde paruum uini abstulit, non tantum eius quod abstulit, uerum totius uidetur fur esse. sed uerum est in 15 tantum eos furti actione teneri, quantum abstulerunt. nam et<sup>3</sup> si quis armarium, quod tollere non poterat, aperuerit et omnes res, quae in eo erant, contrectauerit atque ita discesserit, deinde reuersus unam ex his abstulerit et antequam se reciperet, quo destinauerat, deprehensus fuerit, eiusdem rei et manifestus et nec manifestus fur erit. sed et qui segetem luce secat et contrectat, eius quod secat<sup>4</sup> manifestus et nec manifestus fur est. Si 20 is, qui uiginti nummorum saccum deposuisset, alium saccum, in quo scit triginta esse, errante eo qui dabat acceperit, putauit autem illic sua uiginti esse, teneri furti decem nomine placet. Si quis aes subripuit, dum aurum se subripere putat, uel contra, ex libro octauo Pomponii ad Sabinum aut<sup>5</sup> minus esse, cum plus esset: eius quod subripuit, furtum committit: idem Ulpianus<sup>6</sup>. Sed et si quis subripuit furto duos saeculos, unum decem, 25 alterum uiginti, quorum alterum suum putauit, alterum scit alienum: profecto dicemus tantum unius, quem putauit alienum, furtum eum facere, quemadmodum si duo pocula abstulerit, quorum alterum suum putauit, alterum scit alienum: nam et hic unius fit furtum. Sed si ansam in poculo suam putauit uel nere fuit, totius poculi eum furtum facere 30 Pomponius scripsit. Sed si de nauis onerata furto quis sextarium frumenti tulerit, utrum<sup>7</sup> totius oneris an uero sextarii tantum furtum fecerit? facilius hoc quaeritur in horreo pleno: et durum est dicere totius furtum fieri. et quid si cisterna uini sit, quid dicitur<sup>8</sup>? aut aquae cisterna? quid deinde si nauis<sup>9</sup> uinaria (ut sunt multae, in quas uinum effunditur), quid dicemus de eo, qui uinum hausit? an totius oneris fur sit? et magis est, ut et hic non 35 totius dicamus. Certe si proponas in apotheca amphoras esse uini easque subtractas, singularum furtum || fit, non totius apothecae, quemadmodum si ex pluribus rebus mouen-

### F(XYMO)

<sup>1</sup> Ulpianus (u. i.)? <sup>2</sup> idem Graeci (ἑνα μόδιον BS): modicum (Hoffmann: cf. u. 14)? <sup>3</sup> nam et del. <sup>4</sup> eius quod secat] talia requiruntur: eius quod sequente nocte asportans deprehenditur <sup>5</sup> ex libro octauo Pomponii ad Sabinum aut, item idem Ulpianus ab hoc certe loco aliena sunt: fortasse compilatores sic fere non dederunt, sed dare uoluerunt: POMPONIUS libro octauo ad Sabinum. aut minus esse cum plus esset. ULPIANUS libro quadragesimo ad Sabinum. eius quod subripuit furtum committit <sup>6</sup> dicitur? <sup>7</sup> nauis est?

1 creditori tenenti Petr., tenenti pignus creditori Y<sup>1</sup>, tenenti creditori pignus MO | et] etiam XYMOC Petr. 2 uendit Y, uendiderit O | furtum facere eum MC, eum furtum facere Petr. | constat et ita om. Petr. 3 et Iulianus scripsit] et Iulianus scribit X, Iulianus scribit Y Petr., scripsit Iulianus M, Iulianus scripsit OC 9 in] ia F<sup>2</sup> | mea potestate F 11 Paulus] F<sup>1</sup> cum B: idem (cf. u. 25), Ulpianus F<sup>2</sup> coniectura uera 13 in-

quid F<sup>1</sup> 17 qu'a'e in F<sup>2</sup> 19 fur' erit F<sup>2</sup> | sed et qui segetem luce (sic FX<sup>2</sup>F<sup>2</sup>, ante lucem X<sup>2</sup>F<sup>2</sup>MOC) seq.] ὡς περ καὶ ὁ ληία ἐν φωτὶ ψιλαφῆσας καὶ κόψας B (Anon.): Graeci uidentur inuenisse quae nos inuenimus 21 in quo scit 'in quo' triginta F<sup>4</sup> 22 acceperat F<sup>2</sup> 25 Ulpianus] FC, Iulianus XYMO | qui'd's F<sup>4</sup> 27 un'ius F<sup>4</sup> 28 quorum] quorumul F<sup>2</sup> | putabit F 31 orreo F 34 magis' F<sup>2</sup> 35 proponas F | 'e'asque F<sup>4</sup>

7 tibus in hōrreo reclusis unam tulerit. Qui furti faciendi causa conclauē intrauit, nondum fur est, quamuis furandi causa intrauit. quid ergo? qua actione tenebitur? utique iniuriarum: aut de ui accusabitur, si per uim introiuit. Item si maioris ponderis quid aperuit aut refregit, quod tollere non possit, non est omnium rerum cum eo furti actio, sed earum tantum quas tulit, quia totum tollere non potuit. proinde si inuolucrum, quod tollere non potuit, soluit, ut contrectet, deinde contrectauit quasdam res: quamuis singulas res, quae in eo fuerunt, tollere potuerit, si tamen totum inuolucrum tollere non potuerit, singularum rerum, quas tulerit, fur est, ceterarum non est. quod si totum uas tollere potuit, dicimus eum totius esse furem, licet soluerit, ut singulas uel quasdam tolleret: et ita et Sabinus ait. Si duo pluresue unum tignum furati sunt, quod singuli tollere non potuerint, dicendum est omnes eos furti in solidum teneri, quamuis id contrectare nec tollere solus posset, et ita utimur: neque enim potest dicere pro parte furtum fecisse singulos, sed totius rei uniuersos: sic fiet singulos furti teneri. Quamuis autem earum quoque rerum, quas quis non abstulit, furti teneatur, attamen condici ei non potest, idcirco quia condici ea res, quae ablata est, potest: et ita et Pomponius scribit.

22 PAULUS libro nono ad Sabinum. Si quid fur frugerit aut ruperit, quod B. 60, 12, 22 S non etiam furandi causa contrectauerit, eius nomine cum eo furti agere non potest. Si eo consilio arca refracta sit, ut uniones puta tollerentur, hique furti faciendi causa contrectati sint, eorum tantummodo furtum factum uideri: quod est uerum. nam ceterae res, quae seponuntur, ut ad uniones perueniatur, non furti faciendi causa contrectantur. Qui lancem rasi, totius fur est et furti tenetur ad id, quod domini interest.

23 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Impubere furtum facere posse, si iam doli capax sit, Iulianus libro uicensimo secundo digestorum scripsit: item posse cum impubere damni iniuria agi, quia id<sup>1</sup> furtum ab impubere fit. sed modum esse adhibendum ait: nam in infantes id non cadere. nos putamus cum impubere culpae capace Aquilia agi posse. item uerum est, quod Labeo ait, nec ope impuberis furto facto<sup>2</sup> teneri eum.

24 PAULUS libro nono ad Sabinum. Nec minus etiam condici ei posse Iulianus scripsit.

25 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Uerum est, quod plerique probant, fundi furti agi non posse. Unde quaeritur, si quis de fundo ui deiectus sit, an condici ei possit qui deiecit. Labeo negat: sed Celsus putat posse condici possessionem, quemadmodum potest re mobili subrepta. Eorum, quae de fundo tolluntur, ut puta arborum uel lapidum uel harenae uel fructuum, quos quis furandi animo decersit, furti agi posse nulla dubitatio est.

26 PAULUS libro nono ad Sabinum. Si apes ferae in arbore fundi tui apes fecerint, si quis eas uel faunum abstulerit, eum non teneri tibi furti, quia non fuerint tuae: easque constat captarum terra mari caelo numero esse. Item constat colonum, qui nummis colat, cum eo, qui fructus stantes subripuerit, acturum furti, quia, ut primum decerpsit esset, eius esse coepisset.

### F(XYMO C)

<sup>1</sup> id del. (similiter Hal.: cf. D. 9, 2, 5, 2)    <sup>2</sup> idem Graeci: non ins. (similiter Jauch)    <sup>3</sup> idem Graeci (u. i.): fauos (Schulting)?

1 tulerit f qui F<sup>4</sup> 2 te'ne'bitur F<sup>2</sup> 3 accusauit F<sup>3</sup> | introibit F 5 potuit q' proinde F<sup>4</sup> 10 unum F<sup>1</sup> 16 ruperit F 17 §§ 1. 2 Basilica interponunt inter uerba u. 26 agi posse et item uerum est, sed adnotatur: τὰ παρόντα β' θέματα ἐν τισι τῶν βιβλίων ἀνωτέρω ἐν τῷ κβ' κεφ. κείνται 18 uniu'ones F<sup>4</sup> 19 c'on'ausa F<sup>4</sup> 20 cetera'e F<sup>4</sup> 23 posse s' si F<sup>4</sup> | 'ca'pax F<sup>2</sup> 26 nec ope seq. | σπουδάσας δὲ (ὁ δεκτικὸς δόλου ἀνηθός) ἄλλω κλέπτοντι οὐχ ὑπόκειται

τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ B (Anon.) 30 primo om. F<sup>1</sup> 32 labeo ... putat] καὶ ὁ λαβέων καὶ ὁ κέλος νομιζοῦσι BS (Dor.) 33 eorum ... ut puta om. F<sup>1</sup>, uertunt B (Anon.): ἀρμόζει δὲ ἐπὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἐπαρθείσι κλοπιμαίω λογισμῶ, τυχόν δένδροις et BS (Dor.): ἐὰν ἀφαιρεθῇ ἐκ τοῦ ἀγροῦ δένδρον τυχόν 34 furandi animo] sic edd. cum BS: φοῦράναι ἀνίμφ et B: κλοπιμαίω λογισμῶ, fraudandi animo F 36 tui apes] τῆς τῆς F<sup>1</sup>: ἐὰν ... μέλισσαι γονῆν ἐποίησαν BS (Dor.)

- 27 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Qui tabulas uel cau- B. 60, 12, 27 S  
 tionem amonet, furti tenetur non tantum pretii ipsarum tabularum, uerum eius quod inter-  
 fuit: quod ad aestimationem refertur eius summae, || quae in his tabulis continetur, scilicet f. 368<sup>1</sup>  
 si tanti interfuit, ut puta si chirographa aureorum decem tabulae<sup>1</sup> fuerint, dicimus hoc  
 duplicari. quod si iam erant inanes, quia solutum proponebatur, numquid ipsarum tantum 5  
 tabularum pretii uideatur esse aestimatio facienda? quid enim interfuit huius? sed potest  
 dici, quia nonnumquam debitores tabulas sibi restitui petant, quia<sup>2</sup> nonnumquam calum-  
 niantur debitores<sup>3</sup> quasi indebito soluto, ab his<sup>4</sup> interesse creditoris tabulas habere, ne  
 forte controuersiam super ea re patiatur. et generaliter dicendum est in<sup>5</sup> id quod interest  
 1 duplicari. Inde potest quaeri, si quis, cum alias probationes mensaeque scripturam haberet, 10  
 chirographi furtum passus sit, an aestimari duplo chirographi quantitas debeat. et num-  
 quid non, quasi nihil intersit? quantum enim interest, cum possit debitum aliunde probare?  
 quemadmodum si in binis tabulis instrumentum scriptum sit: nam nihil uidetur deperdere,  
 2 si<sup>6</sup> futurum est, ut alio chirographo saluo securior sit creditor. Apocha quoque si fuerit  
 subrepta, aequae dicendum est furti actionem in id quod interest locum habere: sed nihil 15  
 3 mihi uidetur interesse, si sint et aliae probationes solutae pecuniae. Sed si quis non amouit  
 huiusmodi instrumenta, sed interleuit, non tantum furti actio locum habet, uerum etiam  
 legis Aquiliae: nam rupisse uidetur qui corrupit.
- 28 PAULUS libro nono ad Sabinum. Sed si subripuit, priusquam deleat, tanto B. 60, 12, 28 S  
 tenetur, quanti domini interfuit non subripi: delendo enim nihil ad poenam adicit. 20
- 29 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Hoc amplius et ad ex- B. 60, 12, 29 S  
 hibendum agi potest: et interdicto quorum bonorum agi poterit,
- 30 IDEM libro nono ad Sabinum. si hereditariae tabulae deletae sint. B. 60, 12, 30 S<sup>o</sup>
- 31 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Sed et si imaginem B. 60, 12, 31 S  
 1 quis uel librum deleuerit, et hic tenetur damno iniuriae, quasi corruerit. Si quis tabulas 25  
 instrumentorum rei publicae municipii alicuius aut subripuerit aut interleuerit, Labeo ait  
 furti eum teneri: idemque scribit et de ceteris rebus publicis deque societatibus.
- 32 PAULUS libro nono ad Sabinum. Quidam tabularum dumtaxat aestimatio- B. 60, 12, 32 S  
 nem faciendam in furti actione existimant, quia, si iudici, apud quem furti agatur, possit  
 probari, quantum debitum fuerit, possit etiam apud eum iudicem eadem probare, apud 30  
 quem pecuniam petat: si uero in furti iudicio probare non potest, ne illud quidem posse  
 ostendi, quanti eius intersit. sed potest post furtum factum tabulas nactus esse actor, ut  
 1 ex eo probet, quanti sua interfuerit, si tabulas nactus non esset. De lege Aquilia maior  
 quaestio est, quemadmodum possit probari, quanti eius intersit: nam si potest alias pro-  
 bare, non patitur damnum. quid ergo, si forte pecuniam sub condicione credidit et interim 35  
*testium ei copia est*, testimonio quorum probationem habeat, qui possunt mori pendente con-  
 dicione? aut puta me potuisse creditum et, quia testes et signatores, qui rem meminissent,

*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> tabulae] sublata?    <sup>2</sup> quia *del.*    <sup>3</sup> debitores *del.*    <sup>4</sup> ab his] adhuc?    <sup>5</sup> in *del.* (*edd.*)  
<sup>6</sup> si] etsi?

2 quod interfuit ... eius *om.* *F*<sup>2</sup> 4 dicimus] nam dicimus *F*<sup>2</sup> 6 huius *F*<sup>6</sup> 7 debitoris *F* 8 debitoris *F*<sup>2</sup> 10 mensaequae *F* | habere *om.* *F*<sup>2</sup> 12 interest *F*<sup>2</sup> | aliunde *F*<sup>2</sup> 13 binis] bonis *F*<sup>2</sup> 14 apocha] *F*<sup>2</sup>, apotheca *F*<sup>2</sup> 16 amobit *F*<sup>2</sup> 17 interledit (*sic*) *F*: ὁ μὴ ἀποκινήσας, ἀλλ' ἀπαλείψας *B* (*Anon.*) | non tantum ... 18 legis aquiliae] *idem legerunt Graeci*: οὐ μόνον τῆ περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλάσιον ἀγωγῆ, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀκογιλίῳ ἐπέχεται *B* (*Anon.*): *cf. u.* 26 *et D.* 9, 2, 41, 1 18 rupisse] rosse *F*<sup>2</sup> 19 debeat *F*<sup>2</sup>, delegat *F*<sup>2</sup> 20 delendi *F*<sup>2</sup> 24 ulpianus] *idem F*<sup>2</sup> 29 quia] qua *F*: εἰ γὰρ ... δύνανται *BS* (*Dor.*)

34 potest *F*<sup>2</sup> 36 testium ei copia est *om. F*, *addidi secundum BS*: τί οὖν (= quid ergo) εἰ τυχὸν ὑπὸ αἰρεσίν δεδάσκει χρημάτων (= si forte pecuniam sub condicione credidit) καὶ ἐν τῷ τέως μὲν εὔπορει μαρτύρων (= et interim testium ei copia est) τῶν δυνάμενων ἀποδείξαι τὸ χρέος (= testimonio quorum probationem habeat), δύνανται δὲ τῆς αἰρέσεως ἡρτημένης τελεγεῖσθαι οἱ μάρτυρες (= qui possunt mori pendente condicione) | testimonio] *F*, interierint (interierunt *M*) testimonia *XYM*, testimonia sunt *OC* 37 qui bis *F*<sup>2</sup> | meminissent] meminissent *F*<sup>2</sup>, communi] sent (*sic*) *F*<sup>2</sup>: οἱ καὶ μνησθέντες τοῦ συναλλάγματος *BS* (*Dor.*)

praesentes non haberem, uictum rem amississe: nunc uero, cum furti agam, eorum memoria et praesentia ad fidem creditae pecuniae uti possum.

- 33 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Tutor administrationem [B. 60, 12, 83] S quidem rerum pupillarum habet, intercipiendi autem potestas ei non datur: et ideo si quid 4 furandi animo amouerit, furtum facit nec usucapi res potest. sed et furti actione tenetur, f. 369 quamuis et tutelae agi cum eo possit. quod in tutore scriptum est, idem erit et in curatore adolescentis ceterisque curatoribus.
- 34 PAULUS libro nono ad Sabinum. Is, qui opem furtum facienti fert, num- [B. 60, 12, 84] S quam manifestus est: itaque accidit, ut is quidem, qui opem tulit, furti nec manifesti, is autem, qui deprehensus est, ob eandem rem manifesti teneatur. 10
- 35 POMPONIUS libro nono decimo ad Sabinum. Si quis perferendum acceperit [B. 60, 12, 85] S et scierit furtiuum esse, constat, si deprehendatur, ipsum dumtaxat furem manifestum esse, 1 si nescierit, neutrum, hunc, quia fur non sit, furem, quia deprehensus non sit. Si unus seruus tuus hausisset et abstulisset, alter hauriendo deprehensus esset, prioris nomine nec manifesti, alterius manifesti teneberis. 15
- 36 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Qui seruo persuasit, ut [B. 60, 12, 86] S fugeret, fur non est: nec enim qui alicui malum consilium dedit, furtum facit, non magis quam si ei persuasit, ut se praecipitet aut manus sibi inferret: haec enim furti non admittunt actionem. sed si alius ei fugam persuaserit, ut ab alio subripiatur, furti tenebitur is qui persuasit, quasi ope consilio eius furtum factum sit. plus Pomponius scripsit eum, 20 qui persuasit, quamuis interim furti non teneretur, tunc tamen incipere teneri, cum quis fugitiui fur esse coeperit, quasi uideatur ope consilio eius furtum factum. Item placuit eum, qui filio uel seruo uel uxori opem fert furtum facientibus, furti teneri, quamuis ipsi 2 furti actione non conueniantur. Idem Pomponius ait, si cum rebus aufugerit fugitiuus, posse furti actione sollicitatorem conueniri rerum nomine, quia opem consilium contra- 25 tori tulit. quod et Sabinus significat. Si duo serui inuicem sibi persuaserunt et ambo simul aufugerunt, alter alterius fur non est. quid ergo, si inuicem se celauerunt? fieri enim potest<sup>1</sup>, ut inuicem fures sint. et potest dici alterum alterius furem esse, quemadmodum, si alii singulos subripuissent, tenerentur, quasi alter alterius nomine opem tulisset: quemadmodum rerum quoque nomine teneri eos furti Sabinus scripsit. 30
- 37 POMPONIUS libro nono decimo ad Sabinum. Si paucionem meum mansuetum, [B. 60, 12, 87] S cum de domo mea effugisset, persecutus sis, quoad is perit, agere tecum furti ita poterō, si aliquis eum habere coeperit.
- 38 PAULUS libro nono ad Sabinum. Mater filii subrepti furti actionem non [B. 60, 12, 88] S 1 habet. Liberarum personarum nomine, licet furti actio sit, condictio tamen nusquam est. 3
- 39 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Uerum [B. 60, 12, 89. BS. 60, 6, 16 sch. 4] S est, si meretricem alienam ancillam rapuit quis uel celauit, furtum non esse: nec enim factum quaeritur, sed causa faciendi: causa autem faciendi libido fuit, non furtum. et ideo etiam eum, qui fores meretricis effregit libidinis causa, et fures non ab eo inducti, sed alias ingressi meretricis res egresserunt, furti non teneri. an tamen uel Fabia teneatur, qui sub- 40 F(XYMOG). Petrus 3, 37 = l. 34: 3, 61 = l. 37: 3, 27 = l. 38

<sup>1</sup> si inuicem se celauerunt, fierine potest?

1 habere'm' F<sup>2</sup> 2 praesenti'a' ad F<sup>4</sup> | pos-  
sunt F<sup>1</sup> 3 tuto'r' F<sup>2</sup> 4 intercipiendi F<sup>1</sup>  
6 tu'te'lae F<sup>2</sup> 7 adulescentes F<sup>1</sup> 8 is qui |  
si quis Petr. | furtum facienti | furtum faciendi  
X<sup>o</sup> Y<sup>o</sup>, furti faciendi M 9 est | fur est Petr. |  
is quidem qui | quisquis Petr. 10 manifesti |  
actione manifesti Petr. 14 hausisset | ΗΝΤΛΗ-  
CEN ΟΙΟΝ Η ΕΛΜΙΟΝ Η ΤΙ ΤΩΝ ΤΟΙΟΥΤΩΝ B (Anon.)  
15 alterius manifesti om. F<sup>1</sup>, uertunt B  
18 ei | et F<sup>1</sup> | inferet F 24 non conuenian  
'conuenian'tur F<sup>2</sup> | aufugerit | F<sup>2</sup>, auf'uerit  
F<sup>2</sup> 29 tulissent F 32 mea om. M | effu-

gisset] FYC, effugisset et M, aufugisset XO  
Petr. | is perit om. in sp. uac. M | furti tecum  
Petr. 33 s'i' F<sup>2</sup> | coepit Petr. 34 ad mar-  
ginem inter l. 37 et 38 [U]lp. l. ui ad edictum.  
[S]i filius familias surreptus sit patrem habere  
furti actionem palam est (= l. 14 § 3 h. t.)  
add. M<sup>2</sup>: post habet u. 35 ins. sed pater  
habet C: reliqui mei talia ignorant | nono |  
xiiii M, xiiii O | mater | pater C Petr.  
35 nunquam M 40 eg'r'esserunt F<sup>2</sup> | fabia |  
F<sup>1</sup>, fauia F<sup>2</sup>



pressit scortum libidinis causa? et non puto teneri, et ita etiam ex facto, cum incidisset, dixi: hic enim turpius facit, quam qui subripit, sed secum facti ignominiam compensat, certe fur non est.

- 40 PAULUS libro nono ad Sabinum. Qui iumenta sibi commodata longius [B. 60, 12, 40] S  
duxerit alienae re inuito domino usus sit, furtum facit. 5
- 41 ULPIANUS libro quadragesimo primo ¶ ad Sabinum. Si, cum quis in [B. 60, 12, 41] S L  
hostium potestate esset, furtum ei factum sit et postliminio redierit, poterit quis dicere  
1 eum furti habere actionem. Adrogatorem posse furti agere, scilicet eius furti nomine,  
quod factum est ei quem adrogavit, antequam eum adrogaret, certum est: ceterum si postea,  
2 nulla erit dubitatio. Quamdiu uiuit is qui furtum fecit, non perit furti actio: aut enim sui  
iuris est is qui furtum fecit, et cum ipso actio est, aut alieni iuris esse coepit, et actio  
furti eum eo est, cuius potestati subiectus est: et hoc est quod dicitur 'noxa caput se-  
3 quitur'. Si quis post noxam admissam hostium seruus fuerit factus, uidendum est, an  
extinguatur actio. et Pomponius scripsit extingui actionem, et si fuerit reuersus, postliminio  
uel quo alio iure renasci eam actionem debere: et ita utmur. 15
- 42 PAULUS libro nono ad Sabinum. Si seruus nauem exerceat non uoluntate domini, de S  
eo, quod ibi perit, uolgaris formula in dominum danda est, ut quod alter admisit 'dum-  
'taxat de peculio', quod ipse exerceat, adiciatur 'ut noxae dederet'<sup>1</sup>. igitur si manumissus  
sit, persecutio quidem in peculio manebit aduersus dominum intra annum, noxalis ipsum  
1 sequetur. Interdum et manumissus et qui eum manumissit, ob furtum tenetur, [B. 60, 12, 42] S  
si idem manumisit, ne furti cum eo agi possit: sed si cum domino actum fuerit, ipso iure  
manumissum liberari Sabinus respondit, quasi decisum sit.
- 43 ULPIANUS libro quadragesimo primo ad Sabinum. Falsus creditor (hoc [B. 60, 12, 43] S  
est is, qui se simulat creditorem) si quid acceperit, furtum facit nec nummi eius fient.  
1 Falsus procurator furtum quidem facere uidetur. sed Neratius uidendum esse ait, an haec 25  
sententia cum distinctione uera sit, ut, si hac mente ei dederit nummos debitor, ut eos  
creditori perferret, procurator autem eos interceptat, uera sit: nam et manent nummi debi-  
toris, cum procurator eos non eius nomine accepit, cuius eos debitor fieri uult, et inuito  
domino eos contractando sine dubio furtum facit. quod si ita det debitor, ut nummi pro-  
2 curatoris fiant, nullo modo eum furtum facere ait uoluntate domini eos accipiendo. Si is, 30  
qui indebitum accipiebat, delegauerit soluendum, non erit furti actio, [cf. BS. 60, 10, 18 sch. 6  
3 si eo absente solutum sit: ceterum si praesente, alia causa est et furtum fecit. Si quis  
nihil in persona sua mentitus est, sed uerbis fraudem adhibuit, fallax est magis quam  
furtum facit: ut puta si dixit se locupletem, si in merces se collocaturum quod accepit,  
si fideiussores idoneos daturum uel pecuniam confestim se soluturum: nam ex his omnibus 35  
magis deceptus quam furtum fecit, et ideo furti non tenetur. sed quia dolo fecit, nisi sit  
4 alia aduersus eum actio, de dolo dabitur. Qui alienum quid iacens lucri faciendi causa  
sustulit, furti obstringitur, siue scit cuius sit siue ignorauit<sup>2</sup>: nihil enim ad furtum minuea-  
5 dum facit, quod cuius sit ignoret. Quod si dominus id dereliquit, furtum non fit eius,  
etiamsi ego furandi animum habuero: nec enim furtum fit, nisi sit cui fiat: in proposito 40  
autem nulli fit, quippe cum placeat Sabini et Cassii sententia existimantium statim nostram  
F(XYMO). Petrus 3, 33 = l. 43 pr.

<sup>1</sup> aut noxae dedere (edd.: cf. D. 9, 3, 1 pr.)? Gellium 11, 18, 21): Qui alienum iacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur, siue scit cuius sit siue nescit

<sup>2</sup> Sabinus libro iuris ciuiliis secundo (apud

1 incidisset] indedisset F<sup>2</sup> 2 subripit 'o sed  
F<sup>2</sup> 5 alienae re] ἢ ἄλλω οἰφάληποτε πρᾶγ-  
ματι ἄλλοτρίῳ BS (Dor.), ἐφ' ἑτέρῳ πρᾶγματι  
B (Anon.): possunt legisse Graeci alienae  
alia re 9 si om. F<sup>1</sup>: εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν θέσιν  
ὑπομείνη κλοπὴν ὁ γίος BS (Dor.) 10 ἐν' ἑμ' F<sup>2</sup>  
12 et hoc est om. F<sup>1</sup>: καὶ τοῦτό ἐστι τὸ λε-  
γόμενον BS (Dor.) 15 re'nasci F<sup>2</sup> 23 primo  
om. Petr. utroque loco | hoc] id Petr. 24 nec]

ne M<sup>c</sup> | fient] erunt Petr. 25 an] nam F<sup>1</sup>  
28 cuius om. F<sup>1</sup> 31 soluendum] F<sup>2</sup>, sol-  
ue'rit'dum F<sup>2</sup> 32 si eo] si cum eo F: ἐάν  
τις ... δελεγατέσῃ ... καὶ ἀπόντος τοῦ δελε-  
γατέσαντος καταβληθῆ τὸ χρεός, οὐ κατέχεται  
τῆ φοῦρτι BS (Dor.) | abs'el'ente F<sup>1</sup> 34 col-  
l'oc'aturum F<sup>2</sup>: ὑποσχόμενος ... δαπάνας [ἴμμο  
δαπανήσαι] εἰς φόρτια B 35 fideiussore'is F<sup>1</sup>  
37 facien's di F<sup>2</sup>

- 6 esse desinere rem, quam derelinquimus. Sed si non fuit derelictum, putauit tamen dere-  
 7 lictum, furti non tenetur. Sed si neque fuit neque putauit, iacens tamen tulit, non ut lu-  
 8 cretur, sed redditurus ei cuius fuit, non tenetur furti. Proinde uideamus, si nescit cuius  
 esset, sic tamen tulit quasi redditurus ei qui desiderasset uel qui ostendisset || rem suam, f. 370  
 an furti obligetur. et non puto obligari eum. solent plerique etiam hoc facere, ut libellum 5  
 proponant continentem inuenisse se et redditurum ei qui desiderauerit: hi ergo ostendunt  
 9 non furandi animo se fecisse. Quid ergo, si εὑρετρα quae dicunt petat? nec hic uidetur  
 10 furtum facere, etsi non probe petat aliquid. Si quis sponte rem iecit uel iactauit<sup>1</sup>, non  
 quasi pro derelicto habiturus, tuque hanc rem tuleris, an furti tenearis, Celsus libro duo-  
 decimo digestorum quaerit. et ait: si quidem putasti pro derelicto habitam, non teneris. 10  
 quod si non putasti, hic dubitari posse ait: et tamen magis defendit non teneri, quia, in-  
 11 quit, res non interuertitur ei, qui eam sponte reiecit. Si iactum ex naue factum [B. 53, 8, 19  
 alius tulerit, an furti teneatur? quaestio in eo est, an pro derelicto habitum sit. et si qui-  
 dem derelinquentis animo iactauit, quod plerumque credendum est, cum sciat periturum,  
 qui inuenit suum fecit nec furti tenetur. si uero non hoc animo, sed hoc, ut, si saluum 15  
 fuerit, haberet: ei qui inuenit auferendum est, et si scit hoc qui inuenit et animo furandi  
 tenet, furti tenetur. enimvero si hoc animo, ut saluum faceret domino, furti non tenetur.  
 12 quod si putans simpliciter iactatum, furti similiter non tenetur. Etiam si partis [B. 60, 12, 43  
 dimidiae nanciscar dominium in seruo, qui mihi antea furtum fecerat, magis est, ut extin-  
 guatur actio etiam parte redempta, quia et si ab initio quis partem in seruo habebat, furti 20  
 agere non poterat. plane si usus fructus meus in eo seruo esse coeperit, dicendum est  
 furti actionem non extinguui, quia fructuarius dominus non est.
- 44 POMPONIVS libro nono decimo ad Sabinum. Si iussu debitoris ab alio fal- [B. 60, 12, 44 S  
 1 sus procurator creditoris accepit, debitori iste tenetur furti et nummi debitoris erunt. Si  
 rem meam quasi tuam tibi tradidero scienti meam esse, magis est furtum te facere, si 25  
 2 lucrandi animo id feceris. Si seruus hereditarius nondum adita hereditate furtum heredi  
 fecerit, qui testamento domini manumissus est, furti actio aduersus eum competit, quia  
 nullo tempore heres dominus eius factus est.
- 45 ULPIANUS libro quadragensimo primo ad Sabinum. Si socius communis rei [B. 60, 12, 46 S  
 furtum fecerit (potest enim communis rei furtum facere<sup>2</sup>), indubitate dicendum est furti 30  
 actionem competere.
- 46 IDEM libro quadragensimo secundo ad Sabinum. Inter omnes constat, [B. 60, 12, 45 S  
 etiam si exstincta sit res furtiua, attamen furti remanere actionem aduersus furem. proinde  
 mortuo quoque homine, quem quis furto abstulit, uiget furti actio. sed nec manumissio  
 furti actionem extinguit: nec enim dissimilis est morti manumissio quod ad subtrahendum 35  
 domino seruum. apparet itaque, qualiterqualiter domino sit seruus subtractus, attamen  
 superesse aduersus furem furti actionem, eoque iure utimur: competit enim actio non ideo,  
 quia nunc abest, sed quia umquam beneficio furis afuit. hoc idem in conditione quoque  
 placet: nam condici furi potest, etiam si res sit aliqua ratione extincta. hoc idem dicendum,  
 si res in potestatem hostium peruenerit: nam constat posse de ea furti agi. sed et si pro 40  
 F(XYMO). Petrus 3, 62 = l. 43 § 10: 2, 18 = l. 44 § 1

<sup>1</sup> uel iactauit del. (cf. u. 12)<sup>2</sup> communis rei furtum facere del.

1 sed, non sed et F 6 'se' et F<sup>2</sup> 8 sponte] sponte sua Petr. | non quasi] FO, uel quasi XYC Petr., quasi M 9 hanc rem] FO, rem hanc XYMO Petr. | libro om. Petr. 10 si quidem ... teneris om. Petr. | derelato F<sup>1</sup> | teneris] F<sup>2</sup>, teneri F<sup>2</sup>XYMO, teneri te X 11 hic dubitari posse ait et] dubitari potest sed Petr. 12 interuertitur ei] in te uertitur ei uel iterum reuertitur ad eum Petr. 13 te'ne'atur F<sup>2</sup> 15 sed hoc] sed eo F<sup>2</sup> 17 si hoc animo om. F<sup>2</sup> 22 quia] edd. cum BS:

ἐνεidi, qua F 23 nono decimo] xiii XO Petr., uiiii Y, uiii M 25 tibi om. X | magis] sic uel manifestum Petr. 26 'hereditarius F<sup>2</sup> 29 l. 45 et 46 pr. inuertunt B, at illam sub numero με' citant BS. 12, 1, 45 sch. 2 | communi's' F<sup>2</sup> 33 remane're' F<sup>2</sup> 36 qualiter 'qualiter' F<sup>2</sup>: καθ' οἰονδήποτε τρόπον BS (Dor.) 38 unquam F<sup>2</sup> | beneficio furis] διὰ τὴν κλοπὴν τοῦ κλέπτου BS (Dor.) | afurit F: ἐπαύσατο ἔχειν BS 39 condici' F<sup>2</sup> 40 potestate F

- 1 derelicto sit postea a domino habita, furti nihilo minus agi poterit. Si seruus [B. 60, 12, 46  
fructuarius subreptus est, uterque, et qui fruebatur et dominus, actionem furti habet. diui-  
detur igitur actio inter dominum et fructuarium: fructuarius ager de fructibus uel quanti  
2 eius proprietatem non esse subtractam. Quod dicimus dupli, sic accipere debemus etiam 5  
3 qua]drupli competere actionem, si manifestum furtum sit. Haec actio et si sit, qui in eo f. 370  
4 seruo habeat usum tantum, poterit ei competere. Et si quis proposnerit hunc seruum  
etiam pigneratum esse, eueniet, ut etiam is qui pignori accepit habeat furti actionem: hoc  
amplius etiam debitor, si modo plus ualeat, quam pro pignore debetur, habet furti actio-  
5 nem. Usque adeo autem diuersae sunt actiones, quae eis competant, ut, si quis eorum 10  
pro fure damnum deciderit, dici oporteat solummodo actionem sibi competentem amisisse  
eum, ceteris uero superesse. nam et si proponas communem seruum subreptum et alium  
6 ex dominis pro fure damnum decidisse, is qui non decidit habebit furti actionem. Propri-  
tarius quoque agere aduersus fructuarium potest iudicio furti, si quid celandae proprietatis  
7 uel subprimendae causa fecit. Recte dictum est, qui putauit se domini uoluntate rem at- 15  
tingere, non esse furem: quid enim dolo facit, qui putat dominum consensurum fuisse, siue  
falso id siue uere putet? is ergo solus fur est, qui adrectauit, quod inuito domino se  
8 facere sciuit. Per contrarium quaeritur, si ego me inuito domino facere putarem, cum  
dominus uellet, an furti actio sit. et ait Pomponius furtum me facere: uerum tamen est,  
9 ut, cum ego uelim eum uti, licet ignoret, ne furti sit obligatus. Si furtiua res ad domi- 20  
num rediit et iterum contractata est, competit alia furti actio.
- 47 PAULUS libro nono ad Sabinum. Si dominium rei subreptae quacumque [B. 60, 12, 47] 8  
ratione mutatum sit, domino furti actio competit, ueluti heredi et bonorum possessori et  
patri adoptiuo et legatario. 24
- 48 ULPIANUS libro quadragesimo secundo ad Sabinum. Qui uas argenteum [B. 60, 12, 48] 8  
perdiderat eoque nomine furti egerit<sup>1</sup>: de pondere uasis controuersia cum esset et actor  
maius fuisse diceret, fur uas protulit: id is cuius erat abstulit ei: qui subripuerat dupli  
nihilominus condemnatus est. rectissime iudicatum est: nam in actionem poenalem non  
1 uenit ipsa res quae subrepta est, siue manifesti furti siue nec manifesti agatur. Qui furem  
nouit, siue indicet eum siue non indicet, fur non est, cum multum intersit, furem quis celet 20  
2 an non indicet: qui nouit, furti non tenetur, qui celat, hoc ipso tenetur. Qui ex uoluntate  
domini seruum recepit, quin neque fur neque plagiarium sit, plus quam manifestum est:  
3 quis enim uoluntatem domini habens fur dici potest? Quod si dominus uetuit et ille susce-  
pit, si quidem non celandi animo, non est fur, si celauit, tunc fur esse incipit. qui igitur  
suscepit nec celauit etsi inuito domino, fur non est. uetare autem dominum accipimus 25  
4 etiam eum qui ignorat, hoc est eum qui non consensit. Si ego tibi poliendum uestimen-  
tum locaui, tu uero inscio aut inuito me commodaueris Titio et Titio furtum factum sit:  
et tibi competit furti actio, quia custodia rei ad te pertinet, et mihi aduersus te, quia non  
debueras rem commodare et id faciendum furtum admiseris: ita erit casus, quo fur furti  
5 agere possit. Ancilla si subripiatur praegnas uel apud furem concepit, partus furtiuus est, 40  
siue apud furem edatur siue apud bonae fidei possessorem: sed in hoc posteriore casu  
F(XYMO). Petrus 3, 34 = l. 47: 3, 28 = l. 48 § 5 (usque ad p. 749, 2 seruandum)

<sup>1</sup> eo nomine furti egit?

5 subtractum F 7 qu'adrupli F<sup>b</sup> 10 s'i' F<sup>b</sup>  
11 fore F<sup>1</sup> 14 c'a'elandae F<sup>2</sup> 15 putabit F|  
dom'i'ni F<sup>b</sup> 16 fure'm' F<sup>2</sup> 17 adrectabit F  
19 furtum me facere uerum tamen est] quasi  
esset furtum me non facere uerum enim est  
uertunt BS (Dor.): κλοπήν μή ποιείν: ληθεῖς  
γάρ ἐστιν 20 furti's'ua F<sup>b</sup> 22 nono] uiii O,  
om. M | dominium] dominum M 23 domino]  
τῷ καινῷ δεσπότῃ BS (Dor.) et B: πᾶς νέος  
δεσπότης BS. 60, 10, 11 sch. 4: sed caue

propterea status excidisse nouo post domino |  
et (et a X) patri] om. F<sup>1</sup>: καὶ θεῷ πατρὶ  
BS (Dor.) 25 quadragesimo secundo] FY  
Petr., xl MO, om. X 26 de pondere] f cum  
BS: περὶ τοῦ σταθμοῦ, deponere F 27 uas]  
uns F<sup>1</sup> 32 domino F<sup>2</sup> | seruum qui rece-  
pit F<sup>2</sup> 35 ne'c' celauit F<sup>2</sup> 40 ancilla si]  
FMO Petr., si ancilla XYC | uel] ut C, aut  
Petr.

- furti actio cessat. sed si concepit apud bonae fidei possessorem ibique pepererit, eueniet, ut partus furtiuus non sit, uerum etiam usucapi possit. idem et in pecudibus seruandum est et in fetu eorum, quod in partu. Ex furtiuis equis nati statim ¶ ad bonae fidei emptorem pertinebunt, merito, quia in fructu numerantur: at partus ancillae non numeratur in fructu<sup>1</sup>. Cum fur rem furtiuam uendidisset eique<sup>2</sup> nummos pretii dominus rei per uim extorsit, furtum eum nummorum fecisse recte responsum est: idem etiam ui bonorum raptorum actione tenebitur. quod enim ex re furtiua redigitur, furtiuum non esse nemini dubium est: nummus ergo hic, qui redactus est ex pretio rei furtiuae, non est furtiuus.
- 49 GAIUS libro decimo ad edictum prouinciale. Interdum accidit, ut non habeat furti actionem is, cuius interest rem saluam esse. ut ecce creditor ob rem debitoris subreptam furti agere non potest, etsi aliunde creditum seruare non possit: loquimur autem scilicet de ea re, quae pignoris iure obligata non sit. Item rei dotalis nomine, quae periculo mulieris est, non mulier furti actionem habet, sed maritus.
- 50 ULPIANUS libro trigensimo septimo ad edictum. In furti actione non quod interest quadruplabitur uel duplabitur, sed rei uerum pretium. sed et si res in rebus humanis esse desierit, cum iudicatur, nihilo minus condemnatio facienda est. itemque et si nunc deterior sit, aestimatione relata in id tempus, quo furtum factum est. quod si pretiosior facta sit, eius duplum, quanti tunc, cum pretiosior facta est, fuerit, aestimabitur, quia et tunc furtum eius factum esse uerius est. Ope consilio furtum factum Celsus ait non solum, si idcirco fuerit factum, ut socii furarentur, sed et si non, ut socii furarentur, inimicitiarum tamen causa fecerit. Recte Peditus ait, sicut nemo furtum factum sine dolo malo, ita nec consilium uel opem ferre sine dolo malo posse. Consilium autem dare uidetur, qui persuadet et impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum: opem fert, qui ministerium atque adiutorium ad subripiendas res praebet. Cum eo, qui pannum rubrum ostendit fugauitque pecus, ut in fures incideret, si quidem dolo malo fecit, furti actio est: sed et si non furti faciendi causa hoc fecit, non debet impunitus esse lusus tam perniciosus: idcirco Labeo scribit in factum dandam actionem.
- 51 GAIUS libro tertio decimo ad edictum prouinciale. Nam et si praecipitata sint pecora, utilis actio damni iniuriae quasi ex lege Aquilia dabitur.
- 52 ULPIANUS libro trigensimo septimo ad edictum. Si quis uxori res mariti subtrahenti opem consiliumue accommodauerit, furti tenebitur. Sed et si furtum cum ea fecit, tenebitur furti, cum ipsa non teneatur. Ipsa quoque si opem furi tulit, furti non tenebitur, sed rerum amotarum. Serui uero sui nomine furti eam teneri nequaquam ambigendum est. Idem dicendum est et in filio familias milite: nam ipse patri furti non tenebitur. *F(XYMO C). Petrus 3, 35 = l. 50 § 2. 3. 4. l. 51: 3, 28 = l. 52 pr. § 1. 2. 3. 4*

<sup>1</sup> idem Graeci, Ulpianus autem sic uidetur scripsisse: § 5 Ancilla ... usucapi possit. § 6 Ex furtiuis ... non numeratur in fructu. idem et in pecudibus seruandum est et in fetu eorum (del. quod in partu) <sup>2</sup> ei (R. Stephanus)?

1 peperit XYMO C | eueniet ... 2 possit] partus non est furtiuus et usucapi potest Petr. 2 et om. Petr. | seruandum] FMOC, obseruandum X<sup>4</sup> Y Petr., obseruandum X<sup>2</sup> 4 non numerantur F<sup>4</sup> 6 eum] F<sup>1</sup> cum BS (Dor.): κλοπὴν αὐτὸν ἀμαρτάνειν ἐπὶ τῷ τιμῆματι, eorum F<sup>2</sup> 8 ex pertio F<sup>1</sup> 10 is] si F<sup>1</sup> 12 si n't F<sup>2</sup> 14 septimo] uiii XY, ix Petr., om. MO 15 in om. F: ἐν φύσει BS et B 16 itemque] ὡς περ BS, idemque F 18 est fuerit] F<sup>4</sup>, sit furit F<sup>2</sup> 21 facit furtum Petr. 22 posse] potest Petr. 24 subripiendas] subprimendas Y | cum eo] sicut ille Petr. 25 rubrum pannum Petr. 26 et] FC, om. XYMO Petr. | ludus Petr. | tam] tanquam M 27 scripsit in factum dandam actionem M Petr., in factum dandam actionem

scribit XY 28 gaius] unde gaius Petr. | tertio decimo] FM, xiiii XY, x Petr. | si om. F: εἰ δὲ κατακρημνισθῆν τὰ θρῆμματα BS (Dor.) 29 sint] sunt O Petr. 30 trigensimo septimo 'octauo' F<sup>2</sup>, xxxiiii Y Petr. utroque loco, xxx MO, om. X: cf. p. 751, 20 | edictum] sabinum Petr. utroque loco | uxori's res F<sup>4</sup> 31 et om. XY | cum ea furtum Petr. 32 fecit] FM, fecerit X<sup>4</sup> YO Petr., ferit X<sup>2</sup> | cum ipsa non teneatur] sed non ipsa Petr. | furi' F<sup>4</sup>, furti Petr. 33 sui] suo F<sup>1</sup> | furti eam] eam furti OC, tam furti M, eam Petr. | ambigendum est] ambigendum X 34 dicendum est] dicendum X | et in filio familias milite dicendum est Petr. | furti non tenebitur] non tenebitur furti XY, non tenetur furti Petr.

5 bitur, serui autem sui nomine castrensis tenebitur, si patri seruus furtum fecerit. Sed si  
 filius meus, qui habet castrense peculium, furtum mihi fecerit, an possim actione utili ad-  
 uersus eum agere, uidentum est, cum habeat, unde satisfaciat. et potest defendi agendum.  
 6 An autem pater filio teneatur, si rem eius castrensis peculii subtraxerit, uideamus: et pu-  
 7 tem teneri: non tantum igitur furtum faciet filio, sed etiam furti tenebitur. Eum credi-  
 8 torem, qui post solutam pecuniam pignus non reddat, teneri furti Mela ait, si celandi animo  
 9 retineat: quod uerum esse arbitror. Si sulphurariae sunt in agro et inde aliquis terram  
 egressisset abstulissetque, dominus furti agat: deinde colonus conducti actione consequetur,  
 9 ¶ ut id ipsum sibi praestaretur. Si seruus tuus uel filius polienda uestimenta susceperit, f. 371  
 an furti actionem habeas, quaeritur. et si quidem peculium serui soluendo sit, potes ha- 10  
 bere furti actionem, si non fuerit soluendo, dicendum est non competere furti actionem.  
 10 Sed et si rem furtiuam imprudens quis emerit et ei subrepta sit, habebit furti actionem.  
 11 Apud Labeonem relatum est, si siliginario quis dixerit, ut quisquis nomine eius siliginem  
 petisset, ei daret, et quidam ex transeuntibus cum audisset, petiit eius nomine et accepit:  
 furti actionem aduersus eum, qui suppetet<sup>1</sup>, siliginario competere, non mihi: non enim mihi 15  
 12 negotium, sed sibi siliginarius gessit. Si fugitium meum quis quasi suum a duumuiro  
 uel ab aliis qui potestatem habent de carcere uel custodia dimitteret<sup>2</sup>, an is furti teneatur?  
 et placet, si fideiussores dedit, in eos<sup>3</sup> domino actionem dandam, ut hi actiones suas mihi  
 mandent: quod si non acceperint fideiussorem, sed tamquam suum accipienti ei tradiderint,  
 13 dominum furti actionem aduersus plagiarium habiturum. Si quis de manu alienius num- 20  
 mos aureos uel argenteos uel aliam rem excusserit, ita furti tenetur, si ideo fecit, ut alius  
 14 tolleret, isque sustulerit. Si quis massam meam argenteam subripuerit et pocula fecerit,  
 possum uel poculorum uel massae furti agere uel conditione. idem est et in uuis et in  
 musto et in uinaceis: nam et uuarum et musti et uinaceorum nomine furti agere potest,  
 15 sed et condici. Seruus, qui se liberum adfirmavit, ut sibi pecunia crederetur, furtum non 25  
 facit: namque hic nihil amplius quam idoneum se debitorem adfirmat. idem est et in eo,  
 qui se patrem familias finxit, cum esset filius familias, ut sibi promptius pecunia crede-  
 16 retur. Iulianus libro uicensimo secundo digestorum scripsit, si pecuniam quis a me ac-  
 ceperit, ut creditor meo soluat, deinde, cum tantam pecuniam eidem creditori deberet,  
 17 suo nomine soluerit, furtum eum facere. Si Titius alienam rem uendidit et ab emptore 30  
 18 accepit nummos, non uidetur nummorum furtum fecisse. Si ex duobus sociis omnium bo-  
 norum unus rem pignori acceperit eaque subrepta sit, Mela scripsit eum solum furti habere  
 19 actionem, qui pignori accepit, sociam non habere. Neque uerbo neque scriptura quis fur-  
 tum facit: hoc enim iure utimur, ut furtum sine contrectatione non fiat. quare et opem  
 20 ferre uel consilium dare tunc nocet, cum secuta contrectatio est. Si quis asinum meum 35  
 coegisset et in equas suas τῆς γονῆς dumtaxat χάριν admisisset, furti non tenetur, nisi fur-  
 randi quoque animum habuit. quod et Herennio Modestino studioso meo de Dalmatia consulenti  
 rescripti circa equos, quibus eiusdem rei gratia subiecisse quis equas suas propone-  
 batur, furti ita demum teneri, si furandi animo id fecisset, si minus, in factum agendum.  
 21 Cum Titio honesto uiro pecuniam credere uellem, subiecisti mihi alium Titium egenum, 40  
 quasi ille esset locuples, et nummos acceptos cum eo diuisisti: furti tenearis, quasi ope  
 22 tua consilioque furtum factum sit: sed et Titius furti tenebitur. Maiora quis pondera tibi  
 F(XYMOC). Petrus 3, 26 = l. 52 § 6 (usque ad u. 5 teneri): 2, 49 = l. 52 § 7

<sup>1</sup> suppetet] sibi petiit?    <sup>2</sup> dimitti curet?    <sup>3</sup> qui dimiserunt similiaue ins.

1 serui autem (sed filius serui Petr.) sui nomine castrensis (castrensi X, castrensis peculii C) tenebitur] ἐάν δέ δοῦλος αὐτοῦ ἐκ τοῦ καστρενσιοῦ πεκογλιόγ κλέψῃ, ἐκινήθῃ· καὶ ὁμοῦ κατέχεται BS (Dor.) | patri] pater M | furtum om. M 4 eius om. Petr. | castrensis peculii] ex castrensi peculio XYMOC | subtraxit XY Petr. | et putem] FMC, et puto XYO, puto Petr. 6 reddit Petr. 7 sul-

p'h'u't'ariae F<sup>2</sup>: τεάφογ μέταλλον BS 10 potes] XYO, potest FMC 14 petisset om. F<sup>2</sup> 15 siliginario F<sup>2</sup>: σιλιγινάριος B 16 siliginarius F | si fugitium ... 17 dimitteret] ἐάν τις τὸν δοῦλόν μου κεκρατημένον παρὰ τῷ ἀρχόντι ἢ τῷ στρατηγῷ ὡς ἴδιον ἀπολύσῃ B (Anon.) 19 quod 'si' F<sup>2</sup> | fideiussores 's' in F<sup>4</sup> | suum om. F<sup>2</sup> 20 plagiarum err. typ. Taur. 29 tanta'm' F<sup>2</sup> 30 ab] am F<sup>2</sup> 32 furti] furtum F<sup>2</sup> 39 in] id F<sup>2</sup>

- commodauit, cum emeris ad pondus: furti eum uenditori teneri Mela scribit: te quoque, 23 si scisti: *nam* non ex uoluntate uenditoris accipis, cum erret in pondere. Si quis seruo meo persuaserit, ut nomen suum ex instrumento puta emptionis tolleret, et Mela scripsit 24 et ego puto furti agendum. Sed si seruo persuasum sit, ut tabulas meas describeret, puto, 4 si quidem seruo persuasum sit, serui corrupti ¶ agendum, si ipse fecit, de dolo actionem f. 372 25 dandam. Si linea margaritarum subrepta sit, dicendus est numerus. sed et si de uino furti agatur, necesse est dici, quot amphorae subreptae sint. si uasa subrepta sint, nu- 26 merus erit dicendus. Si seruus meus, qui habebat peculii administrationem liberam, pactus sit cum eo non donationis causa, qui rem eius peculiarem subripuerat, recte transactum uidetur: quamuis enim domino quaeratur furti actio, attamen in peculio serui est. sed et 10 si tota poena furti dupli seruo soluta sit, non dubie fur liberabitur. cui consequens est, ut, si forte a fure acceperit seruus, quod ei rei satis esse uideatur, similiter recte trans- 27 actum uideatur. Si quis irauerit se furtum non fecisse, <sup>1</sup>deinde rem furtiuam contrectet, 28 furti quidem actio peremittitur, rei tamen persecutio domino seruatur. Si seruus subreptus heres institutus fuerit, furti iudicio actor consequetur etiam pretium hereditatis, si modo 15 seruus, antequam iussu domini adeat, mortuus fuerit. condicendo quoque mortuum idem 29 consequetur. Si statuliber subreptus sit uel res sub condicione legata, deinde, antequam adeatur, extiterit condicio, furti iam agi non potest, quia desiit interesse heredis: pendente autem condicione tanti aestimandus est, quanti emptorem potest inuenire. 19
- 2, 30) IDEM libro trigensimo octauo ad edictum. Si quis ex domo, in qua nemo [B. 60, 12, 52] S erat, rapuerit, actione de bonis raptis in quadruplum conuenietur, furti non <sup>2</sup> manifesti, uidelicet si nemo eum deprehenderit tollentem.
- (53) PAULUS libro trigensimo nono ad edictum. Qui iniuriae causa ianuam ef- [B. 60, 12, 53] S fregit, quamuis inde per alios res amotae sint, non tenetur furti: nam maleficia uoluntas 1 et propositum delinquentis distinguit. Si seruus commodatoris rem subripuerit et soluendo 25 sit is cui subreptum est, Sabinus ait posse et commodati agi cum eo et contra dominum furti serui nomine: sed si pecuniam, quam dominus exegit, reddat, euanescere furti actio- 2 nem: idem et si remittat commodati actionem. Quod si seruus tuus rem tibi commodatam subripuerit, furti tecum actio non est, quia tuo periculo res sit, sed tantum commodati. 3 Qui alienis negotiis gerendis se optulit, actionem furti non habet, licet culpa eius res 30 perierit: sed actione negotiorum gestorum ita dammandus est, si dominus actione ei cedat. eadem sunt in eo, qui pro tutore negotia gerit, uel in eo tutore, qui diligentiam praestare debeat, ueluti qui ex pluribus tutoribus testamento datis oblata satisfactione solus admini- 4 strationem suscepit. Si ex donatione alterius rem meam teneas et eam subripiam, ita de- mum furti te agere mecum posse Iulianus ait, si intersit tua retinere possessionem, ueluti 35 si hominem donatum noxali iudicio defendisti uel aegrum curaueris, ut aduersus uindicantem iustam retentionem habiturus sis.
- (54) GAIUS libro tertio decimo ad edictum prouinciale. Si pignore creditor uta- [B. 60, 12, 54] S tur, furti tenetur. Eum, qui quod utendum accepit ipse alii commodauerit, furti obligari F(XYMO). Petrus 2, 53 = l. 55 pr. § 1

<sup>1</sup> nec ins. (u. i.)    <sup>2</sup> furti non] *idem Graeci* (u. i.): non furti (*Bachouius*)?

2 scisti F<sup>2</sup> | nam om. F: οὐδὲ γὰρ κατὰ γνώ-  
μην τοῦ πρῶτου δοκεῖ λαμβάνειν BS (Dor.) |  
seruu F<sup>2</sup> 5 persuasum p'sit F<sup>2</sup> 7 dici  
diei F<sup>2</sup> 13 si quis ... deinde rem furtiuam  
contrectet] εἰάν τις ὁμοίως μὴ κλέψαι ψηλαφᾶ  
τὸ πρᾶγμα B (Anon.): non contrectet pro con-  
trectet X<sup>4</sup>O<sup>4</sup> et glossa ad Y: potest hic legi  
non secundum M(artinum) 14 subreptos F<sup>2</sup>  
20 l. 53 praecedenti adnectit F, agnoscunt B  
praescribendo Idem: nec quod numerum omittunt  
eorum editores secuti Digestorum exemplaria  
uulgaria, mouere debet, cum praesertim allega-  
tiones Graecorum longe pleraeque cum huiusce  
ed. numeris conueniant adeoque hanc ipsam legem

tamquam 53 laudent (60, 12, 80 sch. 8. 9 passim,  
60, 17, 1 sch. 2 passim). cf. item ad p. 749, 28 |  
ad edictum om. F 21 actione ... furti non ma-  
nifesti] καὶ τῆ βὶ βονόροϋμ ραπτόροϋμ κατέχεται  
εἰς τὸ τετραπλοῦν κατέχεται δὲ καὶ τῆ νέκ μα-  
νιφεστὶ φοῦρτι BS (Dor.) 22 tollen'dum tom  
F<sup>4</sup> 36 defen'n'disti F<sup>4</sup> 38 gaus] FX, pau-  
lus Y Petr. | tertio decimo] iii XY Petr., xx  
MO | prouinciae Petr., om. M 39 eum qui  
quod] Hal. cum BS: εἰ δὲ καὶ τις ὄπερ ἐχρή-  
σατο παρ' ἐμοῦ πρᾶγμα ἑτέρω χρήσει, eum qui  
quid FXY<sup>2</sup>MC, cum quocquid Y<sup>2</sup> Petr., eum  
qui O | accepit] cepit C, accipit Petr. | ipse]  
FM, si ipse XYOC Petr.

responsum est. ex quo satis apparet furtum fieri et si quis usum alienae rei in suum lucrum conuertat. nec mouere quem debet, quasi nihil lucri sui gratia faciat: species enim  
 2 qui ideo rem amouet, ut eam alii donet. Furem interdum deprehensum non aliter occidere  
 3 lex duodecim tabularum permisit, quam si telo se defendat. teli autem appellatione et  
 4 ferrum et fustis ¶ et lapis et denique omne, quod nocendi causa habetur, significatur. Cum  
 5 furti actio ad poenae persecutionem pertineat, condictio uero et uindictio ad rei recipi-  
 6 rationem, apparet recepta re nihilo minus saluam esse furti actionem, uindictionem uero  
 7 et conditionem tolli: sicut ex diuerso post solutam dupli aut quadrupli poenam salua est  
 8 uindictio et condictio. Qui ferramenta sciens commodauerit ad effringendum ostium uel  
 9 armarium, uel scalam sciens commodauerit ad ascendendum: licet nullum eius consilium  
 10 principaliter ad furtum faciendum interuenerit, tamen furti actione tenetur. Si tutor qui  
 11 negotia gerit aut curator transegerit cum fure, euanescit furti actio.

56 (55) ULPIANUS libro tertio disputationum. Cum creditor rem sibi pignoratam B. 60, 12, 55 <sup>S</sup>  
 aufert, non uidetur contrectare, sed pignori suo incumbere. <sup>15</sup>

57 (56) IULIANUS libro uicensimo secundo digestorum. Interdum fur etiam manente B. 60, 12, 56 <sup>S</sup>  
 poenae obligatione in quibusdam casibus<sup>1</sup> rursus obligatur, ut cum eo saepius eiusdem rei  
 nomine furti agi possit. primus casus occurrit, si possessionis causa mutata esset, ueluti  
 si res in domini potestatem redisset eandemque idem subriperet uel eidem domino uel ei,  
 cui is commodasset aut uendidisset. sed et si persona domini mutata esset, altera poena  
 1 obligatur. Qui furem deductit ad praefectum uigilibus uel ad praesidem, existimandus est  
 2 elegisse uiam, qua rem persequeretur: et si negotium ibi terminatum et damnato fure re-  
 3 cepta est pecunia sublata in simplum<sup>2</sup>, uidetur furti quaestio sublata, maxime si non so-  
 4 lum rem furtiuam fur restituere iussus fuerit, sed amplius aliquid in eum iudex constituerit  
 5 sed et si nihil amplius quam furtiuam rem restituere iussus fuerit, ipso, quod in periculum  
 6 maioris poenae deductus est fur, intellegendum est quaestionem furti sublatam esse. Si  
 7 res peculiaris subrepta in potestatem serui redierit, solnitur furti uitium et incipit hoc casu  
 8 in peculio esse et a domino possideri. Cum autem seruus rem suam peculiarem furandi  
 9 consilio amouet, quamdiu eam retinet, condicio eius non mutatur (nihil enim domino abest):  
 10 sed si alii tradiderit, furtum faciet. Qui tutelam gerit, transigere cum fure potest et, si in  
 11 potestatem suam redegerit rem furtiuam, desinit furtiua esse, quia tutor domini loco ha-  
 12 betur. sed et circa curatorem furiosi eadem dicenda sunt, qui adeo personam domini  
 13 sustinet, ut etiam tradendo rem furiosi alienare existimetur. condicere autem rem furtiuam  
 14 tutor<sup>3</sup> et curator furiosi eorum nomine possunt. Si duo serui tui uestem et argentum sub-  
 15 riperint et alterius nomine tecum de ueste actum fuerit, alterius de argento agatur: nulla  
 exceptio dari debet ob eam rem, quod iam de ueste actum fuerit.

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> in quibusdam casibus *del.*

<sup>2</sup> et damnato fure res recepta est pecuniae ablata in  
 simplum (*u. i.*)? <sup>3</sup> pupilli *ins.*

1 furtum fieri et si quis usum alienae (ue *ins. O*)  
 rei in suum lucrum conuertat] *FXYMOC*,  
 furtum fieri si quis usum non suae rei in  
 alienum lucrum conuertat *Petr.*: ὅτι κλοπὴν  
 πανμμελεῖ καὶ ἡνίκα τις χρῆσιν μόνην ἀλλοτρίου  
 πράγματος εἰς ἴδιον κέρδος παρὰ τρέπει *BS*  
 (*Dor.*) 2 quem mouere *Petr.* | quasi] quasi  
 is *F<sup>2</sup>XYMOC Petr.* | nihil (nil *MO*) lucri sui  
 gratia faciat (faciat gratia *X*)] *FXMOC*, lucri  
 sui gratia (id *ins. Petr.*) faciat *Y Petr.* | species]  
 speies *F*, speties *f* | enim *om. M* 3 beneficii]  
 beneficio *XO* 5 appellatione *m'* et *F<sup>6</sup>* 21 uel  
*om. F<sup>7</sup>* 22 et damnato fure recepta est pe-  
 cunia sublata (sublata *om. O*) in simplum (am-  
 plium *M*) uidetur furti quaestio sublata] *FX*  
*YMOC neque aliter legerunt Graeci: καὶ κατα-*

δικασθέντος τοῦ κλέπτου ἀναλαμβάνη τὰ κλα-  
 πέντα πράγματα, δοκεῖ εἰς τὸ ἀπλοῦν ἢ τῆς  
 κλοπῆς ζήτησις κατενηνέχθαι *BS (Dor.)*, καὶ  
 καταδικασθέντος αὐτοῦ λάβη τὸ κλαπὲν ἢ τὸ  
 ἀπλοῦν ἢ ἕτερον σὺν αὐτοῖς *B (Anon.)* 25 sed  
 et si nihil amplius quam furtiuam rem resti-  
 tuere iussus fuerit (eo *ins. MOC*) ipso] *XY<sup>2</sup>*  
*MOC*, sed et si nihil amplius quam furtiuam  
 rem restituere iussus fuerit (*sic F<sup>2</sup>*, iussu  
 faserit *F<sup>2</sup>*) sed (nec *Taur.*) amplius aliquid  
 (aliquid *om. Y<sup>2</sup>*) in eum iudex (iudex *om. Y<sup>2</sup>*)  
 constituerit ipso *FY<sup>2</sup>* uerbis sed ... consti-  
 tuerit *male repetitis ex proxime praecedentibus*:  
 εἰ δὲ καὶ μηδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ  
 κλοπιμαῖον ἐκελεύσθην ἀποκαταστήσαι *BS (Dor.)*  
 35 agatur *F*

- 57) ALFENUS libro quarto digestorum a Paulo epitomatorum. Si cretae fodiun- B. 60, 12, 57 S  
dae causa specum quis fecisset et cretam abstulisset, fur est, non quia fodisset, sed quia  
abstulisset.
- 58) IULIANUS libro quarto ad Urseium Ferozem. Si filio familias furtum factum B. 60, 12, 58 S  
esset, recte is pater familias factus eo nomine ager. sed et si res ei locata subrepta fuerit, s  
pater familias factus itidem agere poterit.
- 59) IDEM libro tertio ex Minicio. Si is, qui rem commodasset, eam rem clam B. 60, 12, 59 S  
abstulisset, furti cum eo agi non potest, quia suum recepisset et ille commodati liberatus  
esset. hoc tamen ita accipiendum est, si nullas retinendi causas is cui commodata res <sup>9</sup>  
erat habuit: nam si impensas necessarias in rem commodatam fecerat, ¶ interfuit eius f. 873  
potius per retentionem eas seruare quam ultro commodati agere, ideoque furti actionem  
habebit.
- 60) AFRICANUS libro septimo quaestionum. Ancilla fugitiua quemadmodum sui B. 60, 12, 60 S  
furtum facere intellegitur, ita partum quoque contrectando furtiuum facit. 14
- 61) IDEM libro octauo quaestionum. Si seruus communis uni ex dominis fur- B. 60, 12, 61 S  
tum fecerit, communi diuidendo agi debere placet et arbitrio iudicis contineri, ut aut  
damnum praestet aut parte cedat. cui consequens uidetur esse, ut etiam, si alienauerit  
suam partem, similiter et cum emptore agi possit, ut quodammodo noxalis actio caput se-  
quatur. quod tamen non eo usque producendum ait, ut etiam, si liber sit factus, cum ipso  
agi posse dicamus, sicuti non ageretur etiam, si proprius fuisset. ex his igitur apparere <sup>20</sup>  
et mortuo seruo nihil esse, quod actor eo nomine consequi possit, nisi forte quid ex re  
1 furtiua ad socium peruenerit. His etiam illud consequens esse ait, ut et si is seruus, quem  
mihi pignori dederis, furtum mihi fecerit, agendo contraria pignoratitia consequar, uti simi-  
2 liter aut damnum decidas aut pro noxae deditioe hominem relinuas. Idem dicendum de  
eo, quem conuenisset in causa redhibitionis esse, uti, quemadmodum accessiones et fructus <sup>25</sup>  
emptor restituere cogitur, ita et e contrario uenditor quoque uel damnum decidere uel pro  
3 noxae deditioe hominem relinquere cogatur. Nisi quod in his amplius sit, quod, si sciens  
quis ignoranti furem pignori dederit, omni modo damnum praestare cogendus est: id enim  
4 bonae fidei conuenire: Sed in actione empti praecipue spectandum esse, qualem seruum  
5 uenditor repromiserit. Quod uero ad mandati actionem attinet, dubitare se ait, num aequae <sup>30</sup>  
dicendum sit omni modo damnum praestari debere, et quidem hoc amplius quam in supe-  
rioribus causis seruandum, ut, etiamsi ignorauerit is, qui certum hominem emi mandauerit,  
furem esse, nihilo minus tamen damnum decidere cogatur. iustissime enim procuratorem  
allegare non fuisse se id damnum passurum, si id mandatum non suscepisset: idque eui-  
dentius in causa depositi apparere. nam licet alioquin aequum uideatur non oportere cui <sup>35</sup>  
quam plus damni per seruum euenire, quam quanti ipse seruus sit, multo tamen aequius  
esse nemini officium suum, quod eius, cum quo contraxerit, non etiam sui commodi causa  
susceperit, damnosum esse, et sicut in superioribus contractibus, uenditione locatione pignore,  
dolum eius, qui sciens retinuerit, puniendum esse dictum sit, ita in his culpam eorum, quo-  
rum causa contrahatur, ipsis potius damnosam esse debere. nam certe mandantis culpam <sup>40</sup>  
esse, qui talem seruum emi sibi mandauerit, et similiter eius qui deponat, quod non fuerit  
6 diligentior circa monendum, qualem seruum deponeret. Circa commodatum autem merito

F(XYMOG)

<sup>1</sup> aequae] peraeque?

1 alphenus F; Ἀφρικ. B | paulo'i epit. F<sup>2</sup> | cre't'a'e fodiund'a'e F<sup>2</sup> 8 abstulisset 'cum' furti cum F<sup>2</sup> 9 retinendo F<sup>2</sup> 24 nexas F<sup>2</sup> | rel'n'quas F<sup>2</sup> 27 nisi quod seq.] haec ab editoribus mala distinctione pessumdata recte acceperunt Graeci: ἐν τοῦτῳ δὲ τῷ θέματι ἕκαστο πλεόν ἐστιν, ὅτι, εἴαν τις εἰδῶς κλέπτην εἶναι τὸν οἰκίτην τῷ δανεῖστῃ ἀγνοοῦντι δέδωκεν αὐτὸν εἰς ἐνέχτρον, παντὶ τρόπῳ τὴν ζη-

μίαν ἀναγκάζεται αὐτὸς ἐπιγινῶναι BS (Dor.) 28 cog'e'ndus F<sup>2</sup> 30 dubitare se ... 31 praestari debere] ἀμφιβάλλεται, ἔλεγεν ὁ Ἰουλιανός, μήτι παντὶ τρόπῳ ὀφείλει καὶ ὁ ἐντειλᾶμενος τὴν ζημίαν ἐπιγινώσκειν ὑπὲρ τοῦ οἰκίτου BS (Dor.) 32 hominem om. F<sup>2</sup>: ῥήτον οἰκίτην BS 33 cogetur F 34 allegare'm non F<sup>2</sup> | mandatum] damnatum F<sup>2</sup> 35 uidentur F<sup>2</sup> 37 officium] officii F<sup>2</sup>



aliud existimandum, uidelicet quod tunc eius solius commodum, qui utendum rogauerit, uersetur. itaque eum qui commodauerit, sicut in locatione, si dolo quid fecerit non ultra pretium serui quid amissurum<sup>1</sup>: quin etiam paulo remissius circa interpretationem doli mali debere nos uersari, quoniam, ut dictum sit<sup>2</sup>, nulla utilitas commodantis interueniat. Haec ita puto uera esse, si nulla culpa ipsius, qui mandatum uel depositum susceperit, intercedat: ceterum si ipse ultro ei custodiam argenti forte uel nummorum commiserit, cum alioquin nihil umquam dominus tale quid fecisset, aliter existimandum est. Locaui tibi fundum, et (ut adsolet) conuenit, uti fructus ob mercedem pignori mihi essent. si eos clam deportaueris, furti<sup>3</sup> tecum agere posse aiebat. sed et || si tu alii fructus pendentes uen-<sup>4</sup> dideris et emptor eos deportauerit, consequens erit, ut in furtiuam causam eos incidere dicamus. etenim fructus, quamdiu solo cohaereant, fundi esse et ideo colonum, quia uoluntate domini eos percipere uideatur, suos fructus facere. quod certe in proposito non aequo dicitur: qua enim ratione coloni fieri possint, cum emptor eos suo nomine cogat? Statu- liberum, qui, si decem dederit, liber esse iussus erat, heres noxali iudicio defenderat: pen- dente iudicio seruus datis decem heredi ad libertatem peruenit: quaeritur, an non aliter absolutio fieri debeat, quam si decem, quae accepisset, heres actori dedisset. refertur existi- mauit, unde ea pecunia data esset, ut, si quidem aliunde quam ex peculio, haec saltem praestet, quoniam quidem si<sup>4</sup> nondum ad libertatem seruus peruenisset, noxae deditus ei, cui deditus esset, daturus fuerit: si uero ex peculio, quia nummos heredis dederit, quos utique is passurus eum non fuerit ei dare, contra statuendum.

- 63 (62) MARCIANUS libro quarto regularum. Furtum non committit, qui fugitino iter monstrauit. [B. 60, 12, 62] S
- 64 (63) MACER libro secundo publicorum iudiciorum. Non poterit praeses prouin- ciae efficere, ut furti damnatum non sequatur infamia. [B. 60, 12, 63] S
- 65 (64) NERATIUS libro primo membranarum. A Titio herede homo Seio legatus ante aditam hereditatem Titio furtum fecit. si adita hereditate Seius legatum ad se pertinere uoluerit, furti eius serui nomine agat cum eo Titius, quia neque tunc, cum faceret furtum, eius fuit, et (ut maxime quis existimet, si seruus esse coeperit eius, cui furtum fecerat, tolli furti actionem, ut nec si alienatus sit, agi possit eo nomine) ne post aditam quidem hereditatem Titii factus est, quia ea, quae legantur, recta uia ab eo qui legauit ad eum cui legata sunt transeunt. [B. 60, 12, 64] S
- 66 (65) ULPIANUS libro primo ad edictum aedilium curulium. Qui ea mente alienum quid contractauit, ut lucrifaceret, tametsi mutato consilio id domino postea reddidit, fur est: nemo enim tali peccato paenitentia sua nocens esse desinit. [D. 21, 1, 17, 1. B. 60, 12, 65] B
- 67 (66) PAULUS libro septimo ad Plautium. Si is, qui rem pignori dedit, uendiderit eam: quamuis dominus sit, furtum facit, siue eam tradiderat creditori siue speciali pactione tantum obligauerat: idque et Iulianus putat. Si is, cui res subrepta sit, dum apud furem sit, legauerat eam mihi, an, si postea fur eam contractet, furti actionem habeam? et secundum Octauieni sententiam mihi soli competit furti actio, cum heres suo nomine non habeat, quia, quacumque ratione dominium mutatum sit, domino competere furti actionem constat. Eum, qui mulionem dolo malo in ius uocasset, si interea mulae perissent, furti F(XYMO)

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): sicut in locatione, si dolo quid fecerit, [omni modo damnum praestaturum esse: si dolo non fecerit,] non ultra pretium serui quid amissurum? <sup>2</sup> est (edd.)? <sup>3</sup> me ins. (R. Stephanus) <sup>4</sup> quidem si] si quidem?

2 uerse r'tur F<sup>2</sup> | itaque eum qui commodauerit 'sicut in locatione si dolo quid (nisi dolo quid F<sup>2</sup>O, si non dolo quid X<sup>2</sup>, sine dolo quidem M) fecerit: non ultra praetium serui quid amissurum F<sup>2</sup>, εικότως οὔν ὁ κληρῶν οἰκέτην, ὡς περ ὁ μισθῶν ἀγτόν, εἰ δόλον ποιήσει ... οὐδὲν ζημιόυται πλέον τοῦ τιμήματος τοῦ οἰκέτου BS 3 remissius] remissius id F<sup>2</sup> | circa interpretationem] inter

circa pretationem F<sup>2</sup> 5 null'o'a F<sup>2</sup> 6 commiserit F<sup>2</sup> 7 unquam F<sup>2</sup> 10 eos de'mportauerit F<sup>2</sup> 11 s'u'o locohaereant F<sup>2</sup> 16 existimauit F<sup>2</sup> 23 macer] idem B 24 sequetur F<sup>2</sup> 29 agit' possit F<sup>2</sup> 30 e'a' quae F<sup>2</sup> 31 cui] qui F<sup>2</sup> 33 qui'd' F<sup>2</sup> 34 desinit] l. gem. cum BS et B: παύεται, desuit F 36 quamdis F<sup>2</sup> 37 'sit' dum F<sup>2</sup> | furem] furet F<sup>2</sup>

3 teneri ueteres responderunt. Iulianus respondit eum, qui pecuniis exigendis praepositus  
est, si manumissus exigit, furti teneri. quod ei consequens est dicere et in tutore, cui  
4 post pubertatem solutum est. Si tu Titium mihi commendaueris quasi idoneum, cui cre-  
derem, et ego in Titium inquisii, deinde tu alium adducas quasi Titium, furtum facies,  
quia Titium esse hunc credo, scilicet si et ille qui adducitur scit: quod si nesciat, non  
5 sed dabitur actio in factum in eum qui adduxit. Si stipulatus de te sim 'per te non fieri,  
'quo minus homo Eros intra kalendas illas mihi detur', quamuis mea interesset eum non  
subripi (cum subrepto eo ex stipulatu non teneris, si tamen per te factum non sit quo  
minus mihi daretur), non tamen furti actionem me habere.

- (67) || CELSUS libro duodecimo digestorum. Infitiando depositum nemo facit [B. 60, 12, 67] E f. 374  
furtum (nec enim furtum est ipsa infitiatio, licet prope furtum est): sed si possessionem  
eius apiscatur interuertendi causa, facit furtum. nec refert, in digito habeat anulum an  
1 dactyliotheca quem, cum deposito teneret<sup>2</sup>, habere pro suo destinauerit. Si tibi subreptum  
est, quod nisi die certa dedisses, poenam promisisti, ideoque sufferre eam necesse fuit, 15  
2 furti actione hoc quoque coestimabitur. Infans apud furem adoleuit: tam adolescentis  
furtum fecit ille quam infantis, et unum tamen furtum est: ideoque dupli tenetur, quanti  
umquam apud eum plurimi fuit. nam quod semel dumtaxat furti agi cum eo potest, quid  
refert propositae quaestioni? quippe, si subreptus furi foret ac rursus a fure altero eum  
recuperasset, etiam si duo furta fecisset, non amplius quam semel cum eo furti agi posset. 20  
nec dubitauerim, quin adolescentis potius quam infantis aestimationem fieri oporteret. et  
quid tam ridiculum est quam meliorem furis condicionem esse propter continuationem  
3 furti existimare? Cum seruus inemptus factus sit, non posse emptorem furti agere cum  
4 uenditore ob id, quod is seruus post emptionem, antequam redderetur, subripisset. Quod  
furi ipsi furtum fecerit furtiuus seruus, eo nomine actionem cum domino furem habiturum 25  
placet, ne facinora talium seruorum non solum ipsis impunitatem, sed dominis quoque  
eorum quaestui erunt<sup>3</sup>: plerumque enim eius generis seruorum furtis peculia eorundem  
5 augentur. Si colonus post lustrum conductionis anno amplius fructus inuito domino per-  
ceperit, uidendum, ne messis et uindemiae furti cum eo agi possit. et mihi dubium non  
uidetur, quin fur<sup>4</sup> et si consumperit rem subreptam, repeti ea ab eo possit. 30

- (68) MARCELLUS libro octauo digestorum. Hereditariae rei furtum fieri Iulianus [B. 60, 12, 68] E  
negabat, nisi forte pignori dederat defunctus aut commodauerat:

- (69) SCAEUOLA libro quarto quaestionum. aut in qua usus fructus alienus est. [B. 60, 12, 69] \*P

- (70) MARCELLUS libro octauo digestorum. His enim casibus putabat heredita- [B. 60, 12, 70] E  
riarum rerum fieri furtum et usucapionem impediri idcircoque heredi quoque actionem 35  
furti competere posse.

F(XYMO). Petrus 3, 23 = l. 68 pr. (usque ad u. 13 furtum)

<sup>1</sup> faciet? <sup>2</sup> an dactyliotheca, quem deposito teneret? <sup>3</sup> quaestum parent (similiter  
van de Water)? <sup>4</sup> idem Graeci (u. i.): sit ins. (edd.)

1 eum qui pecuniis exigendis praepositus est] ὁ διπενσάτωρ οἰκέτης BS (Dor.) 2 quod ei  
consequens est dicere] τοῦτω δὲ ἀκόλουθόν  
ἔστι τὸ λέγειν BS (Dor.) 4 ego in titium  
'in'quisii F<sup>2</sup>, ego ignorem titium qui (quis MC)  
sit XYMO C 12 nec] neque Petr. | infitiatio  
ipsa Petr. | post est ins. ipsa infitiatio X<sup>o</sup>  
13 adipiscatur XYMO C Petr. | causa inter-  
uertendi Petr. | an dactyliotheca ... destina-  
uerit (destinaberit F<sup>2</sup>)] εἶτε ἐν τῇ δακτυλιο-  
θήκῃ ἀπέθετο αὐτόν (= siue in dactyliotheca  
eum posuerit) καὶ κρατούμενος ὑπὲρ αὐτοῦ τῇ  
δεσποσίῳ (= et cum de eo depositi tene-  
retur) προέθετο κατὰ διάνοιαν ἰδιοποιήσασθαι  
αὐτόν (= destinauit animo eum habere pro

suo) BS 18 unquam F<sup>2</sup> 19 ac rursus a  
fure altero eum recuperasset (recurerasset F<sup>2</sup>)  
καὶ ὁ πρῶτος κλέψας ὑπέκλεψε πάλιν αὐτόν παρὰ  
τοῦ κλέψαντος BS (Dor.) 20 posset] Hal.,  
posse F 26 ne (nec X<sup>o</sup>) facinora ... impu-  
nitatem (impunita X<sup>o</sup>O, impunitati X<sup>o</sup>Y<sup>2</sup>) sed  
(si O) dominis (dominus M<sup>o</sup>OC) quoque eorum  
quaestui (quiaestui F<sup>o</sup>) erunt (essent X<sup>2</sup>,  
om. X<sup>o</sup>)] ἵνα μὴ τὰ τοιαῦτα τῶν οἰκετῶν ἀμαρ-  
τήματα οὐ μόνον αὐτοῖς τοῖς οἰκέταις ἀτιμώ-  
ρητα, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεσπόταις αὐτῶν ἐπικερὰν  
γίνεται BS (Dor.) 27 eorum m'ndem F<sup>2</sup> 29 et  
mihi ... 30 possit] ὡμολογῆται δὲ, ὅτι πᾶς  
κλέπτης, κἂν ἀναλώσῃ τὸ πρᾶγμα ὅπερ ἔκλεψεν,  
ἐνάγεται ὑπὲρ αὐτοῦ BS (Dor.)

- 72 (71) IAUOLENUS libro quinto decimo ex Cassio. Si is, cui commodata res erat, B. 60, 12, 71 E furtum ipsius admisit, agi cum eo et furti et commodati potest: et, si furti actum est, 1 commodati actio exstinguitur, si commodati, actioni furti exceptio obicitur. Eius rei, quae pro herede possidetur, furti actio ad possessorem non pertinet, quamuis usucapere quis possit, quia furti agere potest is, cuius interest rem non subripi, interesse autem eius uidetur qui damnum passurus est, non eius qui lucrum factururus esset.
- 73 (72) MODESTINUS libro septimo responsorum. Sempronia libellos composuit B. 60, 12, 72 F quasi datura centurioni, ut ad officium transmitterentur, sed non dedit: Lucius pro tribunali eos recitauit quasi officio traditos: non sunt inuenti in officio neque centurioni traditi: quaero, quo crimini subiciatur, qui ausus est libellos de domo subtractos pro tribunali 10 legere, qui non sint dati? Modestinus respondit, si clam subtraxit, furtum commissum.
- 74 (73) IAUOLENUS libro quinto decimo ex Cassio. Si is, qui pignori rem accepit, B. 60, 12, 73 E cum de uendendo pignore nihil conuenisset, uendidit, aut ante, quam dies uenditionis ueniret pecunia non soluta, id fecit: furti se obligat. 14
tributae sunt in hoc edicto, licet interdum communes sint cum hoc edicto: nam Iulianus scribit eum qui ui rapit furem esse improbiorem, et si quid damni coactis hominibus 11 dederit, utique etiam Aquilia poterit teneri. 'Uel cuius bona rapta esse dicuntur'. quod 12 ait praetor 'bona rapta', sic accipiemus: etiam si una res ex bonis rapta sit. Si quis non homines ipse coegerit, sed inter coactos ipse<sup>1</sup> fuerit et quid aut rapuerit aut damni dederit, 5 hac actione tenetur. sed utrum hoc solum contineat edictum, quod dolo malo hominibus a reo coactis damnum datum sit uel raptum, an uero quod dolo malo rei raptum uel damnum datum sit, licet ab alio homines sint coacti, quaeritur. et melius esse dicitur etiam hoc contineri, ut omnia haec contineantur et quod ex coactis ab alio damnum da- 13 tum sit<sup>2</sup>, ut et is qui coegit et is qui coactus est contineri uideatur. In hac actione intra 14 annum utilem uerum pretium rei quadruplatur, non etiam quod interest. Haec actio etiam familiae nomine competit, non imposita necessitate ostendendi, qui sunt ex familia homines qui rapuerunt uel etiam damnum dederunt. familiae autem appellatio seruos continet, hoc est eos, qui in ministerio sunt, etiamsi liberi esse proponantur uel alieni bona fide nobis 15 seruientes. Hac actione non puto posse actorem singulorum seruorum nomine agere ad- 16 uersus dominum eorum, quia sufficit dominum semel quadruplum offerre. Ex hac actione noxae deditio non totius familiae, sed eorum tantum uel eius, qui dolo fecisse comperietur, 17 18 fieri debet. Haec actio uolgo ui bonorum raptorum dicitur. Hac actione is demum te- netur, qui dolum malum adhibuit. si quis igitur suam rem rapuit, ui quidem bonorum raptorum non tenebitur, sed aliter multabitur. sed et si quis fugitium suum, quem bona 20 fide aliquis possidebat, rapuit, aequae hac actione non tenebitur, quia rem suam aufert. 19 quid ergo, si sibi obligatam? debebit teneri. Ui bonorum raptorum actio in impuberem, qui doli mali capax non est, non dabitur: nisi<sup>3</sup> seruus ipsius uel familia eius admisisse 20 proponantur, et serui et familiae nomine noxali ui bonorum raptorum actione tenetur. Si publicanus pecus meum abduxerit, dum putat contra legem uectigalis aliquid a me factum: 25 quamuis errauerit, agi tamen cum eo ui bonorum raptorum non posse Labeo ait: sane dolo caret: si tamen ideo inclusit, ne pascatur et ut fame periret, etiam utili lege Aquilia. 21 Si per uim abductum pecus inluserit quis, utique ui bonorum raptorum conueniri poterit. 22 In hac actione non utique spectamus rem in bonis actoris esse: <sup>[L. 4, 2, 2 f. 379]</sup> siue sit siue non sit, si tamen ex bonis sit, locum haec actio habebit. quare siue commodata 30 res sit siue locata siue etiam pignerata proponatur siue deposita apud me sic, ut intersit mea eam non auferri, siue bona fide a me possideatur, siue usum fructum in ea habeam uel quod aliud ius, ut intersit mea non rapi: dicendum est competere mihi hanc actionem, ut non dominium accipiamus, sed illud solum, quod ex bonis meis, hoc est ex substantia 23 mea res ablata esse proponatur<sup>4</sup>. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti mihi actio competit in re clam facta, ex hisdem causis habere me hanc actionem. dicit ali- <sup>[L]</sup> quis: adquin ob rem depositam furti actionem non habemus. sed ideo addidi 'si interat' nostra non esse raptam: nam et furti actionem habeo, si in re deposita culpam quoque 24 repromissi uel pretium depositionis non quasi mercedem accepi. Utilius dicendum est et si cesset actio furti ob rem depositam, esse tamen ui bonorum raptorum actionem, quia 40 non minima differentia est inter eum qui clam facit et eum qui rapit, cum ille celet suum

*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> ipse *del.*    <sup>2</sup> ut omnia haec ... damnum datum sit *del.*    <sup>3</sup> quod, si *ins.*    <sup>4</sup> nam *ins.* (*Inet.*)  
<sup>5</sup> ut non dominium ... proponatur *del.*

2 improbiorem *F*    4 quid's *F*<sup>2</sup>    10 is qui coactus] si qui coactus *F*<sup>2</sup>    11 etiam a familiae *F*<sup>2</sup>    12 qui sunt ...    18 dederunt] τινες εἰσὶν ἐκ τῆς φιλίας οἱ ἀρπάζαντες ἀνθρώποι καὶ οἱ τὴν ζημίαν δεδωκότες *BS (Dor.)*    14 etiamsi] etiam *F*<sup>2</sup>    18 uolgo ui (uolgo tibi *F*) bonorum raptorum dicitur] ἐν τῷ πλῆθει βὶ βονόρουμ ραπτόρουμ καλεῖται *BS (Dor.)*    19 malum] maluit *F*<sup>2</sup>    20 multauit *F*<sup>2</sup>

21 qui'a *F*<sup>2</sup>    22 quod *F*<sup>2</sup> | s'tibi *F*<sup>2</sup>    23 nisi seruus *seq.*] εἰ μὴ ἄρα ὁ δοῦλος αὐτοῦ ἢ ἡ φιλία αὐτοῦ ἤμαρτεν· ὑπὲρ γὰρ τοῦ οἰκέτου *cel. BS (Dor.)*    26 uonorum *F*<sup>2</sup>    27 fam'a'e *F*<sup>2</sup>    28 ab' du'e'ctum *F*<sup>2</sup>    32 usu'm' fructum *F*<sup>2</sup>    33 intersit *F*    34 quod] *MC cum Inet.*    quid *O*, si *XY*, *om. F*: ἀλλὰ μόνον, εἰ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἐλήφθη *BS (Dor.)*    36 h'isdem *F*<sup>2</sup>

delictum, hic publicet et crimen etiam publicum admittat. si quis igitur interesse sua uel  
 25 modice docebit, debet habere ui bonorum raptorum actionem. Si fugitiuus meus quasdam  
 res instruendi sui causa emerit eaeque raptae sint, quia in bonis meis hae sunt res, pos-  
 26 sum de his ui bonorum raptorum actione agere. Rerum raptarum nomine etiam furti uel  
 27 damni iniuriae uel conditione agi potest uel certe singulae res uindicari possunt. Haec 5  
 actio heredi ceterisque successoribus dabitur. aduersus heredes autem uel ceteros succes-  
 sores non dabitur, quia poenalis actio in eos non datur. an tamen in id, quod<sup>1</sup> locuple-  
 tiores facti sunt, dari debeat, uideamus. et ego puto ideo praetorem non esse pollicitum  
 in heredes in id quod ad eos peruenit, quia putauit sufficere conditionem. 9  
 3 PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Si seruus rapuerit et cum [B. 60, 17, 3] E  
 libero agatur, etiam, si cum domino experiundi potestas fuit, non recte cum manumisso  
 post annum agatur, quia cum quocumque experiundi potestas fuerit, excluditur actor. si  
 cum domino intra annum actum sit, deinde cum manumisso agatur, rei iudicatae exceptio-  
 nem nocere Labeo ait. 14  
 4 ULPIANUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. Praetor ait: [Πον. 24, 29. B. 60, 17, 4] E  
 'Cuius dolo malo in turba damnum quid factum esse dicetur, in eum in anno, quo pri-  
 mum de ea re experiundi potestas fuerit, in duplum, post annum in simplum iudicium  
 1 2 'dabo'. Hoc edictum de eo damno proponitur, quod quis in turba dedit. Turbam [(Πον.)  
 autem appellatam Labeo ait ex genere tumultus idque uerbum ex Graeco tractum ἀπό τοῦ  
 3 θορυβείν. Turbam autem ex quo numero admittimus? si duo rixam commiserint, utique 20  
 non accipiemus in turba id factum, quia duo turba non proprie dicentur: enimvero si plu-  
 res fuerunt, decem aut quindecim homines, turba dicetur. quid ergo, si tres aut quattuor?  
 turba utique non erit. et rectissime Labeo inter turbam et rixam multum interesse ait:  
 namque turbam multitudinis hominum esse turbationem et coetum, rixam etiam duorum.  
 4 Hoc autem edicto tenetur non solus, qui damnum in turba dedit, sed et is, qui dolo malo 25  
 fecerit, ut in turba damni quid daretur, siue illo uenerit siue non fuerit praesens: dolus  
 5 enim malus etiam absentis esse potest. Hoc edicto dicendum est etiam eum teneri, qui  
 uenit et in turba fuit auctor damni dandi, si tamen et ipse inter turbam fuit, cum damnum  
 daretur, et dolo malo fuit: nam et huius dolo malo in turba damni quid factum esse ne- 29  
 6 gari non potest. Si quis aduentu suo turbam con||citauit uel contraxit, uel clamore uel f. 379'  
 facto aliquo uel dum criminatur aliquem uel dum misericordiam pronocat: si dolo malo  
 eius damnum datum sit, etiamsi non habuit consilium turbae cogendae, tenetur. uerum  
 est enim dolo malo eius in turba damni quid datum: neque enim exigit praetor, ut ab  
 ipso sit turba conuocata, sed hoc, ut dolo alicuius in turba damnum datum sit. eritque  
 haec differentia inter hoc edictum et superius, quod ibi de eo damno praetor loquitur, 35  
 quod dolo malo hominibus coactis datum est uel raptum etiam non coactis hominibus: at  
 hic de eo damno, quod dolo malo in turba datum est, etiamsi non ipse turbam coegit,  
 sed ad clamorem eius uel dicta uel misericordiam turba contracta est, uel si alius contraxit  
 7 uel<sup>2</sup> ipse ex turba fuit. Idcirco illud quidem edictum propter atrocitatem facti quadrupli  
 8 poenam comminatur, at hoc dupli. Sed et hoc et illud intra annum tribuit<sup>3</sup> experiundi 40  
 9 facultatem: post annum in simplum competit. Loquitur autem hoc edictum de damno dato  
 10 et de amisso, de rapto non: sed superiori edicto ui bonorum raptorum agi poterit. Amissa  
 11 autem dicuntur ea, quae corrupta alicui relinquuntur, scissa forte uel fracta. Haec autem  
 actio in factum est et datur in duplum, quanti ea res erit: quod ad pretium uerum rei  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> quo (edd.)? <sup>2</sup> uel] *idem Graeci* (ñ BS): et (Hal.)? <sup>3</sup> quo primum actor habuit *ins.*

2 fugitiuus] fugibus F<sup>1</sup> 3 ha'eaeque F<sup>2</sup> |  
 meis om. F<sup>1</sup>: τῆς ἐμῆς περιουσίας ἐγένετο BS  
 (Dor.) | possunt'm F<sup>2</sup> 12 quia cum 'quo-  
 cum'que F<sup>2</sup> | actor 'et' si F<sup>2</sup>: εἰ δὲ BS  
 15 serto F<sup>1</sup> | ait om. F<sup>1</sup> 25 in om. F<sup>o</sup>  
 28 damni om. F<sup>1</sup> 30 potest] F<sup>2</sup>, possesit F<sup>o</sup> |  
 concitabit F 35 edict'o'um F<sup>2</sup> 36 homi-

nibus 'hos' at F<sup>2</sup> 37 tur'ba' datum F<sup>2</sup>  
 39 quid'em' edictum F<sup>2</sup> 40 sed et hoc *seq.*  
 καὶ τοῦτο δὲ καὶ ἐκεῖνο τὸ ἔδικτον ἐντὸς ἐνιαυ-  
 τοῦ οὐπιλοῦν δίλωσι τὴν ἀγωγὴν BS (Dor.)  
 42 et' F<sup>2</sup> | non om. F<sup>1</sup>: περὶ ἀρπαγῆς οὐδὲν  
 λέγων BS (Dor.)

- refertur. et praesentis temporis fit aestimatio: et semper in duplum intra annum est.
- 12 Docereque actor in turba damnus esse datum debet: ceterum si alibi datum sit quam in  
 13 turba, cessabit haec actio. Si, cum seruum meum Titius pulsaret, turba fuerit collecta  
 isque seruus in ea turba aliquid perdidit, cum eo qui pulsabat agere possum, quippe  
 cum in turba dolo malo damnum datum sit: sic tamen, si, ut damnum daret, ideo coeperat  
 14 caedere. ceterum si alia causa uerberandi fuit, cessat actio. Sed et si quis ipse turbam  
 conuocasset, ut turba coram seruum uerberaret iniuriae faciendae causa, non damni dandi  
 consilio, locum habet edictum. uerum est enim eum, qui per iniuriam uerberat, dolo facere  
 15 et eum, qui causam praebuit damni dandi, damnum dedisse. In seruum autem<sup>1</sup> et in fami-  
 16 liam praetor dat actionem. Quae de heredibus ceterisque successoribus in ui bonorum  
 raptorum actione diximus, et hic erunt repetita.
- 5 GAIUS libro uicensimo primo ad edictum prouinciale. Non prodest ei qui [B. 60, 17, 5] E  
 ui rapuit ad euitandam poenam, si ante iudicium restituat rem quam rapuit.
- 6 UENULEIUS libro septimo decimo stipulationum. Quod ui possessum raptumue [B. 60, 17, 6] P  
 sit, antequam in potestatem domini heredisue eius perueniat, usucapi lex uetat. 15

## VIII.

R DE INCENDIO RUINA NAUFRAGIO RATE NAUE  
 EXPUGNATA R

EPS

- 1 ULPIANUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. Prae- [Pom. 24, 27. B. 53, 3, 25. 60, 20, 1] E  
 tor ait: 'In eum, qui ex incendio ruina naufragio rate naue expugnata quid rapuisse re-  
 cepisse dolo malo damnum quid in his rebus dedisse dicitur: in quadruplum in anno, quo  
 'primum de ea re experiendi potestas fuerit, post annum in simplum iudicium dabo. Item  
 1 'in seruum et in familiam iudicium dabo'. Huius edicti utilitas euidentis et iustissima [(Pom.)  
 seueritas est, si quidem publice interest nihil rapi ex huiusmodi casibus. et quamquam  
 sint de his facinoribus etiam criminum executiones, attamen recte praetor fecit, qui forenses  
 2 quoque actiones criminibus istis praeposuit<sup>2</sup>. 'Ex incendio' quemadmodum accipimus, utrum  
 ex ipso igne an uero ex eo loco, ubi incendium fit? et melius sic accipietur<sup>3</sup> propter in-  
 cendium, hoc est propter tumultum incendii uel trepidationem incendii, rapit: quemadmo-  
 dum solemus dicere in bello amissum, quod propter causam belli amittitur. proinde si ex  
 3 adiacentibus praediis, ubi incendium fiebat, raptum || quid sit, dicendum sit<sup>4</sup> edicto locum l. 389  
 8 esse, quia uerum est ex incendio rapi. Item ruinae appellatio refertur ad id tempus, quo  
 4 ruina fit, non tantum si ex his quae ruerunt tulerit quis, sed etiam si ex adiacentibus. Si  
 suspicio fuit incendii uel ruinae, incendium uel ruina non fuit, uideamus, an hoc edictum  
 locum habeat. et magis est, ne habeat, quia neque ex incendio neque ex ruina quid raptum  
 5 est. Item ait praetor: 'si quid ex naufragio'. hic illud quaeritur, utrum, si [(B. 60, 20, 1)]  
 quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit, an uero et si alio tempore, hoc est post nau-  
 fragiumque: nam<sup>5</sup> res ex naufragio etiam hae dicuntur, quae in litore post naufragium  
 iacent. et magis est, ut de<sup>6</sup> eo tempore  
 F(XYMOG). Petrus 3, 29 = l. 5

<sup>1</sup> autem] item (Cuiacius: cf. u. 22: καὶ κατὰ λόγους δὲ BS)? <sup>2</sup> propositus (edd.)? <sup>3</sup> ut ex incendio rapere uideatur qui ins. (u. i.) <sup>4</sup> dicendum est (λέγονται BS)? <sup>5</sup> naufragium: namque (edd.)? <sup>6</sup> de del. (edd.)

2 docerequ'a'e F<sup>2</sup> 4 possum] posse F<sup>1</sup>  
 6 cedere F | ueruerandi F<sup>1</sup> 7 uerueraret F<sup>1</sup>  
 9 et om. F<sup>o</sup>, uertunt BS 12 gaius] paulus Y |  
 uicensimo primo] FYO, xxii X, xx M, xii  
 Petr. | prouinciale om. X 13 ad uitandam  
 poenam M, ad penam euitandam Y | rem  
 quam rapuit restituat XY 14 e'r'aptumue  
 F<sup>2</sup>: εἴ τινη βί ποσσεύω ἐπιγέρηται ἀρπαγή BS  
 (Dor.), τὸ βίᾳ νημόμενον καὶ τὸ ἀρπαγὴν B

(Anon.) 15 potestate F | peruena't F<sup>1</sup>  
 17 ruina'e F<sup>2</sup> 20 recepi'sse F<sup>2</sup> 26 prae-  
 posuit] προτεθεικώς BS 27 et melius sic  
 accipietur propter incendium ... rapit] καὶ  
 βέλτιον ἐστὶν οὕτω λέγειν ἡμᾶς, ὅτι πᾶν τις ὁ  
 διὰ τὸν ἐμπρησμόν ἀφέλνται ... ἀπὸ ἐμπρησμοῦ  
 δοκεῖ λαμβάνειν BS (Dor.): ad quae supplendi  
 uerba hiantia 37 quae] qui F<sup>1</sup>

- 2 GAIUS libro uicensimo primo ad edictum prouinciale. et loco, [B. 53, 3, 25] E
- 3 ULPIANUS libro quinquagensimo sexto ad edictum. quo naufragium fit uel factum est, E  
 si quis rapuerit, incidisse in hoc edictum uideatur. qui autem rem in litore [B. 60, 20, 2]  
 iacentem, postea quam naufragium factum est, abstulit, in ea condicione est, ut magis fur  
 sit quam hoc edicto teneatur, quemadmodum is, qui quod de uehiculo excidit tulit. nec 5  
 1 rapere uidetur, qui in litore iacentem tollit<sup>1</sup>. Deinde ait praetor 'rate nani expugnata'. (B)  
 expugnare uidetur, qui in ipso quasi proelio et pugna aduersus nauem et ratem aliquid  
 2 rapit, siue expugnet siue praedonibus expugnantibus rapiat. Labeo scribit aequum [B. 60, 20, 2]  
 fuisse, ut, siue de domo siue in uilla expugnatis aliquid rapiatur, huic edicto locus sit:  
 nec enim minus in mari quam in uilla per latrunculos inquietamur uel infestari possumus. 10
- 3 Non tantum autem qui rapuit, uerum is quoque, qui recepit ex causis supra scriptis, tene-  
 tur, quia receptores non minus delinquant quam adgressores. sed enim additum est 'dolo  
 malo', quia non omnis qui recipit statim etiam delinquit, sed qui dolo malo recipit. quid  
 enim, si ignarus recipit? aut quid, si ad hoc recepit, ut custodiret saluaque faceret ei qui  
 4 amisserat? utique non debet teneri. Non solum autem qui rapuit, sed et qui abstulit uel 15  
 5 amouit uel damnum dedit uel recepit, hac actione tenetur. Aliud esse autem rapi, aliud  
 amoueri palam est, si quidem amoueri aliquid etiam sine ui possit: rapi autem sine ui non  
 6 potest. Qui eiecta naue quid rapuit, hoc edicto tenetur. 'eiecta' hoc est quod Graeci (B)  
 7 αινωτ εζεπαρσεν. Quod ait praetor de damno dato, ita demum locum habet, si [B. 60, 20, 2]  
 dolo damnum datum sit: nam si dolus malus absit, cessat edictum. quemadmodum ergo 20  
 procedit, quod Labeo scribit, si defendendi mei causa uicini aedificium orto incendio dis-  
 sipauerim, et meo nomine et familiae iudicium in me dandum? cum enim defendendarum  
 mearum aedium causa fecerim, utique dolo careo. puto igitur non esse uerum, quod Labeo  
 scribit. an tamen lege Aquilia agi cum hoc possit? et non puto agendum: nec enim in-  
 iuria hoc fecit, qui se tueri uoluit, cum alias non posset. et ita Celsus [cf. D. 43, 24, 7, 4] 25  
 8 scribit. Senatus consultum Claudianis temporibus factum est, ut, si quis ex naufragio (B)  
 clauso uel unum ex his abstulerit, omnium rerum nomine teneatur. item alio [B. 53, 3, 25]  
 senatus consulto cauetur eos, quorum fraude aut consilio naufragi suppressi: per uim fuis-  
 sent<sup>2</sup>, ne nauis uel ibi periclitantibus opitulentur, legis Corneliae, quae de sicariis lata est,  
 poenis adficiendos: eos autem, qui quid ex miser- [B. 53, 3, 31. cf. l. Rhod. c. 50 (5, 127 Heimb.)] 30  
 rima naufragorum fortuna rapuissent lucratiue fuissent dolo malo, in quantum edicto prae-  
 toris actio daretur, tantum et fisco dare debere.
- 4 PAULUS libro quinquagensimo quarto ad edictum. Pedius posse etiam dici ex naufragio E  
 1 rapere, qui, dum naufragium fiat, in illa trepidatione rapiat. Diuus Antoninus de his, qui  
 praedam ex naufragio diripuissent, ita rescripsit: 'Quod de naufragiis<sup>3</sup> nauis et ratis scripisti 35  
 'mihi, eo pertinet, ut explores, qua poena adficiendos || eos putem, qui diripuissent aliqua ex f. 380'  
 illo probantur. et facile, ut opinor, constitui potest: nam plurimum interest, peritura colle-  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> nec rapere ... tollit *del.*    <sup>2</sup> *sententia requiritur talis (u. i.):* eos, quorum fraude aut consilio naufragium suppressum esset quiaue per uim fecissent    <sup>3</sup> naufragio?

4 abstulit F<sup>2</sup> 7 qui τῆν F<sup>2</sup> 10 possimus F<sup>2</sup> 13 qui recepit F<sup>2</sup>: ὑποδεχόμενος BS 14 ad hoc recipit F<sup>2</sup>: ὑπεδέξατο BS 18 ei n'ecta F<sup>2</sup> | quod' F<sup>2</sup> 20 dolo] dolo malo F<sup>2</sup> 22 me'o' nomine F<sup>2</sup> 28 suppressit F: cf. D. 48, 8, 3, 4 qui naufragium suppresserit ... ex senatus consulto poena legis Corneliae punitur. naufragium *supprimere* quamquam Byzantii acceperunt de furto facto ex naufragio (nam et B. 53, 3, 25 legitur: κατέχεται δὲ τῷ δὲ σικάρησι καὶ ὁ λαβῶν ἀπὸ ναυαγίου et saec. IX Leo Sapiens nou. 64 id mutauit non sine causa tantam seueritatem miratus: ἐκεῖνο δὲ λίαν θαυμάζω, πῶς ὁ τὰ ἐκ θαλάττης κινδύνοῦ ἀποκρῦπτόμενος τοσοῦτον

ἔδοξεν ἀμαρτεῖν ὥστε θάνατον ἐπάγειν ἀγτῷ τὴν τοιαύτην ἀμαρτίαν), tamen uere significat nauem tempestate fractam ui doloue malo submergere, qualem significationem hoc quoque loco grauius corrupto obtinere consentaneum est. denique suppressi fuissent in eiusmodi enuntiato sermonis leges non admittunt 29 ibi Taur., sibi F<sup>2</sup>, isi F<sup>2</sup> | periclitantibus F<sup>2</sup> | est' F<sup>2</sup> 31 naufragorum] sic Hal. cum Graecis: τῶν ναυαγισάντων (l. Rhod.), naufragiorum F<sup>2</sup> 34 dum naufragium fiat] FC, cum nondum naufragium fiat X<sup>2</sup>M<sup>2</sup>, nondum naufragium fiat X<sup>2</sup>Y, dum naufragium non fiat O, inc. M<sup>2</sup> 37 opinor] ponior F<sup>2</sup>, opiinor (uoluit opinor) F<sup>2</sup>



- 'gerint an quae aevuari possint flagitiose inuaserint. ideoque si gra- [Pon. 26, 8. l. Rhod. c. 51  
'uor praeda ui adpetita uidebitur, liberos quidem fustibus caesos in triennium relegabis  
'aut, si sordidiores erunt, in opus publicum eiusdem temporis dabis: seruos flagellis caesos  
'in metallum damnabis. si non magnae pecuniae res fuerint, liberos fustibus, seruos flagellis  
'caesos dimittere poteris'. et omnino ut in ceteris, ita huiusmodi causis<sup>1</sup> ex per- [(Pon. B) 5  
sonarum condicione et rerum qualitate diligenter sunt aestimandae, ne quid aut durius aut  
2 remissius constituatur, quam causa postulabit. Hae actiones heredibus dantur. in heredes  
eatenus dandae sunt, quatenus ad eos peruenit.
- 5 GAIUS libro uicensimo primo ad edictum prouinciale. Si quis ex [B. 53, 3, 39. 60, 20, 3 E  
naufragio uel ex incendio ruinae seruatae rem et alio loco positam subtraxerit aut ra- 10  
puerit, furti scilicet aut alias ui bonorum raptorum iudicio tenetur, maxime si non intel-  
legebat ex naufragio uel incendio ruinae eam esse. iacentem quoque rem ex naufragio,  
quae fluctibus expulsa sit, si quis abstulerit, plerique idem putant. quod ita uerum est,  
si aliquod tempus post naufragium intercesserit: alioquin si in ipso naufragii tempore id  
acciderit, nihil interest, utrum ex ipso mari quisque rapiat an ex naufragiis an ex litore. 15  
de eo quoque, quod ex rate naue expugnata raptum sit, eandem interpretationem adhibere  
debemus.
- 6 CALLISTRATUS libro primo edicti monitorii. Expugnatur naus, cum spoliatur aut mer- Bf  
gitur aut dissoluitur aut pertunditur aut funes eius praeciduntur aut uela consciuntur  
aut ancorae inuolantur de mare. 20
- 7 IDEM libro secundo quaestionum. Ne quid ex naufragiis deripiatur uel quis extraneus P  
interueniat colligendis eis, multifariam prospectum est. nam et diuus Hadrianns edicto  
praecipit, ut hi, qui iuxta litora maris possident, scirent, si quando naus uel inficta uel  
fracta intra fines agri cuiusque fuerit, ne naufragia deripiant, in ipsos iudicia praesides his,  
qui res suas directas queruntur, reddituros, ut quidquid probauerint ademptum sibi nau- 25  
fragio, id a possessoribus recipiant. de his autem, quos diripuisse probatum sit, praesidem  
ut de latronibus grauem sententiam dicere. ut facillior sit probatio huiusmodi admissi, per-  
misit his et quidquid<sup>2</sup> passos se huiusmodi queruntur, adire praefectos et ad eum testari  
reosque petere, ut pro modo culpae uel uincti uel sub fideiussoribus ad praesidem remit-  
tantur. a domino quoque possessionis, in qua id admissum dicatur, satis accipi, ne cogni- 30  
tioni desit, praecipitur. sed nec interuenire naufragiis colligendis aut militem aut priuatum  
aut libertum seruumue principis placere sibi ait senatus.
- 8 NERATIUS libro secundo responsorum. Ratis ui fluminis in agrum meum delatae non P  
aliter potestatem tibi faciendam, quam si de praeterito quoque damno mihi cauisses. 34
- 9 GAIUS libro quarto ad legem duodecim tabularum. Qui aedes aceruumue [B. 60, 39, 6 Pf  
frumenti iuxta domum positum conbuserit, uinctus uerberatus igni necari iubetur, si modo  
sciens prudensque id commiserit. si uero casu, id est negligentia, aut noxiam sarcire  
iubetur aut, si minus idoneus sit, leuius castigatur. appellatione autem aedium omnes spe- 39  
cies aedificii continentur.
- 10 ULPIANUS libro primo opinionum. Ne piscatores nocte lumine ostenso fallant nau- S  
gantes, quasi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naues et qui in eis  
F(XYMO)

<sup>1</sup> ut in ceteris causis ita huiusmodi?  
permisit his qui quid (*sic fere edd.*)?

<sup>2</sup> et ut facillior sit probatio huiusmodi admissi,

1 si grauior praeda ui adpetita uidebitur] δ  
βαρυτέρα πραιδα και βία ἀφελόμενος πράγματα  
l. Rhod., ei ... τινές ὑφῆρπασαν ὡς βαρυτέραν  
πραιδαν ποιήσαντες Pon. 2 liberos quidem  
fustibus caesos in triennium relegabis] idem  
Graeci: ἐλεύθεροι μὲν ὄντες ῥοπάλοις τυπτό-  
μενοι ἐπὶ τρισὶ χρόνοις ἐξορίζονται Pon. 6 qua-  
litate 'et' diligenter F<sup>2</sup> | sunt] poenae sunt  
XYMOC 7 'hae F<sup>2</sup> 15 naufragiis F<sup>2</sup>

16 expu'ta'gnata F<sup>2</sup> | interpra'etationem F<sup>3</sup>  
19 praeci'duntur F<sup>2</sup> 21 deripiatur F 23 in-  
ficta] FXYOC, infixa M 24 deripiant F  
27 ut] F<sup>2</sup>, et quo F<sup>2</sup> 28 his et] F<sup>2</sup>, eis F<sup>2</sup> |  
ad] F<sup>2</sup>, apud F<sup>2</sup> 36 conbuserit F<sup>2</sup>, conu-  
serit F<sup>2</sup> | uinctus] XYMOC, uictus F: ὁ  
οικίαν ... καύσας ἐν εἰδήσει τυπτόμενος fine-  
ται πυρικαύτος B (Anon.) | uerberatus F<sup>2</sup>  
37 noxiam F<sup>2</sup>

sunt deducant sibi que execrandam praedam parent, praesidis prouinciae relligiosa con- f. 381 stantia efficiat.

- 11 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Si fortuito incendium factum [B. 60, 20, 4] S sit, uenia indiget, nisi tam lata culpa fuit, ut luxuria aut dolo sit proxima. 4
- 12 ULPIANUS libro octauo de officio proconsulis<sup>1</sup>. Licere unicuique naufragium suum im- S 1 pune colligere constat: idque imperator Antoninus cum diuo patre suo rescripsit. Qui data opera in ciuitate incendium fecerint, si humiliore loco sint, [Coll. 12, 5, 1. B. 60, 39, 6] bestiiis obici solent: si in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur aut certe in insulam deportantur<sup>2</sup>.

## X.

10

## R DE INIURIIS ET FAMOSIS LIBELLIS R

ESP

- 1 ULPIANUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. Iniuria ex eo dicta est, [B. 60, 21, 1] E quod non iure fiat: omne enim, quod non iure fit, iniuria fieri dicitur. hoc generaliter. specialiter autem iniuria dicitur contumelia. interdum iniuriae appellatione damnum culpa datum significatur, ut in lege Aquilia dicere solemus: interdum iniquitatem iniuriam di- 15 cimus, nam cum quis inique uel iniuste sententiam dixit, iniuriam<sup>3</sup> ex eo dictam, quod 1 iure et iustitia caret, quasi non iuriam, contumeliam autem a contemnendo. Iniuriam autem fieri Labeo ait aut re aut uerbis: re, quotiens manus inferuntur: uerbis autem, quo- 2 tiens non manus inferuntur, conuicium fit<sup>4</sup>: omnemque iniuriam aut in corpus inferri aut ad dignitatem aut ad infamiam pertinere: in corpus fit, cum quis pulsatur: ad dignitatem, 30 3 cum comes matronae abducitur: ad infamiam, cum pudicitia adtemptatur. Item aut per semet ipsum alicui fit iniuria aut per alias personas. per semet, cum directo ipsi<sup>5</sup> cui patri familias uel matri familias fit iniuria: per alias, cum per consequentias fit, cum fit liberis meis uel seruis meis uel uxori nuriue: spectat enim ad nos iniuria, quae in his 4 fit, qui uel potestati nostrae uel affectui subiecti sint. Et si forte cadaueri defuncti fit 25 iniuria, cui heredes bonorumue possessores exstitimus, iniuriarum nostro nomine habemus actionem: spectat enim ad existimationem nostram, si qua ei fiat iniuria. idemque et si 5 fama eius, cui heredes exstitimus, laessatur. Usque adeo autem iniuria, quae fit liberis nostris, nostrum pudorem pertingit, ut etiamsi uolentem filium quis uendiderit, patri suo quidem nomine competit iniuriarum actio, filii uero nomine non competit, quia nulla in- 30 6 iuria est, quae in uolentem fiat. Quotiens autem funeri testatoris uel cadaueri fit iniuria, si quidem post aditam hereditatem fiat, dicendum est heredi quodammodo factam (semper enim heredis interest defuncti existimationem purgare): quotiens autem ante aditam hereditatem, magis hereditati, et sic heredi per hereditatem adquiri. denique Iulianus scribit, si corpus testatoris ante aditam hereditatem detentum est, adquiri hereditati actiones du- 35 F(XYMO). Petrus 3, 58 = l. 1 pr. (iniuria ... fiat et iniuriae appellatione ... significatur)

<sup>1</sup> de naufragiis et [incendiariis] add. Coll. <sup>2</sup> Incendiariis lex quidem Cornelia aqua et igni interdicti iussit: sed uarie sunt puniti. nam qui data opera in ciuitate incendium fecerunt, si in humillimo loco sunt, bestiis subici solent, si in aliquo gradu et Romae id fecerunt, capite puniri: aut certe (*exciderunt quaedam*) adficiendi sunt qui haec committunt Coll. <sup>3</sup> nos dicimus accepisse a iudice. et puto iniuriam *similiae ins.* (u. i.) <sup>4</sup> conuicium fit del. <sup>5</sup> ipsi del.

1 parent] *Taur.*, darent *FXYMO* 4 luxoria *F* 12 quinquagesimo sexto] *FO*, ui *X*, uii *M*, ii *Y*, u *Petr.* | ex ε'ο' dicta est *F*<sup>2</sup>, dicta est ex eo *Petr.* 13 fiat] fit *Y* 14 culpa] sine culpa *Petr.* 15 dicemus *F* 16 nam cum quis *seq.*] non plenius legerunt *Graeci*: ὅτε τις δικάζων ἀδικῶς ἀποφαίνεται. καλεῖται δὲ iniούρια ἢ ὕβρις *BS* (*Dor.*). cf. *Inst.* 4, 4 pr.: cum enim praetor uel iudex non iure contra quem pronuntiat, iniuriam accepisse dicitur et *Paulus* l. sing. de iniuriis (*Coll.* 4, 5, 1): nam

cum praetor non iure (praetor noster *codd.*) aduersus nos pronuntiat, iniuriam nos accepisse dicimus | dictam] dictiam *F*<sup>1</sup> 17 iustitia *F*<sup>4</sup> | contumendo *F*<sup>1</sup> 18 quotiens non manus inferuntur conuincium fit *F*, quotiens non manus inferuntur ut (sed *C*<sup>4</sup>) cum conuicium fit *XYMO*<sup>4</sup>, inc. *M*<sup>4</sup>*C*<sup>4</sup>: ὅτε διχα χειρῶν διὰ λόγων ὕβριζει *BS* (*Dor.*) 23 fit iniuria] uelit iniuria *F*<sup>4</sup> 24 liberos *F*<sup>4</sup> 31 testaris *F*: τοῦ τεστάρωρος *BS* 33 punire *F*<sup>2</sup> 35 detentum *m* *F*<sup>4</sup>

- bium non esse. idemque putat et si ante aditam hereditatem seruo hereditario iniuria  
 7 facta fuerit: nam per hereditatem actio heredi adquiretur. Labeo scribit, si quis seruum  
 hereditarium testamento manumissum ante aditam hereditatem uerberauerit, iniuriarum  
 heredem agere posse: at si post aditam hereditatem uerberatus sit, siue scit se liberum  
 8 siue ignorat, ipsum agere posse. Siue autem sciat quis filium meum esse uel uxorem  
 9 meam, siue ignorauerit, habere me meo nomine actionem Neratius scripsit. Idem ait Nera-  
 tius ex una iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem neque ullius actionem per  
 alium consumi. ut puta uxori meae filiae | familias iniuria facta est: et mihi et patri eius f. 381'  
 et ipsi iniuriarum actio incipiet competere.
- 2 PAULUS libro quinquagesimo ad edictum. Quod si uiro iniuria [I. 4, 4, 2. B. 60, 21, 2] *F*  
 facta sit, uxor non agit, quia defendi uxores a uiris, non uiros ab uxoribus aequum est.
- 3 ULPIANUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. Illud relatum peraeque [B. 60, 21, 3] *E*  
 1 est eos, qui iniuriam pati possunt, et facere posse. Sane sunt quidam, qui facere non pos-  
 sunt<sup>1</sup>, ut puta furiosus et inpubes, qui doli capax non est: namque hi pati iniuriam solent,  
 non facere. cum enim iniuria ex affectu facientis consistat, consequens erit dicere hos, 15  
 2 siue pulsant siue conuicium dicant, iniuriam fecisse non uideri. Itaque pati quis iniuriam,  
 etiamsi non sentiat, potest, facere nemo, nisi qui scit se iniuriam facere, etiamsi nesciat  
 3 4 cui faciat. Quare si quis per locum percutiat aut dum certat, iniuriarum non tenetur. Si  
 quis hominem liberum ceciderit, dum putat seruum suum, in ea causa est, ne iniuriarum  
 teneatur.
- 4 PAULUS libro quinquagesimo ad edictum. Si, cum seruo meo pugnum du- [B. 60, 21, 4] *F*  
 cere uellem, in proximo te stantem inuitus percusserim, iniuriarum non teneor.
- 5 ULPIANUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. Lex Cornelia de iniuriis [B. 60, 21, 5] *E*  
 competit ei, qui iniuriarum agere uolet ob eam rem, quod se pulsatum uerberatumue do-  
 mumue suam ui introitam esse dicat. qua lege cauetur, ut non iudicet, qui ei qui agit<sup>2</sup> 15  
 gener socer, uitricus priuignus, sobrinusue est propiusue eorum quemquem<sup>3</sup> ea cogna-  
 tione adfinitatene<sup>4</sup> attinget, quibus eorum eius<sup>5</sup> parentisue cuius eorum patronus erit. lex  
 itaque Cornelia ex tribus causis dedit actionem: quod quis pulsatus uerberatusue domusue  
 eius ui introita sit. apparet igitur omnem iniuriam, quae manu fiat, lege Cornelia con-  
 1 tineri. Inter pulsationem et uerberationem hoc interest, ut Ofilius scribit: uerberare est 20  
 2 cum dolore caedere, pulsare sine dolore. Domum accipere debemus non proprietatem do-  
 mus, sed domicilium. quare siue in propria domu quis habitauerit siue in conducto uel  
 3 gratis siue hospicio receptus, haec lex locum habebit. Quid si quis in uilla habitet uel  
 4 in hortis? idem erit probandum. Et si dominus fundum locauerit inque eum impetus  
 5 factus sit, colonus aget, non dominus. Si tamen in fundum alienum, qui domino colebatur<sup>6</sup>, 25  
 introitum sit, Labeo negat esse actionem domino fundi ex lege Cornelia, quia non possit  
 ubique domicilium habere, hoc est per omnes uillas suas. ego puto ad omnem habitus  
*F(XYMOG)*. *Petrus 1, 55 = l. 2*

<sup>1</sup> pati possunt *ins.*    <sup>2</sup> exciderunt quaedam (u. i.)    <sup>3</sup> quemquem] quem?    <sup>4</sup> adfinitatene *del.*  
*(Krueger: u. i.)*    <sup>5</sup> eius] cuius (*Schulting*)?    <sup>6</sup> si tamen ... colebatur] *requiruntur talia: si*  
 tamen dominus auit. quamquam etsi adfuit, si in fundum, qui per alienum domino colebatur

2 seruu's'm *F*<sup>1</sup>    3 a'd'nte *F*<sup>1</sup>    4 at] ad *F*  
 uerueratus *F*<sup>2</sup> | se] sed *F*<sup>2</sup>    7 iniuria m'rum *F*<sup>1</sup>  
 8 iniuria m' facta *F*<sup>2</sup>    10 quinquagesimo]  
 i *Petr.*, om. *MO* | quod om. *Petr.*    11 sit] fue-  
 rit *Petr.* | agit] aget *Petr.* | uxores defendi  
*Petr.* | non uiros ab uxoribus (*sic F*<sup>1</sup> cum *BS*:  
 ὑπὸ τῶν γαμετῶν αὐτῶν et *Inst.*, uxore *F*<sup>2</sup>)  
 aequum est] uiri ab uxoribus non aequum  
 est *Petr.*    13 sane sunt *seq.*] eici δὲ τινες  
 ὕβριζεσθαι μὲν δυνάμενοι, ὁποῖός ἐστιν ὁ μὲν-  
 νόος *BS (Dor.)*    16 dicent *F*    18 cui faciat  
 om. *F*<sup>2</sup>: κὰν ἀγνοῆ, τίνι γίνεταί ἢ ὕβρις *B*  
 (*Anon.*) | percutat *F*<sup>2</sup>    22 bellem *F*    24 uer-  
 ueratumue *F*<sup>2</sup>    25 qui ei qui agit *seq.*] *cf.*

*lex repet. u. 10. 20. 22 (C. I. L. I p. 58. 59):*  
 [dum nei quis iud]ex siet, quoi is queiue ei  
 qui petet gener socer uitricus priuignusue  
 siet, queiue ei sobrinus siet propiusue eum  
 ea cognatione attingat. excidisse quaedam post  
 ei qui agit, *exempli causa* eiue quocum ag-  
 tur, inde *intellegitur*, quod *deinceps legitur* eor-  
 um quem, non eum, item eorum cuius, non eius  
 26 prouignus *F*<sup>2</sup> | propiusue *F*    28 qui's' *F*<sup>2</sup> |  
 uerueratusue *F*<sup>2</sup>    30 pulsatione's'm *F*<sup>2</sup> | uer-  
 uerare *F*<sup>2</sup>    31 cedere *F*    33 'hospitio *F*<sup>2</sup>  
 35 si tamen ... 36 introitum sit] ei δὲ καὶ  
 εἰς ἀλλότριον ἀγρὸν τῷ δεσπότῃ γεωργούμενον  
 ἐπεισῆλθέ τις *BS*

tionem, in qua pater familias habitat, pertinere hanc legem, licet ibi quis domicilium non habeat. ponamus enim studiōrum causa Romae agere: Romae utique domicilium non habet et tamen dicendum est, si<sup>1</sup> ui domus eius introita fuerit, Corneliam locum habere: tantum igitur ad meritoria uel stabula non pertinebit: ceterum ad hos pertinebit, qui inhabitant 6 non momenti causa, licet ibi domicilium non habeant. Illud quaeritur, an pater filio fa- 5 milias iniuriam passo ex lege Cornelia iniuriarum agere possit: et placuit non posse deque ea re inter omnes constat. sed patri quidem praetoria iniuriarum actio competit, filio uero 7 legis Corneliae. In lege Cornelia filius familias agere potest ex omni causa nec cauere debet ratam rem patrem, habiturum: nam nec alias agentem filium iniuriarum ad cautio- 8 nem de rato compellendum Iulianus scribit. Hac lege permittitur actori ius iurandum de- 10 ferre, ut reus iuret iniuriam se non fecisse. sed Sabinus in adessorio etiam praetores 9 exemplum legis secuturos ait: et ita res se || habet. Si quis librum ad infamiam alicuius f. 882 pertinentem scripserit composuerit ediderit doloue malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamsi alterius nomine ediderit uel sine nomine, uti de ea re agere liceret et, si con- 10 demnatus sit qui id fecit, intestabilis ex lege esse iubetur. Eadem poena ex senatus con- 11 sulto tenetur etiam is, qui ἐπιγράμματα aliudue quid sine<sup>2</sup> scriptura in notam aliquorum 11 produxerit: item qui emendum uendendumue curauerit. Et ei, qui indicasset, siue liber siue seruus sit, pro modo substantiae accusatae personae aestimatione iudicis praemium constituitur, seruo forsitan et libertate praestanda. quid enim si publica utilitas ex hoc emergit?

6 PAULUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. Quod senatus consultum [B. 60, 21, 6] E necessarium est, cum nomen adiectum non est eius, in quem factum est: tunc ei<sup>3</sup>, quia difficilis probatio est, uoluit senatus publica quaestione rem uindicari. ceterum si nomen adiectum sit, et iure communi iniuriarum agi poterit: nec enim prohibendus est priuato agere iudicio, quod<sup>4</sup> publico iudicio praeiudicatur, quia ad priuatam causam pertinet. plane 15 si actum sit publico iudicio, denegandum est priuatum: similiter ex diuerso.

7 ULPIANUS libro quinquagesimo septimo ad edictum. Praetor [B. 60, 21, 7. cf. Coll. 2, 6, 1] E edixit: qui agit iniuriarum, certum dicat, quid iniuriae factum sit: quia qui famosam actionem intendit, non debet uagari cum discrimine alienae existimationis, sed designare 1 et certum specialiter dicere, quam se iniuriam passum contendit. Si dicatur homo iniuria 30 occisus, numquid non debeat permittere praetor priuato iudicio legi Corneliae praeiudicari? idemque et si ita quis agere uelit 'quod tu uenenum dedisti hominis occidendi causa'? rectius igitur fecerit, si huiusmodi actionem non dederit. adquin solemus dicere, ex quibus causis publica sunt iudicia, ex his causis non esse nos prohibendos, quo minus et priuato 35 agamus. est hoc uerum, sed ubi non principaliter de ea re agitur, quae habet publicam 35 executionem. quid ergo de lege Aquilia dicimus? nam et ea actio principaliter hoc continet, hominem occisum<sup>5</sup> non principaliter: nam ibi principaliter de damno agitur, quod F(XYMO)

<sup>1</sup> ibi *ins.*    <sup>2</sup> nominis *ins.* (cf. u. 22 et D. 22, 5, 21 pr. 28, 1, 18, 1 et Paulus 5, 4, 15)    <sup>3</sup> enim (u. i.)?    <sup>4</sup> quo (edd.)?    <sup>5</sup> num et ea actio principaliter hoc continet hominem occisum?

4 ad meritoria uel stabula] εἰς πανδοχεῖα ... καὶ εἰς τὰ ἀκρατοπόλια BS et B 6 et om. F<sup>2</sup> 7 patri om. F<sup>2</sup> 12 secuturos] FC, secutos XMO et sic uertunt BS: ὁ δὲ Σαβίνος ἔλεγεν, ὅτι οἱ πραιτωρεὶς ἠκολούθησαν τῷ Κορνηλίῳ, secutus Y | lib'rum F<sup>2</sup> 14 uti de ea re agere liceret] ἔξεστι κατ' αὐτοῦ κινεῖν τὴν ἰν-ιογυρίαρῶν BS 15 qui 'id F<sup>2</sup> 16 etiam is qui ἐπιγράμματα ... 17 produxerit] καὶ ὁ ἐπιγράμματα ποιῶν ἢ ἕτερόν τι ἀγραφὸν εἰς ὕβριν τινὸς προφέρων BS (Dor.) similiterque B (Anon.) 17 emendum 'uendendum'ue F<sup>2</sup>: ὁ πιπράσκων ἢ ἀροράζων BS 18 praemium] edd. cum BS et B: ἐπαθλον, pretium FXYMO 19 forsitan F | libertate m' praest. F<sup>2</sup> 22 est' cum

F<sup>2</sup> | tunc ei] FY<sup>2</sup>, tunc enim XYMO<sup>4</sup>, tunc enim ei C<sup>2</sup>: τότε γάρ BS (Dor.) 23 uolbit F<sup>2</sup> 36 nam et ea ... 37 non principaliter] καὶ γάρ καὶ οὗτος (ὁ Ἀκογίλιος) πρωτοτύπως τὴν τοῦ ἀνθρώπου ἀναίρεσιν περιέχει ... οὐκ ἔστι πρωτοτύπως ἐπὶ τοῦ Ἀκογίλιου ἢ περὶ τοῦ φόνου ἐναρωγῆ BS (Dor.): idem igitur legit interpret, sed uertit male, nam quod est hoc non est 'hominem occisum esse', sed 'id quod requirimus, damnum priuato datum'. quamquam durum hoc est et praestat emendatio supra commendata. sane hoc uult Ulpianus regulae propositae non obstare ne Aquiliam quidem legem, nimirum et in ea principaliter agi de damno dato, non principaliter de homine occiso 37 damno quod agitur quod F<sup>2</sup>

domino datum est, at in actione iniuriarum de ipsa caede uel ueneno ut uindicetur, non ut damnum sarcatur. quid ergo, si quis idcirco uelit iniuriarum agere, quod gladio caput eius percussum est? Labeo ait non esse prohibendum: neque enim utique hoc, inquit, intenditur, quod publicam habet animaduersionem. quod uerum non est: cui enim dubium 2 est etiam hunc dici posse Corneliam conueniri? Praeterea illo spectat dici certum de iniuria, quam passus quis sit, ut ex qualitate iniuriae sciamus, an in patronum liberto reddendum sit iniuriarum iudicium. etenim meminisse oportebit liberto aduersus patronum non quidem semper, uerum interdum iniuriarum dari iudicium, si atrox sit iniuria quam passus sit, puta, si seruilis. ceterum leuem coercionem utique patrono aduersus libertum dabimus nec patietur eum praetor querentem, quasi iniuriam passus sit, nisi atrocitas eum 10 mouerit: nec enim ferre praetor debet heri seruum, hodie liberum conuenientem, quod dominus ei conuicium dixerit uel quod leuiter pulsauerit uel emendauerit. sed si flagris, si uerberibus, si uulnerauit non mediocriter: aequissimum erit ¶ praetorem ei subuenire. Sed 1. 337 et si quis ex liberis, qui non sunt in potestate, cum parente uelit experiri, non temere iniuriarum actio danda est, nisi atrocitas suaserit. certe his, qui sunt in potestate, prorsus 15 nec competit, etiamsi atrox fuerit. Quod autem praetor ait 'quid iniuriae factum sit, certum dicat', quemadmodum accipiendum sit? certum eum dicere Labeo ait, qui dicat nomen iniuriae, neque sub alternatione, puta illud aut illud, sed illam iniuriam se passum. Si mihi plures iniurias feceris, puta turba et coetu facto domum alicuius introeas et hoc facto<sup>1</sup> efficiatur, et<sup>2</sup> simul et conuicium patiar et uerberer: an possim separatim tecum 20 experiri de singulis iniuriis, quaeritur. et Marcellus secundum Neratii sententiam hoc probat cogendum iniurias, quas simul passus est, coniungere. Posse hodie de omni iniuria, sed et de atroci ciuilliter agi imperator noster rescripsit. Atrocem iniuriam quasi contra meliorem et maiorem accipimus. Atrocem autem iniuriam aut persona aut tempore aut re ipsa fieri Labeo ait. persona atrocior iniuria fit, ut cum magistratui, cum parenti patrono fiat. tempore, si ludis et in conspectu: nam praetoris in conspectu an in solitudine iniuria facta sit, multum interesse ait, quia atrocior est, quae in conspectu fiat. re atrocem iniuriam haberi Labeo ait, ut puta si<sup>3</sup> uulnus illatum uel os alicui percussum.

8 PAULUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. Uulneris magnitudo atrocitate facit et nonnumquam locus uulneris, ueluti oculo percusso. B. 60, 21, 9 E

9 ULPIANUS libro quinquagesimo septimo ad edictum. Sed est quaestio, quod dicimus re iniuriam atrocem fieri, utrum<sup>4</sup>, si corpori inferatur, atrox sit, an et si non B. 60, 21, 9 E

F(XYMOC)

<sup>1</sup> pacto (Hal.)?    <sup>2</sup> et] ut (u. i.)?    <sup>3</sup> sit ins. (edd.)    <sup>4</sup> tantum ins. (τότε μόνον BS)

1 at] ad F 2 sarcatur] XYMOC cum BS: οὐχ ἵνα τὸ ἀζήμιον γένηται τῷ δεσπότῃ, sortitur F 3 inquit F<sup>o</sup> 9 p'assus F<sup>o</sup> | sit 'si sua' puta F<sup>o</sup>: ὅταν σκαιὰν καὶ τραχεῖαν ἕβριν ὑπέμειναν (οἱ ἀπελεύθεροι) καὶ τοῖς δούλοισι πρόποιον BS (Dor.): unde ne collige Graecos inuenisse id quod proposuit Cuiacius si saena puta, nam alibi quoque pro atroci Dorotheus posuit σκαιὰν καὶ τραχεῖαν | l'a'euem F<sup>o</sup> 11 conqui a'eren dum tem F<sup>o</sup> 12 l'a'euter F<sup>o</sup> | pulsaue]rit F, unde manus antiquior nec tamen emendatoris ordinarii (eadem fortasse, quae p. 752, 2 t in speties adiecit) fecit primum pulsaue emenda]uerit, deinde, deletis litteris emenda, dedit pulsaue]uerit (sic) nel emendauerit: confirmant lectionem BS (Dor.): ὅτι ... ἐλαφρώς αὐτὸν ὥσπερ πταίκαντα καὶ ἐπανώρθωσεν αὐτὸν 13 uulnerauit F<sup>o</sup> | mediocriter] F<sup>o</sup> (scilicet ea manus de qua modo diximus) cum BS: οὐ μετρίως, modiocria F<sup>o</sup>, modiocria F<sup>o</sup> 16 autem a'praetoria F<sup>o</sup> 18 sub] si ab F<sup>o</sup> | alternatione F<sup>o</sup> 19 et hoc facto

efficiatur et (ut XYMOC, ut et M<sup>o</sup>) simul... uerberer] καὶ τοῦτο συμβάντος (= et hoc facto) καὶ τὴν διὰ λόγων ἕβριν ὑπέμεινα (= et conuicium patiar) καὶ ἐμαστιγώθην (= et uerberer) BS (Dor.): uidentur igitur Graeci idem inuenisse et omisisse corrupta 20 conuicium f | et om. F<sup>o</sup> | uerberer F<sup>o</sup> 23 atroci 'ciuilliter F<sup>o</sup> 25 ait] i' persona F<sup>o</sup> 26 tempore si ludis et in conspectu ... 27 conspectu fiat] τῷ δὲ τόπῳ γίναται σκαιὰ ἕβρις, ὅταν ἐν θεάτρῳ καὶ πολλῶν ὀρώτων ἢ ἕβρις γένηται φέσει γὰρ τραχύτερόν ἐστι τὸ πολλῶν θεωμένων ἕβριζεσθαι BS: uertit igitur interpres in conspectu πολλῶν θεωμένων recte, media autem nam praetoris in conspectu ... interesse ait omisit: nec aduertit Cuiacio statuenti eum legisse nam in populi Romani conspectu 28 haberi F<sup>o</sup> | illatum nel os alicui] sic X<sup>o</sup> Taur. cum Graecis: ἢ τὸ πρόσωπόν τινας ἐτυπτήθη BS (Dor.), ἢ ὄψις πληγῆ B (Anon.), illatumulos alicui F<sup>o</sup>, illatum os alicui F<sup>o</sup> X<sup>o</sup> Y MC, illatum alicui os O 32 rei iniuriam F

- corpori, ut puta uestimentis scissis, comite abducto uel conuicio dicto. et ait Pomponius etiam sine pulsatione posse dici atrocem iniuriam, persona atrocitatem faciente. Sed et si in theatro uel in foro caedit et uulnerat, quamquam non atrociter, atrocem iniuriam facit.
- 3 Parui autem refert, utrum patri familias an filio familias iniuria facta sit: nam et [I. 4, 4, 9] haec atrox aestimabitur. Si atrocem iniuriam seruus fecerit, si quidem dominus praesens 5 sit, potest agi de eo: quod si a fuerit, praesidi offerendus est, qui eum flagris rumpat. Si quis tam feminam quam masculum, siue ingenuos siue libertinos, inpudicos facere adtemptauit, iniuriarum tenebitur. sed et si serui pudicitia adtemptata sit, iniuriarum locum habet.
- 10 PAULUS libro quinquagensimo quinto ad edictum. Adtemptari pudicitia di- [B. 60, 21, 10] E citur, cum id agitur, ut ex pudico inpudicus fiat.
- 11 ULPIANUS libro quinquagensimo septimo ad edictum. Non solum [B. 60, 21, 11. I. 4, 4, 11] E is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc est qui percussit, uerum ille quoque continetur, 1 qui dolo fecit uel qui curauit, ut cui mala pugno percenteretur. Iniuriarum actio [I. 4, 4, 12] ex bono et aequo est et dissimulatione aboletur. si quis enim iniuriam dereliquerit, hoc 15 est statim passus ad animum suum non reuocauerit, postea ex paenitentia remissam iniuriam non poterit recolare. secundum haec ergo aequitas actionis omnem metum eius [I.] abolere uidetur, ubicumque contra aequum quis uenit. proinde et si pactum de iniuria intercessit et si transactum et si iusiurandum exactum erit, actio iniuriarum non tenebit.
- 2 Agere quis iniuriarum et per se et per alium potest, ut puta procuratorem tutorem cete- 20 rosque, qui pro aliis solent interuenire. Si mandatu meo facta sit alicui iniuria, plerique aiunt tam me qui mandauit quam eum qui suscepit iniuriarum teneri. Proculus recte ait, si in hoc te ¶ conduxerim, ut iniuriam facias, cum utroque nostrum iniuriarum agi posse, f. 383 5 quia mea opera facta sit iniuria: Idemque ait et si filio meo mandauero, ut tibi iniuriam 6 faciat. Atlicinus autem ait et si persuaserim alicui alias nolenti, ut mihi ad iniuriam fa- 25 ciendam oboediret, posse iniuriarum mecum agi. Quamquam aduersus patronum liberto iniuriarum actio non detur, uerum marito libertae nomine cum patrono actio competit: maritus enim uxore sua iniuriam passa suo nomine iniuriarum agere uidetur. quod et Mar- cellus admittit. ego autem apud eum notauit non de omni iniuria hoc esse dicendum me 30 putare: leuis enim coercitio etiam in nuptam uel conuici non inpudici dictio cur patrono denegetur? si autem conliberto nupta esset, diceremus omnino iniuriarum marito aduersus patronum cessare actionem, et ita multi sentiunt. ex quibus apparet liberos nostros non tantum eas iniurias aduersus nos iniuriarum actione exequi non posse, quaecumque fiunt 8 ipsis, sed ne eas quidem, quae eis fiunt, quos eorum interest iniuriam non pati. Plane si forte filius liberti uel uxor uelint iniuriarum experiri: quia patri marituae non datur, dene- 35 gandum non erit, quia suo nomine experiuntur. Ei, qui seruus dicitur seque adserit in libertatem, iniuriarum actionem aduersus dicentem se dominum competere nulla dubitatio est. et hoc uerum est, siue ex libertate in seruitutem petatur siue ex seruitute in liber- 39 tatem proclamet: nam hoc iure indistincte utimur.
- 12 GAIVS libro uicensimo secundo ad edictum prouinciale. Si quis de liber- [B. 60, 21, 12] E tate aliquem in seruitutem petat, quem sciat liberum esse, neque id propter euictionem, ut eam sibi conseruet, faciat: iniuriarum actione tenetur.
- 13 ULPIANUS libro quinquagensimo septimo ad edictum. Iniuriarum actio ne- [B. 60, 21, 13] E

## F(XYMO C)

3 caedit F<sup>1</sup> 5 aestimauit F<sup>1</sup> 7 inpudicinos F<sup>2</sup> 8 iniuriarum] F<sup>1</sup>, iniuria ui F<sup>o</sup> 11 a'd'gitur F<sup>1</sup> | ut] et F<sup>o</sup> | pudico] pudici F<sup>1</sup> 14 curabit F | cui] qui F<sup>1</sup> 15 derelinquerit F 16 penitentia F 17 actiones F<sup>o</sup> 19 transactum] transactum est f | a'exactum F<sup>o</sup> 20 procuratorem] F<sup>1</sup> eamque lectionem uidentur agnoscere scholia Basilicorum, ubi est δι' ἐπιτολέως et ἐπιτολέων, per curatorem F<sup>2</sup> cum B (Anon.): διὰ κογράφωρος 21 sit in'

alicui F<sup>1</sup> 26 oboediret] F<sup>2</sup>, obidiret F<sup>1</sup> | agi] ait F<sup>1</sup> 27 iniuriarum F<sup>1</sup> 30 laeuis F 32 patronus F<sup>1</sup> | mult'a'i F<sup>1</sup> 33 actionexequi F 34 iniuriam 'pat' non pati F<sup>1</sup> 35 quia patri ... 36 experiuntur] εἰ καὶ τῷ πατρὶ ἢ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς οὐ δίδονται iniουριάουμ, ὁμῶς αὐτοῖς οὐκ ἀρνούμεθα ταύτην τὴν ἀγωγὴν, ἐπειδὴ σοῦω νόμινε κινούσιν BS (Dor.) 39 proclamat F<sup>1</sup>

- que heredi neque in heredem datur. idem est et si in seruum meum iniuria facta sit: nam nec hic heredi meo iniuriarum actio datur. semel autem lite contestata hanc actionem etiam ad successores pertinere. Is, qui iure publico utitur, non uidetur iniuriae faciendae causa hoc facere: iuris enim executio non habet iniuriam. Si quis, quod decreto praetoris ductus sit, non est in ea causa, ut agat iniuriarum, propter praetoris praeceptum. Si quis per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellauerit nexandi mei causa, potero iniuriarum experiri. Si quis de honoribus decernendis<sup>1</sup> alicuius passus non sit decerni ut puta imaginem alicui uel quid aliud tale: an iniuriarum teneatur? et ait Labeo non teneri, quamuis hoc contumeliae causa faciet: etenim multum interest, inquit, contumeliae causa quid fiat an uero fieri quid in honorem alicuius quis non patiat<sup>2</sup>. Idem Labeo scribit, si, cum alium contingeret legatio, alii hoc onus duumuir indixerit, non posse agi iniuriarum ob laborem iniunctum: aliud enim esse laborem iniungere, aliud iniuriam facere. idem ergo erit probandum et in ceteris muneribus atque honoribus, quae per iniuriam iniunguntur. ergo si quis per iniuriam sententiam dixerit, idem erit probandum.
- 6 7 Quae iure potestatis a magistratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent<sup>3</sup>. Si quis me prohibeat in mari piscari uel euerriculum (quod Graecoε *καρύνη* dicitur) ducere, an iniuriarum iudicio possim eum conuenire? sunt qui putent iniuriarum me posse agere: et ita Pomponius. et plerique esse huic similem eum, qui in publicum lauare uel in caua publica sedere uel in quo alio loco agere sedere conuersari non patiat<sup>4</sup>, aut si quis re mea uti me non permittat: nam et hic iniuriarum conueniri potest. conductori autem ueteres interdictum dederunt, si forte publice hoc<sup>5</sup> conduxit: nam uis ei prohibenda est, quo minus conductione sua fruatur. si quem tamen ante aedes ] meas uel ante praetorium meum piscari prohibeam, quid dicendum est? me iniuriarum iudicio teneri an non? et quidem mare commune omnium est et litora, sicuti aer, et est saepissime rescriptum non posse quem piscari prohiberi: sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest. usurpatum tamen et hoc est, tametsi nullo iure, ut quis prohiberi possit ante aedes meas uel praetorium meum piscari: quare si quis prohibeatur, adhuc iniuriarum agi potest. in lacu tamen, qui mei domini est, utique piscari aliquem prohibere possum.
- 14 PAULUS libro tertio decimo ad Plautium. Sane si maris proprium ius ad aliquem pertineat, uti possidetis interdictum ei competit, si prohibeatur ius suum exercere, quoniam ad priuata iam causam pertinet, non ad publicam haec res, utpote cum de iure fruendo agatur, quod ex priuata causa contingat, non ex publica<sup>6</sup>. ad priuatas enim causas accommodata interdicta sunt, non ad publicas.
- 15 ULPIANUS libro septuagesimo septimo ad edictum. Item apud Labeonem ] B. 60, 21, 14 quaeritur, si quis mentem alicuius medicamento alioque quo alienauerit, an iniuriarum actio locum haberet. et ait iniuriarum aduersus eum agi posse. Si quis pulsatus quidem non est, uerum manus aduersus eum leuatae et saepe territus quasi uapulaturus, non tamen percussit: utili iniuriarum actione tenetur. Ait praetor: qui aduersus bonos mores conuicium F(XYMO). Petrus 3, 57 = l. 15 pr. — § 5

<sup>1</sup> decernendis del. <sup>2</sup> uerba u. 14 ergo si quis ... u. 15 pertinent colloca post u. 10 patiat<sup>2</sup> hoc] locum (LOC. = HOC: cf. D. 43, 9)? <sup>4</sup> utpote ... publica del. <sup>5</sup> quinquagesimo (Schulting)?

7 honor'ar'ibus F<sup>2</sup> 8 al'it F<sup>2</sup> 9 inquit F<sup>2</sup> 11 onus] unus F<sup>2</sup> 13 probendum F 15 qu'a'e F<sup>2</sup> 16 *καρύνη* F 17 'et' ita F<sup>2</sup> 18 labare F 20 iniuria'rum F<sup>2</sup> 21 interdi'd'c'tum F<sup>2</sup> 24 est' s'a'epissime F<sup>2</sup> | non] eston F<sup>2</sup> 26 prohiberia potest F 28 piscare F 29 prohiberi F<sup>2</sup> 32 pribatam F<sup>2</sup> 33 quod] quo F | causa 'ac'commodata F<sup>2</sup> 35 septuag'ensimo septimo] lxxu Y. lxxix O, lxxu uel xxu Petr., xu M, om. X | edictum] quintum mucium M 36 alioque om. X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup> | quo] quo-

modo X<sup>2</sup>M<sup>2</sup>, om. Y<sup>2</sup> | an om. XYC Petr. 37 haberet] habebit XYMO Petr., habeat C 38 manus (manum F<sup>2</sup>) aduersus eum] aduersus eum manus M, ad eum manus Petr. | leuata'e F<sup>2</sup>, lenatae sunt Petr. | et saepe territus] et perterruit Petr. | bapulaturus F<sup>2</sup> | percussit] percussus O 39 utili om. X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup> Petr. | actione'm' F<sup>2</sup> | tenetur F<sup>2</sup> | conuicium] *κομβικιον* etiam Graeci scribunt: conuicium barbarum est

'cui fecisse cuiusue opera factum esse dicitur, quo aduersus bonos mores conuicium  
 3 4 'fieret: in eum iudicium dabo'. Conuicium iniuriam esse Labeo ait. Conuicium autem  
 dicitur uel a concitatione uel a conuentu<sup>1</sup>, hoc est a collatione uocum. cum enim in unum  
 5 complures uoces conferuntur, conuicium appellatur quasi conuocium. Sed quod adicitur a  
 praetore 'aduersus bonos mores' ostendit non omnem in unum collatam uociferationem 5  
 praetorem notare, sed eam, quae bonis moribus improbatur quaeque ad infamiam uel in-  
 6 uidiā alicuius spectaret. Idem ait 'aduersus bonos mores' sic accipiendum non eius qui  
 7 fecit, sed generaliter accipiendum aduersus bonos mores huius ciuitatis. Conuicium non  
 tantum praesenti, uerum absenti quoque fieri posse Labeo scribit. proinde si quis ad do-  
 mum tuam uenerit te absente, conuicium factum esse dicitur. idem et si ad stationem 10  
 8 uel tabernam uentum sit, probari oportere. Fecisse conuicium non tantum is uidetur, qui  
 uociferatus est, uerum is quoque, qui concitauit ad uociferationem alios uel qui summisit  
 9 ut uociferentur. 'Cui' non sine causa adiectum est: nam si incertae personas conuicium  
 10 fiat, nulla executio est. Si curauerit quis conuicium alicui fieri, non tamen factum sit,  
 11 non tenebitur. Ex his apparet non omne maledictum conuicium esse: sed id solum, quod 15  
 12 cum uociferatione dictum est, siue unus siue plures dixerint, quod in coetu dictum est,  
 conuicium est: quod autem non in coetu nec uociferatione dicitur, conuicium non proprie  
 13 dicitur, sed infamandi causa dictum. <sup>2</sup>Si quis astrologus uel qui aliquam<sup>3</sup> illicitam diuina-  
 tionem pollicetur consultus aliquem furem dixisset, qui non erat, iniuriarum cum eo agi  
 14 non potest, sed constitutiones eos tenent. Iniuriarum, quae ex conuicio nascitur, in he- 20  
 15 redes non est reddenda: sed nec heredi. <sup>4</sup>Si quis uirgines appellasset, si tamen ancillari  
 ueste uestitas, minus peccare uidetur: multo minus, si meretricia ueste feminae, non ma-  
 trum familiarum uestitae fuissent. si igitur non matronali habitu femina fuerit et quis eam  
 16 appellauit uel ei comitem abduxit, iniuriarum tenetur. Comitem accipere debemus eum,  
 qui comitetur et sequatur et (ut ait Labeo) siue liberum siue seruum siue masculum siue 25  
 feminam: || et ita comitem Labeo definit 'qui frequentandi cuiusque causa ut sequeretur f. 884  
 'destinatus in publico priuatoe abductus fuerit'. inter comites utique et paedagogi erunt.  
 17 Abduxisse uidetur, ut Labeo ait, non qui abducere comitem coepit, sed qui perfecit, ut  
 18 comes cum eo<sup>4</sup> non esset. Abduxisse autem non tantum is uidetur, qui per uim abduxit,  
 19 uerum is quoque, qui persuasit comiti, ut eam desereret. Tenetur hoc edicto non tantum 30  
 qui comitem abduxit, uerum etiam si quis eorum quem appellauisset adsectatusue est.  
 20 Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam adtemptare: hoc enim non est conuicium,  
 21 sed aduersus bonos mores adtemptare<sup>5</sup>. Qui turpibus uerbis utitur, non temptat pudici-

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> conuentu (*Cannegieter*)? <sup>2</sup> c. 14 collocandum ante c. 13: deinde ante c. 15 desiderantur uerba edicti de pudicitia adtemptata <sup>3</sup> aliam quam (ἑτέραν B: *Leuclaiuis*)? <sup>4</sup> ea (*edd.*)? <sup>5</sup> adtemptare *del.* (*cf.* p. 778, 6)

1 esse *om.* Petr. | dicatur Y 2 dano F<sup>1</sup> | con'ui'cium iniuriam F<sup>2</sup>, conuicium autem dicitur iniuriarum X<sup>o</sup> | autem dicitur uel *om.* Petr. 3 concitatione'm F<sup>4</sup>, conuicatione Petr., concitione X<sup>o</sup>, concione X<sup>o</sup>, concitu C | uocum] uocum dicitur Petr. 4 complures] quam plures MC et sic uel plures Petr. | conuicium appellatur (appellant M)] est Petr., *om.* X<sup>o</sup> | quod adicitur] quod dicitur M, quia dicitur Petr. 5 ostendunt X<sup>o</sup> | omnem] omne M | uociferationem collatam in unum Petr. 6 notare'm sed F<sup>2</sup> | quaequ'a'e F<sup>2</sup> | uel inuidiam] uel iniuriam uel inuidiam O 7 spectaret] spectare uidetur Petr. | qui *om.* F<sup>o</sup> 11 tantum i's F<sup>2</sup> 12 quoque qui] F<sup>2</sup>, quique F<sup>2</sup> | alio's F<sup>2</sup> 13 'est F<sup>4</sup> 14 si] is F<sup>1</sup> 20 conuincio F 21 reddendi F<sup>2</sup> 23 non matronali

habitu (abitu: F<sup>2</sup>)] quasi abesset non, sic uertit *Dorotheus*: εἰ τοίνυν κατὰ οἰκολέστοινας ἡμφί-εστο ἡ γυνὴ καὶ τις αὐτῇ προσέβαλεν ... τῆ ἰουγυρίαοῦμ κατέχεται, quae uerba bis redeunt in apparatu: contra *Anonymus sequitur traditam lectionem sic contrahens*: ὁ προσβάλλων γυναικὶ ἐνδεδυμένην σχῆμα δοῦλῆς ἢ πόρνης, ἥττον μὲν ἀμαρτάνει, ὑπόκειται δὲ τῆ περὶ ἴβρεως ἀγωγῆς 24 tenetur] FXY<sup>o</sup>M<sup>o</sup>, non tenetur Y<sup>2</sup>M<sup>o</sup>O, si tenetur C 27 et 'e' paedagogi F<sup>2</sup> 32 hoc enim non est conuicium (facere *add.* F<sup>2</sup>) sed aduersus bonos (bonus F<sup>2</sup>) mores adtemptare] οὐκ ἔστι γὰρ τοῦτο τοῦ κομβικίου εἶδος, ἀλλὰ τοὺς καλοῦς τρόπους περᾶται διαλύειν τῆς σωφροσύνης τινός BS (*Dor.*) 33 bonus F<sup>2</sup> | uerbis *om.* F<sup>2</sup>, uertunt BS



22 tiam, sed iniuriarum tenetur. Aliud est appellare, aliud adsectari: appellat enim, qui ser-  
 23 mone pudicitiam adtemptat, adsectatur, qui tacitus frequenter sequitur: adsiduo<sup>1</sup> enim  
 frequentia quasi praebet nonnullam infamiam. Meminisse autem oportebit non omnem, qui  
 adsectatus est, nec omnem, qui appellavit, hoc edicto conueniri posse (neque enim si quis  
 colludendi, si quis officii honeste faciendi gratia id facit, statim in edictum incidit), sed  
 24 qui contra bonos mores hoc facit. Sponsum quoque ad iniuriarum actionem admittendum  
 25 puto: etenim spectat ad contumeliam eius iniuria, quaecumque sponsae eius fiat. Ait  
 praetor: 'ne quid infamandi causa fiat. si quis aduersus ea fecerit, prout quaeque res erit,  
 26 animaduertam'. Hoc edictum superuacuum esse Labeo ait, quippe cum ex generali iniu-  
 riarum agere possumus. sed uidetur et ipsi Labeoni (et ita se habet) praetorem eandem  
 27 causam secutum uoluisse etiam specialiter de ea re loqui: ea enim, quae notabiliter fiunt,  
 nisi specialiter notentur, uidentur quasi neglecta. Generaliter uetuit praetor quid ad in-  
 famiam alicuius fieri. proinde quodcumque quis fecerit nel dixerit, ut alium infamet, erit  
 actio iniuriarum. haec autem fere sunt, quae ad infamiam alicuius fiunt: ut puta ad in-  
 uidiam alicuius ueste lugubri utitur aut squalida, aut si barbam demittat uel capillos sub-  
 15 mittat, aut si carmen conscribat uel proponat uel cantet aliquod, quod pudorem alicuius  
 28 laedat. Quod ait praetor: 'si quis aduersus ea fecerit, prout quaqua re erit<sup>2</sup>, animaduer-  
 tam', sic intellegendum est, ut plenior esset praetoris animaduertio, id est ut quodcumque  
 eum mouerit uel in persona eius qui agit iniuriarum actionem<sup>3</sup> uel eius aduersus quem  
 29 agitur uel etiam in re ipsa, in qualitate iniuriae, non audiat eum qui agit. Si quis libello  
 dato uel principi uel ali cui famam alienam insectatus fuerit, iniuriarum erit agendum:  
 30 Papinianus ait. Idem ait eum, qui euentum sententiae uelut daturus pecuniam uendidit,  
 fustibus a praeside ob hoc castigatum iniuriarum damnatum uideri: utique autem ap-  
 31 paret hunc iniuriam ei fecisse, cuius sententiam uenditauit. Si quis bona alicuius uel rem  
 32 unam per iniuriam occupauerit, iniuriarum actione tenetur. Item si quis pignus proscrisperit  
 uenditurus, tamquam a me acceperit, infamandi mei causa, Seruius ait iniuriarum agi posse.  
 33 Si quis non debitorem quasi debitorem appellauerit iniuriae faciendi causa, iniuriarum te-  
 34 netur. Praetor ait: 'Qui seruum alienum aduersus bonos mores uerberauisse dene eo in-  
 iussu domini quaestionem habuisse dicetur, in eum iudicium dabo. item si quid aliud  
 35 factum esse dicetur, causa cognita iudicium dabo'. Si quis fecit iniuriam seruo, ut  
 domino faceret, uideo dominum iniuriarum agere posse suo nomine: si uero non ad sug-  
 gillationem domini id fecit, ipsi seruo facta iniuria inulta a praetore relinqui non debuit,  
 36 maxime si uerberibus uel quaestione fieret: hanc enim et seruum sentire palam est. Si  
 com|munem quis seruum uerberauerit, utique hac actione non tenebitur, cum iure domini  
 37 id fecerit. Nec si fructuarius id fecerit, dominus cum eo agit, uel si proprietarius fecerit,  
 38 fructuarius eum conueniet. Adicitur 'aduersus bonos mores', ut non omnis omnino qui  
 uerberauit, sed qui aduersus bonos mores uerberauit, teneatur: ceterum si quis corrigendi  
 F(XYMOG). Petrus 3, 57 = l. 15 § 27. 28 (usque ad u. 17 animaduertam)

<sup>1</sup> adsidua (edd.)?    <sup>2</sup> pro quaqua re ut erit?    <sup>3</sup> actione (edd.)?

1 adsectare F: ἀδρωτάρε BS 2 tacitas F<sup>2</sup> |  
 adsiduo 'et' enim F<sup>2</sup> 5 honestae F | indicit  
 F: ἐμπίπτει BS 7 contumelium F<sup>2</sup> 8 quae-  
 'que' F<sup>2</sup> 9 animaduertam] sic ex u. 17: anim-  
 aduertat F<sup>2</sup>, animaduertat F<sup>2</sup> 11 notauili-  
 ter F<sup>2</sup> 12 generaliter] gener. autem MO,  
 uenerabiliter autem C | quid ad infamiam ali-  
 cuius fieri] fieri quod ad infamiam alicuius per-  
 tinet Petr. 13 quis fecerit nel dixerit (dixit Y) |  
 aliquis dixerit uel fecerit Petr. | alium] ali-  
 quem Petr. 14 actio] accusatio M<sup>o</sup> | fere'n  
 sunt F<sup>2</sup> | alicuius] alicuius quis Petr. | fiunt]  
 fuerint M<sup>o</sup> | ut puta] ut puta quod MC  
 15 aut squalida aut si] an squalida an si Petr.  
 16 aut si] uel si Petr. | aliquid XYMO Petr.,  
 quid C 17 ea] eam Y<sup>o</sup> Petr. | quaqua re]

quaeque res XYMO Petr., res quaeque C |  
 erit] erunt X 18 ut pl.] et pl. F<sup>2</sup> | ut qu.]  
 et qu. F 20 in re ipsa in qualitate iniu-  
 riae] ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς  
 ποιότητος τῆς ὕβρεως BS | non audiat] FXY  
 MOC cum BS (Dor.): μὴ ἀκούῃ, non del. Tau.  
 tacite 21 ali cui] ἀρχῆ BS (Dor.), ἀρχῆ  
 B (Anon.) 23 castigatur F: ῥοπαλοῖς τυπόμε-  
 νος ἐκ τῆς ἰνιογρίαρου κατακεκρίσθαι πιστεύεται  
 BS 27 faciendi] F<sup>2</sup>, faciende F<sup>2</sup> 28 uer-  
 berauisse't F<sup>2</sup> 31 uideo dominum iniuria-  
 rum agere posse] δύνamai τὴν ἰνιογρίαρου  
 κινεῖν BS | si'n' uero F<sup>2</sup> 32 praetore m F |  
 reli'n'qui F<sup>2</sup> 33 quaestione F 36 fructu-  
 rius F<sup>2</sup> 37 uerberauit sed F<sup>2</sup>

- 39 animo aut si quis emendandi, non tenetur. Unde quaerit Labeo, si magistratus municipalis seruum meum loris ruperit, an possim cum eo experiri, quasi aduersus bonos mores uerberauerit. et ait iudicem debere inquirere, quid facientem seruum meum uerberauerit: nam si honorem ornamentaque petulanter adtemptantem ceciderit, absoluendum eum.
- 40 41 'Uerberasse' dicitur abusive et qui pugnis ceciderit. 'Quaestionem' intellegere debemus 5 tormenta et corporis dolorem ad ernendam ueritatem. nuda ergo interrogatio uel leuis territio non pertinet ad hoc edictum. quaestionis uerbo etiam ea, quam malam mansionem dicunt, continebitur. cum igitur per uim et tormenta habita quaestio est, tunc quaestio 42 intellegitur. Sed et si iussu domini quis quaestionem habeat, modum tamen excesserit, 43 teneri eum debere Labeo ait. Praetor ait: 'Si quid aliud factum esse dicitur, causa cognita 10 'iudicium dabo'. proinde si quidem uerberatus sit seruus uel tormentis de eo quaestio habita est, sine causae cognitione iudicium in eum competit<sup>1</sup>, si uero aliam iniuriam passus 44 sit, non aliter competit quam causa cognita. Itaque praetor non ex omni causa iniuriarum iudicium serui nomine promittit: nam si leuiter percussus sit uel maledictum ei leuiter, non dabit actionem: at si infamatus sit uel facto aliquo uel carmine scripto. puto causae 15 cognitionem praetoris porrigendam et ad serui qualitatem: etenim multum interest, qualis seruus sit, bonae frugi, ordinarius, dispensator, an uero uulgaris uel mediastinus an qualis-qualis. et quid si compeditus uel male notus uel notae extremae? habebit igitur praetor rationem tam iniuriae, quae admissa dicitur, quam personae serui, in quem admissa dicitur, 45 et sic aut permittet aut denegabit actionem. Interdum iniuria seruo facta ad domi- 20 num redundat, interdum non: nam si pro libero se gerentem aut cum eum alterius potius quam meum existimat quis, non caesus eum, si meum scisset, non posse eum, quasi 46 mihi iniuriam fecerit, sic cohueniri Mela scribit. Si quis seruo uerberato iniuriarum egerit, deinde postea damni iniuriae agat, Labeo scribit eandem rem non esse, quia altera actio 47 ad damnum pertineret culpa datum, altera ad contumeliam. Si usum fructum in seruo 25 habeam, tu proprietatem isque uerberatus sit uel quaestio de eo habita, iniuriarum actio magis proprietario quam mihi competit. idemque probatur et si seruum meum, quem bona 48 fide possidebam, cecideris: domino enim magis competit iniuriarum actio. Item, si liberum hominem, qui mihi bona fide seruiebat, quis ceciderit, distinguendum est, ut, si in contumeliam<sup>2</sup> pulsatus sit, competat mihi iniuriarum actio. idem ergo et si<sup>3</sup> in seruo alieno 30 bona fide mihi seruiente, ut totiens admittamus iniuriarum actionem, quotiens in meam contumeliam iniuria ei facta sit. nam ipsius quidem serui nomine domino dabimus iniuriarum actionem. si autem me tangat et pulset<sup>4</sup>, iniuriarum mihi quoque est. ergo et in 49 fructuario idem distingui potest. Si seruum complurium cecidero, competere iniuriarum actionem omnibus plus quam manifestum est: 55
- 16 PAULUS libro quadragensimo<sup>5</sup> quinto ad edictum. sed non esse aequum [B. 60, 21, 15] \*S pro maiore parte, quam pro qua dominus est, damnationem fieri Pedius ait: et ideo officio iudicis portiones aes|timandae erunt.
- 17 ULPIANUS libro quinquagensimo septimo ad edictum. Sed si unius per- [B. 60, 21, 16] E missu id fecero, si quidem solius eius esse putauit, nulli competit iniuriarum actio. plane 40 si scii plurium, ei quidem, qui permisit, non competit iniuriarum actio, ceteris competit.
- 1 Si iussu tutoris aut procuratoris uel curatoris quaestio habita sit, consequens erit dicere F(XYMOO)

<sup>1</sup> qui admisit *similiae ins.*    <sup>2</sup> meam *ins. (dett.)*    <sup>3</sup> si *del.*    <sup>4</sup> si autem me ut tangat pulset?    <sup>5</sup> quinquagesimo?

4 petulantur F<sup>1</sup> 5 c'a'eciderit F<sup>2</sup> | debemus 'corpora et' tormenta F<sup>2</sup> 6 'eruenam F<sup>2</sup> 7 malam mansionem] τὸ ἐμβαλεῖν τοὺς πόδας ἐγλω B (Anon.) 10 factum] sic p. 778, 30: dictum F 13 quam] quam si F: οὐ πάντως ἀλλὰ τῆς αἰτίας διαγινωσκόμενης B (Anon.) 14 promittet F: ἐπαγγέλλεται BS | lebiter F | lebiter F 17 ordinari'us F<sup>2</sup> | mediastinus]

τῆς μέσης ὑπηρεσίας ἢ τοι περιχῆτης BS (Dor.): cf. gloss. Labb. p. 113 18 notae extremae] τὸν ἐν ἐσχάτῃ ἀτιμῳ ὄντα BS 19 personam F<sup>1</sup> 20 denegauit F 24 quia] sic edd. cum BS: ἐπειδή, quo F<sup>1</sup>, qua F<sup>2</sup> 28 caecideris F 29 caeciderit F 31 seruienti F 34 distingu] sitingui F<sup>2</sup> | caecidero F

2 cessare iniuriarum actionem. Seruus meus opera uel querella tua flagellis caesus est a  
magistratu nostro. Mela putat dandam mihi iniuriarum aduersus te, in quantum ob eam  
rem aequum iudici uidebitur, et si seruus decesserit, dominum eius agere posse Labeo ait,  
3 quia de damno, quod per iniuriam factum est, agatur. et ita Trebatio placuit. Quaedam  
iniuriae a liberis hominibus factae leues (non nullius momenti) uidentur, enimuero a seruis  
4 graues sunt: crescit enim contumelia ex persona eius qui contumeliam fecit. Cum seruus  
iniuriam facit, maleficium eum admittere palam est: merito igitur sicuti ex ceteris delictis,  
ita et ex hoc iniuriarum noxalis actio datur. sed in arbitrio domini est, an uelit eum uer-  
berandum exhibere, ut ita satisfiat ei qui iniuriam passus est: neque erit necesse domino  
utique eum uerberandum praestare, sed dabitur ei facultas praestare ei seruum uerberan- 10  
dum aut, si de eo uerberibus satis non fiat, noxae dedendum uel litis aestimationem suf-  
ferendam. Ait praetor 'arbitratu iudicis': utique quasi uiri boni, ut ille modum uerberum  
5 imponat. Si ante iudicem dominus uerberandum seruum exhibuerit, ut satis uerberibus  
ei fieret, et erit factum arbitratu alicuius<sup>1</sup>, postea actor agere iniuriarum perseuerat, non  
est audiendus: qui enim accepit satisfactionem, iniuriam suam remisit. nam et si nuda 15  
uoluntate iniuriam remisit, indubitate dicendum est extinguere iniuriarum actionem non minus,  
7 quam si tempore abolita fuerit iniuria. Si iussu domini seruus iniuriam fecerit, utique  
dominus conueniri poterit etiam suo nomine. sed si proponatur seruus manumissus, placet  
Labeoni dandam in eum actionem, quia et noxa caput sequitur nec in omnia seruus do-  
8 mino parere debet: ceterum et si occiderit iussu domini, Cornelia eum eximemus. Plane 20  
si defendendi domini gratia aliquid fecerit, rationem ei constare apparet, inque eam rem  
9 aduersus agentem exceptio obicienda erit. Si seruus, in quo usus fructus meus est, ini-  
uriam mihi fecerit, aduersus dominum noxali iudicio experiri potero: neque deo dete-  
rioris condicionis ob hoc esse, quod usum fructum in eo habeo, quam si non haberem.  
aliter atque si seruus communis esset: tunc enim non daremus socio actionem, eapropter, 25  
10 quia et ipse iniuriarum actione tenetur. Ait praetor: 'Si ei, qui in alterius potestate erit,  
iniuria facta esse dicetur et neque is, cuius in potestate est, praesens erit neque procu-  
rator quisquam existat, qui eo nomine agat: causa cognita ipsi, qui iniuriam accepisse  
11 dicetur, iudicium dabo'. Filio familias iniuriam passo, si praesens sit pater, agere tamen  
non possit propter furorem uel quem alium casum dementiae, puto competere iniuriarum 30  
12 actionem: nam et hic pater eius absentis loco est. Plane si praesens agere nolit, [Ep. 4, 28  
uel quia differt uel quia remittit atque donat iniuriam, magis est, ut filio actio non detur:  
nam et cum abest, ideo datur filio actio, quia uerisimile est patrem, si praesens fuisset,  
13 acturum fuisse. Interdum tamen putamus et si pater remittat, iniuriarum actionem filio  
dandam, ut puta si patris persona uilis abiecta sit, filii honesta: neque enim debet pater 35  
uillissimus filii sui contumeliam ad suam uilitatem metiri. ponamus esse eum patrem, qui  
14 iure meritoque curator a praetore constitueretur. Sed si pater lite contestata coeperit ab-  
esse uel etiam negligere executionem pater uilis, dicendum est causa cognita translatio-  
nem filio competere. idem et si emancipatus filius esse proponatur. Procuratorem patris  
15 praetulit praetor ipsis personis, quae iniuriam passae sunt. si tamen procurator aut negle- 40  
gat aut colludat aut non sufficiat aduersus personas, quae iniuriam fecerunt, ipsi potius,  
16 qui passus est iniuriam, actio iniuriarum competit. Procuratorem autem accipere debe- 45  
mus non utique eum, cui specialiter mandata est procuratio actionis iniuriarum, uerum  
17 sufficit eum esse, cui omnium rerum administratio mandata est. Quod autem ait praetor  
causa cognita ipsi, qui iniuriam accepisse dicetur, iudicium permitti, ita accipiendum est, 45

F(XYMOC)

<sup>1</sup> alicuius] illius?

5 lebes F<sup>2</sup>, lebis F<sup>1</sup>: ἐλαφραὶ καὶ ἀντ' οὐδενός  
B (Anon.) | enimu'id'ero F<sup>2</sup> 7 maleficium F<sup>1</sup>  
10 praestare ei seruum F<sup>2</sup> 12 ut ille] F<sup>1</sup>,  
utile F<sup>2</sup>, utilem XYMOC 13 ante iudicem]  
quasi esset ante iudicium, uertit B (Anon.) male:

πρὸ δίκης | uerberandu'm' F<sup>4</sup> 16 actio F  
23 deterioris F<sup>4</sup> 29 praesensit F 33 re-  
mittit' F<sup>4</sup> 34 pater] XYMOC, partem F  
37 a om. F<sup>2</sup> | contestat e'a F<sup>4</sup> 42 actio 'in-  
iuriarum F<sup>2</sup>

- ut in cognitione causae hoc uersetur, quam longe pater absit et quando superuenturus, et numquid is, qui iniuriarum uult actionem mouere, segnitior<sup>1</sup> uel inutilis admodum, qui non sufficiat ad rei cuius administrationem ac per hoc nec ad actionem. Quod deinde ait 'qui iniuriam accepit', interdum ita accipiendum est, ut patri eius competat actio. ut puta nepoti facta iniuria est, pater praesens est, auus abest: scribit Iulianus patri potius dandam iniuriarum actionem quam ipsi nepoti: ad cuius, inquit, officium pertinet etiam uiuente suo filium suum in omnibus tueri. Idem Iulianus scribit filium non tantum ipsum agere debere<sup>2</sup>, uerum procuratorem dare posse: alioquin, inquit, nisi ei permiserimus procuratorem dare, futurum est, ut, si ualetudine impediatur neque sit qui iniuriarum actionem exequatur, impediatur actio. Idem ait, et si nepoti facta sit iniuria et nemo sit, qui aui nomine agat, permittendum esse patri experiri, et is procuratorem dabit. omnibus enim, qui suo nomine actionem habent, procuratoris dandi esse potestatem: intellegi autem filium, inquit, familias suo nomine agere, cum patre cessante praetor ei agere permittat. Si filius familias iniuriarum egerit, patri actio non competit. Idem ait filio familias iniuriarum nomine actionem dari, quotiens nemo est, qui patris nomine experiat, et hoc casu quasi patrem familiae constitui. quare siue emancipatus sit siue ex parte heres scriptus fuerit uel etiam exheredatus siue paterna hereditate abstinerit, executionem litis ei dandam: esse enim perabsurdum, quem praetor manente patria potestate ad actionem admittendum probauerit, ei patri familias ultionem iniuriarum suarum eripi et transferri ad patrem, qui eum, quantum in ipso est, omiserit, aut, quod est indignius, ad heredes patris, ad quos non pertinere iniuriam filio familias factam procul dubio est.
- 18 PAULUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. Eum, qui nocentem in- [B. 60, 21, 17] E famauit, non esse bonum aequum ob eam rem condemnari: peccata enim nocentium nota esse et oportere et expedire. Si seruus seruo fecerit iniuriam, perinde agendum, quasi si domino fecisset. Si nupta filia familiae iniuriam acceperit et uir et pater iniuriarum agant, Pomponius recte putat tanti patri condemnandum esse reum, quanti condemnetur, si ea uidua esset, uiro tanti, quanti condemnaretur, si ea in nullius potestate esset, quod sua cuiusque iniuria propriam aestimationem haberet. et ideo si nupta in nullius potestate sit, non ideo minus eam iniuriarum agere posse, quod et uir suo nomine agat. Si iniuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, aut si quis putet me Lucium Titium esse, cum sim Gaius Seius: praeualet, quod principale est, iniuriam eum mihi facere uelle: nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse quam sum, et ideo iniuriarum habeo. At cum aliquis filium familias patrem familias putat, non potest uideri iniuriam patri facere, non magis quam uiro, si mulierem uiduam esse credat, quia neque in personam eorum confertur iniuria nec transferri personae putationem<sup>4</sup> ex persona filiorum ad eos potest, cum affectus iniuriam facientis in hunc tanquam in patrem familias consistat. Quod si scisset filium familias esse, tamen, si nescisset, cuius filius esset, dicerem, inquit, patrem suo nomine iniuriarum agere posse: nec minus uirum, si ille nuptam esse sciret: nam qui haec non ignorat, cui-cumque patri, cui-cumque marito per filium, per uxorem uult facere iniuriam.
- 19 GAIVS libro uicensimo secundo ad edictum prouinciale. Si creditor meus, cui paratus sum soluere, in iniuriam meam fideiussores meos interpellauerit, iniuriarum tenetur. f. 386 F(XYMOC)

<sup>1</sup> segnior (*detl.*)?    <sup>2</sup> debere] de ea re?    <sup>3</sup> item *ins.*    <sup>4</sup> per erroneam putationem?  
<sup>5</sup> tametsi (*Hal.*)?

2 iniuria m'rum F<sup>2</sup> | segnitior uel inutilis] ἀδρανής ἐστὶ καὶ ἀχρήσιμος BS (*Dor.*), πωχελής καὶ ἀχρήσιμος B (*Anon.*) 4 competet F 7 filium suum] filio suum F<sup>2</sup> | filium non tantum ipsum agere debere uerum procuratorem dare posse] μὴ μόνον δι' ἑαυτοῦ δύνασθαι τὸν ὑπεζούσιον κινεῖν τὴν ἰνιογριάρομ, ἀλλὰ καὶ δίδόναι προκογ-ράτωρα BS (*Dor.*) 8 inquit F<sup>2</sup> 11 permit- tendum . . . dabit] οὐ μόνον τῷ πατρὶ τοῦ ἐγγό- νοῦ, ἀλλὰ καὶ προκογράτωρι αὐτοῦ διδόναι τὴν

ἀγωγὴν BS (*Dor.*) 12 autem] ante F<sup>2</sup> 13 in- quid F<sup>2</sup> 16 patrem familias F<sup>2</sup> 17 ei] ea F<sup>2</sup> 19 prouauerit F<sup>2</sup>, putauerit F<sup>2</sup>: τὸν ἐν ὑπεζ- ουσίῳ τῷ προσδεχθέντῃ παρὰ τοῦ πραιτωρος εἰς τὴν ἰνιογριάρομ BS (*Dor.*) 21 factum F 24 'oportere F<sup>2</sup> 25 iniuria m'rum F<sup>2</sup> 28 cuiusqu'a'e F<sup>2</sup> 29 suo] in suo F: ἐπειδὴ καὶ ὁ ἀνὴρ ἀγῆς κοῦφῳ νόμινε κινεῖ BS (*Dor.*) 37 cuius filius esset *om.* F<sup>2</sup> | inquit F<sup>2</sup> 41 pa- ra'n'tus F<sup>2</sup> | in *om.* F

- 20 **MODESTINUS** libro duodecimo responsorum. Si iniuriae faciendae gratia B. 60, 21, 19 E  
 Seia domum absentis debitoris signasset sine auctoritate eius, qui concedendi ius potestatemque habuit, iniuriarum actionem intendi posse respondit.
- 21 **LAEULENUS** libro nono epistularum. Iniuriarum aestimatio non ad id tempus, quo iudicatur, sed ad id, quo facta est, referri debet. B. 60, 21, 20 E
- 22 **ULPIANUS** libro primo ad edictum praetoris. Si liber pro fugituo adprehensus erit, iniuriarum cum eo agit. B. 60, 21, 21 E
- 23 **PAULUS** libro quarto ad edictum. Qui in domum alienam inuito domino introiret, quamuis in ius uocat, actionem iniuriarum in eum competere **Otilius** ait. B. 60, 21, 22 E
- 24 **ULPIANUS** libro quinto decimo ad edictum praetoris. Si quis proprium seruum distrahere prohibetur a quolibet, iniuriarum experiri potest. B. 60, 21, 23 E
- 25 **IDEM** libro octauo decimo ad edictum. Si stuprum serua passa sit, iniuriarum actio dabitur: aut, si celauit mancipium uel quid aliud furandi animo fecit, etiam furti: uel, si uirginem inmaturam stuprauerit, etiam legis Aquiliae actionem competere quidam putant. B. 60, 21, 24 E
- 26 **PAULUS** libro nono decimo ad edictum. Si quis seruum meum uel filium ludibrio habeat licet consentientem, tamen ego iniuriam uideor accipere: ueluti si in popinam duxerit illum, si alea luserit. sed hoc utcumque tunc locum habere potest, quotiens ille qui suadet animum iniuriae faciendae habet. atquin potest malum consilium dare et qui dominum ignoret: et ideo incipit serui corrupti actio necessaria esse. B. 26, 21, 25 E
- 27 **IDEM** libro uicensimo septimo ad edictum. Si status patris tui in monumento posita saxis caesa est, sepulchri uiolati agi non posse, iniuriarum posse **Labeo** scribit. B. 60, 21, 26 E
- 28 **ULPIANUS** libro trigensimo quarto ad Sabinum. Iniuriarum actio in bonis nostris non computatur, antequam litem contestemur. B. 60, 21, 27 S
- 29 **PAULUS** libro decimo ad Sabinum. Si seruum, cuius nomine iniuriarum actio tibi competit, manumiseris aut alienaueris, superest tibi iniuriarum actio. B. 60, 21, 28 S
- 30 **ULPIANUS** libro quadragensimo secundo ad Sabinum. Seruo autem manumisso non competere actionem ob iniuriam, quam in seruitute passus est, quis dubitet?  
 1 Si filio iniuria facta sit, cum utriusque tam filio quam patri acquisita actio sit, non eadem utriusque faciendae aestimatio est, B. 60, 21, 29 S
- 31 **PAULUS** libro decimo ad Sabinum. cum possit propter filii dignitatem maior ipsi quam patri iniuria facta esse. B. 60, 21, 30 S
- 32 **ULPIANUS** libro quadragensimo secundo ad Sabinum. Nec magistratibus licet aliquid iniuriose facere. si quid igitur per iniuriam fecerit magistratus uel quasi priuatus uel fiducia magistratus, iniuriarum potest conueniri. sed utrum posito magistratu an uero et quamdiu est in magistratu? sed uerius est, si is magistratus est, qui sine fraude in ius uocari non potest, expectandum esse, quoad magistratu abeat. quod et si ex minoribus magistratibus erit, id est qui sine imperio aut potestate sunt magistratus, et in ipso magistratu posse eos conueniri. B. 60, 21, 31 S
- 33 **PAULUS** libro decimo ad Sabinum. Quod rei publicae uenerandae causa secundum bonos mores fit, etiamsi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea B. 60, 21, 32 S  
*F(XYMOC). Petrus 3, 59 = l. 21*

<sup>1</sup> *idem Graeci* (εἰ δὲ καὶ): et del. <sup>2</sup> magistratus] magis? <sup>3</sup> *idem Graeci* (ἐπὶ τιμῆς καὶ προσκνήσει τῆς ἡμετέρας πόλεως): uindicandae (*R. Stephanus*)?

2 signasset *F*<sup>2</sup> | si'g'ne *F*<sup>2</sup> 4 nono] u *M*, om. *X* | id tempus] tempus *YMO* 5 iudicatur] adiudicatur *O Petr.* | debet] debet estimato *M*<sup>9</sup> uocat] *edd.*, uocati *F*: εἰ καὶ τὰ μάλιστα διὰ τὴν εἰς τὸ δικαστήριον κλήσιν εἰσελθῆν *BS (Dor.)*, ἐπὶ τῷ καλέσαι πρὸς δίκην *B (Anon.)* 11 experi *F* 12 libro bis *F* 14 aquiliae *F*<sup>9</sup> 18 si aleam luserit *F*: ἢ κοτ-

τις μετ' αὐτοῦ *BS* | habere] habe *F* 25 computa'n'tur *F*<sup>2</sup> | contestat'emur *F*<sup>9</sup> 34 *ulpianus bis F*<sup>9</sup> 35 magistratus] magistratibus *F*: εἰάν ὁ ἀρχων ... ἕβρις *B (Anon.)* 36 utrum] 'de'posito *F*<sup>2</sup> 38 magistratu'm] habeat *F*<sup>2</sup> et sic etiam *Dorotheus* accepit: ἕως ἀντήκτου τῆς ἀρχῆς *BS*

mente magistratus facit, ut iniuriam faciat, sed ad uindictam maiestatis publicae respiciat, actione iniuriarum non tenetur.

- 34 GAIVS libro tertio decimo ad edictum prouinciale. Si plures serui simul B. 60, 21, 33 S aliquem ceciderint aut conuicium alicui fecerint, singulorum proprium est maleficium et tanto maior iniuria, quanto a pluribus admissa est. immo etiam tot iniuriae sunt, quot et 5 personae iniuriam facientium.
- 35 ULPIANUS libro tertio de omnibus tribunalibus. Si quis iniuriam atrocem B. 60, 21, 34 S fecerit, qui ¶ contemnere iniuriarum iudicium possit ob infamiam suam et egestatem, prae- f. 386' tor acriter exequi hanc rem debet et eos, qui iniuriam fecerunt, coercere. 9
- 36 IULIANUS libro quadragesimo quinto digestorum. Si filii nomine cum B. 60, 21, 35 S patre iniuriarum agere uelim et is procuratorem det, non intellegitur filius defendi, nisi iudicatum solui satisfidetur: et ideo actio aduersus filium, tamquam a patre non defendatur, danda erit.
- 37 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Constitutionibus principa- B. 60, 21, 36 S libus cauetur ea, quae infamandi alterius causa in monumenta publica posita sunt, tolli de 15 1 medio. Etiam ex lege Cornelia iniuriarum actio ciuilliter moueri potest condemnatione aestimatione iudicis facienda.
- 38 SCAEUOLA libro quarto regularum. Senatus consulto ca- cf. D. 48, 19, 28, 7. B. 60, 21, 37 S netur, ne quis imaginem imperatoris in inuidiam alterius portaret: et qui contra fecerit, in uincula publica mittetur. 20
- 39 UENULEIUS libro secundo publicorum iudiciorum. Uestem sordidam rei no- B. 60, 21, 38 S mine in publico habere capillumue summittere nulli licet, nisi ita coniunctus est adfinitati<sup>1</sup>, ut inuitus in reum testimonium dicere cogi non possit.
- 40 MACER libro secundo publicorum iudiciorum. Diuus Senerus Dionysio Diogeni ita S<sup>\*</sup> scripsit: 'Atrocis iniuriae damnatus in ordine decurionum esse non potest<sup>2</sup>. nec prodesse 25 'tibi debet error praesidium aut eius, qui de te aliquid pronuntiauit, aut eorum, qui contra 'formam iuris mansisse te in ordine decurionum putauerunt'.
- 41 NERATIUS libro quinto membranarum. Pater, cuius filio facta est iniuria, B. 60, 21, 39 S<sup>f</sup> non est impediendus, quo minus duobus iudiciis et suam iniuriam persequatur et filii. 29
- 42 PAULUS libro quinto sententiarum. Iudici ab appellatoribus con- Paul. 5, 4, 18. B. 60, 21, 40 P uicium fieri non oportet: alioquin infamia notantur.
- 43 GAIVS libro tertio regularum. Qui iniuriarum actionem per calumniam in- B. 60, 21, 41 S<sup>f</sup> stituit, extra ordinem damnatur: id est exilium aut relegationem aut ordinis amotionem patiatur. 34
- 44 IAUOLENUS libro nono ex posterioribus Labeonis. Si inferiorum dominus B. 60, 21, 42 S<sup>E</sup> aedium superioris uicini fumigandi causa fumum faceret, aut si superior uicinus in inferior- es aedes quid aut proiecerit aut infuderit, negat Labeo iniuriarum agi posse: quod falsum puto, si tamen iniuriae faciendae causa inmittitur.
- 45 HERMOGENIANUS libro quinto epitomarum. De iniuria nunc extra ordinem B. 60, 21, 43 S<sup>\*P</sup> ex causa et persona statui solet. et serui quidem flagellis caesi dominis restituntur, liberi 40 nero humilioris quidem loci fustibus subiciuntur, ceteri autem uel exilio temporali uel interdictione certae rei coercentur.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> adfinitati del.    <sup>2</sup> potes (add.)?

1 faciat] facit F | publice F 4 caeciderint F  
5 tanto] tantum F<sup>1</sup> 7 de omnibus] deci-  
monibus F<sup>o</sup> 10 iulianus] ΟΥΛΠ. B | filii]  
filio F<sup>2</sup> 11 dependi F<sup>1</sup> 12 filium tam-  
quam] F<sup>2</sup>, filius quam F<sup>1</sup> 15 in monu-  
menta publica] ἐν ὑπομνήμασι δημοσίοις BS  
et B 22 coniunctus est adfinitati] F<sup>2</sup>, in-  
iunctus est adfinitati F<sup>2</sup>: εἰ μὴ οὐτως αὐτῷ

ΣΥΝΗΠΤΑΙ ΚΑΤὰ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ B (Anon.) 24 ita  
re'scripsit F<sup>2</sup> 30 iudici ab appella'toribus  
conuicium F<sup>2</sup>, conuicium iudici ab appella-  
toribus Pauli libri 32 qui n' iniuriarum F<sup>2</sup>  
33 ex filium F<sup>1</sup> 35 posteriorum F<sup>1</sup> 36 in  
om. F 37 profecerit F<sup>2</sup> | agi's' posse F<sup>2</sup>  
41 umilioris F

## XI.

## R DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBUS R

PS

- 1 PAULUS libro quinto sententiarum. Sollicitatores alienarum nuptiarum itemque matrimoniorum interpellatores et si effectu sceleris potiri non possunt, propter uoluntatem perniciosae libidinis extra ordinem puniuntur. Fit iniuria contra bonos mores, ueluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, caeno luto oblinuerit, aquas spurcauerit, fistulas lacus quidue aliud ad<sup>1</sup> iniuriam publicam contaminauerit: in quos grauiter animaduerti solet. Qui puero<sup>2</sup> stuprum<sup>3</sup> abducto ab eo uel corrupto comite persuaserit aut<sup>4</sup> mulierem puellamue interpellauerit quidue impudicitiae<sup>5</sup> gratia fecerit, donum praebuerit pretiumue, quo is persuadeat, dederit: perfecto flagitio punitur capite<sup>6</sup>, imperfecto in insulam deportatur: corrupti comites summo supplicio adficiuntur.
- 2 ULPIANUS libro quarto opinionum. Sub praetextu religionis uel sub specie soluendi uoti coetus illicitos nec a ueteranis temptari oportet.
- 3 IDEM libro tertio de adulteris. Stellionatus ¶ uel expilatae hereditatis iudicia accusationem quidem habent, sed non sunt publica.
- 4 MARCIANUS libro primo regularum. Diuus<sup>7</sup> Seuerus et Antoninus rescripserunt eam, quae data opera abegit, a praeside in temporale exilium dandam: indignum enim uideri potest impune eam maritum liberis fraudasse.
- 5 ULPIANUS libro quinto de officio proconsulis. In eum, cuius instinctu ad infamandum dominum seruus ad statum confugisse compertus erit, praeter corrupti serui actionem, quae ex edicto perpetuo competit, seuerus animaduertitur.
- 6 IDEM libro octauo de officio proconsulis. Annonam adtemptare et uexare uel maxime dardanarii solent: quorum auaritiae obuiam itum est tam mandatis quam constitutionibus. mandatis denique ita cauetur: Praeterea debebis custodire, ne dardanarii ullius mercis sint, ne aut ab his, qui coemptas merces supprimunt, aut a locupletioribus, qui fructus suos aequis pretiis uendere nollent, dum minus uberes prouentus expectant, annona oneretur. poena autem in hos uarie statuitur: nam plerumque, si negotiantes sunt, negotiatione eis tantum interdicitur, interdum et relegari solent, humiliores ad opus publicum dari. Onerant annonam etiam staterae adulterinae, de quibus diuus Traianus edictum proposuit, quo edicto poenam legis Corneliae in eos statuit, perinde ac si lege testamentaria, quod testamentum falsum scripsisset signasset recitasset, damnatus esset. Sed et diuus Hadrianus eum, qui falsas mensuras habuit, in insulam relegauit.
- 7 IDEM libro nono de officio proconsulis. Saccularis, qui uetitas in sacculos artes exercentes partem subducunt, partem subtrahunt, item qui derectarii appellantur, hoc

F(XYMOG)

<sup>1</sup> ad] in Paulus <sup>2</sup> praetextato ins. Paulus <sup>3</sup> aliudue flagitium ins. Paulus <sup>4</sup> aut om. Paulus <sup>5</sup> quidue pudicitiae corrumpendae Paulus <sup>6</sup> capite punitur Paulus <sup>7</sup> diui?

4 potiri] plioriori F<sup>o</sup> 5 possunt] possint Paulus (possit Monac.) 6 baeno F<sup>1</sup> 7 oblinuerit Pauli libri boni, oblinuerit F<sup>2</sup> | aquas spurgauerit F, aquas purgauerit Pauli libri | fistulas (fistulam Pauli libri) lacus (latus F) quidue (quid uel F) aliud] τοὺς σωλῆνας ἢ τὰς δεζαμενάς ἢ τι τοιοῦτον B (Anon.) 8 quos] quis F<sup>o</sup> | ab] au F<sup>1</sup> 9 corrupto comite] corrupti comit F<sup>1</sup> 10 donum] F cum BS: δῶρα παρέχων ἀγίοις et B et Pauli libri plerisque, donum libri alii Pauli | praetiumue F<sup>2</sup> | is (id est iis) persuadeat] is persuadeat F, id persuadeat Pauli libri 11 puniuntur F<sup>2</sup> 13 opinionorum F 14 illicitus F | temptare F 20 in-

sti'netu F<sup>2</sup> 23 annonam adtempta hic omisit et post dardanarii u. 24 posuit F<sup>1</sup> 24 dardanarii] οἱ παλιγκάπηλοι BS | auaritas F<sup>1</sup> 25 dardanarii i ullius F<sup>2</sup> 26 a locupletioribus F<sup>2</sup> 27 praetibus F<sup>2</sup> 28 annona oneretur] ἢ εὐθηνία βαρύνηται BS, ne annona oneretur F | uari'ae F<sup>2</sup> 29 humiliores] humiliores F<sup>1</sup> 30 etiam] et tam F | dibus F<sup>1</sup> | tra'h'ianus F<sup>2</sup> 33 h'adrianus F<sup>2</sup> 34 proconsulis F<sup>6</sup> | saccularii] X<sup>2</sup>MOG, saccularios FX<sup>o</sup>Y | sacculos' artes (sic) F<sup>2</sup> 35 derectarii] F, dietarii X (marg. Py[sis] directarii), digetarii M, edictarii Y<sup>o</sup>, edietarii F<sup>2</sup>, degetarii O, digerarii C

est hi, qui in aliena cenacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt: idcircoque aut ad tempus in opus dantur publicum, aut fustibus castigantur et dimittuntur, aut ad tempus relegantur.

- 8 IDEM eodem libro. Sunt praeterea crimina, quae ad executionem praesidis [B. 60, 22, 8] S  
pertinent: ut puta si quis instrumenta sua prodita esse dicat: nam huius rei executio prae- 5  
fecto urbis a diuis fratribus data est.
- 9 IDEM eodem libro. Sunt quaedam, quae more prouinciarum coercionem [B. 60, 22, 9] S  
solent admittere: ut puta in prouincia Arabia σκοπελισμὸν crimen appellant, cuius rei ad-  
missum tale est: plerique inimicorum solent praedium inimici<sup>1</sup> σκοπελίζειν, id est lapides  
ponere indicio futuros, quod, si quis eum agrum coluisset, malo leto periturus esset inisi- 10  
diis eorum, qui scopulos posuissent: quae res tantum timorem habet, ut nemo ad eum  
agrum accedere audeat crudelitatem timens eorum qui scopelismom fecerunt. hanc rem  
praesides exequi solent graniter usque ad poenam capitis, quia et ipsa res mortem com-  
minatur. 14
- 10 IDEM eodem libro. In Aegypto qui chomata rumpit uel dissoluit (hi [BS. 60, 51, 15 sch. 11] S  
sunt aggeres, qui quidem<sup>2</sup> solent aquam Niloticam continere), aequae plectitur extra ordi-  
nem: et pro condicione sua et pro admissi mensura quidam opere publico, alii autem me-  
tallo plectuntur, et metallo quidem secundum suam dignitatem. si quis arborem sycami-  
nonem<sup>3</sup> exciderit, nam<sup>4</sup> et haec res uindicatur extra ordinem non leui poena, idcirco quod  
hae arbores colligunt<sup>5</sup> aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur et coer- 20  
centur. et deminutiones aequae<sup>6</sup> coercentur: chomata<sup>7</sup> etiam et diacopi, qui in aggeribus  
fiunt, plecti efficiunt eos, qui id admiserint.
- 11 PAULUS libro primo sententiarum. In circulatores, qui serpentes circum- [B. 60, 22, 10] \*P  
ferunt et proponunt, si cui ob eorum metu<sup>8</sup> damnum datum est, pro modo admissi actio  
dabitur. 25

## XII.

## R DE SEPULCHRO UIOLATO R

ESP

- 1 ULPIANUS libro secundo ad edictum praetoris. Sepulchri uiolati actio infa- [B. 60, 23, 1] E  
miam irrogat. 29
- 2 ¶ IDEM libro octauo decimo ad edictum praetoris. Si sepulchrum quis diruit, [B. 60, 23, 2] E f. 387  
cessat Aquilia: quod ui tamen aut clam agendum erit: et ita de statua de monumento  
euolsa Celsus scribit. idem quaerit, si neque adplumbata fuit neque adfixa, an pars monu-  
menti effecta sit an uero maneat in bonis nostris: et Celsus scribit sic esse monumenti ut  
ossuaria et ideo quod ui aut clam interdicto locum fore. 34
- 3 ULPIANUS libro uicensimo quinto ad edictum praetoris. Praetor ait: 'Cuius [B. 60, 23, 3] E  
'dolo malo sepulchrum uiolatum esse dicetur, in eum in factum iudicium dabo, ut ei, ad  
'quem pertineat, quanti ob eam rem aequum uidebitur, condemnetur. si nemo erit, ad quem  
'pertineat, siue agere uolet: quicumque agere uolet, ei centum aureorum actionem dabo.  
'si plures agere uolent, cuius iustissima causa esse uidebitur, ei agendi potestatem faciam.  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> inimici del. <sup>2</sup> quidem] ibidem? <sup>3</sup> συγκάμινον (Hal)? <sup>4</sup> nam del. <sup>5</sup> colligant (Bris-  
sonius)? <sup>6</sup> aquae (u. i.)? <sup>7</sup> commata?

1 quam fures ... 2 tempus om. F<sup>2</sup>, uertunt B  
4 idem eodem libro del. F<sup>2</sup> neque agnoscunt B |  
exectionem F 5 executio F 7 idem eodem  
libro del. F<sup>2</sup> neque agnoscunt B 9 id est F<sup>2</sup>  
15 idem eodem libro del. F<sup>2</sup> neque agnoscunt B  
17 alii autem] autem FM<sup>2</sup>?, aut M<sup>4</sup>C, om.  
XYO 18 si quis arborem ... 22 admiserint]  
σοφιδῶς δὲ τιμωρεῖται καὶ ὁ τὰς συνεχοῦσας  
τὰ παραχώματα συγκάμινοϋς τέμνων ἢ διακόπτων

τὰ παραχώματα B (Anon.) 21 aequae] FM<sup>2</sup>,  
aquae XYMOG 24 metu F 27 uiolato]  
ind. F, uiolatu F 28 infamiam F<sup>2</sup> 32 mo-  
numentum] ai F<sup>2</sup> 34 ossuaria] sic ex BS: ὡς  
τὰ σοροῦς τὰς δεχομένας τὰ ὀστῆα τῶν νεκρῶν  
τὰ καλοῦμενα (cod. ἀνασκαλεῖόμενα) ὀσοῦαρια,  
ossuariam F 35 uicensimo F<sup>2</sup> | quinto  
om. F<sup>2</sup> | praetoris si praetor F<sup>2</sup> 36 eum]  
ium F<sup>2</sup> 39 potestatem] F<sup>2</sup>, potest tamen F<sup>2</sup>



'si quis in sepulchro dolo malo habitauerit aedificiumue aliud, quamque<sup>1</sup> sepulchri causa factum sit, habuerit: in eum, si quis eo nomine agere uolet, ducentorum aureorum iudicium dabo'. Prima uerba ostendunt eum demum ex hoc plecti, qui dolo malo uiolauit. si igitur dolus absit, cessabit eiusdem<sup>2</sup>. personae igitur doli non capaces, ut admodum im-  
 2 puberes, item omnes, qui non animo uiolandi accedunt, excusati sunt. Sepulchri autem  
 3 appellatione omnem sepulturae locum contineri existimandum est. Si quis in hereditarium sepulchrum inferat, quamuis heres, tamen potest sepulchri uiolati teneri, si forte contra uoluntatem testatoris intulit: licet enim cauere testatori, ne quis eo inferatur, ut rescripto imperatoris Antonini cauetur: seruari enim uoluntatem eius oportere. ergo et si cauit, ut  
 4 unus tantum heredum inferret, seruabitur, ut solus inferat. Non perpetuae sepulturae tra-  
 dita corpora posse transferri edicto diui Seueri continetur, quo mandatur, ne corpora detinerentur aut uexarentur aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri<sup>3</sup>. diuus tamen Marcus rescripsit nullam poenam meruisse eos, qui corpus in itinere defuncti per uicos aut oppidum transuexerunt, quamuis talia fieri sine permissu eorum, quibus permit-  
 5 tendi ius est, non debeant. Diuus Hadrianus rescripto poenam statuit quadraginta aureo-  
 rum in eos qui in ciuitate sepeliunt, quam fisco inferri iussit, et in magistratus eadem<sup>4</sup>  
 qui passi sunt, et locum publicari iussit et corpus transferri. quid tamen, si lex municipa-  
 lis permittat in ciuitate sepeliri? post rescripta principalia an ab hoc discessum sit, uidebimus, quia generalia sunt rescripta et oportet imperialia statuta suam uim optinere  
 6 et in omni loco ualere. Si quis in sepulchro habitasset aedificiumue habuisset, ei qui uelit  
 7 agendi potestas fit. Aduersus eos, qui cadauera spoliant, praesides [B. uol. 6 p. 46 Heimb. seuerius interuenire, maxime si manu armata adgrediantur, ut, si armati more latronum id egerint, etiam capite plectantur, ut diuus Seuerus rescripsit, si sine armis, usque ad  
 8 poenam metalli procedunt<sup>5</sup>. Qui de sepulchri uiolati actione indicant, aestima- [B. uol. 6] bunt, quatenus intersit, scilicet ex iniuria quae facta est, item ex lucro eius qui uiolauit,  
 9 uel ex damno quod contigit, uel ex temeritate eius qui fecit: numquam tamen minoris debent condemnare, quam solent extraneo agente. Si ad plures ius sepulchri pertineat, utrum omnibus damus actionem an ei qui occupauit? Labeo omnibus dandam dicit recte,  
 10 quia in id, quod uniuscuiusque interest, agitur. Si is, cuius interest, sepulchri uiolati agere nollet, potest paenitentia acta, antequam lis ab alio contestetur, dicere uelle se agere et  
 11 audietur. Si seruus in sepulchro habitat uel aedificauit, noxalis actio cessat et in eum praetor hanc actionem pollicetur. si tamen non habitat, sed domunculam ibi habeat seruus,  
 12 noxale iudicium erit dandum, si modo habere posse uidetur. Haec actio popularis est.  
 4 || PAULUS libro uicensimo septimo ad edictum praetoris. Sepulchra hostium [B. 60, 23, 4 B l. 33] religiosa nobis non sunt: ideoque lapides inde sublato in quemlibet usum conuertere pos-  
 sumus: non<sup>7</sup> sepulchri uiolati actio competit.  
 5 POMPONIUS libro sexto ex Plautio. Utimur eo iure, ut dominis fundorum, in [B. 60, 23, 5 B] quibus sepulchra fecerint, etiam post uenditos fundos adeundorum sepulchrorum sit ius. legibus namque praediorum uendundorum cauetur, ut ad sepulchra, quae in fundis sunt, item eius<sup>8</sup> aditus ambitus funeri<sup>9</sup> faciendi sit.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> quam quod (Hal.)? <sup>2</sup> eiusdem] edictum (eδ = ε'δ: d'Arnaud)? <sup>3</sup> per oppida enim non debent transferri *similiane exciderunt* <sup>4</sup> eandem (dett.)? <sup>5</sup> solent *ins.* <sup>6</sup> procedant (dett.)? <sup>7</sup> nec (dett.)? <sup>8</sup> item eius] itus (Fornerius: u. i.)? <sup>9</sup> fuit sacrificii (u. i.)

1 aedificiumue ... 2 habuerit] ἢ ποιήσει ἢ συή οικοδόμημα μὴ ἀνήκων τῷ τάφῳ B (Anon.)  
 3 h'is'oc F<sup>2</sup> 7 quambis F<sup>2</sup> 10 inferet F  
 11 corpore posse F<sup>2</sup> 12 'aut' prohiberentur F<sup>2</sup> | territoria F 16 et in magistratus eadem qui passi sunt] καὶ ὁ ἀνασχόμενος ἀρχῶν μ' νομίσματα (cod. ma') BS 22 adgraediantur F  
 23 agerint F<sup>2</sup> 24 aestima'bu'nt F<sup>2</sup> 25 uiolauit 'uel' ex F<sup>2</sup>: ἢ ἐξ ὧν ἐζημίωσεν BS  
 30 penitentia 'acta' F<sup>2</sup> | alio] ualialo F<sup>2</sup>

31 au'idiatur F<sup>2</sup> 32 domunculam F 33 ei modo habere posse uidetur] εἴπερ δὲ ὡς νοοῦ-  
 μεν δύνασθαι τὴ εἶχειν τὸν οἰκέτην BS (Dor.)  
 40 item eius aditus] F, item ei (eis M<sup>2</sup>) aditus YMO, item aditus eis X: ἴνα ἢ πρὸς τὰ μνημεῖα ἐν τοῖς ἀγροῖς ὄντα εἰσόδος περὶ τοὺς συμβαινόντος ἔνεκεν φυλάττηται τοῖς πεπρακτοῖς BS (Dor.). cf. Orelli *inscr. n. 4947*: (locum) mancipio acceperunt ... et ad eum locum itum aditum actum ambitum sacrificia fa-

- 6 IULIANUS libro decimo digestorum. Sepulchri uiolati actio in primis datur [B. 60, 23, 6] S  
ei, ad quem res pertinet. quo cessante si alius egerit, quamuis rei publicae causa afuerit  
dominus, non debet ex integro aduersus eum, qui litis aestimationem sustulerit, dari.  
nec potest uideri deterior fieri condicio eius, qui rei publicae causa afuit, cum haec actio  
non ad rem familiarem eiusdem, <sup>1</sup> magis ad ultionem pertineat. 5
- 7 MARCIANUS libro tertio institutionum. Sepulchri deteriorem condicionem fieri [B. 60, 23, 7] S  
prohibitum est: sed corruptum et lapsam monumentum corporibus non contactis licet reficere.
- 8 MACER libro primo publicorum. Sepulchri uiolati crimen potest dici ad legem [B. 60, 23, 8] S  
Iuliam de ui publica pertinere ex illa parte, qua de eo cauetur, qui fecerit quid, quo  
minus aliquis funeretur sepeliatur: quia et qui sepulchrum uiolat, facit, quo quis minus 10  
sepultus sit.
- 9 IDEM libro secundo publicorum iudiciorum. De sepulchro uiolato actio quo- [B. 60, 23, 9] Sf  
que pecuniaria datur.
- 10 PAPINIANUS libro octauo quaestionum. Quaesitum est, an ad heredem ne- [B. 60, 23, 10] P  
cessarium, cum se bonis non miscuisset, actio sepulchri uiolati pertineret. dixi recte eum 15  
ea actione experi-ri, quae in bonum et aequum concepta est: nec tamen si <sup>2</sup> egerit, heredi-  
tarios creditores timebit, cum etsi per hereditatem optigit haec actio, nihil tamen ex de-  
functi capiatur uoluntate, neque id capiatur, quod in rei persecutione, sed in sola uindicta  
sit constitutum. 19
- 11 PAULUS libro quinto sententiarum. Rei sepulchrorum uiolatorum, si corpora [B. 60, 23, 11] P  
ipsa extraxerint uel ossa eruerint, humilioris quidem fortunae summo supplicio adficiuntur,  
honestiores in insulam deportantur. alias autem relegantur aut in metallum damnantur. 24

## XIII.

## R DE CONCUSSIONE R

24

- 1 ULPIANUS libro quinto opinionum. Si simulato praesidis iussu concussio [B. 60, 24, 1] S  
intervenit, ablatum eiusmodi terrore restitui praeses prouinciae iubet et delictum coerces.
- 2 MACER libro primo publicorum iudiciorum. Concussionis iudicium publicum [B. 60, 24, 2] S  
non est: sed si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest iudicium publi-  
cum esse ex senatus consultis, quibus poena legis Corneliae teneri iubentur, qui in accu-  
sationem innocentium coierint quiae ob accusandum uel non accusandum, denuntiandum 30  
uel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperit.

## XIII.

## R DE ABIGEIS R

SE

- 1 ULPIANUS libro octauo de officio proconsulis<sup>2</sup>. De abigeis puniendis ita diuus [Coll. 11, 7, 1] S  
Hadrianus consilio Baeticae rescripsit<sup>4</sup>: 'abigei cum durissime puniuntur, ad gladium damnari 35  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> sed *ins. (dett.)*    <sup>2</sup> tametsi?    <sup>3</sup> sub titulo de abigeis *add. Coll.*    <sup>4</sup> rescripsit concilio Baeticae *Coll.*

cere uesci epulari ita liceat, n. 4373: ut ...  
itum aditum ambitum sacrificique faciundi  
causa proximis eius recte liceat, n. 4085:  
lege publica uti liceat itum aditum ambit(um)  
haustum aquae ligna sumere, n. 4511: ut  
liceat ei itum aditum ambitum humandumue  
sacrificandum (*sic*) caussa habere, n. 4382:  
et in eo mon(umento) itu(m) act(um) am-  
bit(um) inlat(ionem?) mort(uum) mort(uam)  
inferre coron(are) sacrificicare) sacrificium  
fac(ere) ei a(d) q(uem) e(a) r(es) p(ertinet)  
p(ertinebit) r(ecte) l(iceto), n. 4379: excipit(ur)

itus actus aditus ambitus item aquae ...  
ligni sacrificiis faciendis et cetera quae in  
lege publica continentur. itus in hac formula  
sollemnis est neque umquam eius loco repperi  
iter re quoque diuersum 7 munumentum F<sup>1</sup>  
12 publicorum iudiciorum in lacuna om. F<sup>2</sup>  
16 experi F 17 OPTIGWT (*sic*) F 18 ca-  
p't'i'o'atur F<sup>3</sup> 21 humiliores F 26 prae-  
sens F | diluctum F<sup>2</sup> | coeceret F 30 accu-  
sand'o'um F<sup>3</sup> 33 auigeis ind. F 34 de  
om. Coll. (Ber.) 35 baeticae] uetice F

- 'solent. puniuntur autem durissime non ubique, sed ubi frequentius est id<sup>1</sup> genus maleficii: 1 'alioquin et in opus et nonnumquam temporarium dantur'<sup>2</sup>. Abigei [Coll. 11, 8, 1. B. 60, 25, 1] autem proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis uel<sup>3</sup> ex armentis subtrahunt et quodammodo depraedantur, et abigendi studium quasi artem exercent, equos de gregibus uel boues de armentis abducentes. ceterum si quis bouem aberrantem uel equos in solitudine re- 2 lictos<sup>4</sup> abduxerit, non est abigeus, sed fur potius. Sed et qui porcam<sup>5</sup> uel [Coll. 11, 8, 2] capram uel ueruicem abduxit<sup>6</sup>, non tam graniter quam qui<sup>7</sup> maiora animalis abigunt, plecti 3 debent. Quamquam autem Hadrianus metalli poenam, ¶ item operis uel etiam [Coll. 11, 8, 3 f. 98<sup>r</sup>] gladii praestituerit, attamen qui honestiore loco nati sunt, non debent ad hanc poenam pertinere, sed aut relegandi erunt aut mouendi ordine. sane qui cum gladio [Coll. 11, 8, 4] 4 abigunt, non inique bestiis obiciuntur<sup>8</sup>. Qui pecora, de quorum proprietate faciebat [(Coll.)] controuersiam, abegit, ut Saturninus quidem scribit, ad examinationem ciuilem remittendus est. sed hoc ita demum probandum est, si non color abigeatus quaesitus est, sed nere putauit sua iustis rationibus ductus. 14
- 2 MACER libro primo publicorum iudiciorum. Abigeatus crimen publici iudicii [B. 60, 25, 2] 8 non est, quia furtum magis est. sed quia plerumque abigei et ferro utuntur, si deprehenduntur, ideo grauius et puniri eorum admissum solet.
- 3 CALLISTRATUS libro sexto de cognitionibus. Oues pro numero abactarum [B. 60, 25, 3] 8 aut furem aut abigeum faciunt. quidam decem oues gregem esse putauerunt: porcos etiam 1 quinque uel quattuor abactos, equum bouem uel unum abigeatus crimen facere. Eum 11 quoque plenius coercendum, qui a stabulo abegit domitum pecus, non a silua nec grege. 2 Qui saepius abegerunt, licet semper unum uel alterum pecus subriperint, tamen abigei 3 sunt. Receptores abigeorum qua poena plecti debeant, epistula diui Traiani ita [Pon. 31, 8] cauetur, ut extra terram Italiam decem annis relegarentur.

XV.

R DE PRAEUARICATIONE R

- 1 ULPIANUS libro sexto ad edictum praetoris. Praeuaricator<sup>9</sup> est [D. 3, 2, 4, 4. B. 60, 26, 1] 8 quasi uaricator<sup>10</sup>, qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua. quod nomen Labeo 1 uaria certatione tractum ait: nam qui praeuaricatur, ex utraque parte constitit, quin immo 1 ex altera<sup>11</sup>. Is autem praeuaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accusauerit: [(D) 30] 8  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> id] hoc Coll. <sup>2</sup> post dantur leguntur haec in Coll.: ideoque puto apud uos quoque sufficere genus poenae, quod maximum (maximo codd.) huic maleficio inrogari solet, ut ad gladium abigei dantur: aut, si quis tam notus et tam grauis in abigendo fuit, ut prius ex hoc crimine aliqua poena adfectus sit, hunc in metallum dari oportere et quae sequuntur <sup>3</sup> ex pastu et Coll. <sup>4</sup> equum in solitudinem (om. relictos) Coll. <sup>5</sup> porcum Coll. <sup>6</sup> abducunt Coll. (u. i.) <sup>7</sup> quam qui] ut hi qui (ut his qui ad Ber.) Coll. <sup>8</sup> remouendi ordine (ordinem libri). Romae tamen etiam bestiis obici abigeos uidemus (subici abigeos uideamus libri), et sane qui cum gladio abigunt, non inique (iniqui Ber.) hac poena adficiuntur Coll. <sup>9</sup> autem ins. D. l. gem. <sup>10</sup> fuit quasi uariator (cf. uol. I p. 83 n. 2) <sup>11</sup> ex aduersa D. l. gem.

1 frequentium Coll. (Ber.) 2 temporarium Coll., temporium F | dantur] damnantur Coll.: fortasse legendum dumtaxat (= D. T.) dantur 3 hi om. F<sup>1</sup>, hic Coll. (Ber.) | armentis] fermentis Coll. (Ber.) | quodammodo Coll. (Ber.) 4 abigendi] abigei Coll. | exercent equos de gregibus] exercentes quas degere Coll. | uobes F<sup>1</sup> 5 obducentes F<sup>1</sup> | uouem F<sup>1</sup> | equos] equod F<sup>1</sup> 7 abduxit] adducunt Coll. (Ber.) | abigent Coll. (Ber.) 8 poena Coll. (Ber.) | operibus Coll. 9 praestituerit] presto erit Coll. (Ber.) | honestiori Coll. | ad hac poena Coll. (Ber.) 10 ordini F<sup>1</sup> 11 uestiis F 13 color abigea-

tus] χρώμα τῆς ἀπελασίας (cod. ἀπολογίας) BS 14 ductus om. F<sup>1</sup>: ἐκ δικαίων τινῶν ἀπὸ τούτου ὑπονόησας BS 15 macer] μακρ. B | iudiciorum om. in sp. uac. F<sup>1</sup> 17 puniri] puni F<sup>1</sup> 18 b'oues F<sup>1</sup> | abactorum F 19 oues] uobes F<sup>1</sup> 20 uouem F<sup>1</sup> 21 plenius] F cum B (Anon.): σφοδρότερον, lenius legit Dorotheus ueritas πραοτέρως 22 qui om. F<sup>1</sup> 23 poena] πειρονα F<sup>1</sup> | trahiani F 26 praebaricatione F<sup>1</sup> 27 praebaricator F<sup>1</sup> 28 baricator F<sup>1</sup> 29 certatione F<sup>1</sup> 30 ex altera] τῷ ἐνὶ μέρῳ BS (Dor.)

ceterum aduocatus non proprie praeuarcator dicitur. quid ergo de eo fiet? siue priuato iudicio siue publico praeuarcatus sit, hoc est prodiderit causam, hic extra ordinem solet puniri.

- 2 ULPIANUS libro nono de officio proconsulis. Sciendum, quod hodie is, qui [B. 60, 26, 1] S praeuarcati sunt, poena iniungitur extraordinaria. 4
- 3 MACER libro primo publicorum iudiciorum. Praeuaricationis iudicium aliud [B. 60, 26, 2] S publicum, aliud moribus inductum est. Nam si reus accusatori publico iudicio ideo praescribat, quod dicat se eodem crimine ab alio accusatum et absolutum, cauetur lege Iulia publicorum, ut non prius accusetur, quam de prioris accusatoris praueuaricatione constiterit et pronuntiatum fuerit. huius ergo praueuaricationis pronuntiatio publici iudicii intellegitur.
- 2 Quod si aduocato praueuaricationis crimen intendatur, publicum iudicium non est: nec inter- 10  
3 est, publico an priuato iudicio praueuarcatus dicatur. Si ideo quis accusetur, [B. 60, 26, 3] quod dicatur crimen iudicii publici destituisse, iudicium publicum non est, quia neque lege aliqua de hac re cautum est, neque per senatus consultum, quo poena quinque auri libra- 14  
rum in desistentem statutur, publica accusatio inducta est.
- 4 IDEM libro secundo publicorum iudiciorum. Si is, de cuius calumnia agi [B. 60, 26, 4] S prohibetur, praueuarcator in causa iudicii publici pronuntiatum sit, infamis erit.
- 5 UENULEIUS SATURNINUS libro secundo publicorum iudiciorum. Accusator in [B. 60, 26, 5] S praueuaricatione conuictus postea ex lege non accusat.
- 6 PAULUS libro singulari de iudiciis publicis. Ab imperatore nostro et patre [B. 60, 26, 6] S eius rescriptum est, ut in criminibus, quae extra ordinem obiciuntur, praueuaricatores ea- 20  
dem poena adficiantur, qua tenerentur, si ipsi in legem commississent, qua reus per praueuaricationem absolutus est.
- 7 ULPIANUS libro quarto de censibus. In omnibus causis, prae- [B. 60, 26, 7. BS. 24, 2, 4 sch. 1] S terquam in sanguine<sup>1</sup>, qui delatorem corruptit, ex senatus consulto pro uicto<sup>2</sup> habetur.

## XVI.

## R DE RECEPTATORIBUS R

- 1 MARCIANUS libro secundo publicorum iudicio]rum. Pessimum genus est re- [B. 60, 27, 1] S f. 389 ceptatorum, sine quibus nemo<sup>3</sup> latere diu potest: et praecipitur, ut perinde puniantur atque latrones. in pari causa habendi sunt, qui, cum adprehendere latrones possent, pecunia ac- 80  
cepta uel subreptorum parte dimiserunt.
- 2 PAULUS libro singulari de poenis paganorum. Eos, apud quos adfinis uel [B. 60, 27, 2] P cognatus latro conseruatus est, neque absoluendos neque seuerè admodum puniendos: non enim par est eorum delictum et eorum, qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.

## XVII.

## R DE FURIBUS BALNEARIIS R

- 1 ULPIANUS libro octauo de officio proconsulis<sup>4</sup>. Fures nocturni [Coll. 7, 4, 1. B. 60, 12, 64 fn.] S extra ordinem audiendi sunt<sup>5</sup> et causa cognita puniendi, dummodo sciamus in poena F(XYMOG)

<sup>1</sup> sanguinis (Brenemann)? <sup>2</sup> conuicto (Cuiacius)? <sup>3</sup> latronum ins. <sup>4</sup> sub titulo de furibus add. Coll. <sup>5</sup> fures ad forum (furtum Ber.) remittendi sunt diurni, nocturni (cocturnique Ber.) extra ordinem audiendi Coll.

1 praebarcator F<sup>1</sup> | siue priuato seq.] πλὴν κἀν ἐν χρηματικῷ κἀν ἐν ποινῶν δικαστηρίῳ προδῶ σὺνήγορος δίκη, ἔστρα ὄρδινεμ τιμωρεῖται BS (Dor.) 2 hic] sic F<sup>2</sup> | exextra F<sup>3</sup> 3 non F | odie F | qui om. F 4 praebarcati F<sup>1</sup> 5 macer] Μαρκ. B | praebarcationis F<sup>1</sup> 6 inductam F<sup>1</sup> 14 accusatio F<sup>2</sup> 16 praebarcator F<sup>1</sup> | in om. F<sup>1</sup> 20 praueuaricatores] sic cum BS: οἱ πρᾶεβαρικᾶτωρες, praebarcationes F<sup>1</sup>, praueuaricationes F<sup>2</sup>

21 praebarcationem F<sup>1</sup> 23 praeterquam in sanguine] χωρὶς τῶν δι' αἵματος ἔχόντων τὴν καταδίκην B similiterque BS 24 pro uicto] ἀντὶ ἠττηθέντος καὶ καταδεδικασμένου BS. 24, 2, 4, ἀντὶ καταδεδικασμένου BS. h. l., ἀντὶ ἐλεγθέντος B (Anon.) 28 ut perinde F<sup>2</sup> | atqu a'e F<sup>2</sup> 29 qui] XYMOG cum B: οἱ ὑποδοχεῖς ... τιμωροῦνται καὶ οἱ δυνάμενοι κρατῆσαι τοὺς ληστὰς καὶ ἀπολύσαντες, quia F 30 demiserunt F 32 puniendis F<sup>1</sup>. 35 balnearis ind. F

eorum<sup>1</sup> operis publici temporarii modum non egrediendum. idem et in balneariis furibus. sed si telo se fures defendunt uel effractores uel ceteri his similes nec quemquam Coll. 7, 4, 2 percusserunt, metalli poena uel honestiores relegationis<sup>2</sup> adficiendi erunt.

- 2 MARCIANUS libro secundo iudiciorum publicorum. Sed si interdum fur- B. 60, 12, 54 fm. S tum fecerunt, ad ius ordinarium remittendi sunt. 5
- 3 PAULUS libro singulari de poenis militum. Miles, qui in furto balneario adprehensus 8 est, ignominia mitti debet.

### XVIII.

#### R DE EFFRACTORIBUS ET EXPILATORIBUS R

SP

- 1 ULPIANUS libro octavo de officio proconsulis. De his, qui carcere effracto B. 60, 35, 11 S euaserunt, sumendum supplicium diui fratres Aemilio Tironi rescripserunt. Saturninus etiam 11 probat in eos, qui de carcere eruperunt siue effractis foribus siue conspiratione cum ceteris, qui in eadem custodia erant, capite puniendos<sup>3</sup>: quod si per negligentiam custodum euaserunt, leuius puniendos. Expilatores, qui sunt atrociores fures (hoc enim est B. 60, 28, 1 expilatores), in opus publicum uel perpetuum uel temporarium dari solent, honestiores autem 15 ordine ad tempus moueri uel fines patriae iuberi excedere. quibus<sup>4</sup> nulla specialis poena rescriptis principalibus inposita est: idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi 2 ei qui cognoscit. Simili modo et sacculari et derectarii erunt puniendi, item effractores. sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatoque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit prouincia Africa, unde erat, et urbe et 10 Italia. oportebit autem aequae et in effractores et in ceteros supra scriptos causa cognita status, prout admissum suggerit, dummodo ne quis in plebeio operis publici poenam uel in honestiore relegationis excedat.
- 2 PAULUS libro singulari de officio praefecti uigilum. Inter<sup>5</sup> effractores uarie B. 60, 28, 2 P animaduertitur. atrociores enim sunt nocturni effractores, et ideo hi fustibus caesi in me- 15 tallum dari solent: diurni uero effractores post fustium castigationem in opus perpetuum uel temporarium dandi sunt.

### XVIII.

#### R EXPILATAE HEREDITATIS R

SP

- 1 MARCIANUS libro tertio institutionum. Si quis alienam hereditatem expila- B. 60, 29, 1 S uerit, extra ordinem solet coerceri per accusationem expilatae hereditatis, sicut et oratione 11 diui Marci cauetur.
- 2 ULPIANUS libro nono de officio proconsulis. Si expilatae hereditatis crimen B. 60, 29, 2 S intendatur, praeses prouinciae cognitionem suam accommodare debet: cum enim furti agi 15 *F(XYMOG)*

<sup>1</sup> dummodo in (modum libri rel., om. Berol.) poena eorum sciamus Coll. <sup>2</sup> metalli poena (poenas libri) humiliores, honestiores uero relegatione Coll. <sup>3</sup> puniendos] animaduertendum? <sup>4</sup> quibus] quia iis (similiter Hal.)? <sup>5</sup> in (edd.)?

1 temporarium Coll. | idem] ideo Coll. (Ber.) | ualneariis F<sup>1</sup> 2 telo se] se telo Coll. (Ber., se om. Uind. Uerc.) | effractores F | his om. Coll. | nec quemquam] Coll., nec ququam F 3 uel honestiores legationis F: legerunt fortasse etiam Graeci sic ut est in Coll., sic enim uertunt: εὔτελες μὲν ὄντες μεταλλίζονται, οἱ δὲ ἐντιμοὶ ἐξορίζονται 6 ualneario F<sup>1</sup> 7 ignominia F<sup>4</sup> 9 expilatoribus ind. F 10 libro bis (priore loco minio) F 12 in] ion F<sup>4</sup> 13 erunt F<sup>1</sup> 14 i'euus F<sup>2</sup> | hoc om. F<sup>1</sup> 15 dare F<sup>1</sup> 16 moberi F<sup>1</sup> | speciales F<sup>1</sup> 18 ei' F<sup>2</sup> | saccularii F: οἱ εὔθικτοι κλέπται

οἱ λεγόμενοι περσικάριοι BS huc pertinet, nam περσικὴ Byzantiae est crumena | derectarii] sic scr. cum B (Anon.): οἱ δερεκτάριοι, detractarii FY, detractarii MOC, detractarii X. laudant hunc ipsum locum glossae p. 49 Labb. sic: defectarii lib. de off. proconsulis εἰσπλησιώνες | puniendum F<sup>4</sup> 19 equitem om. F<sup>1</sup> | perfaratoque F<sup>1</sup> | periete F 22 statuit F | ammissum F | in] im F | o'peris F<sup>2</sup> 23 relegationis F 25 effractores F 29 expilati hereditustatis F<sup>4</sup> 30 tertio' F<sup>2</sup> 34 praesens F

- 1 non potest, solum superest auxilium praesidis. Apparet autem expilatae hereditatis crimen eo casu intendi posse, quo casu furti agi non potest, scilicet ante aditam hereditatem, uel post aditam antequam res ab herede possessae sunt. nam in hunc casum furti actionem non competere palam est: quamuis ad exhibendum agi posse, si qui uindicaturus exhiberi desideret, palam sit. 5
- 3 MARCIANUS libro secundo publicorum iudiciorum. Diuus<sup>1</sup> Seuerus et Antoninus rescripserunt electionem esse, utrum quis uelit crimen expilatae hereditatis extra ordinem ¶ apud praefectam urbi uel apud praesides agere an hereditatem a possessoribus iure ordinario uindicare. B. 60, 29, 3 Sf f. 389' 9
- 4 PAULUS libro tertio responsorum. Res hereditarias omnium heredum fuisse communes, et ideo eum, qui expilatae hereditatis crimen obicit et optinuit, etiam coheredi profuisse uideri. B. 60, 29, 4 P 9
- 5 HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum. Uxor expilatae hereditatis crimine idcirco non accusatur, quia nec furti cum ea agitur. B. 60, 29, 5 P 14
- 6 PAULUS libro primo ad Neratium. Si rem hereditariam, ignorans in ea causa esse, subripuisti, furtum te facere respondit. PAULUS: rei hereditariae furtum non fit sicut nec eius, quae sine domino est, et nihil mutat existimatio subripientis. B. 60, 29, 6 P 6

## XX.

## R STELLIONATUS R

PSE

- 1 PAPINIANUS libro primo responsorum. Actio stellionatus neque publicis iudiciis neque priuatis actionibus continetur. B. 60, 30, 1 P 21
- 2 ULPIANUS libro octauo ad Sabinum. Stellionatus iudicium famosum quidem non est, sed coercionem extraordinariam habet. B. 60, 30, 2. BS. 22, 2, 14 S
- 3 IDEM libro octauo de officio proconsulis. Stellionatus accusatio ad praesidis cognitionem spectat. Stellionatum autem obici posse his qui dolo quid fecerunt, sciendum est, scilicet si aliud crimen non sit quod obiciatur: quod enim in priuatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. ubicumque igitur titulus criminis deficit, illic stellionatus obiciemus. maxime autem in his locum habet: si quis forte rem alii obligatam dissimulata obligatione per calliditatem alii distraxerit uel permutauerit uel in solutum dederit: nam haec omnes species stellionatum continent. sed et si quis merces supposuerit uel obligatas auerterit uel si corruperit, aequae stellionatus reus erit. item si quis imposturam fecerit uel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit postulari. et ut generaliter dixerim, deficiente titulo criminis hoc crimen locum habet, nec est opus species enumerare. Poena autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum crimen sit. solent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli haec poena in plebeis egredi. in his autem, qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio uel ab ordine motio remittenda est. Qui merces suppressit, specialiter hoc crimine postulari potest. B. 60, 30, 2. BS. 11, 2, 47 sch. 3. 25, 1, 1 sch. 3 S 25
- 4 MODESTINUS libro tertio de poenis. De periurio, si sua pignora esse quis in instrumento iurauit, crimen stellionatus fit, et ideo ad tempus exulat. B. 60, 30, 4. BS. 22, 5, 13 sch. 12 E 40

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> diui? <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): non del. (cf. D. 3, 2, 13, 8)?

1 superest F<sup>2</sup> 10 paulus libro tertio] F<sup>2</sup>, paulus libro F<sup>2</sup>, paulus paubro F<sup>6</sup> 16 non] XYMOC, om. F: τῶν κληρονομιαίων πραγμάτων οὐχ ἁμαρτάνεται κλοπὴ BS 17 domina F<sup>2</sup> | subripientis F 20 stellaonatus F 22 fa-

mosum quidem non est] οὔτε ἀτιμοποίησιν B (Anon.) 27 'criminibus F<sup>2</sup> 28 obiciemus F<sup>2</sup> 29 obligatum F<sup>2</sup> 32 imposturam] ἐπιθεσιν B 40 in instrumento F<sup>2</sup>

## XXI.

## R DE TERMINO MOTO R

- 1 **MODESTINUS** libro octauo regularum. Terminorum auulsorum non multa pecuniaria est, sed pro condicione admittentium coercitione transigendum. [B. 60, 31, 1] E
- 2 **CALLISTRATUS** libro tertio de cognitionibus. Diuus Hadrianus<sup>1</sup> in haec uerba rescripsit: 'Quin pessimum factum sit eorum, qui terminos finium causa positos propulerunt<sup>2</sup>, dubitari non potest. de poena<sup>3</sup> tamen modus ex condicione personae et mente facientis magis statui potest: nam si splendiores personae sunt<sup>4</sup>, quae conuincuntur, non dubie occupandorum alienorum finium causa id admiserunt<sup>5</sup>, et possunt in tempus, ut cuiusque patiatur aetas, relegari, id est si iuuenior, in longius, si senior, in recisius. si uero alii negotium gesserunt et ministerio functi sunt, castigari [Por. 25, 18] et ad opus biennio dari<sup>6</sup>. quod si per ignorantiam aut fortuito lapides<sup>7</sup> furati sunt, sufficiet<sup>8</sup> eos uerberibus decidere<sup>9</sup>.' 4
- 3 **IDEM** libro quinto de cognitionibus. Lege agraria, quam Gaius Caesar tulit, [B. 60, 31, 3] E aduersus eos, qui terminos statutos extra suum gradum finesue mouerint dolo malo, pecuniaria poena constituta est: nam in terminos singulos, quos eiecerint locoue mouerint, L. 100 quinquaginta aureos in publico dari iubet<sup>10</sup>: et eius actionem petitionem ei qui uolet esse 1 iubet. Alia quoque lege agraria, quam diuus Nerua tulit, cauetur, ut, si seruus seruauis in sciencie domino dolo malo fecerit, ei capital esse, nisi dominus dominaue multam sufferre 2 maluerit. Hi quoque, qui finalium quaestionum obscurandarum causa faciem locorum conuertunt, ut ex arbore<sup>11</sup> arbustum aut ex silua nouale aut aliquid eiusmodi faciunt, poena plectendi sunt pro persona et condicione et factorum uiolentia.

## XXII.

## R DE COLLEGIIS ET CORPORIBUS R

SP

- 1 **MARCIANUS** libro tertio institutionum. Mandatis principalibus praecipitur [B. 60, 32, 1] S praesidibus prouinciarum, ne patiantur esse collegia sodalicia neue milites collegia in castris<sup>12</sup> habeant. sed<sup>13</sup> permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in F(XYMOG)

<sup>1</sup> Terentio Gentiano XVII k. Sept. se III cos. [a. p. Chr. 119] addit Ulpianus <sup>2</sup> protulerunt (u. i.)? <sup>3</sup> de poena] poenae Coll. <sup>4</sup> sunt personae Coll. <sup>5</sup> non dubito quin occupandorum alienorum finium causa id admiserint Coll. <sup>6</sup> et ad opus biennio dari] et sic in biennium aut triennium ad opus publicum dari Coll. <sup>7</sup> usus (nisus libri) causa ins. Coll. <sup>8</sup> sufficit Coll. <sup>9</sup> decidere] coerceri Coll. <sup>10</sup> cf. lex Mamilia Roscia Peducaea Aliena Fabia c. 55 (gromat. ed. Lachm. p. 264): quique termini hac lege statuti erunt, ne quis eorum quem eicito neue loco moueto sciens dolo malo. si quis aduersus ea fecerit, is in terminos singulos, quos eiecerit locoue mouerit sciens dolo malo, sestertium quinque milia nummum in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas esto <sup>11</sup> idem Graeci (u. i.): ex aruo (Goesius)? <sup>12</sup> sed] senatus consulto (u. p. 793, 1 uerb. quod non tantum in urbe)? cf. legi collegii Dianae et Antinoi constituti a. p. Chr. 133 (Henzen inscr. n. 6096) praescriptum kaput ex s(enatus) c(onsulto) p(opuli) R(omani). Quib[us coire] conuenire collegium(ue) habere liceat. Qui stipem menstruam conferre uolent[is] in fune]ra, in it collegium coeant neq[ue] sub specie eius collegi nisi semel in mense [coeant] con]ferendi causa, unde defuncti sepeliantur

2 de om. ind. F 3 non multa pecuniaria est] οὐ μόνον χρηματικῶς καταδικάζονται BS (Dor.) 6 quin om. Coll., qui'n F<sup>2</sup> | sit om. Coll. 7 causam Coll. (Ber.) | propulerunt] FYMOG, protulerunt X, abstulerunt Coll., ἀνατρέπουσι BS | tamen] eam Coll. 8 menti F<sup>2</sup> | magis statui potest nam] magistratui poenam Coll. 9 non] con Coll. (Ber.) 10 patiatu] cum-patitur Coll. | id est si iuuenior ... 11 casti-gari om. Coll. | in longius om. F<sup>2</sup> 12 si

om. F<sup>2</sup> 15 extra (extran F) suum gradum (gradu F<sup>2</sup>) finesue] FYMOG: παρὰ τὴν τάξιν BS 16 ter'minos F<sup>2</sup> | eiecerint F 17 retitionem F<sup>2</sup> 18 nerua tulit] F<sup>2</sup>, neratius lit F<sup>2</sup> 19 multum F<sup>2</sup> 21 ut ex arbore arbustum aut ex silua nouale aut aliquid eiusmodi faciunt] ἵνα μὴ ἐκ τῶν δένδρων ἢ ἐκ τῶν ἀναδενδράδων φαίνοιτο τὰ ὀρθόεια BS 24 de collegiis] F cum B: περὶ ἐταιρικῶν συστημάτων καὶ σωματείων, de collegiis illicitis ind. F

- mense coeant, ne sub praetextu huiusmodi illicitum collegium coeat. quod non tantum in 1 urbe, sed et in Italia et in prouinciis locum habere diuus quoque Seuerus rescripsit. Sed religionis causa coire non prohibentur, dum tamen per hoc non fiat contra senatus con- 2 sultum, quo illicita collegia arcentur<sup>1</sup>. Non licet autem amplius quam unum collegium licitum habere, ut est constitutum et a diuis fratribus: et si quis in duobus fuerit, re- 5 scriptum est eligere eum oportere, in quo magis esse uelit, accepturum ex eo collegio, a quo recedit, id quod ei competit ex ratione, quae communis fuit.
- 2 ULPIANUS libro sexto de officio proconsulis. Quisquis illicitum collegium [B. 60, 32, 2 S] usurpauerit, ea poena tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis loca publica uel templa occupasse iudicati sunt. 10
- 3 MARCIANUS libro secundo iudiciorum publicorum. Collegia si qua fuerint [B. 60, 32, 3 S] illicita, mandatis et constitutionibus et senatus consultis dissoluuntur: sed permittitur eis, cum dissoluuntur, pecunias communes si quas habent diuidere pecuniamque inter se par- 1 tiri. In summa autem, nisi ex senatus consulti auctoritate uel Caesaris collegium uel quod- 15 cumque tale corpus coierit, contra senatus consultum et mandata et constitutiones colle- 2 gium celebrat<sup>2</sup>. Seruos quoque licet in collegio tenuiorum recipi uolentibus dominis, ut curatores horum corporum sciant, ne inuito aut ignorante domino in collegium tenuiorum recipent, et in futurum poena teneantur in singulos homines aureorum centum.
- 4 GAIUS libro quarto ad legem duodecim tabularum. Sodales sunt, qui eius- [B. 60, 32, 4 P] dem collegii sunt: quam Graeci εταιρείαν uocant. his autem potestatem facit lex pactio- 20 nem quam uelint sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. sed haec lex uidetur ex lege Solonis tralata esse. nam illuc ita est: ἐὰν δὲ δῆμος ἢ φράτορες ἢ ἱερῶν ὀργίων ἢ ναῦται<sup>3</sup> ἢ κύκσιτοι ἢ ὁμόταφοι ἢ θιασῶται ἢ ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι ἢ εἰς ἐμπορίαν, ὅτι ἂν τοῦτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους, κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύῃ δὴμόσια γράμματα.

## XXIII.

## R DE POPULARIBUS ACTIONIBUS R

- 1 PAULUS libro octauo ad edictum. Eam popularem actionem dici- [Ρομ. 24, 28. B. 60, 32, 5 E\*] mus, quae suum<sup>4</sup> ius populi tuetur.
- 2 IDEM libro primo ad edictum. Si plures simul agant populari actione, prae- [B. 60, 32, 6 E] tor eligat idoneiorem. 30
- 3 ULPIANUS libro primo ad edictum. Sed si ex eadem causa saepius agatur, [B. 60, 32, 7 E] cum idem factum sit, exceptio uulgaris rei iudicatae opponitur. In popularibus actionibus is cuius interest praefertur.
- 4 PAULUS libro tertio ad edictum. Popularis actio integrae personae permit- [B. 60, 32, 8 E] titur, hoc est cui per edictum postulare licet. 35

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> sic ordina et supple: permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coeant [conferendi causa]: sed religionis causa coire non prohibentur, dum tamen per hoc non fiat contra senatus consultum, quo illicita collegia arcentur, ne sub praetextu huiusmodi illicitum collegium coeat (ne sub ... coeat fortasse del.). quod non tantum in urbe, sed et in Italia et in prouinciis locum habere diuus quoque Seuerus rescripsit <sup>2</sup> celebratur (dett.)? <sup>3</sup> ἢ ἱερῶν ὀργίων θῦται (u. i.)? <sup>4</sup> suum] sua ui?

1 h' u' i' u' s' m' o' d' i' F<sup>2</sup> 2 resscripsit F 3 reli-  
cionis F 4 lice' a' t' F<sup>2</sup> 5 diuis] diut F<sup>2</sup>  
9 loco F<sup>2</sup> 13 patiri F<sup>2</sup>, pater F<sup>2</sup>: μερι-  
ζεσθαι BS 16 tenu' i' o' r' u' m' F<sup>2</sup> 17 hurum F<sup>2</sup>  
19 duodecim' a' m' F<sup>2</sup> 20 quam] quem F<sup>2</sup> |  
εταιριαν F<sup>2</sup>, εταιρσαν F<sup>2</sup> 21 corrumpant F  
22 tranlata F | inluc F | ἢ ἱερῶν ὀργίων ἢ  
ναῦται] sic F, ἱερῶν ὀργίων μνησται BS: cf.  
Pollux 8, 107: ὀργεῶνες οἱ κατὰ δῆμον ἐν  
τακταῖς ἡμέραις θύοντες θυσιάς τινὰς et Suidas

s. u.: ὀργεῶνες οἱ θῦται ... Céλεγκος ἐν τῷ  
ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξίωνος ὀργεῶνας  
φῆσι καλεῖσθαι τοὺς συλλόγους ἔχοντας περὶ  
τινάς ἡρωὰς ἢ θεοὺς 23 κύκσιτοι] BS, κύκ-  
σιτοι F | λείαν] BS, λιαν F | οἰχόμενοι] F, ἐρχό-  
μενοι BS 24 ἀπαγορεύῃ BS 28 quae suum  
ius populi tuetur] ἢ φυλάττουσα τὸ τοῦ δῆμου  
δίκαιον B (A non.) 29 omiassa inscriptione l. 2  
continuat antecedenti F<sup>2</sup> 30 idoneorum F<sup>2</sup>,  
idonioum F<sup>2</sup> 35 postulari F<sup>2</sup>



- 5 IDEM libro octauo ad edictum. Qui populari actione conuenietur, ad de- B. 60, 32, 9 *E*  
 fendendum procuratorem dare potest: is autem, qui eam mouet, procuratorem dare non  
 potest.
- 6 || ULPIANUS libro uicensimo quinto ad edictum. Mulieri et pupillo popula- B. 60, 32, 10 *E/ 13*  
 res actiones non dantur, nisi cum ad eos res pertineat. 5
- 7 PAULUS libro quadragensimo primo ad edictum. Populares actiones non B. 60, 32, 11 *S*  
 1 transeunt ad eum, cui restituta est hereditas ex Trebelliano senatus consulto. Item qui  
 habet has actiones, non intellegitur esse locupletior.
- 8 ULPIANUS libro primo ad edictum. Omnes populares actiones Pon. 24, 28. B. 60, 32, 12 *E*  
 neque in heredes dantur neque supra annum extenduntur. 10

*F(XYMOC)*

---

1 defendum *F*

## LIBER QUADRAGESIMUS OCTAVUS.

## I.

## R DE PUBLICIS IUDICIIS R

SEP

**M**ACER libro primo de publicis iudiciis. Non omnia iudicia, in quibus cri- B. 60, 33, 1 \*S  
men uertitur, et publica sunt, sed ea tantum, quae ex legibus iudiciorum publicorum ue- 5  
niunt, ut Iulia maiestatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de sicariis et ueneficis, Pompeia  
parricidii, Iulia peculatus, Cornelia de testamentis, Iulia de ui priuata, Iulia de ui publica,  
Iulia ambitus, Iulia repetundarum, Iulia de annona.

**PAULUS** libro quinto decimo ad edictum praetoris. Publicorum iudiciorum B. 60, 33, 2 \*E  
quaedam capitalia sunt, quaedam non capitalia. capitalia sunt, ex quibus poena mors aut 10  
exilium est, hoc est aquae et ignis interdictio: per has enim poenas eximitur caput de  
ciuitate. nam cetera non exilia, sed relegationes proprie dicuntur: tunc enim ciuitas reti-  
netur. non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria aut in corpus aliqua coercitio poena est<sup>1</sup>.

**ULPIANUS** libro trigensimo quinto ad Sabinum. Publica accusatio reo uel B. 60, 33, 3 S  
rea ante defunctis permittitur<sup>2</sup>. 15

**PAULUS** libro trigensimo septimo ad edictum. Interdum enenit, ut praei- B. 60, 33, 4 S  
dicium<sup>3</sup> iudicio publico fiat, sicut in actione legis Aquiliae et furti et ui bonorum raptorum 19  
et interdicto unde ui et de tabulis testamenti exhibendis: nam in his de re familiari  
agitur.

**ULPIANUS** libro octauo disputationum. Is qui reus factus est purgare se B. 60, 33, 5 S  
debet nec ante potest accusare, quam fuerit excusatus: constitutionibus enim obseruatur, 25  
ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur. Illud incertum est, utrum ita  
demum accusare potest, si fuerit liberatus, an et si poenam subierit: est enim constitutum  
ab imperatore nostro et diuo patre eius post damnationem accusationem quem inchoare  
non posse. sed hoc puto ad eos demum pertinere, qui uel ciuitatem uel libertatem ami-  
serunt. Inchoatas plane delationes ante damnationem implere eis et post damnationem  
permisum est.

**MARCIANUS** libro quarto decimo institutionum. Defuncto eo, qui reus fuit B. 60, 33, 6 S  
criminis, et ¶ poena extincta in quacumque causa criminis extincti debet is cognoscere, f. 391 30  
cuius de pecuniaria re cognitio est.

**MACER** libro secundo iudiciorum publicorum. Infamem non ex omni crimine B. 60, 33, 7 S  
sententia facit, sed ex eo, quod iudicii publici causam habuit. itaque ex eo crimine, quod 35  
iudicii publici non fuit, damnatum infamia non sequetur, nisi id crimen ex ea actione fuit,  
quae etiam in priuato iudicio infamiam condemnato inportat, ueluti furti, ui bonorum  
raptorum, iniuriarum.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> ex quibus poena est pecuniaria aut in corpus aliqua coercitio?    <sup>2</sup> perimitur (u. i.)?  
<sup>3</sup> per priuatum iudicium *ins.* (u. i.)

3 de iudiciis publicis *ind. F* 6 beneficiis *F<sup>1</sup>*  
7 ui] bi *F<sup>2</sup>* 15 permittitur] *F* idque *firmant*  
*BS* (*Dor.*): συγχωρείται τὸ ἐγκλημα, perimitur  
*XYMOC*, perimatur *M<sup>c</sup>* similiterque *B* (*Anon.*):  
ἡ ἀμωσία κατηγορία ἀναίρεται *ad sententiam*  
*recte* 16 ut praeiudicium iudicio publico fiat]

πρόκριμα γίνεσθαι τοῖς πογβλαιοῖς διὰ τῶν πρι-  
βάτων ἀγωγῶν *BS*, πρόκριμα γίνεται τῷ ἐγκλη-  
ματικῷ δικαστηρίῳ διὰ τοῦ χρηματικοῦ *B*  
18 exhibendis<sup>a</sup> nam *F<sup>1</sup>* | familiari agitur *F<sup>2</sup>*  
20 is] si *F<sup>o</sup>* 31 infamen *F<sup>1</sup>* 32 s'ed' ex *F<sup>1</sup>*

- 8 PAULUS libro singulari de iudiciis publicis. Ordo exercendorum publicorum [B. 60, 38, 8] S capitalium in usu esse desiit, durante tamen poena legum, cum extra ordinem crimina probantur.
- 9 MARCIANUS libro primo de iudiciis publicis. Sciendum est, si in capitali [B. 60, 33, 9] S causa suum seruum reum crimine factum quis non defenderit, non eum pro derelicto haberi, et ideo, si absolutus fuerit, non liberum fieri, sed manere domini.
- 10 PAPINIANUS libro secundo definitionum. Inter accusatorem et reum cognitione suscepta excusatio pro absente iustis rationibus admittitur: nec per triduum per singulos dies ter citatus reus damnetur uel de accusatoris absentis praesente reo calumnia pronuntietur. 10
- 11 MAECIANUS libro decimo de iudiciis publicis. Seruus per procuratorem domini aequae ac per dominum defendi potest. [B. 60, 33, 11] S
- 12 MODESTINUS libro tertio de poenis. Custodias auditurus tam clarissimos uiros quam patronos causarum, si omnes in ciuitate prouinciae quam regit agunt<sup>1</sup>, adhiberi debet. Et feriatis diebus custodias audiri posse rescriptum est, ita ut innoxios dimittat et nocentes, qui duriores animaduersionem indigent, differat.
- 13 PAPINIANUS libro quinto decimo responsorum. Accusatore defuncto res<sup>2</sup> ab alio, iudicante praeside prouinciae, peragi potest. Ad crimen iudicii publici persequendum frustra procurator interuenit, multoque magis ad defendendum: sed excusationes absentium ex senatus consulto iudiciis allegantur et, si iustam rationem habeant, sententia differtur. 10
- 14 IDEM libro sexto decimo responsorum. Generi seruis a socio ueneficii accusatis praeses prouinciae patrem calumniam intulisse pronuntiauerat. inter infames patrem defunctae non habendum respondi, quoniam et si publicum iudicium inter liberos de morte filiae constitisset, citra periculum pater uindicaretur<sup>3</sup>.

II.

R DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS R

- 1 POMPONIUS libro primo ad Sabinum. Non est permissum mulieri publico iudicio quemquam reum facere, nisi scilicet parentum liberorumque et patroni et patronae et eorum filii filiae nepotis neptis mortem exequatur.
- 2 PAPINIANUS libro primo de adulteris. Certis ex causis concessa est mulieribus publica accusatio, ueluti si mortem exequantur eorum earumque<sup>4</sup>, in quos ex lege testimonium publicorum<sup>5</sup> inuitae non dicunt. idem et in lege Cornelia testamentaria senatus statuit: sed et de testamento paterni liberti uel materni mulieribus publico iudicio dicere permissum est. Pupillis ex consilio tutorum patris mortem, item pupillae aui sui mortem exequi concessum est. lege autem testamentaria nam de patris quidem testamento

F(XYMOG)

<sup>1</sup> custodias auditurus in ciuitate prouinciae quam regit tam clarissimos uiros quam patronos causarum omnes, si in ciuitate agunt? <sup>2</sup> idem Graeci (u. i.): reus (Hal.)? <sup>3</sup> uindicaret (edd.)? <sup>4</sup> earumque? <sup>5</sup> ex lege publicorum testimonium (Hal.)?

7 papini'anus F<sup>2</sup> 8 nec] quasi esset ne, uertunt BS et B: ἴνα μή 11 per] etiam per F<sup>2</sup> 13 auditurus] X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>O, auditurnm FX<sup>2</sup>, auditas Y<sup>2</sup>, audituros M<sup>2</sup>, om. in sp. uac. C: ὁ τῶν κουστοδιῶν μέλλων ὑπακοῦειν ὑποθέσεων καὶ τοὺς λαμπροτάτους ἀνδρας καὶ τοὺς συνηγόρους πάντας τοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει καὶ τῇ ἐπαρχίᾳ διατρίβοντας ὀφείλει προσκαλεῖσθαι BS (Dor.), ὁ τὰ ἐγκλήματα σκοπῶν καὶ τοὺς λαμπροὺς ἀνδρας καὶ τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ δικολόγους ὀφείλει προσκαλεῖσθαι B (Anon.) 14 adhiberi F 17 res] τὸ αὐτὸ πρᾶγμα BS 18 praesidae F 24 citra periculum pater uindica-

retur] διεκδικῶν τὸν θάνατον τῆς ἰδίας θυγατρὸς ἀκινδύνως ἐνήγεν BS 29 filii familiae F<sup>2</sup> 34 pupillis ... 35 concessum est] τοῖς ἀνήθοις ἑκατέρας φύσεως ἐξέστι συμβουλή τῶν ἐπιτρόπων κινεῖν περὶ θανάτου πατρὸς καὶ πάππου B (Anon.) 35 lege autem testamentaria ... p. 797, 2 experiri] καὶ περὶ πατρὸς δὲ διαθήκης τοῖς πούλλοις κινεῖν ὁ θεὸς Οὐεσπασιανὸς ἐπέτρεψε καὶ τὸ τῆς πλαστογραφίας ἐγκλημα ἔαν δὲ μὴ προάγῳνται αἱ τοῦ πατρὸς αὐτῶν διαθήκαι, τὸ ἐντέρδικτον μᾶλλον δύνανται κινεῖν BS (Dor.) similiterque B

pupillis agere diuus Uespasianus permisit<sup>1</sup>: sed quasi non exhibeantur tabulae, per interdictionem possunt experiri.

PAULUS libro tertio de adulteriis. Libellorum inscriptionis conceptio talis est. [B. 60, 84, 8 S] 'Consul et dies. Apud illum praetorem uel proconsulem Lucius Titius professus est se 'Maeniam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quod dicat eam cum Gaio Seio in ciuitate 5 'illa, domo illius, mense illo, consulibus || illis adulterium commisisse'. utique enim et locus f. 391' designandus est, in quo adulterium commissum est, et persona, cum qua admissum dicitur, et mensis: hoc enim lege Iulia publicorum cauetur et generaliter praecipitur omnibus, qui reum aliquem deferunt: neque autem diem neque horam inuitus comprehendet. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur et ex integro repe- 10 tendi reum potestas fiet. Item subscribere debet is qui dat libellos se professum esse, uel alius pro eo, si litteras nesciat. Sed et si aliud crimen obiciat, ueluti quod domum suam praebuit, ut stuprum mater familias pateretur, quod adulterum deprehensum dimiserit, quod pretium pro comperto stupro acceperit, et si quid simile, id ipsum libellis comprehendendum erit. Si accusator decesserit aliaue quae causa ei impedierit, quo [Pon. 11, 1 15 minus accusare possit, et si quid simile, nomen rei aboletur postulante reo: idque et lege Iulia de ui et senatus consulto cautum est, ita ut liceat alii ex integro repetere reum. sed intra quod tempus, uidebimus: et utique triginta dies utiles obseruandi sunt.

ULPIANUS libro secundo de adulteriis. Is, qui iudicio publico damnatus est, [B. 60, 84, 4 S] ius accusandi non habet, nisi libellorum<sup>2</sup> uel patronorum suorum mortem eo iudicio uel 20 rem suam exequatur. sed et calumnia notatis ius accusandi ademptum est, item his, qui cum bestiis depugnandi causa in harenam intromissi sunt, quique artem ludicram uel lenocinium fecerint, quique praeuaricationis calumniae causa quid fecisse iudicio publico pronuntiatum erit, quique ob accusandum negotiumue cui facessendum pecuniam accepisse iudicatus erit. 25

IDEM libro tertio de adulteriis. Seruos quoque adulterii posse accusari nulla [B. 60, 84, 5 S] dubitatio est: sed qui prohibentur adulterii liberos homines accusare, idem seruos quoque prohibebuntur. sed ex rescripto diui Marci etiam aduersus proprium seruum accusationem instituere dominus potest. post hoc igitur rescriptum accusandi necessitas incumbet do- 30 mino seruorum suorum: ceterum iuste mulier nupta praescriptione utetur.

IDEM libro secundo de officio proconsulis. Leuia crimina audire et discutere [B. 60, 84, 6 S] de plano proconsulem oportet et uel liberare eos, quibus obiciuntur, uel fustibus castigare uel flagellis seruos uerberare.

IDEM libro septimo de officio proconsulis. Si cui crimen obiciatur, praecedere [B. 60, 84, 7 S] debet crimen subscriptio. quae res ad id inuenta est, ne facile quis prosiliat ad accusa- 35 tionem, cum sciat inultam sibi accusationem non futuram. Cauent itaque singuli, quod crimen obiciant, et praeterea perseueraturos se in crimine usque ad sententiam. Isdem criminibus, quibus quis liberatus est, non debet praeses pati eundem accusari, et ita diuus Pius Saluio Ualenti rescripsit: sed hoc, utrum ab eodem an nec ab alio accusari possit, uidendum est. et putem, quoniam res inter alios iudicatae alii non praediudicant, si is, qui 40 nunc accusator exstitit, suum dolorem persequatur doceatque ignorasse se accusationem ab alio institutam, magna ex causa admitti eum ad accusationem debere. Si tamen alio crimine postuletur ab eodem, qui in alio crimine eum calumniatus est, puto non facile admittendum eum qui semel calumniatus sit: quamuis filium accusatoris admitti oportere F(XYMOG)

<sup>1</sup> pupillo ex consilio tutorum patris mortem auiue sui, item pupillae exequi concessum est: lege autem testamentaria de patris quidem testamento pupillis agere diuus Uespasianus permisit, de aliis non permisit? <sup>2</sup> idem Graeci: uel parentum ins.

3 tabulis F<sup>1</sup> 6 commisisse F<sup>2</sup> 8 cauetur] uacetur F<sup>2</sup> 10 legitime F<sup>2</sup> | auoletur F<sup>2</sup> 15 ei impedierit (sic), super im adscripta, mos deleta littera i, F<sup>1</sup> 16 nomen F<sup>1</sup> | auoletur F<sup>2</sup> 21 calumnia] omnia F<sup>1</sup> 22 uestiis F<sup>1</sup>

lenocium F<sup>2</sup> 28 rescripto F<sup>2</sup> 32 uel lib.] bel lib. F<sup>2</sup> 33 uerberare F<sup>1</sup> 35 crimen] F<sup>2</sup> cum B: προηγεῖσθαι δεῖ τῆς κατηγορίας ἐγγραφῆν, in crimen F<sup>2</sup> 37 hisdem F<sup>2</sup> 42 alio crimen postuletur F<sup>1</sup>

- aliam accusationem instituentem aduersus eum, quem pater accusauerat diuus Pius Italia  
 4 Candido rescripsit. Idem imperator rescripsit seruos ibi puniendos, ubi deliquisses arguan-  
 tur, dominumque eorum, si uelit eos defendere, non posse reuocare in prouinciam suam,  
 5 sed ibi oportere defendere, ubi deliquerint. Cum sacrilegium admissum esset in aliqua  
 prouincia, deinde in alia minus crimen, diuus Pius Pontio Proculo rescripsit, postquam  
 cognouerit de crimine in sua prouincia admissio, || ut reum in eam prouinciam remitteret, f.  
 ubi sacrilegium admisit.
- 8 MACER libro secundo de publicis iudiciis. Qui accusare possunt, intellege- B. 60, 34, 8  
 mus, si scierimus, qui non possunt. itaque prohibentur accusare alii propter sexum uel  
 aetatem, ut mulier, ut pupillus: alii propter sacramentum, ut qui stipendium merent: alii  
 propter magistratum potestatemue, in qua agentes sine fraude in ius euocari non possunt:  
 alii propter delictum proprium, ut infames: alii propter turpem quaestum, ut qui duo in-  
 dicia aduersus duos reos subscripta habent nummosue ob accusandum uel non accusan-  
 dum acceperint: alii propter condicionem suam, ut libertini contra patronos: 14
- 9 PAULUS libro quinto sententiarum. alii propter suspicionem calumniae, ut B. 60, 34, 9 °P  
 illi, qui falsum testimonium subornati dixerunt:
- 10 HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. B. 60, 34, 10. BS. 12, 1, 4 sch. 4. Ep. 13, 20 °P  
 nonnulli propter paupertatem, ut sunt qui minus quam quinquaginta aureos habent.
- 11 MACER libro secundo de publicis iudiciis. Hi tamen omnes, si suam iniu- B. 60, 34, 11 S  
 riam exequantur mortemue propinorum defendent, ab accusatione non excluduntur. Liberi  
 libertique non sunt prohibendi suarum rerum defendendarum gratia de facto parentium  
 patronorumue queri, ueluti si dicant ui se a possessione ab his expulsos, scilicet non ut  
 crimen uis eis intendant, sed ut possessionem recipiant. nam et filius non quidem pro-  
 hibitus est de facto matris queri, si dicat suppositum ab ea partum, quo magis coheredem  
 2 haberet, sed ream eam lege Cornelia facere permissum ei non est. Ab alio delatum alius  
 deferre non potest: sed eum, qui abolitione publica uel priuata interueniente aut desistente  
 accusatore de reis exemptus est, alius deferre non prohibetur.
- 12 UENULEIUS SATURNINUS libro secundo de iudiciis publicis. Hos accusare B. 60, 34, 12 S  
 non licet: legatum imperatoris, id est praesidem prouinciae<sup>1</sup>, ex sententia Lentuli<sup>2</sup> dicta  
 Sulla et Trione consulibus<sup>3</sup>: item legatum prouincialem<sup>4</sup> eius dumtaxat criminis, quod ante  
 commiserit, quam in legationem uenerit: item magistratum populi Romani ennae, qui rei  
 1 publicae causa auferit, dum non detractandae legis causa abest. Hoc beneficio etiam in  
 reos recepti uti possunt, si abolitione interueniente repeti se non debere contendat, se-  
 2 cundum epistulam diui Hadriani ad Glabriorem consulem<sup>5</sup> scriptam. Lege Iulia iudicio-  
 rum publicarum cauetur, ne eodem tempore de<sup>6</sup> duobus reis quis quereretur nisi suarum  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> id est praesidem prouinciae non est Uenulei (u. i. ad u. 30)    <sup>2</sup> Lentulo (u. i.)?    <sup>3</sup> anno p. Chr. 31 m. Iul. — Sept.    <sup>4</sup> proconsularem (u. i.)?    <sup>5</sup> anno p. Chr. 124    <sup>6</sup> idem Graeci: plus ins.

2 ubi ibi F<sup>o</sup> 4 ibi] iui F<sup>o</sup> 8 libro] liber F<sup>1</sup> -  
 10 p'u'pillus F<sup>1</sup> 13 aduersos F<sup>1</sup> 15 susci-  
 pationem F<sup>o</sup> 17 iuris om. F<sup>1</sup> 19 hi tamen]  
 F<sup>2</sup>, ta'hi'men F<sup>1</sup> 20 mortemue'ro' prop. F<sup>2</sup>  
 21 libertiqui'a'e F<sup>2</sup> 22 ui se a] XYMOG,  
 uisa F 24 quaeri F 28 hoc F<sup>1</sup> 29 ex  
 sententia Lentuli dicta] τοῦτο γὰρ ἀπεφώνητο  
 Λέντουλος BS (Dor.). intellegitur opinor Ch.  
 Cornelius Lentulus Gaetulicus cos. a. p. Chr. 26,  
 per decem annos 30—39 legatus Germaniae eu-  
 perioris (Tacitus ann. 6, 30, Dio 59, 22 al.), nec  
 potest agi hoc loco de sententia alius quam aut  
 senatus aut imperatoris. quare scribe Lentulo  
 et sic intellege Lentulum paucis diebus ante  
 ruinam Seiani († 17 Oct. 31), cuius filium gene-  
 rum sibi destinarat (Tac. l. c.), accusatum esse

neque nomen receptum propter legationem quam  
 obtinebat. cf. D. 48, 5, 39, 10 30 prouincialem]  
 legatus prouincialis peccat et contra sermonis  
 consuetudinem et eo nomine, quod legati impe-  
 ratoris et ipsi officio fungebantur per prouin-  
 cias: contra recte et plene sibi opponunt legati  
 imperatoris proconsuliumque, modo illis compre-  
 hendas etiam legionum legatos, reiecto addi-  
 tamento inepto id est praesidem prouinciae  
 32 retractand'oe F<sup>2</sup>: ἡνίκα μὴ ἀποφυγῆ καὶ  
 ὑπερβῆσει τῆς κατηγορίας ἀπολιμπάνοντα BS  
 (Dor.): cf. p. 808, 34 33 possint F<sup>1</sup> 34 d'it'  
 hadriani F<sup>2</sup> 35 ne eodem ... quereretur] ἐν  
 τῷ αὐτῷ καιρῷ ἂν ὄνο κατηγορίας οὐδαὶς... καὶ  
 B (Anon.)


- 3 iniuriarum causa. Si seruus reus postulabitur, eadem obseruanda sunt, quae si liber esset,  
 4 ex senatus consulto Cotta et Messala consulibus<sup>1</sup>. Omnibus autem legibus serui rei fiunt  
 excepta lege Iulia de ui priuata, quia ea lege damnati partis tertiae bonorum publicatione  
 puniuntur, quae poena in seruum non cadit. idemque dicendum est in ceteris legibus,  
 quibus pecuniaria poena irrogatur uel etiam capitis, quae seruorum poenis<sup>2</sup> non conuenit, 5  
 sicuti relegatio. item nec lex<sup>3</sup> Pompeia parricidii, quoniam caput primum eos adpraehendit,  
 qui parentes cognatosue aut patronos occiderint: quae in seruos, quantum ad uerba per-  
 tinet, non cadunt: sed cum natura communis est, similiter et in eos animaduertetur. item  
 Cornelia iniuriarum seruorum non debere recipi reum Cornelius Sulla auctor fuit: sed durior  
 ei poena extra ordinem imminet. 10
- 13 MARCIANUS libro primo de publicis iudiciis. Mulierem propter publicam [B. 60, 34, 13] S  
 utilitatem ad annonam pertinentem audiri a praefecto annonae deferentem diuus<sup>4</sup> Seuerus  
 et Antoninus rescripserunt. famosi quoque accusantes sine ulla dubitatione admittuntur.  
 milites quoque, qui causas alienas deferre non possunt, qui<sup>5</sup> pro pace excubant, uel magis  
 ad hanc accusationem admittendi sunt. serui quoque deferentes audiuntur. 15
- 14 PAULUS libro secundo de officio proconsulis. Senatus censuit, ne quis ob [B. 60, 34, 14] Sf  
 idem crimen pluribus ¶ legibus reus fieret. f. 392'
- 5 ULPIANUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. In eum, cuius dolo malo [B. 60, 34, 15] E  
 hominibus coactis damni quid datum esse dicatur, non debet cogi actor omissa actione  
 ciuili crimen intendere. 20
- 6 IDEM libro secundo de officio consulis. Si plures existant, qui eum in pu- [B. 60, 34, 16] E  
 blicis iudiciis<sup>6</sup> accusare uolunt, iudex eligere debet eum qui accuset, causa scilicet cognita  
 aestimatis accusatorum personis uel de dignitate, uel ex eo quod interest, uel aetate uel  
 moribus uel alia iusta de causa. 24
- 7 MODESTINUS libro sexto differentiarum. Si seruus dominus in crimine ca- [B. 60, 34, 17] E  
 pitali defendat, sistendum satisdato promittere iubetur.
- 8 IDEM libro septimo decimo responsorum. Cum Titia testamentum Gaii fra- [B. 60, 34, 18] E  
 tris sui falsum arguere minaretur et sollempnia accusationis non impleuit<sup>7</sup> intra tempus a  
 praeside praefinitum, praeses provinciae iterum pronuntiauit non posse illam amplius de  
 falso testamento dicere: aduersus quas sententias Titia non prouocauit, sed dixit se post 30  
 finitum tempus de irrito testamento dicere. quaero, an Titia, quae non appellauit aduersus  
 sententiam praesidis, possit ad falsi accusationem postea reuerti. respondit nihil aperte  
 proponi, propter quod aduersus sententiae auctoritatem de falso agens audienda sit.
- 9 CALLISTRATUS libro quinto de cognitionibus. Diui fratres rescripserunt non [B. 60, 34, 19] E  
 1 debere cogi heredes accusatorum exequi crimina. Item non oportere compelli accusatorem 35  
 plures reos facere diuus Hadrianus rescripsit.
- 0 MODESTINUS libro secundo de poenis. Ex iudiciorum publicorum admissis [B. 60, 34, 20] Ef  
 non alias transeunt aduersus heredes poenae bonorum ademptionis, quam si lis contestata  
 et condemnatio fuerit secuta, excepto repetundarum et maiestatis iudicio, quae etiam mor-  
 tuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, ut bona eorum fisco uindi- 40  
 centur: adeo ut diuus<sup>8</sup> Seuerus et Antoninus rescripserint, ex quo quis aliquod ex his  
 causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare aut manumittere eum posse. ex ceteris

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> anno p. Chr. 20    <sup>2</sup> seruo poena?    <sup>3</sup> lege?    <sup>4</sup> diui?    <sup>5</sup> quia (u. i.)?    <sup>6</sup> eum in  
 publicis iudiciis del.    <sup>7</sup> impleuisset?    <sup>8</sup> diui (edd.)?

4 idemquae F<sup>2</sup> 6 pompō'eia F<sup>1</sup> 10 e'i  
 poena F<sup>2</sup> 14 qui causas alienas deferre non  
 possunt qui pro pace excubant] εἰ γὰρ καὶ  
 ἀλλοτρίαν δίκην κινεῖν ὁ στρατιώτης οὐ δύνα-  
 ται, ἀλλὰ μᾶλλον ἀγρυπνεῖν ὑπὲρ τῆς κοινῆς  
 σωτηρίας χρεώσται BS: cf. p. 803, 26 21 ne  
 scribe de officio proconsulis: obstat fragmen-

torum ordo | si plures existant qui eum in  
 publicis iudiciis accusare uolunt] πολλῶν βοῦ-  
 λουμένων τὸ αὐτὸ ἔγκλημα κινῆσαι B (Anon.)  
 38 quam si lis contestata et condemnatio  
 fuerit secuta] εἰ μὴ καὶ προκατήρχη τις πε-  
 ριῶν ἢ κατεδικάσθη BS 41 rescripserunt F  
 42 posset F<sup>1</sup>, possit F<sup>2</sup> uel f



nero delictis poena incipere ab herede ita demum potest, si uiuo reo accusatio mota est, licet non fuit condemnatio secuta.

- 21 PAPINIANUS libro quinto decimo responsorum. Capitis reus suspenso cri- B. 60, 34, 21 P  
mine causam fisco deferre non prohibetur. 4
- 22 IDEM libro sexto decimo responsorum. Alterius prouinciae reus apud eos B. 60, 34, 22 P  
accusatur et damnatur, apud quos crimen contractum ostenditur. quod etiam in militibus  
esse obseruandum optimi principes nostri generaliter rescriperunt.

### III.

#### ℞ DE CUSTODIA ET EXHIBITIONE REORUM ℞

BS

- 1 ULPIANUS libro secundo de officio proconsulis. De custodia reorum proconsul B. 60, 35, 1 S  
aestimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona an militi tradenda uel fideiussoribus committenda uel etiam sibi. hoc autem uel pro criminis quod obicitur qualitate uel propter honorem aut propter amplissimas facultates uel pro innocentia personae uel pro dignitate eius qui accusatur facere solet.
- 2 PAPINIANUS libro primo de adulteriis. Si seruus capitali crimine postuletur, B. 60, 35, 2 S  
lege publicorum cauetur, ut sistendum uel a domino uel ab extero satisdato promittatur: 16  
1 quod si non defendatur, in uincula publica coici iubetur, ut ex uinculis causam dicat. Solet itaque tractari, an postea domino permittendum sit oblata satisfactione seruuum suum uinculis liberare. dubitationem auget edictum Domitiani, quo cautum est abo- cf. D. 48, 16, 16  
litiones ex senatus consulto factas ad huiusmodi seruos non pertinere. nam et lex ipsa 20  
prohibet eum absolui<sup>1</sup>, priusquam de eo iudicetur. sed haec interpretatio perdura, per-  
nimum seuera est || in eo, cuius dominus absens fuit uel quod<sup>2</sup> per inopiam illo momento 1. 33  
temporis satisfactionem implere non potuit: neque enim pro indefenso derelictus recta dici potest, qui dominum praesentem non habuit uel habuit paratum defendere, pauperem tamen. quod utique facilius admitti poterit, si non post longum temporis spatium hoc desideretur. 22
- 3 Qui exhibendi postulati sunt propter aliam causam, alterius criminis, quod ante admissum est, rei non recipiuntur ex senatus consulto. quod in priuatis quoque causis Ep. 19, 6 a  
et hominibus sub fideiussore factis<sup>3</sup> obseruatur, nisi ex hoc temporalis actio in periculum cadat. 23
- 3 ULPIANUS libro septimo de officio proconsulis. Dinus Pius ad epistu- B. 60, 35, 3. Ep. 19, 9 S  
lam Antiochensium Graece rescripsit non esse in uincula coiciendum eum, qui fideiussores dare paratus est, nisi si tam graue scelus admisisse eum constet, ut neque fideiussoribus neque militibus committi debeat, uerum hanc ipsam carceris poenam ante supplicium sustinere. 24
- 4 IDEM libro nono de officio proconsulis. Si quis reum criminis, pro quo satis- B. 60, 35, 4 S  
dedit, non exhiberit, poena pecuniaria plectitur. puto tamen, si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. sed si neque in cautione neque in decreto praesidis certa quantitas comprehensa est, ac nec consuetudo ostenditur, quae certam formam habet, praeses de modo pecuniae, quae inferri oporteat, statuet.

#### F(XYMOC)

<sup>1</sup> solui (cf. D. 48, 16, 16)?  
simileue quid

<sup>2</sup> qui?

<sup>3</sup> fuit opinor hominibus uadimonio obligatis

4 causa<sup>m</sup> F<sup>2</sup> | deferro F<sup>o</sup> 5 prouincia<sup>e</sup> F<sup>2</sup> 6 accusator F<sup>2</sup> 7 obseruandum F<sup>2</sup> 15 a'du'lteriis F<sup>2</sup> 16 uel a domino uel ab extero] scripsi secundum BS: λέγει ο περι πουβλικων δικαστηριων νόμος, είτε ο δεσποτης α'υτο'υ είτε εξωτικος επρωταται παρισταν α'υτον, εγγ'ας α'υτον διδοναι et B (Anon.): είτε μητε ο δεσποτης μητε τις άλλος διδωσιν ασφάλειαν, uel ab extero F 20 'I'ox F<sup>2</sup> 21 inter-

pra'etatio F<sup>2</sup> 23 't'emporis F<sup>2</sup> 24 dom-  
nium F<sup>2</sup>, domium (uoluit dominum) F<sup>2</sup> 27 in  
priuatis quoque 'causis' et hominibus sub fide-  
iussore factis F<sup>2</sup>: εν ταις χριματικαις αιτιαις  
επι των υπο αιτιαν (scr. εγγ'ας) γενομενων προ-  
σωπων BS (Dor.), επι τοις γενομενοις υπο  
εγγ'ας προφ'ασει χριματικης δικης B (Anon.)  
35 de] ade F<sup>2</sup> 38 nec] ne F

UENULEIUS SATURNINUS libro secundo de iudiciis publicis. Si confessus fuerit [B. 60, 35, 5] S reus, donec de eo pronuntietur, in uincula publica coiendus est.

MARCIANUS libro secundo de iudiciis publicis. Diuus Hadrianus Iulio Se- [B. 60, 35, 6] S cundo ita rescripsit et alias rescriptum est non esse utique epistulis eorum credendum, qui quasi damnatos ad praesidem remiserint. idem de irenarchis praeceptum est, quis non omnes ex fide bona elogia scribere compertum est. Sed et caput mandatorum exstat, quod diuus Pius, cum prouinciae Asiae praeerat, sub edicto proposuit, ut irenarchae, cum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis et receptatoribus et interrogationes litteris inclusas atque obsignatas ad cognitionem magistratus mittant. igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt, etsi per litteras missi fuerint uel etiam per irenarchas 10 perducti. sic et diuus Pius et alii principes rescripserunt, ut etiam de his, qui requirendi adnotati sunt, non quasi pro damnatis, sed quasi re integra quaeratur, si quis erit qui eum arguat. et ideo cum quis ἀνάκρισιν faceret<sup>1</sup>, iuberi oportet uenire irenarchen et quod scripserit, exsequi: et si diligenter ac fideliter hoc fecerit, conlaudandum eum: si parum prudenter non exquisitis argumentis, simpliciter denotare irenarchen minus rettulisse: sed 15 si quid maligne interrogasse aut non dicta rettulisse pro dictis eum compererit, ut uindicet in exemplum, ne quid et aliud<sup>2</sup> postea tale facere moliatur.

MACEO libro secundo de officio praesidis. Solent praesides prouinciarum, in [B. 60, 35, 7] S quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores agere dicuntur, et desiderare, ut cum prosecutoribus ad se remittantur: et id quoque quibusdam rescriptis declaratur. 20

PAULUS libro singulari de poenis militum. Carceri praepositus si pretio cor- [B. 60, 35, 8] S ruptus sine uinculis agere custodiam uel ferrum uenenumue in carcerem inferri passus est, officio iudicis puniendus est: si nescit, ob negligentiam remouendus est officio.

UENULEIUS SATURNINUS libro primo de officio proconsulis. De militibus [B. 60, 35, 9] S ita seruatur, ut ad eum remittantur, si quid deliquerint, sub quo militabunt: is autem, qui exercitum accipit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos habet.

IDEM libro secundo de officio proconsulis. Ne quis receptam custodiam [B. 60, 35, 10] S sine causa ¶ dimittat, mandatis ita canetur: 'Si quos ex his, qui in ciuitatibus<sup>3</sup> sunt, cele- f. 398' riter et sine causa solutos a magistratibus cognoueris, uinciri iubebis et his, qui soluerint, multam dices. nam cum scierint sibi quoque molestiae futurum magistratus, si facile sol- 20 uerint uinctos, non indifferenter de cetero facient'.

CELSUS libro trigensimo septimo digestorum. Non est dubium, quin, cuius- [B. 60, 35, 11] E cumque est prouinciae homo, qui ex custodia producitur, cognoscere debeat is, qui ei prouinciae praeest, in qua prouincia agitur. Illud a quibusdam obseruari solet, ut, cum cognouit et constituit, remittat illum cum elogio ad eum, qui prouinciae praeest, unde is 35 homo est: quod ex causa faciendum est.

CALLISTRATUS libro quinto de cognitionibus. Milites si amiserint custo- [B. 60, 35, 12] E dias, ipsi in periculum deducuntur. nam diuus Hadrianus Statilio Secundo legato rescripsit, quotiens custodia militibus euaserit, exquiri oportere, utrum nimia negligentia militum euaserit an casu, et utrum unus ex pluribus an una plures, et ita demum adficiendos sup- 40 plicio milites, quibus custodiae euaserint, si culpa eorum nimia deprehendatur: alioquin pro modo culpae in eos statuendum. Saluo quoque legato Aquitaniae idem princeps re- F(XYMOO)

<sup>1</sup> faciet?    <sup>2</sup> alius (dett.)?    <sup>3</sup> in compedibus *ins*.

1 Οὔλιαν. B    2 uinculo'sa F<sup>2</sup>    4 rescrip-  
'situm est BS'    5 'h'irenarchis F<sup>2</sup>    6 quod]  
edd. cum BS: ὅπερ ὁ θεὸς Πίος ... προτέθεικε,  
quo F'    7 'h'irenarchae F<sup>2</sup>    8 interrogent  
eos] F<sup>2</sup>, interrogantes F<sup>o</sup>    9 inclusus F<sup>1</sup> |  
obsignata'e's F<sup>2</sup>    10 audiendo F<sup>2</sup> | 'h'irenar-  
chas F<sup>2</sup>    13 'h'irenarchen F<sup>2</sup>    14 si] se F<sup>1</sup> |  
ae] ad F<sup>2</sup> | con'clauda'm'ndum F<sup>2</sup>    15 pro-  
denter F<sup>2</sup> | 'h'irenarchen F<sup>2</sup> | retulisse F

16 retulisse F | uindices F<sup>2</sup>    23 ob om. F<sup>o</sup>  
24 offico (sic) 'pro'consulis F<sup>2</sup>    26 calligatos F<sup>2</sup>,  
calligator F<sup>2</sup>: τοὺς καλιγάτους ἦτοι τοὺς εὐτε-  
λεῖς στρατιώτας BS    27 ad l. 10 sic notat Hugo-  
linus in cod. X: hec lex non est Py[sis]: sic  
scriptum inueni in l(ibro) R(ogerii)    28 demit-  
tat F | quos] quis F<sup>o</sup>    29 magistrat'ibus F<sup>2</sup>  
39 custodia'm' militibus F<sup>2</sup>, custodiam militum  
M, quis custodiam militum XYOC | milit'um F<sup>2</sup>



scripsit in eum, qui custodiam dimisit aut ita sciens habuit, ut possit custodia euadere, animaduertendum: si tamen per uinum aut desidiam custodis id euenerit, castigandum eum et in deteriore militiam dari: si uero fortuito amiserit, nihil in eum statuendum.

- 1 Si paganos euaserit custodia, idem puto exquirendum, quod circa militum personas explorandum retuli. 5
- 13 IDEM libro sexto de cognitionibus. In eos, qui, cum recepti essent in carcerem, conspirauerint, ut ruptis uinculis et effracto carcere euadant, amplius, quam causa ex qua recepti sunt reposcit<sup>1</sup>, constituendum est<sup>2</sup> quamuis innocentes inueniantur ex eo crimine, propter quod impacti sunt in carcere, tamen puniendi sunt: eos uero, qui conspirationem eorum detexerint, releuandos. 10
- 14 HERENNIUS MODESTINUS libro quarto de poenis. Non est facile tironi custodia credenda: nam ea prodita<sup>3</sup> is culpae reus est, qui eam ei commisit. Nec uni, sed duobus custodia committenda est. Qui si negligentia amiserint, pro modo culpae uel castigantur uel militiam mutant: quod si leuis persona custodiae fuit, castigati restituuntur. nam si miseratione custodiam quis dimiserit, militiam mutat: fraudulenter autem si fuerit uersatus in dimittenda custodia, uel capite punitur uel in extremum gradum militiae datur. interdum uenia datur: nam cum custodia cum altero custode simul fugisset, alteri uenia data est. Sed<sup>4</sup> si se custodia interfecerit uel praecipitauerit, militi culpae adscribitur, id est. castigabitur. Quod si ipse custos custodiam interfecerit, homicidii reus est: Ergo si casu custodia defuncta dicatur, testationibus id probandum est et sic uenia dabitur. Solet praeterea amissa culpa custodia, si tamen intersit eam adprehendi, tempus causa cognita militi dari ad eam requirendam, applicito ei alio milite. Quod si fugitium domino reddendum prodiderit<sup>5</sup>, si facultates habeat, domino pretium reddere iuberi Saturninus probat. 15

## III.

## R AD LEGEM IULIAM MAIESTATIS R

- 1 ULPIANUS libro septimo de officio proconsulis. Proximum sacrilegio crimen est, quod maiestatis dicitur. Maiestatis autem crimen illud est, quod aduersus populum Romanum uel aduersus securitatem eius committitur. quo tenetur is, cuius opera dolo malo consilium initum erit, quo obsides iniussu principis interciderent: quo armati homines cum telis lapidibus in urbe sint conueniantue aduersus rem publicam, locane occupentur uel templa, quoue coetus conuentusue fiat hominesue ad seditionem ¶ conuocentur: cuiusue opera consilio malo consilium initum erit, quo quis magistratus populi Romani quique imperium potestatemue habet occidatur: quoue quis contra rem publicam arma ferat: quique hostibus populi Romani nuntium litterasue miserit signumue dederit feceritue dolo malo, quo hostes populi Romani consilio iuentur aduersus rem publicam: quique milites sollicitauerit concitaueritue, quo seditio tumultusue aduersus rem publicam fiat: 24
- 2 IDEM libro octauo disputationum. quique de prouincia, cum ei successum esset, non discessit<sup>6</sup>: aut qui exercitum deseruit uel prinatus ad hostes per fugit: quique sciens falsum conscripsit uel recitauerit in tabulis publicis: nam et hoc capite primo lege maiestatis enumeratur. 25
- 3 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Lex duodecim tabularum iubet eum, qui hostem concitauerit quique ciuem hosti tradiderit, capite puniri. lex autem *F(XYMOC)* 26

<sup>1</sup> recepti sunt rei, poscit?    <sup>2</sup> et ins.    <sup>3</sup> perdita (edd.)?    <sup>4</sup> et ins.    <sup>5</sup> perdidit (edd.)?  
<sup>6</sup> decessit (Budaeus)?

3 dare *F* | in eum *F*<sup>2</sup>    4 si paganus euaserit custodiam (custodia *X*<sup>2</sup>) *XYMOC* | persona *m*'s *F*<sup>2</sup>    13 committenda est qui si negligentia amiserint pro *om. F*<sup>1</sup>, uertunt *B* 15 di'miserit *F*<sup>6</sup>    19 custos e' custodiam *F*<sup>6</sup> | homicidii] *F*<sup>6</sup>, omnicidio *F*<sup>6</sup>    20 pronan-

dum *F*    23 prodiderit] ἀπολύσει *B* (*Anon.*) | inueni *F*    24 tit. 4. 5 inuerso ordine ind. *F*    26 proculis *F* | proximum' *F*<sup>2</sup>    28 is qui cuius *F*<sup>2</sup>    29 interciderent] ὁ σπογδάσας ... ἀναίρεθῆναι τοὺς ὁμήρουσ *B*    30 sin't *F*<sup>1</sup>    32 malo] *F*<sup>1</sup>, dolo malo *F*<sup>2</sup>    35 iabentur *F*

Iulia maiestatis praecipit eum, qui maiestatem publicam laeserit, teneri: qualis est ille, qui in bellis cesserit aut arcem tenuerit<sup>1</sup> aut castra concesserit. eadem lege tenetur et qui iniussu principis bellum gesserit dilectumque habuerit exercitum comparauerit: quique, cum ei in provincia successum esset, exercitum successori non tradidit: quique imperium exercitumque populi Romani deseruerit: quique priuatus pro potestate magistratumque quid sciens dolo malo gesserit: quique quid eorum, quae supra scripta sunt, facere curauerit:

4 SCAEUOLA libro quarto regularum. cuiusque<sup>2</sup> dolo malo iureiurando quis [B. 60, 36, 4] S adactus est, quo aduersus rem publicam faciat: cuiusue dolo malo exercitus populi Romani in insidias deductus hostibus proditus erit: factumue dolo malo cuius dicitur, quo minus hostes in potestatem populi Romani ueniant: cuiusue opera dolo malo hostes populi Romani commeatu armis telis equis pecunia aliaue qua re adiuti erunt: utue ex amicis hostes populi Romani fiant: cuiusue dolo malo factum erit, quo rex exterae nationis populo Romano minus obtemperet<sup>3</sup>: cuiusue opera dolo malo factum erit, quo magis obsides pecunia iumenta hostibus populi Romani dentur aduersus rem publicam. item qui confessum in iudicio reum et propter hoc in uincula coniectum emisit. Hoc crimine liberatus est a senatu, qui statuas imperatoris reprobatas confauerit<sup>4</sup>.

5 MARCIANUS libro quinto regularum. Non contrahit crimen maiestatis, qui [B. 60, 36, 5] S statuas Caesaris uetustate corruptas reficit. Nec qui lapide iactato incerto fortuito statuas attigerit, crimen maiestatis commisit: et ita Seuerus et Antoninus Iulio Cassiano rescripserunt. Idem Pontio rescripsit non uideri contra maiestatem fieri ob imagines [B. 60, 36, 6] S Caesaris nondum consecratas uenditas.

6 UENULEIUS SATURNINUS libro secundo de iudiciis publicis. Qui statuas aut [B. 60, 36, 7] Sf imagines imperatoris iam consecratas confauerint aliudue quid simile admiserint, lege Iulia maiestatis tenentur. 24

7 MODESTINUS libro duodecimo pandectarum. Famosi, qui ius acousandi non [B. 60, 36, 8] E habent, sine ulla dubitatione admittuntur ad hanc accusationem. Sed et milites, qui causas alias defendere<sup>5</sup> non possunt: nam qui pro pace excubant, magis magisque ad hanc accusationem admittendi sunt. Serni quoque deferentes audiuntur et quidem dominos suos: et liberti patronos. Hoc tamen crimen iudicibus non in occasione ob [Gregorius ep. 13, 45] 29  
F(XYMOO)

<sup>1</sup> tenuerit] temere? <sup>2</sup> cuiusue? <sup>3</sup> sic ordina: cuiusue dolo malo factum erit, quo rex ... obtemperet exterie ex amicis hostes populi Romani fiant <sup>4</sup> confauerit? <sup>5</sup> alienas deferre (hoc P. Faber: ἀλλοτριὰς δίκας κινεῖν BS: cf. p. 799, 14)?

1 qui in bellis ... concesserit] καὶ ὁ ἐν πολέμοις παραχωρῶν καὶ ὁ καταλιμπάνων ἀκρόπολιν καὶ ὁ προδίδους κάστρα B (Anon.): Graeci igitur legerunt in bellis, non inbellis, recte omnino: nam inbellis contemnitur, punitur autem qui loco siue praesidio cessit miles belli tempore (cf. Polyb. 1, 17, 11: τὸ πρόστιμον θάνατος ἐστὶ τῷ προεμένῳ τὸν τόπον καὶ φύγοντι τὸ παράπαν ἐξ ἐφεδρείας et 6, 37. Liuius 4, 29, 5, 6, 14, 24, 37, 9: praesidio decedere apud Romanos capital esse) 4 exercitum] exercitum de F<sup>1</sup> 8 cuiusue] cuius F<sup>2</sup> | pupilli F<sup>2</sup>, pupilli F<sup>1</sup> 10 potestate F 11 communitate F<sup>2</sup> 12 populi romani minus F<sup>2</sup> 14 confes'sum F<sup>1</sup> 15'emis'erit F<sup>2</sup> 18 statuas F<sup>1</sup> 19 commiserit F<sup>1</sup> | seuerus F<sup>1</sup> 20'Idem pro auctoris nomine B | rescripsit] F<sup>1</sup>, rescripserunt F<sup>2</sup> 21 nonduo F<sup>1</sup> 22 saturninus om. F<sup>2</sup> | statusus F<sup>2</sup> 25 huius legis § 3 citatur a Gregorio Magno († a. 604) epist. 13, 45, quae uerba non afferro sic ut leguntur in editionibus Gregorii a recognitoribus interpolatis, sed prout ea mihi exscripsit Kruegerus cum ex codice saeculi noni Uercellensi collectionis Anselmo dedi-

catae 3, 222 (cf. Savigny Gesch. 2, 276 ed. 2) tum ex epistularum Gregorii codicibus tribus Parisinis 2280. 4420. 4424 scriptis saeculo decimo: legitur lib. XLVIII, titulo ad legem Iuliam (legedumliam Paris. 2280 ante em.) maiestatis, digesti septimo. Modestinus lib. XII pandictarum. Post pauca. Hoc tamen crimen (creme Uercell. ante em. et Paris. 4420, credo Paris. 4424) iudicibus non occasione principalis maiestatis uenerationem (inde in Uercell. factum ueneratione) habendum est, sed in ueritate. nam et personam expectandum (sic libri omnes) esse, an potuerit facere et ante quid fecerit et an (ante Paris. 4424) cogitauerit. quod si uere ad haec uerba respicit lex Baiuuariorum tit. 2 c. 1 (mon. Germ. leg. III p. 281), innotuerunt auctori non ex digestis, sed ex Gregorio omnino uel Gregorii aliquo espiatore | famosi F<sup>1</sup> | iu'm's F<sup>1</sup> 29 hoc tamen crimen (crimine F, crimen a XYMOO) iudicibus non in occasione (sic Y, occasionem FXMOO) ob ... p. 804, 1 ueritate] οὐ χρὴ τοὺς δικάστας ἀποκερῆσθαι τῇ βασιλικῇ τιμῇ, ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς σκοπεῖν B (Anon.): Gregorii lectionem supra rettulimus

- principalis maiestatis uenerationem habendum est, sed in ueritate: nam et personam spectandam esse, an potuerit facere, et an ante quid fecerit et an cogitauerit et an sanae mentis fuerit. nec lubricum linguae ad poenam facile trahendum est: quamquam enim temerarii digni poena sint, tamen ut insanis illis parcendum est, si non tale sit || delictum, quod uel l. 894
- 4 ex scriptura legis descendit uel ad exemplum legis uindicandum est. Crimen maiestatis 5 facto uel uiolatis status uel imaginibus maxime exacerbatur in milites<sup>1</sup>.
- 8 PAPINIANUS libro tertio decimo responsorum. In quaestionibus laesae maiestatis etiam mulieres audiuntur. coniurationem denique Sergii Catilinae Iulia<sup>2</sup> mulier detexit et Marcum Tullium consulem indicium eius instruxit. 9
- 9 HERMOGENIANUS libro quinto iuris epitomarum. Eorum, qui maiestatis crimine damnati sunt, libertorum bona liberis damnatorum conseruari diuus Seuerus decreuit et tunc demum fisco uindicari, si nemo damnati liberorum existat.
- 10 IDEM libro sexto iuris epitomarum. Maiestatis crimine accusari potest, 10 cuius ope consilio dolo malo prouincia uel ciuitas hostibus prodita est. 14
- 11 ULPIANUS libro octauo disputationum. Is, qui in reatu decedit, integri 11 status decedit: extinguitur enim crimen mortalitate. nisi forte quis maiestatis reus fuit: nam hoc crimine nisi a successoribus purgetur, hereditas fisco uindicatur. plane non quisque legis Iuliae maiestatis reus est, in eadem condicione est, sed qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus rem publicam uel principem animatus: ceterum si quis ex alia causa legis Iuliae maiestatis reus sit, morte crimine liberatur. 10

V.

AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS COERCENDIS SEP

- 1 ULPIANUS libro primo de adulteriis. Haec lex lata est a diuo Augusto. 11 B. 60, 37, 3 S
- 2 IDEM libro octauo disputationum. Ex lege Iulia seruatur, ut, cui necesse 12 est ab adultero incipere, quia mulier ante denuntiationem nupsit, non alias ad mulierem 20 possit peruenire, nisi reum peregerit. peregisse autem non alias quis uidetur, nisi et con- 1 demnauerit. Marito<sup>3</sup> iure mariti accusanti illa praescriptio obicitur, si legem prodidisse 2 dicatur ob hoc, quod adgressus accusationem adulterii destitit. Lenocinii quidem crimen lege Iulia de adulteris praescriptum<sup>4</sup> est, cum sit in eum maritum poena statuta, qui de adulterio uxoris suae quid ceperit, item in eum, qui in adulterio deprehensam retinuerit. 20
- 3 Ceterum qui patitur uxorem suam delinquere matrimoniumque suum contemnit quique con- 4 taminatiōni non indignatur, poena adulterum<sup>5</sup> non infligitur. Qui hoc [cf. BS. 28, 8, 45 sch. 2] dicit lenocinio mariti se fecisse, releuare quidem uult crimen suum, sed non est huiusmodi compensatio admissa. ideo si maritum uelit reus adulterii lenocinii reum facere, semel de- 5 latus non audietur. Si publico iudicio maritus uxorem ream faciat, an lenocinii allegatio 25
- F(XYMO C). Petrus 3, 19 = l. 11 (usque ad u. 17 uindicatur)

<sup>1</sup> facto, ueluti (sic Heraldus) uiolatis status uel imaginibus, exacerbatur maxime in milite (u. l.)?  
<sup>2</sup> Fulvia (edd.)? <sup>3</sup> marito] et merito? <sup>4</sup> expressum? <sup>5</sup> adulteri ei?

2 cognitauerit F: ei ἐνεθυμῆθη B (Anon.)  
 3 t'erahendum F<sup>2</sup> 4 'in'sanis F<sup>2</sup> | sit 'de' ||  
 delictum F<sup>2</sup> 5 crimen maiestatis facto uel  
 uiolatis status uel imagi's'nibus maxime exaceruatur in milites F<sup>2</sup> neque aliter legerunt  
 Graeci: τὸ τῆς καθοσιώσεως ἔγκλημα, ὅταν ἢ ἐξ ὧν γέρονέ τι ἢ ἐξ ὧν ἐχράνησαν εἰκόνες βασιλικαὶ κινήται, τραχύτερον μάλιστα γίνεται κατὰ στρατιωτῶν BS. cf. Paulus 5, 29, 1: quod crimen non solum facto, sed et uerbis implis ac maledictis maxime exacerbatur 8 catilinae F | iulia] sic etiam BS: ἰουλία τις γυνή 15 octauo] F, uii Y, uiiii M, xiii uel xiiii Petr. | qui] quis F<sup>2</sup> | in om. X<sup>2</sup>YO Petr. 16 fuit fuerit Petr. 17 nam] FC, nam om. XYMO

Petr. | crimine] F<sup>2</sup>, crimen F<sup>2</sup> XYMO | nisi a successoribus] a succ. nisi X | quisque] F<sup>2</sup>, quisquis F<sup>2</sup> 22 adulteris ind. F 27 marito] marito F<sup>2</sup>: τῷ κινουῦντι δικαίῳ ἀνδρὸς B (Anon.), ἰούρε μαρίτι BS 29 praescriptum est] εἰς ἐνὸς κινήται BS | eum] eundem f 30 retinuerit F<sup>2</sup> 31 quique contaminatiōni ... infligitur] καὶ μὴ δυχραίνων τὸ συναναστρέφειν τὴν μοιχευομένην γαμέτην αὐτῷ καὶ τοῦ μοιχοῦ μετέχειν, (οὐκ ins.) ἐπιπίπτει τῇ τῶν μοιχῶν τιμωρίᾳ BS (Dor.), οὐ μὲν (ἐνεχεται τῷ νόμῳ) ὁ ἀνεχόμενος ἀμαρτάνειν αὐτὴν ἢ μὴ ἀγανακτῆσας ἐπὶ τῷ μύσει B (Anon.) 35 allegatio F

repellat maritum ab accusatione? et putem non repellere: lenocinium igitur mariti ipsum  
 6 onerat, non mulierem excusat. Unde quaeri potest, an is, qui de adulterio cognoscit, sta-  
 tuere in maritum ob lenocinium possit? et puto posse. nam Claudius Gorgus uir claris-  
 7 sine accusatore lenocinio<sup>1</sup> damnatus est a diuo Senero. Extraneus autem nequaquam leno-  
 8 cinium obiciens, posteaquam reus factus est, se releuabit, nec maritum poenae subiciet. Si  
 simul ad accusationem ueniant maritus et pater mulieris, quem praeferrī oporteat, quaeritur.  
 et magis est, ut maritus praeferratur: nam et propensiore ira et maiore dolore execu-  
 turo eum accusationem credendum est, in tantum, ut et si pater praeuenerit et libellos  
 inscriptionum<sup>2</sup> deposuerit, marito non neglegente nec retardante, sed accusationem parante  
 et probationibus instituente<sup>3</sup> atque muniente, ut facilius iudicantibus de adulterio probetur,  
 9 idem erit dicendum. Sed et quotiens alii, qui post maritum et patrem accusare possunt,  
 ad accusandum prosiiliunt, lege expressum est, ut is, cuius de ea re notio est, de iusto  
 accusatore constituat. 14

3 IDEM libro secundo de adulteris. Nisi igitur || pater maritum infamem aut B. 60, 37, 5 S<sup>4</sup>  
 arguat<sup>4</sup> aut doceat colludere magis cum uxore quam ex animo accusare, postponetur q. 91 f. 395  
 marito.

4 IDEM libro octauo disputationum. Si maritus praenenerit accusareque insti- B. 60, 37, 6 S  
 tuerit, tempora non cedunt patri, quod accusationem instituere non potest, sic tamen, ut,  
 quoad unus occupet, utriusque tempora cedant, ubi uero maritus occupauit, residua tempora  
 20 ei, qui occupare<sup>5</sup> non potest, non cedant. quod et in eo dici potest, qui ab adultero uel  
 adultera coepit: nam aduersus eum, aduersus quem non coepit, desinunt ei tempora cedere.  
 1 haec in maritis et patribus dicta sunt. Extraneis autem, qui accusare possunt, accusandi  
 facultas post maritum et patrem conceditur: nam post sexaginta dies quattuor menses ex-  
 2 traneis dantur et ipsi utiles. Si ante extraneus instituerit accusationem, an superuenienti  
 25 marito permittatur accusatio, quaeritur. et magis arbitror hoc quoque casu maritum audien-  
 dum, si non neglegentia praeuentus est. et ideo et si accusatione instituta absoluta sit  
 mulier extraneo accusante, tamen marito debet permitti restaurare accusationem, si idoneas  
 causas allegare possit, quibus impeditus non instituit accusationem. 29

5 IULIANUS libro octagesimo sexto digestorum. Nuptam mihi adulterii ream B. 60, 37, 7 S  
 postulari posse in priore matrimonio commissi dubium non est, cum aperte lege Iulia de  
 adulterii coercendis caueatur, si quidem uidua sit, de cuius adulterio agatur, ut accusator  
 liberum arbitrium habeat, adulterum an adulteram prius accusare malit: si uero nupta sit,  
 ut prius adulterum peragat, tunc mulierem. 34

6 PAPINIANUS libro primo de adulteris. Inter liberas tantum personas adulte- B. 60, 37, 8 S  
 rium stuprumue passas lex Iulia locum habet. quod autem ad seruas pertinet, et legis  
 Aquiliae actio facile tenebit et iniuriarum quoque competit nec erit deneganda praetoria  
 quoque actio de seruo corrupto: nec propter plures actiones parcendum erit in huiusmodi  
 1 crimine reo. Lex stuprum et adulterium promiscue et καταχρηστικώτερον appellat. sed  
 proprie adulterium in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum composito  
 40 nomine: stuprum uero in uirginem uiduamue committitur, quod Graeci φορὰν appellant.  
 2 Filii familiae maritus ab eo, qui sui iuris est, in ea lege non separatur. diuus quoque  
 3 Hadrianus Rosiano Gemino rescripsit et inuito patre filium hac lege reum facere. Maritus

F(XYMOG)

<sup>1</sup> lenocinii (edd.)?    <sup>2</sup> inscriptionis (Hal.)?    <sup>3</sup> instruente (Hal.)?    <sup>4</sup> aut arguat infamem  
 (similiter Hal.)?    <sup>5</sup> accusare?

1 repellat] repellit F<sup>2</sup>    3 Γόργιος Κλαύδιος BS  
 4 accusant F<sup>1</sup> | est] esset F<sup>2</sup>    8 propen-  
 s'iore F<sup>2</sup> | ira] F<sup>1</sup>, iure F<sup>2</sup>XYMOG    11 in-  
 dicantibus F    13 est ut F<sup>1</sup>    14 accusa-  
 to're' F<sup>2</sup> | constituet F    15 infamen F  
 19 quod] quo F<sup>1</sup>, qui F<sup>2</sup>: ἐπειδὴ BS    20 quod-

ad F | tempora F<sup>2</sup> | ueru F<sup>1</sup>    21 ei qui oc-  
 cupare non potest] τὸ μὴ δυνάμενος τέως  
 κατηγορεῖν BS    25 superueniente F    27 pra'e-  
 uentus F<sup>2</sup>    36 stuprum depassus F<sup>1</sup>    39 κα-  
 ταχρηστικώτερον F    43 facere] facere posse F<sup>2</sup>:  
 δύνασθαι ... κατηγορεῖν BS: cf. ad p. 314, 13

etsi duo reos ex alio crimine habeat, poterit iure uiri tertium accusare, quoniam ea causa non cedit in numerum ceterarum.

- 7 MARCIANUS libro decimo institutionum. Qui pupillam suam duxit uxorem [B. 60, 37, 9] S<sup>1</sup> contra senatus consultum, nec matrimonium est hoc et potest adulterii accusari, qui tutor uel curator fuit et intra uicensimum sextum annum duxit uxorem non a patre desponsam s uel destinatum uel testamento denominatam.
- 8 (1) In libro secundo de adulteriis PAPINIANI MARCIANUS notat. In- [cf. l. 40 § 7 h. t. B. 60, 37, 9] S<sup>1</sup> cesti commune crimen aduersus duos simul intentari potest.
- 9 (8) IDEM libro secundo de adulteris. Qui domum suam, ut stuprum adulte- [B. 60, 37, 10] S<sup>1</sup> riumue cum aliena matre familias uel cum masculo fieret, sciens praeberit uel quaestum 10 ex adulterio uxoris suae fecerit: cuiuscumque sit condicionis, quasi adulter punitur. Appellatione domus habitationem quoque<sup>1</sup> significari palam est.
- 10 (9) ULPIANUS libro quarto de adulteriis. Et si amici quis domum praeberisset, [B. 60, 37, 11] S<sup>1</sup> tenetur. Sed et si quis in agro balneoue stuprum fieri praeberisset, comprehendi debet. 2 Sed et si in domum aliquam soliti fuerint conuenire ad tractandum de adulterio, etsi eo 15 loci nihil fuerit admissum, uerum<sup>2</sup> tamen uidetur is domum suam, ut stuprum adulteriumae committeretur, praeberisse, quia sine colloquio illo adulterium non committeretur.
- 11 (10) PAPINIANUS libro secundo de adulteriis. Mater autem familias significatur [B. 60, 37, 13] S<sup>1</sup> non tantum nupta, sed etiam uidua. Mulieres quoque hoc capite legis, quod domum prae- 2 buerunt uel pro comperto stupro aliquid acceperunt, tenentur. Mulier, quae euitandae 30 poenae adulterii || gratia lenocinium fecerit aut operas suas in scaenam locauit, adulterii l. 39<sup>1</sup> accusari damnarique ex senatus consulto potest.
- 12 (11) IDEM libro singulari de adulteris. Miles, qui cum adultero uxoris suae [B. 60, 37, 13] S<sup>1</sup> pactus est, solui sacramento deportarique debet. Militem, qui sororis filiam [BS. 28, 4, 17] 1 in contubernio habuit, licet non in matrimonium, adulterii poena teneri rectius dice- 2 tur. Ea, quae inter reas adulterii recepta esset, absens defendi non potest. [(BS) B. 60, 37, 11] 3 Socer cum nurum adulterii accusaturum se libellis praesidi datis testatus fuis- [B. 60, 37, 13] 4 set, maluit accusatione desistere et uerum ex dote magis petere. quaeritur, an huiusmodi commentum eius admitti existimes. respondit: turpissimo exemplo is, qui nurum suam accusare instituisset, postea desistere maluit contentus lucrum ex dote retinere tamquam 30 culpa mulieris dirempto matrimonio: quare non inique repellatur, qui commodum dotis uin- dictae domus suae praepone non erubuit. Adulterii reum intra quinque annos [Pon. 28, 10] 4 continuos a die criminis admissi defuncta quoque muliere postulari posse palam est. [(Pon.)] 5 Quidam accusare uolebat adulterii mulierem et postulabat, ne sibi computarentur dies, quos in custodiam fecisset: me hoc admittente existit qui mihi contradiceret. cuius opinionem 35 an tu probes, rogo maturius mihi scribas. respondit: opinionem tuam et uerba legis et sententia adiuant, cui placuit utiles dies accusatori computandos esse, id est quibus potuit accusationis sollempnia implere. quare sine dubio dies, quibus quis in custodia fuit, extra 6 computationem utilium dierum existimanti tibi constitutos contradicere non debuit. Sexaginta dies, qui marito accusanti utiles computantur, feriatis quoque diebus, si modo facultatem 40 praesidis adeundi accusator habuit, numerari certum est, quoniam de plano quoque libellus F(XYMOC)

<sup>1</sup> quamcumque (sic fere edd.)?    <sup>2</sup> uerum del.

2 ceterorum F<sup>2</sup> 5 uel] F<sup>2</sup>, et F<sup>1</sup>: εἶτε οὖν κοῦράτωρ εἶτε ἐπίτροπος τις ἐγένετο κόρης BS | intra (infra F<sup>1</sup>) uicensimum sextum annum] εἰς τὸ τοῦ κς' ἐνιαυτοῦ BS (Dor.), πρό τοῦ κε' ἐνιαυτοῦ B (Anon.), sed in scholiis recentioribus adnotatur: τινὰ δὲ καὶ τῶν βιβλίων τὰ καὶ ἀκριβέστερα ἔχουσι πρό τοῦ κς' ἐνιαυτοῦ. cf. 'Pon. 39, 1 7 l. 8 praecedenti continuat F. ceterum ne Graeci quidem hanc legem uidentur numerasse, numeri enim quos offendi sequuntur

numerationem nobis secundariam, ut l. 11 (Pon. 14, 1 not. 80. B. 3, 172 Heimb. 4, 72). 13 (2, 445. 3, 280. 5, 723). 35 (5, 341). 43 (4, 543) | natat F<sup>2</sup> 9 idem] F<sup>2</sup> cum B, papinianus F<sup>2</sup> 14 balneoue] F, alienoue X (suprascr. al. balneo) YMO, alieno uel balneoue C 17 qu'a F<sup>2</sup>, επειδή BS 28 accusatione] ab accusatione F<sup>2</sup> | huius'c'modi F<sup>2</sup> 36 mutarius F 39 utilium] utilam F<sup>1</sup> 40 accusante F 41 ceterum F<sup>2</sup>

dari potest. quod priuilegium si amisit, non prohibetur intra alios quattuor menses que-  
 7 rellam suam apud iudicem deferre. Querebatur, an iure mariti possit accusare uir eam  
 feminam, quae, cum ei desponsa fuisset, alii in matrimonium a patre fuisset tradita. re-  
 spondit: nouam rem instituere huiusmodi accusatorem existimo, qui adulterii crimen obicere  
 desiderat propter hoc tantum, quod priori sibi desponsa puella a patre in matrimonium 5  
 8 9 alii fuerit tradita. Defuncto marito adulterii rea mulier postulat, quae propter [BS. 40, 5, 11  
 impubere filium uult dilationem ab accusatore impetrare: an debeat audiri? respondi:  
 non uidetur mihi confugere ea mulier ad iustam defensionem, quae aetatem filii praetendit  
 ad eludendam legitimam accusationem: nam non utique crimen adulterii, quod mulieri  
 obicitur, infanti praeiudicat, cum possit et illa adultera esse et impubes defunctum patrem 10  
 10 habuisse. Uolenti mihi ream adulterii postulare eam, quae post commissum adul- (BS. B)  
 terium in eodem matrimonio perseuerauerit, contradictum est. quaero, an iuste responsum  
 sit. respondit: ignorare non debuisti durante eo matrimonio, in quo adulterium dicitur  
 esse commissum, non posse mulierem ream adulterii fieri: sed nec adulterum interim ac-  
 11 cusari posse. Licet ei mulier, qui in suspicionem adulterii incidit, nupsisse di- [B. 60, 37, 13 15  
 catur, non ante accusari poterit, quam adulter fuerit conuictus: alioquin ad hoc uel maxime  
 uiri confugient uolentes bene concordatum sequens matrimonium dirimere, ut dicant eum  
 12 adultero mulierem nuptias contraxisse. Mulier cum absentem uirum audisset uita functum  
 esse, alii se iunxit: mox maritus reuersus est. quaero, quid aduersus eam mulierem sta-  
 tuendum sit. respondit<sup>1</sup> tam iuris quam facti quaestionem moueri: nam si longo tempore 20  
 transacto sine ullius stupri probatione falsis rumoribus inducta, quasi soluta priore uinculo,  
 legitimis nuptiis secundis iuncta est, quod uerisimile est deceptam eam fuisse<sup>2</sup> nihil uin-  
 dicta dignum uideri potest: quod si ficta mariti mors argumentum faciendis nuptiis || pro- f. 396  
 habuit praestitisse, cum hoc facto pudicitia laboretur<sup>3</sup>, uindicari debet pro admissi cri-  
 13 minis qualitate. Ream adulterii uxorem duxi: eam damnatam mox repudiaui. quaero, an 25  
 causam discidii praestitisse uideor. respondit: cum per legem Iuliam huiusmodi uxorem  
 retinere prohibearis, non uideri causam te discidii praestitisse palam est. quare ita ius  
 tractabitur quasi culpa mulieris facto diuortio.

(2) ULPIANUS libro primo de adulteriis. Haec uerba legis 'ne quis posthac [B. 60, 37, 14 S  
 'stuprum adulterium facito sciens dolo malo' et ad eum, qui suasit, et ad eum, qui stu- 30  
 prum uel adulterium intulit, pertinent.

(3) IDEM libro secundo de adulteris. Si uxor non fuerit in adulterio, concubina tamen fuit, S  
 iure quidem mariti accusare eam non poterit, quae uxor non fuit, iure tamen extranei ac-  
 cusationem instituere non prohibebitur, si modo ea sit, quae in concubinatum se dando  
 1 matronae nomen non amisit, ut puta quae patroni concubina fuit. Plane siue [B. 60, 37, 15 35  
 iusta uxor fuit siue iniusta, accusationem instituere uir poterit: nam et<sup>4</sup> Sextus Caecilius  
 ait, haec lex ad omnia matrimonia pertinet, et illud Homericum<sup>5</sup> adfert: nec enim soli,  
 inquit, Atridae uxores suas amant.

οὐ μόνον<sup>5</sup> φιλέουσ' ἀλόχοις μερόπων ἀνθρώπων

Ἄτρεϊδάι.

40

2 Sed et in ea uxore potest maritus adulterium uindicare, quae uolgaris fuerit, quamuis, si  
 3 nidua esset, impune in ea stuprum committeretur. Diui Seuerus et [cf. Collat. 4, 6. Ep. 20, 16  
 Antoninus rescripserunt etiam in sponsa hoc idem uindicandum, quia neque matrimonium  
 4 qualecumque nec spem matrimonii uiolare permittitur. Sed et si ea sit mulier, cum qua  
 incestum commissum est, uel ea, quae, quamuis uxoris animo haberetur, uxor tamen esse 45  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> non *ins.* (Schulting)

<sup>2</sup> fecisse?

<sup>3</sup> laboret (u. i.)?

<sup>4</sup> ut (*edd.*)?

<sup>5</sup> Il. 9, 340

<sup>6</sup> ἢ μῶνοι Homerus

1 alius F 3 e'am'i F<sup>2</sup> | fuisse alii F | tra-  
 ditam F 5 a om. F<sup>o</sup> 7 ab] ad F<sup>1</sup> 12 iu-  
 st'a'e F<sup>2</sup> 14 accusare F 15 mulier 'i qui F<sup>2</sup> |  
 suspicione F 21 transact'io F<sup>2</sup> 23 dignum |  
 signum F<sup>1</sup> 24 laboretur] FM<sup>c</sup>, laboret XY

M<sup>o</sup>OC | uindicare F 26 uidear F<sup>2</sup> 29 primo  
 om. F<sup>o</sup> 30 suasit] quasit F<sup>1</sup> 31 perti-  
 ne n't F<sup>2</sup> 34 concubinatu F 36 uir om. F<sup>2</sup>  
 37 matrimonio F<sup>1</sup> 40 ΑΤΡΕΪΔΑΙ F 41 uin-  
 dicari F<sup>1</sup> 42 ea'm' F<sup>2</sup> 45 'quam'uis F<sup>2</sup>

5 non potest, dicendum est iure mariti accusare<sup>1</sup> eam non posse, iure extranei posse. Iudex  
adulterii ante oculos habere debet et inquirere, an maritus pudice uiuens mulieri quoque  
bonos mores colendi auctor fuerit: periniquum enim uidetur esse, ut pudicitiam uir ab  
uxore exigat, quam ipse non exhibeat: quae res potest et uirum damnare, non rem ob  
6 compensationem mutui criminis inter utrosque communicare<sup>2</sup>. Si quis uxorem suam uelit  
accusare dicatque eam adulterium commisisse antequam sibi nuberet, iure uiri accusatio-  
nem instituere non poterit, quia non, cum ei nupta est, adulterium commisit. quod et in  
concubina dici potest, quam uxorem quis postea habuit, uel in filia familias, cuius com-  
7 iunctioni pater postea concessit<sup>3</sup>. Si quis plane uxorem suam, cum apud hostes esset,  
adulterium commisisse arguat, benignius dicetur posse eum accusare iure uiri: sed ita  
demum adulterium maritus uindicabit, si uim hostium passa non est: ceterum quae uim  
8 patitur, non est in ea causa, ut adulterii uel stupri damnetur. Si minor duodecim annis  
in domum deducta adulterium commiserit, mox apud eum aetatem excesserit coeperitque  
esse uxor, non poterit iure uiri accusari ex eo adulterio, quod ante aetatem nupta com-  
misit, sed uel<sup>4</sup> quasi sponsa poterit accusari ex rescripto diui Seneri, quod supra relatum 15  
9 est. Sed et si qua repudiata, mox reducta sit non quasi eodem matrimonio durante, sed  
quasi alio interposito, uidendum est, an ex delicto, quod in priore matrimonio admisit, ac-  
cusari possit. et puto non posse: aboleuit enim prioris matrimonii delicta reducendo eam.  
10 Idem dicendum est, si stupri uelit accusare eam quam postea duxit uxorem: sero enim  
accusat mores, quos uxorem ducendo probauit.

15 (14) SCAEUOLA libro quarto regularum. Is, cuius ope consilio dolo malo factum [B. 60, 37, 16] S<sup>1</sup>  
est, ut uir feminae in adulterio deprehensi pecunia alienae qua pactione se redimerat,  
1 eadem poena damnatur, quae constituta est in eos, qui lenocinii crimine damnantur. Si  
uir infamandae uxoris suae causa adulterum subiecerit, ut ipse deprehenderet, et uir et  
2 mulier adulterii crimine tenentur ex senatus consulto de ea re facto. Marito primum, uel 15  
patri eam filiam quam in potestate habet, intra dies sexaginta diuortii accusare permittitur  
nec ulli alii intra id tempus agendi potestas datur: ultra eos dies neutrius uoluntas ex-  
3 spectatur. Iure mariti qui accusant, calumniae periculum non euitant.

16 (15) ULPIANUS libro secundo de adulteriis. Si maritus sit in magistratu, potest [B. 60, 37, 17] S<sup>1</sup>  
praenueniri a patre: atquin non oportet. et putat Pomponius debere dici, quoad maritus 15  
magistratum gerit, patris quoque accusationem impediendam, ne praeripiatur marito ius,  
quod cum eo aequale habet: igitur non cedent sexaginta dies patri, cum accusare non  
1 potest. Legis Iuliae de adulteriis capite septimo ita canetur: 'ne quis inter reos referat  
'eum, qui tum sine detrectatione rei publicae causa aberit': neque enim aequum uisum est  
2 absentem rei publicae causa inter reos referri, dum rei publicae operatur. Necessario adi- 15  
citur 'sine detrectatione': ceterum si quis euitandi criminis id egit, ut rei publicae causa  
3 abesset, nihil illi commentum hoc proficiat. Quod si quis praesens sit, uice tamen absentis  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> accusari?    <sup>2</sup> componere (u. i.)?    <sup>3</sup> consensit (edd.)?    <sup>4</sup> uel del.

1 non potest] potest F<sup>1</sup> | iudex adulterii ...  
5 communicare] cf. constitutio Antonini ex Gre-  
goriano codice (14, 2 Haen.) allata ab Augustino  
de coniugiis adult. ad Pollentium lib. 2 c. 7 post  
alia: habebunt autem ante oculos hoc inqui-  
rere, an, cum tu pudice uiueres, illi (uxori)  
quoque bonos mores colendi auctor fuisti.  
periniquum enim mihi uidetur esse, ut ...  
uirum damnare, non ob compensationem mu-  
tui criminis rem inter utrumque componere  
et causam facti tollere 2 uiuens] F<sup>2</sup>, uisus  
est F<sup>1</sup> 6 comm'un'isuisse F<sup>2</sup> 8 cuius con-  
iunctioni pater postea concessit] και ἕτερον  
ὁ πατήρ συνῆνεσε B (A non.) 9 uxorem] F<sup>2</sup>  
10 iure uiri] sic δικαίω ἄνδρὸς plures libros

habere, in aliis autem legi οὐ δικαίω ἄνδρὸς  
tradunt scholiastae Basilicorum recentiorum  
11 est] esse F<sup>1</sup> | quae] que F<sup>1</sup>, qua F<sup>1</sup>  
14 accusari] F<sup>2</sup> | ante aetatem nupta] F,  
aetatem antea nupta X<sup>2</sup>, in (in om. M) mi-  
nore aetate ante (antea Y) quam nupta esset  
(esset in litura Y<sup>2</sup>) X<sup>2</sup>XYMO, ante aetatem in  
minori etate ante nupta C 22 deprehensa F<sup>1</sup>  
23 damnatur F 24 deprehenderit F 26 pa-  
tri F | quum F<sup>1</sup> 27 intra id] F<sup>2</sup>, intra F,  
in id F<sup>1</sup> 28 qui] quae F<sup>1</sup> 29 adulteri] F<sup>2</sup>  
31 impediendum F<sup>1</sup> 32 exaginta F 34 re-  
trectatione F<sup>2</sup>, terectione F<sup>2</sup>: cf. p. 798, 32  
36 criminis] criminis causa F<sup>2</sup>

habetur (ut puta qui in uigilibus uel urbanis castris militat), dicendum est deferri hunc  
 4 posse: neque enim laborare habet, ut se repraesentet. Et generaliter dicendum est eorum  
 demum absentiam excusatam esse, qui in alia prouincia rei publicae causa absunt, quam  
 in ea in qua deferuntur. proinde si quis in prouincia, in qua agit, adulterium commiserit,  
 5 accusari poterit, nisi sit ea persona, quae ad praesidis cognitionem non pertinet. Si nega-  
 uerint se pater et maritus accusaturos intra diem sexagesimum, an statim incipiant tem-  
 pora extraneo cedere? et primus Pomponius putat admitti ad accusationem extraneum  
 posse statim atque isti negauerint. cui adsentiendum puto: fortius enim dicitur eum, qui  
 6 se negauerit acturum, postea non audiendum. Lex Iulia de adulteriis specialiter quosdam  
 adulterii accusare prohibet, ut minorem annis uiginti quinque: nec enim uisus est idoneus  
 accusator, qui nondum robustae aetatis est. quod ita uerum est, si non matrimonii sui  
 iniuriam exequatur: ceterum si suum matrimonium uindicare uelit, quamuis iure extranei  
 ad accusationem ueniat, tamen audietur: nec enim ulla praescriptio obicitur suam iniuriam  
 uindicanti. sane si iuuenali facilitate ductus uel etiam feruore aetatis accensus ad accusa-  
 tionem prosilit, accusanti ei non facile calumniae poena irrogabitur. minorem uiginti quin-  
 7 que annis etiam eum accipimus, qui uicensimum quintum annum aetatis agit. Praescriptiones,  
 quae obici solent accusantibus adulterii, ante solent tractari, quam quis inter reos reci-  
 8 piatur: ceterum posteaquam semel receptus est, non potest praescriptionem obicere. Si  
 in uiduitate mulier perseuerat, in accusatoris est arbitrio, a quo uelit incipere, utrum ab  
 9 adultero an ab adultera. Si quis et adulterum et adulteram simul detulit, nihil agit poterit-  
 que, quasi neutrum detulerit, rursus a quo uelit initium facere, quia nihil agit prima de-  
 latione.

- 16) ULPIANUS libro primo de adulteriis. Qui uxori repudium miserit, postea B. 60, 37, 18 S\*  
 denuntiare, ne Seio nuberet, et, si denuntiauerit, et ab ea incipere potest. 34
- 17) IDEM libro secundo ad legem Iuliam de adulteriis. Denuntiasset qualiter B. 60, 37, 19 S  
 accipiamus, utrum ad iudicem an uero simpliciter? ego, etsi non denuntiauit ad iudicem,  
 1 sufficere credo, si adulterii se acturum denuntiauerit. Quid ergo, si non quidem denun-  
 tiauit, uerum libello, accusatorios dedit, antequam nuberet, eaque, cum id cognouisset,  
 nupsit, uel ignorans? puto non uideri ei denuntiatum: idcirco non posse accusatorem ab  
 2 ea incipere. Quid ergo, si tantum denuntiauit, ne nuberet, sed non addidit, quare, num  
 recte nupsisse uideatur? sed melius est illud sequi, ut eius denuntiatio uideatur electio-  
 nem accusatori reseruare, qui crimen denuntiauit. omnino igitur si fecit adulterii criminis  
 commemorationem in denuntiatione, etsi iudicem non monstrauit, magis putamus mulierem,  
 3 quasi denuntiationem<sup>1</sup> praecesserit, posse accusari. Quid tamen si specialiter, cum quo  
 adulterium fecerit, denuntiationi complexus est, mox uelit eam ex alterius persona accu-  
 4 sare? magis est, ut non debeat audiri: neque enim crimen quod denuntiauit obicit. Sed  
 et si per procuratorem denuntiauerit, puto posse eum accusationem si uelit instituire suf-  
 5 ficereque procuratoris denuntiationem. Ergo et si per actores denuntiauerit, id est || per f. 397  
 6 seruum dominus denuntiauerit, rata erit denuntiatio. Quaeritur, an alius adulteram, alius  
 adulterum postulare possit, ut, quamuis ab eodem ambo simul postulari non possint, a  
 diuersis tamen singuli possint. sed non ab re est hoc probare diuersos accusatores ad-  
 mitti posse, dum, si ante denuntiationem nupsit, prior mulier accusari non possit.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> denuntiatio (u. i.)?

3 excusatam F 5 qu'a'e F<sup>2</sup> 6 accusa-  
 turos] X<sup>2</sup>YMOG, accusaturus FX<sup>2</sup> 8 isti]  
 F<sup>1</sup>, si F<sup>2</sup>X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>C, om. X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>O 9 se] si F  
 10 acc'usare F<sup>2</sup> 14 iubenali F 16 qui]  
 ut qui F 20 a'du'ltero F<sup>1</sup> 21 agit' F<sup>2</sup>  
 23 ulpianus] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> | postea] potest ea  
 F, potest XYMOG 24 denuntiau'erit F<sup>2</sup>  
 30 ea] eo F<sup>1</sup> 32 cremen den. F 34 quasi  
 denuntiationem praecesserit] F, quasi denun-

tiatione praecesserit XYMOG: ὡς αὐτὸς ὀνόματι  
 παραγγελλεῖσα BS. fortasse exciderunt quaedam,  
 ut puta potest fuisse quasi denuntiatio matri-  
 monii celebrationem praecesserit 35 com-  
 plex'us' F<sup>2</sup> 36 denuntiabit F 38 procu-  
 rator'em'is F<sup>1</sup>: ὡς ἀρκούσης τῆς διὰ προκογ-  
 ράτωρος παραγγείας BS: fuit fortasse suffi-  
 cereque per procuratorem denuntiationem



expectabit igitur mulier sententiam de adultero latam: si absolutus fuerit, mulier per eum vincet nec ultra accusari potest: si condemnatus fuerit, mulier non est condemnata, sed aget causam suam, <sup>1</sup>fortassis et optinere uel gratia uel iustitia uel legis auxilio possit. quid enim, si adulter inimicitis oppressus est uel falsis argumentis testibusque subornatis apud praesidem grauius, qui aut noluit aut non potuit prouocare, mulier uero iudicem <sup>7</sup> religiosum sortita pudicitiam suam defendet? Sed si antequam condemnetur

19 (18) MACER libro primo de publicis iudiciis. uel antequam cum eo agi coepit, B. 60, 37, 20 S'

20 (19) ULPIANUS libro secundo ad legem Iuliam de adulteris. adulter diem suum B. 60, 37, 21 S obierit, constitutum est etiam mortuo adultero sine praescriptione mulierem posse accusari.

1 Sed et si non mors, sed poena alia reum subtraxerit, adhuc dicimus posse ad mulierem <sup>10</sup>  
2 ueniri. Si eo tempore, quo eligebatur reus, adultera nupta non fuit, quo autem absoluatur,  
nupta inuenitur: dicendum est hanc absoluto quoque adultero posse accusari, quia eo tem-  
3 pore, quo adulter eligebatur, nupta non fuit. Nupta non potest accusari, non tantum ab  
eo, qui adulterum accusauit nec optinuit, sed nec ab alio quidem, si adulter absolutus est  
proinde si per collusionem cum adultero constituerit<sup>2</sup> fueritque absolutus, dedit mulieri <sup>15</sup>  
nuptae aduersus omnes securitatem. plane si nupta esse desierit, accusari poterit: neque  
enim aliam lex tuetur quam eam, quae nupta est, quamdiu nupta erit.

21 (20) PAPINIUS libro primo de adulteriis. Patri datur ius occidendi adulterum B. 60, 37, 22 S' cum filia quam in potestate habet: itaque nemo alius ex patribus<sup>3</sup> idem iure faciet: sed nec filius familias pater: 20

22 (21) ULPIANUS libro primo de adulteris. (sic eueniet, ut nec pater nec auus B. 60, 37, 23 S' possint occidere) nec immerito: in sua enim potestate non uidetur habere, qui non est suae potestatis<sup>4</sup>.

23 (22) PAPINIUS libro primo de adulteris. Nec in ea lege naturalis ab adoptio B. 60, 37, 24 S'  
1 2 pater separatur. In accusationem uiduae filiae non habet pater ius praecipuum. Ius oc- <sup>25</sup>  
cidendi patri conceditur domi suae, licet ibi filia non habitat, uel in domo generi: sed  
3 domus et pro domicilio accipienda est, ut in lege Cornelia de iniuriis. Sed qui occidere  
4 potest adulterum, multo magis contumelia poterit iure adficere. Ideo autem patri, non  
marito mulierem et omnem adulterum remissum est occidere, quod plerumque pietas pa-  
terni nominis consilium pro liberis capit: ceterum mariti calor et impetus facile decernentis <sup>30</sup>  
fuit refrenandus.

24 (23) ULPIANUS libro primo de adulteriis. Quod ait lex 'in filia adulterum de- B. 60, 37, 24 S'  
'prehenderit', non otiosum uidetur: uoluit enim ita demum hanc potestatem patri competere,  
si in ipsa turpitudine filiam de adulterio deprehendat. Labeo quoque ita probat, et Pom-  
ponius scripsit in ipsis rebus Ueneris deprehensum occidi: et hoc est quod Solo et Dracon <sup>35</sup>  
1 dicunt ἐν ἔργῳ. Sufficit patri, si eo tempore habeat in potestate, quo occidit, non quo in  
2 matrimonio collocauit: finge enim postea redactam in potestatem. Quare non, ubicumque  
deprehenderit pater, permittitur ei occidere, sed domi suae generiue sui tantum, illa ratio  
redditur, quod maiorem iniuriam putauit legislator, quod in domum patris aut mariti <sup>40</sup>  
3 fuerit filia adulterum inducere. Sed si pater alibi habitat, habeat autem et aliam domum, <sup>40</sup>  
4 in qua non habitat, deprehensam illo filiam, ubi non habitat, occidere non poterit. Quod  
ait lex 'in continenti filiam occidat', sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero reseruet  
et post dies filiam occidat<sup>5</sup>, uel contra: debet enim prope uno ictu et uno impetu utrumque  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> ut *ins.*    <sup>2</sup> constiterit (*edd.*)?    <sup>3</sup> parentibus (*u. t.*)?    <sup>4</sup> *transpone sic* nec immerito ...  
potestatis. sic eueniet ... occidere    <sup>5</sup> occidat filiam?

7 coep'er'it F<sup>2</sup> 14 ne'c' optinuit F<sup>2</sup> 15 si  
per collusionem cum adultero constituerit  
fueritque absolutus] εἰ καὶ κατὰ συμπαιγνίαν  
κατηγόρησέ τις τοῦ μοιχοῦ καὶ ἀπελύθη BS  
16 accusare F<sup>2</sup> | nequi F<sup>2</sup> 18 adulteri'is F<sup>2</sup>  
19 nemo alius ex patribus] F, nemo alius ex  
parentibus XYMOC: οὐδέ τις ἕτερος τῶν γο-

νήων εἰ μὴ μόνος ὁ πατήρ B (Anon.) 26 ge-  
neris sed F 30 decernentis] FX-OC, dese-  
uientis X<sup>2</sup>, seuientis Y<sup>2</sup>M, inc. Y<sup>2</sup> 32 adul-  
teri'is F<sup>2</sup> 33 competere' i si F<sup>4</sup> 37 po-  
testate F 38 tantam F<sup>2</sup> 40 adulterum  
inducere] εἰσαγαγεῖν τὸν μοιχὸν BS, adultum  
inducere F

occidere, aequali ira aduersus utrumque sumpta. quod si non affectauit, sed, dum adulterum occidit, profugit filia et interpositis horis adprehensa est a patre qui persequeretur, || in continenti uidebitur occidisse.

f. 397

24) MACER libro primo publicorum. Marito quoque adulterum uxoris suae occidere permittitur, sed non quemlibet, ut patri: nam hac lege cauetur, ut liceat uiro deprehensum domi suae (non etiam socieri) in adulterio uxoris occidere eum, qui leno fuerit quique artem ludicram ante fecerit in scaenam saltandi cantandique causa prodierit iudicio publico damnatus neque in integrum restitutus erit, quique libertus eius mariti uxoris, patris matris, filii filiae utrius eorum fuerit (nec interest, proprius cuius eorum an cum alio communis fuerit) quique seruus erit. Et praecipitur, ut is maritus, qui horum quem occiderit, uxorem sine mora dimittat. Ceterum sui iuris an filius familias sit maritus, nihil interesse a plerisque dictum est. Illud in utroque ex sententia legis quaeritur, an patri magistratum occidere liceat? item si filia ignominiosa sit aut uxor contra leges nupta, an id ius nihilo minus pater maritusue habeat? et quid, si pater maritus leno uel aliqua ignominia notatus est? et rectius dicetur eos ius occidendi habere, qui iure patris maritiae accusare possunt.

25) ULPIANUS libro secundo ad legem Iuliam de adulteris. Capite quinto legis Iuliae ita cauetur, ut uiro adulterum in uxore sua deprehensum, quem aut nolit aut non liceat occidere, retinere horas diurnas nocturnasque continuas non plus quam uiginti testandae eius rei causa sine fraude sua iure liceat. Ego arbitror etiam in id seruandum, quod in marito expressum est. Sed et si non in domo sua deprehenderit maritus, poterit retinere. Sed semel remissus adulter reduci non potest. Quid ergo si euaserit, an reductus custodiri uiginti horis possit? et patem hic magis dicendum reductum retineri posse, testandae rei gratia. Quod adicitur testandae eius rei gratia, ad hoc pertinet, ut testes inducat testimonio futuros accusatori deprehensum reum in adulterio.

26) IDEM libro tertio disputationum. Constante matrimonio ab *is*, qui extra maritum ad accusationem admittuntur, accusari mulier adulterii non potest: probatam enim a marito uxorem et quiescens matrimonium non debet alius turbare atque inquietare, nisi prius lenocinii maritum accusauerit. Derelictam uero a marito accusationem etiam ab alio excitari utile est.

27) IDEM libro tertio de adulteriis. Si postulauerit accusator, ut quaestio habeatur de seruo adulterii accusato, siue uoluit ipse interesse siue noluit, iubent indices eum seruum aestimari, et ubi aestimauerint, tantam pecuniam et alterum tantum eum, qui nomen eius serui detulerit, ei ad quem ea res pertinet dare iubebunt. Sed despiciamus, cui ista poena praestanda sit, quia lex eum nominauit 'ad quem ea res pertinebit'. igitur bonae fidei emptorem, quamuis ab eo emerit qui dominus non est, recte dicemus eum esse, ad quem ea res pertinet. Eum quoque, qui pignori accepit, magis admittimus in eadem causa esse, scilicet quia intererat eius quaestionem non haberi. Sed et si usus fructus in seruo alienus sit, inter dominum et fructuarium diuidi debet aestimatio. Et si communis plurimus seruus erit, utique inter eos quoque erit aestimatio diuidenda. Si liber homo, dum seruus existimatur, tortus sit, quia et ipse condicionem suam ignorat: magis admittit Caecilius actionem utilem ipsi dandam aduersus eum, qui per calumniam appetit,

F(XYMOG)

<sup>1</sup> inue? <sup>2</sup> maritusue (*edd.*)? <sup>3</sup> emissus (*Schulding*)?

1 quod si non affectauit] ἀγτοῦ μὴ προσποι-  
 κάμενος B (*Anon.*) 2 occidit F<sup>2</sup> 4 Μαρκ. B |  
 publicorum] publ. iudiciorum F<sup>2</sup> 12 inter-  
 esse] interest F<sup>2</sup> 13 ignominiosu F<sup>2</sup>  
 24 rei gratia quod adicitur testandae om. F<sup>2</sup>  
 25 huc F<sup>2</sup> 27 ab eo qui ... 28 admittuntur F: ὑπὸ ἐκείνων τῶν μετὰ ἄνδρα δυνάμε-  
 νων κατηγορεῖν αὐτῆς BS 29 quae n' scens F<sup>2</sup>

30 uero a] uerba F<sup>2</sup> 32 adulterii's F<sup>2</sup>  
 33 habatur F 34 et alterum tantum] F, et  
 (et om. YC) adulterum tantam YO<sup>2</sup>C, adulter  
 tantam X<sup>2</sup>, alter tantam X<sup>2</sup>?, in (in del. M<sup>2</sup>)  
 adulterum quantam M, et adulterum quan-  
 tam O<sup>2</sup> 35 despiciamus F 39 esse t scilicet F<sup>2</sup> | usus] unus F<sup>2</sup> 43 admittit ad  
 caecilius F<sup>2</sup>

ne impunita sit calumnia eius ob hoc, quod liberum hominem quasi seruum deduxit in quaestionem. Haberi quaestionem lex iubet de seruis ancillisque eius, de quo uel de qua quaereretur, parentisque utriusque eorum, si ea mancipia ad usum ei a parentibus data sint. Haberi. Quaestioni interesse iubentur reus reus et patroni eorum<sup>1</sup> et qui crimen detulerit,<sup>5</sup> interrogandique facultas datur patronis. De eo quoque seruo, in quo usum fructum reus habuit, magis est, ut quaestio haberi possit: licet enim seruus eius non fuerit, in seruitute tamen fuisse uidetur: nec tam proprietatis causa ad quaestionem quam ministerii pertinet. Ergo et si bona fide seruiat reo seruus alienus, admittit quis interrogari eum per quaestionem posse. Sed et si seruus sit, cui fideicommissa libertas debetur uel statuta spe<sup>10</sup> ratur, torqueri eum posse magis est. Iubet lex eos homines, de quibus quaestio ita habita est, publicos esse: proinde in communi partem publicamus: in proprio, cuius usus fructus alienus est, nudam proprietatem: in quo tantum usum fructum habuit reus, magis est, ut perceptio usus fructus ad publicum incipiat pertinere: alienum seruum utique non publicabimus. ratio autem publicandorum seruorum ea est, ut sine ullo metu uerum dicant<sup>15</sup> et ne, dum timeant se in reorum potestatem regressuros, obdurent in quaestione. Non tamen prius publicantur, quam quaestio de illis habita fuerit. Sed et si negauerint, nihilo minus publicantur: ratio enim adhuc eadem est, ne, dum hi sperant se in potestatem dominorum reuersuros si negauerint, spe meriti collocandi in mendacio perseuerent. Sed et serui accusatoris, si de his quaestio habita sit, publicantur: eius enim serui<sup>2</sup> ne mentiantur,<sup>20</sup> merito a dominio eius recedunt. extranei uero non habent cui gratificentur. Si reus uel rea absoluti fuerint, aestimari per iudices lex damnum uoluit, siue mortui fuerint, quantae pecuniae ante quaestionem fuerint, siue uiuent, quantae pecuniae in his damnum datum fuerit factumue<sup>3</sup> esset. Notandum est, quod capite quidem nono cauetur, si seruus adulterii accusetur et accusator quaestionem in eo haberi uelit, duplum pretium domino praestari lex iubet, at hic simplum.

29 (28) MARCIANUS libro primo de iudiciis publicis. Quod ex his causis debetur, [B. 60, 37, 39] <sup>8</sup> per conditionem, quae ex lege descendit, petitur.

30 (29) ULPIANUS libro quarto de adulteriis. Mariti lenocinium lex coercuit, qui [B. 60, 37, 39] <sup>8</sup> deprehensam uxorem in adulterio retinuit adulterumque dimisit: debuit enim<sup>4</sup> uxori quoque<sup>20</sup> irasci, quae matrimonium eius uolauit. tunc autem puniendus est maritus, cum excusare ignorantiam suam non potest uel adumbrare patientiam praetextu incredulitatis: idcirco enim lex ita locuta est 'adulterum in domo deprehensum dimiserit', quod uoluerit in ipsa turpitudine prehendentem maritum coercere. Quod ait lex, adulterii damnatam si quis duxerit uxorem, ea lege teneri, an et ad stuprum referatur, uideamus: quod magis est<sup>25</sup> certe si ob aliam causam ea lege sit condemnata, impune uxor ducetur. Plectitur et qui pretium pro comperto stupro acceperit: nec interest, utrum maritus sit qui acceperit an alius quilibet: quicumque enim ob conscientiam stupri accepit aliquid, poena erit plectendus. ceterum si gratis quis remisit, ad legem non pertinet. Qui quaestum ex adulterio uxoris suae fecerit, plectitur: nec enim mediocriter deliquit, qui lenocinium in uxore exercuit. Quaestum autem ex adulterio uxoris facere uidetur, qui quid accepit, ut adulteretur uxor: siue enim saepius siue semel accepit, non est eximendus: quaestum enim de adul-  
*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> reorum?    <sup>2</sup> quoque *ins.*    <sup>3</sup> lucrum *ins.*    <sup>4</sup> hunc ulcisci *similiae ins.*

1 quasi seruum deduxit in quaestionem *om.* *F*<sup>2</sup>, uertunt *BS* 2 serui's *F*<sup>4</sup> 3 quaereretur *F*<sup>2</sup> | e'i' a *F*<sup>2</sup> 6 eo quoque *F*<sup>2</sup> 8 proprietati's *F*<sup>4</sup> 9 admittet] admittit' *F*<sup>2</sup> 10 sit *om.* *F*<sup>2</sup> 11 e'o's *F*<sup>2</sup> 12 cui usus fructus *F* 13 alienas *F*<sup>2</sup> | tantum us'us'um *F*<sup>2</sup> 19 negauerit *F* | et] ert *F*<sup>2</sup> 20 publicentur *F*: ΔΗΜΟΙΟΙ ΓΙΝΟΝΤΑΙ *BS* 22 absoluti'o fuerint *F*<sup>4</sup> 23 ante quaestionem *om.* *F*<sup>2</sup>, uer-

tunt *BS*: τῶν ΒΑΚΑΝΙΘΗΝΑΙ 24 capite quidem nono] *F*<sup>2</sup> cum *BS*: ἐν μὲν τῷ θ' κεφ. capite quidem non *F*<sup>2</sup>, hoc capite quidem (quod *X·Y*) non *XYMOG* 26 at] ad *F* 30 deprehensum *F* 31 qua'e *F*<sup>2</sup> | puniendum's *F*<sup>4</sup> 32 ignorantium *F*<sup>2</sup> 33 dimiserit *F* 34 turpitudine deprehendentem *F*<sup>2</sup> 37 an alius quilibet quicumque enim *bs* *F*<sup>2</sup> 40 delinquit *F*

terio uxoris facere proprie ille existimandus est, qui aliquid accepit, ut uxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere. quod si patiatur uxorem delinquere non ob quaestum, sed neglegentiam uel culpam uel quandam patientiam uel nimiam credulitatem, extra legem positus uidetur. Sex mensuum haec fit separatio, ut in nupta quidem ex die diuortii sex menses computentur, in uidua uero ex die commissi criminis: quod significari uidetur rescripto ad Tertullum et Maximum consules<sup>1</sup>. praeterea si ex die diuortii sexaginta dies sint, ex die uero commissi criminis quinquennium praeteriit, debuit dici nec mulierem posse accusari, ut, quod dantur sex menses utiles, sic sit accipiendum, ne crimen quinquennio continuo sopitum excitetur. Hoc quinquennium obseruari legislator uoluit, si reo uel reae stuprum adulterium<sup>2</sup> uel lenocinium obiciatur. quid ergo, si aliud crimen sit quod obiciatur, quod ex lege Iulia descendit, ut sunt qui domum suam stupri causa praebuerunt et alii similes? et melius est dicere omnibus admissis ex ¶ lege Iulia uenientibus quinquennium f. 398<sup>7</sup>

Quinquennium autem ex eo die accipiendum est, ex quo quid admissum est, et ad eum diem, quo quis postulatus postulataue est, et non ad eum diem, quo iudicium de adulteriis exercetur. Hoc amplius senatus consulto adiectum est, ut, si (B) 15 plures eundem postulauerint, eius, qui perseuerauerit reum reamue facere, postulationis dies prima exigatur, scilicet ut qui accusat suos libellos accusatorios exspectet<sup>3</sup>, non alienos. Eum autem, qui per uim stuprum intulit uel mari uel feminae, sine praefinitione huius temporis accusari posse dubium non est, cum eum publicam uim committere nulla dubitatio est.

30) PAULUS libro primo de adulteriis. Pater sine periculo calumniae non potest B. 60, 37, 31 S<sup>o</sup> 1 agere. Sexaginta dies a diuortio numerantur: in diebus autem sexaginta et ipse sexagesimus est.

31) IDEM libro secundo de adulteriis. Quinquennium non utile, sed continuo B. 60, 37, 32 S<sup>o</sup> numerandum est. quid ergo fiet, si prior mulier rea facta sit et ideo adulter eodem tempore reus fieri non potuit et diu tracta lite quinquennium transierit? quid si is, qui intra quinquennium quem postulauerat, non peregerit aut praeuaricatus est et alius eundem repetere uelit et quinquennium transactum sit? aequum est computationi quinquennii eximi id tempus, quod per postulationem praecedentem consumptum sit.

32) MACER libro primo de publicis iudiciis. Nihil interest, adulteram filiam B. 60, 37, 33 S<sup>o</sup> prius pater occiderit an non, dum utrumque occidat: nam si alterum occidit, lege Cornelia reus erit<sup>4</sup>. quod si altero occiso alter uulneratus fuerit<sup>5</sup>, uerbis quidem legis non liberatur: sed diuus Marcus et Commodus rescripserunt impunitatem ei concedi, quia, licet interempto adultero mulier superuixerit post tam grauia uulnera, quae ei pater infixerat<sup>6</sup>, magis fato quam uoluntate eius seruata est: quia lex parem in eos, qui deprehensi sunt, indignationem exigat et seueritatem requirit<sup>4</sup>. Cum alterum ex adulteris elegerit maritus, alterum non ante accusare potest, quam prius iudicium finiatur, quia duos simul ab eodem accusari non licet. non tamen prohibetur accusator simul cum adultero uel adultera eum quoque accusare, qui domum suam praebuit uel consilio fuit, ut crimen redimeretur.

33) MARCIANUS libro primo de publicis iudiciis. Si quis adulterium a seruo B. 60, 37, 34 S<sup>o</sup> suo commissum dicat in eam, quam uxorem habuit, diuus Pius rescripsit accusare potius mulierem eum debere, quam in praeiudicium eius seruum suum torquere. Si quis adulterum non dimiserit, sed retinuerit, forsan filium in nouerca uel etiam libertum uel seruum F(XYMOG)

<sup>1</sup> anno incerto    <sup>2</sup> adulteriumue?    <sup>3</sup> spectet (I. G. Hofmann)?    <sup>4</sup> Graeci eundem ordinem repperunt: uerba autem u. 35 quia lex ... requirit colloca post reus erit u. 32 (Fuchs)  
<sup>5</sup> idem Graeci (παῖσι ἢ τραυματικῆι μόνον): fugerit?    <sup>6</sup> infixerat (δέλωκε BS: edd.)?

3 credulitatem] ἀναϊσθησίαν BS, contra Anonymus uertit ὀμότητα, legens crudelitatem: quod abesse tam ab Indice quam a Cyrillo adnotant scholia recentiora 6 tertyllum F 9 reae] rea F 13 praesti'tutum F<sup>2</sup> 17 ex'spectet F<sup>4</sup> 18 femin'a'e F<sup>2</sup> 21 adulteri'i's F<sup>2</sup> 22 di'e-

bus F<sup>2</sup> | et om. F<sup>o</sup>: καὶ αὐτὴ ἢ ἑ' ἡμέρα BS 24 de om. F | adulteri'i's F<sup>2</sup> 25 fiet] nec F<sup>2</sup> 31 p'a'rius F<sup>4</sup> 36 ex adulteris elegerit maritus alterum om. F<sup>2</sup> 37 accusare] occisare F<sup>o</sup> | fi'ni'etur F<sup>2</sup> 39 praeb'at'uit F<sup>2</sup> 43 forsan] F<sup>4</sup>, forsans F<sup>o</sup>, forsitam F<sup>2</sup>

in uxore, ex sententia legis tenetur, quamvis uerbis non continetur. quae autem retinetur, punitur<sup>1</sup>. sed<sup>2</sup> si dimissam reduxerit, uerbis non tenetur: sed tamen dicendum est, ut teneatur, nè fraus fiat. Si uxor ex adulterio uiri praemium acceperit, lege Iulia quasi adultera tenetur.

- 35 (34) **MODESTINUS** libro primo regularum. Stuprum committit, qui liberam mu- B. 60, 37, 35 B  
 1 lierem consuetudinis causa, non matrimonii continet, excepta uidelicet concubina. Adulte-  
 rium in nupta admittitur: stuprum in uidua uel uirgine uel puero committitur.
- 36 (35) **IDEM** libro octauo regularum. Accusaturus adulterii si quid circa inscriptio- B. 60, 37, 36 Bf  
 nem errauerit, si tempora largiantur, emendare non prohibetur, ne causa aboleatur.
- 37 (36) **PAPINIANUS** libro tertio quaestionum. Si minor annis adulterium commiserit, B. 60, 37, 37 P  
 lege Iulia tenetur, quoniam tale crimen post pubertatem incipit.
- 38 (37) **IDEM** libro quinto quaestionum. Filium familias publico iudicio adulterium B. 60, 37, 38 P  
 in uxorem sine uoluntate patris arguere constitutum est: uindictam enim proprii doloris  
 consequitur<sup>3</sup>.
- 39 (38) **IDEM** libro trigensimo sexto quaestionum. Si adulterium cum incesto com- B. 60, 37, 39 P  
 mittatur, ut puta cum priuigna nuru nouerca, mulier similiter quoque punitur: id enim  
 1 remoto etiam adulterio eueniret. Stuprum in sororis filiam si committatur, an adulterii f. 399  
 poena sufficit mari<sup>4</sup>, considerandum est. occurrit, quod hic duplex admissum est, quia  
 multum interest, errore matrimonium illicite contrahatur an contumacia iuris et sanguinis  
 2 contumelia<sup>5</sup> concurrant<sup>6</sup>. Quare mulier tunc demum eam poenam, quam mares, sustinebit, 20  
 cum incestum iure gentium prohibitum admiserit: nam si sola iuris nostri obseruatio inter-  
 3 ueniet, mulier ab incesti crimine erit excusata. Nonnumquam tamen et in maribus incesti  
 crimina, quamquam natura grauiora sunt, humanius quam adulterii tractari solent: si modo  
 4 incestum per matrimonium illicitum contractum sit. Fratres denique imperatores Claudiae  
 crimen incesti propter aetatem remisissent, sed distrahi coniunctionem illicitam iusserunt, 25  
 cum alias adulterii crimen, quod pubertate delinquitur, non excusetur aetate. nam et mu-  
 5 lieres in iure errantes incesti crimine non teneri supra dictum est, cum in adulterio com-  
 misso nullam habere possint excusationem. Idem imperatores rescripserunt post diuortium,  
 6 quod cum nouerca bona fide priuignus fecerit, non esse crimen admittendum incesti. Idem  
 Pollioni in haec uerba rescripserunt: 'Incestae nuptiae confirmari non solent<sup>7</sup>: et ideo absti- 30  
 nenti tali matrimonio poenam praeteriti delicti, si nondum reus postulatus est, remittimus'.  
 7 Incestum autem, quod per illicitam matrimonii coniunctionem admittitur, excusari solet  
 sexu uel aetate uel etiam puniendi correctione, quae bona fide interuenit, utique si error  
 8 allegetur, et facilius, si nemo reum postulauit. Imperator Marcus Anto- (B) cf. Coll. 4, 3, 6  
 ninus et Commodus filius rescripserunt: 'Si maritus uxorem in adulterio deprehensam in- 35  
 petu tractus doloris interfecerit, non utique legis Corneliae de sicariis poenam excipiet'.  
 nam et diuus Pius in haec uerba rescripsit Apollonio: 'Ei, qui uxorem suam [cf. D. 48, 8, 1, 5]  
 in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest, cum  
 sit difficillimum iustum dolorem temperare et quia plus fecerit, quam quia uindicare 30  
 non debuerit, puniendus sit. sufficet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum eum 40  
 9 tradi, si qui honestior, in insulam relegari'. Liberto patroni famam lacerare [B. 60, 37, 39]  
*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> ex sententia legis, quamvis uerbis non continetur qui retinetur, punitur? <sup>2</sup> et in.  
<sup>3</sup> exsequitur (*Krueger*)? <sup>4</sup> mari] *idem Graeci* (κατὰ τοῦ ἀνδρός): mulieri? <sup>5</sup> contami-  
 natio? <sup>6</sup> at magis putamus hic quoque mulieri iuris errorem prodesse debere *similiaue ins.*  
<sup>7</sup> *idem Graeci*: excusari solent *similiaue ins.*

1 uxorem *F* 3 praemium] *F*<sup>2</sup>, praetium *F*<sup>1</sup>:  
 λαμβάνουσα τίποτε *B* (*Anon.*) 5 qui ... 6 con-  
 tinet] ὁ ἐλευθέραν γυναῖκα οὐ γάμου ἕνεκα διὰ  
 μόνην συνήθειαν ἔχων παρ' ἑαυτῷ *BS* 7 sti-  
 prum *F* 13 arguere] arguere posso *F*<sup>2</sup>: cf.  
*ad p. 805, 43* 17 euenire's stuprum *F*<sup>2</sup>: ἡμελλε  
 γίνεσθαι *BS* 20 concurrunt *F* 21 gentum *F*

26 muliere's' *F*<sup>2</sup> 27 iure's' errantes *F*<sup>1</sup>  
 28 post diuortium ... 29 fecerit] τὸν πρόγονον  
 πικτεῖ καλῆ τῆ μητρὶά αὐτοῦ συναντῶμενον  
*BS* (*Dor.*) 30 abstine'anti *F*<sup>4</sup> 32 con-  
 cluctionem *F*<sup>1</sup> 34 allegetur *F*<sup>2</sup> 35 et] est *F*<sup>1</sup>  
 deprehensum *F*<sup>1</sup> 37 ei om. *F*<sup>2</sup> 38 cum  
 sit] sit cum *F*<sup>1</sup> 39 et quia] et magis quia *F*<sup>2</sup>

non facile conceditur: sed si iure mariti uelit adulterii accusare, permittendum est, quomodo si atrocem iniuriam passus esset. certe si patronum, qui sit ex eo numero, qui deprehensus ab alio interfici potest, in adulterio uxoris deprehenderit, deliberandum est, an impune possit occidere. quod durum nobis esse uidetur: nam cuius famae, multo magis uitae parcendum est. Si quis in honore ministerioe publico sit, reus quidem postulat, sed differtur eius accusatio et cautionem iudicio sistendi causa promittit in finem honoris. et hoc ita Tiberius Caesar rescripsit.

- (39) IDEM libro quinto decimo responsorum. Uim passam mulierem sententia [B. 60, 37, 40] P praesidis provinciae continebatur: in legem Iuliam de adulteriis non commisisse respondi, licet iniuriam suam protegendae pudicitiae causa festim marito renuntiare prohibuit. 10  
 1 Nupta quoque muliere, tametsi lenocinii uir prior non postuletur, adulterii crimen contra  
 2 adulterum ab extraneo poterit inferri. In matrimonio quoque defuncta uxore uir iure adul-  
 3 terum inter reos recipi postulat. Nupta, priusquam adulter damnetur, adulterii non postu-  
 4 latur, si nuptias denuntiatio<sup>1</sup> uel ad domum mulieris missa non praecessit. Mulierem ob  
 5 latronum societatem exulare iussam citra poenae metum in matrimonio retineri posse re-  
 6 spondi, quia non fuerat adulterii damnata. Praescriptione quinque annorum crimen incesti  
 7 coniunctum adulterio non excluditur. Duos quidem adulterii, marem et [Marc. D. 48, 16, 1, 10  
 8 feminam, propter commune crimen simul non iure nec a uiro postulari conuenit. cum  
 9 tamen duobus denuntiatum fuisset ab eo, qui postea desistere uolebat, abolitionem esse  
 10 necessariam in utriusque personam respondi. Incesti commune crimen aduersus [cf. I. 8 h. t. f. 899]  
 11 duos simul intentari potest. ¶ De seruis quaestionem in dominos incesti postulatos ita  
 12 demum habendam respondi, si per adulterium incestum esse contractum dicatur.
- (40) PAULUS libro nono decimo responsorum. Quaesitum est, an ea, quam ma- [B. 60, 37, 41] P  
 13 ritus adulterii crimine se accusaturum minatus est nec quicquam egit uel iure mariti uel  
 14 iure publico, nubere possit ei, quem in ea reum adulterii destinauit. Paulus respondit nihil  
 15 impedire, quo minus ei, quem suspectum maritus habuit, ea de qua quaeritur nubere pos-  
 16 sit. Item quaeritur, an idem maritus destituisse uideatur uel lenocinium commisisse, qui  
 17 eandem reduxit uxorem. Paulus respondit eum, qui post crimen adulteri intentatum eandem  
 18 uxorem reduxit, destituisse uideri et ideo ex eadem lege postea accusandi ei ius non  
 19 superesse. 30
- (41) IDEM libro primo sententiarum. In crimine adulterii nulla danda dilatio [B. 60, 37, 42] P  
 20 est, nisi ut personae exhibeantur, aut iudex ex qualitate negotii motus hoc causa cognita  
 21 permiserit.
- (42) TRYPHONINUS libro secundo disputationum. Si is, qui ius anulorum impe- [B. 60, 37, 43] P  
 22 trauit, adulterium commisit in patroni uxorem aut in patronam suam, aut in eius eiue<sup>2</sup>, 35  
 23 cuius libertus patris aut matris, filii filiaeue fuit: an ut libertus puniri debeat? et si de-  
 24 prehensus sit in adulterio, an impune occidatur? et magis probo subiciendum poenae liber-  
 25 tinorum, quoniam lege Iulia de adulteriis coercendis ad tuenda matrimonia pro libertinis  
 26 eos haberi placuit et deteriore causam per istud beneficium patronorum haberi non oportet. 30
- (43) GAIUS libro tertio ad legem duodecim tabularum. Si ex lege repudium mis- [B. 60, 37, 44] P  
 27 sum non sit et idcirco mulier adhuc nupta esse uideatur, tamen si quis eam uxorem duxerit,  
 28 adulter non erit. idque Saluius Iulianus respondit, quia adulterium, inquit, sine dolo malo  
 29 non committitur: quamquam dicendum<sup>3</sup>, ne is, qui sciret eam ex lege repudiatam non  
 30 esse, dolo malo committat.

## F(XYMOO)

<sup>1</sup> uel ad iudicem *similiae ins. (u. i.)*    <sup>2</sup> eiue] eamue (*edd.*)?    <sup>3</sup> uidendum (*Faber*)?

6 promittitur F    9 lege iulia F    10 licet  
 bis F<sup>a</sup>    13 inter eos F    14 denuntiatio ...  
 missa] μήτε παραγγελεύεισα μήτε τῆς παραγγε-  
 λίας εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς πεμφθεῖσιν B (*Anon.*)  
 20 incesti F<sup>a</sup>    21 dominus F<sup>a</sup>    22 si] su F<sup>2</sup>  
 26 susceptum F<sup>1</sup> | mariti F    27 quaeritur F<sup>2</sup>

29 redux'erit F<sup>2</sup> | ei ius] eius F    35 aut in  
 eius eiue] ἢ εἰς ἐκεῖνην BS    37 poena F  
 39 eos habere F    43 dicendum] dicendum  
 est F<sup>2</sup>: εἰ καὶ τὰ μάλιστα δύναιται ληθῆναι,  
 ὅτι BS (*Dor.*)

45 (44) PAPINIANUS libro quarto responsorum. Defuncta quoque socru gener in- B. 60, 37, 45 P cesti postulabitur, ut adulter post mortem mulieris.

VI.

℞ AD LEGEM IULIAM DE UI PUBLICA ℞

SEP

- 1 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Lege Iulia de ui publica B. 60, 18, 1 S tenetur, qui arma tela domi suae agroue inue uilla praeter usum uenationis uel itineris uel nauigationis coegerit.
- 2 SCAEUOLA libro quarto regularum. Excipiuntur autem arma, quae quis pro- B. 60, 18, 2 S mercii causa habuerit hereditateue ei obuenerist.
- 3 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. In eadem causa sunt, qui B. 60, 18, 3 S turbae seditionisue faciendae consilium inierint seruosue aut liberos homines in armis ha- 11 12 buerint. Eadem lege tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit. In eadem causa sunt, qui pessimo exemplo conuocatu seditione uillas expugnauerint et cum telis et armis bona 3 4 rapuerint. Item tenetur, qui ex incendio rapuerit aliquid praeter materiam. Praeterea punitur huius legis poena, qui puerum uel feminam uel quemquam per uim stuprauerit. 15 5 Sed et qui in incendio cum gladio aut telo rapiendi causa fuit uel prohibendi dominum 6 res suas seruare, eadem poena tenetur. Eadem lege tenetur, qui hominibus armatis pos- sessorum domo agroue suo aut naui sua deiecerit expugnauerit
- 4 ULPIANUS libro quinquagesimo nono ad edictum. utiue id staret<sup>1</sup>, homines B. 60, 18, 4 S commodauerit: 20
- 5 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. qui coetu conuersu<sup>2</sup> turba B. 60, 18, 5 S seditione incendium fecerit: quique<sup>3</sup> hominem dolo malo incluserit obsederit: quique fecerit, quo minus sepeliatur, quo magis funus diripiatur distrahatur: quique per uim sibi aliquem 1 obligauerit, nam eam obligationem lex rescindit. Si de ui et possessione uel cf. D. 5, 1, 37 dominio quaeratur, ante cognoscendum de ui quam de proprietate rei diuus Pius<sup>4</sup> τῷ κοινῷ 25 τῶν Ἑσκαλῶν Graeco rescripsit: sed et decreuit, ut prius de ui quaeratur quam de iure 1. 400
- 2 dominii sine possessionis<sup>5</sup>. Qui uacantem mulierem rapuit uel nuptam, ultimo supplicio punitur et, si pater iniuriam suam precibus exoratus remisit, tamen extraneus sine quin- quennii praescriptione reum postulare poterit, cum raptus crimen legis Iuliae de adulteris potestatem excedit. 30
- 6 ULPIANUS libro septimo de officio proconsulis. Et eum, qui puerum inge- B. 60, 18, 6 S nuum rapuit, puniendum diuus Pius rescripsit in haec uerba: Exemplum libelli dati mihi a Domitio Siluano nomine Domitii Siluani patru subici iussi, motus querella eius, qua significauit filium suum ingenuum, iuuenem admodum, raptum atque conclusum, mox F(XYMOC)

<sup>1</sup> staret] fieret (u. i. et Paulum 5, 26, 3)? <sup>2</sup> concursu (edd.: u. i. ad u. 18 et Paulum 5, 26, 3)? <sup>3</sup> quique? <sup>4</sup> diuo Hadriano adscribit Callistratus D. 5, 1, 37 <sup>5</sup> sed diuus Seuerus decreuit, ut prius quam de ui quaeratur de iure possessionis (cf. Cod. 7, 62, 1)?

1 inceste F<sup>1</sup> 6 agroue inue uilla] sic scripsi secundum BS: ἢ ἐν τῷ ἀγρῷ ἢ ἐν τῇ κώμῃ et Paulum 5, 26, 3: domo uilla agroue, agroue n' i' r' n uilla F<sup>2</sup> 9 obuenerit F 11 seruosu' a' e F<sup>2</sup> 12 fuerit 'in' eadem F<sup>2</sup> 13 conuocatu seditione uillas expugnauerint] οἱ συγκληθέντες ἢ συγκαλεσάμενοι ἑτέροισ ἐπὶ τῷ ἐφοδῶν ποιῆσαι καὶ καταπολεμῆσαι ἢ τοὶ πορθῆσαι κώμας BS (Dor.) 17 homini's bus F<sup>2</sup> 18 deiecerit expugnauerit] F<sup>2</sup> X<sup>2</sup> C, deiecerit expugnauerit concursu F<sup>2</sup>, deiecerit expugnauerit concusserit X<sup>2</sup> YMO: ἀπωθοῦμενος ... καὶ καταπολεμῶν BS (Dor.). cf. Paulus 5, 26, 3: lege Iulia de ui priuata tenetur, qui quem armatis hominibus possessione domo uilla

agroue deiecerit expugnauerit obsederit cluserit idue ut fieret homines commodauerit locauerit conduxerit 19 utiue id staret] F, utiue id astaret X<sup>2</sup>, utiue (cuius Y, utiue ut O) id fieret X<sup>2</sup> YMO: ἐπὶ τῷ ταῦτα ἀμαρτηθῆναι BS, ἐπὶ τῷ γενέσθαι τοῦτο B 21 qui coetu conuersu turba seditione incendium fecerit] quasi esset qui coetu coacto turbam seditionem incendium fecerit uertunt BS: ἐάν τις ὄχλον συναγαγὼν στάσιν ἢ ἀταξίαν ἢ ἐμπρησμόν ποιῆσῃ 26 iure] aure F<sup>2</sup> 27 uacantem] σχολάζουσαν, τοῦτ' ἐστὶ χιρῶν ὄψαν BS 29 iulia F 32 haec uerba F<sup>2</sup> 34 filius F<sup>2</sup> | conclusum] consulum F<sup>2</sup>: καὶ ἀπολατθῆναι BS

uerberibus ac tormentis usque ad summum periculum adfectum, Gemine carissime: uelim audias eum et, si compereris haec ita admissa, rem seuerè exequaris'.

- 7 IDEM libro octauo de officio proconsulis. Lege Iulia de ui publica tenetur, [B. 60, 18, 7] S qui, cum imperium potestatem haberet, ciuem Romanum aduersus prouocationem necauerit uerberauerit iusseritque quid<sup>1</sup> fieri aut quid in collum iniecerit, ut torqueatur. item 8 quod ad legatos oratores comitesue attinebit, si quis eorum pulsasse et siue<sup>2</sup> iniuriam fecisse arguetur.
- 8 MAECIANUS libro quinto publicorum. Lege Iulia de ui publica cauetur, ne [B. 60, 18, 8] Sf quis reum uinciat impediatur, quo minus Romae intra certum tempus adsit.
- 9 PAULUS libro septimo ad edictum. Armatos non utique eos intellegere debemus, qui tela habuerunt, sed etiam quid<sup>3</sup> aliud nocere potest. [B. 60, 18, 9] E
- 10 ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Qui dolo malo fecerit, [B. 60, 18, 10] Ef quo minus iudicia tuto exerceantur aut iudices ut oportet iudicent uel is, qui potestatem imperiumue habebit, quam<sup>4</sup> ei ius erit, decernat imperet faciat: qui ludos pecuniamue ab aliquo inuito polliceri publice priuatimue per iniuriam exegerit: item qui cum telo dolo 15 malo in contione fuerit aut ubi iudicium publice exercebitur. exceptus est, qui propter uenationem habeat homines<sup>5</sup>, qui cum bestiis pugnent, ministrosque ad ea habere conceditur. Hac lege tenetur et qui conuocatis hominibus nim fecerit, quo quis [cf. D. 48, 7, 2] 1 uerberetur et pulsetur, neque homo occisus sit. Damnato de ui publica aqua et igni interdicitur. 20
- 11 PAULUS libro quinto sententiarum<sup>6</sup>. Hi, qui aedes alienas aut [Paul. 5, 8, 8. B. 60, 18, 11] P uillas expilauerint effregerint expugnauerint, si quid in turba cum telis<sup>7</sup> fecerint, capite 1 puniuntur. Telorum autem appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere<sup>8</sup> possunt, 2 accipiuntur. Qui telum tutandae salutis suae causa gerunt, non uidentur<sup>9</sup> hominis occidendi causa portare. 25
- 2 PAULUS libro singulari ad senatus consultum Turpillianum. Qui noua uectigalia exercent, lege Iulia de ui publica tenentur. [B. 60, 18, 11] P

## VII.

## R AD LEGEM IULIAM DE UI PRIUATA R

SE

- 1 MAECIANUS libro quarto decimo institutionum. De ui priuata dam- [B. 60, 18, 12. 53, 3, 43] S nati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur et cautum est, ne senator sit, ne decurio, 31 aut ullum honorem capiat, neue in eum ordinem<sup>10</sup> sedeat, neue iudex sit: et uidelicet omni F(XYMO)

<sup>1</sup> eorum quae supra scripta sunt *ins.* (cf. p. 303, 6) <sup>2</sup> comitesue eorum attinebit, si quis pulsasse siue? <sup>3</sup> quidquid? <sup>4</sup> quam] *idem Graeci* (u. i.): quam in rem? <sup>5</sup> cui propter uenationem homines (*del.* habeat)? <sup>6</sup> § 2 *ex titulo* ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis *citat Coll.* <sup>7</sup> si quidem id turba cum telis coacta *Paulus* <sup>8</sup> noceri (u. i.)? <sup>9</sup> salutis causa gerit (*ageret Ber.*), non uidetur (*uideatur libri*) *Coll.* <sup>10</sup> in XIII ordinibus (*Cuiacius*)?

1 uerberibus F<sup>1</sup> 2 aud'ias F<sup>2</sup> | compere- rit F<sup>2</sup> | exquaris F 5 uerueranerit F 9 cen- tum F: εἰς τὴν προθεσίαν B (Anon.) 11 quid aliud] F<sup>2</sup>, eos qui aliud quod F<sup>2</sup> 13 iudi- cio F<sup>2</sup> | uel is qui potestatem imperiumue habebit quam ei ius erit (iusserit XYM<sup>2</sup>C) decernat imperet faciat] καὶ ὁ ἀρχῶν παρὰ τὸ ἐπιτετραμμένον ψηφίζομενος ἢ ἐπιτρέπων ἢ ποιῶν B (Anon.) 16 conti'one F<sup>1</sup>, conten- cione C, continenti F<sup>2</sup>X (*suprascr.* uel con- cione) YM<sup>2</sup>O, inc. M<sup>2</sup> 17 habeat qu' hom. F<sup>2</sup> 19 uerueretur F<sup>1</sup> | neque] F<sup>1</sup> cum D. 48, 7, 2, etsi neque F<sup>2</sup>: κἀν μηδεὶς ἀποθάνῃ B (Anon.) | aqua 'e et F<sup>2</sup> 21 alienas] aliquas *Pauli libri*

boni | aut uillas] nillasque *Pauli libri* 22 si quid in turba cum telis (telo F<sup>1</sup>) fecerint] ἢ ἐν θορήβῳ καὶ ταραχῇ ποιήσῃ τίποτε μετὰ ὀπλῶν BS (Dor.) | fecerit *Paulus* (Mon.) 23 punietur *Paulus* (Mon.) | ex quibus sin- guli homines nocere possunt] F, ex quibus saluti hominis nocere possunt (*sic cod. Paris. 4403*, noceri possit *Monac.*) *Paulus*: δι' ὧν ἀνθρώποι δύνανται βλάπτεσθαι BS 24 tutan- dae] *Coll.*, tutandae F, tuende X<sup>2</sup>XYMO, tuen- dam X<sup>2</sup> 26 paulus] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> 32 neue in eum ordinem sedeat] ἢ καθεσθῆναι ἐν τῇ τῶν βουλευτῶν τάξει BS



- 1 honore quasi infamis ex senatus consulto carebit. Eadem poena adficiuntur, qui ad poenam legis Iuliae de ui priuata rediguntur, et<sup>1</sup> si quis ex naufragio dolo malo quid rapuerit.
- 2 Sed et ex constitutionibus principum extra ordinem, qui de naufragiis aliquid diripuerint, puniuntur: nam et diuus Pius rescripsit nullam uim nautis fieri debere et, si quis fecerit, ut seuerissime puniatur.
- 2 SCAEUOLA libro quarto regularum. Hac lege tenetur, qui [cf. D. 48, 6, 10, 1. B. 60, 18, 18] S conuocatis hominibus uim fecerit, quo quis uerberetur pulsaretur, neque homo occisus erit:
- 3 MACER libro primo publicorum. nec interest, || liberos an seruos et suos an [B. 60, 18, 14] S<sup>1</sup> L alienos quis ad uim faciendam conuocauerit. Nec minus hi, qui conuocati sunt, eadem 1  
2 lege tenentur. Sed<sup>2</sup> si nulli conuocati nullique pulsati sint, per iniuriam tamen ex bonis 10 alienis quid ablatum sit, hac lege teneri eum qui id fecerit.
- 4 PAULUS libro quinquagesimo quinto ad edictum. Legis Iuliae de ui pri- [B. 60, 18, 15] E uata crimen committitur, cum coetum aliquis et concursum fecisse dicitur, quo minus quis 1 in ius produceretur<sup>3</sup>. Et si quis quaestionem de alterius seruo habuisset: <sup>4</sup>et ideo moderatius edicto praetoris de iniuriis utendum esse Labeo ait.
- 5 ULPIANUS libro sexagesimo nono ad edictum. Si quis aliquem deiecit ex [B. 60, 18, 16] E agro suo hominibus congregatis sine armis, uis priuatae postulari possit.
- 6 MODESTINUS libro octauo regularum. Ex senatus consulto Uolusiano, qui [B. 60, 18, 17] E inprobe coeunt in alienam litem, ut, quidquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicaretur, lege Iulia de ui priuata tenentur.
- 7 CALLISTRATUS libro quinto de cognitionibus. Creditores si aduersus debi- [B. 60, 18, 18] E tores suos agant, per iudicem id, quod deberi sibi putant, reposcere debent: alioquin si in rem debitoris sui intrauerint id nullo concedente, diuus Marcus decreuit ius crediti eos non habere. uerba decreti haec sunt. 'Optimum est, ut, si quas putas te habere [D. 4, 2, 15] 'petitiones, actionibus experiaris: interim ille in possessione debet morari, tu petitor es.'<sup>5</sup> et cum Marcianus diceret: 'uim nullam feci': Caesar dixit: 'tu uim putas esse solum, si 'homines uulnerentur? uis est et tunc, quotiens quis id, quod deberi sibi putat, non per 'iudicem reposcit. non puto autem nec uerecundiae nec dignitati nec pietati tuae conuenire 'quicquam non iure facere. quisquis igitur probatus mihi fuerit rem ullam debitoris non 'ab ipso sibi traditam sine ullo iudice temere possidere, eumque<sup>6</sup> sibi ius in eam rem<sup>7</sup> 'dixisse, ius crediti non habebit'.
- 8 MODESTINUS libro secundo de poenis. Si creditor sine auctoritate iudicis [B. 60, 18, 19] E res debitoris occupet, hac lege tenetur et tertia parte bonorum multatur et infamis fit.

VIII.

℞ AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET UENEFICIS ℞ SEP

- 1 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Lege Cornelia de sicariis et [B. 60, 39, 1] S ueneficis tenetur, qui hominem occiderit: cuiusue dolo malo incendium factum erit: quine hominis occidendi furtiue faciendi causa cum telo ambulauerit: quine, cum magistratus F(XYMOC)

<sup>1</sup> idem Graeci (καὶ BS), ut (Bynkershoek)? <sup>2</sup> et ins.: at magis crediderim compilatores in fine § sustulisse negamus similiaue <sup>3</sup> perduceretur? <sup>4</sup> quamquam ea res iudicium publicum nix requirit similiaue deficiunt <sup>5</sup> ipseque (isque l. gem.)?

3 diripuerint F 4 n'antis F<sup>2</sup> 7 uerueretur F<sup>2</sup> 8 Μαρκ. B 10 sed si ... 11 fecerit] κατέχονται ... οἱ ἀφαιρούμενοι ἀλλότρια πράγματα, κἀν μὴ συνεκλήθησαν ἢ ὠθήθησαν τινες B (Anon.) 14 et si quis ... 15 Labeo ait] sic plane BS: εἰ τις ἐμβάσανον ἐρώτησιν δι' ἑαυτοῦ ποιήσεται κατὰ τῶν οἰκετῶν τοῦ λεγόμενου μοιχοῦ, τῷ περὶ βίας ἰδιωτικῆς νόμῳ περιπίπτει· καὶ διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Λαβεὼν cet.,

nisi quod Dorotheus adulteri legit pro alterius errore suo: nam recte Anonymus-ὁ βασιανὸν δοῦλον ἀλλότριον 20 eos] hos F<sup>2</sup> 24 putas Taur. errore 26 marcionos F<sup>2</sup> | uim nullam] dum nulla F<sup>2</sup> 28 nec pietati om. F<sup>1</sup>: οὔτε τῆ ἀλοῦ ἀγτῆ οὔτε τῆ ἀλῆα οὔτε τῆ εἰσμεῖα σοῦ BS (Dor.) 35 ueneficis F<sup>2</sup>, beneficis ind. F<sup>1</sup>: περὶ φονεγτῶν καὶ φαρμακῶν B 37 beneficis F<sup>2</sup>

- esset publico iudicio praesesset, operam dedisset, quo quis falsum iudicium profiteretur, 1 ut quis innocens conueniretur<sup>1</sup> condemnaretur. Praeterea tenetur, qui hominis necandi causa uenenum confecerit dederit: quia falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur: quia magistratus iudexue quaestionis ob capitale 2 causam pecuniam acceperit ut publica lege reus fieret. Et<sup>2</sup> qui hominem occidit, punitur 3 non habita differentia, cuius condicionis hominem interemit. Diuus [Coll. 1, 6. B. uol. 6 p. 46 Heimb. Hadrianus rescripsit eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolui posse, et qui hominem non occidit, sed uulnerauit, ut occidat, pro homicida damnandum: et ex re constituendum hoc: nam si gladium strinxerit et in eo<sup>3</sup> percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse: sed si clauis percussit aut cucuma in rixa, quamuis 10 ferro percusserit, tamen non occidendi animo<sup>4</sup>. <sup>5</sup>leniendam poenam eius, qui in rixa casu 4 magis quam uoluntate homicidium admisit. Item diuus Hadrianus rescripsit eum, qui stuprum sibi uel suis per uim inferentem occidit, dimittendum. Sed et in eum, qui uxorem 5 deprehensam in adulterio occidit, diuus Pius leniorem poenam irrogandam [cf. D. 48, 5, 39, 8 esse scripsit, et humiliore loco positum in exilium perpetuum dari iussit, in aliqua dignitate 15 positum ¶ ad tempus relegari. f. 401
- 2 ULPIANUS libro primo de adulteris. Inauditum filium pater occidere non [B. 60, 39, 2] S<sup>o</sup> potest, sed accusare eum apud praefectum praesidum prouinciae debet.
- 3 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Eiusdem legis Corneliae de [B. 60, 39, 3] S<sup>o</sup> sicariis et ueneficis capite quinto, qui uenenum necandi hominis causa fecerit uel uendiderit 20 uel habuerit, plectitur. Eiusdem legis poena adficitur, qui in publicum mala medicamenta 2 uendiderit uel hominis necandi causa habuerit. Adiectio autem ista 'ueneri mali' ostendit esse quaedam et non mala uenena. ergo nomen medium est et tam id, quod ad sanandum, quam id, quod ad occidendum paratum est, continet, sed et id quod amatorium appellatur: sed hoc solum notatur in ea lege, quod hominis necandi causa habet<sup>6</sup>. sed ex 25 senatus consulto relegari iussa est ea, quae non quidem malo animo, sed malo exemplo 3 medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quae acceperat decesserit. Alio senatus consulto effectum est, ut pigmentarii, si cui temere ciuitatem salamandram aconitum pituocampas aut<sup>7</sup> bubrostim<sup>8</sup> mandragoram et id, quod lustramenti causa dederit cantharidas<sup>9</sup>, poena teneantur huius legis. Item is, cuius familia sciente eo apiscendae recipendarae 30 possessionis causa arma sumpserit: item qui auctor seditionis fuerit: et qui naufragium suppresserit: et qui falsa indicia confessus fuerit confitendae curauerit, quo quis innocens F(XYMOO)

<sup>1</sup> idem Graeci (κατηγορηθή BS): circumueniretur (Quiacius: cf. l. 3 § 4 h. t. et Cicero pro Cluent. 55, 151: hanc ipsam legem, ne quis iudicio circumueniretur, C. Graechus tulit)?

<sup>2</sup> et del. <sup>3</sup> et in eo] aut telo (u. not. 4)? <sup>4</sup> ex Ulpiani de officio proconsulis libro VII ipsum rescriptum Hadriani affert Collatio sic: Et qui hominem occidit, absolui solet, (sed in libri) si non occidendi animo id admisit, et qui non occidit, sed uoluit occidere, pro homicida damnatur. e (et libri) re itaque constituendum est ex ferro, quo (ex quo ferro libri) percussit Epaphroditus (ipsafroditus similiterue libri). nam si gladium instrinxit aut telo percussit, quid dubium est, quin (qui non libri) occidendi animo percussit? si clauis autem (sic lapidem libri) percussit aut cucuma, (aut in libri) cum forte rixarentur (rixaretur libri): ferro percussit, sed non occidendi mente. ergo hoc exquirite et, si uoluntas occidendi fuit, ut homicidam seruum supplicio eum iure iubete affici <sup>5</sup> unde colligitur similiae in. <sup>6</sup> habetur? <sup>7</sup> aut del. <sup>8</sup> idem Graeci (u. i.): buprestim (cf. Plinius h. n. 28, 9, 128: potis pityocampes buprestis cantharidum aut salamandrae uenenis al.)? <sup>9</sup> mandragoram, praeterquam lustramenti causa, cantharidas dederint?

1 dedisset<sup>1</sup> F<sup>2</sup> 2 hominis] numinis F<sup>2</sup>  
4 ob] ub F 6 hominem] nominem F<sup>2</sup>  
9 strixerit F] et in eo percusserit] και εξ  
αυτοῦ πληζας τινά BS 10 cucuma] κοκκογ-  
μιον BS, θερμοφόριον B. uol. 6 p. 46 Heimb.  
11 leniendum F<sup>2</sup> | casu] causa F<sup>2</sup> 13 sibi]  
sui F] per uim] rerum F<sup>2</sup> 15 et euiliore F<sup>2</sup>  
17 inauditum] quasi esset dicto non audien-  
tem, uertunt B: τὸν ἀπειθοῦντα 20 sica-

rii's F<sup>2</sup> | beneficiis F<sup>2</sup> 21 poenae F 22 ue-  
neni] ue]ni F 28 si (sin F) cui temere ...  
29 dederit cantharidas] προπετως διδοῦς τινι  
κώνειον (κόνοιον Syn., φάρμακον B) ἢ σαλα-  
μάνδραν ἢ ἀκόνιτον ἢ πιτυοκάμπην ἢ βοῦβρω-  
στιν ἢ μανδράγοραν ἢ κανθαρίδας B (Anon.).  
mandragorae usum legitimum in lustrationibus  
aliunde probare non possum

- circumueniretur: et qui hominem libidinis uel promercii causa castrauerit, ex senatus consulto poena legis Corneliae punitur. Legis Corneliae de sicariis et ueneficis poena insulae deportatio est et omnium bonorum ademptio. sed solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, ut poenam legis sustineant: humiliores enim solent<sup>1</sup> uel bestiis subici, 6 altiores uero deportantur in insulam. Transfugas licet, ubicumque inuenti fuerint, quasi<sup>2</sup> hostes interficere.
- 4 ULPIANUS libro septimo de officio proconsulis<sup>3</sup>. Lege Cornelia de sicariis tene- B. 60, 39, 4 S  
tur, qui, cum in magistratu est esset, eorum quid fecerit contra<sup>4</sup> hominis necem, quod legibus  
1 permissum non sit. Cum Coll. 1, 11, 1. Ponn. 28, 11. B. uol. 6 p. 46 Heimb. Nomocanon p. 470 ed. Pitras  
quidam per lasciuiam causam mortis praebuisset, comprobatum est factum Ignatii<sup>5</sup> Taurini  
proconsulis Baeticae a diuo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset. (Coll. Ponn. B)
- 2 Idem diuus Hadrianus rescripsit: 'Constitutum quidem est, ne spadones BS. 60, 3, 27 sch. 86  
'ferent, eos autem, qui hoc crimine arguerentur, Corneliae legis poena teneri eorumque  
'bona merito fisco meo uindicari debere, sed et in seruos, qui spadones fecerint, ultimo  
'supplicio animaduertendum esse: et qui hoc crimine tenentur, si non adfuerint, de absen- 15  
'tibus quoque, tamquam lege Cornelia teneantur, pronuntiandum esse. plane si ipsi, qui  
'hanc iniuriam passi sunt, proclamauerint, audire eos praeses prouinciae debet, <sup>6</sup> qui niri-  
'litem amiserunt: nemo enim liberum seruumue inuitum sinentemue castrare debet,  
'neue<sup>6</sup> quis se sponte castrandum praebere debet. at si quis aduersus edictum meum  
'fecerit, medico quidem, qui exciderit, capitale erit, item ipsi qui se sponte excidendum<sup>7</sup>  
'praebuit'.
- 5 PAULUS libro secundo de officio proconsulis. Hi quoque, qui Nomocanon p. 470 ed. Pitras S  
thlibias faciunt, ex constitutione diui Hadriani ad Ninnium Hastam in eadem causa sunt,  
qua hi qui castrant. 24
- 6 UENULEIUS SATURNINUS libro primo de officio proconsulis. Nomocanon p. 470 ed. Pitras S  
Is, qui seruum castrandum tradiderit, pro parte dimidia bonorum multatur ex senatus con-  
sulto, quod Neratio Prisco et Annio Uero<sup>7</sup> consulibus factum est.
- 7 PAULUS libro singulari de publicis iudiciis. In lege Cornelia dolus pro facto B. 60, 39, 5 S  
accipitur. neque in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. quare si quis<sup>8</sup> alto se praeci- 19  
pitauerit et super alium uenerit eumque occiderit, aut putator, ex arbore || cum ramum 1. 401'  
deiceret, non praecclamauerit<sup>9</sup> et praetereuntem occiderit, ad huius legis coercionem non  
pertinet.
- 8 ULPIANUS libro trigensimo tertio ad edictum. Si mulierem uisceribus suis uim intulisse, S  
quo partum abigeret, constiterit, eam in exilium praeses prouinciae exiget. 34
- 9 IDEM libro trigensimo septimo ad edictum. Furem noctur- Prochir. 89, 4: cf. B. 60, 12, 84 fn. S  
num si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> uel in crucem tolli ins. (Schulting: cf. Paulus 5, 23, 1) <sup>2</sup> sub titulo de sicariis et ueneficis add. Coll. <sup>3</sup> circa (Krueger)? <sup>4</sup> Egnatii (Ἰγνατίος Ταυρίνος BS, Taurini Egnatii Coll., ubi extant uerba consultationis et rescripti)? <sup>5</sup> sed item animaduertere, etsi tacebunt ipsi similiae ins. (u. i.) <sup>6</sup> neque? <sup>7</sup> anno p. Chr. 83? (cf. Borghesi opp. 5, 356) <sup>8</sup> ab ins. (Hal.) <sup>9</sup> proclamauerit (edd.: cf. Paulus 5, 24, 12 cet.)?

1 libidinis F | ex om. F<sup>1</sup> 2 ponitur F | ueneficis F<sup>1</sup> 4 legis F<sup>1</sup> | umiliores F | uestiis F 5 deportantur F<sup>2</sup> 6 post interficere add. licet F<sup>2</sup> 7 proconsulis d' lege F<sup>2</sup> 10 per om. Coll. (Ber.) 11 baeticae] ueticae F<sup>2</sup> Coll. (Ber.), ueticae F<sup>2</sup>: ἀνοήματος τῆς Βαιτικῆς B uol. 6 p. 46 14 me'o' F<sup>2</sup> | sed 'et' in F<sup>2</sup> 15 d'e' abs. F<sup>2</sup> 16 plane si ipsi ... 18 amiserunt] εἴ γε αἱ τοὶ οἱ ταύτην τὴν ἀδικίαν παθόντες ἀναφωνοῦσιν, ὀφείλει αὐτῶν ἀκούειν ὁ ἀρχὼν τῆς ἐπαρχίας τῶν ἀπολεσάντων τὴν ἀνδρείαν Nomoc. l. c. 19 si om. F<sup>2</sup>

20 ipse F<sup>2</sup> | sexponte F<sup>2</sup> 21 praebuerit F<sup>2</sup> 23 nimum F 25 proconsulis F<sup>2</sup> 26 castrandum F<sup>2</sup> | parte bonorum dimidia bonorum F<sup>2</sup> 27 quod om. F<sup>2</sup> 29 neque] ne F: ἐν τῷ Κορινθίῳ τῷ περὶ ἀνδροφόνων ὁ δόλος ἀπὸ τοῦ φάκτου παραλαμβάνεται, οὗ μὴν καὶ ἡ λέξις κοίλιτα BS (Doroth.) | alto] ἀπὸ ἴγνου BS 30 acciderit F<sup>2</sup> 31 deiceret F<sup>2</sup>, deicerit F<sup>2</sup> 33 intulis's'e F<sup>2</sup> 35 furem seq.] εἰάν τὸν ἐν νυκτὶ κλέπτοντα φονεύσῃ τις, τότε ἀτιμώρητος μένει, ὅτε μὴ ἡδύνατο διχα κινδύνου ἰδίῳ φεῖσασθαι αὐτοῦ Prochir.

- 10 IDEM libro octauo decimo ad edictum. Si quis dolo insulam meam exusserit, B. 60, 39, 6 *E*  
capitis poena plectetur quasi incendiarius.
- 11 MODESTINUS libro sexto regularum. Circumcidere Iu- B. 60, 39, 7. Nomoc. p. 470 ed. Pitrae *E*  
daeis filios suos tantum rescripto diui Pii permittitur: in non eiusdem religionis qui hoc  
1 fecerit, castrantis poena irrogatur. Seruo sine iudice ad bestias dato non solum (Nomoc.) *5*  
2 qui uendidit poena, uerum et qui comparauit tenebitur. Post legem Petroniam et senatus  
consulta ad eam legem pertinentia dominis potestas ablata est ad bestias depugnandas  
suo arbitrio seruos tradere: oblato tamen iudici seruo, si iusta sit domini querella, sic  
poenae tradetur. 9
- 12 IDEM libro octauo regularum. Infans uel furiosus si hominem occi- B. 60, 39, 8. Ep. 4, 28 *E*  
derint, lege Cornelia non tenentur, cum alterum innocentia consilii tuetur, alterum fati in-  
felicitas excusat.
- 13 IDEM libro duodecimo pandectarum. Ex senatus consulto eius legis poena B. 60, 39, 9 *E*  
damnari iubetur, qui mala sacrificia fecerit habuerit. 14
- 14 CALLISTRATUS libro sexto de cognitionibus. Diuus Hadrianus in haec B. 60, 39, 10 *E*  
uerba rescripsit: 'in maleficiis uoluntas spectatur, non exitus'.
- 15 ULPIANUS libro octauo ad legem Iuliam et Papiam. Nihil interest, occidat B. 60, 39, 11 *E*  
quis an causam mortis praebat.
- 16 MODESTINUS libro tertio de poenis. Qui caedem admiserunt sponte do- BS. 60, 39, 11 *E*  
loue<sup>1</sup> malo, in honore aliquo positi deportari solent, qui secundo gradu sunt, capite pu- 20  
niuntur. <sup>2</sup>facilius hoc in decuriones fieri potest, sic tamen, ut consulto prius principe et  
nuntur id fiat: nisi forte tumultus aliter sedari non possit.
- 17 PAULUS libro quinto sententiarum<sup>3</sup>. Si in rixa percussus homo Coll. 1, 7, 2. B. 60, 39, 12 *P*  
perierit, ictus unius cuiusque in hoc collectorum contemplari oportet<sup>4</sup>.

## VIII.

## R DE LEGE POMPEIA DE PARRICIDIIS R

25

SEP

- 1 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Lege Pompeia de parricidiis B. 60, 40, 1 *S*  
caetur, ut, si quis patrem matrem, auum auiam, fratrem sororem patrualem matrualem,  
patruum auunculum amitam<sup>5</sup>, consobrinum consobrinam, uxorem uirum<sup>6</sup> generum socrum<sup>7</sup>,  
nitricum, priuignum priuignam, patronum patronam occiderit cuiusue dolo malo id factum 30  
erit, ut poena ea teneatur quae est legis Corneliae de sicariis. sed et mater, quae filium  
filiamue occiderit, eius legis poena adficitur, et auus, qui nepotem occiderit: et praeterea  
qui emit uenenum ut patri daret, quamuis non potuerit dare.
- 2 SCAEUOLA libro quarto regularum. Frater autem eius, qui cognouerat tan- B. 60, 40, 2 *S\**  
tum nec patri indicauerat, relegatus est et medicus supplicio affectus. 35  
*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> dolo? <sup>2</sup> nam non recte praeses faciet, si supplicium sumit de eo, qui honorem obtinuit  
*similiae deficiunt* <sup>3</sup> sub titulo ad legem Cornelianam de sicariis et ueneficis *add. Coll.*  
<sup>4</sup> Quod si in rixa percussus homo perierit, quoniam ictus (ictus *uel* iocus *libri*) quoque ipsos  
(ipso *Ber.*) contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut in me-  
tallum damnantur (damnentur *Ber.*), honestiores dimidia parte bonorum multati relegantur  
*Coll.* <sup>5</sup> materteram *ins. (edd.)* <sup>6</sup> sponsum, socerum *ins. (cf. p. 822, 3. 5)* <sup>7</sup> nurum *ins.*

1 exegerit *F*<sup>1</sup> 3 iud'a'eis *F*<sup>2</sup> 5 castra'n-  
tis *F*<sup>2</sup> | in'rogatur *F*<sup>4</sup> | uestias *F* 7 de-  
pugnandas] derogandas *F*<sup>2</sup> 11 infelicitas' *F*<sup>2</sup>  
18 *inter l. 15 et l. 17 (nam l. 16 omissa est)*  
*interponunt Basilica haec: ὁ ἐντεταμένός τινι*  
*φονεύσαι ὡς φονεύς κρίνεται in quibusdam di-*  
*gestorum editionibus restituta tamquam inde*  
*desumpta: at haec uerba scholiis antiquis desti-*  
*tuta magis ueniunt ex Prochiro c. 39, 8, cuius*  
*capita quaedam Basilicorum compilatores Iusti-*  
*nianis inseruisse notum est* 24 perierit] fo-

rierit *uel* fuerit *Coll.* | 'ictus *F*<sup>2</sup> 26 ad  
legem pompeiam *ind. F* 28 patrualem ma-  
trulem] ὁμοπατρίους ἢ ὁμομητρίους *BS, omit-*  
*tunt B (Anon.)* 29 patruum auunculum ami-  
tam] θεῖον ἢ θεῖαν *B* | uxorem uirum] ἀνδρα  
ἢ μνηστῆρα ἢ γυναῖκα ἢ μνηστῆρην *B adhibita l. 3*  
*suo loco omissa* | generum socrum] quasi *esset*  
generum nurum, socerum socrum, *uertitur: ἢ*  
*γαμβρόν ἢ νύμφην ἢ πενθερόν ἢ πενθεράν B*  
*30 nitricum] πατρῶων ἢ μητρυιάν Ber. l. 3* 31 poe-  
n'a' *F*<sup>2</sup> 32 eius] *F*<sup>2</sup>, huius *F*<sup>2</sup> 35 patr'on'i *F*<sup>2</sup>

- 3 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Sed sciendum est lege Pompeia de S consobriano comprehendi, sed non etiam eos pariter complecti, qui pari *propiorum* gradu sunt. sed et nouercae et sponsae personae omissae sunt, sententia tamen legis continentur:
- 4 IDEM libro primo de publicis iudiciis. cum<sup>1</sup> pater et mater sponsi sponsae [B. 60, 40, 3] 5 socerorum, ut liberorum sponsi generorum appellatione continentur.
- 5 IDEM libro quarto decimo institutionum. Diuus Hadrianus fertur, cum in [B. 60, 40, 4] 8 uenatione filium suum quidam necauerat, qui nouercam adulterabat, in insulam eum deportasse, quod latronis magis quam patris iure eum interfecit: nam patria potestas in pietate debet, non atrocitate consistere.
- 6 ULPIANUS libro octauo de officio proconsulis. Utrum qui occiderunt parentes [B. 60, 40, 5] 8 an etiam consocii poena parricidii adficiantur, quaeri potest. et ait Maecianus etiam consocios eadem poena adficiendos, non solum parricidas. proinde consocii etiam extranei eadem poena adficiendi sunt.
- 7 IDEM libro uicensimo nono ad edictum. Si sciente credi- [B. 60, 40, 6. BS. 18, 4, 1 sch. 2] 5<sup>o</sup> tore ad scelus committendum pecunia sit subministrata, ut puta si ad ueneni mali comparationem uel etiam ut latronibus adgressoribusque daretur, qui patrem interficerent: parricidii poena tenebitur, qui quaesierit pecuniam quique eorum ita crediderint aut a quo ita cauerint<sup>2</sup>.
- 8 IDEM libro octauo disputationum. Parricidii postulatus si interim decesserit, [B. 60, 40, 7] 5<sup>o</sup> si quidem sibi mortem consciuit, successorem fiscum habere debet: si minus, eum quem<sup>3</sup> uoluit, si modo testamentum fecit: si intestatus decessit, eos heredes habebit, qui lege uocantur.
- 9 MODESTINUS libro duodecimo pandectarum. Poena parricidii more maiorum [BS. 60, 40, 6] 8 haec instituta est, ut parricida uirgis sanguineis uerberatus deinde culleo inuatur cum cane, gallo gallinaceo et uipera et simia: deinde in mare profundum culleus iactatur. hoc<sup>4</sup> ita, si mare proximum sit: alioquin bestiis obicitur secundum diui Hadriani constitutionem.
- 1 Qui alias personas occiderint praeter matrem et patrem et auum et auiam (quos [B. 60, 40, 8] more maiorum puniri supra diximus), capitis poena plectentur aut ultimo supplicio mactantur. Sane si per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit, ut diui [cf. D. 1, 18, 14] fratres<sup>5</sup> rescripserunt super eo, qui per furorem matrem necauerat: nam sufficere furore<sup>6</sup> ipso eum puniri, diligentiusque custodiendum esse aut etiam uinculis coerendum.
- 10 PAULUS libro singulari de poenis omnium legum. Eorum, [cf. Saturn. D. 29, 5, 13. B. 60, 40, 9] P qui parricidii poena teneri possunt, semper accusatio permittitur.

## X.

## DE LEGE CORNELIA DE FALSIS ET DE SENATUS CONSULTO LIBONIANO

- 1 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Poena legis Corneliae irrogatur ei, qui falsas testationes faciendas testimoniarum falsas inspicienda dolo malo coierit<sup>1</sup>.  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> quin? <sup>2</sup> quique eam ita crediderit aut a quo ita cauerit? <sup>3</sup> Marco et Commodo adscribit Macer D. 1, 18, 14 <sup>4</sup> qui ad falsas testationes faciendas testimoniarum falsas in uicem dicenda dolo malo coierit (u. i.)?

2 comprehendi] F<sup>1</sup>, comprehensum esse F<sup>2</sup> | pari proprie FM<sup>o</sup>, pari priore X<sup>2</sup>Y, priore (om. pari et ue) X<sup>o</sup>C, inc. M<sup>o</sup> 5 liberorum sponsi] και ο μνηστήρ της θυγατρός μου B 7 deportassi F<sup>1</sup> 10 occiderunt] occurrunt F<sup>1</sup> 11 ο Μαρκιανός B 14 nono om. F<sup>1</sup> 15 sc'aelus F<sup>2</sup> | uen'en'i F<sup>2</sup> 17 qui quaesierit (quesierit F<sup>2</sup>) pecuniam quique ... 18 cauerint (cauerunt F<sup>1</sup>, cauerit F<sup>2</sup>) οὐ μόνον

ο δανεικάμενος ... ἀλλὰ και ὁ ἐν εἰδήσει δανεικάσας αὐτῷ και ὁ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀσφαλικάμενος B (Anon.) 20 conscibit F<sup>1</sup> 21 intestatus F<sup>2</sup> 24 uirgis sanguineis] ῥάβδοις ἡμαρμένοις BS | uerueratus F<sup>1</sup> | culleo] in culleo F<sup>2</sup> 25 gallinaceo] gallicaneo F<sup>1</sup> | colleus F<sup>1</sup> 27 a'ia<sup>3</sup> F<sup>2</sup> | occiderit F<sup>1</sup> 30 eo] io F<sup>1</sup> 31 ipso' F<sup>1</sup> 35 et de senatus consulto liboniano om. ind. F, uertunt B 38 qui (quod Coll.) falsas testat

1 Item<sup>1</sup> ob instruendam aduocationem testimonianae pecuniam acceperit pactusue fuerit so-  
 2 cietatem coierit ad obligationem innocentium<sup>2</sup>, ex senatus consulto coercetur. Sed et si  
 quis ob renuntiandum remittendumue testimonium dicendum uel non dicendum<sup>3</sup> pecuniam  
 acceperit, poena legis Corneliae adicitur. et qui iudicem corruerit corrumpendumue cu-  
 3 4 rauerit. Sed et si iudex constitutiones principum neglexerit, punitur. Qui in rationibus 5  
 tabulis cerisue uel alia qua re sine consignatione falsum fecerint uel rem amouerint, per-  
 inde ex his causis, atque si erant falsarii, puniuntur. sic et diuus Seuerus lege Cornelia  
 de falsis damnauit praefectum Aegypti, quod instrumentis suis, cum praererat prouinciae,  
 5 6 falsum fecit. Is, qui aperuerit uiui testamentum, legis Corneliae poena tenetur. Is, qui  
 deposita instrumenta apud alium ab eo prodita esse aduersariis suis dicit, accusare eum 10  
 7 falsi potest. <sup>4</sup>Ad testamenta militum senatus consultum pertinet, quo lege Cornelia tenen-  
 8 tur, qui sibi legatum fideicommissumue adscripserint. Inter filium et seruum et extraneum  
 testamentum scribentes hoc interest, quod in extraneo, si specialiter subscriptio facta est  
 'quod illi dictaui et recognoui', poena cessat et capi potest, in filio uel seruo uel generalis  
 9 subscriptio sufficit et ad poenam euitandam et ad capiendum. Ex illa quoque causa falsi 15  
 poenae quis subicitur (ut diui quoque Seuerus et Antoninus constituerunt), ut tutores et  
 curatores et qui officio deposito non restituerunt tutelam uel curationem cum fisco con-  
 trahere non possint ac, si quis aduersus hanc legem profectus<sup>5</sup> aerario obrepserit, ut per-  
 10 inde puniatur, ac si falsum commisisset. Sed ad illos hoc non pertinet (ut idem principes  
 rescripserunt), qui antequam tutelam susciperent haec gesserunt: nec enim excusationes 20  
 11 ad[m]isisse<sup>6</sup>, sed, fraudes exclusisse. Idem principes rescripserunt ita demum eum, qui f. 402'

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> qui *ins.* (u. i.: *edd.*)    <sup>2</sup> societatem coierit: [item qui coierit] ad accusationem innocen-  
 tium (u. i.)?    <sup>3</sup> ob denuntiandum uel non denuntiandum remittendumue testimonium  
 (Cuiacius: u. i. et cf. D. 47, 13, 2)?    <sup>4</sup> Etiam *ins.*    <sup>5</sup> praefectis (*Hal.*)?    <sup>6</sup> *se ins.*

tiones faciendas testimonianae (testamenta uel  
*Coll.*) falsa inuicem dicenda (sic l. 9 et *Coll.*,  
 falsa inspicienda l. 1) aut consignanda (aut  
 cons. *Coll.*, om. l. 1 et l. 9) dolo malo coierint  
 (sic l. 9, coiecerit l. 1, curauerit *Coll.*): sic  
 haec uerba tradita accepimus tribus locis l. 1  
 et l. 9 h. t. et *Coll.* 8, 7, 1. quod posui coeundi  
 uocabulum, requirunt maxime uerba inuicem  
 dicenda, quae intellegi non possunt nisi de so-  
 cietate aliqua ad eam rem constituta: denique  
 curandi uocabulum ideo ferri non potest, quod  
 ita saltem dicendum fuit fecerit faciendasue cu-  
 rauerit et dixerit dicendaue curauerit 1 item  
 ob seq.] legis 1 certe pr. §§ 1. 2 apparet Mar-  
 cianum ad uerbum paene exscripsisse ex Ulpiani  
 libro VIII de officio proconsulis, unde quae huc  
 pertinent seruata sunt in *Coll.* 8, 7 et l. 9 h. t.  
 principio quae respondent cum supra legantur,  
 hic adscripsimus ex *Collatione* 8, 7, 2. 3 quae  
 respondent §§ 1. 2: item qui ob instruendam  
 (ob struendam libri) aduocationem testimo-  
 nianae pecuniam (pecunia libri) acceperit pac-  
 tusue fuerit societatem coierit aut aliquam  
 delationem interposuerit: item (idem libri) si  
 quis coierit ad accusationem (sic ex D. 47, 13, 2,  
 occisionem libri) innocentium, senatus consulto  
 quod Cotta et Messalla cos. (cos. om. libri:  
 anno p. Chr. 20) factum est coercentur. sed  
 et si quis ob denuntiandum (nenuandum  
 libri) uel non denuntiandum (denudandum  
 non libri) remittendumue testimonium pecu-  
 niam acceperit, senatus consulto, quod duo-  
 bus Geminis cos. (anno p. Chr. 29) factum est  
 (sit libri), poena legis Corneliae afficitur

2 ad obligationem innocentium] ἐπι τῷ συν-  
 θεῖναι κατηγορίαν ἢ μαρτυρίαν κατὰ τῶν ἀνευ-  
 θύνων B (*Anon.*) 3 ob renuntiandum remit-  
 tendumue testimonium dicendum uel non dic-  
 endum] ἐπι τῷ κατηγορῆσαι ἢ μὴ κατηγορῆσαι,  
 μαρτυρῆσαι ἢ μὴ μαρτυρῆσαι B (*Anon.*): cor-  
 ruptis uerbis huius loci *interpres substituit simi-*  
*lia* D. 47, 13, 2: ob accusandum uel non ac-  
 cusandum, denuntiandum uel non denuntian-  
 dum testimonium 6 cereisue F: ἐν πινακι-  
 δίοις κηρὸν ἔχουσι BS | uel alia qua re (reg F<sup>1</sup>,  
 res F<sup>2</sup>) sine consignatione (consobratione  
 F<sup>2</sup>) uel aliqua actione uel consignatione X<sup>2</sup>,  
 uel aliqua re siue rei siue uel sanguinei Y<sup>2</sup>,  
 uel aliqua re siue rei siue suangi (sic) Y<sup>2</sup>,  
 uel aliqua re siue rei siue consignatione O,  
 uel aliqua ratione MC, uel ali-  
 qua ratione X<sup>2</sup>: ἢ ἐν ἄλλῳ οἰφάδηποτε πράγματι  
 μέλλοντι σφραγισθῆναι BS (*Dor.*), ἐν λογισμοῖς  
 ... ἀσφραγίστοις B (*Anon.*). cf. p. 827, 19 | uel  
 rem amouerint] ἢ πρᾶγμα ἀφέλῃται BS 7 ad-  
 que F<sup>1</sup> | puniuntur F<sup>2</sup> 9 aperuerit] F, aper-  
 rit Y (*suprascr.* peruertit uel] M<sup>2</sup>, peruerterit  
 (*suprascr.* uel aperit) X, peruertit M<sup>2</sup>, peruer-  
 terit uel aperuerit O, peruertit uel aperuit C |  
 poena e' ten. F<sup>2</sup> 11 testamentu F<sup>2</sup> 12 si'bi'  
 F<sup>2</sup> | 'et' extraneum F<sup>2</sup> 13 facta] falsa F<sup>2</sup>  
 15 subscripti'o F<sup>2</sup> 17 et qui] et hi qui F<sup>2</sup>  
 18 possunt F<sup>2</sup> | profectus] FX<sup>2</sup>, praefectus  
 X<sup>2</sup>XYMOG: *Hugolinus notat in cod. X* (cf. *Sa-*  
*vigny Gesch.* 4, 66): sic est in libro B[ulgari]  
 et Gua[lfredi] et Rog[erij]: sed in libro al.  
 profectus errarii, id est procurator fisci  
 19 ad om. F<sup>2</sup> | princeps F 21 princeps F<sup>2</sup>

rationem tutelae uel curae nondum reddidit, cum fisco contrahere non debere, si uiuat is, cuius tutela administrata est: nam si decesserit, licet nondum heredi eius rationem reddiderit, iure eum contrahere. Sed si iure hereditario successerunt in fiscalem contractum tutor uel curator, licet ante rationem redditam: non puto poenam locum habere, licet ad huc uiuat is, cuius tutela uel cura administrata est. Poena falsi uel quasi falsi deportatio est et omnium honorum publicatio: et si seruus eorum quid admiserit, ultimo supplicio adfici iubetur.

2 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Qui testamentum amouerit celauerit eripuerit deleuerit interleuerit subiecerit resignauerit quique testamentum falsum scripserit signauerit recitauerit dolo malo cuiusue dolo malo id factum erit, legis Corneliae poena damnatur. B. 60, 41, 2 8

3 ULPIANUS libro quarto disputationum. Qui ignorans falsum esse testamentum uel hereditatem adiit uel legatum accepit uel quoquo modo adgnouit, falsum testamentum dicere non prohibetur. B. 60, 41, 3 8

4 IDEM libro octauo disputationum. Si quis, cum falso sibi legatum adscribi curasset, decesserit, id heredi quoque extorquendum est. inde diuus quoque Marcus, cum quidam a patre heres institutus codicillos intercidisset et decessisset, fisco tantum esse putauit uindicandum, quantum per codicillos erogari posset, id est usque ad dextrantem. B. 60, 41, 4 8

5 IULIANUS libro octagesimo sexto digestorum. Senatus poenam remisit ei, qui legata a se testamento data codicillis sua manu scriptis ademerat, sed quia et iussa patris id fecerat et annorum uiginti quinque erat: hereditatem quoque ei capere permissum est. B. 60, 41, 5 8

6 AFRICANUS libro tertio quaestionum. Si quis legatum sibi adscripserit, tenetur poena legis Corneliae, quamuis inutile legatum sit: nam et eum teneri constat, qui eo testamento, quod postea ruptum uel etiam quod initio non iure fieret, legatum sibi adscripserit. hoc tamen tunc uerum est, cum perfectum testamentum erit. ceterum si non signatum fuerit, magis est ut senatus consulto locus non sit, sicuti nec interdictum de tabulis testamenti exhibendis locum habet: prius enim oportet esse aliquod testamentum uel non iure factum, ut senatus consulto locus sit. nam et falsum testamentum id demum recte dicitur, quod, si adulterinum non esset, uerum tamen testamentum recte dicitur. similiter igitur et non iure factum testamentum id appellatur, in quo si omnia rite facta essent, iure factum diceretur. Si institutus heres exheredationem nominatim filii uel aliarum personarum adscribat, senatus consulto tenetur. Similiter et is, qui libertatem sua manu ademit serui testatoris et maxime cui a se legata uel fideicommissa data erant, senatus consulto tenetur. Si patronus testamento liberti legatum sibi scripserit et uenia impetrata abstinere legato iussus est, an emolumentum honorum possessionis contra tabulas habere possit? et magis placet non posse. nec tamen huic consequens est, ut et, si uxor dotem uel creditor id, quod in diem sibi deberetur, sibi adscripserit et similiter uenia impetrata abstinere se legato iubeantur, aut mulieri dotis aut creditori actio sua denegari debet, ne eorum uterque merito debito careat. B. 60, 41, 6 8

7 MARCIANUS libro secundo institutionum. Nullo modo serui cum dominis suis consistere possunt, cum ne quidem omnino iure ciuili neque iure praetorio neque *F(XYMOC)* B. 60, 41, 7 8

<sup>1</sup> sed del. <sup>2</sup> non esset, sed uerum, testamentum recte diceretur? <sup>3</sup> seruo (edd.)?  
<sup>4</sup> idem Graeci (τῶν κατὰ νόμου αὐτῶ κεχρησθημένων BS): immerito (Hoffmann)?

3 contractus F<sup>1</sup> 4 red'ditam F<sup>2</sup> 9 regnauerit F: ἢ ἀποσφραγίσας B 10 erat F<sup>1</sup> 12 fasum F 14 non om. F<sup>1</sup>, uertunt B et BS 19 iulianus] λαεμ B 20 qu'i'a F<sup>2</sup> 21 et annorum uiginti quinque erat] καὶ ἀφῆλίζ ἐστι B 30 quod si ... dicitur] ἦτις, εἰ μὴ ἢν πλάστη, ἢ δῦνατο ὁρθῶς λέγεσθαι διαθήκη BS 33 adscribit F<sup>1</sup> 34 a se] lse F<sup>2</sup>, e se primam, deinde manu eadem a se F<sup>2</sup> 35 testamento] in testamento F<sup>2</sup> 39 se] si F<sup>1</sup> 42 cum ... p. 825, 1 computantur] non aliter Graeci: ὅποτε οὔτε κατὰ τὸ πολιτικὸν οὔτε κατὰ τὸν πραιτωρὰ οὔτε μὴν ἔξτρα ὄρδινεμ ψηφίζονται εἰς ἀριθμὸν προσώπων οἱ οἰκέται BS, οὔτε γάρ τῶ νόμῳ γνωρίζεται B (Anon.). sed ut recte dicitur seruum neque ordinario iure neque extra ordinem agere posse, ita inepte personam eum non habere ne extra ordinem quidem

extra ordinem computantur<sup>1</sup>: praeterquam quod fauorabiliter diui Marcus et Commodus rescripserunt, cum seruus quereretur, quod tabulae testamenti, quibus ei data erat libertas, subprimerentur, admittendum ad suppressi testamenti accusationem.

ULPIANUS libro septimo de officio proconsulis. Quicumque nummos aureos [B. 60, 41, 8] S partim raserint, partim tinxerint uel finxerint: si quidem liberi || sunt, ad bestias dari, si f. 408 serui, summo supplicio adfici debent.

IDEM libro octauo de officio proconsulis<sup>2</sup>. Lege Cornelia cauetur, ut, qui [B. 60, 41, 9] S in aurum uitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flauerit, falsi crimine teneri. Eadem poena adficitur etiam is qui, cum prohibere tale quid posset, non prohibuit. Eadem lege exprimitur, ne quis nummos stagnaeos plumbeos emere uendere dolo malo nellet. Poena<sup>3</sup> legis Corneliae irrogatur ei, qui quid aliud quam in testamento<sup>4</sup> [Coll. 8, 7, 1] sciens dolo malo falsum signauerit signarius curauerit, item qui<sup>5</sup> falsas testationes faciendas testimoniae falsa inuicem dicenda<sup>6</sup> dolo malo coierint. Qui delatorem summisit [(Coll.)] in causa pecuniaria, eadem poena tenetur, qua tenentur hi qui ob instruendas lites pecuniam acceperunt.

MACER libro primo publicorum. De eo, qui ei in cuius potestate est eique [B. 60, 41, 10] S qui in eadem potestate est adscripserit, nihil senatus consultis cauetur: sed hoc quoque casu committitur in legem, quia huius rei emolumentum ad patrem dominumue pertinet, ad quem pertineret, si filius seruusue sibi adscripsissent. Illud constat, si extraneo quis adscripserit legatum, licet postea uiuo testatore in potestate eum habere coeperit, senatus<sup>10</sup> consultis locum non esse.

MARCIANUS libro primo de iudiciis publicis. Si pater filio suo militi, quem [B. 60, 41, 11] Sf habet in potestate, testamento commilitonis filii aliquid adscripserit, quem commilitonem in militia nouit: quia patri non acquiritur, extra poenam est. et cum matri filius adscripserat, diui fratres rescripserunt, cum iussu testatoris hoc scripsit, impunitum eum esse ma-<sup>25</sup> tremque capere posse.

PAPINIANUS libro tertio decimo responsorum. Cum falsi reus ante crimen [B. 60, 41, 12] P illatum aut sententiam dictam uita decedit, cessante Cornelia quod scelere quaesitum est heredi non relinquitur.

IDEM libro quinto decimo responsorum. Falsi nominis uel cognominis ad- [B. 60, 41, 18] P seueratio poena falsi coeretur. Ordine decurionum decem annis aduocatum motum, qui falsum instrumentum cognoscente praeside recitauit, post finem temporis dignitatem respondi recipere, quoniam in Corneliā falso recitato, non facto non incidit. eadem ratione plebeium ob eandem causam exilio temporario punitum decurionem post reditum recte creari.<sup>34</sup>

PAULUS libro uicensimo secundo quaestionum. Filius emancipatus cum [B. 60, 41, 14] P scriberet patris testamentum, iussu patris seruo communi Titii et suo legatum adscripsit: quaero quis exitus quaestionis sit. respondit: plures quaestiones coniunxisti. et quidem quantum ad senatus consultum, quo prohibemur nobis uel his, quos in potestate habemus, F(XYMOG)

<sup>1</sup> computantur] putantur uel consistere posse putantur (u. i.)? <sup>2</sup> sub titulo de poena legis Corneliae testamentariae add. Coll. <sup>3</sup> praeterea factum est senatus consultum Libone et Statilio Tauro consulibus (a. p. Chr. 16: in codd. hoc loco est statilio et tauro consulibus, item post curauerit in fine capitis licinio u et tauro cons. ortum ex liu et tauro), quo poena Coll. <sup>4</sup> in testamento] testamentum Coll. <sup>5</sup> ad ins. (u. ad p. 822, 38) <sup>6</sup> aut consignanda ins. Coll.

1 fauorabiliter F<sup>1</sup> 5 raserit partim tinxerit uel finxerit F<sup>2</sup>: οἱ τὰ νομίσματα περικόπτοντες ἢ πλάττοντες BS | ad bestias dari] quasi esset aureos dare uertunt BS: χρυσοῦ νομίσματα διδόναι 9 possit F<sup>1</sup> 11 qui quid] quidquid Coll. 12 dolo malo falsum om. Coll. | signaueriuae Coll. (Ber.) | item qui (quod Coll.) falsas testationes faciendas testimoniae (testamenta uel Coll.) falsa ... coierint] εἰ δὲ καὶ πλάστὰ ἐκμαρτύρια ποιήσει τις ἢ ἀμοιβὰδὼν

συγχωρήσοῦσι τινες πλάστῶς ἀλλήλοισ μαρτυρήσαι BS 14 ob instruendas] F<sup>2</sup>, in obstruendas F<sup>1</sup>: ἐπὶ τῷ κατασκευάσαι τινὶ δίκην B (Anon.) 16 macer] Μαρκ. B | publicorum] publicorum iudiciorum F<sup>2</sup> | cuius poteste F<sup>1</sup> 19 illud om. F<sup>1</sup> 24 adsc'ri'pserat F<sup>2</sup> 28 sententia'm' F<sup>2</sup> 32 cognoscente] cognoscant F<sup>1</sup> 33 cornelia'm' F<sup>2</sup> 34 exilium F<sup>2</sup> 36 suo] om. F<sup>1</sup>, sui F<sup>2</sup>



adscribere legatum, emancipatus quoque filius eadem poena tenebitur, licet iussu patris scripserit: excusatus enim is uidetur qui in potestate est sic ut seruus, si tamen iussum  
 1 ex subscriptione testatoris appareat: sic enim inueni senatum censuisse. Sequens quaestio est, an, quoniam placet id quod illicite scriptum est pro non scripto esse, quod seruo communi scribentis et alterius adscriptum est, utrum in totum pro non scripto sit an quantum ad eum tantum qui adscripsit, ceterum socio totum debeatur. et inueni Marcellum apud Iulianum adnotasse. nam cum Iulianus scripsisset, si sibi et Titio scripsisset aut seruo communi, cum pro non scripto sit<sup>1</sup>, facillime quaeri<sup>2</sup> posse, quantum Titio et socio acquiratur ita: adicit iste<sup>3</sup> Marcellus: quemadmodum socio debetur, si quasi falsum  
 2 nomen serui subducitur? quod et in praesenti quaestione obseruandum est. Maritus seruus<sup>10</sup> dotalem manumisit et in testamento eius legatum sibi adscripsit. quaesitum est, quid mulier ex lege Iulia consequi possit. respondi: et patronum incidere in poenam edicti diui Claudii dicendum est et filium emancipatum, licet praeteriti possint petere possessionem bonorum. ergo si nihil ¶ habet patronus ex bonis liberti, non tenebitur mulieri. an ideo<sup>1405</sup> teneri potest, quod adiectum est in lege 'aut dolo fecit, quo minus ad eum perueniat'?<sup>15</sup> sed nihil fecit in fraudem mulieris: non enim aduersus illam hoc excogitauit. an ideo non denegamus huic actiones, quoniam alii restitutus est? adquin cum is, qui sibi iussu testatoris legatum adscripsit, etiam si<sup>4</sup> fidei suae, similiter iubente testatore, commisisset, ut id alii restitueret, senatus iussit eum nihilo minus legato abstinere idque apud heredem remanere cum onere fideicommissi.<sup>30</sup>

15 CALLISTRATUS libro primo quaestionum. Diuus Claudius edicto praecepit [E. 60, 41, 15] P adiciendum legi Corneliae, ut, si quis, cum alterius testamentum uel codicillos scriberet, legatum sibi sua manu scripserit, proinde teneatur ac si commisisset in legem Cornelianam, et ne uel is uenia detur, qui se ignorasse edicti seueritatem praetendant. scribere autem sibi legatum uideri non solum eum qui manu sua id facit, sed etiam qui per seruum suum<sup>25</sup>  
 1 uel filium, quem in potestatem habet, dictante testatore legato honoratur. Plane constitutionibus principalibus cauetur, ut, si testator specialiter subscriptione sua declarauerit dictasse seruo alicuius, ut domino eius legatum ab heredibus suis daretur, id ualere, nec generalem subscriptionem testatoris ualere aduersus senatus consulti auctoritatem et ideo legatum pro non scripto habendum et seruo, qui etiam sibi legatum adscripsit, ueniam<sup>30</sup>  
 2 abstinentibus. Item senatus censuit, ut, si seruus domini sui iussu testamento codicillibus libertatem sibi adscripserit, ob eam rem, quod ipsius manu adscriptum est, minus liber sit: sed libertas ei ex fideicommissi causa praestatur: si modo post eam scripturam manu  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> quod sibi adscripsit *ins.* (u. i.: *similiter Keller inst. p. 367*)?      <sup>2</sup> *requiritur exquiri*  
<sup>3</sup> *istic (Tydeman)?*      <sup>4</sup> *si del.*

4 i'd F<sup>2</sup> 5 commune F<sup>2</sup> | et 'ad' alt. F<sup>2</sup>  
 7 nam cum *seq.*] ἐὰν γὰρ ἑαυτῷ καὶ Τιτίῳ  
 προσγράψῃ τις ἢ δοῦλῳ ἐπικοίνῳ (= si sibi et  
 Titio scripsisset aut seruo communi), λέγει  
 ὁ Ἰουλιανός (= Iulianus ait), ἐπειδὴ πρὸ νόμ  
 σκριπτῷ ἐστὶ τὸ καταλειφθέν (= cum pro non  
 scripto sit quod relictum est), εὐχερῶς δύνα  
 ται ζητεῖσθαι (= facile quaeri potest), πόσον  
 τῷ Τιτίῳ ἢ τῷ κοινῶν προστίθεται (= quan  
 tum Titio aut socio acquiratur). καὶ τὰ ἄλλα  
 εἰπόντος Ἰουλιανοῦ προστίθεται ὡς νοτεῶν ὁ  
 Μάρκελλος BS (Dor.) | iulianus re'scripsisset  
 si F<sup>2</sup> 9 adquaeratur F<sup>2</sup> | iste] F<sup>2</sup>, ipse F<sup>2</sup>  
 13 possessionem bonorum] posnorum F<sup>2</sup>, bo  
 norum F<sup>2</sup>, bonorum possessionem F<sup>2</sup> 16 nihil  
 'perfecit' F<sup>2</sup>: οὐδὲν ἐποίησεν BS 18 at  
 scripsit F<sup>2</sup> | fidei suae] f, fideiusu'm'ae F<sup>2</sup>  
 19 ut id] uti ad F | abstinere] se abstinere F<sup>2</sup>

20 h'onere F<sup>2</sup> 24 praetendat F 25 fecit F<sup>2</sup>  
 26 dictantem F 29 subscripti'onem F<sup>2</sup> 30 et  
 seruo qui etiam sibi legatum] et seruo sibi Y,  
 et qui etiam seruo legato sibi X, et qui etiam  
 seruo (seruo om. M<sup>2</sup>C) sibi legatum MOC. ad  
 sibi Hugolinus notat in cod. X: et subandi et  
 ei qui etc. in libro Gual[fredi] et Ro[gerii] uel  
 ei et qui sibi legatum ascripsit etc. al. et  
 etiam seruo qui sibi legatum ascripsit. item  
 in quibus uel est ascripserit, alibi ascripsit,  
 alias ascribit | et seruo qui ... ueniam dari]  
 ἐκεῖνο δὲ δοκεῖ ταῖς διατάξεις συντινῶσκεισθαι  
 τὸν οἰκῆτην ἐν διαθήκῃ δεσπότου προσγράψαντα  
 ἑαυτῷ λιγᾶτον BS 31 ego] ergo F: ἀσα  
 λέστερον τοῖνυν νομίζω, φησὶν ὁ Καλλιστράτος  
 BS (Dor.) 32 codicillius'ue F<sup>2</sup> 34 praes  
 tetur F<sup>2</sup>

- 3 sua testator testamento codicilliusue subscripserit. Et quatenus de sola specie fideicommissae libertatis hoc senatus consulto continebatur, diuus Pius rescripsit sententiam magis sequendam esse huius senatus consulti quam scripturam: nam seruos, cum dominis suis parent, necessitate potestatis excusari, si tamen accedat domini auctoritas subscribentis se ea dictasse et recognouisse: uideri enim ait ipsius domini manu scripta, cuius uoluntate ea scripta sunt. 'Quod tamen', inquit, 'ad liberas personas, in quas nullum ius testator habuerit, extendi non debet: quaeri tamen debet, an aequae subsequendi<sup>1</sup> necessitas et honesta excusatio est non facientibus, quod non sit concessum'. Matri quoque, cui per seruum suum dictante filio legatum scriptum esset, ueniam tribuendam legis Corneliae placuit. Idem in filiam, quae dictante matre sua per ignorantiam iuris legatum sibi scripserat, senatus censuit. Si quis duobus heredibus institutis adiecerit, ut, si alteruter heres sine liberis decessisset, ei qui superesset et liberos haberet hereditas redderetur uel, si uterque sine liberis decessisset, hereditas (deinde alia manu) scriptori testamenti restitueretur: placet testamentario poenam legis Corneliae remitti. sed benignius est, ut etiam ea, quae supra scripta sunt, simili modo consequatur. 15
- 16 PAULUS libro tertio responsorum. Respondit instrumentorum subreptorum B. 60, 41, 16 P  
1 crimen non esse publici iudicii, nisi testamentum alicuius subreptum arguatur. Paulus respondit legis Corneliae poena omnes teneri, qui etiam extra testamenta cetera<sup>2</sup> falsa signassent. Sed et ceteros, qui in rationibus tabulis litteris publicis aliaue qua re sine consignatione falsum fecerunt uel, ut uerum non appareat, quid celauerunt subripuerunt<sup>3</sup> deleuerunt subiecerunt resignauerunt, eadem poena adfici solere dubium non esse.
- 17 IDEM libro tertio fideicommissorum. Cum quidam sua manu seruum sibi B. 60, 41, 17 P  
legatum scripsisset et eum manumittere rogatus esset, seruatus censuit ab omnibus heredibus eum manumittendum. f. 404  
24
- 18 IDEM libro tertio sententiarum. Uxori legatum in alieno testamento scribere non prohibemur. Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, etsi B. 60, 41, 18 P  
suspectus esse praesumitur, quod ultro tutelam uidebitur affectasse<sup>3</sup>, tamen, si idoneus esse adprobetur, non ex testamento, sed ex decreto tutor dandus est. nec excusatio eius admittitur, quia consensisse uideatur uoluntati testatoris. 29
- 19 IDEM libro quinto sententiarum, Qui falsam monetam percusserint, si id<sup>4</sup> B. 60, 41, 19 P  
totum formare noluerunt, suffragio iustae poenitentiae absoluuntur. Accusatio suppositi partus nulla temporis praescriptione depellitur, nec interest, decesserit nec ne ea, quae partum subdidisse contenditur. BS. 40, 5, 2
- 20 HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. Falsi poena coercentur et B. 60, 41, 20 P  
qui ad litem instruendam aduocatione testibus pecuniam acceperunt, obligationem pactionem fecerunt, societatem inierunt, ut aliquid eorum fieret curauerunt. 35
- 21 PAULUS libro singulari ad senatus consultum Turpillianum. Qui duobus B. 60, 41, 21 P  
in solidum eandem rem diuersis contractibus uendidit, poena falsi coeretur, et hoc est *F(XYMOG)*

<sup>1</sup> subsequendi] iis obsequendi?    <sup>2</sup> cetera?    <sup>3</sup> etsi suspectus esse praesumitur quod ultro tutelam uidebitur affectasse] ut suspectus a tutela remouendus est, ad quam ultro uidetur affectasse *Paulus, a quo absunt quae sequuntur*    <sup>4</sup> in?

7 non debet] non habet *F<sup>2</sup>* | an (an *om. F<sup>2</sup>*) aequae subsequendi necessitas *seq.*] μήποτε ὁμοίως ἔχει ἀνάγκη καὶ ὁ ἐλεύθερος πεισθῆναι τῷ κελεύοντι *BS* 9 esset ueniam tribuendam] esse tuendam tribuendam *FX<sup>2</sup>*, esse tuendi tribuendam *Y<sup>2</sup>*, esse tuendum tribuendam *Y<sup>2</sup>*, esse ueniam tribuendam *X<sup>2</sup>M<sup>2</sup>OC*, *om. in sp. uacuo M<sup>2</sup>*: ad tribuendam sic adnotat *Hugolinus in cod. X* (cf. *Savigny Gesch.* 4, 67): id est dandam: in libro *Bulg[ari]* et *Gualfre[di]* et *Ro[gerii]* tuendam et deest tribuendum. item alias scriptum est. sed tunc

subaudi scriptum est scilicet esse tuendam legis tribuendum et cetera (*sic omnia*): συγκρίσκειται ἡ μήτηρ *B* (*Anon.*) 14 uenignius *F<sup>2</sup>* 16 responsorum 'paulus' respondit *F<sup>2</sup>* 19 sine consignatione] sine cognitione *XY<sup>2</sup>OC*, sine cogitatione *M, om. Y<sup>2</sup>* 20 fecerit'unt *F<sup>2</sup>* 21 deleuerunt *om. F<sup>2</sup>*: cf. p. 824, 9 et *Paulus* 5, 25, 4 27 subspectus esset praesumitur *F<sup>2</sup>* 30 si id totum formare noluerunt] μή μορφώσας τὰ νομίσματα, ἀλλὰ μόνον τύψας αὐτὰ *B* 31 poenitentiae *F* 36 iniecterunt *F<sup>2</sup>*

- dinus Hadrianus constituit. is adiungitur et is qui iudicem corrupit<sup>1</sup>. sed BS. 24, 2, 2 sch. 8 remissius puniri solent, ut ad tempus relegentur nec bona illis auferantur.
- 22 IDEM libro singulari ad senatus consultum Libonianum. Impuberem in hoc B. 60, 41, 22 P edictum incidere dicendum non est, quoniam falsi crimine uix possit teneri, cum dolus 1 malus in eam aetatem non cadit. Si ei filio, qui apud hostes est, adscriperit pater legatum, dicendum est reuerso eo incidere in poenam senatus consulti: quod si ibi decesserit, 2 innocens pater existimatur. Sed et si emancipato filio adscribit, recte id faciet: item in 3 adoptionem dato. Item si seruo, cui moram fecit in fideicommissaria libertate praestanda, adscriperit, dicendum est extra sententiam senatus consulti eum esse, quoniam placet 4 omne, quod per huiusmodi seruum acquisitum est, restitui oportere manumisso. Et si ei 5 seruo, qui bona fide seruit, aliquid adscribit, quod ad cogitationem animi nocens est, quia ei adscribit, quem suum putat: sed quoniam neque legatum neque hereditas bonae fidei 6 possessori acquiritur, dicamus<sup>2</sup> eum poenae eximendum esse. Si dominus adscriperit seruo legatum, cum liber erit, dicimus senatus consulto dominum excusatum esse, qui 7 compendio suo nullo modo prospexerit. eadem et de filio postea emancipato dici potest<sup>3</sup>. 8 Qui codicillos ante testamentum factos, in quibus legatum ei adscriptum erat, confirmat, 9 in senatus consultum incidit: quod et Iulianus scribit. Adimendo quoque aliquid<sup>4</sup> incidere in poenam debet, quasi sibi aliquid dederit: ueluti si seruo legato sibi eodemque<sup>5</sup> manumisso libertatem sua manu ademerit (hoc ita, si uoluntate testatoris ademerit: nam si ignorante eo, libertas ualet): item si, rogatus restituere legatum sibi adscriptum, fideicom- 10 missum ademerit. Qui<sup>6</sup> liberti adsignationem sua manu adscripsit, non uerbis, sed sententia 11 senatus consulti tenetur. Item non continetur uerbis seruus, qui alieno testamento fideicommissam libertatem sibi adscripsit. sed de hoc<sup>7</sup> potest haesitari, quoniam, ut supra diximus, senatus ita demum ei, qui sibi libertatem fideicommissam in testamento domini adscripsit, poenam remisit, si dominus subscripsit. immo magis dicendum est hunc contra 12 senatus consultum facere, quam eum qui legatum sibi adscribit, cum libertas omnimodo 13 ipsi competitura sit, legatum autem domino acquiri possit. Si testamentarius seruo suo fideicommissam libertatem dederit, uideamus, ne extra poenam sit, quoniam nullum ipsius commodum est: nisi ideo adscriperit, ut seruus magno pretio redimatur ab eo et manumittatur. Sed et ille, qui, cum Titio fundus legaretur, adiecit sua manu condicionem pe- 14 cuniae sibi dandae, in uoluntatem senatus consulti incidit. Qui autem uoluntate || patris se l. 49<sup>1</sup> exheredat uel legatum sibi adimit, neque uerbis senatus consulti neque sententia continetur.
- 23 IDEM libro singulari de poenis paganorum. Quid sit falsum, quaeritur: et B. 60, 41, 22 P uidetur id esse, si quis alienum chirographum imitetur aut libellum uel rationes intercidat uel describat, non qui alias in computatione uel in ratione mentitur.
- 24 SCAEUOLA libro uicensimo secundo digestorum. Aithales seruus, cui testa- B. 60, 41, 24 A mento Betiti Callinici per fideicommissum libertas et portio hereditatis relicta erat ab his, qui ex undecim portionibus heredes erant instituti, professus est iudicium apud Maximillam filiam testatoris ex parte duodecima heredem scriptam: se posse probare falsum testamentum Betiti Callinici. et apud magistratus interrogatus a Maximilla professus est probaturum, quemadmodum falsum sit factum testamentum. et cum in crimen falsi subscripsisset Maximilla in scriptorem testamenti et Proculum coheredem, acta causa praefectus urbi *F(XYMO C)*

<sup>1</sup> corrupit?    <sup>2</sup> dicimus (edd.)?    <sup>3</sup> possunt (u. i.)?    <sup>4</sup> aliquando?    <sup>5</sup> eidemque (edd.)?  
<sup>6</sup> sibi ins.    <sup>7</sup> idem Graeci (ἀλλὰ δύνανται τις περί τούτων ἀπορίσαι BS): non ins.

1 constitu't is F<sup>2</sup> | adiuniungitur F | qui bis F 2 relegantur F 7 existimetur F<sup>2</sup> | adscribat F<sup>2</sup> 11 adscrib's'it F<sup>2</sup>: προγράψει BS 15 emancipato || 'dici potest F<sup>2</sup>: τὰ αὐτὰ λέγονται καὶ περί πατρός cet. BS (Dor.) 18 's'ibi F<sup>2</sup> 20 uale'bi't F<sup>2</sup> 21 qui ... adscripsit] ὁ ἐαυτῷ προγράψας BS | ma'd'nu F<sup>2</sup> 23 haesitare F<sup>2</sup> 25 'sub'scripsit F<sup>2</sup> |

dicendum h'est F<sup>2</sup> 28 sit] est F<sup>2</sup> | nullam F<sup>2</sup> 30 manu 'in' cond. F<sup>2</sup> 33 qu'a'critur F<sup>2</sup> 34 intercid'at F<sup>2</sup> 35 uel 'describat F<sup>2</sup> | menti'un'tur F<sup>2</sup>: εἰ τις ... ψεύσεται BS 36 aithales] 'Αθάλλης BS 37 netiti F: Βέτιτος BS | callinici] callinici domini F<sup>2</sup> 40 netiti F 42 caus'a' F<sup>2</sup>

falsum testamentum non esse pronuntiauit et Maximillae partem duodecimam a fisco cogi iussit. quaesitum est, an Aithaleti libertas et fideicommissum post haec facta debeantur. respondit secundum ea quae proponerentur deberi.

- 25 **ULPIANUS** libro septimo ad edictum. Qui nomine praetoris litteras falsas [B. 60, 41, 25] *E* reddidisse edictumue falsum proposuisse dicitur, ex causa actione in factum poenali tenetur, 5 quamquam lege Cornelia reus sit.
- 26 **MARCELLUS** libro trigensimo digestorum. Si quis patris sui testamentum [B. 60, 41, 26] *E* aboluerit et, quasi intestatus decessisset, pro herede gesserit atque ita diem suum obierit: inatissime tota hereditas paterna heredi eius eripietur. 9
- 27 **MODESTINUS** libro octauo regularum. Eos, qui diuersa inter se testimonia [B. 60, 41, 27] *E* 1 praebuerunt, quasi falsum fecerint, et praescriptio legis teneri pronuntiat. Et eum, qui contra signum suum falsum praebuit testimonium, poena falsi teneri pronuntiatum est. de inpudentia eius<sup>1</sup>, qui diuersa duobus testimonia praebuit, cuius ita anceps fides uacillat, 2 quod crimine falsi teneatur, nec dubitandum est. Qui se pro milite gessit uel illicitis insignibus usus est uel falso diplomate uias commeauit, pro admissi qualitate grauissime 15 puniendus est.
- 28 **IDEM** libro quarto responsorum. Si, a debitore praelato die, [B. 60, 41, 28. BS. 22, 1, 82] *E* pignoris obligatio mentiatur, falsi criminis locus est.
- 29 **IDEM** libro singulari de enucleatis casibus. Si quis obrepserit praesidi pro- [B. 60, 41, 29] *E* uinciae, tam per acta quam per libelli interpellationem nihil agit. immo si accusatus fuerit, 20 poenam temerari<sup>2</sup> luit: proinde enim punitur, atque si falsum fecerit. sunt enim rescripta de ea re: sufficit autem unum argumenti causa referre, cuius uerba haec sunt. 'Alexander Augustus Iulio Marullo. Si libello dato aduersarius tuus ueritatem in precibus ab eo datis non adiecit, subscriptione uti non potest: immo si accusatus fuerit, et poenam inferre debet'. 24
- 30 **IDEM** libro duodecimo pandectarum. Lege Cornelia testamentaria obligatur, [B. 60, 41, 30] *E* 1 qui signum adulterinum fecerit sculpsit. De partu supposito soli accu- [BS. 40, 5, 1 sch. 3] sant parentes aut hi, ad quos ea res pertineat: non quilibet ex populo ut publicam accusationem intendat.
- 31 **CALLISTRATUS** libro tertio de cognitionibus. Diuus Plus Claudio rescripsit [B. 60, 41, 31] *E* pro mensura cuiusque delicti constituendum in eos, qui apud iudices instrumenta protule- 30 runt, quae probari non possint: aut si plus meruisse uideatur, quam ex forma iurisdictionis pati possint, ut imperatori describatur<sup>3</sup> aestimatur, quatenus coerceri debeant. sed diuus Marcus cum fratre suo pro sua humanitate hanc rem temperauit, ut, si (quod plerumque euenit) per errorem huiusmodi instrumenta proferantur, ignoscatur eis, qui tale quicquam protulerint. 35
- 32 **MODESTINUS** libro primo de poenis. Hodie qui edicta proposita dolo malo [B. 60, 41, 32] *E* 1 corrumpunt, || falsi poena plectuntur. Si uenditor mensuras publice probatas uini, fru- q. 92 f. 405 menti uel cuiuslibet rei, aut emptor corruerit doloue malo fraudem fecerit: quanti ea res est, eius dupli condemnatur: decretoque diui Hadriani praeceptum est in insulam eos relegari, qui pondera aut mensuras falsassent. 40
- 33 **IDEM** libro tertio de poenis. Si quis falsis constitutionibus nullo auctore [B. 60, 41, 33] *E* habito utitur, lege Cornelia aqua et igni ei interdicatur.

*F(XYMOC). Petrus 3, 31 = l. 32 (usque ad u. 39 condemnatur)*

<sup>1</sup> de inpudentia eius *del.*    <sup>2</sup> temptati (u. i.)? uel *ins.* commissi    <sup>3</sup> de ea re scribatur?

1 maximill'a'e *F*<sup>2</sup> 2 libertum *F*<sup>2</sup> 3 deberi *om.* *F*<sup>1</sup>: καὶ ἀπεκρίνατο ὁ Σκαεβόλας χρεωστεῖσθαι αὐτὴν *BS* (*Dor.*) 11 et praescriptio legis teneri pronuntiat] et (*et om. C*) praescriptio (praescripto *X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>M<sup>2</sup>C*) legis teneri pronuntiatum est *XYMOC* 15 fa'l'so *F*<sup>2</sup> | grauissim'e *F*<sup>2</sup> 17 a debitore praelato die] εἰς τὴν ὁ χρεωστὴς θέλων τῷ μεταγενεστέρῳ αὐτοῦ δανεῖσθαι βοηθεῖν προτάξῃ τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνεχρύου *BS* 18 crimine *F* 21 temerari] *F*<sup>2</sup>,

temeratorii *F*<sup>2</sup>, temeratoris *XIMO*, testatoris *C* 23 maryllo *F* | pr'a'ecibus *F*<sup>2</sup> 31 possint *om.* *F*<sup>1</sup> | plus] plus eos *F*<sup>2</sup> 34 'euenit *F*<sup>2</sup> 36 primo] ii *Petr.* 37 corrumpit *F*<sup>1</sup> | falci *F*<sup>2</sup> | plectuntur u' si *F*<sup>2</sup> | publice probatas frumenti uini *YM Petr.*, frumenti uini publice probatas *X* 38 dolo maloue *M* | fraude *X* 39 eius *om. Petr.* | dupli condemnatur (condemnat *Y*<sup>2</sup>) *XIOC Petr.*, dupl'ic'o || condemnatur *F*<sup>2</sup>, duplo condemnatur *M* 40 qui] gal *F*<sup>2</sup>

XI.

DE LEGE IULIA REPETUNDARUM

8

- 1 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Lex Iulia repetundarum per- B. 60, 43, 1 S  
tinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu potestate curatione legatione uel quo alio  
1 officio munere ministeriue publico cepit, uel cum ex cohorte cuius eorum est. Excipit s  
lex, a quibus licet accipere: a sobrinis propioreue gradu cognatis suis<sup>1</sup>, uxore.
- 2 SOAEUOLA libro quarto regularum. Datur ex hac lege et in he- Pon. 24, 80. B. 60, 43, 2 S  
redes actio intra annum dumtaxat a morte eius qui arguebatur.
- 3 MACER libro primo publicorum. Lege Iulia repetundarum tenetur, qui, cum B. 60, 43, 3 S  
aliquam potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum uel non iudicandum decernendum<sup>2</sup> 10  
acceperit:
- 4 UENULEIUS SATURNINUS libro tertio publicorum iudiciorum. uel quo magis B. 60, 43, 4 S  
aut minus quid ex officio suo faceret.
- 5 MACER libro primo publicorum. In comites quoque iudicum ex hac lege iu- B. 60, 43, 5 S  
dicium datur. 15
- 6 UENULEIUS SATURNINUS libro tertio publicorum iudiciorum. Eadem lege B. 60, 43, 6 S  
tenentur, qui ob denuntiandum uel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperint.
- 12 Hac lege damnatus testimonium publico dicere aut iudex esse postulareue prohibetur. Lege  
Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem legendum mittendumue aes accipiat, neue  
quis ob sententiam in senatu consilione publico dicendam pecuniam accipiat, uel ob accu-<sup>10</sup>  
sandum uel non accusandum: utque urbani magistratus ob omni sorde se abstineant neue  
plus doni muneris in anno accipiant, quam quod sit aureorum centum.
- 7 MACER libro primo iudiciorum publicorum. Lex Iulia de repetundis prae- B. 60, 43, 7 S  
cipit, ne quis ob iudicem arbitrumue dandum mutandum iubendumue ut iudicet: neue ob  
non dandum non mutandum non iubendum ut iudicet: neue ob hominem in uincula publica<sup>15</sup>  
coiciendum uinciendum uinciriue iubendum exue uinculis dimittendum: neue quis ob ho-  
minem condemnandum absoluendumue: neue ob litem aestimandum iudiciumue capitis pe-  
1 cuniaue faciendum uel non faciendum aliquid acceperit. Apparet autem, quod lex ab  
exceptis quidem in infinitum capere permittit, ab his autem, qui hoc capite enumerant,  
2 a nullo neque ullam quantitatem capere permittit. Illud quoque cauetur, ne in acceptum<sup>10</sup>  
feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandum praebendum adpraehenden-  
3 dum<sup>3</sup>, sarta tecta tuenda, antequam perfecta probata praestita lege erunt. Hodie ex lege  
repetundarum extra ordinem puniuntur et plerumque uel exilio puniuntur uel etiam durius,  
prout ad miserint. quid enim, si ob hominem necandum pecuniam acceperint? uel, licet  
non acceperint, calore tamen inducti interfecerint uel innocentem uel quem punire non<sup>15</sup>  
debuerant? capite plecti debent uel certe in insulam deportari, ut plerique puniti sunt.
- 8 PAULUS libro quinquagensimo quarto ad edictum. Quod contra B. 60, 43, 8. Ep. 16, 6 z B

F(XYMOG)

<sup>1</sup> uxorisue ins. (u. i.)    <sup>2</sup> aduehendum (Menardus)?

2 ad legem iuliam ind. F 4 legatione om. F<sup>1</sup>:  
ἢ ἐν πρεσβείᾳ BS 6 a sobrinis propioreue  
(propioreue F) ... uxore] τοὺς κοκοβρίνοὺς  
καὶ τοὺς ἐγγυτέροὺς τοῦτων συγγενεῖς αὐτῶν  
καὶ τὰς ἰδίας γαμετάς BS similiterque B: suis  
cum sic ut legitur otiosum sit, addendum quod  
supra posui 7 quarto om. F<sup>1</sup> 8 a'n'ctio F<sup>6</sup>  
9 macer] Μαρκ. B | publicorum] publicorum  
iudiciorum F<sup>2</sup> 10 uel non iudicandum om. F<sup>1</sup>:  
ἐπὶ τῷ δικάσαι ἢ ψηφίσασθαι ἢ μὴ ψηφίσασθαι  
B (Anon.) | decerne'n'dumue F<sup>2</sup> 14 publi-  
corum] publicorum iudiciorum F<sup>2</sup> 16 uenu-  
leius ... iudiciorum] hoc loco F<sup>2</sup> cum B et

BS. 21, 1, 14 sch. 2 (ubi § 1 h. l. citatur sic: 818. μη  
τιτ. ια' διγ. ε' θεμ. β'), pōst' prohibetur u. 18 F<sup>1</sup>  
17 'testimonium F<sup>4</sup> | acc'ipiendum eperint F<sup>3</sup>  
18 postulariue F<sup>2</sup> 19 ae's' F<sup>2</sup> 24 ne his  
quis F<sup>2</sup> | arbitrumue 'dandum' mutandum F<sup>2</sup>  
26 iu'b'endum F<sup>2</sup> 28 ab exceptis seq.] καὶ  
ἀπὸ μὲν τῶν ὑπεξαίρεθέντων προσώπων ἀορι-  
στῶς ἔξεστι λαμβάνειν, ἀπὸ δὲ τῶν κεκωλυμέ-  
νων οὐδ' ὀτιοῦν B (Anon.) 33 durius] ru-  
rius F<sup>2</sup> 35 calore tamen inducti interfeco-  
rint om. F<sup>1</sup>: ἢ κατὰ θερμότητα φωνήσῃ τισὶ τῶν  
ἀναίτιον B (Anon.) 36 debe'n't F<sup>2</sup>

- 1 legem repetundarum proconsuli uel praetori donatum est, non poterit usu capi. Eadem lex uenditiones locationes eius rei causa pluris minorisne factas irritas facit impeditque usucapionem, priusquam in potestatem eius, a quo profecta res sit, heredisue eius ueniat.
- 9 PAPINIUS libro quinto decimo responsorum. Qui munus publice mandatum accepta pecunia rumpunt, crimine repetundarum postulantur. [B. 60, 48, 9] P 5

## XII.

## R DE LEGE IULIA DE ANNONA R

SE

- 1 MARCIANUS libro secundo institutionum. Constitit inter seruum et dominum [B. 60, 44, 1] S  
iudicium, si annonam publicam fraudasse dicat dominum. 9
- 2 ULPIANUS libro nono de officio proconsulis. Lege Iulia de annona poena [B. 60, 44, 2] S  
statuitur aduersus eum, qui contra annonam fecerit societatemue coierit, quo annona carior  
1 fiat. Eadem lege continetur, ne quis nauem nautamue retineat<sup>1</sup> aut dolo malo faciat, quo  
2 magis detineatur, et poena uiginti aureorum statuitur.
- 3 ¶ PAPIRIUS IUSTUS libro primo de constitutionibus. Imperatores [cf. D. 50, 1, 8. B. 60, 44, 3] E f. 405<sup>1</sup>  
Antoninus et Uerus Augusti in haec uerba rescripserunt: 'Minime aequum est decuriones 15  
1 'ciuibus suis frumentum uilius quam annona exigit uendere'. Item scripserunt<sup>2</sup> ius non  
esse ordini cuiusque ciuitatis pretium grani quod inuenitur statuere. item in haec uerba  
rescripserunt: 'Etsi non solent hoc genus nuntiationis mulieres exercere, tamen quia de-  
monstraturam te quae ad utilitatem annonae pertinent polliceris, praefectum annonae do-  
'cere potes'. 20

## XIII.

R AD LEGEM IULIAM PECULATUS ET DE SACRILEGIS ET SEP  
DE RESIDUIS R

- 1 ULPIANUS libro quadragesimo quarto ad Sabinum. Lege Iulia peculatus [B. 60, 45, 2] S  
cauetur, ne quis ex pecunia sacra religiosa publicaue auferat neue interceptat neue in rem 25  
suam uertat neue faciat, quo quis auferat interceptat uel in rem suam uertat, nisi cui uti-  
que lege licebit: neue quis in aurum argentum aes publicum quid indat neue immisceat  
neue quo quid indatur immisceatur faciat sciens dolo malo, quo id peius fiat.
- 2 PAULUS libro undecimo ad Sabinum. Lege Iulia de residuis tenetur, qui [B. 60, 45, 3] S  
publicam pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit neque in eum consumpsit. 30
- 3 ULPIANUS libro primo de adulteriis. Peculatus poena aquae et ignis inter- [B. 60, 45, 1] S<sup>1</sup>  
dictionem, in quam hodie successit deportatio, continet. porro qui in eum statum dedu-  
citur, sicut omnia pristina iura, ita et bona amittit.
- 4 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. Lege Iulia peculatus tenetur, [B. 60, 45, 5] S  
1 qui pecuniam sacram religiosam abstulerit interceperit. Sed et si donatum deo immortalis 35  
2 abstulerit, peculatus poena tenetur. Mandatis autem cauetur de sacrilegiis, [(B) Ep. 14, 26]  
ut praesides sacrilegos latrones plagiarios conquirant et ut, prout quisque deliquerit, in  
eum animaduertant. et sic constitutionibus cauetur, ut sacrilegi extra ordinem digna [(Ep.)  
poena puniantur.

F(XYMOG)

1 detineat? 2 rescripserunt (edd.)?

3 perfecta F: εως αν υποστρέψη προς τον δόντα  
B (Anon.) 4 qui munus (minus F<sup>1</sup>) publice  
mandatum accepta pecunia rumpunt F: οι  
το ανταλλέν αγτοις δημόσιον λειτουργημα δια-  
φθειροντες B (Anon.) 7 iulia 'de' annona F<sup>2</sup>  
9 fraud'esse F<sup>3</sup> 14 papinianus F<sup>4</sup>, Πα-  
μιαν. B | imperatorii F 16 ius non esse

ordini (ordinei F<sup>2</sup>) cuiusque ciuitatis pretium  
grani quod inuenitur statuere] ογτε δε αγτοις  
εξετιν οριζειν τιμας του ciroy B (Anon.)  
19 te] tame F<sup>4</sup> | qu'a'e F<sup>2</sup> 22 sacrilegiis  
ind. F 25 peculia F<sup>1</sup> 27 indet F 30 de-  
legatum F<sup>1</sup> 31 adulteriis F<sup>2</sup>

- 5 (4, s) IDEM libro quarto decimo. Lege Iulia de residuis tenetur is, apud quem ex [B. 60, 45, 4 S] locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit<sup>1</sup> aliaue qua causa pe-  
 1 (4) cunia publica reesedit. Sed et qui publicam pecuniam in usu aliquo<sup>2</sup> acceptam retinuerit  
 2 (5) nec erogauerit, hac lege tenetur. Qua lege damnatus amplius tertia parte quam debet  
 3 (6) punitur. Non fit locus religiosus, ubi thesaurus inuenitur<sup>3</sup>: nam et si in monu- [B. 60, 45, 5 S]  
 mento inuentus fuerit, non quasi religiosus<sup>4</sup> tollitur. quod enim sepelire quis prohibetur,  
 id religiosum facere non potest: at pecunia sepeliri non potest, ut et mandatis principa-  
 4 (7) libus cauetur. Sed et si de re ciuitatis aliquid subripiat<sup>5</sup>, constitutionibus principum diuo-  
 rum Traiani et Hadriani canetur peculatus crimen committi: et hoc iure utimur. 9  
 6 (5) IDEM libro quinto regularum. Diui Seuerus et [B. 60, 45, 6. Coll. const. eccl. 2 p. 1307 Uoell. S]  
 Antoninus Cassio Festo rescripserunt, res priuatorum si in aedem sacram depositae sub-  
 reptae fuerint, furti actionem, non sacrilegii esse.  
 7 (6) ULPIANUS libro septimo de officio proconsulis. Sacrilegii [BS. 60, 45, 15. Collect. p. 1307 S]  
 poenam debet proconsul pro qualitate personae proque rei condicione et temporis et  
 aetatis et sexus uel seuerius uel clementius statuere. et scio multos et ad bestias damnas-  
 15 sacrilegos, nonnullos etiam uiuos exussisse, alios uero in furca suspendisse. sed moderanda  
 poena est usque ad bestiarum damnationem eorum, qui manu facta templum effregerunt  
 et dona dei in<sup>6</sup> noctu tulerunt. ceterum si qui interdiu modicum aliquid de templo tulit,  
 poena metalli coercendus est, aut, si honestiore loco natus sit, deportandus in insulam est. 19  
 8 (6, 1) IDEM libro eodem. Qui, cum in moneta publica operarentur, extrinsecus [B. 60, 45, 7 S]  
 sibi signant pecuniam forma publica uel signatam furantur, hi non uidentur adulterinam  
 monetam exercuisse, sed furtum publicae monetae fecisse, quod ad peculatus crimen ac-  
 1 (2) cedit. Si quis ex metallis Caesarianis aurum argentumue furatus fuerit, ex edicto diui Pii  
 exilio uel metallo, prout dignitas personae, punitur. is autem, qui furanti sinum praebuit,  
 perinde habetur, atque si manifesti furti condemnatus esset, et famosus efficitur. qui autem 15  
 aurum ex metallo || habuerit illicite et conflauerit, in quadruplum condemnatur. 1.406  
 9 (7) UENULEIUS SATURNINUS libro secundo iudiciorum [Pon. 28, 17. B. 60, 45, 8. Collect. p. 1307 S]  
 publicorum. Peculatus crimen ante quinquennium admissum obici non oportet.  
 10 (8) IDEM ex libro tertio iudiciorum publicorum. Qui tabulam aeream legis<sup>7</sup> for- [B. 60, 45, 9 S]  
 mamue agrorum aut quid aliud continentem refixerit uel quid inde immutauerit, lege Iulia 19  
 1 peculatus tenetur. Eadem lege tenetur, qui quid in tabulis publicis deleuerit uel induxit  
 11 (9) PAULUS libro singulari de iudiciis publicis. Sacrilegi capite [B. 60, 45, 10. Collect. p. 1307 S]  
 1 puniuntur. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilaauerunt. at qui priuata sacra  
**F(XYMO C)**

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): apud quem ex pecunia quam accepit ex locatione emptione alimentaria ratione? <sup>2</sup> in usus aliquos (cf. p. 833, 11)? <sup>3</sup> non fit loco ubi inuenitur religiosus thesaurus? <sup>4</sup> non ins. <sup>5</sup> subripiatur (edd.)? <sup>6</sup> dei in] inde? <sup>7</sup> leges (u. i.)?

1 idem libro quarto decimo] *F<sup>2</sup> cum B:* "ΙΔΕΜ, del. *F<sup>4</sup>* et denuo *F<sup>2</sup>*, in collectione constitutionum ecclesiasticarum (Uoellus uol. 2 p. 1307. 1308) et apud Photium in nomocanone (2, 2, Uoellus uol. 2 p. 894 seq.) quae ex hoc titulo citantur leges 1. 4. 6. 7. 9. 11. 12. 16 numerationem a nobis receptam confirmant: alibi Byzantii ab ea discedunt, ut laudatur sub numero 5 nobis 7 (BS. 60, 45, 15) — n. 8 nobis 9 (Pon. 28, 17 et ad 37, 7) — n. 10 nobis 11 (Pon. 24, 31) — n. 12 nobis 13 (Nomoc. 2, 2 p. 500 Pitr.) | ex locatione ... aliaue qua causa] ἀπό μισθώσεως ἢ ἀγορασίας ἢ ἀπό τοῦ σιτωνικοῦ λόγου ἢ ἀφ' ὧν ἔλαβε χρημάτων ἢ ἐξ ἑτέρας τινός χρείας ἀπέμεινε χρήματα πολιτικά BS (Dor.) 3 publica 'causa reesedit' *F<sup>4</sup>* 9 trahiani *F* 13 libro 'sa' septimo *F<sup>4</sup>* 14 proquo rei *F<sup>2</sup>* | 'et' aetatis *F<sup>2</sup>* 15 a'd' bestias *F<sup>4</sup>* 17 uestiarum *F<sup>2</sup>* | qui manu facta templum effregerunt (effugerunt

*F<sup>2</sup>*) et dona dei in (in del. *F<sup>2</sup>*) noctu tulerunt] τῶν πατρίας ποινεῶν καὶ τὰ δῶρα τοῦ θεοῦ ἐν νυκτὶ ἀφελόμενων BS, ubi cum praeteritur uerba templum effregerunt, interpres potest uideri legisse templa effugerunt idque omisisse ut corruptum 18 ceterum *F<sup>2</sup>* 19 in] is in *F<sup>2</sup>* 20 idem libro eodem] *F<sup>4</sup> cum B:* "ΙΔΕΜ, del. *F<sup>4</sup>* 21 siui *F<sup>2</sup>* 22 accidit *F<sup>2</sup>* 24 digno itas *F<sup>4</sup>* | qui furanti sinum praebuit] *FX<sup>4</sup>Y<sup>2</sup>MC* cum B: ὁ παρ' ἑτέρου κλαπέν ὑποδείξιμενος, qui furanti signum praebuit *X<sup>2</sup>O* et marg. *Y*, inc. *Y<sup>2</sup>* 28 publicorum om. *F<sup>2</sup>* 29 tabulam aeream legis (sic *FX<sup>4</sup>O<sup>4</sup>*, leges *X<sup>2</sup>Y<sup>2</sup>MC*, al. regis supra u. O, inc. O<sup>2</sup>) ... 30 continentem] χαλκὴν πτυχῆ νόμον ἔχουσαν ἢ κήρυκον ἢ ἑτέρον τι B (Διον.) 32 capite om. *F<sup>2</sup>*, uertunt BS 33 publica 'cau' sacra *F<sup>4</sup>*: quasi esset publica uel sacra, uertit interpres: τὰ δημόσια ἢ ἐπὶ σὺλῶντες BS | at] aut *F<sup>2</sup>*

uel aediculas incustoditas temptauerunt, amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur. quare quod sacrum quodue admissum in sacrilegii crimen cadat, diligenter considerandum est. Labeo libro trigensimo octauo posteriorum peculatum definit pecuniae publicae aut sacrae furtum non ab eo factum, cuius periculo fuit, et ideo adituum in his, quae ei tradita sunt, peculatum non admittere. Eodem capite inferius scribit non [Coll.] 5 solum pecuniam publicam, sed etiam priuatam crimen peculatus facere, si quis quod fisco debetur simulans se fisci creditorem accepit, quamuis priuatam pecuniam abstulerit. Is autem, qui pecuniam traiciendam suscepit uel quilibet alius, ad cuius periculum pecunia pertinet, peculatum non committit. Senatus iussit lege peculatus teneri eos, qui iniussu 10 eius, qui ei rei praeerit, tabularum publicarum inspiciendarum describendarumque potestatem fecerint. Eum, qui pecuniam publicam<sup>1</sup> in usus aliquos retinuerit nec erogauerit, hac lege teneri Labeo libro trigensimo octauo posteriorum scripsit. cum eo autem, [Pon. 24, 31] qui, cum prouincia abiret, pecuniam, quae penes se esset, ad aerarium professus retinuerit, non esse residuae pecuniae actionem, quia eam priuatus fisco debeat, et ideo inter debi- 15 tores eum ferri: eamque ab eo is, qui hoc imperio utitur, exigeret<sup>2</sup>, id est pignus capiendo, corpus retinendo, multam dicendo. sed eam quoque lex Iulia residuorum post annum residuam esse iussit.

MARCIANUS libro primo iudiciorum publicorum. Hac lege tenetur, qui in [B. 60, 45, 11] *Sf* tabulis publicis minorem pecuniam, quam quid uenerit aut locauerit, scripserit aliu- quid simile commiserit. Diuus<sup>3</sup> Seuerus et Antoninus quendam clarissi- [Collectio p. 1308] 20 mum inuenem, cum inuentus esset arculam in templum ponere ibique hominem includere, qui post clusum templum de arca exiret et de templo multa subtraheret et se in arculam iterum referret, conuictum in insulam deportauerunt.

ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. Qui perforauerit muros<sup>4</sup> [B. 60, 45, 12] *E* uel inde aliquid abstulerit, peculatus actione tenetur. 25

MARCELLUS libro uicensimo quinto digestorum. Peculatus nequaquam [B. 60, 45, 13] *E* committitur, si exigam ab eo pecuniam, qui et mihi et fisco debet: non enim pecunia fisci<sup>5</sup> intercipitur, quae debitori eius aufertur, scilicet quia manet debitor fisci nihilo minus. 29

MODESTINUS libro secundo de poenis. Is, qui praedam ab hostibus captam [B. 60, 45, 14] *E* subripuit, lege peculatus tenetur et in quadruplum damnatur.

PAPINIANUS libro trigensimo sexto quaestionum. Publica iu- [B. 60, 45, 15. Collectio p. 1308] *P* dicia peculatus et de residuis et repetundarum similiter aduersus heredem exercentur, nec inmerito, cum in his quaestio principalis ablatae pecuniae moueatur.

### F(XYMOG)

<sup>1</sup> acceptam *ins.* (cf. p. 832, 3)    <sup>2</sup> exigit (*edd.*)?    <sup>3</sup> diui?    <sup>4</sup> aedis sacrae *similiaus* *deficiunt* (cf. D. 43, 6, 1)    <sup>5</sup> fisco?

[fures] feres *F*<sup>1</sup> | sacrilege mirantur *F*<sup>1</sup>:  
 ἸΛΑΤΤΟΝ ΔΕ ΤῶΝ ἱερόςῶΝ ΚΟΛῶΝΤΑΙ *BS*  
 3 'I'abeo *F*<sup>2</sup>    7 abstulerit *F*    8 trahien-  
 dam *F*    11 fecerit *F* | eum] eum quoque *F*<sup>2</sup> |  
 er'g'ogauerit *F*<sup>4</sup>    13 cum prouincia abiret] *F*<sup>1</sup>,  
 cum in prouincia abiret *F*<sup>2</sup> et sic, quasi esset  
 in prouinciam abiret, uerterunt interpretes:  
 ἐκδημῶν εἰς τὴν ἐπαρχίαν *BS* (*Dor.*) iisdem-  
 que fere uerbis Ῥομ., ἀπιῶν εἰς ἐπαρχίαν *B*  
 (*Anon.*) interpolatione Byzantii communi. praesides enim ut ex aerario pecunias accipiunt, cum magistratum suscipiunt, ita rationes residuasque pecunias reddunt, cum deponunt (cf. *Aconius in Cornel. p. 72*): denique priuatus

(u. 14) non is est, qui prouinciam regit, sed qui ex prouincia rediit 14 debe'at *F*<sup>2</sup> 22 exi-ge' ret *F*<sup>4</sup> 24 quae in quibusdam *edd. digestorum* tamquam l. 13 [11] § 1 citantur uerba ὁ ἐν θυσιαστηρίῳ ... ἐξοριζέσθω *adscita* ex *Basilicis*, ubi leguntur inter l. 12 [10] et 13 [11] h. t., uere sumpta sunt ex *Prochiro* 39, 58: spectat ad ea scholium *B. 60, 14, 15*: ζητητέον, πῶθεν ἐλήφθη τοῦτο τὸ ... κεφ., εἰς γὰρ τὸ πλάτος τῶν διγ. οὐκ ἔστιν 27 committitur *F* | qu'i' et *F*<sup>2</sup> 28 qu'a'e *F*<sup>4</sup> | qu'a' manet *F*<sup>2</sup>: μένει γὰρ οὐδὲν ἄττον τοῦ φύσκου χρεώτης *BS* 34 ablat'u'ae *F*<sup>4</sup>



## XIII.

## R DE LEGE IULIA AMBITUS R

- 1 **MODESTINUS** libro secundo de poenis. Haec lex in urbe hodie cessat, quia B. 60, 46, 1 *E*  
 1 ad curam principis magistratum creatio pertinet, non ad populi fauorem. Quod si in  
 municipio contra hanc legem magistratum aut sacerdotium quis petierit, per senatus con-  
 2 sultum centum aureis cum infamia punitur. Qua lege damnatus si alium conuicerit, in  
 3 integrum restituitur, non tamen pecuniam recipit. Item is, qui nouum uectigal instituerit,  
 4 ex senatus consulto hac poena plectitur. Et si qui reus uel accusator domum iudicis in-  
 grediatur, per legem Iuliam iudicariam in legem ambitus committit, id est aureorum cen-  
 tum fisco inferre iubetur. 10

## XV.

## R DE LEGE FABIA DE PLAGIARIIS R

SEP

- 1 | **ULPIANUS** libro primo regularum. Si liberum hominem emptor BS. 60, 47, 4 sch. 2 *S L. 40*  
 sciens emerit, capitale crimen aduersus eum ex lege Fabia de plagio nascitur, quo<sup>1</sup> uen-  
 ditor quoque fit obnoxius, si sciens liberum esse uendiderit. 15
- 2 **IDEM** libro nono de officio proconsulis. <sup>2</sup>Sciendum est legem Fa- B. 60, 48, 1. Ep. 16, 37 *S*  
 biam ad eos non pertinere, qui, cum absentes seruos haberent, eos uendiderunt: aliud est  
 1 enim abesse, aliud in fuga esse. Item non pertinere ad eum, qui mandauit seruum fugi-  
 2 tium persequendum et distrahendum: nec enim fugam uendidit. Amplius dicendum est  
 et si quis Titio mandauerit seruum fugitium adprehendendum, ut, si adprehendisset, eum <sup>3</sup>  
 3 emptum haberet, cessare senatus consultum. <sup>3</sup>Hoc autem senatus consulto domini quoque  
 continentur, qui fugam seruorum suorum uendiderunt.
- 3 **MARCIANUS** libro primo iudiciorum publicorum. Legis Fabiae crimine sup- B. 60, 48, 3 *Sf*  
 pressi mancipii bona fide possessor non tenetur, id est qui ignorabat seruum alienum, et  
 qui uoluntate domini putabat id eum<sup>4</sup> agere. et ita de bona fide possessore<sup>4</sup> ipsa lex scripta <sup>5</sup>  
 est: nam adicitur 'si sciens dolo malo hoc fecerit': et saepissime a principibus Seuerus et  
 1 Antonino constitutum est, ne bonae fidei possessores hac lege teneantur. Illud B. 60, 48, 3  
 non est omittendum, quod exemplo legis Aquiliae, si is, propter quem quis in Fabiam com-  
 misit, decesserit, adhuc accusatio et poena legis Fabiae superest, ut et diuus<sup>5</sup> Seuerus et  
 Antoninus rescripserunt. 20
- 4 **GAIUS** libro uicensimo secundo ad edictum prouinciale. Lege Fabia tenetur, qui sciens *E*  
 liberum hominem donauerit uel in dotem dederit, item qui ex earum qua causa sciens  
 liberum esse acceperit, <sup>6</sup>in eadem causa haberi debeat, qua uenditor et emptor habetur.  
 idem et si pro eo res permutata fuerit. 24
- 5 **MODESTINUS** libro septimo decimo responsorum. Respondit eum, qui fugi- B. 60, 48, 4 *E*  
 tium alienum suscepisse et celasse doceatur, ex eo, quod proprietatis quaestionem referret,  
 crimen, si probetur, euitare minime posse.
- 6 **CALLISTRATUS** libro sexto de cognitionibus. Non statim plagiarium esse, B. 60, 48, 5 *E*  
 qui furti crimine ob seruos alienos interceptos tenetur, diuus Hadriannus in haec uerba  
*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> cui (*Brenemianus*)? <sup>2</sup> § 3 locum habuit ante pr. h. l. <sup>3</sup> eum del. <sup>4</sup> de bona fide  
 possessore del. <sup>5</sup> diui? <sup>6</sup> ut et qui dederit et qui acceperit in.

2 ad legem iulia (sic) ind. F 9 aureorum] F<sup>2</sup>,  
 aureos F<sup>2</sup> 12 fauia F<sup>2</sup> et ind. F 13 primo  
 'duplarum' regularum F<sup>2</sup> 14 fauia F  
 16 sciendum F<sup>2</sup> | fauiam F 19 amplius]  
 hoc amplius F<sup>2</sup> 20 fugitiuum F<sup>2</sup> 22 fu-  
 gam om. F<sup>2</sup> 23 fauia F 24 mancipii  
 errore Taur. | bona] bonorum F<sup>2</sup> | et qui uo-

luntate domini putabat 'id eum agere F<sup>2</sup>, à  
 NOMIZON KATA ΓΝΩΜΗΝ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΕΥΕΙΝ ΑΥΤΩΝ  
 B (Anon.) 25 bona'e' fide'i F<sup>2</sup> 26 est  
 om. F<sup>2</sup> 27 fide F<sup>2</sup> 28 fauiam F 29 fa-  
 uia F | seuerus om. F<sup>2</sup> 31 fauia F 38 de  
 c'im'ognitionibus F<sup>2</sup>

- rescripsit: 'Seruos alienos qui sollicitauerit aut interceperit, crimine plagii, quod illi intenditur, teneatur nec ne, facit quaestionem<sup>1</sup>: et ideo non me consuli de ea re oportet, sed quod uerissimum in re praesenti cognoscitur, sequi iudicem oportet. plane autem scire debet posse aliquem furti crimine ob seruos alienos interceptos teneri nec idcirco tamen
- 1 'statim plagiarium esse existimari'. Idem princeps de eadem re in haec uerba rescripsit: 5  
'Apud quem unus aut alter fuerit fugitiuus inuentus, qui operas suas locauerint ut pascerentur, et utique si idem antea apud alios opus fecerint, hunc suppressorem non iure quis
- 2 'dixerit'. Lege Fabia cauetur, ut liber, qui hominem ingenuum uel libertinum inuitum celauerit inuinctum<sup>2</sup> habuerit emerit sciens dolo malo quique in earum qua re socius erit, quique seruo alieno seruauit persuaserit, ut a domino dominaue fugiat, uel eum eamue 10 inuito uel insciente domino dominaue celauerit, inuinctum<sup>2</sup> habuerit emerit sciens dolo malo quique in ea re socius erit, eius poena teneatur.
- 7 HERMOGENIANUS libro quinto iuris epitomarum. Poena pecuniaria statuta [B. 60, 48, 6 P] lege Fabia in usu esse desiit: nam in hoc crimine detecti pro delicti modo coercentur et plerumque in metallum damnantur. 15

## XVI.

## R AD SENATUS CONSULTUM TURPILLIANUM ET DE ABOLITIONIBUS CRIMINUM R

- 1 MARCIANUS libro singulari ad senatus consultum Turpillianum. Accusatorum [B. 60, 1, 10 P\*] temeritas tribus modis detegitur et tribus poenis subicitur: aut enim calumniantur aut 20  
1 praeuaricantur aut tergiversantur. Calumniari est falsa crimina intendere, praeuaricari uera  
2 crimina abscondere, tergiversari in uniuersum ab accusatione desistere. Calumniatoribus  
3 poena lege Remmia irrogatur. Sed non utique qui non probat quod intendit profinus  
calumniari uidetur: nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur, qui reo ab- 24  
soluta de accusatoris incipit consilio quaerere, qua mente ductus ad accusationem pro- f. 407  
cessit, et si quidem iustum eius errorem reppererit, absoluit eum, si uero in euidentia ca-  
4 lumnia eum deprehenderit, legitimam poenam ei irrogat. Quorum alterutrum ipsis uerbis  
pronuntiationis manifestatur. nam si quidem ita pronuntiauerit 'non probasti', pepercit ei:  
sin autem pronuntiauit 'calumniatus es', condemnauit eum. et quamuis nihil de poena  
subiecerit, tamē legis potestas aduersus eum exercebitur: nam, ut Papi- [Pap. 50, 1, 15 pr. 30  
nianus respondit, facti quidem quaestio in arbitrio est iudicantis, poenae uero persecutio  
5 non eius uoluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruat. Quaeri possit, si ita [Pap.]  
fuerit interlocutus: 'Lucius Titius temere accusasse uidetur', an calumniatorem pronuntiasse  
uideatur. et Papinianus temeritatem facilitatis ueniam continere et inconsultum calorem  
6 calumniae uitio carere et ob id hunc nullam poenam subire oportere. Praeuaricatorem 35  
eum esse ostendimus, qui colludit cum reo et translatiue munere accusandi defungitur, eo  
7 quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas uero rei excusationes admitteret. Si  
8 quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit, punitur. Abolitio priuatim a prae-  
F(XYMO C)

<sup>1</sup> facti quaestio est (R. Stephanus: u. i.)?<sup>2</sup> inuinctum (u. i.)?

2 teneatur F<sup>2</sup> | facit quaestionem] FXYMO, facis quaestionem C: ἡ τοῦ φάκτου ζήτησις δείκνυται BS 4 debet] debes uidentur legisse Graeci: εἰδέναι γὰρ σε χρὴ BS 7 et utique si ... opus fecerint] μάλιστα ἐάν καὶ παρ' ἑτέροις τοῦτο ἐποίησαν BS 8 fauia F 9 inuinctum F<sup>2</sup>. cf. Ulpianus (Collat. 14, 3, 4): lege Fabia tenetur, qui ciuem Romanum eamue qui in Italia liberatus sit celauerit inuixerit inuinctum habuerit uendiderit emerit quique in eam rem socius fuerit 10 fugat F |

eamue l' inuito F<sup>2</sup> 11 dominaue'rit' celauerit F<sup>2</sup> | inuinctum F<sup>2</sup>: δεδεμένον σχοῖν BS | emerit om. F<sup>2</sup>, uertunt BS et B 13 quinto] sexto F<sup>2</sup> | iuris om. F<sup>2</sup> 14 fauia F 17 turpillianum ind. F | auolitionibus ind. F 21 praeuaricantur F<sup>2</sup> | autergiversantur F 22 desistere F 23 remmia F<sup>2</sup> 25 accusatoris incipit F<sup>2</sup> 29 es] edd. cum B: εἰ δὲ εἴπῃ ἐσυκοφάντησας, est F 31 poena'ue' uero F<sup>2</sup> 35 nullum F<sup>2</sup> 36 translatiue muneri F

sidibus postulari ac impetrari solet, item pro tribunali, non de plano: nec praesens hanc  
 9 cognitionem alteri demandare potest. Si plura crimina idem eidem intulit, singulorum  
 debet abolitionem petere: alioquin prout quid admisit<sup>1</sup>, eius nomine senatus consulti  
 10 poenam patietur. Accusationem is intulit, qui praescriptione summoueri poterat, ut<sup>2</sup> qui-  
 libet adulterii masculino post quinque annos continuos ex die commissi adulterii uel feminae  
 post sex menses utiles ex die diuortii: an, si desiterit, hoc senatus consulto plecti debet,  
 belle dubitatur. mouet, quod paene nulla erit accusatio, quam temporis spatium aut per-  
 sonae uitium omnimodo remoueret reoque securitatem timoris ac periculi promitteret. contra  
 mouet, quod qualiscumque accusatio illata cognoscentis auctoritate, non accusantis uolun-  
 tate aboleri debet maioreque odio dignus existimaretur, qui temere ad tam improbam ac-  
 11 cusationem processisset. ergo uerius est eum quoque de quo loquimur in senatus consul-  
 tum incidere oportere. adquin Papinianus respondit mulierem, quae idcirco [cf. Pap. l. 4 h. t.  
 ad falsi accusationem non admitteretur, quod suam suorumue iniuriam non persequeretur,  
 desistentem senatus consulto Turpilliano non plecti. num ergo et in ceteris idem respon-  
 surus sit? quid enim interest, propter sexus infirmitatem an propter status turpitudinem<sup>3</sup>  
 temporisue finem ad accusationem aliquam non admittatur? multoque magis excludendi  
 sunt, quod mulieris quidem accusatio uel propter proprium eius dolorem effectum habere  
 potuit, illorum uero accusatio noce dumtaxat tenuis interuenit. adquin [Pap. D. 48, 5, 40, 6  
 idem alias scribit non posse aliquem duos eodem tempore adulterii accusare, marem et  
 feminam, et tamen, si utrique simul denuntiauerit, in utriusque persona abolitionem eum<sup>4</sup>  
 petere debere, ne in hoc senatus consulto incidat. quid porro refert, propter causas [Pap.]  
 supra scriptas accusatio non ualuerit an propter numerum personarum non tenuerit? an  
 haec intersit, plenam habuerit aliquis accusandi facultatem, sed propter personarum con-  
 iunctionem ab accusatione summouetur, an uero stricta ratione quibusdam accusandi fa-  
 cultas non competat? merito itaque dicendum est omnes excepta muliere et minore nisi<sup>5</sup>  
 11 abolitionem petierint, in hoc senatus consulto incidere. Suspecti tutoris accusatio pro tri-  
 bunalii tantum examinari potest, et nullus alius de huiusmodi quaestione quam praeses  
 12 pronuntiare potest: et tamen qui ab ea destitit, senatus consulto non tenetur. Item si  
 dicat aliquis in senatus consultum incidisse Turpillianum, praesidis est super ea re notio:  
 et tamen contra desertorem senatus consulti non interuenit coercitio: qui autem<sup>6</sup> dicit<sup>7</sup>  
 13 quem in hoc senatus consulto incidisse, accusator non est. Incidit in hoc senatus | con- f. 497  
 sulto et qui accusatorem submittit aut instigat, aut qui mandat alicui et instruit eum ad  
 accusationem capitalem dando probationes, allegando accusationes: et merito: nam diffi-  
 dendo crimini quod mouet et eximendo se periculo calumniae uel desertionis merito ca-  
 lumniantis et desistentis poenae subdi debuit, nisi subornatus accusator probauerit crimen<sup>8</sup>  
 quod intendere suscepit. nec interest, per se mandauit accusationem an per alium: uerum  
 hunc, qui hoc ministerio usus est ad mandandam accusationem, non ex uerbis, sed ex  
 sententia senatus consulti puniri Papinianus respondit. summissus enim [Pap. D. 48, 19, 54, 1  
 accusator similiter eodem senatus consulto plectitur, id est propter hoc solum punitur, quod  
 14 ministerium alieni timoris recepit. Reus condemnatus prouocauit, deinde accusator destitit:  
 an in hoc senatus consulto incidit? prope est, ut incidisse uideatur, quia prouocationis  
 remedio condemnationis extinguitur pronuntiatio.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> omiserit (u. i.)?    <sup>3</sup> infamis, uel etiam *ins.* (cf. u. 7 personae uitium et u. 15)    <sup>2</sup> qui  
 autem] quia qui (*similiter Hal.*)?

1 praesens] FX<sup>a</sup>C, praeses X<sup>a</sup>YMO non recte:  
 cf. D. 1, 27, 1 pr.    3 admisit] F<sup>2</sup>, omiserit  
 F<sup>2</sup>: ἐπεὶ ὡς πᾶνμμελής τις τοῦτοῦ ἕνεκα τὴν  
 τοῦ δόγματος τῆς συγκλήτου ποινὴν ὑποστῆ-  
 σεται BS (Dor.), quas interpretatio euidenter  
 sequitur illam lectionem, ut emendator uerum  
 repperisse credendus sit coniectura 5 femi-  
 n'a'e F<sup>2</sup> 6 sex] ex F | desisterit F | de-

be'a't uelle F<sup>2</sup> 7 dubitatur p'monit F<sup>3</sup> |  
 p'raene F<sup>4</sup> 10 aboleri F<sup>2</sup> 22 supra  
 scriptas F 26 consultum F<sup>2</sup> 27 null'us F<sup>2</sup>  
 35 poena'e F<sup>2</sup> | subdi] Brenemannus, subdici  
 F, subdici XYMOC: ὑποβάλλεται BS (Dor.)  
 37 qui hoc ministerio usus est ad mandan-  
 dam accusationem] τὸν ὑπουργήσαντα τῷ ἡσπ  
 τῆς κατηγορίας μανάτῳ BS 41 consultum F<sup>2</sup>

- 2 PAULUS libro singulari de poenis omnium legum. Qui destiterit, agere amplius et accusare prohibetur. [B. 60, 1, 11] P\*
- 3 IDEM libro primo sententiarum. Et in priuatis et in extraordinariis criminibus<sup>1</sup> omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur. [Paul. 1, 5, 2. Consult. 6. B. 60, 1, 12] P\*
- 4 PAPINIANUS libro quinto decimo responsorum. Mulier, quae falsi crimen iniuriae propriae post interpositam denuntiationem desistens omisit, ex senatus consulto Turpilliano teneri non uidetur. Post abolitionem idem crimen ab eodem [cf. Marc. 1.1 § 10 h. t. B. 60, 1, 18] P  
1 consulto Turpilliano teneri non uidetur. Post abolitionem idem crimen ab eodem [Marc.]  
in eundem instaurari non potest.
- 5 PAULUS libro secundo responsorum. Quaesitum est, an is, qui libello principi dato falsum se obiecturum minatus est, si non obiecisset, Turpilliano senatus consulto tenetur. Paulus respondit uerbis senatus consulti Turpilliani eum de quo quaeritur non contineri. [B. 60, 1, 14] P
- 6 IDEM libro primo sententiarum. Ab accusatione destitit, qui cum aduersario suo de compositione eius criminis quod intendebat fuerit locutus. Animo ab accusatione destitit, qui affectum et animum accusandi deposuit. Destitisse uidetur, qui intra praefinitum accusationis<sup>2</sup> a praeside tempus reum suum non peregit. Nuntiatores, qui per notoriam indicia produunt, notoriis suis adistere iubentur. Calumniae causa puniuntur, qui in fraudem alicuius librum uel testimonium aliudue quid conquisisse uel scripsisse uel in iudicium protulisse dicuntur. [B. 60, 1, 15] P<sup>19</sup>
- 7 ULPIANUS libro octauo disputationum. Si quis repetere uelit crimen publicae abolitione interueniente, eo iure repetit, quo accusabat: neque enim possunt praescriptiones ei obici, quae ante reorum abolitionem non sunt obiectae. et ita diuus Hadrianus rescripsit. Si stellionatum<sup>3</sup> quis obiecerit uel expilatae hereditatis crimen et destitit, poenam senatus consulti Turpilliani non subibit, nec si furti uel iniuriarum: sed officio iudicis culpa eius coercetur. [B. 60, 1, 16] S
- 8 PAPINIANUS libro secundo de adulteriis. Abolitio aut publice fit ob diem insignem aut publicam gratulationem [Pon. 11, 2. B. 60, 1, 17] S
- 9 MACER libro secundo publicorum. uel ob rem prospere gestam [Pon. 11, 2. B. 60, 1, 18] S\*
- 10 PAPINIANUS libro secundo de adulteriis. aut priuatim actore postulante. tertio genere fit ex lege abolitio accusatore mortuo uel ex iusta causa impedito, quo minus accusare possit. Abolitione autem publice facta non retracta bitur in iudicio repetendo de mariti iure. Triginta dies repetendi rei diuus Traianus utiles esse interpretatus est, ex die scilicet, quo feriae finitae sunt. et senatus censuit eas<sup>4</sup> dies cedere, quibus quisque reum suum repetere possit. hoc autem<sup>5</sup> repetendi rei tempus non aliter cedit, quam si accusator quoque potuit adire. [B. 60, 1, 19] S<sup>30</sup>
- 11 IDEM libro singulari de adulteris. Quaerebatur, an hi, qui ab accusatione [B. 60, 1, 20] S  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> et in priuatis et in publicis iudiciis Paulus is quem habemus habuitque item auctor Consultationis <sup>2</sup> accusationi? <sup>3</sup> stellionatus (edd.)? <sup>4</sup> eos (edd.)? <sup>5</sup> requiritur enim, nisi haec uerba alius auctoris sunt

3 idem ... 4 omnes] idem lib. u tit. de priuatis et publicis iudiciis omnes Cons. | et in priuatis F<sup>2</sup> 4 plectuntur] sic F et Paul., plectendi sunt Consult. 6 iniuriae propriae] idem BS: ὅπερ ἐνεκα τῆς ἰδίας διτίας ἐνεστήσατο | desistent F<sup>2</sup> 9 libelli F<sup>2</sup> | principe F 10 non] nan F<sup>2</sup> 17 notoriam] F: πῖττακώματα B (Anon.) | notoriis] F<sup>2</sup>, notariis F<sup>2</sup>. notoria forma item reperitur apud Appuleium met. 7, 4, at notaria in uita imp. Claudii c. 17 et in glossis Pseudo-Cyrilli p. 540 Steph. (μῆνυσις ... notaria). alibi libri uariant, ut Cod. Iust. 9, 2, 7: const. Sirmond. 14 = cod. Theodos. 16, 2, 31: Augustin. ep. 129. 133. 134 ed. Benedict. et in actis Donatist. uol. IX eiusdem ed. p. 551.

552. 605 et app. p. 52. 53: Symmach. 10, 4. 38. 44: excerpt. gloss. p. 333 Steph. collata nota Salmasii ad uitam Claud. 17 | iube'n'tur F<sup>2</sup> 20 octauo om. F<sup>2</sup> | uel'it' crimen F<sup>2</sup> 21 neque enim (sic X<sup>2</sup>Y, non eque enim FO, non neque enim X<sup>2</sup>, non enim eque M, non eam eque C<sup>2</sup>, non eque C<sup>2</sup>) possunt praescriptiones ei (e F, om. XYMOC) obicij και οὐ δύνανται ἀγτῶ ἀντιθεσθαι παραγραφαί BS (Doroith.) 22 quae] F<sup>2</sup>YC, quaero F<sup>2</sup>M<sup>2</sup>, quae reo XM<sup>2</sup>O 23 desistitit F 26 adulteri'i's F<sup>2</sup> 28 publicorum] publicorum iudiciorum F<sup>2</sup> 29 de om. F | adulteri'i's F<sup>2</sup> 33 interpretatus] F<sup>2</sup> et F<sup>2</sup>, interpretatus F<sup>2</sup> 35 cedit' F<sup>2</sup>

tempore exclusi essent, in senatus consultum Turpillianum inciderunt. respondit non oportere dubitari calumnia non puniri eos, qui praescriptione temporis exclusi causam adulterii perferre non potuerunt.

- 12 **ULPIANUS** libro secundo de adulteris. Si interueniente publica abolitione [B. 60, 1, 31] S ex senatus consulto<sup>1</sup>, ut fieri adsolet, uel ob laetitiam aliquam || uel honorem domus diuinae uel ex aliqua causa, ex qua<sup>2</sup> senatus censuit abolitionem reorum fieri, nec intra dies e praestitutos reum repetierit: dicendum est cessare Turpillianum senatus consultum. nec enim uidetur desistere, qui exemptum reum non defert: eximitur autem reorum abolitione interueniente.
- 13 **PAULUS** libro tertio de adulteris. Destitisse eum accipiemus, qui in totum [B. 60, 1, 32] S animum agendi deposuit, non qui distulit accusationem. Sed qui permissu imperatoris ab 1 accusatione destitit, impunitus est.
- 14 **ULPIANUS** libro septimo de officio proconsulis. Diuus Hadrianus Saluo Caro [B. 60, 1, 33] S proconsuli Cretae rescripsit tutorem, qui pupilli causa instituerat accusationem, defuncto pupillo, cuius causa accusare coeperat, non esse cogendum accusationem implere. 15
- 15 **MACER** libro secundo publicorum. In senatus consultum Turpillianum in- [B. 60, 1, 34] S cidunt, qui subiecissent accusatores, aut subiecti postulassent nec peregissent reos, aut aliter quam abolitione facta destitissent: quique chirographum ob accusandum dedissent pactionemue aliquam interposuissent. hoc autem uerbum 'nec peregissent' ad uniuersos 1 supra scriptos pertinere dicendum est. An ad eos, qui hodie de iudiciis publicis extra 10 ordinem cognoscunt, senatus consultum pertineat, quaeritur: sed iam hoc iure ex sacris constitutionibus utimur, ut pertineat<sup>3</sup> ita ex singulis causis singulae poenae irrogentur.
- 2 Eos, de quorum calumnia agi non permittitur, si destiterint, non incidere in poenam huius 3 senatus consulti constitutionibus cauetur. Si propter mortem rei accusator destiterit, non potest hoc senatus consulto teneri, quia morte rei iudicium soluitur, nisi tale crimen fuit, 10 cuius actio et aduersus heredes durat, ueluti maiestatis. idem in accusatione repetundarum est, quia haec quoque morte non soluitur. Ceterum si, postea quam accusator destitit, reus decesserit, non ideo magis delictum accusatoris relenatur. nam<sup>4</sup> eum qui semel destitit, si postea accusare paratus sit, non esse audiendum Seuerus et Antoninus statuerunt.
- 5 Qui post inscriptionem ante litem contestatam anno uel biennio agere non potuerint uariis 10 praesidum occupationibus uel etiam ciuiliu officiorum necessitatibus districti, in senatus consultum non incident. Quamquam prius reum quis detulerat, et<sup>5</sup> si post abolitionem, antequam reus repeteretur, alia abolitio superuenerit: non ex superiore, sed ex secunda abolitione dies triginta computantur. 14
- 16 **PAULUS** libro singulari de adulteris. Domitianus rescripsit, [cf. D. 48, 3, 2, 1. B. 60, 1, 35] S<sup>7</sup> quod de feriis et abolendis reis dicitur, non pertinere ad seruos, qui accusati in uinculis esse iubentur, ne<sup>6</sup> iudicium finiatur.
- 17 **MODESTINUS** libro septimo decimo responsorum. Lucius Titius Seium reum [B. 60, 1, 36] B *F(XYMO)*

<sup>1</sup> interueniente publica abolitione ex senatus consulto *del.*    <sup>2</sup> uel ex alia qua causa (u. i.)?  
<sup>3</sup> ut *ins.* (u. i.)?    <sup>4</sup> *idem Graeci* (γράφ): nam *del.*    <sup>5</sup> et *del.*    <sup>6</sup> ne] donec (u. d. apud *Cuiacium obs.* 20, 12: u. i.)?

4 'de' adulteriis *F*<sup>2</sup> 6 uel ex aliqua causa ex qua] *F*: ἢ ἐξ ἄλλης αἰτίας, ἐξ ἧς *BS* (*Dor.*) 8 reorum] *F*<sup>1</sup>, reis *F*<sup>2</sup>, reus *XYMO*: ὑπεξήρρηται γὰρ ὁ κατηγορηθεὶς τῷ παρετεθῆναι τὴν ἀβολίτιον *BS* (*Dor.*) 11 permissum *F* 13 saluio caro *F*<sup>2</sup>: Καλιφῶν Ἡρωῖ *BS* 16 macer] *Μαρκ. Β* | publicorum] publicorum iudiciorum *F*<sup>2</sup> 17 aut subiecti postulassent] *F cum B*: καὶ ὁ ὑποβληθεὶς: quasi esset aut subici postulassent, uertit *Dorotheus*: ἢ λιτήσαντες ὑποβληθῆναι *BS* 19 pactionem uel aliquam *F*<sup>2</sup> | nec peregissent] nec pepigissent *F*<sup>1</sup>, re-

pegissent (*del. nec*) *F*<sup>2</sup> (*sic*) 22 ut pertineat ita (ut *ins. YMOC*) ex ... irrogentur] καὶ εἰς ταῦτα ἀνήκειν τὸ δόγμα, ὥστε (*cod. ὡς τὸ*) καθ' ἑκάστην δίκην καὶ ὑπόθεσιν τελείαν ἐπιφέρεισθαι τὴν τοῦ δόγματος τιμωρίαν *BS* (*Dor.*) 25 qui<sup>1</sup> *F*<sup>2</sup> 28 delictum *F*<sup>2</sup> 30 potuerint *F*<sup>2</sup> 31 districti *F* 36 et 'de' abolendis *F*<sup>2</sup> | qui<sup>1</sup> accusati *F*<sup>2</sup> 37 ne iudicium finiatur] *non aliter Graeci legerunt uertentes quasi esset nec iudicium de his abolitione finiri: μηδὲ περαιούσθαι δι' αὐτῆς (τῆς δημοσίας ἀπαλοιφῆς) τὸ κατὰ τοῦτων δικαστήριον BS: cf. D. 48, 3, 2, 1*

falsi fecit et priusquam persequeretur, indulgentia reorum crimina abolita sunt. quaero, si postea eum iterato reum non fecerit, an in Turpillianum senatus consultum incidit. Herennius Modestinus respondit abolitionem reorum, quae publice indulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere.

- 18 PAPIRIUS IUSTUS libro primo de constitutionibus. Imperatores Antoninus B. 60, 1, 27 *E* et Uerus Augusti Iulio Uero rescripserunt, cum satis diu litem traxisse diceretur<sup>1</sup>, inuito aduersario non posse eum abolitionem accipere. Item rescripserunt, nisi euidenter probetur consentire aduersarium, abolitionem non dari. Item rescripserunt, cum in crimine capitali abolitionem ut in re pecuniaria petitam esse diceret, restaurandam esse nihilo minus cognitionem, ita ut, si non probasset hoc quod proponeret, non impune eum laturum. 10

## XVII.

R DE REQUIRENDIS UEL ABSENTIBUS DAMNANDIS R SE

- 1 MARCIANUS libro secundo publicorum. Diui<sup>2</sup> Seueri et Antonini Magni re- B. 60, 49, 1 *S* scriptum est, ne quis absens puniatur: et hoc iure utimur, ne absentes damnentur: neque enim inaudita causa quemquam damnari aequitatis ratio patitur. <sup>3</sup>Si autem grauius quis 15 puniatur, ¶ puta in opus metalli uel similem poenam siue capitalem: hoc casu non est irroganda in absentem poena, sed absens requirendus adnotatus<sup>4</sup> est, ut cōpīam sui praesidet. Praesides autem prouinciarum circa requirendos adnotatos hoc debent facere, ut eos quos adnotauerint edictis adesse iubeant, ut possit innotescere eis quod adnotati sunt, sed et litteras ad magistratus, ubi consistunt, mittere, ut per eos possit innotescere requirendos 20 eos esse adnotatos. Et ex hoc annus computatur ad se purgandos. Sed et Papinianus libro sexto decimo responsorum scripsit requirendum adnotatum<sup>5</sup> si prouinciae praesidem intra annum adierit et satis obtulerit, non esse locum mandatis, ut bona fisco uindicerentur. nam et si intra annum mortuus sit, criminis causa expirat et perit et bona eius ad successores transmittuntur. 25
- 2 MACER libro secundo publicorum. Anni spatium ad occu- Pon. 24, 14. 37, 11. B. 60, 49, 2 *S*<sup>6</sup> panda bona eius, qui requirendus adnotatus est, pertinet. Sed si per uiginti annos fiscus bona non occupauerit, postea praescriptione uel ab ipso reo uel ab heredibus eius submouebitur: 30
- 3 MARCIANUS libro secundo de publicis iudiciis. quaecumque enim quaestio- B. 60, 49, 3 *S* nem apud fiscum, si non alia sit propria praescriptio, uiginti annorum silentio praescribi diui principes uoluerunt.
- 4 MACER libro secundo de publicis iudiciis. Annus exinde computandus est, B. 60, 49, 4 *S*<sup>6</sup> *F(XYMOC)*. *Petrus 4, 18 = l. 1 pr. -*

<sup>1</sup> diceretur? <sup>2</sup> diuorum? <sup>3</sup> excidit caput de absentium in poenas leuiore damnatione (cf. *D. 48, 19, 5 pr.*) <sup>4</sup> adnotandus? <sup>5</sup> requirendus adnotatus?

1 persequetur *F* 2 herennius *del. F*<sup>2</sup> 5 papinianus *F*<sup>2</sup>, ΠΑΡΙΑΝ. *B* 6 augustus *F*<sup>2</sup> | litem eum auolitionem traxisse *F*<sup>2</sup> 10 ita ut si non probasset hoc quod proponeret non impune eum laturum] ἵνα, εἰ μὴ ἀποδείξῃ ὁ κατηγορὸς ὃ προέθετο, μὴ ἀτιμώρητος μείνῃ *BS* 12 uel absentibus damnandis] ἢ ἀπόντων καταδικαζομένων *B* 13 secundo] xii *M*<sup>2</sup>, iii *Petr.* | publicorum] *F*<sup>1</sup>*M*, publicorum iudiciorum *F*<sup>2</sup>*Y*, de iudiciis publicis *Petr.* | diui seueri et antonini magni rescriptum est] *FO*, diui seuerus et antoninus magni rescripserunt *XYMC Petr.* 16 non est irroganda in absentem poena sed absens requirendus adnotatus est] οὐ χρὴ κατὰ τοῦ ἀπόντος ἐπιφέρεισθαι, ἀλλ' ἐν τοῖς ζητητοῖς σημειοῦσθαι αὐτόν *BS* 18 hoc debent]

etocestent *F*<sup>2</sup> 19 iuuant *F* | eis quod] scripsi ad *BS*: ἵνα καὶ ἀγνηθῶσι μαθεῖν ἐκεῖνοι ... ὅτι ζητοῦνται, eos quos *F*, eos qui *X*<sup>2</sup>*YMOC*, eis qui *X*<sup>2</sup> 20 ut per eos possit innotescere requirendos eos esse adnotatos] ἵνα διὰ τούτων γινώσκῃ, ὅτι ζητοῦνται *BS* 22 sexto decimo] *g*<sup>2</sup> *BS* | requirendum adnotatum] quasi esset requirendus adnotatus, sic uertunt: εἰάν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ὁ ῥεγοιρένδος τῷ ἀρχόντι τῆς ἐπαρχίας προσέλθῃ *BS* 26 macer] ΜΑΡΚ. *B* | publicorum] publicorum iudiciorum *F*<sup>2</sup> 27 qui requirendus *F*<sup>2</sup> 30 de publicis iudiciis] *F*<sup>2</sup>, publicorum iudiciorum *F*<sup>2</sup> 31 propria praescriptio *F*<sup>2</sup>: ἰδιόζουσα πρᾶε-σκριπτιῶν *BS*, ἰδικὴ παραγραφὴ *B* 33 macer] ΜΑΡΚ. *B* | de publicis iudiciis] *F*<sup>2</sup>, publicorum iudiciorum *F*<sup>2</sup>

ex quo ea adnotatio quae<sup>1</sup> uel edicto uel litteris ad magistratus factis publice innotuit.  
 1 Ergo et uiginti annorum tempus exinde fisco numeratur, ex quo adnotatio publice innotuit.  
 2 In summa sciendum est nulla temporis praescriptione causae defensione summoueri eum, qui requirendus adnotatus est.  
 5 **MODESTINUS** libro duodecimo pandectarum. Mandatis cauetur [Pot. 24, 14. B. 60, 49, 5 E] intra annum requirendorum bona obsignari, ut, si redierint et se purgauerint, integram rem suam habeant: si neque responderint neque qui se defendant habuerint, tunc post 1 annum bona in fisco coguntur. Et intra annum medio tempore mouentia si qua sunt, ne aut mora deteriora fiant aut aliquo modo intereat, uenire debere pretiumque eorum 2 in deposito esse, diui Seuerus et Antoninus sanxerunt. Sed et diuus Traianus inter mo- 3 uentia fructus quoque haberi rescripsit. Curandum est autem, ne quid ei qui profugit medio tempore a debitoribus eius soluat, ne per hoc fuga eius instruat.

XVIII.

R DE QUAESTIONIBUS R

SBP

1 **ULPIANUS** libro octauo de officio proconsulis. In criminibus eruendis quaestio [B. 60, 50, 1 S] adhiberi solet. sed quando uel quatenus id faciendum sit, uideamus. et non esse a tor- 16 mentis incipiendum et diuus Augustus constituit neque adeo fidem quaestioni adhibendam, 1 sed et epistula diui Hadriani ad Sennium Sabinum continetur. Uerba rescripti ita se habent: 'Ad tormenta seruorum ita demum ueniri oportet, cum suspectus est reus et alii 2 argumentis ita probationi admouetur, ut sola confessio seruorum deesse uideatur'. Idem 30 diuus Hadrianus Claudio Quartino rescripsit: quo rescripto illud expressit a suspectissimo 3 incipiendum et a quo facillime posse uerum scire<sup>2</sup> iudex crediderit. Ad quaestionem non esse prouocandos eos, quos accusator de domo sua produxit, nec facile credendum sub- 4 lectam eam, quam ambo parentes dicuntur caram filiam habuisse rescripto diuorum fra- 4 trum ad Lucium Tiberianum emisso declaratur. Idem Cornelio Proculo rescripserunt non 5 utique in serui unius quaestione fidem rei constituendam, sed argumentis causam exami- 5 nandam. Diuus Antoninus, et diuus Hadrianus Sennio Sabino, rescripserunt, cum serui pariter cum domino aurum et argentum exportasse dicerentur, non esse de domino inter- 6 rogandos: ne quidem, si ultro aliquid dixerint, obesse hoc domino. Diui fratres Leliano Longino rescripserunt de seruo heredum<sup>3</sup> non esse habendam quaestionem in res heredi- 7 tarias<sup>4</sup>, quamuis suspectum fuisset, quod imaginaria uenditione dominium in eo quaesisse 7 heres uideretur. Seruum municipum posse in caput ciuium torqueri saepissime rescriptum l. 409 est, quia non sit illorum seruus, sed rei publicae. idemque in ceteris seruis corporum F(XYMOG).

<sup>1</sup> ad requirendum reum pertinet *similiaue ins.*  
<sup>4</sup> inter hereditarios de re hereditaria (u. i.)?

<sup>2</sup> sciri (edd.)?    <sup>3</sup> heredis (Schulting: u. i.)?

1 adnotatio quae] F, adnotatio facta est quae X<sup>4</sup>OC, facta adnotatio est quae YM, om. inter alia X<sup>2</sup>: ἐξ ὅτε ἡ παρασχεμείωσις ἐγένετο τοῦ ῥεκογιρέναδου καὶ διὰ τοῦ ἐδικτοῦ ἢ διὰ τῶν πρὸς τοὺς στρατηγούς γραμμάτων καὶ φανερώς ἐδημοσιεύθη BS, expleuit igitur Dorotheus uerba hiantia sic fere ut Bononienses: rectius Anonymus: ἐξ ὅτε δημοσιεύθη ἢ ... παρασχεμείωσις 2 et] ut F<sup>1</sup> | numeretur F<sup>2</sup> 3 defensionem F 5 mandatus F<sup>1</sup> 6 requirendum<sup>2</sup>orum F<sup>4</sup> | et se purgauerint om. F<sup>1</sup>, uertit Anonymus: εἰ μὲν ἐν τὸς ἐνιαυτοῦ ἐλθὼν ἐαυτὸν καθάρῃ B 9 fia'n't F<sup>2</sup> 15 eruendis] F<sup>1</sup> cum BS (Dor.): ἐν τῇ τῶν ἐγκλημάτων ἀναζητήσει, seruandis F<sup>2</sup> 21 quarti<sup>2</sup>o no F<sup>4</sup> 22 non esse prouocandos eos quos accusator de domo sua pro-

duxit] οὗ χρῆ ... προσδέχεσθαι ἐκείνοισ, οὗς ὁ κατηγορούμενος (immo ὁ κατηγορῶν) ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου προήγαγεν BS, οὗ δὲι δὲ φέρεσθαι τινὰς ἀπο τοῦ οἴκου τοῦ κατηγοροῦ πρὸς ζήτησιν B 25 ad lucium tiberianum] πρὸς ΛΟΥΚΙΟΝ ΤΙΒΗΡΙΑΝΟΝ etiam BS 26 seruoi F<sup>1</sup> 27 ven'tio F<sup>2</sup> 29 ΛΟΛΙΑΝῶ ΛΟΓΓΙΝῶ BS 30 de seruo heredum] τὸν ΔΟΥΛΟΝ τοῦ κληρονόμου BS similiterque B | in res hereditarias] περὶ πραγμάτων κληρονομιάων BS, διὰ πρᾶγμα κληρονομίαον B: cf. l. 18 § 4 h. t. 31 imaginaria F<sup>2</sup> | quaesisse heres uideretur] FMOG, quaesisse uidetur heres X, uidetur quaesisse heres Y: 'Py(sis) hee res uideretur et sic est in l(ibro) B(ulgari) et R(ogari) glossa Hugoliniana cod. X

8 dicendum est: nec enim plurium seruus uidetur, sed corporis. Si seruus bona fide mihi  
 9 seruiat, etiamsi dominium in eo non habui, potest dici torqueri eum in caput meum non  
 10 debere. idem est et in libero homine, qui bona fide seruit. Sed nec libertum torqueri in  
 11 patroni caput constitutum est. Nec fratrem quidem in fratris imperator noster cum diuo  
 12 patre suo rescripsit, addita ratione, quod in eum<sup>1</sup>, in quem quis inuitus testi- [Ep. 13, 9 n. 5  
 13 monium dicere non cogitur, in eum nec torqueri debet. Seruum mariti in caput [(Ep.)  
 14 uxoris posse torqueri diuus Traianus Sernio Quarto rescripsit. Idem Mummius Lolliano  
 15 rescripsit damnati seruos, quia desierunt esse ipsius, posse in eum torqueri. Si seruus  
 16 ad hoc erit manumissus, ne torqueatur, dummodo in caput domini non torqueatur, posse  
 17 eum torqueri diuus Pius rescripsit. Sed et eum, qui cognitionis susceptae tempore alie-  
 18 nus fuit, licet postea rei sit effectus, torqueri in caput<sup>2</sup> posse diui fratres rescripserunt.  
 19 Si quis dicatur nullo iure emptus, non prius torqueri poterit, quam si constiterit [Ep. 16, 17  
 20 uenditionem non ualuisse: et ita imperator noster cum diuo patre suo rescripsit. [(Ep.)  
 21 Item Seuerus Spicio Antigono ita rescripsit: 'Cum quaestio de seruis contra dominos ne-  
 22 que haberi debeat neque, si facta sit, dicturi sententiam consilium instruat: multo minus 15  
 23 'indicia seruorum contra dominos admittenda sunt'. Diuus Seuerus rescripsit confessiones  
 24 reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cogno-  
 25 scentis instruat. Cum quidam deponere pretium serui paratus esset, ut seruus torque-  
 26 retur contra dominum, imperator noster cum diuo patre suo id non admisit. Si serui  
 27 quasi sceleris participes in se torqueantur deque domino aliquid fuerint confessi apud iu-  
 28 dicem: prout causa exegerit, ita pronuntiare eum debere diuus Traianus rescripsit. quo  
 29 rescripto ostenditur grauari dominos confessione seruorum. sed ab hoc rescripto recessum  
 30 constitutiones posteriores ostendunt. In causa tributorum, in quibus esse rei publicae  
 31 neruos nemini dubium est, periculi quoque ratio, quod seruo fraudis conscio capitalem  
 32 poenam denuntiat, eiusdem professionem exstruat<sup>3</sup>. Qui quaestionem habiturus est, non 25  
 33 debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter, quis id  
 34 fecerit: alterum enim magis suggerentis quam requirentis uidetur. et ita diuus Traianus  
 35 reacripsit. Diuus Hadrianus Calpurnio Celeriano in haec uerba rescripsit: 'Agricola Pom-  
 36 pei Ualentis seruus de se potest interrogari. si, dum quaestio habetur, amplius dixerit,  
 37 rei fuerit indicium, non interrogationis culpa'. Quaestioni fidem non semper nec tamen 30  
 38 numquam habendam constitutionibus declaratur: etenim res est fragilis et periculosa et  
 39 quae ueritatem fallat. nam plerique patientia siue duritia tormentorum ita tormenta con-  
 40 temnunt, ut exprimi eis ueritas nullo modo possit: alii tanta sunt impatientia, ut quoduis  
 41 mentiri quam pati tormenta uelint: ita fit, ut etiam uario modo fateantur, ut non tantum  
 42 se, uerum etiam alios criminantur. Praeterea inimicorum quaestioni fides haberi non debet, 35  
 43 quia facile mentiuntur. nec tamen sub praetextu inimicitiarum detrahenda erit fides quae-  
 44 stionis<sup>4</sup>, causaque cognita habenda fides aut non habenda. Cum quis latrones tradidit,  
 45 quibusdam rescriptis continetur non debere fidem haberi eis in eos, qui eos tradiderunt:

F(XYMOC)

<sup>1</sup> in eum *del.*    <sup>2</sup> eius *ins.* (R. *Stephanus*)    <sup>3</sup> confirmat?    <sup>4</sup> quaestioni (*edd.*)?

1 si seruus bona fide mihi seruiat] ἐάν δοῦλος  
 ἀλλότριος καλῆ πιστεὶ δογλεῖν μοι BS: quod  
 sequitur etiamsi ... habui pertinet ad regulam  
 l. 18 § 6 h. t. exiitque fortasse tuus post seruus,  
 quamquam potest cogitatione suppleri 3 serui F:  
 δογλεῶντός τινι πιστεὶ καλῆ BS 5 testimo-  
 nius F<sup>o</sup> 7 posset torqueri F<sup>2</sup> | tra'h'ianus  
 F<sup>2</sup>: ὁ θεῖος Ἀδριανός | idem] sic cum BS:  
 ὁ αὐτός βασιλεὺς, item F 9 dummodo F<sup>2</sup>  
 13 duo F 14 de seruis om. F<sup>2</sup>, uertunt BS:  
 ὁπότε βασανίζεσθαι τοὺς οἰκέτας κατὰ δεσπο-  
 τῶν οὐ χρῆ | contra'co' dominos F<sup>2</sup> 21 tra-  
 h'ianus F 22 ab] ad F<sup>2</sup> 24 periculi quoque  
 ratio ... eiusdem professionem exstruat] καὶ

οἰκέται βασανίζονται B (Anon.): cf. D. 5, 1, 53 et  
 Cod. 9, 41, 1. ceterum cum hic agatur de pra-  
 fessione tributaria, non de confessione aliqua,  
 dubium non est hoc Ulpianum dicere in censu  
 faciendo (aliter atque in testimonio dicendo)  
 seruo credi etiam sine tormentis 27 trahianus F  
 33 quous F: ὡς τε μᾶλλον βοῦλονται ψεύδεσθαι  
 BS 35 criminantur] F<sup>2</sup> cum BS: ἐπιφέρειν  
 ἐγκλήματα, comminentur F<sup>2</sup> | praeter'e'a F<sup>2</sup>  
 36 sub praetextu] F<sup>2</sup> cum BS: τῷ προκαλύμ-  
 ματι τῆς ἐχθρας, si praetextu F<sup>2</sup> | inimicia-  
 tiarum F 37 causaque] F<sup>2</sup>, sed causa F<sup>2</sup>:  
 ἀλλὰ κατὰ διάγνωσιν BS 38 habere F: πι-  
 στεῖεσθαι BS



quibusdam nero, quae sunt pleniora, hoc cauetur, ut neque destricte non habeatur<sup>1</sup>, ut in ceterorum persona solet, sed causa cognita aestimetur, habenda fides sit nec ne. plerique enim, dum metuunt, ne forte adprehensi eos nominent, prodere eos solent, scilicet impunitatem sibi captantes, quia non facile eis indicantibus || proditores suos creditur, sed neque passim impunitas eis per huiusmodi prodiciones concedenda est, neque transmittenda allegatio dicentium idcirco se oneratos, quod eos ipsi tradidissent: neque enim  
 27 inualidum argumentum haberi debet mendacii siue calumniae in se instructae. Si qui ultro de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est: nonnumquam enim aut metu aut qua alia de causa in se confitentur. et extat epistula diuorum fratrum ad Uoconium Saxam, qua continetur liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem de innocentia constitisset. cuius uerba haec sunt: Prudenter et egregia ratione manitatis, Saxa carissime, Primitium seruum, qui homicidium in se confingere metu dominum reuertendi suspectus esset, perseverantem falsa demonstratione damnasti quae siturus de consciis, quos aequae habere se commentitus fuerat, ut ad certio<sup>2</sup> rem ipsius de se confessionem peruenires. nec frustra fuit tam prudens consilium tuum, cum in tormentis mentis constiterit neque illos ei conscios fuisse et ipsum de se temere commentum. potest itaque decreti gratiam facere et eum per officium distrahi iubere, condicione addita, ne umquam in potestatem domini reuertatur, quem pretio recepto certum habemus libenter tali seruo cariturum. haec epistula significatur, quasi seruus damnatus, si fuisset restitutus, ad eum pertinebit, cuius fuisset, antequam damnetur. sed praeses provinciae eum quem damnauit restituere non potest, cum nec pecuniariam sententiam suam reuocare possit. quid igitur? principi eum scribere oportet, si quando ei, qui nocens uidebatur, postea ratio innocentiae constitit.

2 ULPIANUS libro trigensimo nono ad edictum. Hereditarii serui, quamdiu incertum est ad quem bona pertineant, non possunt uideri in caput domini torqueri. B. 60, 50, 1 8

3 IDEM libro quinquagesimo ad edictum. Constitutione imperatoris nostri et diui Seueri placuit plurimum seruorum in nullius caput torqueri posse. B. 60, 50, 3 8

4 IDEM libro tertio disputationum. In incesto, ut Papinianus respondit et est rescriptum, seruorum tormenta cessant, quia et lex Iulia cessat de adulteriis. B. 60, 50, 4 8

5 MARCIANUS libro secundo institutionum. Si quis uiduum uel alii nuptam cognatam, cum qua nuptias contrahere non potest, corruperit, in insulam deportandus est, quia duplex crimen est et incestum, quia cognatam uiolauit contra fas, et adulterium uel stuprum<sup>4</sup> adiungit<sup>5</sup>. denique hoc casu serui in personam domini torquentur. BS. 60, 50, 4 8

6 PAPINIANUS libro secundo de adulteriis. Patre uel marito de adulterio agente et postulantibus de seruis rei ut quaestio habeatur, si uere causa perorata testibus prolatis absolutio secuta fuerit, mancipiorum, quae mortua sunt, aestimatio habetur: secuta uero damnatione quae supersunt publicantur. Cum de falso testamento quaeritur, hereditarii serui possunt torqueri. B. 60, 50, 5 8

F(XYMO C). Petrus 1, 40 = L 5

<sup>1</sup> neque ita habeatur *ins.*    <sup>2</sup> commentus (*Hal.*)?    <sup>3</sup> quam *ins.*    <sup>4</sup> stuprum uel adulterium (*cf. u. 30 et quod sequitur hoc casu et D. 48, 5, 40, 8*)?    <sup>5</sup> adiungit *del.*

1 ut neque destricte (destrictae *F*<sup>o</sup>) non habeatur ut in ceterorum persona solet sed causa cognita aestimetur] *transposito* sed *uoc. ante* ut *uertit Dorotheus*: μή πάντως ἀπιστεῖσθαι τὰς τοῦτων τῶν ἠστυῶν φωνάς, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων προσώπων, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦτων κατὰ διάγνωσιν τῆς αἰτίας κρίνεσθαι *BS* 3 nominentur prodere *F*<sup>2</sup> 5 huiusmodi *F*<sup>2</sup> 9 confite n'tur *F*<sup>2</sup>: ὁμολογοῦσι τινες *BS* | fratru'um *F*<sup>2</sup> 11 constit'isset *F*<sup>2</sup> | haec] hae *F* 12 saxa] Γόξα *BS* | ad d'ominum *F*<sup>2</sup> 14 ut ad certio<sup>2</sup> rem ipsius de se confessionem peruenires] ὥστε] εἶναι σαφέστεραν περὶ τῆς καθ'

ἐαυτοῦ γενόμενης ὁμολογίας ἀναζητήσιν *BS* 16 fuisse] quisse *F*<sup>o</sup> 19 haec *F*: διὰ ταύτης ἀηλοῦται τῆς ἐπιστολῆς *BS* 29 adulteri'is *F*<sup>2</sup> 30 marcianus] ul. *Y* 31 cognatam] cognatam suam *Petr.* | corru' m'perit *F*<sup>2</sup> 32 et (*sic FC, om. XYMO Petr.*) incestum quia cognatam (suam *ins. Petr.*) uiolauit contra fas et adulterium uel stuprum adiungit (*adiunxit Petr.*)] ἐπειδὴ καὶ μοιχεία καὶ στοῦπρον τῶ ἀδελφῶν συζεύγνυται *BS* 33 denique eum] hoc *F*<sup>2</sup>, denique cum hoc *O* | personam] *YMO*, persona *FXM*<sup>o</sup> *Petr.* | torquerentur *X* 34 papinianus] Παπλ. *B* | adulteri'is *F*<sup>2</sup>

- 7 **ULPIANUS** libro tertio de adulteriis. Quaestionis modum magis est iudices B. 60, 50, 6 *S* arbitrari oportere: itaque quaestionem habere oportet, ut seruus saluus sit uel innocentiae uel supplicio.
- 8 **PAULUS** libro secundo de adulteris. Edictum diui Augusti, quod proposuit B. 60, 50, 7 *S* Uibio Habito et Lucio Aproniano<sup>1</sup> consulibus<sup>2</sup>, in hunc modum exstat: 'Quaestiones neque 6 'semper in omni causa et persona desiderari debere arbitror, et, cum capitalia et atrociora 'maleficia non aliter explorari et inuestigari possunt quam per seruorum quaestiones, effi- 1 'cacissimas eas esse ad requirendam ueritatem existimo et habendas censeo'. Statuliber in adulterio postulari poterit, ut quaestio ex eo habeatur, quod seruus heredis est: sed spem suam retinebit. 10
- 9 **MARCIANUS** libro secundo de iudiciis publicis. Diuus Pius rescripsit posse B. 60, 50, 8 *S* de seruis haberi quaestionem in pecuniaria causa, si aliter ¶ ueritas inueniri non possit. f. 410 quod et aliis rescriptis cauetur. sed hoc ita est, ut non facile in re pecuniaria quaestio habeatur: sed si aliter ueritas inueniri non possit nisi per tormenta, licet habere quaestio- 15 nem, ut et diuus Seuerus rescripsit. licet itaque et de seruis alienis haberi quaestio- 1 nem, si ita res suadeat. Ex quibus causis quaestio de seruis aduersus dominos haberi non debet, ex his causis ne quidem interrogationem ualere: et multo minus indicia seruo- 2 rum contra dominos admittenda sunt. De eo, qui in insulam deportatus est, quaestio 3 habenda non est, ut diuus Pius rescripsit. Sed nec de statulibero in pecuniariis causis quaestio habenda est nisi deficiente condicione. 20
- 10 **ARCADIUS CHARISIUS** libro singulari de testibus. De minore 'Pon. 33, 2. B. 60, 50, 9 *S* quattuordecim annis quaestio habenda non est, ut et diuus Pius Caecilio Iuuentiano 1 rescripsit. Sed omnes omnino in maiestatis crimine, quod ad per- ('Pon.) cf. l. 15 § 1 h. t. sonas principum attinet, si ad testimonium prouocentur, cum res exigit, torquentur. 2 Potest quaeri, an de seruis filii castrensium peculii in caput patris quaestio haberi non 3 possit: nam patris non debere torqueri in filium constitutum est. et puto recte dici nec 4 filii seruos in caput patris esse interrogandos. Tormenta autem adhibenda sunt, non 5 aut seruos in testimonium uocat. Plurimum quoque in excutienda ueritate etiam uox 6 ipsa et cognitionis subtilis diligentia adfert: nam et ex sermone et ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, uel cuius existimationis quisque in ciuitate sua est, 6 quaedam ad inluminandam ueritatem in lucem emergunt. In causis quoque liberalibus non oportet per eorum tormenta, de quorum statu quaeritur, ueritatem requiri. 34
- 11 **PAULUS** libro secundo de officio proconsulis. Etiam si redhibitus fuerit ser- B. 60, 50, 10 *Sf* uus, in caput emptoris non torquetur.
- 12 **ULPIANUS** libro quinquagesimo quarto ad edictum. Si quis, ne quaestio B. 60, 50, 11 *E* de eo agatur, liberum se dicat, diuus Hadrianus rescripsit non esse eum ante torquendum quam liberale iudicium experiat. 39
- 13 **MODESTINUS** libro quinto regularum. Certo pretio seruorum aestimatum in B. 60, 50, 12 *E* quaestionem dari interposita stipulatione receptum est.
- 14 **IDEM** libro octauo regularum. Statuliber in delicto repertus sperandae B. 60, 50, 13 *E* libertatis praerogatiua non ut seruus ob ambiguum condicionis, sed ut liber puniendus est.
- 15 **CALLISTRATUS** libro quinto de cognitionibus. Ex libero homine B. 60, 50, 14. Ep. 13, 32 n. *E* 1 pro testimonio non uacillante quaestionem haberi non oportet. De minore quoque (Ep.) 45  
*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> Apronio?    <sup>2</sup> anno p. Chr. 8

1 'de' adulteriis' *F*<sup>2</sup> 2 uel innocentiae uel supplicio] ἢ τῷ μηδὲν ἀμαρτηκέναι ἢ ... τῇ τιμωρίᾳ *BS* 5 uiuio abito *F*<sup>2</sup>, uiuio anito *F*<sup>2</sup> 13 sed hoc ita est] οὕτω δὲ χρὴ τὰ ῥεσκριπτα τὰῦτα νοεῖν *BS* 19 in om. *F*<sup>2</sup> 21 arcadius 'qui et' charisius *F*<sup>2</sup>: Μαρκ. B | singulari] sin-

gulo *F*<sup>1</sup> 22 quattuordecim *F* | iuuentiano *F* 27 seruus *F*<sup>2</sup> 28 moderate *F*: τοῦ μεμε- τρημένου λογισμοῦ σύγκρισις *BS* 29 aut' em' libertos *F*<sup>2</sup> 33 ad om. *F*<sup>2</sup> 38 hadrianus res rescripsit *F*

- quattuordecim annis in caput alterius quaestionem habendam non esse diuus Pius Maecilio rescripsit, maxime cum nullis extrinsecus argumentis accusatio impleatur. nec tamen consequens esse, ut etiam sine tormentis eisdem credatur: nam aetas, inquit, quae aduersus asperitatem quaestionis eos interim tueri uidetur, suspiciores quoque eosdem facit ad mentiendi facilitatem. Eum, qui uindicanti seruum cauit, domini loco habendum et ideo in caput eius seruos torqueri non posse diuus Pius in haec uerba rescripsit: 'Causam tuam aliis probationibus instituere<sup>1</sup> debes: nam de seruis quaestio haberi non debet, cum possessor hereditatis, qui petitori satisdedit, interim domini loco habeatur'.
- 16 **MODESTINUS** libro tertio de poenis. Repeti posse quaestionem diui fratres rescripserunt. Is, qui de se confessus est, in caput aliorum non torquetur, ut diuus Pius rescripsit. [B. 60, 60, 17 P]
- 17 **PAPINIANUS** libro sexto decimo responsorum. Extrario quoque accusante seruos in adulterii quaestione contra dominum interrogari placuit. quod diuus Marcus postea maximus princeps iudicantes secuti sunt. Sed et<sup>2</sup> in quaestione stupri serui uersus dominum non torquentur. De quaestione suppositi partus, uel si petat hereditatem, quem ceteri filii non esse fratrem suum contendunt, quaestio de seruis hereditariis habetur, quia non contra dominos ceteros filios, sed pro successione domini defuncti quaeritur. quod congruit ei, quod diuus Hadrianus rescripsit: cum enim in socium caedis socius postularetur, de communi seruo habendam quaestionem rescripsit, quod pro domino fore uideretur. De seruo in metallum damnato quaestionem contra eum, qui dominus fuit, non esse habendam respondi: nec ad rem pertinere, si ministrum se facinoris fuisse confiteatur.
- 18 **PAULUS** libro quinto sententiarum. Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior est uel tenerae aetatis uel ita detur<sup>3</sup>. Reus euidentioribus argumentis obpressus repeti in quaestionem potest, maxime si in tormenta animum corpueque durauerit. In ea causa, in qua nullis reus argumentis urgebatur, tormenta non facile adhibenda sunt, sed instandum accusatori, ut id quod intendat comprobet atque conuincat. Testes torquendi non sunt, nisi cum facto interuenisse dicuntur. Iudex cum de fide generis instrui non potest, poterit de seruis hereditariis habere quaestionem. Seruo qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur: neque enim oportet salutem dominorum seruorum arbitrio committi. Seruus in caput eius domini, a quo distractus est cuique aliquando seruiuit, in memoriam prioris domini interrogari non potest. Seruus, nec si a domino in tormenta offeratur, interrogandus est. Sane quotiens quaeritur, an serui in caput domini interrogandi sint, prius de eorum dominio oportet inquiri. Cogniturum de criminibus praesidem oportet ante diem palam facere custodias se auditurum, ne hi, qui defendendi sunt, subitis accusatorum criminibus obrimantur: quamuis defensionem quoque

F(XYMOC)

<sup>1</sup> instruere (κατασκευάζει BS: edd.)? <sup>2</sup> et del. <sup>3</sup> qui timidior et tenerae aetatis esse uideatur Paulus <sup>4</sup> inueniendae ins. <sup>5</sup> iudex tutelar is itemque centumuir i, si aliter de rebus hereditariis uel de fide generis instrui non possunt, poterunt Paulus <sup>6</sup> in rebus dubiis ins. Paulus <sup>7</sup> idem Graeci: in caput eius ins.

1 m'aecilio F<sup>2</sup> 4 suscepiiores F<sup>1</sup> 5 ad mentiendi facilitatem (facillitate X) XY, ad metiendi facultatem F, ad metuendi facilitatem M<sup>2</sup>, ad mentiendi facultatem C, inc. M<sup>2</sup>: πρὸς τὴν τοῦ ψεύλους εὐχέρειαν BS 7 de seruis] τοὺς κληρονομιαίους δούλους BS 14 quod om. F<sup>1</sup> 15 sed et seq.] non praetereunt B (Anon.) capite hoc et sequente male contractis: καὶ ἐν τῷ περὶ φθορᾶς καὶ ἐν τῷ περὶ ὑποβολιμαίου τοκετοῦ ζητήσεται ... ΒΑΡΑΝΙ-

ZONTAI OI KΛHPOHMIAIOI ΔΟΥΛΟΙ. cf. Ammianus 28, 1, 55: quod (mancipia torqueri in caput domini) in stupri quaestione fieri uetere elementissimae leges 21 uide'retur s de F<sup>1</sup> 22 esse't habendam F<sup>2</sup> | respondit nec F<sup>2</sup> 25 audiendi s'unt F<sup>2</sup> | uel 'te'ner'se F<sup>2</sup> 29 conu'n'cat F<sup>2</sup> | sunt om. F<sup>2</sup> 33 serui seruis Pauli libri boni 33 neque] nec Pauli libri 35 in] im F<sup>2</sup> 39 accusaturum F<sup>2</sup>

- cumque tempore postulante<sup>1</sup> reo negari non oportet, adeo ut propterea et differantur et  
 10 proferantur custodiae. Custodiae non solum pro tribunali, sed et de plano audiri possunt  
 atque damnari.
- 19 TRYPHONINUS libro quarto disputationum. Is, cui fideicommissa libertas [B. 60, 50, 18] P  
 debetur, non aliter ut seruus quaestioni applicetur, nisi aliorum quaestionibus oneretur. 5
- 20 PAULUS libro tertio decretorum. Maritus quidam heres uxoris suae petebat [B. 60, 50, 19] P  
 a Suro pecuniam, quam apud eum deposuisse defunctam se absente dicebat, et in eam  
 rem unum testem liberti sui filium produxerat apud procuratorem: desiderauerat et quaes-  
 tionem haberi de ancilla<sup>2</sup>. Surus negabat se accepisse et testimonium non oportere  
 unius hominis admitti nec solere a quaestionibus incipi, etsi aliena esset ancilla. procu- 10  
 rator quaestionem de ancilla habuerat. cum ex appellatione cognouisset imperator, pron-  
 untiauit quaestione illicite habita unius testimonio non esse credendum ideoque recte  
 prouocatum.
- 21 IDEM libro singulari de poenis paganorum. Quaestionis habendae causa [B. 60, 50, 20] P  
 neminem esse damnandum diuus Hadrianus rescripsit. 15
- 22 IDEM libro primo sententiarum. Qui sine accusatoribus in custodiam re- [B. 60, 50, 21] P\*  
 cepti sunt, quaestio de his habenda non est, nisi si aliquibus suspicionibus urgeantur.

## XVIII.

## R DE POENIS R

SEP

- 1 ULPIANUS libro octauo disputationum. Quotiens de delicto quaeritur, placuit [B. 60, 51, 1] S\*  
 non eam poenam subire quem debere, quam condicio eius admittit eo tempore, quo sen- 21  
 tentia de eo fertur, sed eam, quam sustineret, si eo tempore esset sententiam passus,  
 1 cum deliquisset. Proinde si seruus crimen commiserit, deinde libertatem consecutus dicetur,  
 eam poenam sustinere debet, quam sustineret, si tunc sententiam passus fuisset, cum de-  
 2 liquisset. Per contrarium quoque si in deteriore conditione fuerit redactus, eam poe- 25  
 3 nam subire eum oportebit, quam sustineret, si in conditione priore durasset. Generaliter  
 placet, in legibus publicorum iudiciorum uel priuatorum criminum qui extra ordinem  
 cognoscunt praefecti uel ¶ praesides ut eis, qui poenam pecuniariam egentes eludunt, coer- f. 411  
 citionem extraordinariam inducant. 29
- 2 IDEM libro quadragensimo octauo ad edictum. Rei capitalis damnatum sic [B. 60, 51, 2] S\*  
 accipere debemus, ex qua causa damnato uel mors uel etiam ciuitatis amissio uel seruitus  
 1 contingit. Constat, postquam deportatio in locum aquae et ignis interdictionis successit,  
 non prius amittere quem ciuitatem, quam princeps deportatum in insulam statuerit: prae-  
 sidem enim deportare non posse nulla dubitatio est. sed praefectus urbi ius habet depor-  
 2 tandi statimque post sententiam praefecti amisisse ciuitatem uidetur. Eum accipiemus 35  
 damnatum, qui non prouocauit: ceterum si prouocet, nondum damnatus uidetur. sed et si  
 ab eo, qui ius damnandi non habuit rei capitalis, quis damnatus sit, <sup>3</sup> eadem causa erit:  
 damnatus enim ille est, ubi damnatio tenuit.
- 3 IDEM libro quarto decimo ad Sabinum. Praegnatis [B. 60, 51, 3 cf. uol. 6 p. 46 Heimb.] S  
 mulieris consumendae damnatae poena differtur quoad pariat. ego quidem et ne quaestio 40  
 de ea habeatur, scio obseruari, quamdiu praegnas est.
- 4 MARCIANUS libro tertio decimo institutionum. Relegati siue in insulam de- [B. 60, 51, 4] S  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> postulanti?    <sup>2</sup> idem Graeci: Suri ins.    <sup>3</sup> in ins. (edd.)

1 negari] regari F<sup>1</sup> | adeo ut propterea et differantur 'et proferantur' custodiae F<sup>2</sup>, ἐπι τοσοῦτον... ὅτι διὰ τοῦτο καὶ ὑπερτίθεται πολλάκις καὶ ἐπεκτείνεται ἡ ζήτησις BS (Dor.) 2 et 'de' plano F<sup>2</sup> 4 fideicommissa F 9 habere F 16 s'in'e F<sup>2</sup> 17 est om. F<sup>1</sup> 22 quam

sustineret] F<sup>1</sup>Y cum BS: ὁποῖαν ἐχρῆν ἀγτοῦς ὑπομένειν, causam sustinere F<sup>2</sup>OC, causam sustinere quam sustineret X, causam quam sustineret M<sup>1</sup>, inc. M<sup>2</sup> 23 com'm'iserit F<sup>2</sup> 31 'uel' etiam F<sup>2</sup> 36 quia non F | prouocabit F 40 quo'a'd F<sup>2</sup> 42 s'ine F<sup>2</sup>

portati debent locis interdictis abstinere. et hoc iure utimur, ut relegatus interdictis locis<sup>1</sup> non excedat: alioquin in tempus quidem relegato perpetuum exilium, in perpetuum relegato insulae relegationis, in insulam relegato deportationis, in insulam deportato poena capitis adrogatur. et haec ita, siue quis non excesserit in exilium intra tempus intra quod debuit, siue etiam alias exilio non obtemperauerit: nam contumacia eius cumulat poenam. et nemo potest commeatum remeatumque dare exuli, nisi imperator, ex aliqua causa.

- 5 ULPIANUS libro septimo de officio proconsulis. Absentem in criminibus B. 60, 51, damnari non debere diuus Traianus Iulio Frontoni rescripsit. sed nec de suspicionibus debere aliquem damnari diuus Traianus Adsidio Seuero rescripsit: satius enim esse irrogatum relinqui facinus nocentis quam innocentem damnari. aduersus contumaces uerum qui neque denuntiationibus neque edictis praesidium obtemperassent, etiam absentes pronuntiarum oportet secundum morem priuatorum iudiciorum. potest quis defendere haec non esse contraria. quid igitur est? melius statuatur in absentes pecuniarias quidem poenas uel eas, quae existimationem contingunt, si saepius admoniti per contumaciam desint, statui posse et usque ad relegationem procedi: uerum si quid grauius irrogandum fuisset, 1 puta in metallum uel capitis poenam, non esse absentibus irrogandam. In accusatore autem absentem nonnumquam grauius statuendum, quam Turpilliani senatus consulti poena Coll. 1, 11, 3 irrogatur<sup>2</sup>, dicendum est. Refert<sup>3</sup> et in maioribus delictis, consulto aliquid Coll. 1, 11, 4 admittatur, an casu. et sane in omnibus criminibus distinctio haec poenam Coll. 1, 11, 4 aut iustam elicere debet aut temperamentum admittere.
- 6 IDEM libro nono de officio proconsulis. Si quis forte, ne supplicio adficiatur, B. 60, 51, 6 dicat se habere quod principi referat salutis ipsius causa, an remittendum<sup>4</sup> sit ad eum, uidendum est. et sunt plerique praesidium tam timidi, ut etiam post sententiam de eo dictam poenam sustineant nec quicquam<sup>5</sup> audiant: alii omnino non patiuntur quicquam tale allegantes: nonnulli neque semper neque numquam remittunt, sed inquirunt, quid sit, 25 quod allegare principi uelint quidque quod<sup>6</sup> pro salute ipsius habeant dicere, post quae aut sustinent poenam aut non sustinent. quod uidetur habere mediam rationem. ceterum, ut<sup>7</sup> mea fert opinio, prorsus eos non debuisse, posteaquam semel damnati sunt, audiri, quidquid allegent. quis enim dubitat eludendae poenae causa ad haec eos decurrere magisque esse puniendos, qui tamdiu conticuerunt, quod pro salute principis habere se dicere 30 iactant? nec enim debebant tam magnam rem tam diu reticere. Si quos<sup>8</sup> comitum uel legati sui reos proconsul inuenerit, utrum punire eos debeat an successori seruare, quaeri 1. 411 potest. sed multa exstant exempla, quae<sup>9</sup> non tantum officialium suorum nec sub se agentium<sup>10</sup>, uerum suos quoque seruos poena adfecerunt: quod quidem faciendum est, ut exemplo 35 deterriti minus delinquant. Nunc genera poenarum nobis enumeranda sunt, quibus praesides adficere quemque possint. et sunt poenae, quae aut uitam adimant aut seruitutem iniungant aut ciuitatem auferant aut exilium aut coercionem corporis contineant:

F(XYMOG)

<sup>1</sup> excedat, insula ins. <sup>2</sup> irrogata? <sup>3</sup> Uerba rescripti [diui Hadriani ad Egnatium Taurinum proconsulem Baeticae]: Poenam Mari Euaristi recte, (et ins. Ber.) Taurine, moderatus es (est libri) ad modum culpae: refert enim Coll. <sup>4</sup> remittendus (edd.: ei χρῆ αὐτὸν παραπεμφθῆναι BS)? <sup>5</sup> non ins. (u. i.) <sup>6</sup> quod del. (edd.) <sup>7</sup> ut del. (R. Stephanus) <sup>8</sup> idem Graeci (u. i.): seruos ins. <sup>9</sup> quae] quod? <sup>10</sup> tantum ins.

1 debe'n't F<sup>2</sup> 2 in te'gru'mpus F<sup>4</sup> | exilium F<sup>2</sup> 6 dari F<sup>2</sup> 9 tra'h'ianus F<sup>2</sup> | adsiduo F<sup>2</sup> 10 relin'qui F<sup>2</sup> | damnare F 12 iudiciorum] publicorum F<sup>2</sup> 16 metallum] Hal., metallo F: οὐ μὴν βαρυτέρας (ποινής), οἷον τῆς τοῦ μέταλλου BS | in om. F<sup>2</sup> 17 turpillianu F<sup>2</sup> 19 admittatur] F<sup>2</sup> Coll., admittitur F<sup>2</sup> | an] hanc Coll. 20 iustam] iustitiam Coll. | elicere] F<sup>2</sup>, eligere F<sup>2</sup>, prouocare Coll. ex glossate 24 aud'iant F<sup>2</sup>: quasi esset audiant uertit interpres: ὥστε ... μηκέτι μηδενὸς ἑτέρου ἀκούειν BS 25 't'ale F<sup>2</sup> | neque numquam]

MC cum BS: οὔτε πάντοτε ... οὔτε ὀλίποτε, neque nonnumquam FX<sup>2</sup>YO, neque non unquam X<sup>2</sup>, inc. X<sup>2</sup> 26 uelit F: βούλονται BS | habea'n't F<sup>2</sup>: ἔχοσιν BS | qu'a'e F<sup>2</sup> 31 si quos comitum uel legati sui reos F<sup>2</sup>: εἰν ὁ ἀνηπάτος τινος τῶν συνοδεύσαντων αὐτοῦ ἢ τῶ ἀνηπάτῳ αὐτοῦ εἴρη ἡμαρτηκότας BS 32 queri F 33 non tantum officialium suorum nec sub se agentium] quasi esset: non tantum officiales suos et sub se agentes, uerū Anonymus: οὐ μόνον τοὺς ἰδίους ταξέωτας ... καὶ τοὺς ὑφ' ἑαυτοῦς τελοῦντας 34 poenae F

7 CALLISTRATUS libro sexto de cognitionibus. (ueluti fustium, admonitio: fla- [B. 60, 51, 7] \*E  
gellorum, castigatio: uinculorum, uerberatio)

8 ULPIANUS libro nono de officio proconsulis. aut damnum cum infamia aut [B. 60, 51, 8] S  
1 dignitatis aliquam depositionem aut alicuius actus prohibitionem. Uita adimitur, ut puta  
si damnatur aliquis, ut gladio in eum animaduertatur. sed animaduerti gladio oportet, non  
2 securi uel telo uel fusti uel laqueo uel quo alio modo. proinde nec liberam mortis facul-  
tatem concedendi ius praesides habent. multo enim uel ueneno necandi<sup>1</sup>. diui tamen fra-  
3 tres rescripserunt permittentes liberam mortis facultatem. Hostes autem, [cf. Prochir. 39, 19]  
4 item transfugae ea poena adficiuntur, ut uiui exurantur. Nec ea quidem poena dampnari  
quem oportet, ut uerberibus necetur uel uirgis interematur, nec tormentis: quamuis pleri-  
5 que dum torquentur deficere solent. Est poena, quae adimat libertatem: huiusmodi ut  
puta, si quis in metallum uel in opus metalli dampnetur. metalla autem multa numero sunt  
6 et quaedam quidem prouinciae habent, quaedam non habent: sed quae non habent, in eas  
5 prouincias mittunt, quae metalla habent. Praefecto plane urbi specialiter competere ius in  
6 metallum dampnandi ex<sup>2</sup> epistula diui Seueri ad Fabium Cilonem exprimitur. Inter eos autem, 15  
qui in metallum et eos, qui in opus metalli dampnantur, differentia in uinculis tantum est,  
quod qui in metallum dampnantur, grauioribus uinculis premuntur, qui in opus metalli,  
leuioribus, quodque refugae ex opere metalli in metallum dantur, ex metallo grauius coer-  
7 centur. Quisquis autem in opus publicum dampnatus refugit, duplicato tempore dampnari  
solet: sed duplicare eum id temporis oportet, quod ei cum superasset fugit<sup>3</sup>, scilicet ne 20  
illud duplicetur, quo adprehensus in carcere fuit. et si in decem annos dampnatus sit, aut  
perpetuari ei debet poena aut in opus metalli transmitti<sup>4</sup>. plane si decennio dampnatus  
fuit et initio statim fugit, uidendum est, utrum duplicari ei tempora debeant, an uero per-  
petuari uel transferri in opus metalli: et magis est, ut transferatur aut perpetuetur. gene-  
8 raliter enim dicitur, quotiens decennium excessura est duplicatio, non esse tempore poe- 25  
9 nam artandam. In ministerium metallicorum feminae in perpetuum uel ad tempus dampnari  
solent. simili modo et in salinas. et si quidem in perpetuum fuerint damnatae, quasi seruae  
10 poenae constituuntur: si uero ad tempus dampnantur, retinent ciuitatem. Solent praesides  
in carcere continendos dampnare aut ut in uinculis contineantur: sed id eos facere non  
oportet. nam huiusmodi poenae interdictae sunt: carcer enim ad continendos homines, 30  
11 non ad puniendos haberi debet. In calcariam quoque uel sulphurariam dampnari solent: sed  
hae poenae metalli magis sunt. <sup>5</sup>Quicumque in ludum uenatorium fuerint dampnati, uiden-  
dum est, an serui poenae efficiantur: solent enim iuniores hac poena adfici. utrum ergo  
serui poenae isti efficiantur an retineant libertatem, uidendum est. et magis est, ut hi  
quoque serui efficiantur: hoc enim distant a ceteris, quod instituuntur uenatores aut pyr- 35  
F(XYMO C)

<sup>1</sup> oportet: non securi uel telo uel fusti uel laqueo uel quo alio modo, multo minus ueneno, necandi, proinde nec liberam mortis facultatem concedendi ius praesides habent? <sup>2</sup> ex del.  
<sup>3</sup> cum fugit superasset (sic fere edd.: u. i.)? <sup>4</sup> et si in decem ... transmitti del. <sup>5</sup> deficit tractatus de damnatis in ludum ita, ut ferro aut cum bestiis pugnarent

5 gladio's' in F<sup>2</sup> 7 conce'den'di F<sup>2</sup> | enim uel] F<sup>2</sup>, magis uel F<sup>2</sup>, magis nec XYM<sup>2</sup>OC, inc. M<sup>2</sup> 8 rescripserant F<sup>2</sup> | hostes autem item transfugae] οἱ πολέμιοι καὶ οἱ πρὸς αὐτοὺς αἰτομολογῆτες Procl. 15 fauium F 16 et] est F<sup>2</sup> 17 pr'a'emuntur F<sup>2</sup> 20 quod ei cum superasset fugit] FY, quod ei (enim C<sup>2</sup>, ei del. M<sup>2</sup>) cum (cum om. M) superasset refugit XMC, quod ei superasset confugit O: ὁ ὑπολιμπανόμενος τῆ ἐξορίᾳ χρόνος διπλασιάζεται, οὗ μὴν ὄν ἐποίησεν ἐν φυλακῇ B (Anon.) 21 duplicetur F 24 perpetua'etur F<sup>2</sup> 26 m'etallum' ministerium met. F<sup>2</sup> 28 si'n' uero F<sup>2</sup> | retinent ciuitatem] FM<sup>2</sup>? cum BS: οὐκ ἐκπίπτουσι τῆς πολιτείας et B (Anon.): καὶ

μένουσιν ἐλεύθεροι, ciuitatem retinent X, amittunt ciuitatem YM<sup>2</sup>O, retinent amittant ciuitatem C: tantum subaudi: secundum litteram Py(sanam) dic retinent scilicet libertatem, ciuitatem quidem amittunt, quod idem est' glossa Hugoliniana cod. X 29 ut in uinculis F<sup>2</sup> 30 interdicta'e' F<sup>2</sup> | homines non ad puniendos bis F<sup>2</sup>, homines altero loco (relictis non ad puniendos) del. F<sup>2</sup> 35 enim] enim tantum F<sup>2</sup> | distat F | quod instituuntur uenatores aut pyrricharii (purricharii F) ... gratia] ὅτι οὗτοι μανθάνουσι βενάτωρες ἢ πυρριχάριοι ἢ ἄλλην τινὰ ἡδονὴν καὶ τέρψιν τοῦ δήμου διὰ τοῦ κινεῖν ἐαγτοῦς καὶ ἐξάλλεσθαι BS

- 12 richarii aut aliam quam uoluptatem gesticulandi uel aliter se mouendi gratia. Sernos in metallum uel in opus metalli, item in ludum uenatorium dari solere nulla dubitatio est: et si fuerint dati, serui poenae efficiuntur nec ad eum pertinebunt, cuius fuerint antequam damnarentur. denique cum quidam seruus in metallum damnatus beneficio principis esset iam<sup>1</sup> poena libe[r]atus, imperator Antoninus rectissime rescripsit, quia semel domini esse f. 412
- 13 desierat seruus poenae factus, non esse eum in potestatem domini postea reddendum. Sed siue in perpetua uincula fuerit damnatus seruus siue in temporalia, eius remanet, cuius fuit, antequam damnaretur.
- 9 IDEM libro decimo de officio proconsulis. Moris est aduocationibus quoque [B. 60, 51, 9 S] praesides interdicere. et nonnumquam in perpetuum interdicunt, nonnumquam ad tempus<sup>2</sup> 10 1 uel annis metiuntur uel etiam tempore quo prouinciam regunt. Nec non ita quoque inter- 2 dici potest alicui, ne certis personis adsit. Potest et ita interdicti cui, ne apud tribunal 3 praesidis postulet, et tamen apud legatum uel procuratorem non prohibetur agere. Si tamen apud legatum prohibitus fuerit postulare, credo per consequentias ne quidem apud 4 praesidem relictam illi postulandi facultatem. Nonnumquam non aduocatio- [Ep. 14, 71 15] nibus cui interdicitur, sed foro. plus est autem foro quam aduocationibus interdicere, si quidem huic omnino forensibus negotiis accommodare se non permittatur. solet autem ita 5 uel iuris studiosis interdicti uel aduocatis uel tabellionibus siue pragmaticis. Solet et [Ep.] ita interdicti, ne instrumenta omnino forment neue libellos concipiant uel testationes cor- 6 signent. Solet et sic, ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur, archio 7 forte uel grammatophylacio. Solet et sic, ut testamenta ne ordinent uel scribant uel signent. 8 Erit et illa poena, ne quis negotiis publicis interueniat: hic enim priuatis quidem interesse poterit, publicis prohibebitur, ut solent quibus sententia praecipitur ΔΗΜΟΣΙΩΝ ΔΙΔΟΤΑΙ. 9 Sunt autem et aliae poenae: si negotiatione quis abstinere iubeatur uel ad conductionem 10 eorum quae publice locantur accedere, ut ad uectigalia publica. Interdicti autem negotia- 11 tione plerumque uel negotiationibus solet: sed damnare, ut quis negotietur, an possit uidea- mus. et sunt quidem hae poenae, si quis generaliter tractare uelit, inciuiles inuitum ho- minem iubere facere quod facere non potest: sed si quis specialiter tractauerit, potest esse iusta causa compellendi cuius ad negotiationem: quod si fuerit, sequenda erit sen- 12 tentia. Istae fere sunt poenae quae iniungi solent. sed enim [(B) Phot. 9, 39 p. 1028 Uoell. 30] sciendum est discrimina esse poenarum neque omnes eadem poena adfici posse. nam in primis decuriones in metallum damnari non possunt nec in opus metalli, nec furcae subici uel uiui exuri. et si forte huiusmodi sententia fuerint affecti, liberandi erunt: sed hoc non potest efficere qui sententiam dixit, uerum referre ad principem debet, ut ex auctoritate 13 eius poena aut permutetur aut liberaretur. Parentes quoque et liberi decurionum [(Phot.) 35] 14 in eadem causa sunt. Liberos non tantum filios accipere debemus, uerum omnes liberos. Sed utrum hi soli, qui post decurionatum suscepti sunt, his poenis non adficiantur, an uero omnes omnino liberi, etiam in plebeia familia suscepti, uidendum est: et magis puto omni- 15 bus prodesse debere. Plane si parens decurio esse desierit, si quidem iam decurione fuerit editus, proderit ei, ne adficiatur: enimvero si posteaquam plebeius factus est tunc susci- 16 piat filium, quasi plebeio editus ita erit plectendus. Statuliberum quasi liberum iam pu- niendum diuus Pius Saluio Marciano rescripsit.
- 10 MACER libro secundo de publicis iudiciis. In seruorum persona ita obser- [B. 60, 51, 10 S] uatur, ut exemplo humiliorum puniantur. et ex quibus causis liber fustibus caeditur, ex his seruus flagellis caedi et domino reddi iubetur: et ex quibus liber fustibus caesus in 45 opus publicum datur, ex his seruus, sub poena uinculorum ad eius temporis spatium, F(XYMOG)

<sup>1</sup> iam] ea?    <sup>2</sup> et tempus ins. (similiter Canegieter)

5 qui'a F<sup>2</sup> 6 desiera'n't F<sup>2</sup> 10 et] est F<sup>1</sup>  
 15 postulendi F<sup>2</sup> 21 solen't' et F<sup>2</sup> 22 hic]  
 nec F<sup>1</sup> 25 public'a'e loc. F<sup>2</sup> 26 sole'n't F<sup>2</sup>  
 30 feræ F<sup>1</sup> 31 nam 'in' primis F<sup>2</sup> 34 qui  
 bis F<sup>1</sup> 36 libe'ros sed utrum F<sup>2</sup> 37 an]

ad F<sup>1</sup> 41 liberum 'eum' iam F<sup>2</sup> 43 de  
 om. F<sup>1</sup> 44 et] F<sup>1</sup> cum B: καί, sed F<sup>2</sup> 45 in  
 opus publicum datur] F<sup>2</sup> cum B (Anon.): sic  
 ἐργον ΔΗΜΟΣΙΩΝ ΔΙΔΟΤΑΙ, in publicum damna-  
 tur F<sup>1</sup>

- flagellis caesus domino reddi iubetur. si sub poena uinculorum domino reddi iussus non recipiatur, unumdari et, si emptorem || non inuenerit, in opus publicum et quidem perpetuum f. 412'
- 1 tradi iubetur. Qui ex causa in metallum dati sunt et post hoc deliquerunt, in eos tamquam metallicos constitui debet, quamuis nondum in eum locum perducti fuerint, in quo
- 2 operari habent: nam statim ut de is sententia dicta est, condicionem suam permutant. In 5 personis tam plebeiorum quam decurionum illud constitutum est, ut qui maiori poena adficitur, quam legibus statuta est, infamis non fiat. ergo et si opere temporario quis multatus sit uel tantum fustibus caesus, licet in actione famosa, ueluti furti, dicendum erit infamem non esse, quia et solus fustium ictus grauior est quam pecuniaris damnatio. 9
- 11 **MARCIANUS** libro secundo de publicis iudiciis. Perspiciendum<sup>1</sup> est iudicanti, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa deposcit: nec enim aut seueritatis aut clementiae gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quaeque res ex postulat, statuendum est. plane in leuioribus causis prouiores ad lenitatem iudices esse debent, in grauioribus poenis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis
- 1 subsequi. Furta domestica si uiliora sunt, publice uindicanda non sunt, nec admittenda 15 est huiusmodi accusatio, cum seruus a domino uel libertus a patrono, in cuius domo moratur, uel mercennarius ab eo, cui operas suas locauerat, offeratur quaestioni: nam domestica furta uocantur, quae serui dominis uel liberti patronis uel mercennarii apud quos
- 2 degunt subripiunt. Delinquitur autem aut proposito aut impetu aut casu. proposito delinquent latrones, qui factionem habent: impetu autem, cum per ebrietatem ad manus aut 20 ad ferrum uenitur: casu uero, cum in uenando telum in feram missum hominem interfecit.
- 3 Capitis poena est bestiis obici uel alias similes poenas pati uel animaduerti.
- 12 **MACER** libro secundo de officio praesidis. Quod ad statum damnatorum [B. 60, 51, 12] S pertinet, nihil interest, iudicium publicum fuerit nec ne: nam sola sententia, non genus criminis spectatur. itaque hi, in quos animaduerti iubetur quine ad bestias dantur, con-
- 25 festim poenae serui fiunt.
- 13 **ULPIANUS** libro primo de appellationibus. Hodie licet ei, qui extra ordinem [B. 60, 51, 13] S de crimine cognoscit, quam uult sententiam ferre, uel grauiorem uel leuiorem, ita tamen ut in utroque moderationem non excedat. 29
- 14 **MACER** libro secundo de re militari. Quaedam delicta pagano aut nullam [B. 60, 51, 14] S aut leuiorem poenam irrogant, militi uero grauiorem. nam si miles artem ludicram fecerit uel in seruitutem se uenire passus est, capite puniendum Menander scribit.
- 15 **UENULEIUS SATURNINUS** libro primo de officio proconsulis. Dinus Hadrianus eos, qui S in numero decurionum essent, capite puniri prohibuit, nisi si qui parentem occidissent: uerum poena legis Corneliae puniendos mandatis plenissime cautum est. 35
- 16 **CLAUDIUS SATURNINUS** libro singulari de poenis paganorum. Aut facta [B. 60, 51, 14] S puniuntur, ut furta caedesque, aut dicta, ut conuicia et infidae aduocationes, aut scripta, ut falsa et famosi libelli, aut consilia, ut coniurationes et latronum conscientia quosque
- 1 alios suadendo inuisse sceleris est instar. Sed haec quattuor genera consideranda sunt
- 2 septem modis: causa persona loco tempore qualitate quantitate euentu. Causa: ut in uer-
- 40 beribus, quae impunita sunt a magistro allata<sup>2</sup> uel parente, quoniam emendationis, non iniuriae gratia uidentur adhiberi: puniuntur, cum quis per iram ab extraneo pulsatus est.
- 3 Persona dupliciter spectatur, eius qui fecit et eius qui passus est: aliter enim puniuntur ex isdem facinoribus serui quam liberi, et aliter, qui quid in dominum parentemue ausus

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> respiciendum (edd.)?    <sup>2</sup> illata (edd.)?

2 emptorem 'non' || non F<sup>2</sup> 3 delinquerunt F  
 5 de his F 6 maiori] madori F<sup>2</sup> | poena'm  
 adficitur F<sup>4</sup> 15 public'a'e F<sup>4</sup> 19 delin-  
 quitur] F<sup>2</sup>, delinquent F<sup>2</sup> 23 macer] l'hem B  
 25 hi in] F<sup>2</sup>, his F<sup>2</sup> | uestias F<sup>o</sup> 29 ut intro-  
 que F | moderationem] F<sup>2</sup>, modo rationem F<sup>1</sup>,

ὥστε μέντοι ἐπὶ ἐκατέρου μὴ παραζιναίαι τὴν  
 σύμμετριαν B (Anon.) 30 macer] Μαρκ. B  
 31 arte'm' F<sup>2</sup> 36 Κλαυδ. B: Uenuleio Satur-  
 nino librum de poenis paganorum tribuit index  
 auctorum Flor. 37 infide F 38 falla F<sup>1</sup> 39 su'a'-  
 dendo F<sup>4</sup> 40 pers'a'ona F<sup>4</sup> 44 parentem'u'e F<sup>2</sup>



est quam qui in extraneum, in magistratum uel in priuatum. in eius rei consideratio  
 4 aetatis quoque ratio habeatur. || Locus facit, ut idem uel furtum uel sacrilegium sit  
 5 capite luendum uel minore supplicio. Tempus discernit emansorem a fugitino et effra-  
 6 rem uel furem diurnum a nocturno. Qualitate, cum factum uel atrocius uel leuius est = ut  
 furta manifesta a nec manifestis discerni solent, rixae a grassaturis, expilationes a fur-  
 7 petulantia a uiolentia. qua de re maximus apud Graecos orator Demosthenes<sup>1</sup> sic ait:  
 οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστηκεν τὴν ἕβριν<sup>2</sup>, ἀλλ' ἡ ἀτιμία· οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθεροῖς ἐστὶ  
 δεινόν, καίπερ ὄν δεινόν. ἀλλὰ τὸ ἐφ' ἕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποίσειεν ὁ τύπτων, ὃ ἄνδρες Ἀθη-  
 ναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο<sup>3</sup> ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ,  
 8 ὅταν ὡς ἕβριζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονάλοισι, ὅταν ἐπὶ κόρρησιν. ταῦτα κινεῖ,  
 9 7 ταῦτα<sup>4</sup> ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν ἀθέοις ὄντας τοῦ προηλακίζεσθαι. Quantitas discernit  
 8 furem ab abigeo: nam qui unum auem subriperit, ut fur coercebitur, qui gregem, ut abi-  
 9 geus. Euentus spectetur, ut a clementissimo quoque facta<sup>5</sup>: quamquam lex non minus  
 eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quam eum qui occiderit puniat. et ideo  
 apud Graecos exilio uoluntario fortuiti casus luebantur, ut apud praecipuum poetarum  
 scriptum est<sup>6</sup>:

εὔτε με τυτθὸν εὐόνα Μενότιος ἐξ Ὀπόεντος  
 ἤγαγεν ἡμέτερόνδ' ἀναροκτασίης ὑπο λυγρῆς,  
 ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος  
 νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλουσι χολωθεῖς.

- 9 Euenit, ut eadem scelera in quibusdam prouinciis grauius plectantur, ut in Africa messium  
 10 incensores, in Mysia uitium, ubi metalla sunt adulteratores plectetae. Nonnumquam euenit,  
 ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quotiens nimium multis personis gra-  
 santibus exemplo opus sit.  
 17 MARCIANUS libro primo institutionum. Sunt quidam serui poenae, ut sunt B. 60, 51, 16 S<sup>r</sup>  
 in metallum dati et in opus metalli: et si quid eis testamento datum fuerit, pro non scriptis<sup>1</sup>  
 1 est, quasi non Caesaris seruo datum, sed poenae. Item quidam ἀπόμαδες sunt, hoc est  
 sine ciuitate: ut sunt in opus publicum perpetuo dati et in insulam deportati, ut ea qui-  
 dem, quae iuris ciuilibus sunt, non habeant, quae uero iuris gentium sunt, habeant.  
 18 ULPIANUS libro tertio ad edictum. Cogitationis poenam nemo patitur. B. 60, 51, 17 E  
 19 IDEM libro quinquagesimo septimo ad edictum. Si non defendantur serui B. 60, 51, 18 E  
 a dominis, non utique statim ad supplicium deducuntur, sed permittetur eis defendi uel  
 ab alio, et qui cognoscit, debet de innocentia eorum quaerere.  
 20 PAULUS libro octauo decimo ad Plantium. Si poena alicui irrogatur, re- B. 60, 51, 19 E  
 ceptum est commenticio iure, ne ad heredes transeat. cuius rei illa ratio uidetur, quod  
 poena constituitur in emendationem hominum: quae mortuo eo, in quem constitui uidetur,  
 desinit.  
 21 CELSUS libro trigensimo septimo digestorum. Ultimum supplicium esse B. 60, 51, 20 E  
 mortem solam interpretatur.  
 22 MODESTINUS libro primo differentiarum. In metallum damnati si ualetudine B. 60, 51, 21 E

F(XYMOG)

<sup>1</sup> contra Midiam p. 537 Reiske    <sup>2</sup> τὴν ἕβριν] τὴν ὀργὴν Demosth.    <sup>3</sup> δύναιτο Demosth.  
<sup>4</sup> ταῦτα Demosth.    <sup>5</sup> euentus ut spectetur, a clementissimo quoque (u. i.) factum (factum  
 Salmasius)?    <sup>6</sup> Homerus Il. 23, 85    <sup>7</sup> scripto (edd.)?    <sup>8</sup> constituitur?

1 in magistratum] XYMOG cum BS: κατὰ  
 ἀρχόντος, in magistrum F [ eius] F<sup>1</sup>, huius F<sup>2</sup>  
 7 παρέστησεν (non παρέστησεν)] F, παρέστηκε  
 BS [ ἐστὶ] BS, ἐστὶν F    8 ἀλλὰ] BS, ἀλ F [ ποιήσειεν] ποιῆ BS | ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] ἄνδρα  
 Ἀθηναῖον BS    9 ἑτέρῳ] ἑτερω et sic deinceps  
 cum iota in h. l. adscripto F | τῷ σχήματι] BS et Demosthenis libri, σχήματι F    10 κον-  
 δάλοισι BS    11 ἐαυτῶν BS | προ ἑπηλακίζεσθαι F  
 13 euentus ... facta] idem Graeci: τὸ ἀποτέ-

λεσμα θεωρεῖται, ὡς ἐπὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πραοτά-  
 του ἀνθρώπου γινόμενων BS, euentus specta-  
 tur ut a (a om. M<sup>2</sup>) dementissimo (clemen-  
 tissimo O) quoque facta (facto M<sup>2</sup>: euer-  
 delicta X) XYMOG 15 fortuita F<sup>1</sup> 17 μενοί-  
 τιος] BS, μενυτιος (sic) F    20 ἀστραγάλου F  
 21 scel' a' era F<sup>1</sup>    22 musia F    26 non] no F  
 29 qui uero F<sup>2</sup>    30 nem' o' pat' tur F<sup>2</sup>  
 40 si n' ualetudine F<sup>2</sup>

aut aetatis infirmitate inutiles operi faciundo deprehendantur, ex rescripto diui Pii a praeside dimitti poterunt, qui aestimabit de his dimittendis, si modo uel cognatos uel adfines habeant et non minus decem annis poenae suae functi fuerint.

- 23 IDEM libro octauo regularum. Sine praefinito tempore in metal- [Pot. 31, 9. B. 60, 51, 22] E  
lum dato imperitia dantis decennii tempora praefinita uidentur. 5
- 24 IDEM libro undecimo pandectarum. Eorum, qui relegati uel deportati sunt ex causa E  
maiestatis, statuas detrahendas scire debemus.
- 25 IDEM libro duodecimo pandectarum. Si diutino tempore aliquis in reatu [B. 60, 51, 28] E  
fuerit, aliquatenus poena eius subleuanda erit: sic etiam constitutum est non eo modo  
puniendos eos, qui longo tempore in reata agunt, quam eos qui in recenti sententiam ex- 10  
1 cipiunt. Non potest quis sic damnari, ut de saxo praecipitur.
- 26 CALLISTRATUS libro primo de cognitionibus. ¶ Crimen uel poena paterna [B. 60, 51, 24] E f. 418'  
nullam maculam filio indigere potest: namque unusquisque ex suo admissio sorti subicitur  
nec alieni criminis successor constituitur, idque diui fratres Hierapolitani rescripserunt. 14
- 27 IDEM libro quinto de cognitionibus. Diui fratres Arruntio Siloni rescripse- [B. 60, 51, 25] E  
runt non solere praesides prouinciarum ea quae pronuntiauerunt ipsos rescindere. Uetinae  
quoque Italicensi rescripserunt suam mutare sententiam neminem posse idque insolitum  
esse fieri. si tamen de se quis mentitus fuerit uel, cum non haberet probationum instru-  
menta, quae postea reppererit, poena adfictus sit, nonnulla exstant principalia rescripta,  
quibus uel poena eorum minuta est uel in integrum restitutio concessa. sed id dumtaxat 20  
1 a principibus fieri potest. De decurionibus et principalibus ciuitatum, qui capitale ad-  
miserunt<sup>1</sup>, mandatis cauetur, ut, si quis id admississe uideatur, propter quod relegandus  
2 extra prouinciam in insulam sit, imperatori scribatur adiecta sententia a praeside. Alio  
quoque capite mandatorum in haec uerba cauetur: 'Si qui ex principalibus alicuius ciui-  
'tatis latrocinium fecerint aliudue quod facinus, ut capitalem poenam meruisse uideantur, 25  
'commiserint, uinctos eos custodies et mihi scribes et adicies, quid quisque commiserit'.
- 28 IDEM libro sexto de cognitionibus. Capitalium poenarum fere isti gradus [B. 60, 51, 26] E  
sunt. summum supplicium esse uidetur ad furcam damnatio. item uiui crematio: quod  
quamquam summi supplicii appellatione merito contineretur, tamen eo, quod postea id  
genus poenae adiuuentum est, posterius primo uisum est. item capitis amputatio. deinde 30  
1 proxima morti poena metalli coercitio. post deinde in insulam deportatio. Ceterae poenae  
ad existimationem, non ad capitis periculum pertinent, ueluti relegatio ad tempus, uel in  
perpetuum, uel in insulam, uel cum in opus quis publicum datur, uel cum fustium ictu  
2 subicitur. Non omnes fustibus caedi solent, sed hi dumtaxat qui<sup>2</sup> liberi sunt et quidem  
tenuiores homines: honestiores uero fustibus non subiciuntur, idque principalibus rescriptis 35  
3 specialiter exprimitur. Solent quidam, qui uolgo se iuuenes appellant, in quibusdam ciui-  
tatibus turbulentis se adclamationibus popularium accommodare. qui si amplius nihil ad-  
miserint nec ante sint a praeside admoniti, fustibus caesi dimittuntur aut etiam spectaculis  
eis interdicitur. quod si ita correcti in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt, non-  
numquam capite plectendi, scilicet cum saepius seditiose et turbulente se gesserint et ali- 40  
4 quotiens adprehensi tractati clementius in eadem temeritate propositi perseuerauerint. Serui  
5 caesi solent dominis reddi. Et ut generaliter dixerim, omnes, qui fustibus caedi prohi-  
bentur, eandem habere honoris reuerentiam debent, quam decuriones habent. est enim  
inconstans dicere eum, quem principales constitutiones fustibus subici prohibuerunt, in  
F(XYMOC). Petrus 3, 20 = l. 26 (usque ad u. 14 constituitur)

<sup>1</sup> qui capitale admiserunt del.    <sup>2</sup> hi dumtaxat qui] serui dumtaxat quique?

1 operi's faciundo F<sup>1</sup>    2 aestimauit F | de-  
mittendis F    9 eo modo] modo eo F<sup>2</sup>  
11 pra'e'cipitur F<sup>2</sup>    12 callistratus] FYOC  
Petr., paulus XM    14 criminis successor  
om. X | diu'i' F<sup>2</sup>    15 harruntio F    18 se]  
si F<sup>2</sup>    24 qui] qua F<sup>2</sup>    26 custodes F |  
adi'e'cies F<sup>1</sup>    27 gradus] gram F<sup>2</sup>    28 quod]

quid F    33 ictu'i' F<sup>2</sup>    34 fustibus] fustis F  
36 spe'cialiter F<sup>2</sup>    37 turbulentis (turbulenti-  
bus F) se adclamationibus popularium accom-  
modare] ταῖς θορυβοῦσαις τῶν δήμων ἐκβοῦσαις  
παρεβάλλειν BS    39 e't's int. F<sup>2</sup> | exilia F<sup>2</sup> |  
sint F    40 plectendi] lectendi F | gesserunt F<sup>2</sup>  
42 solent] uolent F<sup>2</sup> | dixerint F<sup>2</sup> | qui om. F<sup>2</sup>

- 6 metallum dari posse. Diuus Hadrianus in haec uerba rescripsit. 'In opus metalli ad tem-  
 pus nemo damnari debet. sed qui ad tempus damnatus est, etiamsi faciet metallicum opus,  
 'non in metallum damnatus esse intellegi debet: huius enim libertas manet, quamdiu etiam<sup>1</sup>  
 'hi, qui in perpetuum opus damnantur'. proinde et mulieres hoc modo damnatae liberos  
 7 pariunt. Ad statuas confugere uel imagines principum in iniuriam alterius<sup>2</sup> prohibitum  
 est. cum enim leges omnibus hominibus aequaliter securitatem tribuant, merito uisum est  
 in iniuriam potius alterius quam sui defensionis gratia ad statuas uel imagines principum  
 confugere: nisi si quis ex uinculis uel custodia || detentus a potentioribus ad huiusmodi  
 praesidium confugerit: his enim uenia tribuenda est. ne autem ad statuas uel imagines  
 quis confugiat, senatus censuit: eumque, qui imaginem Caesaris in inuidiam alterius prae-  
 8 tulisset, in uincula publica coerceri diuus Pius rescripsit. Omnia admissa in patronum pa-  
 troniue<sup>3</sup> filium patrem propinquum maritum uxorem ceterasque necessitudines grauius uin-  
 9 dicanda sunt quam in extraneos. Uenenarii capite puniendi sunt aut, si digni- (B) Phot. 9, 25  
 10 tatis respectum agi oportuerit, deportandi. Grassatores, qui praedae causa (Phot.) B. 60, 51, 26  
 id faciunt, proximi latronibus habentur. et si cum ferro adgredi et spoliare instituerunt,<sup>15</sup>  
 capite puniuntur, utique si saepius atque in itineribus hoc admiserunt: ceteri in metallum  
 11 dantur uel in insulas relegantur. Igni cremantur plerumque serui, qui saluti dominorum suo-  
 12 rum insidauerint, nonnumquam etiam liberi plebei et humiles personae. Incendiarii capite  
 puniuntur, qui ob inimicitias uel praedae causa incenderint intra oppidum: et plerumque  
 uiui exuruntur. qui uero casam aut uillam, aliquo lenius. nam fortuita incendia, si, cum<sup>19</sup>  
 uitari possent, per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno uicinis fuerunt, ciui-  
 liter exercentur (ut qui iactura adfectus est, damni disceptet) uel modice uindicantur<sup>4</sup>.  
 13 In exilibus gradus poenarum constituti edicto diui Hadriani, ut qui ad tempus relegatus  
 est, si redeat<sup>5</sup> in insulam relegetur, qui relegatus in insulam<sup>6</sup> excesserit, in insulam de-  
 14 portetur, qui deportatus euaserit, capite puniatur. Ita et in custodiis gradum seruandum<sup>25</sup>  
 esse idem princeps rescripsit, id est ut, qui in tempus damnati erant<sup>7</sup>, in perpetuum damna-  
 rentur, qui in perpetuum damnati erant, in metallum damnarentur, qui in metallum damnati  
 15 id admiserint, summo supplicio adficerentur. Famosos latrones in his locis, (Proch. 39, 16  
 ubi grassati sunt, furca figendo compluribus placuit, ut et conspectu deterreantur alii ab  
 isdem facinoribus et solacio sit cognatis et adfinibus interemptorum eodem loco poena red-<sup>30</sup>  
 dita, in quo latrones homicidia fecissent: nonnulli etiam ad bestias hos damnauerunt.  
 16 Maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos quam liberos, famosos quam integrae famae  
 homines punierunt.  
 29 GAIUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Qui ultimo supplicio dam- (B. 60, 51, 27) E  
 nantur, statim et ciuitatem et libertatem perdunt. itaque praecoccupat hic casus mortem<sup>35</sup>  
 et nonnumquam longum tempus occupat: quod accidit in personis eorum, qui ad bestias  
 damnantur. saepe etiam ideo seruari solent post damnationem, ut ex his in alios quaestio  
 habeatur.  
 30 MODESTINUS libro primo de poenis. Si quis aliquid fecerit, quo (B. uol. 6 p. 46 Heimb. E  
 leues hominum animi superstitione numinis terrentur<sup>8</sup>, diuus Marcus huiusmodi homines in<sup>40</sup>  
 insulam relegari rescripsit.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> quamdiu etiam] quam perdunt (ποῦστ = διυεῖ)? <sup>2</sup> in iniuriam alterius del. <sup>3</sup> debuit  
 esse patronum patronam patroni patronaue <sup>4</sup> uindicantur? <sup>5</sup> in perpetuum relegetur,  
 qui in perpetuum relegatus est si redeat ins. (cf. p. 851, 32 et l. 4 h. t.) <sup>6</sup> insula ins.  
<sup>7</sup> et euaserant ins. <sup>8</sup> terrentur (Taur.)?

2 debent F | qui om. F<sup>1</sup> | ad] F, in f  
 3 quamdiu etiam (quamdiutiam F<sup>o</sup>) hi qui  
 (non ins. YOC) in perpetuum opus (o'mn'pus  
 F<sup>4</sup>) damnantur] FXYMOC: quasi legeretur  
 quemadmodum pro quamdiu, uertit Anonymus:  
 επειδὴ καὶ ὁ διηλεκῶς εἰς ἔργον (οὐ μεταλλοῦ,  
 ἀλλὰ δημόσιον explicant scholia recentiora) κατα-

δικαζόμενος ἐλεύθερος μένει B 4 et] etiam F<sup>1</sup>  
 13 uenenarii] οἱ φαρμακοὶ Photius 16 uti-  
 qu'a'e F<sup>4</sup> 18 insidauerint F<sup>2</sup> 19 prae-  
 des F<sup>o</sup> 20 cum u'uitari F<sup>2</sup> 23 hadriano F<sup>1</sup>  
 24 insulam re'excesserit F<sup>4</sup> 29 deterran-  
 tur F 30 solacii F<sup>o</sup> 36 uestias F 39 mo-  
 destinus] F, idem f | alii'quid F<sup>4</sup>

- 31 IDEM libro tertio de poenis. Ad bestias damnatos fauore populi praeses dimittere non debet: sed si eius roboris uel artificii sint, ut digne populo Romano exhiberi possint, principem consulere debet. Ex prouincia autem in prouinciam transduci damnatos sine permissu principis non licere diuus<sup>1</sup> Seuerus et Antoninus rescripserunt. E  
4
- 32 ULPIANUS libro sexto ad edictum. Si praeses uel iudex ita interlocutus sit 'uim fecisti', si quidem ex interdicto, non erit notatus nec poena legis Iuliae sequetur: si uero ex crimine, aliud est. quid si non distinxerit praeses, utrum Iulia publicorum an Iulia priuatorum? tunc ex crimine erit aestimandum. sed si utriusque legis crimina obiecta sunt, mitior lex, id est priuatorum erit sequenda. E<sup>f</sup>  
9
- 33 PAPINIANUS libro secundo quaestionum. Fratres imperatores rescripserunt seruus in temporaria uincula damnatos libertatem et hereditatem siue legatum, postquam tempus expleuerint, consequi, quia temporaria coercitio, quae descendit ex sententia, poenae est abolitio. si autem beneficium libertatis in uinculis eos inueniat, ratio iuris et uerba constitutionis libertati refragantur. plane si testamento libertas data sit et eo tempore, quo aditur hereditas, tempus uinculorum solutum sit, recte manumissus intellegatur, non secus ac si pignori datum seruum debitor manumisisset eiusque post liberatum pignus adita fuisset hereditas. P  
f. 414'
- 34 IDEM libro sexto decimo responsorum. Seruus in opus publicum perpetuum ac multo magis temporarium non datur. cum igitur per errorem in opus temporarium fuisset datus, expleto tempore domino seruum esse reddendum respondi. Eos quoque poena delatoris ex sententia senatus consulti teneri respondi, qui per suppositam personam delatori causam dederunt. P  
15  
30
- 35 CALLISTRATUS libro primo quaestionum. Mandatis principalibus, quae praesidibus dantur, cauetur, ne quis perpetuis uinculis damnetur: idque etiam diuus Hadrianus rescripsit. P  
25
- 36 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. In metallum, sed et in ministerium metallicorum damnati serui efficiuntur, sed poenae. P
- 37 PAULUS libro primo sententiarum. In dardanarios propter falsum mensuram modum ob utilitatem popularis annonae pro modo admissi extra ordinem uindicari placuit. P  
30
- 38 IDEM libro quinto sententiarum. Si quis aliquid ex metallo principis uel ex moneta sacra furatus sit, poena metalli et exilii punitur. Transfugae ad hostes uel consiliorum nostrorum renuntiatores aut uini exuruntur aut furcae suspenduntur. Actores seditionis et tumultus populo concitato pro qualitate dignitatis aut in curiam tolluntur aut bestiis obiciuntur aut in insulam deportantur. Qui nondum uiripotentes uirgines corrumpunt, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam relegantur aut in exilium mittuntur. Qui se suis nummis redemptum non probauerit, libertatem petere non potest: amplius eidem domino sub poena uinculorum redditur uel, si ipse dominus malit, in metallum damnatur. Qui abortionis aut amatorum poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte honorum relegantur. quod si eo mulier aut homo perierit, summo supplicio adficiuntur. Testamentum, quod nullo iure ualet, P  
35  
40  
40

*F(XYMOC). Petrus 3, 21 = l. 38 pr.: 1, 53 = l. 38 § 3*

<sup>1</sup> diui?    <sup>2</sup> auctores *Paulus*    <sup>3</sup> populo concitato] uel concitatores populi *Paulus*    <sup>4</sup> crucem *Paulus*    <sup>5</sup> id *ins. Paulus*    <sup>6</sup> quod si ex hoc *Paulus*

5 si *om. F<sup>2</sup>*    11 seruus *F<sup>o</sup>*    13 in uinculis 'eos inueniat *F<sup>2</sup>*: ἐάν ἐτι ἐν δεσμοῖς ἐστί *B* (*Anon.*) 18 re'sponsorum *F<sup>2</sup>* 26 iuris *om. F<sup>1</sup>* 27 metallicorum] *Taur.* (*cf. p. 847, 26*), metallicorum *F<sup>2</sup>* 31 quinto] *FYM*, ii *Petr. utroque loco* | aliquid *om. Petr.* 32 ex moneta] moneta *X<sup>o</sup>* | sacra *om. Petr.* | sit furatus *Y* | metalli et exilii] *F<sup>1</sup>*, metalli exilii *F<sup>2</sup>C*, metalli

uel exilii *XYMO Petr.*: ἢ ἐξοριζονται *B* (*Anon.*) 34 tumultus *F<sup>2</sup>* | concitato] pro *F<sup>2</sup>* 35 tolluntur *om. Pauli libri optimi* | uestiis *F<sup>1</sup>* | in insulam] *Paulus*, insulam *F* | deportantur] *Paulus*, deportatur *F* 36 in 'metallum damn. *F<sup>4</sup>*, damn. in metallum *Petr.* 37 exilium] insulam *Petr.* 40 quia *om. Pauli libri* 41 honestiores *F<sup>2</sup>* 42 perieris *F<sup>2</sup>*

- impune supprimitur: nihil est enim, quod ex eo aut petatur aut consistere possit.
- 7 Qui niui testamentum apernerit recitauerit resignauerit, poena<sup>1</sup> Corneliae tenetur: et plerumque humiliores aut<sup>2</sup> in metallum damnantur aut honestiores in insulam
- 8 deportantur. Si quis instrumentum litis suae<sup>3</sup> a procuratore<sup>4</sup> aduersario proditum<sup>5</sup> esse conuicerit, procurator si humilior sit, in metallum damnatur, si honestior, s
- 9 adempta parte bonorum dimidia in perpetuum relegatur<sup>6</sup>. Instrumenta penes se deposita quicumque alteri altero absente reddiderit uel aduersario prodiderit: prout per-
- 10 sonae condicio est<sup>7</sup>, aut in metallum damnatur aut in insulam deportatur<sup>8</sup>. Iudices pedanei si pecunia corrupti dicantur, plerumque a praeside aut curia summonentur
- 11 aut in exilium mittuntur aut ad tempus relegantur. Miles, qui ex carcere dato gladio erupit<sup>9</sup>, poena capitis punitur. eadem poena tenetur et qui cum eo, quem custodi-
- 12 debat, deseruit. Miles, qui sibi manus intulit nec factum peregit, nisi impatentia doloris aut morbi luctusue alicuius uel alia causa fecerit, capite puniendus est: alias cum ignominia mittendus est.
- 39 TRYPHONINUS libro decimo disputationum. Cicero in oratione pro Cluentio Habito<sup>10</sup> scripsit Milesiam quandam mulierem, cum esset in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi medicamentis ipsa abegisset, rei capitalis esse damnatam<sup>11</sup>. sed et si qua uisceribus suis post diuortium, quod praegnas fuit<sup>12</sup>, uim intalerit, ne iam inimico marito filium procrearet, ut temporali exilio coerceatur, ab optimis imperatoribus nostris rescriptum est.
- 40 PAULUS libro tertio decretorum. Metrodorum, cum hostem fugientem sciens susceperit, in insulam deportari, Philocteten, quod occultari eum non ignorans diu dissimulauerit, in insulam relegari placet.
- 41 PAPINIANUS libro secundo definitionum. Sanctio legum, quae nouissime certam poenam irrogat his, qui praeceptis legis non obtemperauerint, ad eas species pertinere non uidetur, quibus ipsa lege poena specialiter addita est. nec ambigitur in cetero omni iure speciem generi derogare, nec sane uerisimile est delictum unum eadem lege uariis aestimationibus coerceri.
- 42 HERMOGENIANUS libro primo epitomarum. Interpretatione legum poenae molliendae sunt potius quam asperandae.
- 43 PAULUS libro primo responsorum. Imperator Antoninus Aurelio Atiliano rescripsit: Praeses ultra administrationis suae tempus interdicere alicui arte sua uti non potest. Idem respondit eum, qui suo admissio decurionum honorem amisit, non posse in poenis euitandis decurionis filii honorem uindicare.

XX.

DE BONIS DAMNATORUM

- 1 CALLISTRATUS libro primo de iure fisci et populi. Damnatione bona publicantur, cum aut uita adimitur aut ciuitas, aut seruilis condicio irrogatur. Etiam
- F(XYMOG)

<sup>1</sup> legis ins. Paulus <sup>2</sup> aut humiliores Paulus <sup>3</sup> instrumenta utilitatis suae Pauli libri  
<sup>4</sup> uel cognitore ins. Paulus <sup>5</sup> prodita Paulus <sup>6</sup> procurator ... relegatur] tam procurator  
 quam cognitor, si humiliores sunt, in metallum damnantur, si honestiores sunt (sic libri boni),  
 adempta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur Paulus <sup>7</sup> pro personae eius con-  
 ditione Paulus <sup>8</sup> relegatur Paulus <sup>9</sup> idem Graeci (u. i.): ex carcere erupit, datus ad  
 gladium? <sup>10</sup> c. 11, 32 <sup>11</sup> memoria teneo Milesiam quandam mulierem, cum essem in  
 Asia, quod ... partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam Cicero  
<sup>12</sup> fecit (Io. Cannegieter)? <sup>13</sup> nam ins.

1 supprimitur F 2 qui'd' uiui F<sup>2</sup> 4 instru-  
 mentum litis suae] τὰ τῆς δίκης ... δικαιώ-  
 ματα B (Anon.) 6 perpetuum relegatur F<sup>2</sup> |  
 p'a'enes F<sup>2</sup> 9 paedanei F | curia] Paulus,  
 curiae F 10 ad] Paulus, om. F | dato gla-

dio] τῷ ζῆφει χρῆσάμενος BS, ζῆφίρος B  
 13 morbi] f, morui F | uel alia causa] ἢ ἐτέ-  
 ραν εὔλογον αἰτίαν B (Anon.) 16 habito]  
 anito F 22 deportari om. F<sup>2</sup> 25 certum F<sup>2</sup>  
 27 gener'e i F<sup>2</sup> 33 ab idem legem incipit F

- si qui ante concepti et post damnationem nati sunt, portiones ex bonis patrum damnatorum accipiunt. Liberis autem ita demum portio tribuitur, si iustis nuptiis nati sint. Liberis eius, cui pars dimidia dumtaxat bonorum ablata est, partes non dantur: idque et diui fratres rescripserunt.
- 2 IDEM libro sexto de cognitionibus. Non ut quis in carcerem ductus est, B. 60, 52, 2 E spoliari eum oportet, sed post condemnationem: idque diuus Hadrianus rescripsit.
- 3 ULPIANUS libro trigensimo tertio ad edictum. Quinque legibus damnatae B. 60, 52, 3 S mulieri dos publicatur: maiestatis, uis publicae, parricidii, uenefici, de sicariis:
- 4 PAPINIANUS libro secundo de adulteris. et omnes omnino maritus saluas B. 60, 52, 4 S\* actiones contra fiscum habet. 10
- 5 ULPIANUS libro trigensimo tertio ad edictum. Sed si alia lege capitis punita B. 60, 52, 5 S sit, quae lex dotem non publicat, quia prius serua poenae efficitur, uerum est dotem marito lucro cedere, quasi mortua sit. Quod si deportata sit filia familias, Marcellus ait, (B) quae sententia et uera est, non utique deportatione dissolui matrimonium: nam cum libera mulier remaneat, nihil prohibet et uirum mariti affectionem et mulierem uxoris animum 15 retinere. si igitur eo animo mulier fuerit, ut discedere a marito uelit, ait Marcellus tunc patrem de dote acturum. sed si mater familias sit et interim constante matrimonio fuerit deportata, dotem penes maritum remanere: postea uero dissoluto matrimonio posse eam agere, quasi humanitatis intuitu hodie nata actione. 19
- 6 IDEM libro decimo de officio proconsulis. Diuus Hadrianus Aquilio<sup>1</sup> Bra- B. 60, 52, 6 S duae ita rescripsit: 'Panniculariae causa quemadmodum intellegi debeat, ex ipso nomine 'apparet. non enim bona damnatorum pannicularia significari quis probe dixerit, nec, si 'zonam circa se habuerit, protinus aliquis sibi uindicare debet: sed uestem qua is fuerit 'indutus, aut nummulos in uentralem, quos uictus sui causa in promptu habuerit, aut leues 'anulos, id est quae rem<sup>2</sup> non excedit aureorum quinque. alioquin si quis damnatus digito 25 'habuerit aut sardonychica<sup>3</sup> aut aliam gemmam magni pretii uel si quod chirographum 'magnae pecuniae in sinu habuerit, nullo iure illud in pannicularia ratione retinebitur'. pannicularia sunt ea, quae in custodiam receptas secum attulit: spolia, quibus indutus 30 est, cum quis ad supplicium ducitur, ut et ipsa appellatio ostendit. ita neque speculatores f. 415' ultro sibi uindicent neque optiones ea desiderent, quibus spoliatur, quo momento 30 quis punitus est<sup>4</sup>, hanc rationem non compendio suo debent praesides uertere, sed nec pati optiones siue commentarienses ea pecunia abuti, sed debent ad ea seruari, quae iure praesidum solent erogari, ut puta chartaticum<sup>5</sup> quibusdam officialibus inde subscribere, uel si qui fortiter fecerint milites, inde eis donare: barbaros etiam inde munerari uenientes ad se uel legationis uel alterius rei causa. plerumque etiam inde conrasas pecunias praesides ad fiscum transmiserunt: quod perquam nimiae diligentiae est, cum sufficiat, si quis non in usus proprios uerterit, sed ad utilitatem officii patiatur deseruire.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> Atilio (A. Augustinus)? <sup>2</sup> res? <sup>3</sup> καρδόνυχα (edd.)? <sup>4</sup> ita neque speculatores ... punitus est del. <sup>5</sup> chartaticum (u. i.)?

1 si] his F 7 tertio om. F<sup>1</sup> 8 uenefici om. F<sup>1</sup>, uertunt BS 15 affectionem et mulierem F<sup>2</sup> 22 nec om. F<sup>1</sup> 24 in uentralem] sic fere Hal., in uentralem F, inuetrales X<sup>1</sup>YC, inueterales M, inuetrales O, inc. X<sup>2</sup>: cf. glossae Philos. p. 222 Steph.: uentrales κοιλιόδεσμος, φοῦνδα et Macrobius sat. 2, 4, 31: demissa in pauperem fundam manu paucos denarios protulit 25 quae rem non excedit (excedunt F<sup>2</sup>) aureorum quinque] oi μέγροι πέντε νομισμάτων δακτύλιοι B 30 siui F<sup>2</sup> 32 opt'ones F<sup>2</sup> 33 chartaticum] F, chartaticum Y, cartiaticum M, carciaticum O, carciaticum X<sup>2</sup>, carnathicum C, circiaticum X<sup>2</sup>. chartaticum dicitur in lege Anastasii (P.

Krueger Kritik des Just. Codes p. 191. 194), ubi numerarius et primiscrinus ducis Libyarum quid accipere debeant a singulis castris militum castrensianorum λόγφ χαρτατικῶν definitur, ab aliis numeris iidem eodem nomine quicquam accipere uentantur. scilicet chartas cum compararent officiales non de publico, sed sumptu suo, pretium earum exegerunt ab iis quibuscum tractabant (Lydus de mag. 3, 14), ut ducis officiales a militibus, ita iudicum a litigatoribus: ex hoc autem loco intellegitur aliquando etiam praesides officialibus iis, quorum erat chartas comparare, chartarii nomine aliquid attribuisse 34 milites 'inde his' inde eis F<sup>2</sup>

- 7 PAULUS libro singulari de portionibus, quae liberis damnatorum conceduntur. Cum ratio naturalis quasi lex quaedam tacita liberis parentum hereditatem addiceret, uelut debitam successionem eos uocando (propter quod et in iure ciuili suorum heredum nomine eis indictum<sup>1</sup> est ac ne iudicio quidem parentis nisi meritis de causis<sup>2</sup> summoueri ab successione possunt): aequissimum existimatum est eo quoque casu, quo propter poenam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum, ne alieno admissa grauiorem poenam luerent, quos nulla contingeret culpa, interdum in summam egestatem deuoluti. quod cum aliqua moderatione definiiri placuit, ut qui ad uniuersitatem uenturi erant iure<sup>3</sup> successionis, ex ea portiones concessas haberent. Si in libertinum animaduersum erit, patrono eius id, quod in bonis illius habiturus esset, si is in quem animaduersum est sua morte decessisset, eripiendum non erit: reliqua pars bonorum, quae ad manumissorem non pertinebit, fisco erit uindicanda. Ex bonis damnatorum portiones adoptiuus liberis, si non fraudis causa facta est adoptio, non minus quam naturalibus concedi aequum est. fraudis autem causa adoptio facta uidetur, etiamsi non in reatu, sed desperatione rerum per conscientiam, metu imminentis accusationis quis adoptet in hoc, ut ex bonis, quae se amissurum cogitat, portio detrahatur. Si plures filios damnatus habeat, feruntur exempla, per quae pluribus liberis omnia bona damnati concessa sunt. sed et diuus Hadrianus in hac sententia<sup>4</sup> rescripsit: 'Fauorabilem apud me causam liberorum Albini filiorum numerus facit, cum ampliari imperium adiectione potius quam pecuniarum copia malim: ideoque illis paterna sua concedi uolo, quae manifestabunt<sup>4</sup> tot possessores, etiamsi acceperint uniuersa'. Praeterea ex his, quae per flagitium damnatus adquisiit, portiones liberorum non augentur: ueluti si cognatum suum intercurauerit et eius hereditatem adiit uel bonorum possessionem accepit: nam ita diuus Pius rescripsit. cui consequenter illud idem princeps constituit, cum filia familias ueneno necasse conuinceretur eum, a quo heres instituta erat: quamuis iussu patris, cuius in potestate erat, hereditatem eam adiiisset, tamen fisco eam uindicandam esse. Quae post condemnationem adquisiit is cuius bona publicata sunt, si relegatus est, ad heredes scriptos ab eo uel ab intestato uenientes pertinent: nam in insulam relegatus testamenti factionem habet ut reliqua quoque iura. quod si deportatus est, quoniam, quia ciuitatem amittit, heredem habere non potest, etiam postea adquisita fisco capit.
- 8 MACER libro . . . . . de publicis iudiciis. Liberis quoque patronorum integrum

<sup>1</sup> indictum (edd.)? <sup>2</sup> nisi meriti uidetur scripsisse Paulus <sup>3</sup> in hanc sententiam (Hal.)? <sup>4</sup> quae minime ditabunt (A. Faber)?

1 conceduntur cum F<sup>2</sup> 4 indictum (non indicatum) F 5 existimatum F 7 luerunt F<sup>1</sup> 8 qui ad F<sup>2</sup> 10 id] is F 20 mal'im F<sup>2</sup> 24 cui (qui F<sup>1</sup>) consequenter seq.] εἰ δὲ καὶ ὑπεῖοχος ἀνέλη τὸν γράψαντα αὐτὸν κληρονόμον καὶ κελεύσει τοῦ πατρὸς ὑπεῖσεσθαι τὴν κληρονομίαν, ἐκδικεῖ τὴν κληρονομίαν ὁ δημόσιος B (Anon.) 25 conuinceretur F | cuius in potestate] FX<sup>o</sup>Y<sup>o</sup>, cuius in potestate esse X<sup>o</sup>, cuius geritur in potestate Y<sup>o</sup>M<sup>o</sup>O<sup>o</sup>?, cuius in potestate erat C, cuius erat in potestate O<sup>o</sup>, inc. M<sup>o</sup>. sequuntur in F puncta ea, quibus legum finem notare solet librarius: uacant deinde f. 415<sup>o</sup> paginae posterioris uersus extremi septendecim totumque f. 416 rectum. qui librum F emendauit, ad hiatum hunc notauit *συν*

secundum Schoellium, *συν*: secundum Heysium: item ad alterum hiatum similem p. 861, 13 in margine adscripsit *συν* secundum Schoellium, *συν* secundum Heysium. uidit Hercherus latere in utrisque notis haece uo-

cabulum *συν*, nimirum sic exaratum *συν*: priore loco spatio deficiente ante τε: (es potestate) scriptum est *συν*. nam cum reliquae emendatoris adnotationes per uniuersum codicem Graecae scriptae sint, haec quoque Graeco esse necesse est: neque quicquam aptius reperiri potest, quod adscripserit emendator ad hiatum, quem explere non posset. hiatum indicant, quae Graeca lex deesset, X (græc) Y (ω græc). — Graecae uersionis, quae a Florentino librario omissa sola seruauit, unicum qui aetatem tulerit codicem (Paris. Graec. 1350) in haece demum contulit mea causa Kruegerus.

l. 7 § 5. Τὰ μετὰ τὴν καταδικὴν ἐπικτηθέντα, εἰ μὲν εἰς ἐξορίαν ὁ δημευθεὶς κατεδικάσθη, τοῦ γραφεῖσι παρ' αὐτοῦ κληρονόμοις ἢ τοῖς ἐξ ἀδελφείας ἀρμόζει· ὁ γὰρ εἰς ἦσσαν ἐξοριθεὶς ἔχει τοῦ διατιθεσθαι ἀδειαν, ὥς καὶ τὰ λοιπὰ δίκαια· εἰ δὲ περιωρισμένον γένηται, ἐπειδὴ τὴν πολιτείαν ἀπολλύων οὐ δύναται κληρονόμον ἔχειν, καὶ τὰ ἐπικτηθέντα ὁ δημόσιος λαμβάνει B (Anon.)

l. 8. MARCV [immo MAC solita permutatione: nam si l. 8. 10 Marciani essent, l. 11 praeter-

attonatus seruatur in bonis paterni liberti publicatis. si eius liberti extat patroni filius, fisco non est in parte filii patroni. Si patroni filius excluditur propter liberos quos habet libertus, est dicere fisco locum non esse, quoniam patroni filium excludunt liberi liberti, ipse autem repellit. Patroni filius etiamsi bonorum possessionem non petat, haud dubie excludit fiscum sibi debita ex bonis liberti paterni. Relegati bona per sententiam speciale publicari potest nec tamen iura aduersus libertos ei auferuntur nisi principis iussu. Si condemnatur pater, qui pro filia dedit, fisco in eam dotem ius non est, etiamsi postea in matrimonio filia moriatur, ALLISTRATUS libro ..... nisi probabitur patrem metu [B. 60, 52, 9]

MACER libro ..... de publicis iudiciis. Etiam si pater, cum pro filia [B. 60, 52, 10] S promississet, condemnatur, uir eam ex bonis eius a fisco petit. Si post solum matrimonium filiae pater condemnatur, si quidem postquam filia ei consensit de dote repetenda, fisco rito eam repetit: si antequam consentiret ei, condemnatus est, ipsa repetitionem habet.

MARCIANUS libro ..... de publicis iudiciis. Si quis damnatus appel- [B. 60, 52, 11] S t et pendente appellatione decesserit, bona eius non publicantur: nam ita posterius quoque 15 sententia eius ratum est. idem est et si appellatio non recepta est. Qui reus est non maiestatis, administrare potest et pecuniam credere debitamque sibi recipere, si bona fide debitores uunt: in fraudem autem quae alienauit, post condemnationem reuocantur.

XXI.

f. 416'

DE BONIS EORUM, QUI ANTE SENTENTIAM UEL MORTEM [ CONSCIUERUNT UEL ACCUSATOREM CORRUPERUNT R 21

MARCIANUS libro octauo disputationum. In capitalibus criminibus a principi- [B. 60, 58, 1] S decretum est non nocere ei qui<sup>1</sup> aduersarium corrupit, sed in his demum, quae (MOC)

quij] reo quod?

π [Idem]. Καὶ τοῖς παῖσι τῶν πατρῶνων ἰον φυλάττεται τὸ πατρωνικὸν δίκαιον ἐν εἰα τοῦ πατρῶος ἀπελεγθέρου δημευθέντος. Ἰπστιν γίος πατρωνος τῷ ἀπελεγθέρῳ, χεὶ χώραν ὁ φύσκος εἰς τὸ μέρος τοῦ γιού ἰατρωνος BS (Dor.). Ἐὰν ἴπστιν γίος ὄνου, οὐκ ἔχει παντελῶς ὁ δημόσιος παρ- εἰς τὰ πράγματα τοῦ κατακρίτου ἀπελεγ- B (Anon.)

Εἰ δὲ ὁ τοῦ πατρωνος γίος διὰ τὸ ὑπεἰ- ταῖδας (παῖδα cod.) τῷ ἀπελεγθέρῳ ἀπο- γαι, εὔχερέστερον λέγομεν μὴ εἶναι χώραν ἰσκφ, ἐπειδὴ τὸν μὲν (cod. τὸν μόνον) τοῦ ὄνος γίον ἀποκλείουσιν οἱ τοῦ ἀπελεγθέρου σ, αὐτὸς δὲ ἀπωθεῖται τὸν φύσκον BS (Dor.) tergue B (Anon.)

Καὶ μὴ αἰτῶν δὲ διακατοχὴν τοῦ πά- ρος ὁ γίος ὠμολογημένως ἀποκλείει τὸν ν εἰς τὸ ἀρμόζον αὐτῷ μέρος ἐκ τῆς σ τοῦ πατρῶος ἀπελεγθέρου BS (Dor.) tergue B (Anon.)

Δημεύεσθαι μὲν τὸν ἐξόριστον ἐξ ἰδικῆς ὕ δυνάτον· οὐ μὴν καὶ ἀφαιρεῖσθαι αὐτοῦ ὄν ἀπελεγθέρων δίκαια παρὰ κέλευσιν Βα- σ B (Anon.). cf. D. 48, 22, 4

Εἰ δὲ ὁ πατὴρ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς ἐπι- προῖκα κατακρίθῃ, οὐδὲν ἀρμόζει τῷ δη- κ, κἂν ἐν τῷ γάμῳ (ἢ ins. m. rec.) ὕστερον ἰνη ἢ παῖς B (Anon.)

CALLISTRAT. εἰ μὴ λειχθῇ ὁ πατὴρ

φύσφ τῆς καταδίκης πρόνοιαν τῶν παίδων ποιη- κάμενος B (Anon.)

L 10. ΜΑΕΘ [immo ΜΑΘ: cf. ad l. 8]. Εἰ δὲ καὶ ὀμολογήσας ὁ πατὴρ προῖκα ὑπὲρ τῆς θυγα- τρὸς κατακρίθῃ, ἀπαιτεῖ αὐτὴν ὁ ἀνὴρ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ τὸν δημόσιον B (Anon.)

§ 1. Ἐὰν μετὰ διάλυσιν τοῦ γάμου τῆς θυ- γατρὸς ὁ πατὴρ κατακρίθῃ, εἰ μὲν μετὰ τὸ συναι- νέσαι αὐτῷ τὴν θυγατέρα ἐπὶ τῇ ἀπαιτήσει τῆς προίκος, ὁ δημόσιος αὐτὴν ἀπαιτεῖ τὸν ἀνδρα· εἰ δὲ πρὶν συναινέσει αὐτῷ κατεδικάσθῃ, τὴν ἀπαιτήσιν αὐτῇ ἔχει B (Anon.). cf. BS. 13, 2, 31 sch. 1 (si quidem huc pertinet) et 28, 8, 31 sch. 8.

L 11. ΜΑΡCΥ. Ὁ κατακρίθεισ καὶ ἐκκαλεσά- μενος εἰ καὶ ἀποθάνῃ τῆς ἐκκλήτου ἥρτημένης, οὐ δημεύεται· τοῦ γάρ τοιοῦτου δευτέρα ἢ δια- θῆκη ἔρρωται. τὸ αὐτὸ ἐστὶ, κἂν ἢ ἐκκλητος αὐτοῦ μὴ προσεδέχθῃ B (Anon.). cf. D. 28, 1, 13, 2, 28, 3, 6, 8

§ 1. Ὁ κατηγορούμενος πλὴν καθοσιώσεως δύνатаι διοικεῖν τὰ ἴδια πράγματα καὶ δίδοναι καὶ λαμβάνειν χρεῖα, ἐὰν καλῇ πίστει αὐτῷ κα- ταβάλλωσι (καταβάλλωσι em. m. 2). μετὰ δὲ τὸ καταδικασθῆναι ἀνακαλεῖται ὅσα ἐπὶ περιγραφῇ ἐξεποίησεν B (Anon.)

20 de bonis eorum om. ind. F 21 conscie- runt F<sup>1</sup> et ind. F<sup>1</sup> | accusatorem ind. F | cor- ruperunt F<sup>2</sup> 23 non nocere ei qui aduer- sarium corrupit] ἐν μηδενὶ δαικεῖν τὸν ὑπο- φθειρόντα τὸν ἴδιον δίδικον BS



poenam mortis continent: nam ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualiter-qualiter redemptum uoluit.

- 2 MACER libro secundo publicorum. Imperatores Seuerus et Antoninus Iulio [B. 60, 53, 2] S Iuliano. Eos, qui a latronibus nominati corruptis accusatoribus diem suum obierint, ut  
1 'confessos de crimine non relinquere defensionem heredibus rationis est'. Si is, de cuius 5 poena imperatori scriptum est (ueluti quod decurio fuerit uel quod in insulam deportari debuerit), antequam rescriberetur decesserit: potest quaeri, num ante sententiam decessisse uideatur. argumento est senatus consultum, quod factum est de his, qui Romam transmissi ante sententiam decessissent. cuius uerba haec sunt: 'Cum damnatus nemo uideri  
possit in hunc annum, antequam de eo forte iudicium Romae redditum et pronuntiatum 10  
'esset: neque cuiusquam mortui bona, antequam de eo Romae pronuntiatum sit, publicata  
'sunt, eaque bona heredes possidere debent'<sup>1</sup>.
- 3 MARCIANUS libro singulari de delatoribus. Qui rei postulati uel qui in scelere [B. 60, 53, 3] S deprehensi metu criminis imminentis mortem sibi consciuerunt, heredem non habent. Papi-  
nians tamen libro sexto decimo digestorum responsorum ita scripsit, ut qui rei criminis non 15  
postulati manus sibi intulerint, bona eorum fisco non uindicentur: non enim facti sceleritatem  
esse obnoxiam, sed conscientiae metum in reo uelut confesso teneri placuit. ergo aut  
postulati esse debent aut in scelere deprehensi, ut, si se interfecerint, bona eorum con-  
1 fiscentur. Ut autem diuus Pius rescripsit, ita demum bona eius, qui in reatu mortem sibi  
consciuit, fisco uindicanda sunt, si eius criminis reus fuit, ut, si damnaretur, morte aut 20  
2 deportatione adficiendus esset. Idem rescripsit eum, qui modici furti reus fuisset, licet  
uitam suspensio finierit, non uideri in eadem<sup>2</sup> causa esse, ut bona heredibus adimenda  
3 essent, sicuti neque ipsi adimerentur, si compertum in eo furtum fuisset. Ergo ita demum  
dicendum est bona eius, qui manus sibi intulit, fisco uindicari, si eo crimine nexus fuit,  
4 ut, si conuinceretur, bonis careat. Si quis autem taedio uitae uel impatientia doloris alii<sup>3</sup>  
cuius uel alio modo uitam finierit, successorem habere diuus Antoninus re- [Cod. 9, 50, 1]  
5 scripsit. Uideri autem et patrem, qui sibi manus intulisset, quod diceretur filium suum  
occidisse, magis dolore filii amissi mortem sibi irrogasse et ideo bona eius non esse publi-  
6 canda diuus Hadrianus rescripsit. Sic autem hoc distinguitur, interesse qua ex causa  
quis sibi mortem consciuit: sicuti cum quaeritur, an is<sup>3</sup>, qui sibi manus intulit et non 25  
perpetrauit, debeat puniri, quasi de se sententiam tulit. nam omnimodo puniendus est,  
nisi taedio uitae uel impatientia alicuius doloris coactus est hoc facere. et merito, si sine  
causa sibi manus intulit, puniendus est: qui enim sibi non pepercit, multo minus alii  
7 parcat. Si qui autem sub incerto causae euentu in uinculis uel sub fideiussoribus deces-  
8 serint, horum bona non esse confiscanda mandatis cauetur. De illo uideamus, si quis 35  
conscita morte nulla iusta causa praecedente in reatu decesserit, an, si parati fuerint he-  
redes causam suscipere et innocentem defunctum ostendere, audiendi sint nec prius bona  
in fiscum cogenda sint, quam si de crimine fuerit probatum: an uero omnimodo publicanda

F(XYMOC)

<sup>1</sup> requiruntur talia: cum damnatus nemo uideri possit, antequam de eo iudicium redditum sit, neque cuiusquam mortui, antequam de eo pronuntiatum sit, bona publicata, ea bona heredes possidere debent <sup>2</sup> in ea? <sup>3</sup> is] idem Graeci (u. i.): miles (cf. D. 28, 3, 6, 7. 48, 19, 38, 12. 49, 16, 6, 7)?

1 nam ignoscendum consuerunt F, συγγνώμη γάρ ἄξιον ἠθέλησαν εἶναι BS (Dor.) 2 uoluerunt F<sup>1</sup> 3 publicorum] publicorum iudiciorum F<sup>2</sup> 5 non relinquere defensionem] οὐ καταλιμπάνουσι τοῖς ἰδίοις κληρονόμοις δεφενσιονα BS (Dor.) 7 num] nom F<sup>1</sup> 12 eaque F 13 delatoribus] F<sup>1</sup>, latroribus (uoluit latronibus) F<sup>2</sup> | sce'dlere F<sup>3</sup> 14 consciuerunt] constituerunt F 18 aut in] aut F 20 conscibit F<sup>3</sup>, conscirit F<sup>2</sup> 21 esset] est F<sup>1</sup>

22 finieri'n't F<sup>2</sup> 29 sic' autem F<sup>2</sup> 30 consc'ribit F<sup>2</sup> | an is qui sibi manus intulit et non perpetrauit debeat puniri] εἰ ὀφείλοισι κολάζεσθαι οἱ ἐπιχειρήσαντες ἑαυτοῦς ἀνελεῖν καὶ μὴ τελείως ἐπιτυχόντες BS (Dor.) 31 sententiam 'de' tulit F<sup>2</sup>: ὡς καθ' ἑαυτῶν ἀποφηνάμενος BS (Dor.), ὡς ἑαυτοῦ καταψηφισάμενος B (Anon.) 34 sub incerto] sibi incerto F<sup>1</sup> 38 an ro'ero (sic) F<sup>3</sup>

sunt. sed diuus Pius Modesto Taurino rescripsit, si parati sint heredes defensiones<sup>1</sup> suscipere, non esse bona publicanda, nisi de crimine fuerit probatum.

## XXII.

f. 417

## R DE INTERDICTIS ET RELEGATIS ET DEPORTATIS R SE

- 1 POMPONIUS libro quarto ad Sabinum. Caput ex rescripto diui Traiani ad B. 60, 54, 1 S Didium Secundum: 'Scio relegatorum bona auaritia superiorum temporum fisco uindicata. 6  
'sed aliud clementiae meae conuenit, qui inter cetera, quibus innocentiam rationum mearum temporum<sup>2</sup>, hoc quoque remisi exemplum'.
- 2 MARCIANUS libro tertio decimo institutionum. Manumittere deportatum non B. 60, 54, 2 S<sup>8</sup> posse diuus Pius rescripsit. 10
- 3 ALFENUS libro primo epitomarum. Eum, qui ciuitatem amitteret, nihil aliud B. 60, 54, 3 S iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur: hoc est hereditatem eius et libertos et si quid aliud in hoc genere repperiri potest. quae uero non a patre, sed a genere, a ciuitate, a rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. itaque et fratres fratribus fore legitimos heredes et adgnatorum 15 tutelas et hereditas habituros: non enim haec patrem, sed maiores eius eis dedisse.
- 4 MARCIANUS libro secundo institutionum. Relegati in insulam cf. I. 1, 12, 2. B. 60, 54, 4 S in potestate sua liberos retinent, quia et alia omnia iura sua retinent: tantum enim insula eis egredi non licet. et bona quoque sua omnia retinent praeter ea, si qua eis adempta sunt: nam eorum, qui in perpetuum exilium dati sunt uel relegati, potest quis sententia 20 partem bonorum adimere.
- 5 IDEM libro primo regularum. Exilium triplex est: aut certorum locorum B. 60, 54, 5 S interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur praeter certum locum, aut insulae uinculum, id est relogatio in insulam. 24
- 6 ULPIANUS libro nono de officio proconsulis. Inter poenas est etiam insulae B. 60, 54, 6 S deportatio, quae poena adimit ciuitatem Romanam. Deportandi autem in insulam ius praesidibus prouinciae non est datum, licet praefecto urbi detur: hoc enim epistula diui Seueri ad Fabium Cilonem praefectum urbi expressum est. praesides itaque prouinciae quotiens aliquem in insulam deportandum putent, hoc ipsum adnotare debeant, nomen uero eius<sup>3</sup> scribendum principi, ut in insulam deportetur: sic deinde principi scribere missa plena 30 opinione, ut princeps aestimet, an sequenda sit eius sententia deportarique in insulam debeat. medio autem tempore, dum scribitur, iubere eum debet in carcere esse. Decuriones ciuitatum propter capitalia crimina deportandos uel relegandos diui fratres rescripserunt. denique Priscum in homicidio et incendio nominatim<sup>4</sup> ante quaestionem confessum in insulam deportari iusserunt. 35
- 7 IDEM libro decimo de officio proconsulis. Relegatorum duo genera<sup>5</sup>: sunt B. 60, 54, 7 S quidam, qui in insulam relegantur, sunt, qui simpliciter, ut prouinciis eis interdicatur, non etiam insula adsignetur. In insulam relegare praesides prouinciae possunt, sic tamen, ut, si quidem insulam sub se habeant (id est ad eius prouinciae formam pertinentem, quam administrant), et eam specialiter insulam adsignare possint inque eam relegare, sin uero 40

F(XYMOG)

<sup>1</sup> defensionem (*edd.*)?<sup>2</sup> temporum] temperaui?<sup>3</sup> adnotare debent nomine eius?<sup>4</sup> nominatum (*edd.*)?<sup>5</sup> sunt *ins.* (*Hal.*)

2 ni'n si F<sup>5</sup> 4 et de relegatis *ind. F* 5 trahiani F: 'ΑΔΡΙΑΝΟΥ BS 7 qui (quod M<sup>2</sup>C, quidem quod X) inter cetera quibus innocentiam (innocentia X<sup>2</sup>C, innocentem M<sup>2</sup>) rationum (rationem Y<sup>2</sup>) meorum (meorum XYMO, modorum C) temporum hoc quoque remisi exemplum] F(*sic*) XYMOG: δεστις μετά τῶν ἄλλων, δι' ὧν ὁ ἀβλαβής λόγος τῶν ἐμῶν χρό-

νων δεικνύται, καὶ τοῦτο συνεχώρησα τὸ ὑπόδειγμα BS: quod reposuit Dorótheus quibus innocentia rationum temporum meorum probatur, aperte dedit ex coniectura 11 halphenus F 16 tutelas i et hered. F<sup>2</sup> 23 aut in insulae F 24 oincolum F<sup>1</sup> 26 in om. F<sup>2</sup> 28 fauium F<sup>2</sup> 36 decimo om. F<sup>2</sup> 40 et eam] F<sup>1</sup>, etiam F<sup>2</sup>

non habeant, pronuntient quidem in insulam se relegare, scribant autem imperatori, ut ipse insulam adsignet. ceterum non possunt damnare in eam insulam, quam in ea provincia cui praesunt non habeant. interim quoad imperator insulam adsignet, militi tradendus est relegatus. Haec est differentia inter deportatos et relegatos<sup>1</sup>, quod in insulam  
 3 relegari et ad tempus et in perpetuum quis potest. <sup>2</sup> Siue ad tempus siue in perpetuum <sup>5</sup> quis fuerit relegatus, et ciuitatem Romanam retinet et testamenti factionem non amittit.  
 4 Ad tempus relegatis neque tota bona neque partem adimi debere rescriptis quibusdam manifestatur, reprehensaque sunt sententiae eorum, qui ad tempus relegatis ademerunt partem bonorum uel bona, sic ¶ tamen, ut non infirmarentur sententiae quae ita sunt pro-  
 5 latae. Est quoddam genus quasi in insulam relegationis in provincia Aegypto in Oasin <sup>10</sup> 6 relegare. Sicut autem relegare in insulam quisquam, quae non est sub se, non potest, ita ne in provinciam quidem relegandi ius habet, quae non est sub se: forte praeses Syriae  
 7 8 in Macedoniam non relegabit. Sed extra provinciam suam potest relegare. Item in parte certa provinciae moraturum relegare potest, ut forte non excedat ciuitatem aliquam uel  
 9 regionem aliquam non egrediatur. Sed et in eas partes provinciae, quae sunt desertiores, <sup>15</sup> 10 scio praesides solitos relegare. Interdicere autem quis ea provincia potest quam regit, alia non potest: et ita diui fratres rescripserunt. unde eueniebat, ut, qui relegatus esset ab ea provincia, in qua domicilium habuit, morari apud originem suam posset. sed imperator noster cum diuo patre suo huic rei prouiderunt. Maecio enim Probo praesidi provinciae Hispaniae rescripserunt etiam ea provincia interdicti, unde quis oriundus est, ab <sup>20</sup> eo qui regit eam provinciam, ubi quis domicilium habet. sed et eos, qui, cum incolae non essent, in ea provincia quid admiserint, aequum est ad rescripti auctoritatem pertinere.  
 11 Dubitatum est, an interdicere quis alicui possit provincia, in qua oriundus est, cum ipse ei provinciae praesit, quam incolit, dum sua non interdicat, ut solent Italia interdicere, qui patria non interdicunt: uel an per consequentias uideatur etiam provinciae<sup>3</sup> inter-  
 12 dixisse, cui praees. quod magis erit probandum. Per contrarium autem is, qui originis provinciae praees, non est nactus ius interdicendi ea provincia, quam incolit is qui re-  
 13 legatur. Si quis eam sententiam admisit, ut is, qui in alia provincia commisit, possit relegari ab eo qui ei provinciae praees: eueniet, ut relegatus iste tribus provinciis praeter Italiam debeat abstinere, et in qua deliquit et quam incolit et originis. et si ex diuersis <sup>30</sup> provinciis oriri uideatur propter condicionem uel suam uel parentis patronorum<sup>4</sup>: uel pluribus provinciis consequenter interdictum ei dicemus. Quibusdam tamen praesidibus, ut multis provinciis interdicere possint, indultum est: ut praesidibus Syriarum, sed et Deciarum. Constitutum eum, cui patria interdictum est, etiam urbe abstinere debere: contra autem si cui urbe fuerit interdictum, patria sua interdictum non uidetur. et ita multis <sup>35</sup> 16 constitutionibus cauetur. Si cui plane non patria sua, sed aliqua ciuitate interdictum sit, uidendum est, an etiam patria sua itemque urbe interdictum dicamus: quod magis est.  
 17 His, qui relegantur, dies excedendi a praesidibus dari et potest et solet: etenim moris est ita pronuntiarum illum provincia illa insulisque eis<sup>5</sup> relego excedereque debet intra  
 18 'illum diem'. Relegatum plane libellum<sup>6</sup> dare principi: posse diui fratres rescripserunt. <sup>40</sup> 19 Solet praeterea interdicti sententia quibusdam, ne intra patriae territorium uel muros morentur: ne excedant patriam uel in uicis quibusdam morentur. Solet decurionibus ordine  
 20 interdicti uel ad tempus uel in perpetuum. Item potest alicui poena iniungi, ne honores adipiscatur: nec ea res facit, ut decurio esse desinat, cum fieri possit, ut quis decurio  
 21

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> in insulam *ins.*<sup>2</sup> et *ins.*<sup>3</sup> provincia ea?<sup>4</sup> patronorumue (*Ruckerus*)?<sup>5</sup> eius (*Hal.*)?<sup>6</sup> de ea re *ins.*

6 testamenti 'et' factionem *F*<sup>1</sup> 7 debere scriptis *F* 10 in *om.* *F* | legationis *F* | in ouasin *F*, in nouas *XYOC*, in nouas insulas *M* 15 religionem *F*: ἴνα μὴ ἐξεῖη αὐτῷ τινὸς πόλεως ἐξίέναι ἢ κλίματος *BS* *similiterque B* (*Anon.*) 19 praesidae *F* 25 qui a patria *F*<sup>2</sup> |

etiam] etiam ei *F*<sup>2</sup> 28 ea'm' *F*<sup>2</sup> 32 consequenter *F*<sup>2</sup> 40 principosse *F*: ΔΥΜΑΤΑ ΔΕΚΡΙΝ ΕΠΙΔΙΔΟΝΑΙ ΒΑΣΙΛΕΪ *B* (*Anon.*) 41 sententia *F* 42 in c' uicis *F*<sup>2</sup> | morentur *F*<sup>2</sup> | decurionibus *F*<sup>2</sup>

- quidem sit, ad honores autem non admittatur. nam et senator quis esse potest et tamen honores non repetere<sup>1</sup>. Potest alicui et unus honor interdici, sic tamen, ut, si cui honore uno interdictum sit, non tantum eum honorem petere non possit, uerum ne eos quoque, qui eo honore maiores sunt: est enim perquam ridiculum eum, qui minoribus poenae causa prohibitus sit, ad maiores adspirare. maioribus tamen prohibitus minores petere non prohibetur. sed muneribus si quis poenae causa fuerit prohibitus, nihil ualebit sententia: neque enim immunitatem poena tribuere debet. ergo et si honoribus || quis in poenam fuerit f. 418 prohibitus, poterit dici, si honores isti habuerunt mixtam muneris grauem impensam, infamiam illi ad hoc non profuturam: 9
- 8 MARCIANUS libro secundo publicorum iudiciorum. sed honore quidem illum B. 60, 54, 8 S\* arceri puto, ceterum impendia debere praestare.
- 9 ULPIANUS libro decimo de officio proconsulis. Potest praeses quendam B. 60, 54, 9 S damnare, ne domo sua procedat:
- 10 MARCIANUS libro secundo publicorum iudiciorum. nec tamen, ne necessarias B. 60, 54, 10 S\* impensas faciat. 15
- 11 ULPIANUS libro decimo de officio proconsulis. Interdum pecuniaria poena irrogatur iis qui relegatos suscipiunt: interdum etiam ipsi relegantur, si quidem illi ob magnum crimen relegati sunt. B. 60, 54, 11 S
- 12 MARCIANUS libro ..... Qui patria relegatus non B. 60, 54, 12 excedit, ad tempus prouincia relegatur. 20
- 13 PAULUS libro ..... Ei qui a relegato manumissus B. 60, 54, 13 est Romae morari non licet, cum ne patrono quidem eius liceat.
- 14 ULPIANUS libro ..... Relegatus est is cui interdicitur prouincia aut urbe continentibusue in perpetuum uel ad tempus. Et multum interest inter relegationem et deportationem: nam deportatio et ciuitatem et bona adimit, relegatio utrumque conseruat, nisi bona publicentur. Relegare possunt princeps et senatus et praefecti et praesides prouinciarum, nec tamen consules. Qui amissa ciuitate bona habet, a creditore utilibus actionibus comenitur. 25
- 15 MARCIANUS libro ..... Deportatus ciuitatem amittit, libertatem retinet et iure ciuili caret, gentium uero utitur. itaque emit uendit, locat 30 concludit, permutat, fenus exercet aliaque similia. unde etiam recte obligat, quae post conf(XYMO)

<sup>1</sup> non iure petere?

1 qui's' esse F<sup>1</sup> 7 poena'm' F<sup>2</sup> 12 libro om. F 13 procedat] uacant deinde f. 418 recti paginae prioris uersus postremi triginta ses et pagina posterior tota, item f. 418' paginae prioris uersus priores duodeuiginti. de emendatoris adnotatione u. supra ad p. 856, 28. 'lex greca deest' OC, hiatus celant XYM

L. 10. MARC<sup>V</sup>. οὐ μὴν μὴ κεχρῆσθαι τοῖς ἀναγκασίαις δαπανήμασιν B (Anon.)

L. 11. ULP<sup>I</sup>. Ἔστιν ὅτε καταδικάζονται χρηματικῶς οἱ τοὺς ἐξοριστοὺς ὑποδεχόμενοι B (Anon.). Ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ αὐτοὶ ἐξορίζονται, ὅτε διὰ μέγα ἔγκλημα ἐξωρίσθησαν ἐκεῖνοι BS (Dor.)

L. 12. MARC<sup>V</sup>. Ὁ τῆς ἰδίας πόλεως ἐξορισθεὶς καὶ μὴ ἐξελεῶν προσκαίρωσ τῆς ἐπαρχίας ἐξορίζεται B (Anon.)

L. 13. PAU<sup>S</sup>. Ὁ ἐλευθερωθεὶς ὑπὸ ἐξοριστοῦ οὐ δύναται ἐπιβῆναι τῆς Ῥώμης, ὅπερ οὐδὲ τῷ πατρῶνι αὐτοῦ ἐξέστιν B (Anon.)

L. 14. ULP<sup>I</sup>. Ἐξοριστός ἐστιν ὁ κωλύμενος.

ἐπαρχίας ἢ Ῥώμης ἢ τοῦ περὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς τόπου διηλεκῶς ἢ προσκαίρωσ B (Anon.)

§ 1. Πολλὴ διαφορὰ ἐξορίας καὶ περιορισμοῦ. ὁ μὲν γὰρ περιορισμὸς καὶ τὴν πολιτείαν καὶ τὴν οὐσίαν ἀπολλύει (cod. ἀπόλλει). ἡ δὲ ἐξορία ἐκάτερον φυλάττει, εἰ μὴ ἰδικῶς δημευθῆ B (Anon.). cf. BS. 18, 6, 1 sch. 7: δημεύεται γὰρ ὁ δεπορτάτος γενόμενος, ὡς ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ μὴ τῶν διγ. τί. κ' [immo κβ'] διγ. ιε' [immo ιδ'] φησίν.

§ 2. Ἐξορίζεται τις ἀπὸ βασιλέως καὶ συγκλήτου καὶ ἐπαρχῶν καὶ ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν, οὐ μὴν ἀπὸ τῶν ὑπάτων B (Anon.)

§ 3 (in cod. praemittitur numerus 1e). Ὁ τὴν οὐσίαν μὲν αὐτοῦ ἔχων, τὴν δὲ πολιτείαν ἀπολέσας οὐτιλίαις ἀργαίαις ἐνάγεται παρὰ τοῦ δαμειστοῦ (sic cod.) αὐτοῦ BS (Dor.) similiterque B (Anon.)

L. 15 (in cod. 1e). MARC<sup>V</sup>. Ὁ περιοριζόμενος τὴν πολιτείαν ἀπολλύει (cod. ἀπόλλει), οὐ μὴν τὴν ἐλευθερίαν· καὶ τῶν μὲν ἰδικῶν νόμων τῆς πολιτείας στερεῖται, τοῖς ἐθνικοῖς δὲ κέχρηται. ἀργάζει γὰρ καὶ πωλεῖ, μισθοὶ καὶ μισθοῦται καὶ καταλλάσσει

- demnationem quaesivit: quibus in rebus creditores quoque, qui bona fide contraxerunt cum eo, praeferuntur fisco deportatis defunctis succedenti. nam bona, quae condemnationis tempore inveniuntur, deportatus alienare non potest. Qui inconsulto principe a praeside deportatur, et heres instituit et legata capere potest.*
- 16 *IDEM libro ..... Cum Ulpianus Damascenus ab imperatore petisset, ut matri deportatae ad uictum necessaria relinquere sibi permetteretur, item mater per libertum suum petisset, ut quaedam filio deportato relinquere liceret, imperator Antoninus ita iis rescripsit. 'Neque hereditas nec legatum nec fideicommissum contra consuetudinem legemque publicam huiusmodi personis relinqui potest neque earum condicionem mutari conuenit: quoniam autem pie rogatis, permitto uobis ultima uoluntate relinquere iis, quae ad uictum aliosque usus necessarios sufficiant, ut si quid ad eos ex his causis pertinebit, capere iis liceat.'*
- 17 *ΠΟΜΠΟΝΙΟΥ libro ..... Relegatus status et im-*
- 1 (18) *ginibus honorari non prohibetur. Relegatus statum suum integrum retinet et bona*
- 2 (1) *quae habet et potestatem in liberos, siue ad tempus siue in perpetuum relegatus est. Deportatio autem non fit ad tempus.*
- 18 (19) *ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ libro ..... Relegatus morari non potest Romae, etsi id sententia comprehensum non est, quia communis patria est: neque in ea ciuitate, in qua moratur princeps uel per quam transit, iis enim solis permisum est principem intueri, qui Romam ingredi possunt, quia princeps pater patriae est. Cum aduersus homines liberos eiusmodi sententia fertur, per quam bona eorum publicantur, qualis est deportationis in insulam, ea ipsa sententia priorem condicionem amittunt et statim poenis sibi irrogatis per eam traduntur, nisi quid cum maiestate coniunctum requirit, ut poena exacerbetur.*
- F.(XYMOC)*

καὶ ΔΑΝΕΙΟΝ ΠΡΑΤΤΕΙ ΚΑΙ ΤΑ ΛΟΙΠΑ ΤΑ ΠΑΡΑΠΛΗ-  
 CIA· ΚΑΙ ΤΑ ΕΠΙΚΤΗΘΕΝΤΑ ΕΝΕΧΥΡΑΖΕΙ, ΕΙ ΜΗ ΕΠΙ  
 ΠΕΡΙΓΡΑΦῆ ΤΟΥ ΔΗΜΟΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΛΛΟΝΤΟΣ ΑΥΤΟΝ  
 ΤΕΛΕΥΤΩΝΤΑ ΔΙΑΔΕΧΕΣΘΑΙ ΗΝΕΧΥΡΑΣΕ· ΤΑ ΓΑΡ ΠΡΟ-  
 ΤΕΡΑ ΠΡΑΓΜΑΤΑ ΤΑ ΚΑΙ ΔΗΜΕΥΘΕΝΤΑ ΕΚΠΟΙΕΙΝ ΟΥ  
 ΔΥΝΑΤΑΙ Β (ΑΝΟΝ.). ἘΝΤΕΥΘΕΝ ΚΑΙ ΕΝΕΧΥΡΑΖΕΙΝ  
 ΔΥΝΑΤΑΙ ὍΣΑ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΚΑΤΑΔΙΚΗΝ ΕΠΙΚΤΩΝΤΑΙ,  
 ἘΦ' ΟἷΣ ΠΡΑΓΜΑΤΙ ΚΑΙ ΠΡΟΤΙΜΩΝΤΑΙ ΤΟΥ ΦΙΣΚΟΥ  
 ΟΙ ΔΑΝΕΙΣΤΑΙ ΑΥΤΟΥ, ΟΙ ΠΙΣΤΕΙ ΚΑΛῆ ΣΥΝΑΛΛΑΞΑΝ-  
 ΤΕΣ ΑΥΤῶ, ΜΗ ἸΝ ΦΡΑΥΔΕΜ ΤΟΥ ΦΙΣΚΟΥ ΔΙΑΔΕΧΟ-  
 ΜΕΝΟΥ ΤΕΛΕΥΤΩΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΔΕΠΟΡΤΑΤΟΥΣ· ΤΗΝ ΓΑΡ  
 ΠΡΟΤΕΡΑΝ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙΟΥΣΙΑΝ ΤΗΝ ἌΜΑ Τῆ ΚΑΤΑ-  
 ΔΙΚῆ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΗΝ ΕΚΠΟΙΕΙΝ ΟΥ ΔΥΝΑΤΑΙ ΒS  
 (Dor.) — cf. BS. 18, 6, 1 sch. 7: τὰ μένοντα  
 αὐτῶ (deportato) πράγματα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς  
 ἀποφάσεως παραρτήματα διαφέρει τῶ φίσκῳ, τὰ  
 δὲ ἐπικτηθέντα αὐτῶ μετὰ ταῦτα λαμβάνει μετὰ  
 τὴν αὐτοῦ τελετὴν ὁ φίσκος, ὡς ὁ Μαρκιανὸς  
 ἐν τῷ ἰε' διγ. τοῦ εἰρημένου Βι. καὶ τι. φησι.  
 cf. item BS. 13, 2, 31 sch. 1

§ 1. Ὁ χωρὶς βασιλέως ὑπὸ ἀρχόντος πε-  
 ριορισθεὶς καὶ κληρονομεὶ καὶ δωρεὰς κατὰ δια-  
 θῆκας λαμβάνει Β (Ανον.)

l. 16 (in cod. 12). Ἰδὲν Β. "Ὅτε Οὐλιανὸς  
 ὁ Δαμασκηνὸς ἐδεῖθῃ βασιλέως συγχωρηθῆναι  
 αὐτῶ τῆ ἰδίᾳ μητρὶ δεπορταγεθεῖσιν (διαπορτ.  
 cod.) καταλιπεῖν τὰ πρὸς ἀποτροφὴν ἀναγκαῖα,  
 καὶ μήτηρ δι' ἀπελευθέρου αὐτοῦ ἐδεῖθῃ τῶ  
 ἰδίῳ γίῳ δεπορταγεθῆντι καταλιπεῖν ἐν διαθήκῃ  
 τινᾷ, ὁ βασιλεὺς Ἀντωνίνος οὕτως αὐτοῖς ἀπέ-  
 ραγεν· Ὅτε κληρονομία (κληρονόμος π. 1)  
 οὔτε ληγάτον οὔτε φιδεικόμισσον παρὰ τὴν  
 συνῆθειαν καὶ τὸ δημόσιον νόμιμον τοῖς τοιοῦ-  
 τοῖς προσώποις καταλιμπάνεσθαι δύναται, οὔδὲ  
 ἢ (ἢ om. π. 1) τῆσιν τῶν τοιοῦτων προσώπων  
 ἐναλλαγῆναι (sic cod.) ὀφείλει. ἐπειδὴ δὲ εὔσε-

βῶς ἐζητήσατε, ἔξεστο ὑμῖν ἐν τελευταῖα βο-  
 λῆσει καταλιπεῖν αὐτοῖς τὰ πρὸς ἀποτροφὴν καὶ  
 τὰς ἄλλας ἀναγκαῖας χρεῖας ἀρκοῦντα, ἵνα, εἴ τι  
 αὐτοῖς διὰ τοιαύτας αἰτίας ἀρμόζει, ἐξῆ αὐτοῖς  
 λαμβάνειν BS (Dor.): unde pauca rescriptum  
 Β (Ανον.)

l. 17 (in cod. 14). ΡΟΜΠ. Ὁ ἐξόριστος οὐ κω-  
 λῆται στήλαις καὶ εἰκόσι τιμάσθαι Β (Ανον.)

§ 1. Ὁ ἐξόριστος ἀκεραῖαν τὴν οἰκίαν εἶχε  
 κατὰστασιν καὶ τὴν δεσπότηειαν τῶν αὐτοῦ πραγ-  
 μάτων καὶ τὴν ὑπερσοφίτητα τῶν παιδῶν, εἴτε  
 προσκαίρως εἴτε διηλεκτῶς ἐξορισθῆ Β (Ανον.:  
 codicis scriptor omisit uerba οὐ κωλύεται στή-  
 λαις καὶ εἰκόσι τιμάσθαι. ὁ ἐξόριστος, quae sur-  
 pleuit emendator in margine et ante § 1 nume-  
 rum adscripsit ἰθ nullo auctoris nomine adiecto:  
 mihi Pomponiani digesti pars uidetur)

§ 2. Περιορισμὸς δὲ πρόσκαιρος οὐκ ἐστὶ  
 Β (Ανον.)

l. 18 (in cod. 10 m. 1, κ m. 2). ΚΑΛΛΙΣΤΡ.  
 Ὁ ἐξόριστος οὐ δύναται διάγειν ἐν Ρώμῃ, κἀν  
 μὴ προστεθῆ τοῦτο τῆ ψήφῳ, ἐπειδὴ πάντων  
 ἐστὶ πατρίς, ἀλλ' οὔδὲ (οὔτε cod.) ἐν τῇ πόλει,  
 ἐν ᾗ διάγει ὁ βασιλεὺς ἢ δι' ἧς παρερχεται·  
 μόνον γὰρ ἐξεστὶ τὸν βασιλέα βλέπειν τοῖς ἀγ-  
 ναμένοισι εἰς Ρώμην εἰσιέναι· πατὴρ γὰρ ἐστὶ  
 τῆς (sic cod.) πατρίδος ὁ βασιλεὺς Β (Ανον.)

§ 1. Ὅτε κατὰ ἐλευθέρων ἀνθρώπων το-  
 αὐτῆ ψήφος ἐκφέρεται, δι' ἧς περιορῶν αὐτῶν  
 δημεύεται, ὅποια ἐστὶν ἢ εἰς μῆσον δεπορτατίων,  
 ἄμα τῆ ἀποφάσει· ταῦτῃ (ταῦτην cod.) τὴν προ-  
 τέραν τῆσιν ἀπολλύουσι καὶ παραρτήματα δι' αὐτῆς  
 ταῖς κατ' αὐτῶν ἐξενεχθεῖσαις τιμωρίας παρα-  
 δίδονται, εἰ μὴ τι καθορισθεὶς ἐχόμενον δεήσει  
 τραχῆσαι τὴν κατ' αὐτῶν τιμωρίαν BS (Dor.)  
 similiterque Β (Ανον.)

## XXIII.

f. 418'

## R DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS R

SP

ULPIANUS libro trigensimo octavo ad edictum. Ad successionem liberti patronus deportatus et restitutus admittitur. Sed si in metallum damnatus restituatur, numquid seruitus poenae extinguat ius patronatus etiam post restitutionem? et magis est, ut non extinguat seruitus ius patronatus.

IDEM libro quinto opinionum. Si deportatus restitutus dignitatem quidem [B. 60, 68, 1] S indulgentia principis recipiavit, in sua autem omnia bona non est restitutus, nec a creditoribus nec publico nomine conueniri potest. sed<sup>1</sup> cum ei facultas oblata esset a principe bona quoque sua recipiendi, maluerit ea derelinquere, actionibus exuere se, quibus 10 ante sententiam subiectus fuerat, non poterit.

PAPINIANUS libro sexto decimo responsorum. In insulam deportati bona [B. 60, 68, 3] P fisco poena remissa retinuit: creditores ex ante gesto non habere cum eo qui debitor quondam fuit actiones constitit. quod si bona cum dignitatis restitutione concessa recipiaverit, utiles actiones necessariae non erunt, cum et directae competunt. 15

PAULUS libro septimo decimo quaestionum. In metallum damnata mulier [B. 60, 68, 4] P eum quem prius conceperat edidit, deinde a principe restituta est. humanius dicetur etiam cognationis iura huic restituta uideri.

## XXIII.

19

## R DE CADAUERIBUS PUNITORUM R

SP

ULPIANUS libro nono de officio proconsulis. Corpora eorum qui capite [B. 60, 69, 1] S damnantur cognatis ipsorum neganda non sunt: et id se obseruasse etiam diuus Augustus libro decimo de uita sua scribit. hodie autem eorum, in quos animaduertitur, corpora non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petitum et permissum, et nonnumquam non permittitur, maxime maiestatis causa damnatorum. eorum quoque corpora, qui exurendi [B. 60, 69, 2] P damnantur, peti possunt, scilicet ut ossa et cineres collecta sepulturae tradi possint. 25

MARCIANUS libro secundo publicorum. Si quis in insulam deportatus uel [B. 60, 69, 3] S relegatus fuerit, poena etiam post mortem manet, nec licet eum inde transferre aliubi et sepelire inconsulto principe: ut saepissime Seuerus et Antoninus rescripserunt et multis potentibus hoc ipsum indulerunt. 30

PAULUS libro primo sententiarum. Corpora animaduersorum quibuslibet pe- [B. 60, 69, 4] P tentibus ad sepulturam danda sunt.

F(XYMO)

<sup>1</sup> si ins. (edd.)7 restitus F 15 directae F<sup>2</sup> 25 eorum om. F<sup>2</sup> 27 publicorum] publ. iudiciorum F<sup>2</sup>

LIBER QUADRAGESIMUS NONUS.

l. 419

I.

⌘ DE APPELLATIONIBUS ET RELATIONIBUS ⌘

SEPA

1 **ULPIANUS** libro primo de appellationibus. Appellandi usus quam sit fre- [B. 9. 1. 1 S] quens quamque necessarius, nemo est qui nesciat, quippe cum iniquitatem iudicantium 5 uel imperitiam recorrigit: licet nonnumquam bene latas sententias in peius reformet, neque enim utique melius pronuntiat qui nouissimus sententiam laturus est. Quaesitum est, an aduersus rescriptum principis prouocari possit, forte si praeses prouinciae uel quis alius consuluerit et ad consultationem eius fuerit rescriptum: est enim quaesitum, an appellandi ius supersit. quid enim, si in consulendo mentitus est? de qua re extat rescriptum diui Pii πρὸς τὸ κοινὸν τῶν θράκων, quo ostenditur prouocari oportere. uerba rescripti ita se habent: "Ἐὰν ἐπιστεῖλῃ τις ἡμῖν ἅ διὰ<sup>1</sup> καὶ ἀντιγράφωμεν ἡμεῖς ὀτιοῦν, ὑπάρξει τοῖς βουλευμένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν. εἰ γὰρ διδάξαιεν ἢ ψευδῶς ἢ οὐχ οὕτως ἔχει τὰ ἐπεσταλμένα, οὐδὲν ἕφ' ἡμῶν εἶναι δόξῃ<sup>2</sup> προδιεγνωσμένον, τῶν<sup>3</sup> ὡς ἑτέρως ἔχουσιν τοῖς 2 γραφεῖσιν ἀντεπισταλκῶτων". Huic consequenter uidetur rescriptum a consultatione iudicis 15 non esse appellandum, si quis forte interlocutus fuit principem se consultaturum, cum possit post rescriptum prouocare<sup>4</sup>. Si quis in appellatione errauerit, ut puta cum alium appellare deberet, alium appellauerit, uidendum, an error ei nihil offuit. et si quidem, cum maiorem iudicem appellare deberet, ita errauit, ut minorem appellet, error ei nocebit: si uero maiorem iudicem prouocauit, error ei nihil oberit. et ita multis constitutionibus 20 continetur. denique cum quidam iudicem ex rescripto principis a consulibus accepisset et praefectum urbi appellasset, errori eius subuentum est rescripto diuorum fratrum, cuius uerba haec sunt: "Cum per errorem factum dicas, uti a iudice, quem ex rescripto nostro ab amplissimis consulibus acceperas, ad Iunium Rusticum amicum nostrum praefectum urbi prouocares, consules amplissimi perinde cognoscant, atque si ad ipsos facta esset 25 prouocatio. si quis ergo uel parem uel maiorem iudicem appellauerit, alium tamen pro alio, in ea causa est, ut error ei non noceat: sed si minorem, nocebit. Libelli qui dantur appellatorii ita sunt concipiendi, ut habeant scriptum et a quo dati sint, hoc est qui ap- 30 pellet, et aduersus quem et a qua sententia.

2 **MACER** libro primo de appellationibus. Sed si apud acta quis appellauerit, [B. 9. 1. 2 S] satis erit, si dicat 'appello'.

3 **ULPIANUS** libro primo de appellationibus. Scio quaesitum, si quis non addi- [B. 9. 1. 3 S] derit in libellis, contra quem aduersarium appellet, an praescriptioni subiciatur: et puto nihil oportere praescribi. Sed<sup>5</sup> illud cecidit in quaestionem, si plures habuerit aduersarios et quorundam nomina libellis sint complexa, quorundam non, an aequè praescribi ei possit 35 ab his, quorum nomina comprehensa non sunt, quasi aduersus ipsos adquienerit sententiae. et cum una causa sit, arbitror non esse praescribendum. Certe si plures hi sunt,

F(XYMOOC)

1 ἅ διὰ] ἄττα (Taurell.)? 2 δόξει? 3 τῶν del. 4 prouocari? 5 et ins.

6 nonnumquam F<sup>2</sup> | uene F<sup>1</sup> 9 ad in consultationem F 15 ἀντεπισταλκῶτων] F<sup>2</sup>, ἀντεπισταλκotecin F<sup>4</sup> 20 e'i nihil F<sup>2</sup> 24 amicum om. F<sup>1</sup> 27 non noceat] F<sup>2</sup>, noceat non F<sup>2</sup> 35 nomina libellis sint plexa (sic) quorundam add. F<sup>2</sup> | aequa'e F<sup>2</sup> | ei] eo F<sup>1</sup> 37 sunt om. F<sup>1</sup>

quos pronuntiat, et quorundam nomina in libellis sint comprehensa, quorundam soli appellasse uidebuntur, quorum nomina libellis sunt comprehensa. Quid ergo, in appellandi certam dixerit, an liceat ei discedere ab hac et aliam causam alienam uero quasi forma quadam obstrictus sit? puto tamen, cum semel prouocauerit, facultatem in agendo etiam aliam causam prouocationis reddere persequique pro-

em suam quibuscumque modis potuerit. **DE** libro primo de appellationibus. Ab exsecutore sententiae appellare [B. 9, 1, 4] *S* t. Sed ab eo, qui sententiam male interpretari dicitur, appellare licet, si tamen retandi potestatem habuit, uelut praeses prouinciae aut procurator Caesaris: ita ut in causis appellationis reddendis hoc solum quaeratur, an iure interpretatum 10 re etiam diuus Antoninus rescripsit. Alio condemnato is cuius interest appellare f. 419' qualis est, qui per procuratorem expertus uictus est nec procurator suo nomine

Item si emptor de proprietate uictus est, eo cessante auctor eius appellare aut si auctor egerit et uictus sit, non est deneganda emptori appellandi facultas. In, si uenditor, qui appellare noluit, idoneus non est? quin etiam si auctor appel- 15 m, deinde in causae defensione suspectus uisus sit, perinde defensio causae emptori uenda est, atque si ipse appellasset. Idque ita constitutum est in persona credi- im debitor uictus appellasset nec ex fide causam defenderet. quae constitutio ita da est, si interueniente creditore debitor de pignore uictus prouocauerit: nam creditori nullum praeiudicium debitor facit, idque statutum est. Si procurator, 20 no interfuit, uictus sit, an ipse quoque per procuratorem appellare possit, uidea- ria constat procuratorem alium procuratorem facere non posse. sed meminisse quod procurator lite contestata dominus litis efficitur: et ideo et per procuratorem potest. 24

**DE** libro primo de appellationibus. A sententia inter alios dicta ap- [B. 9, 1, 5] *S* on potest nisi ex iusta causa, ueluti si quis in coheredum praeiudicium se com- patitur uel similem huic causam (quamuis et sine appellatione tutus est coheres): eiussore pro eo pro quo interuenerunt. igitur et uenditoris fideiussor emptore pellabit, licet emptor et uenditor adquiescant. Si heres institutus uictus fuerit qui de inofficioso testamento agebat, legatariis et qui libertatem acceperunt per- 30 um est appellare, si querantur per collusionem pronuntiatum: sicut diuus Pius re- Idem rescripsit legatariis causam appellationis agere posse. Sed et si in fraudem inactionem factam ab eo qui appellasset dicerent, idem dicendum est. sed et ellatione si fuerit transactum, similiter rescriptum est. Si quis ipso die [Pon. 3, 12] a uoce appellauit, hoc ei sufficit: sin autem hoc non fecerit, ad libellos appella- 35 ndos biduum uel triduum computandum est.

**DE** libro secundo de appellationibus. Non tantum ei, qui ad suppli- [B. 9, 1, 6] *S* citur, prouocare permittitur, uerum alii quoque nomine eius, non tantum si ille rit, uerum quisquis alius prouocare uoluerit. neque distinguitur, utrum necessarius nec ne: credo enim humanitatis ratione omnem prouocantem audiri debere. ergo 40 e adquiescit sententiae: nec quaerimus, cuius intersit. quid ergo, si resistat qui s est aduersus prouocationem, nec uelit admitti eius appellationem perire festinans? utem differendum supplicium.

**DE** libro primo de appellationibus. Cum quidam propter uiolentiam [B. 9, 1, 7] *S* ion ipsi a quo appellauit dedit libellos, sed publice proposuisset, diuus Seuerus 45 ei dedit et permisit ei causas appellationis agere.

**DE** libro quarto de appellationibus. Illud sciendum est eum qui pro- [B. 9, 1, 8] *S*

OC)

ntiatur 'nuntiat' et *F*<sup>2</sup> 5 facilitate persequiqua'e *F*<sup>2</sup> 8 interpretare *F*<sup>2</sup> 14 appellandi *F*<sup>2</sup> 20 debitor e' facit *F*<sup>2</sup> 29 appellauit *F*<sup>2</sup> 34 die *F*<sup>2</sup> 35 ei] eo *F*<sup>2</sup> *F*<sup>2</sup>, praeparatur *F*<sup>2</sup>: οὐδὲν ἕτερον ...

II.

σκοπεῖται *B* (*Anon.*) | interpr'etatum *F*<sup>2</sup> 14 appellandi *F*<sup>2</sup> 20 debitor e' facit *F*<sup>2</sup> 29 appellauit *F*<sup>2</sup> 34 die *F*<sup>2</sup> 35 ei] eo *F*<sup>2</sup> 40 crado *F*<sup>2</sup> | a'u'diri *F*<sup>2</sup>



uocauit non debere conuiciari ei a quo appellat: ceterum oportebit eum plecti. et ita diu fratres rescripserunt.

- 9 MACER libro secundo de appellationibus. Illud sciendum est neque pupillum [B. 9. 1, 9] S neque rem publicam, cum pro libertate iudicatur, in integrum restitui posse, sed appellationem esse necessariam. idque ita rescriptum est.
- 10 ULPIANUS libro octauo disputationum. Si qui separatim fuerint condemnati, [B. 9. 1, 10] S<sup>1</sup> quamuis ex eadem causa, pluribus eis appellationibus opus est. Si quis, cum una actione ageretur, quae plures species in se habeat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singulae notionem principis non faciunt, omnes ¶ autem coniunctae faciunt: poterit ad principem appellare. Sed cum aduersus plures probatae essent rationes quae eis nocerent, ¶ sufficit eis una appellatio, quia uno titulo comprobatarum rationum omnes conueniebantur.
- 8 Quotiens autem plures in unam summam condemnantur, utrum una sententia est et quasi plures in unam summam rei sint<sup>1</sup> promittendi, ut unusquisque eorum in solidum teneatur, an uero scinditur in personas sententia, quaeritur. et Papinianus respondit scindi sententiam in personas atque eos qui condemnati sunt uiriles partes debere. Quod est [B. 9. 1, 11] S<sup>2</sup> rescriptum in communi causa, quotiens alter appellat, alter non, alterius uictoriam ei proficere qui non prouocauit, hoc ita demum probandum est, si una eademque causa fuit defensionis: ceterum si diuersae, alia causa est. ut in duobus tutoribus procedit, si alter tutelam gesserat, alter non attigerat et is qui non gesserat prouocauit: iniquum est enim, qui idcirco adgnouerat sententiam, quoniam gessisse se scit, propter appellationem eius ¶ qui non gesserat optinere.
- 11 IDEM libro tertio de omnibus tribunalibus. Cum ex causa iudicati soluta esset [B. 9. 1, 11] S<sup>3</sup> pecunia ex necessitate iudicis ab eo, qui appellatione interposita meruerit meliorem sententiam, recipere eum pecuniam quam soluit oportet.
- 12 IDEM libro secundo opinionum. Si constet nullo actu ex lege habito diuini uirum creatum, sed tantum uocibus popularium postulatam eisque tunc proconsulem, quod facere non debuit, consensisse: appellatio in re aperta supernacua fuit.
- 13 IDEM libro secundo responsorum. Appellanti nihil obesse, quod in libellis a [B. 9. 1, 12] S<sup>4</sup> 1 qua parte sententiae appellaret non significauit. Non solere improbari appellationem eorum, qui uel unam causam appellandi probabilem habuerunt.
- 14 IDEM libro quarto decimo ad edictum. Si perlusorio iudicio<sup>2</sup> actum sit ad [B. 9. 1, 14] E uersus testamentum, an ius faciat index, uidendum. et diuus Pius, cum inter coniunctas personas diceretur per collusionem in necem legatariorum et libertatum actum, appellare eis permisit. et hodie hoc iure utimur, ut possint appellare: sed et agere causam apud ipsum iudicem, qui de testamento cognoscit, si suspicantur non ex fide heredem causam ¶ 1 agere. Quotiens herede non respondente secundum aduersarium sententia datur, rescriptum est nihil nocere neque legatis neque libertatibus. et hoc diuorum fratrum epistula continetur ad Domitium in haec uerba: 'Quod absente possessore nec quoquam nomine eius respondente pronuntiatum est, non habet rei iudicatae auctoritatem nisi aduersus eum solui qui adesse neglexerit. quare his, qui testamento libertates uel legata uel fideicommissa ¶ acceperunt, saluae sunt actiones, si quas habuerunt, perinde ac si nihil esset iudicatum: et ideo aduersus eum qui uicit permittimus eis agere'.
- 15 MARCELLUS libro primo digestorum. Serui appellare non possunt: sed domino eorum ad opem seruo ferendam possunt uti auxilio appellationis, et alius domini

F(XYMOG)

<sup>1</sup> sunt?    <sup>2</sup> per lusorium iudicium (*Brenemann*)?

9 post coniunctae faciunt *ins.* quid faciat index uidendum (est *ins.* X) et XYMOG 10 quae] que F 12 quasi F 15 sint errore Taur. 16 ei] etiam ei F<sup>2</sup> 17 prouocauit hoc ita F<sup>2</sup> 18 si aliter F 20 idcirco adcirco adgnouerat F<sup>2</sup> 24 pecuniam quam

soluit oportet F<sup>2</sup> 27 supernacua fuit F<sup>2</sup> 29 sententiae F<sup>2</sup> | improbari n' F<sup>2</sup> | appellationem] appellationes F<sup>2</sup> 33 actum om. F<sup>2</sup> 34 appellare F 38 domitium F<sup>2</sup> | nec] ne F

nomine id facere potest. sin nero neque dominus neque alius pro domino appellauerit, ipsi seruo, qui sententiam tristem passus est, auxilium sibi implorare non denegamus.

MODESTINUS libro sexto differentiarum. Constitutiones, quae de recipiendis [B. 9, 1, 16] E nec non appellationibus loquuntur<sup>1</sup>, ut nihil noui fiat, locum non habent in eorum persona, quos damnatos statim puniri publice interest: ut sunt insignes latrones uel seditionum con- 5 citatores nel duces factionum.

IDEM libro octauo regularum. Cum in una causa separatim duplex sententia [B. 9, 1, 17] E diuisa datur, ueluti una sortis, alia usurarum, duplex appellatio necessaria est, ne alteram adgnouisse, de altera prouocasse intellegatur. Tutor pupillo datus si prouocet, interim 9 | pupillo curator dabitur. sed si tutoris auctoritas fuerit necessaria, ueluti ad adeundam f. 490' hereditatem, tutor ei necessario dabitur, quoniam curatoris auctoritas ad hoc inutilis est.

IDEM libro septimo decimo responsorum. Lucius Titius pro seruo suo, qui [B. 9, 1, 18] E ad bestias datus est, prouocationem interposuit: quaero, an huiusmodi appellationis causas per procuratorem reddere possit. Modestinus respondit posse. 14

IDEM libro singulari de enucleatis casibus. Si expressim sententia contra [B. 9, 1, 19] E iuris rigorem data fuerit, ualere non debet: et ideo et sine appellatione causa denuo induci potest. non iure profertur sententia, si specialiter contra leges uel senatus consultum uel constitutionem fuerit prolata. unde si quis ex hac sententia<sup>2</sup> appellauerit et praescriptione summotus sit, minime confirmatur ex hac praescriptione sententia. unde potest causa ab initio agitari. 20

IDEM libro singulari de praescriptionibus. Qui suspectum tutorem facit et qui de non E recipienda tutela excusationem<sup>3</sup> agit, alieno nomine agere intellegendus est. Is nero qui in rem suam procurator datus est, intra biduum appellare debet, quia suam causam agit. Militibus appellandi tempora non remittuntur, et uicti si non prouocauerint et sollemnia fecerint, postea non audiuntur. 25

PAPIRIUS IUSTUS libro primo de constitutionibus. Imperatores Antoninus et [B. 9, 1, 20] Ef Uerus rescripserunt appellationes, quae recto ad principem factae sunt omissis his, ad quos debuerunt fieri ex imo ordine, ad praesides remitti. Idem rescripserunt ab iudice, quem a praeside prouinciae quis acceperat, non recte imperatorem appellatum esse ideoque reuerti eum ad praesidem debere. Si magistratus creatus appellauerit, collegam eius in- 30 terim utriusque officium sustinere debere: si uterque appellauerit, alium interim in locum eorum creandum: et eum, qui non iuste appellauerit, damnatum adgniturum, si quod res publica passa sit: si nero iusta sit appellatio et hoc pronuntietur, eos aestimatos, cui hoc adscribendum sit. in locum autem curatoris, qui annonam administraturus est, alium interim adsumendum, quoad usque appellatio pendeat. Idem rescripserunt, quamuis usi- 35 tatum non sit post appellationem fructus agri, de quo disceptatio sit, deponi, tamen, cum populi<sup>4</sup> traherentur ab aduersario, aequum sibi uideri fructus apud sequestres deponi.

PAPINIANUS libro secundo responsorum. Ad principem remissa cognitio ab [B. 9, 1, 21] P eo circumduci potest, qui remisit.

F(XYMO C)

<sup>1</sup> de appellationibus sic non recipiendis loquuntur (cf. D. 49, 5, 6. 49, 7, 1 pr.)?    <sup>2</sup> non ins.  
<sup>3</sup> tutelae excusatione (Schulting)?    <sup>4</sup> pupilli (u. i.)?

2 tristem passus est] F, passus est tristem X<sup>a</sup>M<sup>r</sup>, passus est triste (striste X<sup>a</sup>) X<sup>a</sup>YM<sup>a</sup>OC 4 nec non] FO, necne XYMC 10 fuerit bis F 13 uestias F<sup>2</sup> 23 uiduum F<sup>a</sup> | qu<sup>a</sup> F<sup>2</sup> 24 tempera F<sup>2</sup> 28 ordine m<sup>a</sup> ad F<sup>2</sup> 31 officium om. F<sup>2</sup> | debere om. F<sup>2</sup> 33 eos aestimatos cui (cui om. F<sup>a</sup>) hoc adscribendum sit] ἐκεῖνος δίδωσι τὴν ζημίαν, ὅν οἱ δικασταὶ δοκιμάσουσι B (Anon.). cf. D. 49, 10, 1 37 populi traherentur] sic (nec quicquam additum ibi uel mutatum) F, popularentur X<sup>a</sup>YMC, depopularentur O<sup>2</sup>, populitarentur Taur., uel

apostoli trahuntur X<sup>a</sup>?, inc. O<sup>r</sup>: *interpres uertens* ὅτι ἀνήθων δικασμένων (οἱ καρποὶ) διασφύονται παρὰ τῶν ἀντιδικῶν αὐτῶν B (Anon.), id est cum pupillis litigantibus fructus dissipantur ab aduersariis eorum, certe pro populi aut legit aut legisse sibi uisus est pupilli. tu pone casum ita pupillos uindicantes non obtinuisse et appellasse (cf. Paulus 5, 36, 1), deinde possessorem litem traxisse 39 circumdici F: ὁ δικαστὴς ἀναπέμφας βασιλεῖ διάγνωσιν ὑποθέσεως δύναιται τεμεῖν αὐτὴν B (Anon.), ubi τεμεῖν utrum inde ueniat quod legerint circumdici (ut Brenemannus

- 23 IDEM libro nono decimo responsorum. Ex consensu litigantium citra com- [B. 9, 1, 22 P  
 1 promissum a praeside prouinciae indice dato uictus potest prouocare. Cum procurator  
 Caesaris, qui partibus praesidis non fungebatur, in lite priuatorum ius dandi iudicis non  
 2 habuisset, frustra prouocatum ab ea sententia constitit, quae non tenebat. Filium familias,  
 cum aduersus patrem eius de bonis, quae per ipsum poterant adquiri, prouocatum esset, s  
 3 respondi non nisi patris nomine potuisse prouocare. Eum, qui cognouit edictum perempto-  
 rium, secundum ordinis causam dati placuit non recte prouocasse, cum in eius potestate  
 fuerit ante diem praestitutum pro tribunali respondentem aut defensum edicti denuncia-  
 tionem rumpere. 9
- 24 SCAEUOLA libro quinto responsorum. Negotiorum [Scaeu. l. XXV dig. D. 42, 1, 64. B. 9, 1, 23 P  
 gestor uel tutor uel curator bona fide condemnati appellauerunt et diu negotium tractum  
 est: quaesitum est appellatione eorum iniusta pronuntiata an, quia tardius iudicatum sit,  
 usurae principalis pecuniae<sup>1</sup> medii temporis debeantur. respondit secundum ea quae pro-  
 1 ponerentur dandam utilem actionem. Curator iuuenis aduersus tutoris heredes [Scaeu.]  
 iudicio expertus appellationem interposuit: cum impleisset autem uicensimum quintum an-  
 15 num aetatis iuuenis et in militia ageret, exequi || appellationem desiit. quaero, regressus f. 421  
 a militia utrum ipse appellationem explicare deberet an uero curatorem in eam rem con-  
 ueniri oporteret. respondit ipsum militem litem ad se pertinentem exsequi debere secundum  
 ea quae proponerentur. 19
- 25 PAULUS libro uicensimo responsorum. Ἀυτοκράτωρ Ἀλέξανδρος τῷ κοινῷ τῶν [B. 9, 1, 24 P  
 ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων. Ἐκκαλεῖσθαι μὲν πῶς ἂν τις κωλύοιτο ὑπὸ τῶν δικαζόντων, οὐχ ὀρῶ,  
 ὅποτε ἔξεστιν τὴν ἑτέραν ὁδὸν τρεπόμενον ταῦτο ποιεῖν καὶ θάττον πρός με ἀφικνεῖσθαι. ὕβρει  
 • δὲ καὶ βιά χρῆσθαι πρός τοὺς ἐκκαλομένους καὶ φρογρὰν στρατιωτικὴν περιστὰν καὶ ἀπλῶς  
 εἰπεῖν ἀποφράττειν αὐτοῖς τὴν δεῦρο ἄνοδον ἀπαγορεύομεν τοῖς ἐπιτρόποις καὶ τοῖς ἡγουμένοις  
 τῶν ἔθνων. καὶ πεισθῆσονται ταῦτῃ μοῦ τῆ προρρήσει, εἰδότες ὅτι τοσοῦτόν μοι μέλει τῆς τῶν 25  
 ἀρχομένων ἐλευθερίας, ὅσον καὶ τῆς εὐνοίας αὐτῶν καὶ πειθοῦς.
- 26 HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum. Ad imperatorem causam [B. 9, 1, 25 P  
 remissam partibus consentientibus praeses, si ad eius notionem pertinet, audire potest.
- 27 IDEM libro quinto iuris epitomarum. Tutor si in negotio pupilli prouocauerit [B. 9, 1, 26 P  
 uel curator in adulti, heres eius, antequam reddat rationes, appellationis causam persequi 20  
 debet: nam post redditas rationes nec ipse tutor nec curator appellationis merita probare  
 cogitur.
- 28 SCAEUOLA libro uicensimo quinto digesterum. Creditor cum fideiussoribus [B. 9, 1, 27 A  
 egerat: sed post iudicium acceptum ad agendam causam ipse non adfuit et, cum absoluti  
 essent fideiussores, seruus eius appellauit. quaesitum est, an appellatio, quam seruus inter- 25  
 posuit nomine domini, nullius momenti esset. respondit eiusmodi appellationem non esse  
 1 obseruandam. Iussus a iudice exhibere secundum praecipuum praesidis prouinciae ra-  
 tiones, quas apud se esse cauerat, instrumentorum gratia data dilatione nec<sup>2</sup> postea ex-  
 hibuit ideoque secundum constitutionem recitatas, quia per consuetudinem instrumenta non  
 exhibuerat, cum petitor quanti sua interesset exhiberi iurasset, facta erat condemnatio. 40  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> Scaeuola libro XXV digesterum. Negotiorum gestorum condemnatus appellauit et diu negotium tractum est: quaesitum est appellatione eius iniusta pronuntiata, an, quo tardius iudicatum sit, usurae pecuniae in condemnatum deductae D. l. gem. <sup>2</sup> ea die nec int.

statuit), an ita uerterint circumdnei (quod alibi B. 9, 3, 45. 48, 8, 27 interpretati sunt περιαιρεῖσθαι), non definitio 1 citra] sic R. Stephanus cum B: χωρὶς αἰρετῶν, circa F 8 fugebatur F- 7 secundum ordinis causam dati] quasi legeretur ex ordine datum uertunt B: κατὰ τὰς ἰν δοθέν (διάταγμα): insolentia sermonis Papiniani fortasse admittit ut interpretemur causam dati ordinis de ordinatione liti edicto comprehensa 11 gestor] F<sup>2</sup> cum B: ἐπιπο-

πος ἢ κουράτωρ ἢ ἀλλοτριῶν πράγματος δικη-  
 τῆς, gestorum F<sup>2</sup>: in l. gemina est negotiorum  
 gestorum condemnatus appellauit 13 usu-  
 r' p'ae F<sup>1</sup> 18 l'item F<sup>1</sup> 20 per A. l. totu-  
 mutum in datiuis adeat 22 γβρ'ε'ι F<sup>1</sup> 23 στρα-  
 τιωτικὴν περιεστάν' καὶ F<sup>2</sup> 25 πεισθῆσονται  
 F | προρρήσει F 29 tutor'i si F<sup>2</sup> 34 ab-  
 soluti F 35 fideiussore'm's F<sup>1</sup> 37 exhi-  
 bere] exiubere F<sup>2</sup> 40 erit F<sup>1</sup>

quaesitum est, an post iusiurandum appellationem interponere possit. respondit nihil proponi, cur denegandum esset appellationis auxilium. Substituti tutores in locum legitimi tutoris experti cum eo tutelae iudicio, cum arbiter inique<sup>1</sup> condemnauit, quam rei aequitas exigebat, a sententia eius prouocauerunt: pendente causa appellationis iuuenes adoleuerunt. quaesitum est, cum omnis exsecutio huius ad adultos pertineat et causam ad se pertinetem idonee tueri possunt, an postulatio eorum, contra quos appellatum erat, dicentium illos debuisse causas appellationis reddere, qui primi sunt experti, admittenda non sit. respondit eos, quorum tutela gesta esset, si uellent causam exsequi, non prohibendos. idem et in curatoribus obseruandum est, si interim adultus ad legitimam aetatem peruenit.

## II.

10

R A QUIBUS APPELLARI<sup>2</sup> NON LICET R

- 1 ULPIANUS libro primo de appellationibus. Tractandum est, a quibus appellare non liceat. Et quidem stultum est illud admonere a principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui prouocatur. Sciendum est appellari a senatu non posse principem, idque oratione diui Hadriani effectum. Si quis ante sententiam professus fuerit se a iudice non prouocaturum, indubitate prouocandi auxilium perdidit. Interdum imperator ita solet iudicem dare, ne liceret ab eo prouocare, ut scio saepissime a diuo Marco iudices datos. an et alius possit ita iudicem dare, uidebimus: et puto non posse.
- 2 PAULUS libro singulari de appellationibus. Quaesitum est, in arbitros, qui ad fideiussores probandos dantur, an appellare liceat: quamuis hoc casu et sine appellatione quidam putent ab eo, qui eum dedit, sententiam eius corrigi posse.

## III.

## R QUIS A QUO APPELLETUR R

SE

- 1 ULPIANUS libro primo de appellationibus. Quod || dicitur eum appellari, qui dedit iudicem, sic accipiendum est, ut et successor eius possit appellari. proinde et si praefectus urbi iudicem dederit uel praetorio, ipse erit prouocandus, qui eum dedit iudicem. Ab eo, cui quis mandauit iurisdictionem, non ipse prouocabitur: nam generaliter is erit prouocandus ab eo cui mandata est iurisdicatio, qui prouocaretur ab eo qui mandauit iurisdictionem.
- 2 UENULEIUS SATURNINUS libro secundo de officio proconsulis. Appellari a legatis proconsul potest, et, si multam dixerit, potest de iniquitate eius proconsul cognoscere et quod optimum putauerit statuere.
- 3 MODESTINUS libro octauo regularum. Dato iudice a magistratibus populi Romani cuiuscumque ordinis, etiamsi ex auctoritate principis licet nominatim iudicem declarantis dederint, ipsi tamen magistratus appellabuntur.

## III.

## R QUANDO APPELLANDUM SIT ET INTRA QUAE TEMPORA R

- 1 ULPIANUS libro primo de appellationibus. Si quidem<sup>3</sup> in insulam deportandum adnotauerit praeses prouinciae et imperatori scripserit, ut deportetur, uideamus, quando sit prouocandum, utrum cum imperator scripserit an cum ei scribitur? et putem
- F(XYMOO)*

<sup>1</sup> inique] in minus?    <sup>2</sup> appellare (*edd.*)?    <sup>3</sup> quem (*edd.*)?

11 a *om. ind. F* 12 tracta'ondum *F*<sup>2</sup> 13 fas] eas *F*<sup>2</sup> 15 effectum] effectum est *F*<sup>2</sup> 16 indubite *F* 16 ita] inter *F*<sup>1</sup> 17 s'a'episime *F*<sup>2</sup> 18 non] *F*<sup>2</sup> cum *B*: τοῦτο δὲ ποιεῖν

λλας οὐ δύνανται, *om. F*<sup>1</sup> 20 da'n'tur *F*<sup>2</sup> | an appellare liceat] καλῶς ἐκκαλούμεθα *B* 21 qui eum] *F*<sup>2</sup>, quidem *F*<sup>2</sup> 23 *rubr. om. ind. F* 31 de 'i'niquitate *F*<sup>2</sup>

tunc esse appellandum, cum recipi eum praeses iubet sententia prolata imperatori scribendum, ut deportetur. ceterum uerendum est, ne sero sit, ut tunc prouocetur, cum imperator insulam ei adsignauerit: comprobata enim sententia praesidis tunc solet insulam adsignare. rursus illud uerendum est, si mendacis apud principem oneravit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi uiam prouocandi. quid ergo est? recte dicetur humanitate suggerente, ut et hoc et illo tempore non frustra prouocaretur, quia non aduersus principem, sed aduersus iudicis calliditatem prouocauit. simili modo et in decurione erit probandum, quem punire sibi praeses permittere non debet, sed recipere eum in carcerem et principi scribere de poena eius. Si quis tutor datus fuerit uel testamento uel a quo alio, qui ius dandi habet, non oportet enim prouocare (hoc enim diuus Marcus effecit),<sup>1</sup> sed intra tempora praestituta excusationem allegandam habet et, si fuerit repulsa, tunc demum appellare debet: ceterum ante frustra appellatur. Alia causa est eorum, qui ad aliquod munus uel honorem uocantur, cum dicant se habere excusationem: nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suae, quam si appellationem interposuerint. So-<sup>(B)</sup> lent plerumque praesides remittere ad ordinem nominatum<sup>1</sup> ut Gaium Seium creent magistratum uel alius quis honor uel munus in eum conferatur. utrum igitur tunc appellandum est, cum ordo decretum interposuerit, an uero a remissione, quam praeses fecerit, appellatio sit interponenda? et magis est, ut tunc sit appellandum, cum ordo decreuerit: magis enim consilium dedisse praeses uidetur, quis sit creandus, quam ipse constituisse: denique ipse erit appellandus, non ab eo prouocandum. Sed et si praeses in ordine fuerit (ut fieri adsolet), cum ab ordine crearetur quis, ipse erit prouocandus, quasi ab ordine, non ab ipso fiat appellatio. Biduum uel triduum appellationis ex die sententiae latae computandum erit. quid ergo, si sententia fuerit sub condicione dicta? utrum ex die sententiae tempus computamus ad appellandum an uero ex die, quo condicio sententiae extitit? sane quidem non est sub condicione sententia dicenda: sed si fuerit dicta, quid fiet? et est utile statim tempora ad appellandum computari debere. Quod in sententiis praeceptum est, ut uel altera die uel tertia prouocetur, hoc etiam in ceteris obseruandum, ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportere et posse supra relatum est. Dies autem istos, quibus appellandum est, ad aliquid utiles esse oratio diui Marci uoluit, si forte eius, a quo prouocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur: ait enim: 'is dies seruabitur, quo primo adeundi facultas erit'. quare si forte post sententiam statim<sup>2</sup> dictam copiam sui non fecerit is qui pronuntiauit (ut fieri adsolet), dicendum est nihil nocere appellatori: nam ubi primum copiam eius habuerit, poterit prouocare. ergo si statim se subduxit, similiter subueniendum est. Quid igitur, si condicio horae effecit, ut se reciperet? si forte dicta sit sententia iam suprema hora? utique non uidebitur se subtraxisse. Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecit: ceterum si non fecit, an imputetur alicui, quod ad domum eius non uenit quodque in hortos non accesserit, et ulterius quod ad uillam suburbanam? magisque est, ut non debeat imputari. quare si in publico eius adeundi facultas non fuit, melius dicitur facultatem non fuisse adeundi. Si quis ipsius quidem, a quo appellabit, adeundi facultatem non habuit, eius autem, quem appellabit, habeat copiam: uidendum est, an ei praescribi possit, quod eum non adierit. et hoc iure utimur, ut, si alterutrius adeundi fuit copia, praescriptio locum habeat. In propria causa biduum accipitur. propriam causam<sup>(B)</sup> ab aliena quemadmodum discernimus? et palam est eam esse propriam causam, cuius emolumentum uel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. Quare procurator, nisi in suam rem datus est, tertium diem habebit: in suam autem rem datus magis est ut alteram diem obseruet. at si in partem proprio nomine, in partem pro alieno litigat, ambigi potest,

F(XYMOG)

<sup>1</sup> nominatim (*Brenemann*)?    <sup>2</sup> statim *del.*

8 prouandum *F*<sup>1</sup>    9 qu'o' alio *F*<sup>2</sup>    15 re'm' mittere *F*<sup>2</sup> | ordinem 'no'minatum *F*<sup>2</sup> | creentur magistratum *F*<sup>2</sup>    18 e's't ut *F*<sup>4</sup> | cum om. *F*<sup>1</sup>    28 oportere *F*    34 subdidit *F*<sup>1</sup>    40 appellauit *F* | e'ist *F*<sup>4</sup>    45 su'am *F*<sup>1</sup>    46 alteram *F*<sup>1</sup>

utrum biduum an triduum obseruetur. et magis est, ut suo nomine biduum, alieno triduum  
 13 obseruetur. Tutores, item defensores rerum publicarum et curatores adulescentium uel  
 furiosi, tertium diem habere debent, idcirco quia alieno nomine appellant. ex hoc apparet  
 tertio die prouocandum defensori, si modo quasi defensor causam egit, non suo nomine,  
 14 cum optentu alieni nominis suam causam agens tertio die appellare possit. Si quis sus-  
 pectum tutorem faciens non optinuerit, appellare eum intra triduum debere Iulianus libro  
 15 quadragensimo digestorum scripsit, profecto quasi pupilli defensorem. Si aduersus absen-  
 tem fuerit pronuntiatum, biduum uel triduum ex quo quis scit, computandum est, non ex  
 quo pronuntiatum est. quod autem dicitur absentem posse prouocare ex quo scit, sic  
 accipimus, si non in causa per procuratorem defensus est: nam si ille non prouocauit, 10  
 difficile est, ut hic audiatur.

2 **MAGER** libro primo de appellationibus. Si procuratorio nomine egeris et uictus appel-  
 laueris, deinde iniusta appellatio tua fuerit pronuntiata, potest dubitari, num secundo die  
 appellare debeas, quia, cum de tua appellatione iniusta pronuntiatum sit, tua interfuisse  
 uidetur. sed rectius dicetur tertia die appellare te posse, quia nihilo minus alienam cau- 15  
 sam defenderis. Sed si alius, quam qui iudicio expertus est, appellet, qualis est cuius  
 interest, an etiam tertia die appellare possit, uideamus. sed dicendum est secunda die  
 appellare eum debere, quia uerum est eum suam causam defendere. contrarium ei<sup>1</sup> est,  
 si dicat idcirco sibi licere intra triduum appellare, quia uidetur quasi alieno nomine ap- 20  
 pellare, quando, si uelit causam suam alienam uideri, semet ipsum excludit, quia in aliena  
 causa ei, qui iudicio expertus non est, appellare non liceat. Si is, qui ex libertinitate in  
 ingenuitatem se defendebat, uictus appellare omiserit, an pater eius appellare possit, maxime  
 si dicat eum in potestate sua esse, quaeritur. sed si potest, quod magis probatur, secunda  
 3 die, ut propria causa, appellare debet. Si pro eo, qui capite puniri iussus est, necessaria  
 persona appellet, an tertia die audiri possit, Paulus dubitat. sed dicendum est hanc quo- 25  
 que personam ut in propria causa secunda die appellare debere, quia qui sua interesse  
 dicit, propriam causam defendit.

3 **IDEM** libro secundo de appellationibus. Illud || uideamus, si, cum imperatori [B. 9, 1, 84] S f. 422'  
 scriberetur, exemplum litterarum litigatori editum sit neque is appellauerit et postea con-  
 tra eum rescriptum sit, an appellare a litteris pridem sibi editis possit? quia qui tunc non 30  
 appellauit, uera esse quae scripta sunt consensisse uidetur: nec audiendus est, si dicat  
 euentum rescripti sacri se sustinuisse.

## V.

## R DE APPELLATIONIBUS RECIPIENDIS UEL NON R 34

1 **ULPIANUS** libro uicensimo nono ad edictum. Non solent audiri appellantes [B. 9, 1, 95] S  
 nisi hi, quorum interest uel quibus mandatum est uel qui negotium alienum gerunt, quod  
 1 mox ratum habetur. Sed et cum mater<sup>2</sup> filii rem sententia euersam animad- [B. 8, 2, 41]  
 uerteret, prouocauerit, pietati dandum est et hanc audiri debere: et si litem praeparandam  
 curare maluerit, intercedere non uidetur, licet ab initio defendere non potest. 39

2 **SCAEUOLA** libro quarto regularum. Ante sententiam appellari potest, si [B. 9, 1, 96] S  
 quaestionem in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit, uel in criminali, si contra  
 leges hoc faciat.

3 **PAULUS** libro singulari regularum. Intra triduum appellare licet ei, qui de [B. 9, 1, 87] S  
 suspecto tutore egit uictusque appellat.

*F(XYMOG)*

<sup>1</sup> ei del. (cf. Quintilianus inst. 5, 13, 30)    <sup>2</sup> quae ins.

8 uel om. F<sup>1</sup>    9 p'osse F<sup>4</sup> | procare F  
 10 accipit F<sup>1</sup>    14 pronuntiatum sit tua tum  
 sit tua interfuisse F<sup>2</sup>    18 denere F<sup>1</sup> | qu'i'a  
 F<sup>4</sup> | contrarium] et contrarium F<sup>2</sup>    22 omi-  
 seret F<sup>1</sup>    25 hanc] bona F<sup>2</sup>    26 persona'm'  
 F<sup>2</sup> | app'ell'are d'iebere F<sup>4</sup>    30 non om. F<sup>2</sup>  
 34 recipiendis] ind. F, respiciendis F    38 dan-  
 dum] scripsi, dandicendum F<sup>1</sup>, dant dicen-  
 dum primum, mos dans dicendum F<sup>2</sup>

- 4 MACER libro primo de appellationibus. Eius, qui ideo causam agere frustra- [B. 9, 1, 38] 8  
 tur, quod dicit se libellum principi dedisse et sacrum rescriptum expectare, audiri desi-  
 derium prohibetur: et si ob eam causam pronocauerit, appellatio eius recipi sacris consti-  
 tutionibus uetatur.
- 5 ULPIANUS libro quarto de appellationibus. Ei, cuius appellatio non recipitur, [B. 9, 1, 39] 8  
 sufficit, si possit dicere appellationem suam non esse receptam: quod quaqua ratione do-  
 1 ceat, admittetur eius appellatio. Non recepta autem appellatione, si quidem principem  
 appellari oportuit, principi erit supplicandum: sin uero alius appellabatur quam princeps,  
 2 ille erit aduendus. Sed et si quid aliud post receptam appellationem impedimento<sup>1</sup> factum  
 3 fuerit, eum adiri oportet, quem appellare quis debet. Plane si appellatione non recepta  
 non ipsum adierit, quem debuit, sed principem, pro eo habebitur, atque si is aditus est,  
 4 qui adiri debuit: idque rescriptis imperatoris nostri Antonini declaratur. Plane si alium  
 5 pro alio adit non principem, nihil ei hic error proderit, licet non uideatur cessasse. Intra  
 constituta autem appellatoria tempora debet is, cuius appellatio non est recepta, uel com-  
 petentem iudicem uel principem adire.
- 6 MACER libro secundo de appellationibus. Sciendum est, cum appellatio non [B. 9, 1, 40] 8  
 recipitur, praecipii sacris constitutionibus omnia in eodem statu esse nec quicquam nouari,  
 etiamsi contra fiscum appellatum sit: eumque, qui appellationem non receperit, opinionem  
 suam confestim per relationem manifestare et causam, pro qua non recepit appellationem,  
 eiusque exemplum litigatori edere debere mandatis cauetur.
- 7 PAULUS libro singulari de appellationibus. Si res dilationem non recipiat, [B. 9, 1, 41] 8  
 non permittitur appellare, uelut ne testamentum aperiatur (ut diuus Hadrianus constituit),  
 ne frumentum in usum militum, in annonae subsidia contrahatur, neue scriptus heres in  
 1 possessionem inducatur. Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id quo minus fiat  
 2 non permittitur appellare. Item quo minus pignus uendere liceat, appellari non potest.

VI.

℞ DE LIBELLIS DIMISSORIIS, QUI APOSTOLI DICUNTUR ℞

- 1 MARCIANUS libro secundo de appellationibus. Post appellationem interposi- [B. 9, 1, 42] 8  
 tam litterae dandae sunt ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogni-  
 turus est, siue principem siue quem alium, quas litteras dimissorias siue apostolos appel-  
 1 lant. Sensus autem litterarum talis est: appellasse puta Lucium Titium a sententia illius,  
 2 quae inter illos dicta est. Sufficit autem petisse intra tempus dimissorias instanter et sae-  
 pitius, ut et si non accipiat, id ipsum contestetur: nam instantiam petentis dimissorias com-  
 1 stitutiones desiderant. aequum est igitur, si per eum steterit, qui debebat dare litteras,  
 2 quo minus det, ne hoc accipienti noceat.

VII.

℞ NIHIL INNOUARI APPELLATIONE INTERPOSITA ℞

- 1 ULPIANUS libro quarto de appellationibus. Appellatione interposita, siue ea [B. 9, 1, 43] 8  
 recepta sit siue non, medio tempore nihil nouari oportet: si quidem fuerit recepta appe-  
 latio, quia recepta est: si uero non est recepta, ne praeiudicium fiat, quoad deliberetur,  
 1 utrum recipienda sit appellatio an non sit. Recepta autem appellatione tamdiu nihil erit  
 2 innouandum, quamdiu de appellatione fuerit pronuntiatum. Si quis ergo forte relegatus  
 fuit et appellauerit, non arcebitur neque in<sup>2</sup> Italia neque in<sup>3</sup> prouincia, qua relegatus est.  
 3 Propter eandem rationem et si quis deportatus fuit ab eo, cui deportandi ius est, uel  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> impedimentum (Hal.)?    <sup>2</sup> in del. (edd.)

8 aliud F    22 uelut ne] ueluti ne X<sup>M</sup>OC    FYM<sup>2</sup>    23 n'e'ue F<sup>4</sup>    33 instantiam 'ope-  
 cum B: οἷον ἰνα μή ἀνοίγῃ ἢ διαθήκην, uel ne    tentis F<sup>2</sup>    37 nouari ind. F<sup>2</sup>    40 fiat] ei ad F<sup>1</sup>

adnotatus, neque uincula patietur neque ullam aliam iniuriam, quam patitur<sup>1</sup>, qui sententiae non adqueuerat: integer enim status esse uidetur prouocatione interposita. Ergo et si abstinere ordine iussus sit et prouocauerit, eadem ratione potest coetum participare, cum hoc sit constitutum et sit iuris, ne quid pendente appellatione nouetur. Si quis ex pluribus facinoribus condemnatus propter quaedam appellauit, propter quaedam non: utrum 5 differenda poena eius sit an non, quaeritur. et si quidem grauiora sint crimina, ob quae appellatio interposita est, leuius autem id, propter quod non appellauit, recipienda est omnimodo appellatio et differenda poena: si uero grauiorem sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum, omnimodo poena inponenda est.

VIII.

10

RE QUAE SENTENTIAE SINE APPELLATIONE RESCINDANTUR RE SP

MACER libro secundo de appellationibus. Illud meminerimus: si quaeratur, [B.9, 1, 44] S iudicatum sit nec ne, et huius quaestionis iudex non esse iudicatum pronuntiauerit: licet fuerit iudicatum, rescinditur, si prouocatum non fuerit. Item si calculi error in sententia esse dicatur, appellare necesse non est: ueluti si iudex ita pronuntiauerit. 'Cum constat 15 Titium Seio ex illa specie quinquaginta, item ex illa specie uiginti quinque debere, idcirco Lucium Titium Seio centum condemnno': nam quoniam error computationis est, nec appellare necesse est et citra prouocationem corrigitur. sed et si huius quaestionis iudex sententiam centum confirmauerit, si quidem ideo, quod quinquaginta et uiginti quinque fieri centum putauerit, adhuc idem error computationis est nec appellare necesse est: si 20 uero ideo, quoniam et alias species uiginti quinque fuisse dixerit, appellationi locus est. Item cum contra sacras constitutiones iudicatur, appellationis necessitas remittitur. contra constitutiones autem iudicatur, cum de iure constitutionis, non de iure litigatoris pronuntiat. nam si iudex uolenti se ex<sup>2</sup> cura muneris uel tutelae beneficio liberorum uel aetatis aut priuilegii excusare, dixerit neque filios neque aetatem aut ullum priuilegium ad mu- 25 neris uel tutelae excusationem prodesse, de iure constituto pronuntiasse intellegitur: quod si de iure suo probantem admisit, sed idcirco contra eum sententiam dixerit, quod negauerit eum de aetate sua aut de numero liberorum probasse, de iure litigatoris pronuntiasse intellegitur: quo casu appellatio necessaria est. Item cum ex edicto peremptorio, quod neque propositum est neque in notitiam peruenit absentis, condemnatio fit, nullius 30 momenti esse sententiam constitutiones demonstrant. Si apud eundem iudicem inuicem petamus, si et mea et tua petitio sine usuris fuit et iudex me priorem tibi condemnauit, quo magis tu prior me condemnatum habeas: non est mihi necesse pro hac causa appellare, quando secundum sacras constitutiones iudicatum a me petere non possis, priusquam de mea quoque petitione iudicetur. sed magis est, ut appellatio interponatur. 35

[PAULUS libro tertio responsorum. Paulus respondit eum, qui in rebus [B.9, 1, 46] P f. 423 humanis non fuit sententiae dictae tempore, inefficaciter condemnatum uideri. Idem respondit aduersus eum, qui in rebus humanis non esset, cum iudex datus est, neque iudicis dationem ualuisse neque sententiam aduersus eum dictam uires habere. 39

IDEM libro sexto decimo responsorum. Paulus respondit impossibile prae- [B.9, 1, 46] P ceptum iudicis nullius esse momenti. Idem respondit ab ea sententia, cui pareri rerum natura non potuit, sine causa appellari.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> quam patitur del.    <sup>2</sup> a?

2 adqueuera'n't F<sup>2</sup>    3 abstinere't ord. F<sup>2</sup> | coetum] F, iterum XYMOC    8 appellatio'n et F<sup>2</sup>    11 rubricam om. ind. F    12 memine-ribus F<sup>1</sup>    18 citra om. F<sup>2</sup>    19 quod] quid F<sup>2</sup>

20 adhuc] adho F<sup>2</sup>    23 au'tem F<sup>2</sup>    28 prou- uasse F<sup>2</sup>    30 fit] eit F<sup>2</sup>    31 esse'n't sen- tentiam F<sup>2</sup> | demonstrant F    32 e't tua F<sup>2</sup>    36 paulus 'p' libro F    41 ea] eo F<sup>2</sup>



VIII.

℞ AN PER ALIUM CAUSAE APPELLATIONUM REDDI POSSUNT ℞

- 1 **ULPIANUS** libro quarto appellationum. Quæri solet, an per alium causæ ap- B. 9, 1, 47  
 pellationis reddi possunt: quæ res in rebus pecuniariis et in criminibus agitari consuevit  
 et in rebus pecuniariis sunt rescripta posse agi<sup>1</sup>. uerba rescripti ita se habent: 'Diui fra-  
 tres Longino. Si tibi qui appellauit mandauit, ut eum de appellatione, quam Pollia ad  
 eum fecit, defenderes, et res pecuniaria est: nihil prohibet nomine eius te respondere  
 sin autem non sit pecuniaria causa, sed capitalis, per procuratorem agi non licet. sed  
 si ea causa sit, ex qua sequi solet poena usque ad relegationem, non oportet per alium  
 causas agi, sed ipsum adesse auditorio debere sciendum est. plane si pecuniaria causa  
 est, ex qua ignominia sequitur, potest et per procuratorem hoc agi. idque erit probandum  
 et in ipso accusatore, si appellauerit uel si aduersus eum sit appellatum. et generaliter  
 quæ causa per alium agi non potest, eius nec appellationem per alium agi oportet.
- 2 **MACER** libro secundo de appellationibus. Si procurator absentis appellauerit, B. 9, 1, 48  
 deinde rationes reddiderit, nihilo minus ipse respondere debet. sed an eo cessante dominus  
 litis respondere possit exemplo adulescentis, uideamus: magis tamen obseruatur, ut audi-  
 debeat in causis appellationis reddendis is, cuius absentis procurator appellauit.

X.

℞ SI TUTOR UEL CURATOR MAGISTRATUSUE CREATUS APPELLAUERIT ℞

- 1 **ULPIANUS** libro tertio de officio consulis. Si qui ad munera publica nominati B. 9, 1, 49  
 appellauerint nec causas probauerint, scient ad periculum suum pertinere, si quid damnum  
 per moram appellationis rei publicæ acciderit. quod si apparuerit eos necessario pro-  
 casse, cui adscribendum sit id damnum, præses uel princeps aestimabit.
- 2 **HERMOGENIANUS** libro quinto iuris epitomarum. Tutor uel curator retentus B. 9, 1, 50  
 si prouocauerit et ante causam actam moriatur, propter periculum mediæ temporis suc-  
 sores eius causas appellationis necesse habent reddere.

XI.

℞ EUM QUI APPELLAUERIT IN PROUINCIA DEFENDI ℞

- 1 **ULPIANUS** libro quarto de appellationibus. Eum, qui appellauit, oportere in B. 9, 1, 51 8  
 prouincia defendi in aliis suis causis, etiamsi appellationis causa peregrinetur, diui fratres  
 Decimio Philoni rescripserunt.
- 2 **MARCIANUS** libro secundo de appellationibus. Hoc enim illis præstat, ne B. 9, 1, 51 8  
 necesse habeant se defendere, qui rei publicæ causa absunt.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> agi del. aut ins. per alium    <sup>2</sup> aduersus?

5 agitari F<sup>2</sup> 8 et] ed F<sup>2</sup> 11 dedere F<sup>2</sup> 22 qui's' ad F<sup>2</sup> 26 retentus] F<sup>2</sup>, detentus F<sup>2</sup>  
 14 appellationem om. F<sup>2</sup>: οὔτε ἢ ἐκκλήτος ὁ πρὸς ἐπιτροπὴν ἢ κουρατωρεῖαν καλούμενος  
 ἀγτὴς κινεῖται B 18 in om. F<sup>2</sup> 20. 21 rubr. B (Anon.) 80 prouincia] ind. F, prouincia  
 om. ind. F | magistratusue] magistratus F 34 ne 'necesse F<sup>2</sup>

## XII.

R APUD EUM, A QUO APPELLATUR, ALIAM CAUSAM AGERE  
COMPELLENDUM R

1 ULPIANUS libro quarto de appellationibus. Si quis ex alia causa [B. 9, 1, 53. Ep. 14, 89 n. S  
appellauerit a iudice, an in alia causa eundem iudicem habere necesse habeat, uideamus. 5  
et hodie hoc iure utimur, et, tametsi appellatio interposita sit, tamen apud eundem iudi-  
cem, a quo quis pronocauit, compelletur alias causas si quas habet agere: nec utetur hoc  
praetextu, quasi ad offensum iudicem non debeat experiri, cum possit denuo prouocare.

## XIII.

## R SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERUENERIT R 10

1 MACER libro secundo de appellationibus. Appellatore defuncto, si quidem [B. 9, 1, 54 S  
sine herede, cuiuscumque generis appellatio fuit, euanescit. quod si appellatori heres ex-  
titerit, si quidem nullius alterius interest causas appellationis reddi, cogendus non est  
peragere appella|tionem: si uero fisci uel alterius, contra quem appellatum est, interest, f. 424  
heres causas appellationis reddere necesse habet. nullius autem interest, ueluti cum sine 15  
ademptione bonorum relegatus est. nam si ademptis bonis relegatus uel in insulam de-  
portatus uel in metallum datus prouocatione interposita decesserit, imperator noster Alexan-  
der Plaetorio militi ita rescripsit: 'Quamuis pendente appellatione morte rei crimen ex-  
'tinctum sit, data tamen etiam de parte bonorum eius sententia proponitur, aduersus quam  
'non aliter is, qui emolumentum successionis habet, optinere potest, quam si in reddendis 20  
1 'causis appellationis iniquitatem sententiae detexerit'. Tutor quoque in negotio pupilli  
appellatione interposita si decesserit, heredem eius causas appellationis reddere necesse  
est, etiamsi rationes tutelae heres reddiderit, quia sufficit mortis tempore ad causas appel-  
lationis reddendas obligatum fuisse. sed diui Seuerus et Antoninus rescripserunt non co-  
gendum tutorem post rationes redditas causas appellationum reddere. 25

## XIII.

## R DE IURE FISCI R

ESAP

1 CALLISTRATUS libro primo de iure fisci. Uariae causae sunt, ex quibus nun- [B. 56, 2, 1 E\*  
tiatione ad fiscum fieri solet. aut enim se quis, quod tacite relictum est, profitetur capere  
non posse uel ab alio praenentus defertur: uel quod mors ab heredibus non uindicatur: 30  
uel quod indignus quis heres nuntiat: uel quod princeps heres institutus et testamentum  
sive codicilli subrepti esse nuntiantur: uel quod dicatur quis thesaurum inuenisse: uel  
magni pretii rem minoris ex fisco comparasse: uel praeuaricatione fiscum uictum esse:  
uel eum decessisse, qui in capitali crimine esset: uel etiam post mortem aliquem reum  
esse: uel domum destructam esse: uel ab accusatione recessum: uel rem litigiosam uenum- 35  
dari: uel poenam fisco ex contractu priuato deberi: uel aduersus leges commissum factum  
1 esse. An bona, quae soluendo non sint, ipso iure ad fiscum pertineant, quaesitum est.  
Labeo scribit etiam ea, quae soluendo non sint, ipso iure ad fiscum pertinere. sed contra  
sententiam eius edictum perpetuum scriptum est, quod ita bona ueneunt, si ex his fisco  
2 adquiri nihil possit. Diuus Pius Coelio Amaranto ita rescripsit uacua- [Pon. 27, 5. 37, 11 40  
tium bonorum nuntiationem quadriennio finiri idque tempus ex die, quo certum esse coe-  
3 pit neque heredem neque bonorum possessorem exstare, computari oportere. Praescriptio

F(XYMOG)

2 appellatur] F<sup>1</sup> et ind. F, appelletur F<sup>2</sup> 6 ho-  
die] eo die F<sup>1</sup> | et tametsi] F<sup>1</sup>, ut tametsi F<sup>2</sup>  
18 pletorio F 25 appellationum] F<sup>2</sup>, 'a'p-

pellationus F<sup>4</sup> 32 codicilli's' subrepti F<sup>2</sup> |  
inuonisse F<sup>2</sup> 35 restructam F<sup>2</sup>: ΚΑΤΕΛΥΘΗ  
B (Syn.)

autem uiginti annorum, quae etiam circa requirendorum adnotatorum bona obseruatur, ex constitutione diui Titi solet ex eo numerari, ex quo quid ad fiscum pertinere potuit.

- 4 Causae autem, quae statim motae sunt et tractae ultra uicensimum annum, differri possunt etiam post uicensimum annum. Illae quoque causae, quae a priore nuntiatore proditae dicantur, etiam post annos, quibus praescribi diximus, fisco nuntari possunt. <sup>5</sup>
- 2 IDEM libro secundo de iure fisci. Ex quibusdam causis delatione suscipien- B. 56, 2, 2 <sup>6</sup> tium fama non laeditur, ueluti eorum, qui non praemii consequendi, item eorum, qui ulciscendi gratia aduersarium suum deferunt, uel quod nomine rei publicae suae quis exsequitur causam: et haec ita obseruari plurifariam principalibus constitutionibus praecipitur.
- 1 Diuus Hadrianus Flauio Arriano in haec uerba rescripsit: 'Quin ei, qui instrumenta ad causam fieri pertinentia, cum possit exhibere, non exhibet, nocere debeat, <sup>1</sup> si uerum aliter non inuenitur, ea subtracta esse credantur, quae nocitura causae eius fuerint, dubitatum non est. sed nec alias dubitari oportet, quin non in aliam rem nocere debeant, quam in <sup>2</sup> eam qua desiderata sunt'. Item diui fratres ad libellum Cornelii Rufi rescripserunt totiens edenda esse instrumenta, quotiens de iure capiendi uel de iure dominii uel de aliqua causa <sup>3</sup> simili re nummaria quaeratur, non si de capitali causa agatur. Senatus censuit, ut, si neque delator neque possessor tribus edictis euocati adfuerint, delatoris quidem fidei (B) l. 194 <sup>4</sup> iussores teneantur et ei postea publicam causam deferendi ius adimatur, possessoris autem <sup>5</sup> ius idem esset, quod si delatus omnino non esset. Quotiens tamen delator adesse iussus cessat nec hoc fraude possessoris factum esse probabitur, diuus Hadrianus rescripsit eundem possessorem pronuntiarum oportere, ita ut sententia comprehendatur etiam delatores <sup>6</sup> edicto id comprehendisse. Diuus Pius Caecilio Maximo rescripsit constitutionem patris sui, qua compelleretur delator edere mandatore ac, nisi edidisset, ut in uincula deduceretur, eo pertinere, non ut delator poena <sup>7</sup> subduceretur, si mandatore haberet, sed ut <sup>8</sup> mandator quoque perinde atque si ipse detulisset puniretur. Imperator noster B. 56, 2, 3 <sup>9</sup> Seuerus Augustus constituit, ne serui delatores dominorum audiantur, sed ut poena coercerentur libertos quoque causas mandatores contra patronos a praesidibus prouinciarum <sup>10</sup> poenae plectendos. Complura sunt rescripta principalia, quibus cauetur non obesse errorem <sup>11</sup> cuiquam, quod ignotus iuris sui ipse se detulerit. sed extat eorundem principum rescriptum, ex quo uidetur posse defendi ita demum non nocere cuiquam se detulisse, si ea persona sit, quae ignorare propter rusticitatem uel propter sexum femininum ius suum possit.
- 3 IDEM libro tertio de iure fisci. Non intellegitur fraudem legi fecisse, qui rogatus est palam restituere. sed cum quidam testamento suo ita scripsisset: 'uos rogo, ut in eo, quod a uobis peti, fidem praestetis: perque deum, ut faciatis, rogo' et quaereretur, an id palam <sup>12</sup> datum intellegeretur: Iulianus respondit non quidem apparere, quid ab heredibus ex huiusmodi uerbis petitum est. quaeri autem solere, quando intellegatur quis in fraudem legis fidem suam accommodare: et fere eo iam decursum, ut fraus legi fieri uideatur, quotiens quis neque testamento neque codicillis rogaretur, sed domestica cautione et chirographo obligaret se ad praestandum <sup>13</sup> ei qui capere non potest: ideoque dici posse ex <sup>14</sup> supra dictis uerbis non esse legi fraudem factam. Si quis palam rogatus et tacite (Iul.) <sup>15</sup> esset, agitabatur, quid magis praesuleret: utrum id ipsum noceret, quod tacite rogatus esset, an prodesset, quod palam petitum esset. et diuus Hadrianus rescripsit in eo, quod cuiusque fidei palam commissum est, non esse existimandum fidem suam in fraudem legis *F(XYMOC)*

<sup>1</sup> ut ins.    <sup>2</sup> causa del. (Brenemann)    <sup>3</sup> edictum?    <sup>4</sup> poenae (edd.)?    <sup>5</sup> errorem del.  
<sup>6</sup> fideicommissum ins. (l. gem.)

3 mo'rtae *F*<sup>2</sup> | possunt] posse *F*<sup>1</sup>    9 causa  
*F*: ὁ κινῶν διὰ πρᾶγμα τῆς ἰδίας πόλεως *B*  
14 eam quam desiderata (sic) *F*<sup>2</sup>    15 capiendi uel de *F*<sup>2</sup>    17 adfuerint] adferunt *F*<sup>2</sup>  
22 comprehendisset *F*    23 compelleretur *F*<sup>2</sup> |  
uti in *F*<sup>2</sup>    25 detulisset *F*    26 constituit

ne] constitutione *F*<sup>2</sup>    27 patronus *F*    29 ignotus] *FXYMOC*, ignarus *C*<sup>2</sup> | eorum nomen *F*<sup>2</sup>  
30 detulisse *F*<sup>2</sup>    31 quare *F*<sup>2</sup> | suum *F*<sup>2</sup>  
37 quanda *F*    38 decursum *F*<sup>2</sup>    40 se ad] *sic l. gem.*, se id *F*<sup>2</sup>

- 2 accommodasse. Quando autem fraus interposita uideatur, agendum est, id est [B.56, 2, 3] utrum exitus spectari deberet an consilium: forte si tunc, cum tacite fideicommittebatur, non capiebat is, cui restitui iubebatur, mortis nero tempore capere poterat, uel contra. et
- 3 placuit exitum esse spectandum. Tacita autem fideicommissa frequenter sic deteguntur, si proferatur chirographum, quo se cauisset cuius fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti peruenerit, restitutum. sed et ex aliis probationibus manifestissimis idem fit.
- 4 Cum ex causa taciti fideicommissi bona ad fiscum pertinent, omnia, quae in testamento utiliter data sunt, ualent: et ita diuus Pius rescripsit. Diui fratres recipserunt [B.56, 2, 3] in uenditionibus fiscalibus fidem et diligentiam a procuratore exigendam et iusta pretia non ex praeterita emptione, sed ex praesenti aestimatione constitui: sicut enim diligenti cultura pretia praediorum ampliantur, ita, si neglegentius habita sint, minui ea necesse est.
- 6 Cum quinquennium, in quo<sup>1</sup> quis pro publico conductore<sup>2</sup> se obligauit, excessit, [Ep.19, 25] sequentis temporis nomine non tenetur: idque principalibus rescriptis exprimitur. [Ep.] diuus etiam Hadrianus in haec uerba rescripsit: 'Ualde inhumanus mos est iste, quo retinentur conductores uectigalium publicorum et agrorum, si tantidem locari non possint. nam et facilius inuenientur conductores, si scierint fore ut, si peracto lustro discedere uoluerint, non teneantur'. Si posteriori creditori fiscus successerit, eo iure utitur; quo is uerus erat, cui successit. || Multa principalia sunt rescripta, quibus cauetur non aliter q. 94 f. 425 fiscum debitorum suorum debitores conuenire, nisi principales debitores defecerint, uel ex ratione fisci nomina facta liquido probentur, uel ex contractu fiscali debitores conueniantur.
- 9 tur. Diuus Hadrianus Flauio Proculo rescripsit, cum in libertatem proclamatus qui ex bonis ad fiscum pertinentibus esse dicitur, iudicium dari praesentibus et agentibus etiam his, qui negotiis fisci solent interuenire: et huiusmodi liberales causae, si non interueniente fisci aduocato decisae sint, in integrum restituntur. Si in locis fiscalibus uel publicis religiosisue aut in monumentis thesauri reperti fuerint, diui fratres constituerunt, ut dimidia pars ex his fisco uindicaretur. item si in Caesaris possessione repertus fuerit, dimidiam aequae partem fisco uindicari. Deferre autem se nemo cogitur, quod thesaurum inuenerit, nisi ex eo thesauro pars fisco debeat. qui autem, cum in loco fisci thesaurum inuenerit, partem ad fiscum pertinentem suppresserit, totum cum altero tanto cogitur soluere.
- 4 ULPIANUS libro sexto ad edictum. In fisci causis pacti cum delatoribus pro confessis habentur, si modo pretium uel modicum dederunt.
- 5 IDEM libro sexto decimo ad edictum. Si curator<sup>3</sup> Caesaris rem aliquam uendiderit, quamuis duplum uel triplum pro euictione promiserit, tamen fiscus simplum praestabit. Si ab eo, cui ius distrahendi res fisci datum est, fuerit distractum quid fisci, statim fit emptoris, pretio tamen soluto.
- 6 IDEM libro sexagesimo tertio ad edictum. Fiscus cum in priuati ius successit, priuati iure pro anterioribus suae successionis temporibus utitur: ceterum posteaquam successit, habebit priuilegium suum. sed utrum statim atque coepit ad eum pertinere nomen, an uero posteaquam conuenit debitorem, an posteaquam relatum est inter nomina debitorum, quaeritur. et quidem usuras exinde petit fiscales, etsi breuiores debeantur, ex quo conuenit certum debitorem et confitentem. at in priuilegio uarie rescriptum est: puto tamen exinde priuilegio esse locum, ex quo inter nomina debitorum relatum nomen est.
- 1 Quodcumque priuilegii fisco competit, hoc idem et Caesaris ratio et Augustae habere solet.
- F(XYMOO)*

<sup>1</sup> quod? <sup>2</sup> pro publico conductore (*Gronouius*)? uel populi Romani publico conducto (*cf. Gat. 4, 28*)? <sup>3</sup> procurator (*edd.*)?

12 quis pro publico conductore se obligauit] ὁ ἐγγυσαμένος τὸν ἀπὸ τοῦ δημοσίου μισθω-  
 κάμενον B (*Tip.*), ἐὰν ἐγγυσῶμαι τὸν μισθω-  
 κάμενον [ἐπι] εἰ χρόνος *Epit.* 16 inueni uen-  
 tur F<sup>1</sup> | si peracto] superacto F<sup>1</sup> 17 uolue-  
 rit<sup>1</sup> F<sup>2</sup> 24 in locis fiscalibus uel publicis

religiosisue aut in monumentis] ἐν δημοσίῳ  
 τόπῳ ἢ ἀφορισμένῳ εἰς ταφὴν ἢ μνημεῖον B  
 (*Syn.*) 26 dimidia] F<sup>1</sup>, mihia F<sup>2</sup> 27 aequa<sup>1</sup>e  
 F<sup>2</sup> 29 inuenerit et partem F 38 tempo-  
 ris F: ἐπὶ τῷ πρό της διαδοχῆς χρόνῳ B  
 40 posteaquam conuenit F<sup>1</sup>

- 7 IDEM libro quinquagesimo quarto ad edictum. Si fiscus alicui status controuersiam faciat, fisci aduocatus adesse debet. quare si sine fisci aduocato pronuntiatum sit, diuus Marcus rescripsit nihil esse actum et ideo ex integro cognosci oportere.
- 8 MODESTINUS libro quinto regularum. Bonorum fisco uindicatum actores uenudari procuratoribus non possunt, et, si distrahantur, irritam fieri uenditionem rescriptum est.
- 9 IDEM libro septimo decimo responsorum. Lucius Titius fecit heredes <sup>[BS. 39, 2, 12 sch.]</sup> sororem suam ex dodrante, uxorem Maeuiam et socerum ex reliquis portionibus: eius testamentum postumo nato ruptum est, qui postumus breui et ipse decessit, atque ita <sup>[om. in]</sup> hereditas ad matrem postumi deuoluta est. soror testatoris Maeuiam ueneficii in Lucium Titium<sup>1</sup> accusauit: cum non optinuisset, prouocauit: interea decessit rea: nihilo <sup>[minus]</sup> tamen apostoli redditi sunt. quaero, an putes extincta rea cognitionem appellationis inducendam propter hereditatem quaesitam. Modestinus respondit morte reae crimine extincto persecutionem eorum, quae scelere adquisita probari possunt, fisco competere posse.
- 10 IDEM libro singulari de praescriptionibus. Non puto delinquere eum, qui in <sup>[B. 56, 2, 9 F]</sup> dubiis quaestionibus contra fiscum facile responderit.
- 11 IAUOLENUS libro nono epistularum. Non possunt ulla bona ad fiscum pertinere, nisi <sup>[E]</sup> quae creditoribus superfutura sunt: id enim bonorum cuiusque esse intellegitur, quod aeri alieno superest.
- 12 CALLISTRATUS libro sexto de cognitionibus. In metallum damnatis libertas adimitur, <sup>[E]</sup> cum etiam uerberibus seruilibus coercentur. sane per huiusmodi personarum fisco nihil adquiri diuus Pius rescripsit: et ideo quod legatum erat ei, qui postea in metallum damnatus erat, ad fiscum non pertinere rescripsit magisque ait poenae eos quam fisci seruos esse.
- 13 ¶ PAULUS libro septimo ad legem Iuliam et Papiam. Edicto diui Traiani, <sup>[B. 56, 2, 1 F. 1. 2.]</sup> quod proposui, significatur, ut, si quis, antequam causa eius ad aerarium deferatur, professus esset eam rem quam possideret capere sibi non licere, ex ea partem fisco inferret, <sup>[5]</sup> 1 partem ipse retineret. Idem postea edicto significauit, ut, quaecumque professa esset uel palam uel tacite relictum sibi quod capere non posset et probasset iam <sup>[2]</sup> id ad fiscum pertinere: etiamsi id non possideret, ex eo, quod redactum esset a praefectis aerario, partem <sup>[2]</sup> 2 dimidiam ferat. Nihil autem interest, quae causa impediatur ius capiendi. Id autem deferri <sup>[4]</sup> 4 debet, quod latet, non id quod fisci est. Ad heredes eius, qui se detulerat, non uidebatur <sup>[6]</sup> 6 batur praemium transire: sed diuus Hadrianus rescripsit, ut, licet ante decessisset is qui se detulerat, antequam id quod detulerat fisco addiceretur, heredi eius praemium daretur.
- 5 Exstat eiusdem Hadriani epistula, ut, si is qui se deferre poterat morte praeventus fuerit, heres eius, si detulerit, praemium consequatur: 'si tamen', inquit, 'liquebit defunctum eius animi fuisse, ut se uellet deferre': si uero idcirco dissimulauerit, dum rem occultari sperat, <sup>[5]</sup> 5 heredem eius ultra uulgare praemium nihil consecuturum. Item diui fratres rescripserunt heredes eorum, quibus tacitum fideicommissum relictum est, ita demum ex beneficio Traiani deferre se posse, si is, cui datum fuerat, morte praeventus esset et ideo per angustias <sup>[7]</sup> 7 temporis deferre se non potuerit. Cum ante apertum testamentum<sup>2</sup> tacitum fideicommissum nuntiatum esset ab his, qui fidem tacitam susceperunt, deinde post apertas a fideicommissario delatum esset, diuus Antoninus recipi professionem eius iussit: neque enim dignam esse praemio tam praecipitem festinationem prioris, et cum quis se nuntiet non <sup>[8]</sup> 8 capere, potius confiteri de suo iure quam aliud<sup>4</sup> deferre uidetur. Ad eos beneficium Traiani pertinet, qui ex defuncti uoluntate relictum sibi capere non possunt. ergo nec illud, <sup>[9]</sup> 9 quod seruo meo relictum est, deferre potero. Eos, qui quasi indigni repelluntur, summe <sup>[5]</sup>
- F(XYMOC)

<sup>1</sup> in Lucium Titium] in filium (similiter Cuiacius)?    <sup>2</sup> et probasset etiam?    <sup>3</sup> ante apertas tabulas?    <sup>4</sup> alium (edd.)?

9 beneficii F<sup>2</sup> 11 inducendam] conducendam F<sup>2</sup> 20 persona F 25 inferrat F 29 impediatur F<sup>2</sup> 30 uidebatur F<sup>2</sup> 31 decessisset F<sup>2</sup> 32 praemium F<sup>2</sup> 36 ultra

uultrauulgare F<sup>2</sup> 37 tra'hiani F<sup>2</sup> 38 ri is F<sup>2</sup> 40 susceperant F<sup>2</sup> 43 aliud id'referre F<sup>2</sup> | tra'hiani F<sup>2</sup>

- nendos esse ab eiusmodi praemio: id est eos, qui de inofficioso egerunt uel falsum dixerunt testamentum, qui usque ad finem litis obpugnauerunt testamentum. Ei, qui per errorem se detulit, cum capere solidum posset, non nocere hoc diuus Hadrianus et diuus Pius et<sup>1</sup> fratres rescripserunt.
- 14 GAIUS libro undecimo ad legem Iuliam et Papiam. Dicitur, ex asse hereditates ex Silaniano cum fiscus uindicasset<sup>2</sup>, ut nec libertates nec legata tueatur. quod aperte nullam habet rationem, cum ex quibuslibet aliis causis fisco uindicatis hereditatibus et libertates et legata maneant.
- 15 IUNIUS MAURICIANUS libro tertio ad legem Iuliam et Papiam. Senatus censuit, si delator abolitionem petat, quod errasse se dicat, ut idem iudex cognoscat, an iusta causa abolitionis sit, et si errasse uidebitur, det imprudentiae ueniam, si autem calumniae<sup>3</sup>, hoc ipsum indicet eaque causa accusatori perinde cedat, ac si causam egisset et prodidisset. Si quis delatorem subiecerit, tantum in aerarium deferat, quantum praemii nomine delator consecutus fuisset, si uicisset. Diuus Hadrianus rescripsit eandem poenam delatorem ferre debere, si citatus ad edictum non responderit, qua teneretur, si causam non probasset. Senatus Hadriani temporibus censuit, cum quis se ad aerarium detulerit, quod capere non potuerit, ut totum in aerarium colligatur et ex eo pars dimidia sibi<sup>4</sup> secundum beneficium diui Traiani restituatur. Quod si tribus edictis a praefecto aerario adesse delator iussus uenire noluerit, secundum possessorem sit<sup>5</sup> pronuntiandum: sed ab eo, qui ita adesse iussus respondente possessore non adfuerit, tantum exigendum, quantum apud aerarium ex ea causa quam detulerit remaneret, si professionem eam implisset. Senatus censuit, ut perinde rationes ad aerarium deferat is, a quo tota hereditas fisco euicta est uel uniuersa legata, atque is deferre deberet, a quo pars hereditatis uel legati euicta sit.
- 6 Si quis arguetur falsas rationes detulisse, de eo praefectus aerarii cognoscat, quantum fraudem innenerit, ut tantam pecuniam in aerario iubeat inferri.
- 16 ULPIANUS libro octauo decimo ad legem Iuliam et Papiam. Ait diuus Traianus: 'quicumque professus fuerit'. 'quicumque' accipere debemus tam masculinum quam feminam: nam feminis quoque, quamuis delationibus prohibentur, tamen ex beneficio Traiani deferre se permissum est. nec non illud aequae non intererit, cuius aetatis sit is qui se defert, utrum iustae an pupillaris: nam pupillis etiam permittitur deferre se, ex quibus non capiunt.
- 17 MODESTINUS libro secundo de poenis. In summa sciendum est omnium fiscalium poenarum petitionem creditoribus postponi.
- 18 MARCIANUS libro singulari de delatoribus. Deferre non possunt mulieres propter sexus infirmitatem, et ita sacris constitutionibus cautum est. Item clarissimi uiri propter sexus infirmitatem, et ita sacris constitutionibus cautum est. Item damnati deferre non possunt, ut diui fratres de eo rescripserunt, qui fustibus caesus in opus publicum erat datus. Item constitutionibus principum prohibentur deferre illi, qui in metallum dati sunt. hoc ideo, ne desperati ad delationem facile possint sine causa confugere. Sed eas causas, quas ante damnationem coeperunt deferre, posse eos etiam post damnationem exequi rescriptum est. Ueterani quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibentur propter honorem utique et meritum<sup>7</sup> militiae. Item milites propter honorem stipendiorum quae merent deferre prohibentur. Sed communem causam sibi cum fisco quiuuis deferre potest, hoc est uindicare, nec per hoc famosus est,
- F(XYMOC)*

<sup>1</sup> diui ins. (edd.)    <sup>2</sup> ex Silaniano senatus consulto fiscus uindicasse?    <sup>3</sup> requiritur calumniatus esse    <sup>4</sup> sibi ipsi?    <sup>5</sup> sit] qui adsit (cf. u. 20 et p. 876, 19)?    <sup>6</sup> in del. et merita] emeritae (Steuwechius)?

3 detu'tilit F<sup>3</sup> | no'c'n F<sup>4</sup>    9 lex 15 continatur antecedenti F | mauricianus] marci-  
 nus F<sup>1</sup>    12 prodidisset om. F<sup>2</sup>: ei δὲ μή (ἐπλανήθη), ὡς πρόδοτος κρίνεται B    15 si' citatus F<sup>4</sup>    16 se'd' ad F<sup>2</sup>    18 tra'hiani F<sup>2</sup> | a] ae F<sup>2</sup>    25 tantam] antam F<sup>2</sup>, an tum F<sup>2</sup>    26 tra'hianus F<sup>2</sup>    27 quam de feminam F<sup>2</sup>    28 tra'hiani F    30 iuste F    43 hoc est uindicare] ne scribe cum Cuiacio indicare, cum deferendi uocabulum explicatione non indigeat, sed explica ex p. 876, 7

- 8 licet in causa sua non optinuerit. Item eos, qui tutores uel curatores fuerunt, non oportere deferre causas pupillorum uel adolescentium suorum diui Seuerus et Antoninus rescripserunt. quod consequens est obseruari et in eo, qui quasi procurator negotia gessit: et ita idem principes rescripserunt. idem decreuerunt nulla constitutione prohibitum esse procuratorem interrogari, sed accusare eum, cuius negotia gessit. et tutorem, qui aut detulit aut mandauit, seuerissime puniendum rescripserunt. Sed ne quidem is, qui aliquam uendit rem, eandem deferre debet uel per se uel per subiectam personam, ne alioquin poenam patiatur dignam suae personae, ut et constitutum esse refertur. Pa- cf. l. 20 h. t. Epit. 16, 34  
 pinianus tam libro sexto quam undecimo responsorum scribit ita demum publicam auferri pecuniam ei, qui, cum erat creditor, in solutum pecuniam accepit, si aut sciebat, cum accipiebat, publicum quoque esse debitorem, aut postea cognouit, antequam consumeret pecuniam. sed placet omnimodo ei pecuniam auferendam esse, etiamsi ignorauit, cum consumeret: et postea quidam principes directam actionem competere ablata pecunia rescripserunt, ut et Marcellus libro septimo digestorum scribit. cf. l. 21 h. t. 14
- 19 PAPINIUS libro decimo responsorum. Denique non esse praestandas usus, cum pecunia reuocatur, conuenit, quoniam res, non persona conuenitur. B. 56, 2, 19 \*P
- 20 IDEM libro undecimo responsorum. Sed reuocata pecunia in fideiussorem liberatum utilis actio dabitur. B. 56, 2, 19 \*P
- 21 PAULUS libro tertio quaestionum. Titius, qui mihi sub pignoribus pecuniam debebat, cum esset fisci debitor, soluit mihi quae debebat: postea fiscus iure suo usus abstulit mihi pecuniam. quaerebatur, an liberata essent pignora. Marcellus recte existimabat, si id quod mihi solutum est fiscus abstulit, non competere pignorum liberationem. neque differentiam admittendam esse existimo interesse putantium, id ipsum quod solutum est an tantundem repetatur. B. 56, 2, 19 \*P
- 22 MARCIANUS libro singulari de delatoribus. Res<sup>1</sup>, quae in controuersia sunt, non debent a procuratore Caesaris distrahi, sed differenda est eorum uenditio, ut diuus quoque Seuerus et Antoninus rescripserunt, et defuncto maiestatis reo, parato herede purgare innocentiam mortui, distractionem bonorum suscipi iusserunt, et generaliter prohibuerunt rem distrahi a procuratore, quae esset in controuersia. Res B. 56, 2, 20 S  
 autem nexas pignori distrahere procuratores possunt. sed si ante alii res obligatae sunt iure pignoris, non debet procurator ius creditorum laedere: sed si quidem superfluum est in re, permittitur procuratori uendere ea lege, ut in primis creditoribus praecedentibus satisfiat et si quid superfluum est, fisco inferatur, aut, si acceperit totum fiscus, soluat ipse: uel simpliciter si uendit procurator, iubebit pecuniam, quam deberi creditori priuato fuerit probatum, exsolui ei. et ita diuus Seuerus et Antoninus rescripserunt. Lites donatas non suscipere diuus Pius rescripsit, licet bona relicturum se quis profiteatur: uel partem bonorum donatam non suscipere, et adiecit et illum dignum fuisse puniri pro tam turpi tamque inuidioso commento, et nisi durum esse uidebatur in ultro uenientem poenam statuere. Sicut nuntiare causam nemo cogitur, ita liberum arbitrium deistendi ei non datur qui detulit: et ita diui Seuerus et Antoninus rescripserunt: et idem esse, licet alieno mandato detulisset. plane rescripserunt delatorem audiendum uolentem a lite desistere, si sibi mandatorum subtractum quaeratur. B. 56, 2, 20 S

F(XYMO)

<sup>1</sup> res del.    <sup>2</sup> diui?    <sup>3</sup> quid (edd.)?    <sup>4</sup> et del. (Iensius)

2 causa F: οὔτε οἱ γενόμενοι ἐπιτροποὶ τῶν ἢ κουράτωρες ... καταμνήουσιν αὐτοῦς B  
 3 et in eo qui quasi om. F<sup>1</sup> 7 aliqui d'n (sic)  
 F<sup>2</sup>: ἀλλὰ καὶ ποιῆν ὑφίσταται ἄξια τοῦ ἰδίου προσώπου B 8 refertur F<sup>2</sup> 32 e'a F<sup>2</sup>  
 36 relicturum] M<sup>o</sup> edd., relictorum FXYMOC:  
 εἰ καὶ τις εἶποι τὰ καταλειφθέντα αὐτῷ ἐπίδικα ἢ μέρος αὐτῶν δωρεῖσθαι τῷ βασιλεῖ B, quas interpretatio lectionem confirmat, quamquam in-

terpres errauit: hoc enim ait Marcianus item nec simpliciter principi donari posse nec accedente uel hereditatis futurae spe uel partis bonorum donatione 37 donatam] FX<sup>2</sup>, datam (sic) X<sup>2</sup>, datam YC, dampnatam M<sup>o</sup>, inc. M<sup>o</sup> 39 sicut re'nuntiare F<sup>2</sup>: καταμνήουσιν οὐδέ τις ἀναγκάζεται B 41 delitorem F<sup>1</sup> 42 quaeratur F

- 13 CALLISTRATUS libro secundo de iure fisci. De eo delatore, qui causam solus agere \*E instituerat non habita mentione mandatoris, si postea desistat, praetendens mandatorem causae decessisse, puniendum diui fratres rescripserunt.
- 14 MARCIANUS libro singulari de delatoribus. Non tantum delator punitur, si [B. 56, 2, 21] S\* non probauerit, sed et mandator: quem exhibere debet delator. 5
- 15 ULPIANUS libro nono decimo ad Sabinum. Est et decretum ab imperatore [B. 56, 2, 22] S Seuerus et constitutum nullo modo exigendum quem probare, unde habeat, circa delationes fiscales, sed delatorem probare debere quod intendit.
- 16 IDEM libro trigensimo primo ad Sabinum. Cum quidam capitis reus emancipasset filium, S ut hereditatem adiret, rescriptum est non uideri in fraudem fisci factum, quod adquisitum 10 non est.
- 17 IDEM libro trigensimo quarto ad edictum. Cum mortem maritus uxoris ne- [B. 56, 2, 24] S catae non defendit, diuus Seuerus rescripsit dotem fisco uindicandam, prout ad maritum pertineat. 14
- 18 IDEM libro tertio disputationum. Si qui mihi obligauerat quae habet habitu- [B. 56, 2 n.] S rusque esset cum fisco contraxerit, sciendum est in re postea adquisita fisco potiorum esse debere Papinianum respondisse: quod et constitutum est. praue nit enim causam pignoris fisci.
- 19 IDEM libro octauo disputationum. Eius, qui delatorem corrumpit, ea condicio [B. 56, 2, 26] S est, ut pro nicto habeatur: nam in fiscalibus causis id constitutum est. sed enim haec 20 poena magis est ut aduersus ipsum locum habeat, qui delatorem redemit: ceteroquin aduersus<sup>1</sup> heredem eius transire non debet. nec enim exinde perit causa, ex quo redempta est, uel actio peremittitur<sup>2</sup> uel condemnatio facta uidetur, uerum oportet constare prius et de criminis pronuntiare<sup>3</sup>. plane si forte de retractanda causa agatur, quae semel iudicata est, per delatoris corruptelam, mortuus corruptor non efficiet, quo minus agi possit atque re- 25 tractari causa: hic enim non poenae, sed causae restitutio est. Eum, qui falsum testa- [B] mentum dixit, posse adire hereditatem constat: sed denegatis ei actionibus fisco locus erit. 2 Et obligationes, quas adeundo confudit, non restituuntur: nam et in eo, qui post aditam hereditatem defuncti mortem non defendit, imperator noster cum patre rescripsit obliga- 30 tiones confusas non resuscitari.
- 0 MARCIANUS libro tertio institutionum. Ne procuratores Caesaris bonorum actores, quae S ad fiscum deuoluta sunt, alienent, imperatores Seuerus et Antoninus rescripserunt: et, si manumissi fuerint, reuocantur ad seruitutem.
- 1 IDEM libro quarto institutionum. Diuus Commodus rescripsit obsidum bona sicut capti- S norum omnimodo in fisco esse cogenda: 35
- 2 IDEM libro quarto decimo institutionum. sed si accepto usu togae Romanae ut ciues S Romani semper egerint, diui fratres procuratoribus hereditatum rescripserunt sine dubitatione ¶ ius<sup>4</sup> eorum ab obsidis condicione separatam esse beneficio principali, ideoque f. 427 idem ius eis seruandum, quod habent<sup>5</sup>, si a legitimis ciuibus Romanis heredes instituti fuissent. 40
- 1 ULPIANUS libro primo responsorum. Eum, qui debitoris fisci adiit hereditatem, priui- S legis fisci coepisse esse subiectum.
- MACER libro secundo publicorum. Imperatores Seuerus et Antoninus Aselepiadi ita Sf rescripserunt: Tu, qui defensione ommissa redimere sententiam maluisti, cum tibi crimen obiceretur, non immerito quingentos solidos inferre fisco iussus es: ommissa enim ipsius 45 causae inquisitione ipse te huic poenae subdidisti. optinendum est enim, ut hi, quibus F(XYMOG)

<sup>1</sup> ad?    <sup>2</sup> uel actio peremittitur *del.*    <sup>3</sup> constare prius de crimine et pronuntiare (*similiter Hal.*)?    <sup>4</sup> heredum *ina.*    <sup>5</sup> haberent (*edd.*)?

2 praetendem F<sup>2</sup> | mandatore's m F<sup>4</sup>    4 tan-    34 sicuti F<sup>2</sup>    43 publicorum] publicorum  
tum F<sup>2</sup> | delator punitur puniri si non F<sup>2</sup>    iudiciorum F<sup>2</sup>    45 es] est F<sup>2</sup>    46 sub-  
26 causam hic F | restitutio F<sup>2</sup>    31 quae F<sup>2</sup>    di'disti F<sup>2</sup>



'negotia fiscalia mouentur, ad defensiones causae bona fide ueniant, non aduersarios aut iudices redimere temptent'.

- 35 POMPONIUS libro undecimo epistularum. Apud Iulianum scriptum est: si priuatus ad se pertinere hereditatem Lucii Titii dicat, altero eandem hereditatem fisco uindicante: quaeritur, utrum ius fisci ante excutiendum sit et sustinendae actiones ceterorum, an nihilo minus inhibendae petitiones creditorum singulorum<sup>1</sup>, ne publicae causae praediuicetur. idque senatus consultis expressum est.
- 36 PAPINIANUS libro tertio responsorum. Praediis a fisco distractis praeteriti temporis P tributum<sup>2</sup> eorundem praediorum onus emptorem spectare placuit.
- 37 IDEM libro decimo responsorum. Quod placuit fisco non esse poenam petendam, nisi creditores suum reciperauerint, eo pertinet, ut privilegium in poena contra creditores non exerceatur, non ut ius commune priuatorum fisco amittat.
- 38 IDEM libro tertio decimo responsorum. Fiscus in quaestione falsi testamenti non optinuit: priusquam autem ea quaestio decideretur, alio nuntiante bona postea<sup>3</sup> uacare constitit. fructus post primam litem absumi non oportuisse respondi: neque enim ad senatus consulti beneficium scriptum heredem pertinere controuersia mota. Delatoris opera non esse functum respondi, qui fisci pecuniam, quam alius tenebat, ad sui temporis administrationem pertinere, quamuis probare non potuisset, contendit, quoniam propriam causam egerat.
- 39 IDEM libro sexto decimo responsorum. Bona fisco citra poenam exilii perpetuam ad iudicari sententia non oportet. Eum, qui periculum communis condemnationis diuidi postulat, quod participes iudicati soluendo essent reuocatis alienationibus quas fraudulenter fecerant, non uideri causam pecuniae fisco nuntiasse respondi.
- 40 PAULUS libro uicensimo primo quaestionum. Ita fidei heredis commisit: 'rogo fundum Titio des, de quo te rogauit. si Titius capere non possit, non euitabit heres poenam taciti fideicommissi: non enim est palam relinquere, quod ex testamento sciri non potest, cum recitatum est. quemadmodum nec ille palam dat, qui ita scribit: 'rogo uos, heredes, in eo, quod a uobis peti, fidem praestetis'. immo in priore specie maiorem fraudem exogitasse uidetur, qui non tantum legem circumuenire uoluit, sed etiam interpretationem legis, quae circa tacitum fideicommissum habetur: quamuis enim fundum nominauerit, non tamen cognosci potest, de quo sit rogatus heres, cum diuersitas rerum obscurum faciat legatum.
- 41 Patronus si tacite in fidem suam recipiat, ut ex portione sua praestet, cessare fraudem dicitur, quia de suo largitur.
- 41 IDEM libro uicensimo primo responsorum. Eum, qui bona uacantia a fisco comparauit, debere actionem, quae contra defunctum competebat, excipere.
- 42 UALENS libro quinto fideicommissorum. Arrianus Seuerus praefectus aerarii, cum eius, qui tacite rogatus fuerat non capienti fideicommissum reddere, bona publicata erant, pronuntiauit nihilo minus ius deferendi ex constitutione diui Traiani habere eum cui fideicommissum erat relictum. Quia autem nonnulli ingrati aduersus beneficium diui Traiani post professionem quoque de tacito fideicommissio factam cum possessoribus transiit atque tribus edictis euocati non respondent, placuit senatui tantum ab eo qui id fecisset, quantum apud aerarium ex ea causa quam detulerat remanere oportere, si professionem suam impleisset: et si possessoris quoque fraus apud praefectum conuicta fuisset, ab eo quoque quod conuictus inferre debuisset exigi.
- 43 ULPIANUS libro sexto fideicommissorum. Imperator noster rescripsit fisco in rem habere actiones ex tacito fideicommissio.

F(XYMO)

<sup>1</sup> requiruntur talia: quaeritur, utrum nihilo magis inhibendae sint petitiones creditorum singulorum an ius fisci ante excutiendum sit et sustinendae actiones ceterorum <sup>2</sup> tributorum? <sup>3</sup> postea bona?

1 bono F<sup>1</sup> 4 eandem] handem F<sup>o</sup> 8 distracti bu's F<sup>2</sup> 9 eorundem F<sup>1</sup> 10 potenam F<sup>2</sup> 12 exerceatur non om. F<sup>1</sup> 19 citra] contra F<sup>1</sup> 21 soluendi F<sup>o</sup> 23 commisit F<sup>2</sup> 24 de quo te] decreto F<sup>1</sup> | si' F<sup>2</sup> | possit non om. F<sup>2</sup> 28 interpretationem F<sup>2</sup> 29 quae] qui F 35 fideicommissorum F<sup>1</sup> | sequaril F<sup>1</sup> 38 aduersus F<sup>2</sup> 41 oportere F

- 44 PAULUS libro primo sententiarum. Delator non est, qui protegendae causae [B. 56, 2, 39] P  
suae gratia aliquid ad fiscum nuntiat.
- 45 IDEM libro quinto sententiarum. In fraudem fisci non solum per donationem, [B. 56, 2 n.] P  
sed quocumque modo res alienatae reuocantur, idemque iuris est et si non quaeratur:  
1 aequae enim in omnibus fraus punitur. Bona eorum, qui in custodia uel in uinculis uel 5  
2 compedibus decesserunt, heredibus eorum non auferuntur, siue testato siue intestato de-  
3 cesserunt. Eius bona, qui sibi mortem consciiuit, non ante ad fiscum coguntur, quam prius  
constiterit, cuius criminis gratia manus sibi intulerit. eius bona, qui sibi ob [Paul. 5, 12, 1]  
aliquod admissum flagitium mortem consciiuit et manus intulit, fisco uindicantur: quod si  
id taedio uitae aut pudore aeris alieni uel ualetudinis alicuius inpatientia admisit, non in- 10  
3 quietabuntur, sed suae<sup>1</sup> successioni relinquuntur. A debitore [(Paul. B.). cf. fr. de iure fisci § 19]  
fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit: sane ipsum ita ab alio emere mancipium,  
4 ut manumittat, non est prohibitum: ergo tunc et libertatem praestare possit<sup>2</sup>. Ex his bonis,  
quae ad fiscum delatae sunt, instrumenta uel chirographa, acta etiam ad ius priuatorum  
5 pertinentia restitui postulantibus conuenit. Neque instrumenta neque acta a quoquam ad- 15  
6 uersus fiscum edi oportet. Ipse autem fiscus actorum suorum exempla hac condicione edit,  
ut is, cui describendi fit potestas, aduersus se uel rem publicam his actis ne utatur: de  
7 quo cauere compellitur, ut, si usus is contra interdictum fuerit, causa cadat. Quotiens apud  
fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, ut merito is uti liceat, eaque manu com-  
mentariensis adnotanda sunt. quod si ea aliter proferantur, is qui ita protulerit causa cadit. 20  
8 Quotiens iterum apud fiscum eadem causa tractatur, priorum actorum, quorum usus non  
9 fuerat postulatus, ex officio recitatio iure poscetur. Qui pro alio a fisco conuentus debi-  
tium exsoluit, non inique postulat persecutionem bonorum eius pro quo soluit: in quo etiam  
10 adiuuari per officium solet. Fiscalibus debitoribus [Synopsis p. 696 Zach. B. 53, 2 n. 'Pon. 14, 10]  
petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit. cuius rei aestimatio 25  
ita arbitrio iudicantis conceditur, ut in maioribus summis non plus quam tres menses, in  
minoribus uero non plus quam duo prorogentur: prolixioris autem temporis spatium ab  
11 imperatore postulandum est. Si principalis rei bona ad fiscum deuoluta [(Syn. B. 'Pon.)]  
sint, fideiussores liberantur: nisi forte minus idonei sint et<sup>3</sup> in reliquum non exsolu-  
12 tantis accesserint. Si plus seruatum est ex bonis debitoris a fisco distractis, iure ac 30  
13 merito restitui postulat. Conductor ex fundo fiscali nihil transferre potest nec [B. 53, 2 n.]  
cupressi materiam uendere uel oliuae non substitutis aliis ceterasque arbores pomiferas  
14 caedere: et facta eius rei aestimatio in quadruplum conuenitur. Minoribus uiginti [(B)]  
quinque annis neque fundus neque uectigalia locanda sunt, ne aduersus ea beneficio aetatis  
utantur. 35
- 46 HERMOGENIANUS libro sexto iuris epitomarum. Anfertur ei quasi indigno successio, P  
qui, cum heres institutus esset ut filius, post mortem eius, qui pater dicebatur, suppositus  
1 declaratus est. Qui aliquid sciens in fraudem fisci suscepit, non solum rem, in [B. 56, 2, 41]  
2 qua fraudis ministerium suscepit, sed alterum tantum restituere cogitur. Quod a praeside  
seu procuratore uel quolibet alio in ea prouincia, in qua administrat, licet per supposi- 40  
tam personam comparatum est, infirmato contractu uindicatur et aestimatio eius fisco in-  
fertur: nam et nunc in eadem prouincia, in qua quis administrat, aedificare prohibe-  
3 4 tur. Fiscus semper habet ius pignoris. Qui compensationem || opponit fisco, [(B) 'Pon. 14, 2 f. 428]  
5 intra duos menses debitum sibi docere debet. Ut debitoribus fisci quod fiscus [(Pon.)]  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> suae] ordinariae Paulus    <sup>2</sup> A debitore fisci ... placuit. sane ipsum ita emere, ut ma-  
numittat, aut fideicommissam libertatem praestare (praestet cod.) non est prohibitum Fr. de  
iure fisci    <sup>3</sup> minus idoneo (sint et del.)?

2 fiscam F<sup>2</sup> 5 ponitur F 6 compedi'b'us F<sup>2</sup>  
9 consciiuit et manus intulit] constia (conscia  
Haemel) intulit Pauli cod. Paris. 4403 testibus  
Haemelio et Kruegero, consciiuit (om. rel.) co-  
dices Pauliani plerique 10 id] i F | inqueta-

buntur F 12 fisci F 16 fiscus] fiscum F<sup>2</sup>  
17 ne om. F 19 commentoriensis F<sup>2</sup> 20 qui  
it'a F<sup>2</sup> 22 d'ebitum' exsoluit F<sup>2</sup> 24 ad-  
iubari F 31 transferri F<sup>2</sup> 33 c'a'edere F<sup>2</sup> |  
ei'u's F<sup>2</sup> 44 s'u'ibi F<sup>2</sup>

- debet compensetur, saepe constitutum est: excepta causa tributoria<sup>1</sup> et stipendiorum, item  
 6 pretio rei a fisco emptae et quod ex causa annonaria debetur. In reatu consti- B. 56, 2 n.  
 7 tutus bona sua administrare potest, eique debitor recte bona fide soluit. Actores, qui (B)  
 aliquod officium gerunt, in bonis quas distrahunt procuratores uenundare inconsultis prin-  
 8 cipibus prohibentur, et, si ueneant, uenditio nullas uires habebit. Seruus Caesaris si iussu 5  
 9 procuratoris adiit hereditatem, Caesari uolenti acquirit. Si multi B. 56, 2 n. BS. 28, 11, 16 sch. 3  
 fisco fraudem fecerint, non ut in actione furti singuli solidum, sed omnes semel quadrupli  
 poenam pro uirili portione debent. sane pro non idoneis qui sunt idonei conueniuntur.
- 47 PAULUS libro primo decretorum. Moschis quaedam, fisci debetrix ex conductione uecti- P  
 galis, heredes habuerat, a quibus post aditam hereditatem Faria Senilla et alii praedia 10  
 emerant. cum conuenirentur propter Moschidis reliqua et dicebant<sup>2</sup> heredes Moschidis ido-  
 neos esse et multos alios ex isdem bonis emisse, aequum putauit imperator prius heredes  
 1 conueniri debere, in reliquum possessorem omnem: et ita pronuntiauit. Aemilius Ptole-  
 maeus conduxerat a fisco possessionem eamque paulatim pluribus locauerat maiore quan-  
 titate quam ipse susceperat: conueniebatur a procuratoribus Caesaris in eam quantitatem 15  
 quam ipse perciperet. hoc iniquum et inutile fisco uidebatur, ut tamen suo periculo ipse  
 eos quibus locauerat conueniret: ideoque pronuntiauit in eam solam quantitatem eum con-  
 ueniri debere, qua ipse conductor exstiterat.
- 48 IDEM libro secundo decretorum. Staius Florus testamento scripto heredis sui Pompeii P  
 tacitae fidei commiserat, ut non capienti fundum et certam pecuniae quantitatem daret, et 20  
 eo nomine cautionem a Pompeio exigi curauerat se restitutum ea, quae ei per prae-  
 ceptionem dederat. postea idem Florus facto secundo testamento et eodem Pompeio et  
 Faustino hereditis institutis nullas praeceptiones Pompeio dederat. haec persona, quae  
 capere non poterat, se detulerat. consulti imperatores a procuratoribus resciperant, si  
 non probaretur mutatam uoluntatem esse, praestandum fideicommissum: atque ita Pom- 25  
 peius condemnatus desiderabat onus esse id hereditatis oportere, quia praeceptiones non  
 acceperat, nec posse uideri pro parte in prima uoluntate testatorem perseuerasse, sed in  
 uniuerso. pronuntiauit nec testamentum prius exstare nec, si dedisset in primo testamento,  
 ex posteriore peti potuisse, nisi petitum esset. placuit, quia non probabat sibi datas prae-  
 1 ceptiones ex sola sua cautione, solum fideicommissum praestare debere<sup>3</sup>. Cornelio Felici 30  
 mater scripta heres rogata erat restituere hereditatem post mortem suam. cum heres  
 scripta condemnata esset a fisco et omnia bona mulieris occuparentur, dicebat Felix se  
 ante poenam esse (hoc enim constitutum est). sed si nondum dies fideicommissi uen-  
 nisset, quia<sup>4</sup> posset prius ipse mori uel etiam mater alias res acquirere, repulsus est in-  
 terim a petitione. 35
- 49 IDEM libro singulari de tacitis fideicommissis. Cum tacitum fideicommissum is<sup>5</sup> cui P  
 datum erat capere se nihil posse detulisset, in quaestionem uenit, dodrantis an totius assis  
 partem dimidiam ex beneficio diui Traiani recipere debeat. de qua re ex- cf. D. 35, 2, 59, 1  
 stat rescriptum imperatoris Antonini in haec uerba: Imperator Antoninus Iulio Rufo. Qui  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> tributorum? <sup>2</sup> dicebant et (Hal.)? <sup>3</sup> sic fere scripsit Paulus: desiderabat onus esse id hereditatis oportere, quia praeceptiones non acceperat, [aut ratas quoque esse quas primo testamento praeceptiones acceperat:] nec posse uideri pro parte in prima uoluntate testatorem perseuerasse, sed in uniuers[um]. pronuntiauit nec testamentum prius exstare nec, si dedisset in primo testamento, ex posteriore peti potuisse, nisi [re]petitum (sic Suerinus) esset. [et] placuit, quia non probabat sibi datas praeceptiones ex sola sua cautione, solum fideicommissum praestare debere <sup>4</sup> est), etsi nondum dies fideicommissi uenisset. sed quia? <sup>5</sup> is del.

2 pr'aetio F<sup>2</sup> 5 iusso procuratoriis F<sup>2</sup>  
 6 caesari's uolenti F<sup>2</sup> | si multi fisco frau-  
 dem fecerint] εἰς πολλοὶ περιγράφωσι τὸν δη-  
 μόσιον B (Tip.) 7 solido F<sup>2</sup> 10 'heredi-  
 tatem F<sup>2</sup> 12 bonis emisse'm' F<sup>2</sup> 13 con-  
 uenire F | debere 'deinde' (primum fuit dende)

in reliquum F<sup>2</sup> 14 eamqu'a'e F<sup>2</sup> | quan-  
 tit'ate F<sup>2</sup> 16 percoperit F<sup>2</sup> 20 tacite F  
 24 copere F 28 exstare] FX (supraec. 21.  
 constare) OC, constare YM 29 placuit bis F<sup>2</sup>  
 32 a fisco et] FYM, et a fisco XOC 38 diui  
 F<sup>2</sup> | tra'h'iani F<sup>2</sup> | r'e' exst. F<sup>2</sup>

'tacitam fidem accommodauit, ut non capienti restitueret hereditatem, si deducta parte quarta restituit, nihil retinere debet. quadrans autem qui heredi imponitur ipsius<sup>1</sup> eripiat<sup>ur</sup> et ad fiscum transferatur'. unde dodrantis semissem solum capit qui se detulit.

- 50 IDEM libro tertio decretorum. Ualerius Patruinus procurator imperatoris Flauio B. 56, 2 n. P Stalticio praedia certo pretio addixerat. deinde facta<sup>2</sup> licitatione idem Stalticius || recepta f. 428<sup>3</sup> ea licitatione<sup>3</sup> optinuerat et in uacuum possessionem inductus erat. de fructibus medio<sup>6</sup> tempore perceptis quaerebatur: Patruinus fisci esse uolebat. plane si medio tempore inter primam licitationem et sequentem adiectionem percepti fuissent, ad uenditorem pertinerent (sicut solet dici, cum in diem addictio facta est, deinde melior condicio allata est) nec moueri deberemus, quod idem fuisset, cui et primo addicta fuerant praedia. sed cum utra- 10 que addictio intra tempus uindemiarum facta fuisset, recessum est ab hoc tractatu itaque placebat fructus emptoris esse. Papinianus et Messius nouam sententiam induxerunt, quia sub colono erant praedia, iniquum esse fructus ei auferri uniuersos: sed colonum quidem percipere eos debere, emptorem uero pensionem eius anni accepturum, ne fiscus colono teneretur, quod ei frui non licuisset: atque si hoc ipsum in emendo conuenisset. pronun- 15 tianit tamen secundum illorum opinionem, quod<sup>4</sup> quidem domino colerentur, uniuersos fructus habere: si uero sub colono, pensionem accipere. Tryphonino suggerente, quid putaret de aridis fructibus, qui ante percepti in praediis fuissent, respondit, si nondum dies pensionis uenisset, cum addicta sunt, eos quoque emptorem accepturum.

## XV.

20

DE CAPTIUIS ET DE POSTLIMINIO ET REDEMPPTIS AB EPSA HOSTIBUS R

- 1 MARCELLUS libro uicensimo secundo digestorum. Quod seruus eius, qui ab B. 84, 1, 1 E hostibus captus est, postea stipulatus est, aut si legatum sit seruo eius, posteaquam ille ad hostes peruenit, hoc habebunt heredes eius, quia et si captiuitatis tempore decessisset, 25 adquisitam foret heredi.
- 2 IDEM libro trigensimo nono<sup>5</sup> digestorum. Nauibus longis atque onerariis propter belli E usum postliminium est, non piscatoriis aut si quas actuarias uoluptatis causa parauerunt.
- 1 Equus item aut equa freni patiens recipitur postliminio: nam sine culpa equitis proripere 2 se potuerunt. Non idem in armis iuris est, quippe nec sine flagitio amittuntur: arma enim 30 postliminio reuerti negatur, quod turpiter amittantur:
- 3 POMPONIUS libro trigensimo septimo ad Quintum Mucium. item uestis. E\*
- 4 MODESTINUS libro tertio regularum. Eos, qui ab hostibus capiuntur uel hosti- B. 84, 1, 2 E bus deduntur, iure postliminii reuerti antiquitus placuit. an qui hostibus deditus reuersus F(XYMOG)

<sup>1</sup> quadrans autem quia heredi imponitur, ipsi?

<sup>2</sup> alia ins.

<sup>3</sup> recepta adiectione?

<sup>4</sup> quod] si?

<sup>5</sup> error est aut in numero aut in nomine auctoris

1 dedata F<sup>2</sup> 2 qui] F<sup>1</sup>, quae F<sup>2</sup> 4 patroinus F 5 praetio F<sup>2</sup> 7 patroinus F | fisci om. F<sup>1</sup> 8 pertinere F 10 fuisset] posset F<sup>1</sup> 11 uindemiarum F<sup>1</sup> 15 atqui F<sup>1</sup> 18 praecepti F<sup>1</sup> 21 et de] et ind. F | redempti ind. F 23 qui om. F<sup>1</sup> 25 'habebunt F<sup>2</sup> 27 onerariis F<sup>2</sup> 28 quas] quis F<sup>2</sup> 29 recipiuntur F<sup>2</sup> | propriere F<sup>1</sup> 32 post uestis uocat uersus unus cum dimidio F: eiusmodi hiatus indicationes (cf. p. 262, 15) in hoc titulo ter repetitae in fine l. 3. 9. 25 cum nullo loco confirmantur neque Graecorum subsidiis quamquam tenuibus per hunc titulum neque sententia imperfecta, uidentur errore librarii ad-

missae esse 33 uel hostibus deduntur] hoc cum nequaquam conueniat antiquitus placitis, tamen putarim ita uere scripsisse Modestinum, ut cogitarit non de deditione facta per patrem patratum, sed de deditione castelli. similiter iudicandum est de iis quae sequuntur re non minus falsis, sed ut ab emendatione abstinendum sit. certe secundum antiquos prudentes Modestinus sic potius scribere debuit: Eos qui ab hostibus capiuntur, iure postliminii reuerti antiquitus placuit. an qui hostibus deditus a nobis nec receptus est reuersus ciuis Romanus sit et quae sequuntur

nec a nobis receptus ciuis Romanus sit, inter Brutum et Scaenolam uarie tractatum est: et consequens est, ut ciuitatem non adipiscatur. [cf. D. 50, 7, 17]

5 POMPONIUS libro trigensimo septimo ad Quintum Mucium. Postliminii ius competit aut **B**  
 1 in bello aut in pace. In bello, cum hi, qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt  
 et intra praesidia sua perduxerunt: nam si eodem bello is reuersus fuerit, postliminium **s**  
 habet, id est perinde omnia restituuntur ei iura, ac si captus ab hostibus non esset. ante-  
 quam in praesidia perducatur hostium, manet ciuis. tunc autem reuersus intellegitur, si  
 2 aut ad amicos nostros perueniat aut intra praesidia nostra esse coepit. In pace quoque  
 postliminium datum est: nam si cum gente aliqua neque amicitiam neque hospitium neque  
 foedus amicitiae causa factum habemus, hi hostes quidem non sunt, quod autem ex nostro **10**  
 ad eos peruenit, illorum fit, et liber homo noster ab eis captus seruus fit et eorum:  
 idemque est, si ab illis ad nos aliquid perueniat. hoc quoque igitur casu postliminium  
 3 datum est. Captiuus autem si a nobis manumissus<sup>2</sup> fuerit et peruenerit ad suos, ita  
 demum postliminio reuersus intellegitur, si malit eos sequi quam in nostra ciuitate ma-  
 nere. et ideo in *Atilio Regulo*, quem Carthaginienses Romam miserunt, responsum est **15**  
 non esse eum postliminio reuersum, quia iurauerat Carthaginem reuersurum et non ha-  
 buerat animum Romae remanendi. et ideo in quodam interprete Menandro, qui postea-  
 quam apud nos manumissus erat, missus est ad suos, non est uisa necessaria lex, quae  
 lata est de illo, ut maneret ciuis Romanus: nam siue animus ei fuisset remanendi apud **1. 25**  
 suos, desineret esse ciuis, siue animus fuisset reuertendi, maneret ciuis, et ideo esset lex **20**  
 superuacua.

6 IDEM libro primo ex uariis lectionibus. Mulier in opus salinarum ob male- [B. 34, 1, 3] **F**  
 ficiu data et deinde a latrunculis exterae gentis capta et iure commercii uendita ac  
 redempta in causam suam reccidit. Cocceio autem Firmo centurioni pretium ex fisco red-  
 dendum est. **25**

7 PROCULUS libro octauo epistularum. Non dubito, quin<sup>3</sup> foederati et liberi [B. 34, 1, 4] **F**  
 nobis externi sint, nec inter nos atque eos postliminium esse: etenim quid inter nos atque  
 eos postliminio opus est, cum et illi apud nos et libertatem suam et dominium rerum su-  
 1 rum aequae atque apud se retineant et eadem nobis apud eos contingant? Liber autem  
 populus est is, qui nullius alterius populi potestati est subiectus: siue<sup>4</sup> is foederatus est **20**  
 item, siue aequo foedere in amicitiam uenit siue foedere comprehensum est, ut is populus  
 alterius populi maiestatem comiter conseruaret. hoc enim adicitur, ut intellegatur alterum  
 populum superiorem esse, non ut intellegatur alterum non esse liberum: et quemadmodum  
 clientes nostros intellegimus liberos esse, etiamsi neque auctoritate neque dignitate neque  
 uiri boni nobis praesunt<sup>5</sup>, sic eos, qui maiestatem nostram comiter conseruare debent, **25**  
 2 liberos esse intellegendum est. At fiunt apud nos rei ex ciuitatibus foederatis et in eos  
 damnatos animaduertimus.

8 PAULUS libro tertio ad legem Iuliam et Papiam. Non ut a patre filius, ita [B. 34, 1, 5] **F**  
 uxor a marito postliminii recuperari potest, sed tunc, cum et uoluerit mulier et adhuc  
 alii post constitutum tempus nupta non est: quod si uoluerit nulla causa probabili inter-  
 ueniente, poenis discidium tenebitur.

9 ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Apud hostes [cf. l. 25 h. t. et 38, 17, 1, 3] **F**  
 susceptus filius si postliminio redierit, filii iura habet: habere enim eum postliminium nulla  
**F(XYMOC)**

<sup>1</sup> et del.      <sup>2</sup> manumissus] missus?      <sup>3</sup> quin] quamuis (= quis: sic fere *Herulius*)?  
<sup>4</sup> siue del.      <sup>5</sup> neque uiribus (= UIRIB.) nobis pares sunt (*Hal.*)?

9 amicitia **F** 13 captiuos **F** 15 atio **F**  
 17 interprete] **F**<sup>2</sup>, interprete] **x** **F**<sup>2</sup> 21 super-  
 uacua **F** 22 lectionibus uariis **F**<sup>2</sup> 27 nec]  
 non *errore Taur.* 28 postlimini] **o** **F**<sup>2</sup> | nos  
 om. **F**<sup>1</sup> 29 contingat **F** 30 est subiectus  
 est siue **F**<sup>2</sup> 31 is] his **F**<sup>1</sup> 32 ut] qu'  
 intellegatur **F**<sup>2</sup> 35 uiri boni (bonorum **M**) nobis

praesunt (praesint **C**, possunt **X**<sup>2</sup> **M**<sup>2</sup>) **F****X****F**  
**MOC**, inc. **X**<sup>2</sup> 36 at] ad **F**<sup>2</sup> 39 tunc] **o**  
 cum **F**<sup>2</sup> 40 si uoluerit] **XYMOC** cum **B**:  
 εἰ δὲ χωρὶς αἰτίας ἐγλόγου μὴ ὑποστρέψει πρὸς  
 τὸν ἄνδρα, ταῖς ποιναῖς ὑποπίπτει τοῦ ἀμαρτυροῦ,  
 si uoluerit **F**

dubitatio est post rescriptum imperatoris Antonini et diui patris eius ad Quinium Tertul-  
lum praesidem provinciae Mysiae inferioris.

- 10 PAPINIANUS libro uicensimo nono quaestionum. Pater instituto impuberi filio [B. 84, 1, 6] P  
substituerat et ab hostibus captus ibi decessit: postea defuncto impubere legitimum [(B)]  
admitti quibusdam uidebatur neque tabulas secundas in eius persona locum habere, qui 5  
uino patre sui iuris effectus fuisset. uerum huic sententiae refragatur iuris ratio, quoniam,  
si pater, qui non rediit, iam tunc decessisse intellegitur, ex quo captus est, substitutio suas  
1 uires necessario tenet. Si mortuo patre capiatur impubes institutus uel exheredatus, in  
promptu est dicere legem Corneliam de tabulis secundis nihil locutam eius dumtaxat per-  
sonam demonstrasse, qui testamenti factionem<sup>1</sup> habuisset. plane captiui etiam impuberis 10  
legitimam hereditatem per legem Corneliam deferri, quoniam uerum est ne impuberem qui-  
dem factionem testamenti habuisse: et ideo non esse alienum praetorem subsequi non minus  
patris quam legis uoluntatem et utiles actiones in hereditatem substituto dare.
- 11 PAPINIANUS libro trigensimo primo quaestionum. Quod si filius ante moriatur [B. 84, 1, 7] P  
in ciuitate, nihil est quod de secundis tabulis tractari possit, siue quoniam uiuo patre [(B)] 15  
filius familias mori intellegitur<sup>2</sup>, siue quoniam non reuerso eo exinde sui iuris uidetur fuisse,  
1 ex quo pater hostium potitus est. Sed si ambo apud hostes<sup>3</sup> et prior pater decedat, suf-  
ficiat lex Cornelia substituto non alias, quam si apud hostes patre defuncto postea filius  
in ciuitate decessisset.
- 12 TRYPHONNUS libro quarto disputationum. In bello<sup>4</sup> postliminium est, in pace [B. 84, 1, 8] P  
autem his, qui bello capti erant, de quibus nihil in pactis erat comprehensum. quod ideo P  
placuisse Seruius scribit, quia spem reuertendi ciuibus in uirtute bellica magis quam in  
pace Romani esse uoluerunt. uerum in pace qui peruenerunt ad alteros<sup>5</sup>, si bellum subito  
exarasset, eorum serui efficiuntur, apud quos iam hostes suo facto<sup>6</sup> deprehenduntur. qui 24  
bus ius postliminii est tam in bello quam in pace, nisi foedere tantum fuerat, ne esset f. 429'  
1 his ius postliminii. Si quis capiatur ab hostibus, hi, quos in potestate habuit, in incerto  
sunt, utrum sui iuris facti an adhuc pro filiis familiarum computentur: nam defuncto illo  
apud hostes, ex quo captus est, patres familiarum, reuerso numquam non in potestate eius  
fuisse credentur. ideo et de his, quae medio tempore adquirunt stipulatione traditione  
legato (nam hereditate non possunt), tractatum est, ubi non est reuersus, si forte alii uel 30  
in totum (his exheredatis testamento) uel in partem instituti sunt heredes, utrum in her-  
editate captiui, quae lege Cornelia inducitur, an propria ipsorum sint. quod uerius est:  
diuersumque in his, quae per seruos adquiruntur, merito: quia hi bonorum fuerunt et esse  
2 perseuerant, hi<sup>7</sup> sui iuris exinde sibi quae adquisisse intelleguntur. Facti autem causae  
infactae nulla constitutione fieri possunt. ideo eorum, quae usucapiebat per semet ipsum 35  
possidens qui postea captus est, interrumpitur usucapio, quia certum est eum possidere  
desisse. eorum uero, quae per subiectas iuri suo personas possidebat usque capiebat, uel  
si qua postea peculiari nomine comprehenduntur, Iulia- [Iul. l. 22 § 8 h. t. cf. Paul. D. 41, 8, 15 pr.  
nus scribit credi suo tempore impleri usucapionem remanentibus isdem personis in posses-  
sione. Marcellus nihil interesse, ipse possedisset an subiecta ei persona. sed Iuliani sen- 40  
3 tentiam sequendum est. Medio tempore filius, quem habuit in potestate captiuus, uxorem  
ducere potest, quamuis consentire nuptiis pater eius non posset: nam utique nec dissentire.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> non *ins.* (cf. u. 12 et p. 888, 7 al.)    <sup>2</sup> eo reuerso *ins.*    <sup>3</sup> sint *ins.* (Hal.)    <sup>4</sup> captus  
eodem bello *ins.* (cf. u. 23 uerum in pace et p. 886, 5)?    <sup>5</sup> exteros (Salmasius)?    <sup>6</sup> suos  
factos (Heraldus)?    <sup>7</sup> illi?

2 post inferioris uacant uersus duo F (u. ad  
p. 885, 32)    7 qui non] X<sup>1</sup>Y<sup>2</sup>M<sup>3</sup>O<sup>4</sup>, qui  
FX<sup>1</sup>Y<sup>2</sup>O<sup>3</sup>C, quod est non non est non sed  
male M<sup>3</sup> | substitutio F<sup>2</sup> 8 i'm'n promptu F<sup>2</sup>  
10 demonstra'n'se F<sup>2</sup> 14 papinianus] F<sup>2</sup>,  
idem F<sup>2</sup> 17 prior] F<sup>2</sup>, pro F<sup>2</sup> 21 pactis]  
pactus F<sup>2</sup> 23 uerum] F<sup>2</sup>, iterum (uoluit

item] F<sup>2</sup> 25 e's't F<sup>2</sup> 30 est reuersus si  
forte] F<sup>2</sup>, 'est' reuersus est (sic) F<sup>2</sup> 33 quae]  
duae F<sup>2</sup> 35 infactae F | qu'a'e F<sup>2</sup> 36 cap-  
tus] X<sup>1</sup>O cum B (Tip.): αἰχμαλωτικῆντι δια-  
κόπεται ἢ διὰ τῆς ὑπέως ἀεπνοτεία, nactus  
F<sup>2</sup>, nactus F<sup>2</sup>X<sup>1</sup>Y<sup>2</sup>M<sup>3</sup>C 39 person'e'is F<sup>2</sup> |  
possessionem F

susceptus ergo nepos in reuersi captiui potestate ut aui erit suusque heres ei quodammodo inuito, cum nuptiis non consenserit. non mirum, quia illius temporis condicio necessitas-  
 4 que faciebat et publica nuptiarum utilitas exigebat. Sed captiui uxor, tametsi maxime  
 5 uelit et in domo eius sit, non tamen in matrimonio est. Codicilli, si quos in tempore  
 captiuitatis scripserit, non creduntur iure suptili confirmati testamento, quod in ciuitate  
 fecerat. sed nec fideicommissum ex his peti potest, quia non sunt ab eo facti, qui testa-  
 menti factionem habuit, sed quia merum principium eorum in ciuitate constituto captiuo  
 factum est, id est in testamento confirmatio codicillorum, et is postea reuersus est et post-  
 6 liminio ius suum recepit, humanitatis rationi congruum est eos codicillos ita suum effectum  
 7 habere, quasi in medio nulla captiuitas intercessisset<sup>1</sup>. Cetera quae in iure sunt, postea  
 8 quam postliminio redit pro eo habentur, ac si numquam iste hostium potitus fuisset. Si  
 quis seruum captum ab hostibus redemerit, protinus est redimentis, quamuis scientis alien-  
 num fuisse: sed oblato ei pretio quod dedit postliminio redisse aut receptus esse seruus  
 9 credetur. Et si ignorans captiuum, existimans uendentis esse redemit, an quasi uiscepisse  
 uideatur, scilicet ne post legitimum tempus offerendi pretii priori domino facultas sit, uidea-  
 mus. nam occurrit, quod constitutio, quae de redemptis lata est, eum redimentis seruum  
 facit, et quod meum iam usucapere me intellegi non potest. rursum cum constitutio non  
 deteriore causam redimentium, sed si quo meliorem effecerit, peremi ius bonae fidei  
 emptoris uetustissimum et iniquum et contra mentem constitutionis est: ideoque transacto  
 tempore, quanto, nisi constitutio eum proprium feciasset, usucapi potuisset, nihil ex consti-  
 10 tutione domino superesse recte dicetur. Manumittendo autem utrum desinit tan- [Ep. 16, 23  
 tum dominus esse et relictus ab eo seruus in ius prioris domini redit? an et liberum eum  
 facit, ne praestatio libertatis domini fiat translatio? certe apud hostes manumissus libe-  
 ratur, et tamen si eum nactus dominus ipsius uetus intra praesidia nostra fuisset, quam-  
 uis non secutum res nostras, sed dum eo consilio uenisset, ut ad illos reuenteretur, seruum  
 11 retineret iure postliminii. quod in liberis aliter erat: non enim postliminio reuertebatur,  
 nisi qui hoc animo ad suos uenisset, ut eorum res sequeretur illosque relinqueret, a quibus  
 abisset: quia, ut Sabinus scribit, de sua qua<sup>2</sup> ciuitate cuique constituendi facultas libera  
 est, non de domini iure. uerum hoc non multum onerat || praesentem inspectionem, quia  
 hostium iure manumissio obesse cui nostro domino serui non potuit, at is de quo qua-  
 12 ritur lege nostra, quam constitutio fecit, ciuem Romanum dominum habuit, et an ab eo  
 possit libertatem adsequi, tractamus. quid enim, si numquam ille pretium eius offerat?  
 si nec conueniendi eius sit facultas? liber<sup>3</sup> erit seruus, qui nullo merito suo poterit a do-  
 mino libertatem consequi? quod est iniquum et contra institutum a maioribus libertatis  
 fauorem. certe et ueteri iure si ab hoc, qui sciens alienum esse redemisset, alius bona  
 13 fide emisset, usucapere ad libertatemque perducere potuit, et isto quoque modo prior do-  
 minus, qui ante captiuitatem fuerat, ius suum amittebat. quare igitur iste non habet ius  
 10 manumittendi? Si statuliber fuerit, antequam ab hostibus caperetur, redemptus pen- [Ep]  
 11 dente condicione suam causam retinebit. Quid ergo, si ita libertatem acceperat, si [B]  
 decem milia dederit? quaesitum est, unde dare debebit, quoniam etsi concessum est  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> uidetur Tryphoninus sic scripsisse: factionem habuit, sed merum principium... confirmatio codicillorum, reliqua (u. 7 quia et u. 8 et is postea... u. 10 intercessisset) adiecta esse ab Iustinianis, qui praeterea u. 7 merum uocabulum tollere debebant <sup>2</sup> qua del. <sup>3</sup> liber] is?

1 ut aui erit (eit M<sup>4</sup>) X<sup>2</sup>M<sup>4</sup> et ita scripsi secundum B (Syn.): και ο παρ' αὐτοῦ τικτόμενος ὑποστρέφοντι τῷ πάππῳ γίμεται ὑπεζῶσιος, ut audierit F, ut erit Y<sup>2</sup>, erit X<sup>2</sup>, est ut redierit Y<sup>2</sup>OC, inc. M<sup>4</sup> | ei] hii F<sup>2</sup> 2 consesserit F<sup>2</sup> 6 nec] in F<sup>2</sup> | non sunt ab eo (ab eo om. F<sup>2</sup>) facti (sunt ins. F<sup>2</sup>) qui F 7 constituto] instituto F<sup>2</sup> 11 habe'r'ntur F<sup>2</sup> 13 recepturus F 14 creditur F<sup>2</sup> 21 domini F<sup>2</sup> 22 ius 'pro' prioris F<sup>2</sup> 23 fecit ne F<sup>2</sup> | apud hostes

manumissus liberatur (liberat F) et tamen ei eum (eam F) nactus seq.] ο παρ' τῶν πολεμίων ἠλεγερωμένος, ei και ἐλεγερωτά τις αὐτῶν δουλείας, εἰ μέντοι ἐπελάθετο αὐτοῦ ὁ πάλλαι δεσπότης BS (schol. Syn.) 25 ut] et F<sup>2</sup> reuertetur F 27 relinqueret' F<sup>2</sup> 28 qua] sua F<sup>2</sup> 30 hostium iure manumissio] F<sup>2</sup>, in hostium iure manumisso F<sup>2</sup> 34 et om. F<sup>2</sup> 35 fauorem F<sup>2</sup> 40 milia del. F<sup>2</sup>

- statulibero de peculio dare, hoc tamen, quod apud hunc qui redemit habet, numquid uice illius sit, quod apud hostes quaesisset? utique, si ex re illius aut ex operis suis quaesitum est<sup>1</sup>: ex alia autem causa parto peculio potest dare, ita ut condicioni benigne eum
- 12 paruisse credamus. Si pignori seruus datus fuerat ante captiuitatem, post di- [B. 24, 1, 8] missum redemptorem in ueterem obligationem reuertitur, et si creditor obtulerit ei qui 5 redemit, quanto redemptus est, habet obligationem et in priorem debiti causam et in eam summam qua eum liberauit, quasi ea obligatione quadam constitutione inducta: ut cum posterior creditor priori satisfacit confirmandi sui pignoris causa: nisi quod in hoc conuersa res est et posterior, quia eum seruus, ut apud nos esset, efficit<sup>2</sup>, ab eo, qui tem-
- 13 pore prior fuit, ut infirmiore dimitendus est. Si plurium seruus fuerat et omnium no- mine ei qui redemit restitutum pretium erit, in communionem redibit: si unius tantum uel quorundam nec omnium, ad eum eosue qui soluerunt pertinebit, ita ut in portione
- 14 sua pristinum ius optineant et in parte ceterorum ei qui redemit succedant. Si fidei- commissa libertas debita captiuo fuerit, redemptus nondum eam petere poterit, nisi re-
- 15 demptori satisfecerit. Si deportatum ab insula hostes ceperunt, redemptus quibus casibus 15 redit, in eam causam ueniet, in qua futurus esset, si captus non fuisset: deportabitur 16 igitur<sup>3</sup>. Sed<sup>4</sup> si in captiuo seruo talis praecesserat causa, quae eius<sup>5</sup> uel ad tempus uel in perpetuum libertatem impediret, nec redemptione ab hostibus mutabitur: ueluti si in legem Fauiam commisisse eum constiterat, uel ita uenierat ne manumitteretur: habebit
- 17 autem interim sine poena sua qui redemit. Ergo de metallo captus redemptus in poenam 20 suam reuertetur, nec tamen ut transfuga metalli puniendus erit, sed redemptor a fisco 18 pretium recipiet, quod etiam constitutum est ab imperatore nostro et diuo Senero. Si natum ex Pamphila legatum tibi fuerit tuque matrem redemeris et ea apud te pepererit, non uideri te partum ex causa lucratiua habere, sed officio arbitrioque iudicis aestimandum
- constituto pretio partus, perinde atque si, quanto mater est empta, simul et partus ue-
- 19 nisset. quod si iam natum apud hostes, quod eo tempore quo capiebatur utero gerebat, cum matre redimatur ab eodem uno pretio: oblato tanto, quantum ex pretio, quod pro utroque unum datum est, aestimationem contingere partus: et uidetur<sup>6</sup> is postliminio reuersus. multo magis, si diuersi emptores utriusque extiterint uel unius. sed si suo quem-
- que pretio redemerit, id offerri pro singulis oportebit redemptori, quod hosti pro quoque 20 datum est, ut separatim quoque postliminio reuerti possint.
- 13 PAULUS libro secundo ad Sabinum. Si me tibi adrogandum dedissem, eman- [B. 24, 1, 9] S cipato me reuersum ab hostibus filium meum loco nepotis tibi futurum constat.
- 14 POMPONIUS libro tertio ad Sabinum. Cum duae species postliminii sint, ut [B. 24, 1, 10] S aut nos reuertamur aut aliquid recipiamus: cum filius reuertatur, duplicem in eo cau-
- 1 sam esse oportet postlimini, et quod pater eum recipere et ipse ius suum. Non ut f. 480<sup>1</sup> pater filium, ita uxorem maritus iure postliminii recipit: sed consensu redintegratur matrimonium.
- 15 ULPIANUS libro duodecimo ad Sabinum. Si patre redempto et ante lui- [B. 24, 1, 11] S tionem defuncto filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum est 40 suum ei posse existere. nisi forte quis subtilis dicat hunc dum moritur, quasi iure pignoris finito, nactum postliminium et sine obligatione debiti obisse, ut potuerit suum habere. quod non sine ratione dicitur.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> dare inde non potest *ins.*    <sup>2</sup> efficit?    <sup>3</sup> si deportatum ab insula hostes ceperunt, redemptus, quoniam quibus ... non fuisset, deportabitur?    <sup>4</sup> et *ins.*    <sup>5</sup> eius *del.*  
<sup>6</sup> aestimationem partus contingeret, uidetur (*similiter Hal.*)?

3 pote'st F<sup>4</sup>    5 beterem F<sup>1</sup>    6 priorem] propriorem F: και ἐν τῷ πρώτῳ χρεῖ B (Tip.)  
 8 posterior e' creditor F<sup>6</sup>    9 post posterior *ins.* qui apud nos esset prior F<sup>2</sup>    10 prior i' fuit F<sup>2</sup>    13 pristinum] primnum F<sup>1</sup> | ius om. F<sup>1</sup> | et] ut F<sup>2</sup>    19 constituerat F    22 ab]

ad F<sup>1</sup>    26 si iam] suam F<sup>1</sup> | ge're'bat F<sup>2</sup>  
 30 offeri F | quoquo F    32 emancipatu F<sup>6</sup>  
 33 hostibus F<sup>1</sup>    35 aliquid] F<sup>2</sup>, aliquad (*sic*)  
 F<sup>4</sup>    36 postlimin'ia F<sup>2</sup>    39 pat're F<sup>4</sup> | ante] alte F    42 na'n'ctum F<sup>2</sup> | poterit F



- 16 IDEM libro tertio decimo ad Sabinum. Retro creditur in ciuitate fuisse, qui [B. 24, 1, 12] 8 ab hostibus aduenit.
- 17 PAULUS libro secundo ad Sabinum. Postliminio carent, qui<sup>1</sup> armis uicti [B. 24, 1, 13] 8 hostibus se dederunt.
- 18 ULPIANUS libro trigensimo quinto ad Sabinum. In omnibus partibus iuris [B. 24, 1, 14] 8 is, qui reuersus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse uidetur, cum captus est.
- 19 PAULUS libro sexto decimo ad Sabinum. Postliminium est ius amissae [B. 24, 1, 15] 8 rei recipiendae ab extraneo et in statum pristinum restituentiae inter nos ac liberos populos regesque moribus legibus constitutum. nam quod bello amissimus aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere. idque naturali aequitate 10 introductum est, ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is, ubi in fines suos redisset, pristinum ius suum reciperet. Indutiae sunt, cum in breue et in praesens tempus 2 conuenit, ne inimicem se laceant: quo tempore non est postliminium. A piratis aut latronibus capti liberi permanent. Postliminio redisse uidetur, cum in fines nostros intrauerit, sicuti amittitur, ubi fines nostros excessit. sed et si in ciuitatem sociam amicamue 15 aut ad regem socium uel amicum uenerit, statim postliminio redisse uidetur, quia ibi 4 primum nomine publico tutus esse incipiat. Transfugae nullum postliminium est: nam qui malo consilio et proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habendus est. sed 5 hoc in libero transfuga iuris est, siue femina siue masculus sit. Si uero seruus transfugerit ad hostes, quoniam, et cum casu captus est, dominus in eo postliminium habet, 10 rectissime dicitur etiam ei postliminium esse, scilicet ut dominus in eo pristinum ius recipiat, ne contrarium ius non tam ipsi iniuriosum sit, qui seruus semper permanet, quam 6 domino damnosum constituatur. Si statuliber transfuga reuersus sit, existente condicione postquam redit, liber efficitur. diuersum est, si condicio extitisset, dum apud hostes est: in eo enim casu neque sibi reuerti potest, ut liber sit, neque heredi in eo ius postliminii 15 est, quia<sup>3</sup> non potest queri, cum nullum damnum patiatur, libertate iam optingente, si 7 non impediret, quod transfuga factus est. Filius quoque familiae transfuga non potest postliminio reuerti neque uiuo patre, quia pater sic illum amisit, quemadmodum patria, et quia disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis quam caritas liberorum. 8 Transfuga autem non is solus accipiendus est, qui aut<sup>2</sup> ad hostes aut<sup>2</sup> in bello trans- 9 fugit, sed et qui per indutiarum tempus aut ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide 9 suscepta transfugit. Si is, qui emat<sup>4</sup> ab hostibus, plura alii ius pignoris quod in redempto habet cesserit, non eam quantitatem, sed priorem redemptus reddere debet, et 10 emptor habet actionem aduersus eum qui uendit ex empto. Postliminium hominibus [B] est, cuiuscumque sexus condicionisue sint: nec interest, liberi an serui sint. nec enim 15 soli postliminio recipiuntur, qui pugnare possunt, sed omnes homines, quia eius naturae sunt, ut usui esse uel consilio uel aliis modis possint.
- 20 POMPONIUS libro trigensimo sexto<sup>5</sup> ad Sabinum. Si captiuus, de quo in [B. 24, 1, 16] 8 pace cautum fuerat ut rediret, sua uoluntate apud hostes mansit, non est ei postea postliminium. Uerum est expulsis hostibus ex agris quos ceperint dominia eorum ad priores 10 dominos redire nec aut publicari aut praedae loco cedere: publicatur enim ille ager qui 2 ex hostibus captus sit. Redemptio facultatem redeundi praebet, non ius postlimini [B] mutat.
- 21 ULPIANUS libro quinto opinionum. Si quis ingenuam ab hostibus redemptam [B. 24, 1, 17] 8 eo animo secum || habuerit, ut ex ea susciperet liberos, et postea ex se natum sub titulo L. 431 F(XYMOG)

<sup>1</sup> cum ins.    <sup>2</sup> qui?    <sup>3</sup> aut del. (I. B. Koehler)    <sup>4</sup> emerat (edd.)?    <sup>5</sup> in numero erratum uidetur

1 quia ab F: ὁ ὑποστρέφων B 3 armis uicti] οἱ μεθ' ὀπλων ἠττηθέντες B 8 pri' istinum F<sup>2</sup> 12 praesentempos F<sup>1</sup> 13 lacebant F 14 permanente a'nt F<sup>2</sup> 15 ciuitate m' F<sup>2</sup> 17 incipi' a' t F<sup>2</sup> 19 transfuga F 25 siui F<sup>1</sup> 26 qua'eri F<sup>2</sup> |

optingente t si F<sup>2</sup> 30 qui aut ad hostes aut in bello transfugit] ὁ ἐν καιρῷ πολέμου πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀπελευθῶν B (Harmenop.) 33 quantitatē F<sup>2</sup> 40 eorum] eorum agrorum F<sup>2</sup>

naturalis filii cum matre manumiserit: ignorantia mariti eiusdemque patris neque statui eorum, quos manumisisse uisus est, officere debet, et exinde intellegi oportet remissum matri pignoris uinculum, ex quo de ea suscipere liberos optauerat: ideoque eam, quae postliminio reuersa erat libera et ingenua, ingenuum peperisse constat. quod si publice praeda uirtute militum reciperata nulli pretium matris pater numerauerit, protinus post-  
 1 liminio reuersa non cum domino, sed cum marito fuisse declaratur. In ciuilibus dissen-  
 sionibus<sup>1</sup> quamuis saepe per eas res publica laedatur, non tamen in exitium rei publicae  
 contenditur: qui in alterutras partes discedent, uice hostium non sunt eorum, inter quos  
 iura captiuitatum aut postliminiorum fuerint. et ideo captos et uenundatos posteaque  
 manumissos placuit superuacuo repetere a principe ingenuitatem, quam nulla captiuitate  
 amiserant.

- 22 IULIANUS libro sexagensimo secundo digestorum. Bona eorum, qui in ho- [B. 34, 1, 18 S  
 stium potestatem peruenerint atque ibi decesserint, siue testamenti factionem habuerint  
 siue non habuerint, ad eos pertinent, ad quos pertinerent, si in potestatem hostium non  
 peruenerint: idemque ius in<sup>2</sup> eadem causa omnium rerum iubetur esse lege Cornelia, 15  
 quae futura esset, si hi, de quorum hereditatibus et tutelis constituebatur, in hostium  
 1 potestatem non peruenerint. Apparet ergo eadem omnia pertinere ad heredem eius, quae  
 ipse, qui hostium potitus est, habiturus esset, si postliminio reuertisset. porro quaecumque  
 serui captiuorum stipulantur uel accipient, adquiri dominis intelleguntur, cum postliminio  
 redierint: quare necesse est etiam ad eos pertineant, qui ex lege Cornelia hereditatem 20  
 adierint. quod si nemo ex lege Cornelia heres extiterit, bona publica fient. legata quoque  
 seruis eorum praesenti die uel sub condicione ad heredes pertinebunt. item si seruus ab  
 2 extero heres institutus fuerit, iussu heredis captiui adire poterit. Quod si filius eius, qui  
 in hostium potestate est, accipit aut stipulatur, id patre priusquam postliminio rediret  
 mortuo ipsi adquisitum intellegitur, <sup>3</sup> etsi uiuo patre decesserit, ad heredem patris perti- 25  
 nebit. nam status hominum, quorum patres in hostium potestate sunt, in pendent est,  
 et reuerso quidem patre existimatur nunquam suae potestatis fuisse, mortuo tunc pater  
 2a familias fuisse, cum pater eius in hostium potestate peruenerit. *Pater familias qui habebat  
 filios in potestate duos et uiginti milia, ab hostibus captus est: alter ex filiis acceptis decem  
 milibus alia decem milia adquisiuit: quaeritur patre apud hostes defuncto quid filii habituri  
 sint. respondit, si reuersus esset pater, etiam postea adquisita decem milia eius futura fuisse:  
 at cum in captiuitate mortuus sit, communia non fore, sed eius qui adquisiuit. uiginti autem  
 3 milia aequaliter diuidenda.* Quae peculiari nomine serui capti- [cf. D. l. 12 § 2 h. t. et 41, 3, 15 pr.  
 uorum possident, in suspenso sunt: nam si domini postliminio redierint, eorum facta in-  
 4 telleguntur, si ibi decesserint, per legem Corneliam ad heredes eorum pertinebunt. Si quis, 35  
 cum praegnatam uxorem haberet, in hostium potestatem peruenerit, nato deinde filio et  
 mortuo, ibi decesserit, eius testamentum nullum est, quia et eorum, qui in ciuitate man-  
 serunt, hoc casu testamenta rumpuntur.

F(XYMOC)

<sup>1</sup> quoniam ins. <sup>2</sup> in] et (edd.: cf. l. Rubria 2, 10: siremps res lex ius caussaue o[mnibus] o[mnium] r[erum] esto)? <sup>3</sup> nec ins. (similiter Cuiacius)

3 matri<sup>s</sup> pign. F<sup>2</sup> 16 constituebantur F  
 17 potestate F | e'r'go F<sup>2</sup> 18 recertisset F<sup>2</sup>  
 19 seruo F<sup>2</sup> 22 presenti F | ad heredes]  
 haberedes F<sup>2</sup> 26 est et] edd., esset F  
 28 inter epitomas § 2 (καὶ περὶ τῶν ἐπικτηθέν-  
 των τῷ γίῳ αὐτοῦ, καὶ εἰ ὑποστρέφει οὗτος  
 ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἢ μὴ, καὶ τότε τοῦ αἰχμα-  
 λωτισθέντος ὁ γίος γίνεται ἀγτεζούσιος καὶ τότε  
 ὑπεζούσιος) et § 4 (καὶ περὶ τοῦ ἐάν τῷ αἰχμα-  
 λῶτῳ κροφοροῦμενος ἐν τῇ πολιτείᾳ τεχθῆ  
 κ. τ. λ.) omiſsa § 3 haec inserit Tipucius: καὶ  
 περὶ αἰχμαλωτισθέντος καὶ κεκτῆμένου ἀγο γίους  
 καὶ διςχίλια νομίσματα, καὶ τοῦ ἐνός λαβόντος  
 τὰ χίλια καὶ ἐπικτησάμενος ἕτερα χίλια, καὶ ἀπο-

θανόντος ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, πῶς καὶ τὰ ἐπικτη-  
 θέντα, εἰ ὑποστρέφει, τοῦ πατρὸς εἰσιν: εἰ δὲ  
 μὴ ὑποστρέφει, οὐ κοινὰ γίνονται, ἀλλὰ τοῦ  
 ἐπικτησάμενου μόνου εἰσὶ τὰ χίλια, τὰ δὲ διςχι-  
 λια ἐπικτῆ μοιράζονται. quae qui Anonymi bra-  
 uiatorisque eius consuetudinem nouit, ex ipsis  
 digestis desumpta esse et hoc ipso loco a Grae-  
 cis lecta non negabit: accedit quod quamquam  
 re idem dicitur l. 12 § 1 h. t. et 49, 17, 9 fn.  
 et alibi, tamen ipse casus sic nusquam alias  
 inuenitur, ut de transpositione cogitari non pos-  
 sit. excidit igitur caput id inter h. l. § 2 et 3  
 36 potestate m' F<sup>2</sup>

- 23 IDEM libro sexagesimo nono digestorum. Si quis praegnate uxore relicta [B. 34, 1, 19] in hostium potestatem peruenerit, mox natus filius eius uxore ducta filium uel filiam procreauerit ac tunc postliminio auus reuersus fuerit: omnia iura nepotis nomine perinde capiet, ac si filius natus<sup>1</sup> in ciuitate fuisset.
- 24 ULPIANUS libro primo institutionum. Hostes sunt, quibus bellum publice [B. 34, 1, 20] populus Romanus decreuit uel ipsi populo Romano: ceteri latrunculi uel praedones appellantur. et ideo qui a latronibus captus est, seruus latronum non est, nec postliminium illi necessarium est: ab hostibus autem captus, ut puta a Germanis et Parthis, et seruus est hostium et postliminio statum pristinum recuperat.
- 25 MARCIANUS libro quarto decimo institutionum. ¶ Diui [cf. l. 8 h. t. et 38, 17, 1, 3. B. 34, 1, 21] Senerus et Antoninus rescripserunt, si uxor cum marito ab hostibus capta fuerit et ibidem ex marito enixa sit: si reuersi fuerint, iustos esse et parentes et liberos et filium in testate patris, quemadmodum<sup>2</sup> iure postliminii reuersus sit: quod si cum matre sola uertatur, quasi sine marito natus, spurcius habebitur.
- 26 FLORENTINUS libro sexto institutionum. Nihil interest, quomodo captus reuersus<sup>3</sup> est, utrum dimissus an ui uel fallacia potestatem hostium euaserit, ita tamen, si ea mente uenerit, ut non illo reuerteretur: nec enim satis est corpore domum quem redisse, si mente alienus est. sed et qui uictis hostibus recuperantur, postliminio redisse existimantur.
- 27 IAUOLENUS libro nono ex posterioribus Labeonis. Latrones tibi seruum eripuerant: postea is seruus ad Germanos peruenerat: inde in bello uictis Germanis seruus uenerat. negant posse usucapi eum ab emptore Labeo Ofilius Trebatius, quia uerum esset eum subreptum esse, nec quod hostium fuisset aut postliminio redisset, ei rei impedimento esse.
- 28 LABEO libro quarto pithanon a Paulo epitomatorum. Si quid bello captum<sup>4</sup> est, in praeda est, non postliminio redit. PAULUS. immo si in bello captus pace facta domum refugit, deinde renouato bello capitur, postliminio redit ad eum, a quo priore bello captus erat, si modo non conuenerit in pace, ut captiui redderentur.
- 29 IDEM libro sexto pithanon a Paulo epitomatorum. Si postliminio redisti, nihil, dum in hostium potestate fuisti, usucapere potuisti. PAULUS. immo si quid seruus tuus peculii nomine, dum in eo statu esses, possederit, id eo quoque tempore usucapere poteris, quoniam eas res etiam inscientes usucapere solemus et eo modo etiam hereditas nondum nato postumo aut nondum adita augeri per seruum hereditarium solet.
- 30 IDEM libro octauo pithanon a Paulo epitomatorum. Si id, quod nostrum hostes ceperunt, eius generis est, ut postliminio redire possit: simul atque ad nos redeunt causa profugit ab hostibus et intra fines imperii nostri esse coepit, postliminio redisse existimandum est. PAULUS. immo cum seruus cuius nostri ab hostibus captus inde aufugit et uel in urbe Roma ita est, ut neque in domini sui potestate sit neque ulli seruiat, nondum postliminio redisse existimandum est.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> filio nato (*Ianus a Costa*)?<sup>2</sup> qui *ins.*<sup>3</sup> et amissum bello receptum *ins.*

1 si quis *bis* F<sup>1</sup> 2 hostium F<sup>1</sup> 3 nomine *bis* F<sup>1</sup> 4 ciuitati F<sup>2</sup> 8 ut] est F<sup>2</sup> 10 *leges* 25. 26 *sic ordinat* (*additis notis A et B*) F<sup>2</sup> *eumque ordinem confirmant B: sic* 26. 25 F<sup>1</sup>XYMOC 14 *post* habebitur *duo uersus uacui* F: *uersio Graeca, quae uidetur superesse plena, non habet plura* (*u. ad p. 885, 32*) 18 recuperantur F 22 uenerat F 25 epitomato'm'rum

F<sup>2</sup> | si quid bello captum est in praeda est] τὸ ἐν τῷ πολέμῳ λαμβανόμενον ἀνδράποδον ἐν πραιδᾷ ἐστίν B (*Syn.*) 27 domum] XMOC (*suprascr.* al. demum) C cum B (*Tip.*: περὶ τοῦ ἐν τῷ πολέμῳ ἀφθόντος εἰρήνης γενομένης ἀπελθόντος πρὸς τοὺς πολεμίους, demum FY, domum num M<sup>2</sup> 29 epitomatorum F<sup>2</sup> 30 fusti F 33 augeri ei F<sup>2</sup> 35 *costes* F<sup>1</sup>

## XVI.

## R DE RE MILITARI R

ESP

- 1 **ULPIANUS** libro sexto ad edictum. Miles, qui in comaeatu agit, non uidetur rei publi- E  
cae causa abesse. 4
- 2 **ARRIUS MENANDER** libro primo de re militari. Militum delicta sine admissa aut pro- E\*  
pria sunt aut cum ceteris communia: unde et persecutio aut propria aut communis est.
- 1 proprium militare est delictum, quod quis uti miles admittit. Dare se militem, cui non  
licet, graue crimen habetur: et augetur, ut in ceteris delictis, dignitate gradu specie  
militiae. 9
- 3 **MODESTINUS** libro quarto de poenis. Desertorem auditum ad suum ducem cum elogio E  
praeses mittet, praeterquam si quid granius ille desertor in ea prouincia, in qua repertus  
est, admiserit: ibi enim eum plecti poena debere, ubi facinus admissum est, dicit Senerus  
1 et Antoninus rescripserunt. Poenae militum huiuscemodi sunt: castigatio, pecu- [B.57, 1, 1  
niaria multa, munerum indictio, militiae mutatio, gradu deiectio, ignominiosa missio. nam  
2 in metallum aut in opus metalli non dabuntur nec torquentur. Emansor est, qui diu [(B) 15  
3 uagatus ad castra regreditur. Desertor est, qui per prolixum tempus uagatus reducitur.
- 4 Is, qui exploratione emanet hostibus insistentibus aut qui a fossato recedit, ca- [B.57, 1, 1  
5 pite puniendus est. Qui stationis munus relinquit, plus quam emansor est: itaque pro  
6 modo delicti aut castigatur aut gradu militiae deicitur. Si praesidis uel cuiusuis prae- [(B)  
7 positi ab excubatione quis desistat, peccatum desertionis subibit. Si ad diem comaeatus 20  
8 quis non ueniat, perinde in eum statuendum est, ac si emansisset uel deseruisset, pro  
9 numero temporis, facta prius copia docendi, num forte casibus quibusdam detentus sit,  
10 propter quos uenia dignus uideatur. Qui militiae tempus in desertione impleuit, emerito  
11 priuatur. Si plures simul primo deseruerint, deinde intra certum tempus reuersi sint, 24  
12 gradu pulsati in diuersa loca distribuendi sunt. sed tironibus parcendum est: qui || si iterato f. 432  
13 hoc admiserint, poena competenti adficiuntur. Is, qui ad hostem confugit et re- [B.57, 1 n.  
14 diit, torquebitur ad bestiasque uel in furcam damnabitur, quamuis milites nihil eorum  
15 patiantur. Et is, qui uolens transfugere adprehensus est, capite punitur. Sed si ex [(B)  
16 improuiso, dum iter quis facit, capitur ab hostibus, inspecto uitae eius praecedentis actu  
17 uenia ei dabitur, et, si expleto tempore militiae redeat, ut ueteranus restituatur et eme- 30  
18 rita accipiet. Miles, qui in bello arma amisit uel alienauit, capite punitur: hu- [B.57, 1, 6  
19 mane militiam mutat. Qui aliena arma subripuit, gradu militiae pellendus est. [B.57, 1, 7  
20 In bello qui rem a duce prohibitam fecit aut mandata non seruauit, capite punitur, etiamsi  
21 res bene gesserit. Sed qui agmen excessit, ex causa uel fustibus caeditur uel mutare [(B)  
22 militiam solet. Nec non et si uallum quis transcendat aut per murum castra [B.57, 1, 8 35  
B 19 ingrediatur, capite punitur. Si uero quis fossam transiit, militia reicitur. Qui [B.57, 1, 9  
20 seditionem atrocem militum concitauit, capite punitur: Si intra uociferationem aut leuem  
21 querellam seditio mota est, tunc gradu militiae deicitur. Et cum multi milites [B.57, 1 n.  
22 in aliquod flagitium conspirarent uel si legio deficiat, auocari militia solent. Qui praepo-  
situm suum protegere noluerunt uel deseruerunt, occiso eo capite puniuntur. 40
- 4 **ARRIUS MENANDER** libro primo de re militari. Qui cum uno testiculo natus est quique E  
amisit, iure militabit secundum diui Traiani rescriptum: nam et duces Sulla et Cotta me-  
1 morantur eo habitu fuisse naturae. Ad bestias datus si profugit et militiae se dedit, quan-  
doque inuentus capite puniendus est: idemque obseruandum est in eo, qui legi se passus

F(XYMOC)

3 commoneatu F 7 qu'o'is F<sup>2</sup> 9 mili-  
tia'e F<sup>2</sup> 10 desertorum F 16 reducitur  
om. F<sup>2</sup> 17 is qui exploratione emanet hosti-  
bus insistentibus] ó καταλιμπάνων τήν κατα-

σκοπήν τῶν πολεμίων ἐφεστῶτων B (Syn.)  
27 quambis F<sup>2</sup> 30 'et' si F<sup>2</sup> 35 uellum F<sup>2</sup> |  
transcedat F 39 aliquid F<sup>2</sup> | solent] solet F:  
ἀποστρατεύεσθαι εἰῶσθαι B 42 syllā F

2 est. In insulam deportatus si effugiens militiae se dedit lectusque dissimulavit, [B. 57, 1 n. 3] capite puniendus est. Temporarium exilium uoluntario militi insulae relegationem adsignat, 4 <sup>1</sup> dissimulatio perpetuum exilium. Ad tempus relegatus si expleto spatio fugae militem se dedit, causa damnationis quaerenda est, ut, si contineat infamiam perpetuam, idem obseruetur, si transactum de futuro sit et in ordinem redire potest et honores petere, militiae <sup>2</sup> non prohibetur. Reus capitalis criminis uoluntarius miles secundum diui Traiani [B] rescriptum capite puniendus est, nec remittendus est eo, ubi reus postulatus est, sed, ut 6 accedente causa militiae, audiendus: si dicta causa sit uel requirendus adnotatus, ignominia missus ad iudicem suum remittendus est nec recipiendus postea uolens militare, licet fuerit 7 absolutus. Adulteri uel aliquo <sup>3</sup> iudicio publico damnati inter milites non sunt [B. 57, 1, 12] 8 recipiendi. Non omnis, qui litem habuit et ideo militauerit, exauctorari iubetur, sed [B] qui eo animo militiae se dedit, ut sub optentu militiae pretiosiores <sup>4</sup> se aduersario faceret, nec tamen facile indulgendum, iudicationis qui negotium antehabuerunt: sed si in transactione reccidit <sup>5</sup>, indulgendum est. exauctoratus eo nomine non utique infamis erit nec prohibendus lite finita militiae eiusdem ordinis se dare: alioquin et si relinquat litem uel 9 transigat, retinendus est. Qui post desertionem in aliam militiam nomen dedit [B. 57, 1 n. 10] runt legiue passi sunt, imperator noster rescripsit et hos militariter puniendos. Grauius autem delictum est detrectare munus militiae quam adpetere: nam et qui [BS. 38, 1, 6 sch. 9] ad dilectum olim non respondebant, ut proditores libertatis in seruitutem redigebantur. sed mutato statu militiae recessum a capitis poena est, quia plerumque uoluntario milite numero 11 meri suppleuntur. Qui filium suum subtrahit militiae belli tempore, exilio et bonorum parte multandus est: si in pace, fustibus caedi iubetur et requisitus iuuenis uel a patre postea exhibitus in deteriore militiam dandus est: qui enim se sollicitauit <sup>6</sup> ab alio, ueniam non 12 meretur. Eum, qui filium debilitauit dilectum per bellum indicto, ut inhabilis militiae sit, 13 praeceptum diui Traiani deportauit. Edicta Germanici Caesaris militem deserto [B. BS] <sup>7</sup> rem faciebant, qui diu auiisset, <sup>7</sup> ut is inter emansores haberetur. sed siue redeat quis et offerat se, siue deprehensus offeratur, poenam desertionis euitat: nec interest, cui se offerat 14 ferat uel a quo deprehendatur. | Leuius itaque delictum emansiois habetur, ut erroris [L. 45] 15 in seruis, desertionis grauius, ut in fugitiuis. Examinantur autem causae semper emansiois et cur et ubi fuerit et quid egerit: et datur uenia ualetudini, affectioni parentum <sup>8</sup> et adfinium, et si seruum fugientem persecutus est uel si qua huiusmodi causa sit. sed et ignorantia adhuc disciplinam tironi ignoscitur.

5 IDEM libro secundo de re militari. Non omnes desertores similiter puniendi sunt, sed <sup>8</sup> habetur et ordinis <sup>9</sup> stipendiorum ratio, gradus militiae uel loci, muneris deserti et anteaecae uitae: sed et numerus <sup>9</sup>, si solus uel cum altero uel cum pluribus deseruit, aliudus quid <sup>10</sup> crimen desertioni adiunxerit: item temporis, quo in desertione fuerit: et eorum, quae postea gesta fuerint. sed et si fuerit ultro reuersus, non <sup>10</sup> cum necessitudine, non erit eiusdem 1 sortis. Qui in pace deseruit, eques gradu pellendus est, pedes militiam mutat. [B. 57, 1, 18] 2 in bello idem admissum capite puniendum est. Qui desertioni aliud crimen adiungit, [B] grauius puniendus est: et si furtum factum sit, ueluti alia desertio habebitur: ut si pla-

F(XYMOG)

<sup>1</sup> lecto *ins.* <sup>2</sup> militia (cf. D. 50, 1, 15 pr.)? <sup>3</sup> alio (ἐτέρω B)? <sup>4</sup> gratiosiore (Salmasius)? <sup>5</sup> sed si id transactione decedit (Salmasius)? <sup>6</sup> se sollicitari sustinuit? <sup>7</sup> sed postea constitutum est, si animum reuertendi aliquando habuisset *similiae ins.* <sup>8</sup> ordinis et? <sup>9</sup> numeri (edd.)? <sup>10</sup> non] uel (Krueger)? aut non cum necessitudine del.

1 effugiens F<sup>1</sup> | lectus] lectus uel F: ἢ παραπροσποινόμενος τὸ εἶναι B (leg. mil.) 2 temporium (sic F) ... 3 exilium] ὁ πρὸς καιρὸν ἐξοριθεὶς εἰ μὲν αὐτὸς ἐκοιτίως στρατεύεται, εἰς νῆσον δεπορταγέται· εἰ δὲ παραπροσποινῆται καὶ ἀνάσχηται τῶν στρατεύοντων αὐτῶν, διηλεκτικῶς ἐξορίζεται B (leg. mil.) 3 re-legatus F<sup>2</sup> 5 de fu'nc'turo F<sup>2</sup> 7 postulat' est' sed F<sup>2</sup> 8 causae militiae F 10 ad-

solutus F<sup>2</sup> 11 exauctori F 13 post indulgendum *ins.* est extra ordinem F<sup>2</sup> 19 non] nam F: οἱ προσκαλούμενοι ἐπὶ τὸ στρατεύεσθαι καὶ ἀποφεύγοντες B (leg. mil.) | ut] F<sup>2</sup>, sed ut F<sup>2</sup> 20 milite numeri] militi numeri F<sup>2</sup> 22 multandu' m's F<sup>2</sup> | et re'tre'quisitus F<sup>2</sup> 24 debilitauit F<sup>2</sup> 26 sibe F<sup>2</sup> 36 desertioni's adiunxerit F<sup>2</sup> 40 habebitur F<sup>2</sup>

- 3 gium factum uel adgressura abigeatus<sup>1</sup> uel quid simile accesserit. Desertor si in urbe inueniatur, capite puniri solet: alibi adprehensus ex prima desertione restitui potest, iterum 4 deserendo capite puniendus est. Qui in desertione fuit, si se optulerit, ex [cf. l. 13 § 6 h. t. 5 indulgentia imperatoris nostri in insulam deportatus est. Qui captus, cum poterat redire, non rediit, pro transfuga habetur. Item eum, qui in praesidio captus est, in eadem condicione esse certum est: si tamen ex improviso, dum iter facit aut epistolam fert, capiatur 6 quis, ueniam meretur. A barbaris remissos milites ita restitui oportere Hadrianus rescripsit, si probabunt se captos euasisse, non transfugisse. sed hoc licet liquido constare non possit, argumentis tamen cognoscendum est. et si bonus miles antea aestimatus fuit, prope est, ut adfirmationi eius credatur: si remansor aut neglegens suorum aut segnis 10 aut extra contubernium agens, non credetur ei. Si post multum temporis redit qui [B] ab hostibus captus est et captum eum, non transfugisse constiterit: ut ueteranus erit restitendus et praemia et emeritum capit. Qui transfugit et postea multos latrones adprehendit et transfugas demonstrant, posse ei parci diuus Hadrianus rescripsit: ei tamen pollicenti ea nihil permitti<sup>2</sup> oportere. 15
- 6 IDEM libro tertio de re militari. Omne delictum est militis, quod aliter, quam disciplina communis exigit, committitur: ueluti segnitiae crimen uel contumaciae uel desidia. 1 Qui manus intulit praeposito, capite puniendus est. augetur autem petulantiae [B. 57, 1, 14 2 crimen dignitate praepositi. Contumacia omnis aduersus duces uel praesides militis capite punienda est. Qui in acie prior fugam fecit, spectantibus militibus propter exemplum 30 capite puniendus est<sup>3</sup>. Exploratores, qui secreta nuntiauerunt hostibus, proditores [B. 57, 1, 14 4 sunt et capitis poenas luunt. Sed et caligatas, qui meta hostium languorem simulauit, in pari causa eis est<sup>4</sup>. Si quis commilitonem uulnerauit, si quidem lapide, militia reicitur, si 7 gladio, capital admittit<sup>4</sup>. Qui se uulnerauit uel alias mortem sibi conuoluit, imperator Hadrianus rescripsit, ut modus eius rei statutus sit, ut, si impatientia doloris aut taedio uitae 25 aut morbo aut furore aut pudore mori maluit, non animaduertatur in eum, sed ignominia mittatur, si nihil tale praetendat, capite puniatur. per unum aut lasciuiam lapsis capitalis 8 poena remittenda est et militiae mutatio irroganda<sup>4</sup>. Qui praepositum suum [B. 57, 1, 16 non protexit, cum posset, in pari causa factori habendus est: si resistere non potuit, parcendum ei. Sed et in eos, qui praefectum centuriae<sup>5</sup> a latronibus circumuentum de- [B] 30 seruerunt, animaduerti placuit.
- 7 TARRUNTENUS PATERNUS libro secundo de re militari. Proditores<sup>6</sup> transfugae plerumque capite puniuntur et exauctorati torquentur: nam pro hoste, non pro milite habentur. 34
- 8 ULPIANUS libro octavo disputationum. Qui status controuersiam patiuntur, licet re uera 3 liberi sunt, non debent per id tempus nomen militiae dare, maxime lite ordinata, siue ex f. 483 libertate in seruitutem siue contra petantur. nec hi quidem, qui ingenui bona fide seruiunt: sed nec qui ab hostibus redempti sunt, priusquam se luant.
- 9 MARCIANUS libro tertio institutionum. Milites prohibentur praedia comparare [B. 57, 1, 16 3 in his prouinciis, in quibus militant, praeterquam si paterna eorum fiscus distrahat: nam 40 haec speciem Seuerus et Antoninus remiserunt. sed et stipendiis impletis emere permittantur. fisco autem uindicatur praedium illicite comparatum, si delatus fuerit. sed et si non-

F(XYMOG)

<sup>1</sup> abigeatusne? <sup>2</sup> promitti (edd.)? <sup>3</sup> sic ordina: 3. 5. 4. 6 (Krueger) <sup>4</sup> post admittit u. 24 ins. u. 27 per unum ... irroganda <sup>5</sup> centurionemue? <sup>6</sup> et ins.

3 optulerit] ruptulerit F<sup>o</sup> 5 in praesidio] ἐν τῷ βαρβάρων γῆ B (apud Cuiacium obs. 6, 26): non puto Graecos aliter legisse, sed praesidium accepisse de castellis limitaneis in solo barbarico factis. in praesidio capitur qui capitur in statione, ut qui eam relinquit, praesidio decedit (cf. D. 48, 4, 3 ibique adnotata)

7 milite's F<sup>o</sup> 10 neglegans F<sup>o</sup> 12 restitendus F<sup>2</sup> 14 posse et parci F<sup>1</sup> 21 est] f. es F 22 caligatis F<sup>o</sup> 26 animaduertatum F<sup>1</sup> 32 tarrun'tenus F<sup>2</sup> | proditores transfugae] οἱ προδότες καὶ οἱ ἀγρόμολοι B (Syn.) 40 militant] militiam F: ἀνα στρατεύεται B

- dum delata causa stipendia impleta sint uel missio contigerit, delationi locus non est. (B)
- 1 Milites si heredes extiterint, possidere ibi praedia non prohibentur.
- 10 PAULUS libro singulari regularum. Qui exoubias palatii deseruerit, capite pu- (B. 57, 1 n. 8  
1 nitur. Sed ex causa desertionis restitutus in militiam non aliter medii temporis stipen- (B)  
dium et donatua accipit, nisi hoc liberalitas principalis ei specialiter indulerit. 5
- 11 MARCIANUS libro secundo regularum. Ab omni militia serui prohibentur: alioquin ca- 8  
pite puniuntur.
- 12 MACER libro primo de re militari. Officium regentis exercitum non tantum in danda<sup>1</sup>, 8  
1 sed etiam in obseruanda disciplina constitit. Paternus quoque scripsit debere eum, qui se  
meminerit armato praeesse, parcissime comeatum dare, equum militarem extra prouin- 10  
ciam duci non permittere, ad opus priuatum piscatum uenatum militem non mittere. nam  
in disciplina Augusti ita canetur: 'Etai scio fabrilibus opetibus exerceri milites non esse  
'alienum, uereor tamen, si quicquam permisero, quod in usum meum aut tuum fiat, ne  
2 'modus in ea re non adhibeatur, qui mihi sit tolerandus'. Officium tribunorum est uel eo-  
rum, qui exercitui praesunt, milites in castris continere, ad exercitationem producere, claus 15  
portarum suscipere, uigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum interesse,  
frumentum probare, mensorum fraudem coercere, delicta secundum suae auctoritatis mo-  
dum castigare, principiis frequenter interesse, querellas commilitonum audire, naletudinarios  
inspicere. 19
- 13 IDEM libro secundo de re militari. Milites agrum comparare prohibentur in ea pro- 8  
uincia, in qua bellica opera peragunt, scilicet ne studio culturae militia sua auocentur. et  
ideo domum comparare non prohibentur. sed et agros in alia prouincia comparare pos-  
sunt. ceterum in ea prouincia, in qua<sup>2</sup> propter proelii<sup>3</sup> causam uenerunt, ne sub alieno  
1 quidem nomine eis agrum comparare licet: alioquin fisco uindicabitur. Is autem, qui contra  
disciplinam agrum comparauerit, si nulla de ea re quaestione mota missionem acceperit, 15  
2 inquietari prohibetur. Illud constat huius praescriptionis commodum ad eos, qui ignominiae  
causa missi sunt, non pertinere, quod praemii loco ueteranis concessum intellegitur: et  
ideo et ad eum, qui causaria missus est, potest dici pertinere, cum huic quoque praemium  
3 praestatur. Missionum generales causae sunt tres: honesta causaria ignominiosa. (B. 57, 1, 13  
honestae est, quae tempore militiae impleto datur: causaria, cum quis uitio animi uel cor- 20  
poris minus idoneus militiae renuntiat: ignominiosa causa est, cum quis propter delictum  
sacramento soluitur. et is, qui ignominia missus est, neque Romae neque in sacro comi-  
tatu agere potest. et si sine ignominiae mentione missi sunt, nihilo minus ignominia missi  
4 intelleguntur. Inreuerens miles non tantum a tribuno uel centurione, sed etiam a princi- 15  
pali coercendus est. nam eum, qui centurioni castigare se uolenti restiterit, ueteres nota-  
uerunt: si uitam tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit uel manum centurioni in-  
5 tulit, capite punitur. Eius fugam<sup>4</sup>, qui, cum sub custodia uel in carcere esset disces- (B)  
serit, in numero desertorum non computandam<sup>5</sup> Menander scripsit, quia custodiae refuga,  
non militiae desertor est. eum tamen, qui carcere effracto fugerit, etiamsi ante non de- 20  
6 seruerit, capite puniendum Paulus scripsit. ¶ Desertorem, qui a patre suo fuerat oblatus, 1. 433  
in deteriore militiam diuus Pius dari iussit, ne uideatur, inquit, pater ad supplicium  
filium optulisse. item diuus<sup>4</sup> Seuerus et Antoninus eum, qui post quinquennium deser-  
tionis se optulit, deportari iusserunt. quod exemplum et in ceteris sequi (Men. l. 5 § 4 h. t.  
nos debere Menander scripsit. 44
- 14 PAULUS libro singulari de poenis militum. Qui comeatu spatium excessit, emansoris 8  
uel desertoris loco habendus est. habetur tamen ratio dierum, quibus tardius reuersus est:  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> in ducendo? <sup>2</sup> proelii belli (delt.)? <sup>3</sup> eius fugam ... computandam] refugam ...  
computandum (PUNITUR'FUGAO = PUNITURREFUGAO: van de Water)? <sup>4</sup> diui (edd.)?

4 stipendi'o'm F<sup>2</sup> 8 non tantum in] in  
dandum F<sup>1</sup> 10 parcissim'e F<sup>2</sup> 12 disci-  
plina m' augusti F<sup>2</sup> 14 re n'am'on F<sup>2</sup> | tri-  
bonorum F<sup>1</sup> 17 auctoritat'em'is F<sup>2</sup> 18 a'u-  
dire F<sup>2</sup> 22 comum F<sup>1</sup> 23 in qua F<sup>2</sup>  
27 praemi'i' loco F<sup>2</sup> 30 animo F<sup>1</sup> 42 filium  
om. F<sup>1</sup> 46 est bis F<sup>1</sup>

de exceptionibus *praescriptionibus* et praeciudiciis 44, 1  
 de *praescriptis* uerbis et in factum actionibus 19, 5  
 de officio *praesidis* 1, 18  
 de probationibus et *praesumptionibus* 22, 3  
 de officio *praetorum* 1, 14  
 de *praeuaricatione* 47, 15  
 de *precario* 43, 26  
 de *priuat*is delictis 47, 1  
*pro* derelicto 41, 7  
*pro* donato 41, 6  
*pro* dote 41, 9  
*pro* emptore 41, 4  
*pro* herede uel *pro* possessore 41, 5  
*pro* legato 41, 8  
*pro* socio 17, 2  
*pro* suo 41, 10  
 de *probationibus* et *praesumptionibus* 22, 3  
 de officio *proconsulis* legati 1, 16  
 de *procuratoribus* et defensoribus 3, 3  
 de officio *procuratoris* Caesaris uel *rationalis* 1, 19  
 de *prozeneticis* 50, 14  
 de *publicanis* et uectigalibus et commissis 39, 4  
 de *Publiciana* in rem actione 6, 2  
 de *publicis* iudiciis 48, 1

*quae* in fraudem creditorum facta sunt, ut restituantur 42, 8  
*quae* res pignori uel hypothecae datae obligari non possunt 20, 3  
*quae* sententiae sine appellatione rescindantur 49, 8  
 de *quaestionibus* 48, 18  
 de officio *quaestoris* 1, 13  
*quando* appellandum sit et intra *quae* tempora 49, 4  
*quando* de peculio actio annalis est 15, 2  
*quando* dies legatorum uel fideicommissorum cedat 36, 2  
*quando* dies usus fructus legati cedat 7, 3  
*quando* ex facto tutoris uel curatoris minores agere uel conueniri possunt 26, 9  
 de aedilicio edicto et redhibitione et *quanti* minoris 21, 1  
*quarum* rerum actio non datur 44, 5  
*quemadmodum* seruitutes amittuntur 8, 6  
 testamenta *quemadmodum* aperiantur inspiciantur et describantur 29, 3  
*qui* et a quibus manumissi liberi non fiunt et ad legem Aeliam Sentiam 40, 9

II.

*qui* petant tutores uel curatores et ubi petantur 26, 6  
*qui* potiores in pignore uel hypotheca habeantur et de his qui in priorum creditorum locum succedunt 20, 4  
*qui* satisfacere cogantur uel iurato promittant uel suae promissioni committantur 2, 8  
*qui* sine manumissione ad libertatem perueniunt 40, 8  
*qui* testamenta facere possunt et quemadmodum testamenta fiant 28, 1  
*quibus* ad libertatem proclamare non licet 40, 13  
*quibus* ex causis in possessionem eatur 42, 4  
*quibus* modis pignus uel hypotheca soluitur 20, 6  
*quibus* modis usus fructus uel usus amittitur 7, 4  
*quibus* non competit bonorum possessio 38, 13  
 de *quibus* rebus ad eundem iudicem eatur 11, 2  
*quis* a quo appelletur 49, 3  
*quis* ordo in possessionibus seruetur 38, 15  
*quod* cuiuscumque uniuersitatis nomine uel contra eam agatur 3, 4  
*quod* cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicitur 14, 5  
*quod* falso tutore auctore gestum esse dicitur 27, 6  
*quod* iussu 15, 4  
*quod* legatorum 43, 3  
*quod* metus causa gestum erit 4, 2  
*quod* quisque iuris in alterum statuerit, ut ipse eodem iure utatur 2, 2  
*quod* ui aut clam 43, 24  
*quorum* bonorum 43, 2

*ratam* rem haberi et de *ratihabitione* 46, 8  
 de officio *procuratoris* Caesaris uel *rationalis* 1, 19  
 de tutelae et *rationibus* distrahendis et utiliturationis causa actione 27, 3  
 de *re* iudicata et de effectu sententiarum et de interlocutionibus 42, 1  
 de *re* militari 49, 16  
 de *rebus* auctoritate iudicis possidendis seu uendendis 42, 5  
 de *rebus* creditis si certum petetur et de conditione 12, 1  
 de *rebus* dubiis 34, 5  
 de *rebus* eorum qui sub tutela uel cura sunt sine decreto non alienandis uel supponendis 27, 9

10



- de *receptoribus* 47, 16  
 de *receptis* qui arbitrium receperint, ut sententiam dicant 4, 8  
 de captiuis et de postliminio et *redemptis* ab hostibus 49, 15  
 de aedilicio edicto et *redhibitione* et quanti minoris 21, 1  
 de *regula* Catoniana 34, 7  
 de diuersis *regulis* iuris antiqui 50, 17  
 de *rei* uindicatione 6, 1  
 de appellationibus et *relationibus* 49, 1  
 de *religiis* et sumptibus funerum et ut funus ducere liceat 11, 7  
*rem* pupilli uel adolescentis saluam fore 46, 6  
 de *remissionibus* 43, 25  
 de lege Iulia *repetundarum* 48, 11  
 de diuortii et *repudiis* 24, 2  
 de *requirendis* uel absentibus damnandis 48, 17  
 de actione *rerum* amotarum 25, 2  
 de diuisione *rerum* et qualitate 1, 8  
 de *rerum* permutatione 19, 4  
 de *rescindenda* uenditione et quando licet ab emptione discedere 18, 5  
 de in integrum *restitutionibus* 4, 1  
 de lege *Rhodia* de iactu 14, 2  
 de *ripa* munienda 43, 15  
 de *ritu* nuptiarum 23, 2  
 de *riuis* 43, 21  
  
 de *Saluiano* interdicto 43, 33  
 de *senatoribus* 1, 9  
 de lege Cornelia de falsis et de *senatus* consulto Liboniano 48, 10  
 de *senatus* consulto Macedoniano 14, 6  
 de *senatus* consulto Silaniano et Claudiano quorum testamenta ne aperiantur 29, 5  
 ad *senatus* consultum Tertullianum et Orfitianum 38, 17  
 ad *senatus* consultum Trebellianum 36, 1  
 ad *senatus* consultum Turpillianum et de abolitionibus criminum 48, 16  
 ad *senatus* consultum Uelleianum 16, 1  
 de *sententiam* passis et restituis 48, 23  
 de *separationibus* 42, 6  
 de *sepulchro* uiolato 47, 12  
 de *seruis* exportandis uel si ita mancipium uenerit ut manumittatur uel contra 18, 7  
 de *seruitute* legata 33, 3  
 de *seruitutibus* 8, 1  
 de *seruitutibus* praediorum rusticorum 8, 3  
 de *seruitutibus* praediorum urbanorum 8, 2  
 de *seruo* corrupto 11, 3  
  
 si a parente quis manumissus sit 37, 12  
 si ager uectigalis id est emphyteuticarius petatur 6, 3  
 si cui plus, quam per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicetur 35, 3  
 si ex noxali causa agatur, quemadmodum cauetur 2, 9  
 si familia furtum fecisse dicetur 47, 6  
 si ingenuus esse dicetur 40, 14  
 si is qui testamento liber esse iussus erit post mortem domini ante aditam hereditatem subripuisse aut corrupisse quid dicetur 47, 4  
 de uariis et extraordinariis cognitionibus et si iudex litem suam fecisse dicetur 50, 13  
 si mentor falsum modum dixerit 11, 6  
 si mulier uentris nomine in possessione calumniae causa esse dicetur 25, 6  
 si pars hereditatis petatur 5, 4  
 si pendente appellatione mors interuenerit 49, 13  
 si quadrupes pauperiem fecisse dicatur 9, 1  
 si quid in fraudem patroni factum sit 38, 5  
 si quis aliquem testari prohibuerit uel coegerit 29, 6  
 si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit 2, 11  
 si quis in ius uocatus non ierit siue quis eum uocauerit quem ex edicto non debuerit 2, 5  
 si quis ius dicenti non obtemperauerit 2, 3  
 si quis omisa causa testamenti ab intestato uel alio modo possideat hereditatem 29, 4  
 si seruitus uindictetur uel ad alium pertinere negetur 8, 5  
 si tabulae testamenti extabunt 37, 2  
 si tabulae testamenti nullae extabunt, unde liberi 38, 6  
 si tutor uel curator magistratus creatus appellauerit 49, 10  
 si uentris nomine muliere in possessionem missa eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur 25, 5  
 si usus fructus petetur uel ad alium pertinere negetur 7, 6  
 ad legem Corneliam de *sicariis* et ueneficis 48, 8  
 de uerborum *significatione* 50, 16  
 de *senatus* consulto *Silaniano* et Claudiano quorum testamenta ne aperiantur 29, 5  
 pro *socio* 17, 2  
 de *solutionibus* et liberationibus 46, 3


- soluto matrimonio dos quemadmodum petatur* 24, 3
- de *sponsalibus* 23, 1
- de *statu* hominum 1, 5
- de *statuliberis* 40, 7
- stellionatus* 47, 20
- de *stipulatione* seruorum 45, 3
- de *stipulationibus* praetoriis 46, 5
- de *vulgari et pupillari substitutione* 28, 6
- de *successorio edicto* 38, 9
- de *damno infecto et de suggrundis et projectionibus* 39, 2
- de *suis et legitimis heredibus* 38, 16
- de *supellectile* legata 33, 10
- de *superficiebus* 43, 18
- de *suspectis* tutoribus et curatoribus 26, 10
- de *tabulis* exhibendis 43, 5
- de *termino* moto 47, 21
- ad *senatus consultum Tertullianum* et *Orfitianum* 38, 17
- testamenta* quemadmodum aperiantur inspiciantur et describantur 29, 3
- de *testamentaria* tutela 26, 2
- de *testamento* militis 29, 1
- de *testibus* 22, 5
- de *tigno iuncto* 47, 3
- de *transactionibus* 2, 15
- ad *senatus consultum Trebellianum* 36, 1
- de *tributoria* actione 14, 4
- de *tritico* uino uel oleo legato 33, 6
- ad *senatus consultum Turpillianum* et de *abolitionibus* criminum 48, 16
- de *tutela* et *rationibus* distrahendis et *utili curationis* causa actione 27, 3
- de *contraria tutela* et *utili* actione 27, 4
- de *tutelis* 26, 1
- de *tutoribus* et *curatoribus* datis ab his qui *ius dandi* habent et qui et in quibus *causis* specialiter dari possunt 26, 5
- de *uacatione* et *excusatione* munerum 50, 5
- de *uariis* et *extraordinariis* cognitionibus et si *index* *litem* suam fecisse dicitur 50, 13
- ubi* *pupillus* educari uel *morari* debeat et de *alimentis* ei *praestandis* 27, 2
- ad *senatus consultum Uellianum* 16, 1
- de *actionibus empti uenditi* 19, 1
- ad *legem Corneliam* de *sicariis* et *ueneficis* 48, 8
- de *uentre* in *possessionem* mittendo et *curatore* eius 37, 9
- de *uerborum* obligationibus 45, 1
- de *uerborum* significatione 50, 16
- de *ueteranis* 49, 18
- de *ueteranorum* et *militum* *successione* 38, 12
- ui* *honorum* *raptorum* et de *turba* 47, 8
- de *ui* et de *ui armata* 43, 16
- de *uia* *publica* et *itinere* *publico* *reficiendo* 43, 11
- de *uia* *publica* et si *quid* in ea *factum* esse *dicatur* 43, 10
- de *rei uindicatione* 6, 1
- unde* *cognati* 38, 8
- unde* *legitimi* 38, 7
- si *tabulae* *testamenti* *nullae* *extabunt*, *unde* *liberi* 38, 6
- unde* *uir* et *uxor* 38, 11
- de *usurpationibus* et *usucapionibus* 41, 3
- de *usu* et *habitatione* 7, 8
- de *usu* et *usu fructu* et *reditu* et *habitatione* et *operis* per *legatum* uel *fideicommissum* *dati* 33, 2
- de *usu fructu* *adcrecendo* 7, 2
- de *usu fructu* *earum* *rerum* *quae* *usu* *consumuntur* uel *minuuntur* 7, 5
- de *usu fructu* et *quemadmodum* *quis* *utatur* *fruat* 7, 1
- usufructuarius* *quemadmodum* *caueat* 7, 9
- de *usuris* et *fructibus* et *causis* et *omnibus* *accessionibus* et *mora* 22, 1
- de *usurpationibus* et *usucapionibus* 41, 3
- ut* *ex* *legibus* *senatusue* *consultis* *bonorum* *possessio* *detur* 38, 14
- ut* *in* *flumine* *publico* *nauigare* *liceat* 43, 14
- ut* *in* *possessionem* *legatorum* uel *fideicommissorum* *seruandorum* *causa* *esse* *liceat* 36, 4
- ut* *legatorum* *seu* *fideicommissorum* *seruandorum* *causa* *caueatur* 36, 3
- uti* *possidetis* 43, 17
- utrubi* 43, 31
- de *vulgari* et *pupillari* *substitutione* 28, 6

**BEROLINI APUD WEIDMANNOS (I. REIMER).**

---

**TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE.**












POMMERSFELDENSIA.

1:









FRAGMENTA

2.

24


25


30



POMMERSFELDENSIA .

2'










POMMERSFELDENSIA.

3'




5

10

15

20







8.

FRAGMENTA POMMERSFELDENSIA .

4.

4.








FRAGMENTA

5.




5

10

15

S S S  
Requ  
N






[ SUPERSEDED ]

**DIGESTA**  
**IUSTINIANI AUGUSTI**





**DIGESTA**  
**IUSTINIANI AUGUSTI**

**RECOGNUIT**

**ADSUMPTO IN OPERIS SOCIETATEM PAULO KRUEGERO**

**TH. MOMMSEN**

**UOL. I**

**ACCEDUNT TABULAE DUAE**

---

**BEROLINI**  
**APUD WEIDMANNOS**  
**MDCCCLXVIII**



18 1891

**EDUARDO BOECKINGIO**

**ADOLPHO FRIDERICO RUDORFF**

**IURISCONSULTIS PHILOLOGIS**

**SOCIIS COLLEGIS AMICIS**

**D · D**



**P**raefatio donec prodibit opere absoluto editionis huius Iustiniani digestorum subsidia rationesque data opera explanatura, interim quaedam monere visum est de critico apparatu. nam satis aperta sunt per se opinor quae in huiusce editionis marginibus proponuntur cum auctorum Latinorum interpretumque Graecorum citationes tum indicationes quattuor partium earum, in quas uolumina digestorum causa a Iustinianis auctoribus enucleata distributa esse Blunius repperit, Sabinianam (*S*) edictalem (*E*) Papinianam (*P*) appendicem (*A*): hoc tantum addendum leges unamquamque partem finientes distingui addita nota *f* (e. c. *Sf*), item leges ita transpositas, ut partem suam non egrederentur, distingui asterisco post litteram collocato (e. c. *S\**), ex sua autem parte in aliam translatas asterisco ante litteram collocato (e. c. *\*S*). subsidia autem illa mea, de quorum iusto et proprio usu huius editionis utilitas tota pendet, quadripartita sunt: scilicet consistunt in libris ordinis melioris, in auctorum locis alibi laudatis, in Graecarum interpretationum reliquiis, denique in libris secundariis. de hisce iam ordine agemus.

I. Inter codices primi ordinis longe primarium locum tenere Florentinum nemo ignorat: nam reliqui etsi non deteriores sunt, tamen non habent nisi ingentis corporis paucas pagellas.

1. Florentinus liber postquam a. 1553 sedulo editus est a Taurellis duobus Laelio patre et Francisco filio bis quod sciam collatus est totus, primum a. 1680 a Laurentio Theodoro Gronouio, quam collationem hodie seruat bibliotheca uniuersitatis Lugdunensis, deinde a. 1711 ab Henrico Brenemannio, quam collationem postea illatam in bibliothecam uniuersitatis Gottingensis (ms. iurid. 38, Brenemannianorum uol. X) adhibuit in editione Gottingensi a. 1776 G. Chr. Gebauer. usurpauit utramque collationem, sed Brenemannianum librum scriptum etsi inspexi, tamen insuper habui et contentus fui editis inde a Gebauero. tertium a. 1862/3 librum excusserunt meo iussu duo uiri strenui peritique Adolphus Kiessling et Augustus Reifferscheid ita, ut non solum ad primariam scripturam attenderent, sicut fecerunt fere qui antea eodem officio functi sunt, sed praeterea cuiusuis aetatis emendationes in eo libro perscriptas pari diligentia notarent manusque emendatorum quatenus eius fieri posset ad singulas emendationes distinguerent. praeterea cum conferrent librum cum editione Gebaueriana, attendere eos iussi simul ad ea, quae de Florentino libro in notis afferuntur auctore Brenemannio, eaque aut confirmare testimonio suo aut emendare: unde ubi editio haec discedit a Brenemannianis Gebaueri, id quod saepe fit maxime in iudiciis de emendationum aetatibus et auctoribus, hoc factum non est nisi contraria testatione perpensa et in re praesenti reiecta. denique ea, de quibus postea, ut fit, dubitare coepi, praesertim adhibita collatione Gronouiana, quamquam pauca fuerunt et fere exigua, tamen omnia submisi Reifferscheidio nuper in Italiam reuerso, qui libro denuo inspecto dubia ea soluit. ita iam non tam mea opera quam illorum industria uel in minimis de Florentina lectione satis uidetur constare. eiusmodi autem cura in hoc certe libro minime superuacua est, cum in quaestione implicatissima, quatenus secundi ordinis libri descripti esse uideri possint ex Florentino, uel eae mutationes momentum suum habeant, quae non habent ad lectionem constituendam. sed accedit aliud idque grauissimum, scilicet quod Florentinus

liber eadem aetate qua scriptus est item perpetuam emendationem subiit ad exemplum digestorum antiquissimum et optimum, ut iam unus liber duorum instar sit: id quod quamquam ante nos nequaquam ignorabatur, tamen quatenus pertinet nunc demum intellegitur, cum ex emendationibus manus secundae pleraeque eaeque optimae apud priores editores tacite magis admissae sint quam diserte adnotatae. sed quae ratio intercedat inter libri scriptorem et emendatorem et utra auctoritas potior sit, tum quaeremus, cum editione hac ad finem perducta uniuersa uaria lectio publice proposita erit: est enim quaestio anceps et admodum difficilis. nunc hoc tantum observabo secundum scriptorem plurimis quidem locis primariam scripturam emendauisse ex libro scripto praestantissimo, ut quod digesta in uniuersum expedite leguntur et solita librorum portenta perraro in contextu apparent, id maxime factum sit propter emendationem illam antiquissimam: sed eundem librum secundum aliis locis neque iis paucis traditam lectionem perperam ex ingenio cum emendare uellet interpolauisse, ut saepe dubius haereas, utram scripturam sequere. sane quod hodie critici commendare solent quodque utique plerumque consentaneum, certe semper commodum est, ut unum aliquem auctorem tamquam ducem tibi deligas, quem non relinquant nisi propter idoneam causam, id magnopere uereor, ut ad hanc quaestionem inter Florentinam priorem et posteriorem certa ratione unquam conuertatur. equidem ingenue fateor saepe me in ea diiudicatione incertum haesisse: quamquam in summa re emendatoris auctoritas apud me potior fuit multis locis iniuria sprete a prioribus editoribus.

Florentini libri uix est quod moneamus integram uariam lectionem hic edi, ut uel orthographica omnia quae in textum non sunt recepta (recepti autem quaecumque si non uera at certe tolerabilia uidebantur) suis locis indicarentur in adnotatione: nisi quod non adscripsimus, quotiens emendator in numeralibus quale est *uicenisimus* litteram sustulerit a primo librario perpetuo fere positam, nec magis adnotauimus prauam uocabulorum diuisionem saepe ab emendatore ad ueram formam reuocatam. denique de librorum inscriptionibus melius agetur in operis praefatione, ubi proponuntur coniunctae. in Florentina scriptura referenda significauit

*F*<sup>o</sup> primitiuam scripturam mutatam manu eadem:

*F*<sup>1</sup> emendationem librarii primi:

*F*<sup>2</sup> primitiuam scripturam non a prima manu mutatam, sed a secunda:

*F*<sup>3</sup> emendationem librarii secundi emendatoris ordinarii:

*F*<sup>4</sup> emendationem profectam ab antiqua quidem manu, sed non correctoris ordinarii<sup>1)</sup>:

*f* emendationem aetatis recentioris, id est Bononiensis:

*F*<sup>oo</sup> Florentini libri lectionem, qualis fuit antequam emendaretur a manu antiqua incerta, siue ea primi librarii fuit siue emendatoris antiqui.

*F*<sup>oo</sup> indicat Florentini libri lectionem emendatam a manu antiqua incerta.

•• in his quae afferuntur ex Florentino libro litteras comprehendunt postea deletas, scilicet ubi sequitur *F*<sup>o</sup>, a manu prima, ubi sequitur *F*<sup>2</sup>, a manu secunda, ubi sequitur *F* nudum, a manu antiqua incerta. exempli causa *po'te'st F*<sup>1</sup> indicat codicis librarium scripsisse *po'test*, ipsum emendasse *post*: *po'te'st F*<sup>2</sup> indicat librarium codicis scripsisse *po'test*, emendatorem inde fecisse *post*.

•• in his quae afferuntur ex Florentino libro similiter litteras comprehendunt postea adiectas siue a manu prima siue a manu secunda siue a manu antiqua incerta, prout sequitur aut *F*<sup>1</sup> aut *F*<sup>2</sup> aut *F* nudum.

<sup>1</sup> Errore meo factum est, ut in primis plagulis male daretur *f* pro *F*<sup>3</sup> locis his: p. 4, 2 (ubi non *quanti* est in codice, sed *qua uti* itaque lectio librorum reliquorum *aliqua uti* in ipso Florentino libro adest ex emendatione antiqua). p. 6, 7. p. 8, 16. 20. 22. p. 9, 10. 17. p. 43, 5. 10. 35. p. 44, 12 (sed dubitatur de manu). p. 45, 4. 6. 15. 21. p. 46, 40. p. 48, 27. p. 50, 31. p. 51, 38. 39. p. 52, 19. p. 53, 19. p. 55, 13. p. 57, 8. 10. 12. 24. 28. 32. p. 59, 3. 4. 13. 26. 31. p. 60, 2. 11. 21. 35. p. 61, 33. p. 63, 2. p. 64, 7. Ceterum emendationes hae ab iis, quae proficiuntur a correctore ordinario, auctoritate non multum uidentur differre: scilicet aliae *po'test* uidentur ex exemplo magis emendato, aliae ex coniectura.

### III

? signum interrogationis maius (sic *F<sup>1</sup>*?) indicat ipsam lectionem dubiam esse, minus (sic *F<sup>2</sup>*) dubitari de emendationis auctore, utrum sit is qui codicem scripsit an emendator posterior. quod similiter pertinet ad reliquos codices. praeterea tenendum est signum id semper referri ad solam notam proxime praecedentem, ut ubi legitur e. c. *PV?LU*, sola Vaticani libri lectio dubia habenda sit.

Quinternionum denique foliorumque codicis Florentini numeros in editionis margine adscripsimus.

Haec interim sufficient de libro primario Florentino.

2. Palimpsesti codicis digestorum Neapolitani (*N*) quae supersunt pertinentia ad librum eorum decimum expressi in additamento primo adiectis etiam scripturae speciminibus: ibidem exposui de subsidiis quae ad ea edenda nactus sum. lectionem Florentinam liber Neapolitanus duobus locis p. 310, 27 et p. 329, 18 supplet, item duobus p. 310, 7. 21 uerba male repetita expellit, quattuor locis tollit mendas, sed leues omnes, p. 310, 15. p. 328, 34. p. 329, 15. p. 335, 3.

3. Codicis digestorum in papyro scripti Schoenborniani (*S*) quae supersunt pertinentia ad librum digestorum quadragesimum quintum item expressi in additamento secundo, ubi pariter dixi de libri indole subsidiisque meis.

4. Libri decimi titulum primum, qui est finium regundorum, habemus in gromaticorum (*G*) corpore eo quod seruauerunt libri duo saeculi noni uel decimi, Guelferbytanus Gudianus n. 105 collatus a Carolo Lachmanno, et Vaticanus Palatinus n. 1564 mea causa recognitus a Reinholdo Kekulé: uideantur huius ed. p. 306 et gromaticorum editionis Lachmannianae vol. 2 p. 42 sq. quod corpus qui condidit mentor aetatis fortasse Iustinianae titulum eum desumpsit ex digestorum codice a Florentino diuerso et magis emendato, unde in hoc titulo Florentina lectio ex gromatico libro suppletur sexies (p. 306, 10. 16. 18. p. 307, 14. 18. 24), emendatur item sexies (p. 306, 22. p. 307, 3. 4. 5. 25. p. 308, 3).

II. Secundo loco adhibui ut par erat et in margine citauit pauca quae hodie supersunt uolumina ex ingenti numero eorum quae excusserunt Iustiniani prudentes, Gaii institutiones Pauli sententias Ulpiani regulas: deinde ex capitibus in digesta relatis si qua redeunt in aliis iuris tractatibus quos habemus, maxime in fragmentis quae dicuntur Uaticanis et in collatione legum Moosaicarum et Romanarum: denique qui loci in iure Iustiniano aut bis leguntur (quo item quodammodo referas capita quaedam quae ex digestis transiisse uidentur in partes Institutionum non Gaianas) aut alio loco proponuntur alio citantur adscripto nomine iurisconsulti. nam a locis qui non sunt nisi similes in margine laudandis consulto abstinui. ita quae afferuntur rara quidem sunt, sed eadem utilissima: inde enim intellegimus, quid secuti sint digestorum conditores, cum ea quae apud auctores inuenissent aut in compendium redigerent aut data opera immutarent. hinc commodum uisum est eius generis uariam lectionem plenam adnotare in marginis inferioris loco superiore.

III. Byzantii prudentes qui saeculo sexto digesta Graece uerterunt quantum conferant ad eorum orisum licet nemo ignoret, tamen clarius etiam quam antea hac mea editione uero demonstrari: nam ut uerum fateamur, perpetua subsidia in digestis emendandis non habemus nisi Florentinum librum ipsum eiusdemque correctorem et Graecarum uersionum reliquias. nec dubitandum est, ubicunque Florentina lectio aut prior aut posterior confirmetur Graecorum auctoritate, ibi, excepto casu rarissimo et fortasse unico qualis habetur p. 3, 17, tenere nos ipsam archetypi Iustiniani scripturam et eatenus in ea adquiescendum esse, ut, si quid in ea erratum esse deprehenditur, ibi compilatores credendi sint aut adhibuisse libros parum emendatos aut ipsi errasse. ceterum de Graecarum uersionum natura et usu hoc loco non disseram, cum quaestio et longa sit et uix mea: pauca tantum adnotabo quae maxime ad hanc editionem pertinent. notum est nullam digestorum Graecam uersionem extitisse factam *κατὰ πόδα*, qualis fuit Codicis Iustiniani interpretatio Thalelaeana: sed aut latius exspatiantur digestorum interpretes, ut uersio ad commentarii formam prope accedat, quales sunt quae sub nomine *τοῦ πλάτους* laudantur quaeque hodie fere leguntur inter reliquias scholarum Stephanianarum: aut digestorum uerba proponunt in compendium redacta, quod facere solet et Cyrillus, cuius uersionis partem non exiguam seruant



### III

scholia Basilicorum, et Anonymus, cuius uersionem hodie legimus fere pro eorum textu recepto. sane caute adhibendae sunt utriusque generis interpretationes, quippe quarum auctores modo omittant quaedam modo de suo addant modo tradita emendent: quique eas adhibebit, nisi antea et uniuersam earum indolem perdidicerit et diligenter examinarit in singulis titulis quaenam Graecorum interpretum condicio sit (uariat enim secundum libros Basilicorum, cum scholiorum ratio minime aequabilis sit), ne is uideat, ne Graecorum commentis Latina corrumpat magis quam corrigat. equidem tantum absum ut rem perfecisse me contendam eaque omnia ex Graeco corpore iuris attulisse, quae inde ad digestorum crisin utilia afferri possunt, ut haec omnino editionis criticae notis comprehendere posse negem: immo qui uere elaborabit in digestis emaculandis, ei semper redeundum erit ad ipsos Graecos. sed tamen non puto hoc nomine me nihil egisse. nam primum curauit, ut ubi uerae auctoritates inter se dissident, maxime ubi Florentina manus prior posteriorque in diuersa abeunt, eam litem si fieri potest finirem allato Graecorum testimonio. non idem feci ubi dissident inter se codices Bononienses et Florentini, cum illorum auctoritas tam exigua sit uel potius nulla, ut qui Florentinam ope Graecorum tueantur aduersus Accursium uel adeo Haloandrum, si mihi probare uideantur meridie solem lucere: contra sicubi secundi ordinis libri praeter consuetudinem uerum uidentur seruasse idque confirmatur a Graecis, eiusmodi consensum ut par erat diligenter adnotauit. praeterea ubi Florentinam lectionem aut constat aut certe suspicari licet hiare uel corruptam esse, si qua repperi apud Graecos ad eiusmodi locorum crisin pertinentia, siue traditam lectionem confirmabant ea siue inde recedere uidebantur, omnia adscripsi, ratione habita etiam interpretationum diuersarum: nam ubi duas uel tres eiusdem loci uersiones Graecas inter se conferre licet, id quod fieri potest non raro, nemo non intellet quantum inde crisis etiam Latinorum proficiat. — In Basilicis, quae notauit littera *B* adiecto praeterea plerumque interpretis nomine, adhibuisse me editionem Heimbachianam cum supplemento quod edidit Zachariae consentaneum est: adhibui praeterea Epitomen iuris editam ex parte maiore in eiusdem iuris Graeco-Romani uolumine secundo (Lipsiae 1856 p. 265 sq.) et tractatum de temporibus siue τὰ χρονία editum ab eodem (Heidelbergae 1836), licet ex neutro libello multum profecerim: ab reliquis autem Byzantii iuris auctoribus eo magis abstinui, quod non ex iuris Iustiniani libris pendent, sed ex ipsis Basilicis.

IV. Restant secundi ordinis libri, scilicet qui sunt scripti inde a saeculo nono, profecti fere a iuris auctoribus Bononiensibus. et in ea quidem digestorum parte quam ii appellare solent digestum uetus, complectente digesta a principio usque ad 24, 3, 2 uerb. *Ulpianus libro trigesimo* (ibi enim finiunt libri scripti uetustiores omnes) ad hanc editionem ornandam adhibiti sunt eius generis libri quinque hi:

*R* = codex bibliothecae publicae Berolinensis olim Rosnyanus Lat. fol. n. 269 saec. IX, omnium huius classis antiquissimus et praestantissimus, sed qui praeter extremam partem Institutionum non habet nisi D. 1, 1, 1 — 5, 24. 6, 8 — 7, 3. contuli ipse et uariam lectionem attuli plenam. scripturae specimen methodo photolithographica paratum exhibet tabula adiecta prior.

*P* = codex bibliothecae publicae Parisinae n. 4450 scriptus saec. XI exeunte uel incipiente XII, id est eo tempore quo floruit Irnerius († post a. 1118), omnium huius classis, qui quidem integri sint, antiquissimus et praestantissimus. contulit eum primum Schraderi causa Kauslerus Parisiis, denuo ego Berolini. scripturae specimina tria exhibent tabulae adiectae.

*V* = codex bibliothecae Uaticanae n. 1406 item saec. XI exeuntis uel incipientis XII et praecedenti libro ut aetate suppar, ita per omnia simillimus, ut ex eodem archetypo utrumque descriptum esse manifestum sit. usus sum collatione, quam Schraderi causa Blumius confecit, seruata hodie in bibliotheca Tubingensi ms. 303. XIII: praeterea meo iussu Reinholdus Kekulé contulit denuo libri quinti titulos 3 — 6.

*L* = codex bibliothecae uniuersitatis Lipsiensis n. 873, cuius pars antiqua scripta est imperite et parum emendate saec. XII: reliqua adiecit librarius saec. XIII. contuli ipse Berolini. specimina scripturae duo exhibent tabulae.

*U* = codex bibliothecae uniuersitatis Patuinae n. 941 saec. XII a librario prudentissimo optime scriptus. contuli ipse Berolini. specimina scripturae tria exhibent tabulae. Horum librorum duo tantum integri sunt *PU*: a *V* aut absunt aut recentius suppletæ sunt partes quaedam librorum 7. 11. 12. 15. 20. 21: codicis *L* pars uetustior non habet nisi libros 3—15. 22—24 neque eos integros omnes: ex *R* denique non superesse nisi partem libri primi supra iam obseruau. quæ omnia accuratius indicabunt auctoritates in ima singularum paginarum margine indicatæ notis suis. digestis quæ præfiguntur in libro Florentino a secundi ordinis libris absunt omnia, nisi quod titulorum index et quidem omnium quinquaginta librorum est in uno codice *P* inter libros nonum et decimum medius interiectus. contra legum inscriptiones codices quibus usi sumus omnes habent plenas: Graeca plena et satis emendata habet *R*, cum ceteri pleraque eorum omitant, reliqua proponant plus minus deprauata, sed ut *PV* hoc nomine longe præstent reliquis duobus. hoc aegre fero nullum me huiusce ordinis librum nancisci potuisse, qui ita manserit, ut initio per-scriptus fuit: nam quotquot extant libri antiquiores, eorum pristina lectio a posterioris aetatis prudentibus exacta est ad receptam postea apud Italos et quodammodo ordinariam Bononiensem, ut aliis locis modo in hoc modo in illo libro primitiua scriptura adhuc dignoscatur, aliis plane perierit. eiusmodi pristinae codicis alicuius scripturae defectum propter lituram significandi fere uerbis *def. P<sup>a</sup>* et sic deinceps. non attendi autem in his libris omnibus nisi ad primitiuam scripturam, ut tamen in Parisino libro scriptura primitiua postea mutata semper distingueretur addita nota (*P<sup>a</sup>*) a scriptura antiqua quæ mansit (*P*). praeterea emendationes non indicaui nisi ex certa causa, maxime ut immutationum et interpolationum propages inde perciperentur: ubi autem indicare eas uisum est, id feci numquam morans in manibus distinguendis, sed his notis perpetuo usus, ut primitiuam scripturam significarem a litterula (*P<sup>a</sup>*), emendationem siue eiusdem manus siue posterioris littera *b* (*P<sup>b</sup>*), emendationem si qua est secundam littera *c* et sic porro. denique primitiua quoque scripturae discrepantiam plenam non attuli nisi duorum librorum primariorum *RP* suppressisque in his quoque orthographicis omnibus, quæ ex libris post Carolum magnum scriptis ut proferat nemo a se impetrabit qui cur quid faciat secum reputare soleat. denique ubi propter lituras de quibus diximus hodie deficit Parisini libri prima manus, eum defectum plerumque ibi tantum indicaui, ubi ex reliquis libris intellegatur Parisini lectio primitiua a Florentina diuersa: neque enim tanta est Parisini libri auctoritas, ut operæ pretium sit scire, quibus locis olim recedere potuerit a Florentina, cum pristina scriptura ipsa neque in eo appareat neque ex affinis libris efficiatur. reliquis tribus libris *VLU* ita usi sumus, ut sicubi aut discrepant *F* et *RP* aut deficit, ut dixi, Parisini manus prima, eos adhiberemus, contra ubi consentiunt *FRP* uel, ex quo *R* deficit, ubi consentiunt *FP*, reliquorum dissensum insuper haberemus: id quod in auctoritatibus allegandis ita significauimus, ut codices non plene collati a reliquis distinguerentur uirgulis circumductis sic (*VLU*). ceterum excepto libro Uaticano, de quo ne quid colligant lectores moneo ex mero silentio (neque enim ita collatum habui ut satis de lectione constaret praeterquam in uerbis diserte inde enotatis), cum quattuor reliquos libros ipse una excusserim diligenter, primarii duo etiam bis repetita lectione collati sint, ex eorum uaria lectione non multa casu praetermissa esse confido.

His quinque libris scriptis contentus missa feci excerpta media aetate ex digestis sumpta, ut magistri Uacarii et quæ sunt eius generis alia, cum et tempore posteriora sint ipsis libris scholæ Bononiensis qui hodie extant antiquissimi et lectionem sequantur uel his libris longe deteriorem. spreui item secundi ordinis libros reliquos, qui ingenti numero extant per omnes bibliothecas dispersi, cum eorum complures aut collatos haberem ab aliis Schraderi causa aut nullo negotio parare potuissem a me conferendos. similiter abiici editiones omnes cum alias tum Haloandrinam (a. 1529). hi enim libri tam scripti quam editi ita pendet a prioribus, ut quidquid proprium habent tribuendum sit aut repetitæ Florentini codicis lectioni (cuius generis praesertim ea sunt quæ in marginibus librorum meliorum afferuntur ex 'Pisana' passim nomine citata, in ordinem autem uerborum recepta non leguntur nisi in libris inde a saeculo XIII exaratis, desumpta ex collatione Florentini

libri instituta post stabilitam quodammodo lectionem ordinariam Bononiensem) aut errori librorum aut, si quando propriam eamque probabilem lectionem proponunt, emendationi et coniecturae: quas coniecturas antiquas ubi in libro scripto offendi, nomine librorum deteriorum (*dett.*<sup>1</sup>) allegare soleo, ubi in libro edito, editiones (*edd.*) cito. scio apud iuris prudentes, quorum hodie auctoritas obtinet, eius generis libros mirifice suspici: neque tamen apud quemquam eorum explanatum uidi, cur audire malint qui exararunt petias istas Bononienses quique deinde easdem petias typhothetis tradiderunt quam librum non dicam Florentinum, at certe Parisinum Uaticanumue duobus minimum saeculis anteriores. nec magis ullam lectionem allatam uidi siue ex libro cum glossa ordinaria siue ex Koburgerianis illis et Iensonianis et Ragazzonianis editionibus uel adeo ex ipso Haloandro, quae apud antiquiores non reperiatur neque certa ratione repetatur aut ex errore librarii editorisue aut ex emendatione. quod si qui improbabant, eorum est contrarium docere et demonstrare, quinam ex librariis editoribusue illis codicem nactus sit ab iis quibus adhuc utimur diuersum indeque digestorum uerba emendarit. sed tamen ne nimium sumpsisse mihi uidear (fortasse enim, ex quo iuris consultorum castra deserui et contuli me ad philologos homines suspiciosos et librorum nouiciorum hodie fere contemptores, inhabilis factus sum ad istius generis thesauros recte aestimandos), in additamento tertio speciminis causa uariam lectionem exhibui excerptam ex eiusmodi generis libris aliquot, qui forte ad manus fuerunt, ut inde appareret nihil in iis reperiri quod et proprium et bonum sit, Haloandrum autem, qui nescio quomodo saepius citatur quam reliqui editores antiqui pariter inutiles, non proposuisse nisi lectionem uulgatam multis locis recte emendatam ad Florentinam, plurimis autem coniecturae eaque plerumque temeraria, raro felici.

Longe difficilior quaestio est de ipsis illis libris, quos in secundo ordine primum locum obtinere uidimus: cui disquisitioni cum locus futurus sit in praefatione editionis absolutae (neque enim recte institui potest nisi publice proposita uaria lectione codicum secundi ordinis meliorum, certe quatenus peruenit digestum uetus), interim paucis comprehendemus quae necessaria uidentur esse, ne fallantur qui hac editione utentur in ea adhibenda et maxime in librorum *PVLU* uaria lectione aestimanda: nam ad *R* quatenus pertineant quae iam dicentur, non definio.

1. Secundi ordinis codices digesti ueteris originem ducere ex codice eodem hodie deperdito (*Z*) probant cum innumeri loci pariter aut hiantes aut corrupti in codicibus secundi ordinis omnibus tum quattuor foliorum transpositio in libro *XXIII*, quam habent habueruntque codices nostri quattuor *PVLU* omnes quamque aliqua ex parte tabula secunda repraesentat. eae mendae cum a prudentibus recentioribus deinceps magna ex parte corrigerentur ope codicis Florentini (quamquam non paucae earum uel in recepta lectione Bononiensi adeoque in Haloandrina resederunt neque sublatae sunt omnes nisi editione Taurelliana ad ipsum Florentinum librum exacta), sequitur, ut codices, qui deriuantur ex archetypo deperdito *Z*, quo antiquiores sunt, eo propius accedant ad eius lectionem, cum recentiores magis magisque ad Florentinam deflectant: ita uel inter nostros libri *PVL* multis locis et quidem aliis alius antiquam lectionem seruant, ubi liber *U* ad Florentinam exactus est.

2. Codicem *Z* negari non potest et ipsum descriptum fuisse ex libro Florentino. probant hoc primum quaecumque ex digestis reperiuntur seruata in libris Florentino auctoritate paribus, scilicet et titulus finium regundorum qualem exhibet corpus gromaticorum et laciniae Neapolitanae: nam quaecumque ueri hi testes in Florentina lectione emendant, in iis codicis *Z* propago conspirat cum Florentina. deinde mendae libri Florentini uel minimae quaeque et apertissimae redeunt fere in libris secundi ordinis eoque magis redeunt, quo ipsi libri praestantiores sunt. tum quibusdam locis, ubi pristina lectio Florentina ab emendatore perperam mutata est, secundi ordinis libri et ipsi interpolationem receperunt (ita e. c. p. 252, 5. p. 329, 10): contra aliis locis iisque longe pluribus, ubi in Florentino libro uerba quaedam recte sublata mutatae sunt, alterius classis codices lectionem habent

<sup>1</sup> Itaque ubi *R* extat, '*dett.*' significant libros reliquos siue omnes siue quosdam excepto Bero-  
linensi: item ubi *R* deficit, libros reliquos siue omnes siue quosdam excepto Parisino.

## VII

oriundam ex Florentina priore posterioreque male conflata (e. c. p. 328, 5). eiusmodi errores uel in ea parte quam nunc edidi abundant, quorum originem nisi ad artificia confugas a uera critica arte aliena nemo explicabit nisi ut hoc sumat codicis *Z* scriptorem ante oculos habuisse ipsum librum Florentinum. addam simile argumentum desumptum ex D. 23, 3, 9. 10 omnium eius generis euentissimum. nimirum in dictae legis 9 § 1 inter uerba *dominium inuito et eo fatendum est* codices *PVLU* interponunt uerba *uitur eueniet enim si aestimata sit et ea mulier* desumpta ea ex l. 10 pr., ubi desunt: scilicet eadem uerba cum omisisset Florentini codicis librarius, suppleuit qui eundem emendauit in fine paginae proxime praecedentis, quae pagina cum finiat uerbis *dominium inuito*, qui librum descripsit facillime supplementum ibi adnectere potuit, ubi uere legitur in codicibus ex *Z* propagatis neque ad Florentinum denuo exactis. — Sane in hac secundi ordinis librorum deriuatione si consistere liceret, peruentum esset ad solutionem si non expetitam, certe expeditam: scilicet secundam classem uniuersam abiciendam esse. sed aliter res se habet: nam adsunt loci pauci, sed certi, ubi secundi ordinis librorum lectiones Florentinam aut emendant aut suppleunt confirmanturque adeo interdum mirifice ab interpretibus Graecis. quare hoc solum restat ut statuamus codicem *Z* descriptum quidem fuisse ex Florentino, sed postea hic illic emendatum ad librum paris auctoritatis (*Y*), cuius exigua sane et incerta, sed tamen aliqua notitia per eos solos libros ad nos manarit. id quod confirmant loci quidam in Parisino maxime libro ita comparati, ut in eius prototypo gemina lectio adfuisse uideatur, scilicet tam Florentina quam adscripta ei uel superscripta lectio archetypi alterius.

3. Denique tenendum est uel antiquissimos secundae classis libros multis locis pessum datos esse non librorum incuria, sed scholastica interpolatione: ita, ut paucis exemplis defungar, antiqui illi formulam *e re esse* cum non intellexerent, bis (D. 12, 1, 1. 13, 5, 18, 2, ubi tamen *P* uerum seruauit) mutarunt in *bene esse*: item D. 12, 2, 5, 1, ubi Ulpianus scribit 'iureiurando propria superstitione iurato standum esse', 'ei non standum esse' illi praescribere maluerunt: tum totum caput commentiticium legitur apud eosdem p. 281, 29: denique D. 1, 5, 17 cum scriptum sit in *FR* 'in orbe Romano qui sint ex constitutione imperatoris Antonini ciues Romanos effectos esse', ex orbe Romano 'urbem Romanam', ex imperatore 'diuum Antoninum' effecerunt. hae traditarum rerum uerborumque immutationes sane peruersae et ab interpolatione non alienae neglegendae quidem non sunt: nam cum interpolationes illae in libris ex *Z* deriuatis omnibus adsint itaque dubitari non possit quin perscriptae fuerint in eo ipso codice saeculi opinor minimum undecimi incipientis, indicia sunt sine dubio Irnerio uetustiora et omnino antiquissima quae habemus interpretationis digestorum apud Italos renascentis. at codicum auctoritati inde multum detrahatur, quod non solum contaminati esse deprehenduntur, sed etiam interpolati.

Haec igitur est secundi ordinis codicum indoles et natura. sequitur ut consensus librorum deteriorum cum Florentina lectione hanc nequaquam confirmet, item, ubi dubius haereas inter Florentinam pristinam et eandem emendatam, ut nullum alteri utri adminiculum inde accedat, quod secundae classis libri aut cum hac aut cum illa conspirant. deinde huic ordini propriae lectiones, etiamsi eius generis libri uel omnes uel certe antiquiores constanter eas retineant, tamen plerumque deriuari et possunt et debent ex mera negligentia uel adeo interpolatione eorum qui ante Irnerium Florentinum librum descripserunt. denique etsi per se quidem probabiles uidentur, tamen propriam auctoritatem uix poterunt sibi uindicare, nisi aut a Graecis interpretibus confirmantur, id quod raro accidit, aut ita comparatae sunt, ut coniecturae finem excedere uideantur, cui opinationi ancipiti semper et ex arbitrio magis quam ex iudicio pendenti etiam rarius locus dandus est. sane cum haec ita se habere intellexissem, quaesiui mecum, annon supersedendum esset ingrato officio enotandae eiusmodi librorum uariae lectionis, qua hanc editionem onerari magis quam ornari erunt qui iudicent: rara enim sunt, ut dixi, archetypi illius *Y* uestigia et uel per digestum uetus solum minime aequabilia, ut per longum tractum plane euanescant, deinde post ingens interuallum insperato uideantur redire. quod aliquatenus indicare uolui ita, ut in iis partibus, ubi secundi ordinis codices propria bona nulla mihi

## VIII

habere uiderentur, notas eorum in ima margine adscriberem uncinulis circumductas sic [PVLU]: quamquam in tali partitione nec mihi ipsi satis feci et in ea suo cuique iudicio standum esse uix opus est monere. uerum et propter ipsam incertam codicum horum naturam et propter litigia de eorum utilitate per saecula agitata non uidebatur omittendum esse, quin ex iis unum certe sui generis praestantissimum deligerem eiusque uariam lectionem non meo arbitrio selectam, sed ita dispositam ederem, ut cuius de eius indole ipsi indicare liceret. contra non sustinui plures eius ordinis libros plene conferre et mendas mendis cumulare, praesertim cum usus me docuisset quidquid utile habeant codices ex *Z* propagati repraesentari libro Parisino, ea autem quae reliqui libri proponant sibi propria, id est diuersa a Florentino Parisinoque consentientibus, omnino sperni posse. quod cadere uel in Uaticanum Lipsiensem Patauinum (*YLU*) demonstrabit additamentum tertium habens plenam eorum lectionem ad titulos quattuor extremos libri quinti. contra libri Parisini in suo quidem genere excellentia non solum inde intellegitur, quod sescentis locis cum Florentino consentit, ubi reliqui omnes eius ordinis libri interpolatione mutati in alia omnia abeunt, sed quod etiam locis quibusdam quamuis raris tam contra Florentinum quam contra reliquos secundi ordinis libros uerum ex altero scilicet archetypo solus uidetur seruasse. inter quos maxime insignis locus est Papiniani D. 3, 3, 68 propositus inter specimina scripturae tabula priore, ubi *non* uocabulum a Parisini manu prima seruatum confirmatumque a Graecis cum non sit in Florentino, ad eius normam et deletum est in Parisino et abest a reliquis quotquot mihi innotuerunt digestorum libris. itaque in eo substiti. nam omnino iusta auctorum antiquorum crisis in eo uertitur, ut ex libris qui extant optimi quique deligantur, delecti plene et diligenter excutiantur, non ut quam plurimi libri inspiciantur et potiora quae sint uideantur ex iis omnibus afferantur: certe longi illi litterarum singularium ordines, quos artis magistri non magis expauescunt quam contemnunt, ab iis maxime frequentantur, qui cum impares sint scripturis recte aestimandis et probis segregandis a uulgaribus et inutilibus, ita libros agunt ad lectorem ut ex ouili pecora omnium uero maxime in libro, qualis hic est, et ingenti et ita comparato, ut in describendo facillime librarius etiam peritus et modestus labatur, cauendum est ne testis praeter necessitatem admittatur. quaspropter cum hanc operam susciperem, eam ei legem dedi, ut ab ipso inde principio uela contraherem et in apparatu instituendo intra codices stricto iure necessarios me continerem, nimia autem et superuacua euitarem.

Dixi de apparatu: pauca supersunt dicenda de mea horum librorum recognitione. digesta quamquam Florentini codicis ope longe minus corrupta ad nos peruenerunt quam Latina pleraque quae libris scriptis tradita accepimus, tamen quantopere errent qui talia nos legere opinantur qualia emiserunt eorum conditores, uel unus titulus finium regendorum satis demonstrat, quem alterius non minoris auctoritatis exempli ope, cum sit uersuum non plus LXXIV, duodecim locis emendare potuimus. quare coniecturae, modo ad artis leges et cum iudicio exerceatur, in his quoque libris omnino locus est. praeterea conditorum cum incuria maxime in litteris singularibus explicandis tum interpolatio, licita quidem iis et saepe necessaria, sed nobis molesta, fecit ut recensio quam ii proposuerunt a primaria auctorum scriptura tam saepe recedat, ut qui haec olim scripserunt si legent hodie in digestis accepta sibi relata, credibile sit saepe fore ut ipsi se non agnoscerent. prioris generis errores ut deprehendat et emendet, iure poscitur ab eo qui digesta recognoscit: contra in alterius generis interpolationibus deprehendis et aliquatenus ad antiquiorem statum reuocandis cum nostrae aetatis iurisprudentia magna ex parte uertatur, digestorum editoris in ea re partes aut nullae sunt aut certe secundariae. ego in hac editione adornanda cum hoc potissimum mihi proposuissem, ut instrumentum ad crisis exercendam pararetur certum et plenum, crisis ipsam non neglexi quidem (neque enim ex iis sum qui cum codicis cuiusdam exemplum typis exscribi iusserunt auctorem sibi uidentur edidisse), sed subitariam magis et prout res incidit operam ei impendi: idque puto qui hac editione utentur non tam excusabunt quam laudabunt. nam qui sciunt quid requiratur ad digestorum crisis recte et plene instituendam et iuris auctorum in uocabulorum usu et structura et omnino in re grammatica proprietatem perdiscendam rerumque cogni-

## VIII

tionem quae singulis locis sufficiat comparandam, ii ultro confitebuntur eiusmodi negotium ab uno homine perfici non posse, sed flagitare vires unitas opera diuisa. certe si quis existet aliquando qui nobis depingat digestorum editorem qualis esse debeat, et optimum grammaticum et iuris publici priuatique prudentissimum pergatque inde cum eiusmodi forma operis perfecti hanc meam opellam componere, equidem sane fatebor me non esse nisi unum ex multis neque philologiae neque iuris scientiae plane expertem, sed nihilominus hominem ridebo. ante omnia textum quem edo ad Florentinam lectionem siue priorem siue posteriorem quam fieri potest proxime accedere uolui. quaecunque autem in textum recepi neutra Florentini libri scriptura confirmata, distinxit litteris obliquis, ut qui hac editione utitur statim moneretur aliter legi in codice Florentino. praeterea lectionibus iis, quae nullis libris defenduntur, sed aut nituntur mera coniectura aut certe receptae sunt contra Florentinam alterutram Graecosque consentientes (id quod usu uenit p. 3, 17), asteriscum praefixi, scilicet in iis partibus, ubi secundariorum librorum si non magna, tamen aliqua auctoritas esse uideretur. omnino rarissime in textu ornando a Florentino libro recessi nec fere in rebus grauioribus nisi ubi lectio diuersa non solum sua ipsius probabilitate commendaretur, sed etiam testimonio aliquo idoneo, maxime interpretum Graecorum: nam praeterea quamquam saepissime liquet de corruptela, saepe etiam de emendatione uel certa uel probabilis, tamen plerumque incertum est, menda utrum recentior sit Iustiniano an in ipso digestorum archetypo fuerit atque ita ab eorum editore tolli non debeat. itaque hanc uiam tenui, ut quae praeterea praesto essent emendationum pericula probabiliora uel ab aliis inuenta uel a me excogitata, ea in ima margine ita adscriberem, ut neque uariarum lectionum immunditiebus demergerentur nec facile effugerent eos qui textum legunt. contra interpolationes auctorum Iustinianorum plerumque non indicaui: ea enim opera, ut dixi, non tam digestorum editoris est quam eorum qui in iure antiquo inuestigando operam collocant. quamquam ubi aptum uideretur, maxime ubi propter eam ipsam interpolationem uerba quae nunc legimus uel hiare uiderentur uel alia ratione offensionem habere, talia quoque adnotauit. at meros errores compilatorum mendasque antiquiores ubi deprehendere mihi uiderer, eos animaduerti, sed ita, ut hae ipsius Iustiniani archetypi corruptelae, scilicet repertae tam in Florentino libro quam apud Graecos, a reliquis originis fortasse posterioris distinguerentur et ubi fieri poterat neque res ipsa loquebatur, lectores moneantur coniecturam prolatam ad ius Iustinianum porrigi non debere. ceterum caui, ne ad modum Haloandri auctorum uerba ad ordinarias grammaticae leges ita exigerem, ut magistri castigant puerorum scriptiones scholasticas: nam eorum quae offendunt apud prudentes cum bonam partem et ipse persuasum habeam non ab auctoribus proficisci, sed a librariorum negligentia et compilatorum incuria, tamen inter eiusmodi errores et quotidiani sermonis licentiam fines si quidem regi possunt, certe non is sum, qui eos regam. emendationes quas alii proposuissent non inuestigauit data opera: id enim infinitum erat neque perficiendum ab homine multis negotiis praeterea districto. denique eiusmodi inuestigatio haud scio an maiorem difficultatem habeat quam utilitatem. nam nescio quomodo digestorum crisis plus quam credas iacuit post Cuiacium in hac quidem re non tam maximum quam unum scientiae nostrae lumen, et iacet etiam nunc. philologi enim ii quoque qui a Gaio et Ulpiano non abhorrent a digestis abstinent: iuris autem auctores optimi quique, quos propter prudentiae acumen suspicimus, ubi uerba auctorum tractare incipiunt, mirum in modum et artis philologicae expertes se probare solent et saepe adeo ne mediocri quidem linguae Latinae notitia imbutos, ut peruersissima quaeque et quouis auctore non inscito uel infante plane indigna nescio quibus ecculeis tormentisque adhibitis defendant. denique si quando ad emendationem ipsi accedunt, monstra fere parturiunt et prodigia mirifica: quamquam rarius hoc faciunt et frequentius peccant uetustis ineptiis defendendis quam proferendis nouiciis. propter has causas in emendationibus priorum cognoscendis non multum temporis collocaui, sed examinaui tantum adnotatas in editione Gebaueriana uel in commentariis Schultingii et Smalenburgii et si quas praeterea uel ipse aliud agens obseruaui uel a me rogati Paulus Krueger et Hermannus

*I* = codex Bambergensis D. I. 12 (n. 829 catalogi Iaeckiani) saec. XIII exeuntis. integer est eademque habet ac alter Bambergensis. inscriptiones plenae fere sunt cum in principio Infortiati proprii usque ad 26, 2, 19 tum in principio Trium partium usque ad 37, 4, 3: deinceps aut numeri adsunt cum nominibus aut nomina sola. pro Graecis plerumque reperitur uersio Latina suis locis in ordinem recepta. glossae similes sunt alterius Bambergensis, sed his uberiores, Rogerii maxime, item Pillii: uariae lectiones hic quoque saepe adnotantur Pisani libri praesertim, sed item sumptae ex libris Martini (p. 817, 12 al.) et Rogerii (p. 810, 19 al.) contuli Berolini.

*C* = codex Colladonianus olim, hodie meus, saec. XIII exeuntis uel XIV incipientis, omnes digestorum libros comprehendens (cf. append. III p. 17<sup>n</sup>). contuli ego.

Ad hos accedit ex Digesti ueteris libris

*T* = Taurinensis F. II. 14 saec. XII (cf. append. I. c.), scilicet in parte ea, quam habet ex Infortiatio, finiens 25, 3, 5, 13 uerb. *dixerit patrem*. contulit Berolini Kruegerus.

Libri hi a me adhibiti uidentur esse praestantissimi qui quidem ex hoc genere hodie extant: certe inter libros scriptos, quorum notitiam et aliunde et maxime ex copiis Schraderianis mihi parauit, nullum repperi, qui cum optimis horum compararetur propriumque aliquem usum praeter hos habere uideretur. nam Uaticanus Ottobonianus n. 1600, cuius aliqua expectatio fuit apud uiros harum rerum peritos, cum et pro Graecis habeat interpretationem Latinam neque plenas inscriptiones continuas nisi a l. 32, 30 ad l. 34, 4, praeterea sparsas tantum et raras, et interpolationes uetustiores et uulgares plerasque omnes, ab eo conferendo abstinui. hoc uellem examinare liuisset codices duos Cantabrigienses Infortiati, bibliothecae publicae signatum Dd. 8. 10 saec. XIV (Hach *Zeitschrift für gesch. Rechtswiss.* 5, 164), qui inscriptiones habere dicitur in parte priore eaque maiore fere plenas, item collegii Caio-Gonuilliani cod. 854. 15 saec. XIII (Hach l. c. p. 165), qui inscriptiones habere dicitur fere plenas in Infortiatio proprie dicto: nam quamquam instructi sunt glossa Accursiana, tamen quantum intellegi potuit ex breui specimine reperto inter Schraderiana, uterque, maxime hic proxime accedit ad Uaticanum, habens e. c. p. 888, 13 lectionem *mater pater*. sed quod uere utile sit cum sine dubio ne illi quidem libri suppeditari sint, nolui coeptam editionem propter eos differre. denique donec felici casu aliquando emergant libri meliores, quod optare magis licet quam sperare, in his quos habemus adquiescendum est, quamquam uerum est aliorum duorum uoluminum scholae Bononiensis exemplaribus superstitibus longe deteriora haec esse: id quod uel inde<sup>1</sup> euidetissime apparet quod cum tam ueteris Digesti quam noui non ita pauci libri aetatem tulerint inscriptiones habentes plenas uel fere plenas, Infortiati eius generis duo extant quod sciam Uaticanus n. 1407 et Cantabrigiensis Caio-Gonuillianus n. 15, quorum ipsorum neuter praeterea neque ab aetate neque ab emendatione magnopere commendatur, ut his nominibus cum Taurinensi similibusque Digesti ueteris libris potius eos componas quam cum Parisino et reliquis praestantioribus.

Utounque fuerunt, haec habui subsidia: iam uidendum, quam utilitatem praebuerint et qua ratione adhibitae sint. quod dixi euenisse in Digesto uetere, ut per ipsa scholae Bononiensis primordia exemplum fieret libri Florentini (*Z*), habens ex altero archetypo Florentino auctoritate pari (*Y*) adnotata paucissimis locis supplementa quaedam, praeterea uero ingenti numero mendas et interpolationes et omnis generis futilia additamenta, idem etiam in secundo uolumine factum esse contendo. nam exemplaria quotquot extant proficisci ex archetypo quod hodie adservatur Florentiae inde maxime colligitur, quod quae interpolauit manus secunda in ipso libro Florentiae, fere redeunt in libris Bononiensibus, praeterea mendae Florentini leuissimae quaeque et emendationes in eo conspicuae passim turbas crearunt libris deterioribus communes. ita, ut uno exemplo defungar, uideant qui haec legunt, quomodo p. 806, 27 uerba quaedam male repetita a Florentini uoluminis librario et ab ipso statim recte expuncta nihilominus in reliquos libros et maxime in antiquissimos

<sup>1</sup> Eodem referendum est, quod Petrus is qui scripsit exceptiones in Gallia saec. XII, cum haberet Digesta et uetus et nouum, Infortiatio caruit.

Quoniam absoluto uetere quod dicunt Digesto iam peruentum est ad recensio-  
 nis pan-  
 dectarum Bononiensis alterum uolumen siue Infortiatum quod dicitur (l. 24, 3, 1 ... 35, 2, 82  
 uerb. *partes diuidantur*) cum Tribus partibus (35, 2, 82 uerb. *tres partes* ... 38 extr.), donec  
 prodeat praefatio huic editioni destinata, interim pauca monenda sunt de libris ad hanc  
 partem recognoscendam adhibitis et de ratione operis paullum in ea quidem immutata.  
 adhibui autem praeter Florentinum librum et Graecorum interpretum reliquias codices Bo-  
 nonienses numero sex, qui sunt hi:

**W** = codex Uaticanus 1407 saec. XII, cui et Bluhmius enim adscribit et inspecto scripturae  
 specimine Iaffeus adiudicauit. incipit a libro 26 neque quicquam initio deest: finit  
 propter aliquot foliorum defectum 37, 4, 12 pr. in uerbis *si uero*. inscriptiones habet  
 plerumque plenas cum in Infortiato (ubi tamen deficiunt et per librum uicesi-  
 mum nonum et in parte extrema inde a 34, 5, 2) tum in Tribus partibus. Graeca  
 omissa sunt nec recepta est eorum uersio Latina. glossae adsunt usque ad  
 D. 32, 41, 9, sed paucae eaeque Accursianis antiquiores: subscriptiones obseruatae  
 sunt Martini Bulgari Rogerii. scriptus est optime mansitque, quod rarissime accidit  
 in huius generis libris, a lituris fere immunis. contulit partem Bluhmius (cf. Savigny  
*Gesch. des röm. Rechts* 3, 432), reliqua inde a 27, 5 Maierus Schraderi causa, qua  
 collatione utor seruata hodie Tubingae in bibliotheca academica.

**D** = codex olim Petri Pithoei, deinde Rosnyanus, hodie Berolinensis Lat. fol. 268  
 saec. XIII medii cum subscriptione in fine a manu diuersa exarata in litura nec  
 referenda ad ipsum libri corpus hac: 'Dominus custodiat introitum et exitum  
 nostrum. liber iste uocatur Infortiatum. quod est Rucadi (?) Palot clerici qui pro-  
 pria manu scripsit hanc literam apud Andegauis anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXmo sexto  
 die Ueneris ante festum beati Andree apostoli'. incipit mutilus hodie D. 25, 1, 12,  
 finit l. 38 extremo. inscriptiones habet integras fere usque ad 27, 2, 1, postea sola  
 fere nomina auctorum. Graeca deficiunt neque adest uersio nisi ex supplemento  
 postea adiecto. glossae adscriptae sunt nullae. contuli ego.

**Q** = codex Parisinus 4454 saec. XIII. complectitur iam partem et Infortiati et Digesti noni,  
 incipiens 27, 1, 31, finiens 43, 4 fin., sed a principio certe mutilus est. inscriptiones  
 habet ex parte plenas uel certe solitis pleniores. Graeca deficiunt (u. c. 31, 34, 7  
 et 31, 88, 15) non substituta uersione Latina. glossae adscriptae sunt Irnerii  
 (Savigny *Gesch.* 4, 39) Martini Bulgari aliaeque Accursianis antiquiores. adhibui  
 uariam lectionem enotatam inde, non summa tamen cura, Schraderi causa a Kaus-  
 lero, seruata hodie apud collegam meum Brunsum.

**E** = codex Bambergensis D. I. 10 (n. 827 catalogi Iaeckiani) saec. XIII incipientis. in-  
 teger est habens 24, 3, 1 ... 38 extr. inscriptiones plene sunt fere a 26, 5, 9 ad  
 29, 3, 3: praeterea plerumque praescripta sunt sola nomina auctorum. Graeca  
 praetermissa sunt abestque item certe a manu prima interpretatio Latina. glossae  
 sunt doctorum ante Accursium omnes, pleraeque Rogerii: conspicuae sunt in his  
 uariae lectiones plurimae ex Pisano libro desumptae. contuli Berolini.



### XIII

observatum est, scilicet interpolationem eam, quam in emendationibus Florentino libro antiquo tempore adscriptis regnare supra (p. II) dixi, pendere ab ipsis auctoribus scholae iuris Constantinopolitanae. id docuerunt me duo loci potissimum, p. 722, 13, ubi totum caput 24, 3, 9 deletum a Florentino emendatore omissum est in recensione Graecis idque factum esse propter ius interim mutatum lata lege novella 150 ex scholiis Graecis intelligitur, et p. 787, 41, ubi cum caput 27, 1, 14, 4 recte scriptum in Florentino libro a prima manu emendator ita mutarit, ut sententiam plane perverteret, ea ipsa peruersa sententia redit apud interpretem Graecum. accedunt alia similia alibi, ut p. 728, 3 verba *vel ancilla effecta* deleta in libro Florentino, omisa a Byzantiis iuris enarratoribus, p. 3, 17 verba *potissima pars* a Florentino emendatore inepte mutata sic, ut fieret *potentissima pars*, ab interprete sic uersa, ut poneret *ἰσχυρότατον μέρος*. cf. item p. 682, 30. itaque cum hoc dudum intellectum esset neutri testi fidem satis constare, iam addidimus interdum eos etiam colludere. praeterea iuris Byzantii studiosi iam hoc non neglegent emendatorem libri Florentini Stephano et Dorotheo reliquisque Iustinianis auctoribus non solum aetate uel parem uel certe supparem fuisse, sed etiam ab eorum scholis pendere et suum digestorum librum eum ad eorum doctrinam similiter accommodasse, ut Bononiae discentes uerba mutarunt ad libros Martini et Rogerii. ceterum postquam hoc comperi, quamquam ante quoque caute usus tam Byzantiis quam Florentino emendatoris testimoniis, tamen in operis parte posteriore etiam magis quam ante factum est ad Florentino libri primam manum uerba recognoui. sed cum iure diffidas Graecis istis, tamen sescentis locis iisdem, maxime Florentino libri emendatori, acceptas referendas esse correctiones ab authentico petitas nemo negabit, qui uel obiter uariam lectionem perlustret. quid quod supplementa ab eo adscripta (quae emendationibus longe praestare usus docuit) plerumque defenduntur aut *ὁμοιοτελεΐτω* aut litterarum simul omissarum numero saepe aequabili et ita constituto, ut ex Florentino libro appareat excidisse archetypi uersum integrum. sed haec aliquando curatius explanabuntur.

Denique si qui sunt qui fauent huic meae operae (puto autem esse quosdam, quamquam studia haec hodie lascent nec iuri magis operam dant Latine docti quam iuris prudentes Latine sciunt), eos rogatos uelim, ut si quas mendas typhetarum per hunc librum animaduernerint, quas spero raras fore, earum me commonefaciant, ut dum fieri potest mutantur.

Scripsi Berolini die 23 Febr. 1868.

TH. MOMMSEN.

- item temporis nauigationis uel itineris. et si se probet ualetudine impeditum uel a latronibus detentum similiue casu moram passum, dum non tardius a loco profectum se probet, quam ut occurrere posset intra commeatum, restituendus est. Arma alienasse graue crimen est et ea culpa desertioni exaequatur, utique si tota alienauit: sed et si partem eorum, nisi quod interest. nam si tibiale uel umerale alienauit, castigari uerberibus debet, si uero loricam scutum galeam gladium, desertori similis est. tironi in hoc crimine facilius parceretur armorumque custodi plerumque ea culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore.
- 15 PAPIANUS libro nono decimo responsorum. Ex causa desertionis notatus ac restitutus P temporis, quod in desertione fuerit, impediis expungitur. quod si ratio constiterit neque 10 desertorem fuisse apparuerit, omnia stipendia citra temporis finem redduntur.
- 16 PAULUS libro quinto sententiarum. Qui metu criminis, in quo iam reus fuerat postu- P  
1 latus, nomen militiae dedit, statim sacramento soluendus est. Miles turbator pa- [B. 57, 1 n.  
cis capite punitur.

## XVII.

15

## ⌘ DE CASTRENSI PECULIO ⌘

ESP

- 1 ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. Filii familias militis si peculium [B. 57, 2, 1 E  
apud patrem remansit sine testamento filio defuncto, pater ipsi heres non fit, sed tamen  
heres is fiet, quibus filius fuit. 19
- 2 IDEM libro sexagesimo septimo ad edictum. Si filius familias miles deces- [B. 57, 2, 2 E  
serit, si quidem intestatus, bona eius non quasi hereditas, sed quasi peculium patri defe-  
runtur: si autem testamento facto, hic pro hereditate habetur castrense peculium.
- 3 IDEM libro octauo ad legem Iuliam et Papiam. Si mulier filio uiri militi ad castrenses E  
uel militares forte res comparandas reliquerit pecuniam, utique castrensi peculio ea quae  
comparantur adnumerari incipiunt. 25
- 4 TERTULLIANUS libro singulari de castrensi peculio. Miles praecipua habere [B. 57, 2, 4 Ef  
1 debet, quae tulit secum in castra concedente patre. Actionem persecutionemque castren-  
2 sium rerum semper filius etiam inuito patre habet. Si pater familias militiae tempore  
uel post missionem adrogandum se praebuerit, uidendum erit, ne huic quoque permissa  
intellegatur earum rerum administratio, quas ante adrogationem in castris adquisierit, 30  
quamuis constitutiones principales de his loquantur, qui ab initio cum essent filii familias  
militauerint. quod admittendum est.
- 5 ULPIANUS libro sexto ad Sabinum. Miles filius familias a commilitone uel ab eo, S  
quem per militiam cognouit, heres institutus et citra iussum patris suo arbitrio recte pro  
herede geret. 35
- 6 IDEM libro trigensimo secundo ad Sabinum. Si militi filio familias uxor seruorum ma- S  
numittendi causa donauerit, an suum libertum fecerit, uideamus, quia peculiare et seruus  
et libertos potuit habere. et magis est, ut hoc<sup>1</sup> castrensi peculio non adnumeretur, quia  
uxor ei non propter militiam nota esset. plane si mihi proponas ad castra eunti marito  
uxorem seruos donasse, ut manumittat et habiles ad militiam libertos habeat, potest dici<sup>2</sup> 40  
sua uoluntate sine patris permissu manumittentem ad libertatem perducere.
- 7 IDEM libro trigensimo tertio ad edictum. Si castrense peculium maritus habeat, in S  
quantum facere potest condemnabitur, quia etiam non castrensibus creditoribus ex eo  
peculio magis est eum cogi respondere. 44
- 8 IDEM libro quadragensimo quinto ad edictum. Si forte uxor uel cognatus uel quis S  
alius non ex castris notus filio familias donauerit quid uel || legauerit et expresserit f. 434  
F(XYMOOC)

<sup>1</sup> hic (edd.)?2 dum om. F<sup>1</sup> 10 impediis F 24 quae] 32 militauerit F 33 familias] falias F 34 ius-  
que F 26 tertullianus F 29 adrogandam F<sup>2</sup> su F 41 manumittente m<sup>1</sup> F<sup>2</sup>

nominatim, ut in castrensi peculio habeat: an possit castrensi peculio adgregari? et non puto: veritatem enim spectamus, an uero<sup>1</sup> castrensis notitia uel affectio fuit, non quod quis finxit.

- 9 IDEM libro quarto disputationum. Proponebatur filius familias miles testamento facto extraneum heredem scripsisse, patre deinde superstitite decessisse, pater deliberante herede instituto et ipse diem functus, deinde heres institutus repudiasse hereditatem. quaerebatur, ad quem castrense peculium pertineret. dicebam castrense peculium filii familias, si quidem testatus decessit, quasi hereditatem deferri heredi scripto, siue extraneum scripsit heredem siue patrem. sed cum nihil de peculio decernit filius, non nunc obuenisse patri, sed non esse ab eo profectum creditur. denique si seruo filii castrensi libertatem pater adscripserit moxque filius uiuo patre defunctus sit, non impeditur libertas, cum, si filius patri superuixerit, impediatur libertas. unde Marcellus putat necessarium quoque heredem seruum filii peculiarem patri existere posse, si filio pater superuixerit. idem referebam et si rem peculiarem filii pater legauerit: nam eodem casu, quo libertatem competere<sup>2</sup> diximus, legatum quoque uel debetur uel impeditur. quibus ita praemissis et in proposito dicebam, cum heres non adiiit hereditatem, retro peculium patris bonis accessisse: unde posse dici etiam aucta patris bona per hanc repudiationem. nec est nouum, ut ex postfacto aliquis successorem habuisse uideatur. nam et si filius eius, qui ab hostibus captus est, decesserit patre captiuo uiuo, si quidem pater regrederetur, quasi filius familias peculium haberet: enimuero si ibidem pater decesserit, quasi pater familias legitimum<sup>3</sup> habebit successorem, et retro habuisse creditur eius successor ea quoque, quae medio tempore filius iste quaesit, nec heredi patris, sed ipsi filio quaesita uidebuntur.
- 10 POMONIUS libro singulari regularum ex nota MARCELLI. Constat nec patribus aliquid ex castrensibus bonis filiorum deberi. B. 57, 2, 10 S
- 11 MACER libro secundo de re militari. Castrense peculium est, quod a parentibus<sup>4</sup> in militia nel cognatis in militia agenti donatum est uel quod ipse filius familias in militia adquisiit, quod, nisi militaret, adquisiturus non fuisset. nam quod erat et sine militia adquisiturus, id peculium eius castrense non est. B. 57, 2, 10 S<sup>f</sup>
- 12 PAPINIANUS libro quarto decimo quaestionum. Pater, qui dat in adoptionem filium militem, peculium ei auferre non potest, quod semel iure militiae filius tenuit qua ratione nec emancipando filium peculium ei aufert, quod nec in familia retento potest auferre. B. 57, 2, 11 P
- 13 IDEM libro sexto decimo quaestionum. Diuus Hadrianus rescripsit in eo, quem militans uxor heredem instituerat filium<sup>5</sup>, extitisse heredem et ab eo seruos hereditarios manumissos proprios eius libertos fieri. S
- 14 IDEM libro uicensimo septimo quaestionum. Filius familias miles si captus apud hostes uita fungatur, lex Cornelia subueniet scriptis heredibus: quibus cessantibus iure pristino peculium pater habebit. Proxima species uidetur, ut scriptis heredibus deliberantibus, quod seruus interim stipulatus est uel ab alio sibi traditum accepit, quod quidem ad patris personam attinet, si forte peculium apud eum resederit, nullius momenti uideatur, cum in illo tempore non fuerit seruus patris: quod autem ad scriptos heredes, in suspensio fuisse traditio itemque stipulatio intellegatur: ut enim hereditarius fuisse credatur, post aditam fit hereditatem. sed paterna uerecundia nos mouet, quatenus et in illa specie, ubi iure pristino apud patrem peculium remanet, etiam adquisitio stipulationis uel rei traditae per seruum fiat. Legatum, quod ei seruo relictum est, quamuis tunc propter incertam

F(XYMOG)

<sup>1</sup> uere (dett.)?    <sup>2</sup> uel non competere ins.    <sup>3</sup> familias ins. (cf. p. 899, 19)    <sup>4</sup> per (Ad. Schmidt Persönlichkeit der Sklaven 1, 52)?


1 an] namn F<sup>o</sup> 2 castrens'e'is F<sup>1</sup> 6 instituti et F<sup>o</sup> 11 sit] si F 12 heredum F<sup>2</sup> 19 pat'r F<sup>1</sup> | regrede'retur F<sup>2</sup> 22 qu'a'e-sit F<sup>o</sup> 23 cf. similes inscriptions 28, 1, 16. 29, 2, 63 25 parent'e'ibus F<sup>1</sup> 31 fami-lia F<sup>1</sup> 37 subueniet scripsit F<sup>1</sup>, subuenit et scripta F<sup>2</sup> 40 resederit F<sup>2</sup> 42 tra-dit'o F<sup>2</sup> 44 'a'pud F<sup>2</sup> 45 eis'e're'uo F<sup>2</sup>

nulli sit adquisitam, omissio testamento patri tunc primum per seruum adquiretur, cum, si fuisset exemplo hereditatis peculio adquisitum, ius patris hodie non consideraretur.

- 15 IDEM libro trigensimo quinto quaestionum. Pater militi filio reuerso quod donat, castrensium peculii non facit, sed alterius peculii, ¶ perinde ac si filius numquam militasset. f. 434'
- 1 Si stipulanti filio spondeat, si quidem ex causa peculii castrensis, tenebit stipulatio: ceterum ex qualibet alia causa non tenebit. Si pater a filio stipulatur, eadem distinctio seruabitur. Seruus peculii, quod ad filium spectat, ab extero si stipuletur aut per traditionem accipiat, sine distinctione causarum res ad filium pertinebit: non enim ut filius duplex ius sustinet patris et filii familias, ita seruus, qui peculii castrensis est quique nullo iure, quamdiu filius uiuit, patri subiectus est, aliquid acquirere simpliciter stipulando uel accipiendo patri potest. quae ratio suadet, ut, si ab ipso patre seruus, qui ad filium pertinet, stipuletur ex quacumque causa uel traditum accipiat, sic acquiratur filio res et stipulatio, quemadmodum si exte promississet<sup>1</sup>, quoniam persona stipulantis et accipientis ea est, ut sine differentia causarum quod per eum agitur emolumentum filii spectet. Si serui pater usum fructum amiserit, cuius proprietatem in castrensi peculio filius habebat, plenam proprietatem habebit filius.
- 16 IDEM libro nono decimo responsorum. Dotem filio familias datam uel promissam in peculio castrensi non esse respondi. nec ea res contraria uidebitur ei, quod diui Hadriani temporibus filium familias militem uxori heredem extitisse placuit et hereditatem in castrense peculium habuisse. nam hereditas aduenticio iure quaeritur, dos autem matrimonio cohaerens oneribus eius ac liberis communibus, qui sunt in aui familia, confertur. Hereditatem castrensi peculio non uideri quaesitam respondi, quam frater patruelis in alia provincia stipendia merens fratri patrueli, cum quo numquam militauit, reliquit: sanguinis etenim ratio, non militiae causa meritum hereditatis accipiendae praebuerat.
- 17 IDEM libro secundo definitionum. Pater, qui castrense peculium intestati filii retinebit, aes alienum intra modum eius et annum utilem iure praetorio soluere cogitur: idem, si testamento scriptus heres extiterit, perpetuo ciuilliter ut heres conuenietur. Pater a filio milite uel qui militauit heres institutus testamenti causam omisit et castrense peculium possidet: legitimi heredis exemplo cogitur ad finem peculii perpetuo legata praestare. quod si filius post annum quam militare desierat iure communi testamento facto uita decessit, ratione Falcidiae retinebitur quarta. ceterum si testamenti causam pater omisit, cum peculium creditoribus soluendo non esset, nihil dolo uidebitur fecisse, quamuis temporis incurrat compendium.
- 18 MARCIANUS libro primo fideicommissorum. Ex castrensi peculio seruus a patre heres institui potest et filium necessarium heredem patri facit. Et in summa ea res<sup>2</sup> hi actus patris, qui ad praecens alienationem alicuius iuris de castrensi peculio praestant, impediuntur: hi uero, qui non statim quidem, sed postea efficere solent, eo tempore animaduertentur, quo habere effectum consuerunt, ut, si sit filius, qui auferatur, nihil agatur, si ante decesserit, actus patris non impediatur. Itaque negabimus patrem filio saluo communi diuidendo agentem proprietatem alienatarum, exemplo dotalis praedii. sed nec si socius ultro cum eo agat, quicquam agatur, ueluti si cum eo ageret, cui bonis interdictum est. Seruos ex eo peculio usu fructu, item praedia tam usu fructu quam ceteris seruitutibus pater liberare poterit: sed et seruitutes his acquirere. id enim et eum, cui bonis interdictum est, uerum est consequi posse. neque autem seruis ex eo peculio neque praediis usum fructum uel seruitutem imponere pater potest. Si quando ex eo peculio filius rem alienam bona fide tenebit, an pater eius in rem uel ad exhibendum actionem pati debeat, ut ceterorum nomine, quaeritur. sed uerius est, cum hoc peculium a patris bonis separetur,
- F(XYMO)*

<sup>1</sup> uel tradidisset *ins.*    <sup>2</sup> est *ins.*

3 milite *F*    6 quolibet *F*<sup>2</sup>    14 per eum]    37 efficere'nt' solent *F*<sup>4</sup>    43 his] hic *F*<sup>2</sup>  
rerum *F*<sup>2</sup>    20 iure] iure *F*<sup>2</sup>    24 meritum    47 ceterorum] *F*<sup>2</sup>, ceterorum filiorum *F*<sup>2</sup>*XY*  
*F*<sup>4</sup>    35 potest] *FO*<sup>2</sup>*C*, non potest *XYMO*<sup>2</sup>    *MOC*



- 5 defensionis necessitatem patri non inponendam. Sed nec cogendus est pater<sup>1</sup> aes alienum, quod filius peculii nomine, quod in castris adquisiit, fecisse dicetur, de peculio actionem pati: et, si sponte patiat, ut quilibet defensor satisdato filium in solidum, non peculio tenus defendere debet. sed et eius || filii nomine non aliter mouere actiones potest, quam q. si satis dederit eum ratam rem habiturum.
- 19 TRYPHONINUS libro octauo decimo disputationum. De hereditate ab adgnato commilitone data Scaeuola noster dubitabat, quia potuit et ante notus et amicus dare, potuit et non dare, nisi commilitum caritatem auxisset. nobis ita uidetur, si ante commilitum factum sit testamentum, non esse peculii castrensis eam hereditatem, si postea, contra. 1 Sed si seruus peculii castrensis a quocumque sit heres scriptus, iussu militis adire debet 2 hereditatem eaque fiet bonorum castrensis peculii. Filius familias paganus de peculio castrensi fecit testamentum et, dum ignorat patri se suum heredem extitisse, decessit. non potest uideri pro castrensibus bonis testatus, pro paternis intestatus decessisse, quamuis id in milite etiamnunc rescriptum sit, quia miles ab initio pro parte testatus, pro parte intestatus potuerat mori, quod ius iste non habuerit, non magis quam sine obseruatione 15 legum facere testamentum. necessario ergo castrensis peculii heres scriptus uniuersa bona habebit, perinde ac si pauperrimus facto testamento decessisset ignorans se locupletatum 3 per seruos alio loco agentes. Pater peculii castrensis filii seruum testamento liberum esse iussit: intestato defuncto filio familias, mox patre quaeritur, an libertas seruo competat. occurrebat enim non posse dominium apud duos pro solido fuisse: denique filium posse 19 manumittere talis peculii seruum Hadrianus constituit: et si testamento tam filii quam patris idem seruus accepisset libertatem et utrique pariter decessissent, non dubitaretur ex testamento filii liberum eum esse. sed in superiore casu pro libertate a patre data illa dici possunt, numquid, quoad utatur iure concessio filius in castrensi peculio, eousque ius patris cessauerit, quod si intestatus decesserit filius, postliminii cuiusdam similitudine pater 24 antiquo iure habeat peculium retroque uideatur habuisse rerum dominia. Non tamen ut 5 heres<sup>2</sup> uiuo filio uindictam seruo imposuit, dicatur eum post mortem intestati filii ex illa 5 manumissione liberum factum esse. Quid autem, si testamentum fecerit filius et non sit eius adita hereditas? non tam facile est dicere continuatum patri post mortem filii rerum peculii dominium, cum medium tempus, quo deliberant instituti heredes, imaginem suc- 30 cessioni<sup>3</sup> praestiterit. alioquin et si adita sit ab instituto hereditas filii, dicetur a patre ad eum transisse proprietatem, quod absurdum est. 4 si in pendenti, ut in aliis, et in hac specie habeamus dominia, ut ex<sup>5</sup> facto retro fuisse aut non fuisse patris credamus? secundum quod difficile erit expedire, si, dum deliberant heredes, dies cesserit legati seruo dati istius peculii testamento eius, ex quo pater nihil capere potuisset, an id ad ipsum 35 pertineat, cum utique ad heredem filii pertineret. facilius tamen de libertate serui deliberatio est in specie, in qua intestatus filius decessisse proponitur. non<sup>6</sup> est ergo ratio respondendi competere libertatem eo tempore datam, quo non fuit in dominio patris? fauorabilem tamen sententiam contrariam in utroque casu non negamus. 39
- 20 PAULUS libro singulari ad regulam Catonianam. Sed si ponas filium testamentum fe- P  
F(XYMOC)

<sup>1</sup> propter ins. (edd.)    <sup>2</sup> ut heres] idem Graeci (u. i.): requiritur ut, si forte    <sup>3</sup> successio-  
nis (edd.)?    <sup>4</sup> quid ins.    <sup>5</sup> post ins. (edd.: cf. p. 898, 17 et p. 901, 5)    <sup>6</sup> num (u. i.)?

2 p'actionem F<sup>1</sup> 3 pecunio F<sup>2</sup> 4 debeat F  
18 'a'gentes F<sup>2</sup> 24 quoad] quodad F  
26 'retroque F<sup>2</sup> | ut heres] FXM, si ut he-  
res Y<sup>2</sup>OC, si ut heres sed Y<sup>2</sup>: ὡς μέλλον τοῦ  
πατρὸς κληρονομεῖν B (apud Cuiacium obs. 10,  
16) 29 continuatim F<sup>1</sup> 32 si] FXYMOC,  
nisi edd. 34 l'a'egati F<sup>2</sup> 36 delibera'tio F<sup>2</sup>  
37 non est ergo ratio] quae praecedunt cum  
eo duxerint in legato difficile responderi posse  
id ualere, facilius autem in libertate, quod ad  
hanc attinet Tryphoninus sibi opponit, etsi

admissa opinione de dominio interim pendente  
(u. 32) possit uideri pater peculii castrensis  
dominus fuisse inde a morte filii (u. 29), tamen  
superesse aliam difficultatem testamenti facti  
uiuo filio, id est eo tempore, quo constat  
seruum non fuisse patris (cf. p. 901, 4 et  
p. 898, 40). quare omnino scribendum num  
pro non, ut argumentatio recte procedat. de-  
nique fauor, nempe aut patris (p. 898, 43) aut  
libertatis, quaestionem utramque dirimit

cisse et patrem heredem instituisse: cum utique pater testamento suo seruo filii libertatem dedisset, qui ad eum ex testamento filii pertinere coeperit, uidendum est, numquid ei comparari debeat, qui, cum manumitteretur, alienus erat, deinde postea adquisitus est. sed fauorabile est libertatem a patre relictam admittere: et ab initio patris esse eum uideri ex hoc, quod postea contigit, ostenditur. 5

## XVIII.

## Æ DE UETERANIS Æ

B. 57, 6 ESP

- 1 **ARRIUS MENANDER** libro tertio de re militari. Ueteranorum priuilegium inter cetera *E* etiam in delictis habet praerogatiuam, ut separentur a ceteris in poenis. nec ad bestias itaque ueteranus datur nec fustibus caeditur. 10
- 2 **ULPIANUS** libro tertio opinionum. Honestae sacramento solutis data immunitas etiam *S* in eis ciuitatibus, apud quas incolae sunt, ualet: nec ¶ labefactatur, si quis eorum uolun- f. 435' tate sua honorem aut munus susceperit. Uectigalia et patrimoniorum onera sollemnia omnes sustinere oportet. 14
- 3 **MARCIANUS** libro secundo regularum. Ueteranis et liberis ueteranorum idem honor *S* habetur, qui et decurionibus: igitur nec in metallum damnabuntur nec in opus publicum uel ad bestias, nec fustibus caeduntur.
- 4 **ULPIANUS** libro quarto de officio proconsulis. Uiae sternendae immunitatem ueteranos *S* non habere Iulio Sossiano ueterano rescriptum est. nam nec ab intriptionibus, quae pos- 1 sessionibus fiunt, ueteranos esse excusatos palam est. Sed et naues eorum angariari posse 20 Aelio Firmo et Antonino<sup>1</sup> Claro ueteranis rescriptum est. ●
- 5 **PAULUS** libro singulari de cognitionibus. Ueteranos diuus Magnus Antoninus cum patre *P* 1 suo rescripsit a nauium fabrica excusari. Sed et ab exactione tributorum habent immu- 2 nitatem, hoc est ne exactores tributorum constituentur. Sed ueterani, qui passi sunt in ordinem legi, muneribus fungi coguntur. 25

*F(XYMOC)*<sup>1</sup> Antonio?3 cummanumitteretur *F* 5 conti'n'git *F*<sup>2</sup> 10 uestias *F*<sup>2</sup> 12 quas] quos *F* 24 sunt] sunt se *F*<sup>2</sup>

## LIBER QUINQUAGESIMUS.

## I.

## R AD MUNICIPALEM ET DE INCOLIS R

- 1 **U**LPIANUS libro secundo ad edictum. Municipem aut natiuitas facit aut ma- [B. 54, 1 n. 5  
 1 numissio aut adoptio. Et proprie quidem municipes appellantur muneris participes, recepti  
 in ciuitatem, ut munera nobiscum facerent: sed nunc abusiue municipes dicimus suae cuius-  
 2 que ciuitatis ciues, ut puta Campanos, Puteolanos. Qui ex duobus igitur Campanis pare-  
 tibus natus est, Campanus est. sed si ex patre Campano, matre Puteolana, aequae muni-  
 cerna originis erit municeps. ut puta Iliensibus concessum est, ut qui matre Iliensi est, 10  
 sit eorum municeps. etiam Delphis hoc idem tributum et conseruatum est. Celsus etiam  
 refert Ponticis ex beneficio Pompeii Magni competere, ut qui Pontica matre natus esset,  
 Ponticus esset. quod beneficium ad uolgo quaesitos solos pertinere quidam putant. quo-  
 rum sententiam Celsus non probat: neque enim debuisse caneri, ut uolgo quaesitus matris  
 condicionem sequeretur (quam enim aliam originem hic habet?): sed ad eos, qui ex diuer-  
 sarum ciuitatum parentibus orerentur.
- 2 **I**DEM libro primo disputationum. Quotiens filius familias uoluntate patris de- [B. 54, 1 n. 5  
 curio creatur, uniuersis muneribus, quae decurioni filio iniunguntur, obstrictus est pater  
 quasi fideiussor pro filio. consensisse autem pater decurionatui filii uidetur, si prae- (B)  
 sens nominationi non contradixit. proinde quidquid in re publica filius gessit, pater ut 10  
 1 fideiussor praestabit. Gestum autem in re publica accipere debemus pecuniam publicam  
 2 tractare siue erogandam decernere. Sed et si curatores operum uel cuius alterius rei pu-  
 3 blicae creauit, tenebitur. Sed et si successorem sibi nominauit, patrem obstringit. Sed et  
 4 si uectigalia publica locauit, pater erit obstrictus. Sed si filius tutores dare non [B. 54, 1 n.  
 5 curauerit uel minus idoneos elegerit nec satis exegerit uel non idoneum acceperit, ipse 15  
 quidem quin sit obstrictus, nulla dubitatio est: pater uero ita demum obligatur, si et fide-  
 iussores solent hoc nomine obligari. sed non solent (hoc enim et relatum et rescriptum  
 est), quia fideiussores rem publicam saluam fore promittunt, rei publicae autem nihil, L. 48  
 6 quod ad rem pecuniariam attinet, interest pupillis tutores dari. Is, qui ultra commea- (B)  
 tum abeat uel ultra formam commeatui datam, ad munera uocari potest. 30
- 3 **I**DEM libro uicensimo quinto ad Sabinum. Placet etiam filios familias domi- [B. 54, 1 n. 8  
 cilium habere posse 8
- 4 **I**DEM libro trigensimo nono ad edictum. non utique ibi, ubi pater habuit, sed ubicum- S  
 que ipse domicilium constituit. 34
- 5 **P**AULUS libro quadragensimo quinto ad edictum. Labeo indicat eum, qui pluribus locis S  
 ex aequo negotietur, nusquam domicilium habere: quosdam autem dicere refert pluribus  
 locis eum incolam esse aut domicilium habere: quod uerius est.
- 6 **U**LPIANUS libro secundo opinionum. Adsumptio originis, quae non est, ueritatem na- S  
 turae non peremit: errore enim ueritas originis non amittitur nec mendacio dicentis se

F(XYMOO)

5 appella'n'tur F<sup>2</sup> 6 ciuitate F | dicemus 29 is] his F 30 datam] dabit F<sup>2</sup> | mureru F  
 F<sup>2</sup> 7 ciuitates F 13 quaesitus F<sup>2</sup> 19 ue- 39 'a'mittitur F<sup>2</sup>  
 detur F<sup>2</sup> (em. m. 2?) 21 pecunia'm' F<sup>2</sup>

- esse, unde non sit, deponitur<sup>1</sup>: neque recusanda quis patriam, ex qua oriundus est, neque  
 1 mentiendo de ea, quam non habet, ueritatem mutare potest. Filius ciuitatem, ex qua pater  
 2 eius naturalem originem ducit, non domicilium sequitur. Uiris prudentibus placuit duobus  
 locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique ita se instruxit, ut non ideo minus  
 3 apud alteros se collocasse uideatur. Libertini originem patronorum uel domicilium se-  
 quuntur: item qui ex his nascuntur.
- 7 IDEM libro quinto de officio proconsulis. Si quis a pluribus manumissus sit, B. 54, 1 n. S  
 omnium patronorum originem sequitur.
- 8 MARCIANUS libro primo de iudiciis publicis. Non debere cogi cf. D. 48, 12, 3 pr. B. 54, 1, 8 S  
 decuriones uilius praestare frumentum ciuibus suis, quam annona exigit, diui fratres re-  
 10 scripserunt, et aliis quoque constitutionibus principalibus id cautum est.
- 9 NERATIUS libro tertio membranarum. Eius, qui iustum patrem non habet, prima origo S  
 a matre eoque die, quo ex ea editus est, numerari debet.
- 10 MARCIANUS libro singulari de delatoribus. Simile priuilegium fisco nulla ciuitas habet Sf  
 in bonis debitoris, nisi nominatim id a principe datum sit. 16
- 11 PAPINIANUS libro secundo quaestionum. Imperator Titus Antoninus Lentulo B. 54, 1 n. P  
 Uero rescripsit magistratum officium indiuiduum ac periculum esse commune. quod sic  
 intellegi oportet, ut ita demum collegae periculum adscribatur, si neque ab ipso qui gessit  
 neque ab his, qui pro eo interuenerunt, res seruari possit et soluendo non fuit honore de-  
 12 positio. alioquin si persona uel cautio sit idonea, uel soluendo fuit quo tempore conueniri 20  
 potuit, unusquisque in id quod administrauit tenebitur. Quod si forte is, qui periculo suo  
 nominauit magistratum, soluendo sit, utrum in eum prius actio reddi quasi fideiussorem  
 debeat, an uero non alias, quam si res a collega seruari non potuerit? sed placuit fide-  
 iussoris exemplo priorem conueniendum qui nominauit, quoniam collega quidem negligen-  
 14 tia ac poenae causa, qui uero nominauit, fidei ratione conuenitur. 25
- 12 IDEM libro primo responsorum. Et ei contra nominati collegam actionem utilem dari P  
 non oportet.
- 13 PAPINIANUS libro secundo quaestionum. Quid ergo, si alter ex magistratibus toto anno P  
 a fuerit aut forte praesens per contumaciam siue ignauiam uel aegram ualitudinem rei pu-  
 blicae negotia non gesserit et omnia collega solus administrauerit, nec tamen tota res ab 20  
 eo seruari possit? talis ordo dabitur, ut in primis qui rei publicae negotia gessit et qui  
 pro eo cauerunt in solidum conueniantur, mox peractis<sup>2</sup> omnibus periculum agnoscat qui  
 non idoneum nominauit, postremo alter ex magistratibus, qui rei publicae negotiis se non  
 immiscuit. nec iuste qui nominauit uniuersi periculum recusabit, cum scire deberet eum,  
 qui nominaretur, indiuiduum officium et commune periculum suscepturum. nam et cum 25  
 duo gesserunt et ab altero seruari quod debetur non potest, qui collegam nominauit, in  
 uniuersum conuenitur.
- 14 IDEM libro quinto decimo quaestionum. Municipales ¶ intelleguntur scire, quod sciant hi, P f. 436'  
 quibus summa rei publicae commissa est. 29
- 15 IDEM libro primo responsorum. Ordine decurionum ad tempus motus et in ordinem P  
 regressus ad honorem, exemplo relegati, tanto tempore non admittitur, quanto dignitate  
 caruit. sed in utroque placuit examinari, quo crimine damnati sententiam eiusmodi me-  
 ruerunt: durioribus etenim poenis affectos ignominia uelut transacto negotio postea libe-  
 rari, minoribus uero, quam leges permittunt, subiectos nihilo minus inter infames haberi,  
 cum facti quidem quaestio sit in potestate iudicantium, iuris Marcian. D. 48, 16, 1, 4. B. 54, 1 n. 45  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> nec mendacio ... deponitur del.    <sup>2</sup> exactis (cf. D. 23, 4, 32, 1. 24, 3, 44 f.)?

5 sequuntur F<sup>2</sup> 13 aditus F<sup>1</sup> 17 com-  
 munem F 18 college F 22 nominabit F  
 26 contra nominati collegam] F, contra no-  
 minatum collegam X<sup>2</sup>, qui nominauit (nomi-  
 nauit Y) contra collegam XYMOC, qui contra  
 nominatum collegam X<sup>2</sup> 28 papinianus] F<sup>2</sup>,  
 idem F<sup>2</sup> 34 recusauit F 37 uniuerso F<sup>2</sup>  
 39 re'i publicae F<sup>2</sup> | commissa F 41 hono-  
 res F<sup>2</sup> 43 durioribus F<sup>2</sup> 44 permit-  
 tuunt F<sup>2</sup>



- 1 autem auctoritas non sit. In eum, qui successorem suo periculo nominavit, si (Marc. B)  
 2 finito magistratu successor idoneus fuit, actionem dari non oportet. In fraudem ciuilium  
 munerum per tacitam fidem praedia translata fisco uindicantur tantumque alterum inter-  
 3 dictae rei minister de suis bonis cogitur soluere. Ius originis in honoribus obeundis ac  
 muneribus suscipiendis adoptione non mutatur: sed nonis quoque muneribus filius per<sup>9</sup>  
 adoptiuum patrem adstringitur.
- 16 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Sed si emancipatur ab adoptiuo patre, P<sup>9</sup>  
 non tantum filius, sed etiam ciuis eius ciuitatis, cuius per adoptionem fuerat factus, esse  
 desinit.
- 17 PAPINIANUS libro primo responsorum. Libertus propter patronum a ciuilibus muneribus P  
 non excusatur, nec ad rem pertinet, an operas patrono uel ministerium capto luminibus  
 1 exhibeat. Liberti uero senatorum, qui negotia patronorum gerunt, a tutela decreto patrum  
 2 excusantur. Filium pater decurionem esse noluit: ante filium ex persona sua res publica  
 debet conuenire quam patrem ex persona filii. nec ad rem pertinebit, an filius castrense  
 3 peculium tantum possideat, cum ante militasset uel postea. Praescriptio temporum, quae 15  
 in honoribus repetendis uel aliis suscipiendis data est, apud eosdem seruatur, non apud  
 4 alios. Sed eodem tempore non sunt honores in duabus ciuitatibus ab eodem gerendi: cum  
 5 simul igitur utrobique deferuntur, potior est originis causa. Sola ratio possessionis ciui-  
 libus possessori muneribus iniungendis citra priuilegium specialiter ciuitati datum idonea  
 6 non est. Postliminio regressi patriae muneribus obtemperare coguntur, quamuis in alienae  
 7 ciuitatis finibus consistant. Exigendi tributi munus inter sordida munera non habetur et  
 8 ideo decurionibus quoque mandatur. Ex causa fideicommissi manumissus in muneribus  
 9 ciuilibus manumissoris originem sequitur, non eius qui libertatem reliquit. In adoptiuo  
 familia susceptum exemplo dati muneribus ciuilibus apud originem aui quoque naturalis  
 10 respondere diuo Pio placuit, quamuis in isto fraudis nec suspicio quidem interueniret. Error 15  
 eius, qui se municipem aut colonum existimans munera ciuilia suscepturum promisit, de-  
 11 fensionem iuris non excludit. Patris domicilium filium aliorum incolarum ciuilibus muneribus  
 alienae ciuitatis non adstringit, cum in patris quoque persona domicilii ratio temporaria  
 12 sit. In quaestionibus nominatos capitalium criminum ad nouos honores ante causam fut-  
 13 tam admitti non oportet: ceterum pristinam interim dignitatem retinent. Sola domus pos-  
 14 sessio, quae in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit. Nominati successoris  
 15 periculum fideiussorem nominantis non tenet. Fideiussores, qui saluam rem publicam fore  
 responderunt<sup>1</sup>, et qui magistratus suo periculo nominant poenalibus actionibus non adstrin-  
 guntur, in quas inciderunt hi, pro quibus interuenerunt: eos enim damnum rei publicae  
 praestare satis est quod promitti uidetur. 15
- 18 PAULUS libro primo quaestionum. Diuus Seuerus rescripsit interualla temporum in P  
 continuandis oneribus<sup>2</sup> inuitis, non etiam uolentibus concessa, dum ne quis continet ho-  
 norem.
- 19 SCAEUOLA libro primo quaestionum. Quod maior pars curiae effecit, pro eo habetur, P  
 ac si omnes egerint. 16
- 20 PAULUS libro uicensimo quarto quaestionum. Domicilium re et facto transfertur, non P  
 nuda || contestatione: sicut in his exigitur, qui negant se posse ad munera ut incolae uocari. 1 157
- 21 IDEM libro primo responsorum. Lucius Titius cum esset in patris potestate, a magi- P  
 stratibus inter ceteros frumento comparando inuito patre curator constitutus est: cui rei  
 Lucius Titius neque consensit neque pecuniam accepit neque in eam cauit aut se com- 15  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> fore sponderunt (edd.)?    <sup>2</sup> honoribus (edd.)?

5 adoptio'ne F<sup>2</sup> 7 si] si is F<sup>2</sup> | emanci-  
 petur F<sup>2</sup> 11 excusator F<sup>2</sup> 14 patrem]  
 pater F 16 apud eosdem] ἐν τῇ αὐτῇ πόλει B  
 (Cuiacius ad Papinianum h. l.) 23 relinquit F  
 24 susceptu's'm F<sup>2</sup> 25 re'spondere F<sup>2</sup>

27 incola's'm F<sup>2</sup> 31 qu'a'e F<sup>2</sup> 35 promitti  
 uidentur F, promittere uidentur XYMOC  
 42 munera ut] munerant F<sup>2</sup> 44 compa-  
 rendo F

- parationibus cum ceteris miscuit: et post mortem patris in reliqua collegarum interpellari coepit. quaeritur, an ex ea causa teneri possit. Paulus respondit eum, qui iniunctum munus a magistratibus suscipere supersedit, posse conueniri eo nomine propter damnum rei publicae, quamuis eo tempore, quo creatus est, in aliena fuerit potestate. Paulus respondit eos, qui pro aliis non ex contractu, sed ex officio quod administrauerint conueniuntur, in damnum sortis substitui solere, non etiam in usuras. Idem respondit heredes patris propter munera filii, quae post mortem patris suscepit, iure conueniri non posse. hoc responsum et ad eum pertinet, qui a patre decurio factus post mortem patris munera suscepit. Idem respondit eum, qui decurionem adoptauit, onera decurionatus eius suscepisse uideri exemplo patris, cuius uoluntate filius decurio factus est. Idem respondit constante matrimonio dotem in bonis mariti esse: sed et si ad munera municipalia a certo modo substantiae uocentur, dotem non debere computari. Idem respondit, si per accusatorem criminum capitalium non stetisset, quo minus crimen intra statutum tempus persequeretur, reum non debuisse medio tempore honorem appetere. Imperatores Seuerus et Antoninus Augusti Septimio Zenoni. Pro infante filio, quem decurionem esse uoluisti, quamquam fidem tuam in posterum adstrinxeris, tamen interim onera sustinere non cogaris, cum ad ea, quae mandari possunt, uoluntatem dedisse uidearis. Idem respondit, si ciuitas nullam propriam legem habet de adiectionibus admittendis, non posse recedi a locatione uel uenditione praediorum publicorum iam perfecta: tempora enim adiectionibus praestituta ad causas fisci pertinent.
- 22 IDEM libro primo sententiarum. Filii libertorum, libertarumque liberti, paterni et patris troni manumissoris domicilium aut originem sequuntur. Uidua mulier amissi mariti domicilium retinet exemplo clarissimae personae per maritum factae: sed utrumque aliis interuenientibus nuptiis permutatur. Municipales sunt liberti et in eo loco, ubi ipsi domicilium sua uoluntate tulerunt, nec aliquod ex hoc origini patroni faciunt praeiudicium et utriusque que muneribus adstringuntur. Relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet. Senator ordine motus ad originalem patriam, nisi hoc specialiter impetrauerit, non restituitur. Senatores et eorum filii filiaeque quoquo tempore nati nataeue, itemque nepotes, pronepotes et proneptes ex filio origini eximuntur, licet municipalia retineant dignitatem. Senatores, qui liberum comitatum, id est ubi uelint morandi arbitrium impetrauerunt, domicilium in urbe retinent. Qui faenus exercant, omnibus patrimonii intributionibus fungi debent, etsi possessionem non habeant.
- 23 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Municeps esse desinit senatoriam adeptus dignitatem, quantum ad munera: quantum uero ad honorem, retinere creditur originem. denique manumissi ab eo eius municipii efficiuntur municipes, unde originem trahit. Miles ibi domicilium habere uidetur, ubi meret, si nihil in patria possideat.
- 24 SCAEUOLA libro secundo digestorum. Constitutionibus principum continetur, ut pecuniae, quae ex detrimento soluitur, usurae non praestentur: et ita imperatores Antoninus et Uerus Augusti rescripserunt his uerbis: Humanum est reliquorum usuras neque ab ipso, qui ex administratione honoris reliquatus est, neque a fideiussore eius, et multo

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> et *del. (Taur.)*    <sup>2</sup> rescripsit (*similiter Cuiacius*)?    <sup>3</sup> Imp. Antoninus Aug. Herculano. Si sine ulla conditione praedia uendente re publica comparasti, perfecta uenditione nulla ratione uereri, ne adiectione facta auferri tibi dominium possit. tempora enim adiectionibus praestituta ad causas fisci pertinent, nisi si qua ciuitas propriam legem habeat *Cod. Iust.*    <sup>4</sup> libertorumque (*Savigny op. min. 3, 245*)?    <sup>5</sup> contulerunt (*cf. D. 50, 16, 239, 2: van de Water*)?    <sup>6</sup> sed (*Krueger*)?    <sup>7</sup> capita sic ordina: 3. 5. 4. 6    <sup>8</sup> itemque nepotes et neptes (*del. pronepotes et pro*)?

5 eos] eum *F*    10 ab idem *legem incipit F*    16 posterum] *Cod. Iust., posteri F* | interim *om. Cod. Iust.*    17 mandare *F*    20 praestituta *F*    26 puneribus *F*    28 quoque *F*

29 nataeue *F*    34 quantum ad] *F*    hoc autem quantum ad *F*    36 uideretur *F*    39 praestentur *F*    40 ueruis *F*

'minus a magistratibus, qui cautionem acceperint, exigi'. cui consequens est, ut ne in futurum a forma observata discedatur.

- 25 ULPIANUS libro primo ad edictum praetoris. Magistratus municipales cum unum magistratum || administrent, etiam unius hominis vicem sustinent. et hoc plerumque quidem lege municipali eis datur: verum et si non sit datum, dummodo non denegatum, moribus competit.
- 26 PAULUS libro primo ad edictum. Ea, quae magis imperii sunt quam iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest. Magistratibus municipalibus non permittitur in integrum restituere aut bona rei seruandae causa iubere possideri aut doti seruandae causa uel legatorum seruandorum causa.
- 27 ULPIANUS libro secundo ad edictum. Eius, qui manumisit, municeps est manumissus, non domicilium eius, sed patriam secutus. et si patronum habeat duarum ciuitatum municipem, per manumissionem earundem ciuitatum erit municeps. Si quis negotia sua non in colonia, sed in municipio semper agit, in illo uendit emit contrahit, in eo foro balineo spectaculis utitur, ibi festos dies celebrat, omnibus denique municipii commodis, nullis coloniarum fruitur, ibi magis habere domicilium, quam ubi colendi causa deuersatur. Celsus libro primo digestorum tractat, si quis instructus sit duobus locis aequaliter neque hic quam illic minus frequenter commoretur: ubi domicilium habeat, ex destinatione animi esse accipiendum. ego dubito, si utrobique destinato sit animo, an possit quis duobus locis domicilium habere. et uerum est habere, licet difficile est: quemadmodum difficile est sine domicilio esse quemquam. puto autem et hoc procedere posse, si quis domicilio relicto nauiget uel iter faciat, quaerens quo se conferat atque ubi constituat: nam hunc puto sine domicilio esse. Domicilium autem habere potest et relegatus eo loci, unde arcetur, ut Marcellus scribit.
- 28 PAULUS libro primo ad edictum. Inter conuenientes et de re maiori apud magistratus municipales agatur.
- 29 GAIUS libro primo ad edictum prouinciale. Incola et his magistratibus parere debet, apud quos incola est, et illis, apud quos cinis est: nec tantum municipali iurisdictioni in utroque municipio subiectus est, uerum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet.
- 30 ULPIANUS libro sexagesimo primo ad edictum. Qui ex uico ortus est, eam patriam intellegitur habere, cui rei publicae uicus ille respondet.
- 31 MARCELLUS libro primo digestorum. Nihil est impedimento, quo minus quis ubi uisus habeat domicilium, quod ei interdictum non sit.
- 32 MODESTINUS libro quarto differentiarum. Ea, quae desponsa est, ante contractas nuptias suum non mutat domicilium.
- 33 IDEM libro singulari de manumissionibus. Roma communis nostra patria est.
- 34 IDEM libro tertio regularum. Incola iam muneribus publicis destinatus nisi perfecto munere incolatui renuntiare non potest.
- 35 IDEM libro primo excusationum. ΕΙΔΕΝΑΙ ΧΡΗ ΘΤΙ Ο ΕΝ ΑΓΡΩ ΚΑΤΑΜΕΝΩΝ ΙΝΚΟΛΑΣ ΟΥ ΝΟΜΙΖΕΤΑΙ. Ο ΓΑΡ ΕΚΕΙΝΗΣ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΞΑΙΡΕΤΟΙΣ ΜΗ ΧΡΩΜΕΝΟΣ ΟΥΤΩΣ ΟΥ ΝΟΜΙΖΕΤΑΙ ΕΙΝΑΙ ΙΝΚΟΛΑΣ.
- 36 IDEM libro primo responsorum. Titio, cum esset Romae studiorum gratia, epistula missa est a magistratibus patriae suae, ut porrigeret imperatori decretum eiusdem ciuitatis, quod erat cum ipsa epistula missum. is autem, qui suscepisset litteras restituendas, collusionem facta dedit Lucio Titio, qui et ipse Romae morabatur suae rei gratia: sublato

<sup>1</sup> uidetur *ins.*    <sup>2</sup> posse *ins.*    <sup>3</sup> is *ins.*

9 iuberi possidere *F*    10 'c'au't'sa uel *F*<sup>2</sup>  
14 in eo] *Hal.*, eo in *FXY<sup>2</sup>MOC*, et in *Y*<sup>o</sup>  
15 festis *F*<sup>2</sup>    16 colendi] colendi rursus *F*<sup>2</sup>  
18 ex destinatione] *Brenemannus*, extinctione  
*F*, existimationem *XYO*, estimationem *MC*

25 primo *F*<sup>4</sup>    27 prouinciale om. *F*<sup>2</sup>  
39 incolas *F*    40 οὔτως] *F*<sup>2</sup>, οὔτος *F*<sup>2</sup>: cf.  
uol. I p. 788, 24    41 incolas *F*    44 susci-  
pisset *F*

- Titi nomine, cui erat decretum missum, uti per ipsum daretur, suum scripsit et sic imperatori decretum secundum mandata rei publicae dedit. quaero, qui uiaticum petere ab ea potuisset? et quid commisisset uidetur is, qui non restituit litteras ei, cui restituere mandatum susceperat, et is, qui sublato alieno nomine inscriptoque suo, quasi ipse iussus a patria, decretum imperatori porrexit? Herennius Modestinus respondit Titium 5  
 1 quidem uiaticum petere non posse: sed eum qui nomen incidisset<sup>1</sup>. Titius pro pecunia publica, quam ipse credidit, pignus accepit pacto facto cum debitore, ut non soluto debito sine ulla repromissione<sup>2</sup> distrahatur pignus. succedentes gradus<sup>3</sup> in locum Titii nomen et pignus probauerunt usque ad Maeuium: ex uen]ditiōne pignoris propter repromissionem f. 438  
 a magistratu<sup>4</sup> uendentibus factam de modo fundi demonstrato satis debito factum non 10 est. quaerebatur, quis rei publicae tenetur. Herennius Modestinus: Titium, cum successores eius periculum nominis agnouerint, eo nomine obstrictum non esse respondi: sed nec post magistratus qui uendidisse proponuntur, cum uidelicet pluri uendiderunt propter mensurae agri demonstrationem et hoc, qua<sup>5</sup> pluri uendiderunt, restituere minore modo deprehenso iussi sunt. eum igitur, qui nouissimus nomen probauit, indemnitati rei publicae 15 satisfacere debere, si nomen ad successorem idoneum transmississe non doceatur.
- 37 CALLISTRATUS libro primo de cognitionibus. De iure omnium incolarum, quos quaeque E ciuitates sibi uindicant, praesidum prouinciarum cognitio est. cum tamen se quis negat incolam esse, apud eum praesidem prouinciae agere debet, sub cuius cura est ea ciuitas, a qua uocatur ad munera, non apud eam, ex qua ipse se dicit oriundum esse: idque 20  
 1 diuus Hadrianus rescripsit. Mulieris, quae aliunde orta, alibi nupta est, liberos eo loco  
 2 munus facere debere, unde patrona erit et ubi ipsi domicilium habebunt, placet. Mulieres, quae in matrimonium se dederint non legitimum, non ibi muneribus fungendas, unde mariti earum sunt, sciendum est, sed unde ipsae ortae sunt: idque diui fratres rescripserunt. 24
- 38 PAPIRIUS IUSTUS libro secundo de constitutionibus. Imperatores Antoninus et Uerus E Angusti rescripserunt gratiam se facere iurisiurandi ei, qui iurauerat se ordini non inter-  
 1 futurum et postea duumuir creatus esset. Item rescripserunt colonos praediorum fisci muneribus fungi sine damno fisci oportere, idque excutere praesidem adhibito procuratore  
 2 debere. Imperatores Antoninus et Uerus rescripserunt ad magistratus officium pertinere exactionem pecuniae legatorum, et si cessauerint, ipsos uel heredes conueneri aut, si sol- 30  
 3 uendo non sint, fideiussores eorum qui pro his cauerunt. Item rescripserunt [B. 54, 1 n. mulierem, quamdiu nupta est, incolam eiusdem ciuitatis uideri, cuius maritus eius est, et  
 4 ibi, unde originem trahit, non cogi muneribus fungi. Item rescripserunt patris, qui consulto filium emancipauerat, ne pro magistratu eius caueret, perinde bona teneri atque  
 5 si fideiussor pro eo extitisset. Item rescripserunt, cum quaeritur, an municeps quis [B] 36  
 6 ad confirmandam cuiusque originem satis non esse. Imperatores Antoninus et Uerus rescripserunt non minus eos, qui compulsi magistratu funguntur, cauere debere, quam qui sponte officium adnouerunt.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> *plura desiderantur (Schulting)*    <sup>2</sup> sine ulla repromissione] aut delenda haec (cf. u. 9) aut corrupta: potest fuisse sine ulla remissione    <sup>3</sup> gradus] magistratus (μετράτους: Cuiacius)?  
<sup>4</sup> magistratibus (Cuiacius)?    <sup>5</sup> quo?

2 u'i'aticum F<sup>2</sup>: τῆς ὁδοῦ μνήστρον B apud Cuiacium (Heimb. 54, 1 not.) 3 ab] hab F  
 4 mandat'oum F<sup>2</sup> 5 respondit] f, perspondit F 9 'us'qu'a'e F<sup>2</sup> | re'm'promissionem F<sup>2</sup> 13 uidelicet F 14 minore om. F<sup>2</sup>  
 15 nomen F<sup>2</sup> 20 oriundum F<sup>2</sup> 21 mulieris] FXYM<sup>2</sup>?, in persona mulieris F<sup>2</sup>M<sup>2</sup>OC,

mulieri Taur.: scilicet male inciderunt ante liberos 24 di'ni' F<sup>2</sup> 25 papirius iustus] F<sup>2</sup>, papirius F<sup>2</sup> 26 augusti om. Taur. 28 sine a' damno F<sup>2</sup> 29 ab imperatores legem incipit F 30 cessauerin't F<sup>2</sup> | conueneri F 33 originem F<sup>2</sup> 38 magistratu F

## II.

## R DE DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM R

- 1 ULPIANUS libro secundo opinionum. Decuriones, quos sedibus ciuitatis, ad quam per-  
 tinent, relictis in alia loca transmigrasse probabitur, praeses prouinciae in patrium solum  
 reuocare et muneribus congruentibus fungi curet.
- 2 IDEM libro primo disputationum. Qui ad tempus relegatus est, si decurio sit, desinet  
 esse decurio. reuersus plane locum suum quidem non optinebit, sed non semper prohi-  
 betur decurio fieri. denique in locum suum non restituetur (nam et sublegi in locum eius  
 potest) et si numerus ordinis plenus sit, expectare eum oportet, donec alius uacet. alia  
 causa est eius, qui ad tempus ordine remouetur: hic enim impleto tempore decurio est. 10  
 sed et in huius locum sublegi poterit: sed et si plenum locum inuenerit, expectet, donec  
 1 locus uacet. Restitutus tamen in ordinem utrum eum ordinem teneat, quem primum ha-  
 buit, an uero quem nunc nactus est, quaeri potest, si forte de ordine sententiarum dicen-  
 darum agatur. arbitror tamen eundem ordinem tenere, quem pridem habuit. non idem  
 2 erit in eo, qui relegatus ad tempus est: nam hic uelut nouus in ordinem uenit. In filiis  
 decurionum quaestio est, utrum is solus decurionis filius esse uideatur, qui conceptus et  
 natus est ex decurione, an uero et is, qui ante natus est, quam pater decurio fieret. 1  
 et quidem quantum pertinet, ne fustibus castigetur et ne in metallum detur, non nocet  
 plebeo patre esse natum, si postea honor decurionis patri eorum accesserit. in auo quo-  
 3 que Papinianus idem respondit. ne patris nota filius macularetur<sup>1</sup>. Sed si pater ipsius  
 ordine motus sit, si quidem ante conceptionem eius moueatur, arbitror eum quasi plebei  
 filium in honoribus spectari: quod si post conceptionem pater ipsius dignitatem amiserit,  
 4 dicendum erit benigne ut decurionis filium intuendum. Proinde hic quoque, qui post  
 patris relegationem natus sit, si quidem ante conceptus est, similis senatoris filio habe-  
 5 bitur: si postea, nocebit illi relegatio. Si ad tempus ordine moto patre fuerit natus me-  
 dioque tempore conceptus et editus, an quasi decurionis filius nascatur, licet pater eius  
 6 ante obierit, quam in ordinem<sup>2</sup> uenerit? quod benigne erit admittendum. Praeterea si  
 conceptus sit a plebeo, mox ante editionem pater eius decurionatum adeptus ante edi-  
 tionem amiserit: non infauorabiliter quis medium tempus illi prodesse ueluti iam nato  
 7 respondebit. Nullum patris delictum innocenti filio poenae est: ideoque nec ordine decu-  
 8 rionum aut ceteris honoribus propter eiusmodi causam prohibetur. Maiores <sup>Pon. 45, 2</sup>  
 annis quinquaginta quinque ad decurionatus honorem inuiti uocari constitutionibus prohi-  
 bentur. sed si ei rei consenserint, etsi maiores annis septuaginta sint, munera quidem  
 ciuilia obire non coguntur, honores autem gerere debent.
- 3 IDEM libro tertio de officio proconsulis. Generaliter id erit defendendum, ut qui de-  
 mentioem sententiam passus est ob hoc, <sup>3</sup>quod ad tempus relegatur, boni consulere de-  
 1 beat humanitatis sententiae nec decurionatum recipiat. Sed si quis ob falsam<sup>4</sup> causam  
 uel aliam de grauioribus non ad tempus sit relegatus, sed ad tempus ordine motus, in ea  
 est causa, ut possit in ordinem redire. imperator enim Antoninus edicto <sup>Cod. 10, 59, 1</sup>  
 proposito statuit, ut cuiusque aut quacumque causa ad tempus ordine uel aduocationibus  
 uel quo alio officio fuisset interdictum, completo tempore nihilo minus fungi honore uel  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> ne patris nota filius macularetur del. (glossema ad u. 23) <sup>2</sup> denuo ins. <sup>3</sup> ob ins.  
 (cf. u. 6) <sup>4</sup> falsi (Hal.)?

5 curat F<sup>2</sup> 6 disputationem F 8 locum] eolum F<sup>2</sup> 11 expectet et donec F 12 utrum eum ordinem om. F<sup>2</sup> 15 uoluit F<sup>2</sup> 21 e'or'um F<sup>2</sup> 36 ob hoc seq.] sic intellege: qui delicti condemnatus est, cuius legitima poena est relegatio ad tempus uel ea maior, quamquam iudex clementiorem sententiam tulerit, puta multam

tantum ei imposuerit, tamen decurionatum amittere (arg. D. 50, 1, 15 pr. al.), nisi forte in sententia expressum est eum ad certum tempus ordine moueri: quamquam ante Caracallae de ea re constitutionem ne hoc quidem obtinuisse ostendit lex 5 h. t. | boni] sic nec quicquam mutatum F 40 ut quicumque F 41 interdict'o'um F<sup>2</sup>

- officio possit. et hoc recte: neque enim exaggeranda fuit sententia, quae modum interdictioni fecerat. Spurius posse in ordinem allegi nulla dubitatio est: sed si habeat competitorum legitime quaesitum, praeferrere eum oportet<sup>1</sup>, diui fratres Lolliano Auito Bithyniae praesidi rescripserunt. cessantibus uero his etiam spurii ad decurionatum et re et uita honesta recipiuntur: quod utique non sordi erit ordini, cum ex utilitate eius sit semper<sup>5</sup> ordinem plenum habere. Eis, qui Iudaicam superstitionem se- [Collectio const. eccl. p. 1310] quuntur, diui<sup>2</sup> Seuerus et Antoninus honores adipisci permiserunt, sed et necessitates eis imposuerunt, qui superstitionem eorum non laederent.
- 4 MARCIANUS libro primo de iudiciis publicis. Decurio, qui prohibetur conducere quaesdam, si iure successerit in conductione<sup>3</sup>, remanet in ea. quod et in omnibus similibus 10 seruandum est.
- 5 PAPIANUS libro secundo quaestionum. Ad tempus ordine motos ex crimine, quod P ignominiam importat, in perpetuum moueri placuit. ad tempus autem exulare iussos ex crimine leuiore uelut transacto negotio non esse inter infames habendos.
- 6 IDEM libro primo responsorum. Spurii decuriones fiunt: et ideo fieri poterit ex in- P 1 cesto quoque natus: non enim impedienda est dignitas eius qui nihil admisit. Minores uiginti quinque annorum decuriones facti sportulas decurionum accipiunt: sed interim 2 suffragium inter ceteros ferre non possunt. Decurio etiam suae ciuitatis uectigalia exercere prohibetur. Qui iudicii publici quaestionem citra ueniam abolitionis deseruerunt, decurionum honore decorari non possunt, cum ex Turpilliano senatus consulto notentur igno- 3 minia uelut calumniae causa iudicio publico damnati. || Pater, qui filio decurione creato f. 439 prouocauit, etsi praescriptione temporis exclusus fuerit, si quod gestum est non habuit ratum, muneribus ciuilibus pro filio non tenebitur. Priuilegiis cessantibus ceteris eorum causa potior habetur in sententiis ferendis, qui pluribus eodem tempore suffragiis iure decurionis decorati sunt. sed et qui plures liberos habet, in suo collegio primus sententiam 5 rogatur ceterosque honoris ordine praecellit.
- 7 PAULUS libro primo sententiarum. Honores et munera non ordinatione, sed potioribus P 1 quibusque iniungenda sunt. Surdus et mutus si in totum non audiant aut non loquantur, 2 ab honoribus ciuilibus, non etiam a muneribus excusantur. Is, qui non sit decurio, duumuiratus uel aliis honoribus fungi non potest, quia decurionum honoribus plebei fungi pro- 3 hibentur. Ad decurionatum filii ita demum pater non consentit, si con- [BS. 38, 8, 1 sch. 20] trariam uoluntatem uel apud acta praesidis uel apud ipsum ordinem uel quo alio modo contestatus sit.
- 8 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Decurionibus facultatibus lapsis ali- P menta decerni permissum est, maxime si ob munificentiam in patriam patrimonium ex- 5 hauserint.
- 9 PAULUS libro primo decretorum. Seuerus Augustus dixit: 'etsi probaretur Titius in P seruitute patris sui natus, tamen, cum ex libera muliere sit procreatus, non prohibetur 1 'decurio fieri in sua ciuitate'. Non esse dubitandum, quin nauicularii non debent decuriones creari.
- 10 MODESTINUS libro primo responsorum. Herennius Modestinus respondit sola albi pro- P scriptione minime decurionem factum, qui secundum legem decurio creatus non sit.
- 11 CALLISTRATUS libro primo cognitionum. Non tantum qui tenerae aetatis, sed etiam E F(XYMOC)

<sup>1</sup> oportet del. <sup>2</sup> diui del. (cf. Rudorff *Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 9, 114) <sup>3</sup> conductionem (edd.)?

6 iudaicam F<sup>2</sup> | sequantur F<sup>o</sup> 7 honores seq.] τὰς μὴ βλαπτούσας τὴν θρησκείαν ἀγῶν τιμὰς ἐξ ἀνάγκης πράττουσιν Collect.: qui *ne muta, nam refertur tam ad honores quam ad necessitates siue munera* (cf. D. 27, 1, 15, 6) 9 decurio'n qui F<sup>4</sup> 14 infamos F<sup>1</sup> 18 fer're F<sup>2</sup> 20 honori F 24 decuriones F 27 or-

dinationi F 28 iniungendae F 29 duumuirato F 32 apud praesid' ipsum F<sup>4</sup> 34 iuris om. F<sup>1</sup> 41 alui proscriptione F, salarii (solum O<sup>o</sup>) praescriptione (proscriptione Y) X<sup>1</sup>Y<sup>2</sup>OC, scriptione (om. alui pro) M, inc. X<sup>o</sup>Y<sup>o</sup>

qui grandes nati sunt decuriones fieri prohibentur. Illi quasi inhabiles rem publicam tueri ad tempus excusantur, hi uero in perpetuum amouentur: non alias seniores, ne seniorum excusatione iuniores onerentur ad omnia munera publica suscipienda soli relictī. neque enim minores uiginti quinque annis decuriones allegi Ecloga 37, 45 (Zachar. ius Gr. R. 4, 149) nisi ex causa possunt, neque hi, qui annum quinquagesimum et quintum excesserunt. nonnumquam etiam longa consuetudo in ea re obseruata respicienda erit. quod etiam custodiendum principes nostri consulti de allegendis in ordine Nicomedensium huius aetatis hominibus rescripserunt.

- 12 IDEM libro sexto cognitionum. Eos, qui utensilia negotiantur et uendunt, licet ab aedilibus caeduntur, non oportet quasi uiles personas neglegi. denique non sunt prohibiti huiusmodi homines decurionatum uel aliquem honorem in sua patria petere: nec enim infames sunt. sed ne quidem arcentur honoribus, qui ab aedilibus flagellis caesi sunt, quamquam iure suo ita aediles officio isto fungantur. inonestum tamen puto esse huiusmodi personas flagellorum ictibus subiectas in ordinem recipi, et maxime in eis ciuitatibus, quae copiam uirorum honestorum habeant: nam paucitas eorum, qui muneribus publicis fungi debeant, necessaria etiam hos ad dignitatem municipalem, si facultates habeant, inuitat.
- 13 PAPIRIUS IUSTUS libro secundo de constitutionibus. Imperatores Antoninus et Uerus Augusti rescripserunt in tempus relegatos et reuersos in ordinem allegi sine permissu principis non posse. Item rescripserunt relegatos non posse tempore finito in ordinem decurionum allegi, nisi eius aetatis fuerint, ut nondum decuriones creati possent, et dignitas certa spem eius honoris id faceret, ut princeps indulgere possit. Item rescripserunt eum, qui in relegatione natus est, non prohiberi honore decurionatus fungi. Item rescripserunt non admitti contradicere uolentem, quod non recte quis sit creatus decurio, cum initio contradicere debuerit.
- 14 PAULUS libro primo quaestionum. De decurione damnato non debere quaestionem haberi || diuus Plus rescripsit. unde etiam si desierit decurio esse, deinde damnetur, non esse torquendum in memoriam prioris dignitatis placet.

## III.

## R DE ALBO SCRIBENDO R

- 1 ULPIANUS libro tertio de officio proconsulis. Decuriones in albo ita scriptos esse oportet, ut lege municipali praecipitur: sed si lex cessat, tunc dignitates erunt spectandae, ut scribantur eo ordine, quo quisque eorum maximo honore in municipio functus est: puta qui duumviratum gesserunt, si hic honor praecellat, et inter duumuirales antiquissimus quisque prior: deinde hi, qui secundo post duumviratum honore in re publica functi sunt: post eos qui tertio et deinceps: mox hi qui nullo honore functi sunt, prout quisque eorum in ordinem uenit. In sententiis quoque dicendis idem ordo spectandus est, quem in albo scribendo diximus.
- 2 IDEM libro secundo opinionum. In albo decurionum in municipio nomina ante scribi oportet eorum, qui dignitates principis iudicio consecuti sunt, postea eorum, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> necessario (edd.)?    <sup>2</sup> spe?

1 natu] natae F<sup>v</sup>    2 bero F<sup>v</sup>    3 iuniores] iniures F<sup>v</sup> | re's'lictī F<sup>v</sup>    16 municipale'm'    30 aluo F    31 aluo F    34 du'umuirales F<sup>v</sup>  
si F<sup>v</sup>    17 inuitet F    23 relegationi F<sup>v</sup>    35 prior'is' deinde F<sup>v</sup> | in re om. F<sup>v</sup>    38 aluo F  
39 aluo F

## III.

## R DE MUNERIBUS ET HONORIBUS R

SEP

- 1 HERMOGENIANUS libro primo epitomarum. Munerum ciuilium quaedam sunt [B. 54, 3 n.] \*P  
 1 patrimonii, alia personarum. Patrimonii sunt, munera rei uehicularis, item nauicularis:  
 2 decemprimatus: ab istis enim periculo ipsorum exactiones sollemnium celebrantur. Perso- 5  
 nalia ciuilia sunt munera defensio ciuitatis, id est ut syndicus fiat: legatio ad census ac-  
 3 cipiendum uel patrimonium: scribatus: ΚΑΜΗΛΑCΙΑ: annonae ac similibus cura: praediorumque<sup>1</sup>  
 publicorum: frumenti comparandi: aquae ductus: equorum circensium<sup>2</sup> spectacula: publicae  
 4 uiae munitiones<sup>3</sup>: arcae frumentariae: calefactiones<sup>4</sup> thermarum: annonae diuisio<sup>5</sup> et quae-  
 cumque aliae curae istis sunt similes. ex his enim, quae rettulimus, cetera etiam per leges 10  
 3 cuiusque ciuitatis ex consuetudine longa intellegi potuerunt<sup>6</sup>. Illud tenendum est genera-  
 liter personale quidem munus esse, quod corporibus labore cum sollicitudine animi ac  
 4 uigilantia sollemniter exigit<sup>7</sup>, patrimonii uero, in quo sumptus maxime postulat. Aeque  
 personale munus est tutela, cura adulti furiosius, item prodigi, muti, etiam [BS. 38, 1, 6 sch. 15  
 uentris, etiam ad exhibendum cibum potum tectum et similia. sed et in bonis<sup>8</sup>, cuius of- 15  
 ficio usucapionea interpellantur ac, ne debitores liberentur, prouidetur: item ex Carboniano  
 edicto bonorum possessione petita, si satis non detur, custodiendis bonis curator datus  
 personali fungitur munere. his similes sunt bonis dati curatores, quae fuerunt eas, qui ab  
 hostibus captus est et reuerti speratur: item custodiendis ab eo relictis, cui necdum quia-  
 quam ciuili uel honorario iure successit, curatores constituti. 20
- 2 ULPIANUS libro uicensimo primo ad Sabinum. Quod ad honores pertinet, creditur in S  
 potestate filium habere etiam is, qui in patris potestate est.
- 3 IDEM libro secundo opinionum. Et qui originem ab urbe Roma habent, si alio loco S  
 1 domicilium constituerunt, munera eius sustinere debent. His, qui castris operam [B. 54, 4, 2  
 per militiam dant, nullum<sup>9</sup> municipale munus iniungi potest. ceteri autem priuati, quamuis 25  
 2 militum cognati sunt, legibus patriae suae et prouinciae oboedire debent. Si in me- (B)  
 tallum datus in integrum restitutus sit, perinde ac si nec damnatus fuisset, ad munera uel  
 honores uocatur: nec opponet fortunam et casus tristiores suos ad hoc solum, ne patriae  
 3 idoneus ciuis esse uideatur. Corporalia munera feminis ipse sexus denegat. Quo minus  
 honores aut munera iniungantur filio, si nullam habet excusationem, intercedere [B. 54, 4, 2  
 5 pater, in cuius potestate est, ius non habet. Quod pater non consensit honoribus uel  
 muneribus filii, ne illius patrimonium oneri subiciatur, praestat defensionem, non ciuem  
 6 patriae utilitatibus quatenus potest aufert. Quamuis maior annis [cf. D. 50, 5, 1, 3. B. 54, 4 n.  
 septuaginta et quinque liberorum incolumium pater sit ideoque a muneribus ciuilibus ex- f. 440  
 7 ousetur, filii tamen eius suo nomine competentia munera adgnoscerent: ideo enim pro- 35  
 prium praemium immunitatis propter filios<sup>10</sup> patribus datum est, quod illi subibunt. (B)
- 7 Utriusque onera munerum ciuilium nomine priuigni sui suscipere nulla iuris ratione cogitur.

F(XYMOG)

<sup>1</sup> que del. (Hal.)    <sup>2</sup> ad ins.    <sup>3</sup> munitionis?    <sup>4</sup> calefactionis?    <sup>5</sup> diuisionis?    <sup>6</sup> pro  
 lege cuiusque ciuitatis et consuetudine longa intellegi poterunt?    <sup>7</sup> quod corporis laborem  
 cum sollicitudine animi ac uigilantia sollemniter exigit?    <sup>8</sup> absentis curator datus simi-  
 liae ins.    <sup>9</sup> operam dant, per militiam nullum?    <sup>10</sup> propter filios del.

6 syndicus F<sup>1</sup> | accipiendum] F<sup>2</sup>, accipien-  
 dos F<sup>2</sup>: cf. l. 18 § 16 h. t.    7 scribatus] Cu-  
 iacius citans Cod. 7, 62, 4, scribitus F<sup>2</sup>, scri-  
 bitas F<sup>1</sup>: cf. l. 18 § 17 h. t. | ΚΑΜΗΛΑCΙΑ] hic  
 uidentur spectare quae ex h. l. afferuntur in  
 schol. Bas.: το ἀποτρέφειν ὄχηματα τῆς πό-  
 λεως: cf. l. 18 § 11 h. t. ceterum uocabulum  
 factum est ut ἰππασία nec opus emendatione  
 13 sollemniter] F<sup>2</sup>, principaliter F<sup>2</sup>: πρωτο-

τύπος B (apud Cuiacium in paratitlis dig.  
 opp. uol. 1 p. 584 ed. Paris. 1637), quod quam-  
 quam ad hanc lectionem uidetur expressum,  
 tamen nihil obstat, quominus Anonymus ita  
 illam reddere uoluerit | patrimonium F<sup>1</sup> 14 tu-  
 tela F<sup>1</sup> 15 uentri F<sup>1</sup> | ciuim F<sup>1</sup> 19 spe-  
 tatur F<sup>1</sup> | relictis] relictis bonis F<sup>2</sup> 23 ab]  
 ad F<sup>1</sup> 30 iniunguntur F<sup>1</sup> 37 munerum]  
 munera F<sup>1</sup> | cogitur' F<sup>2</sup>



- 8 Liberti muneribus fungi debent apud originem patronorum, sed si sua patrimonialia habent  
 9 suffectura oneribus: res enim patronorum muneribus libertinorum subiecta non est. Quod  
 10 pater in reatu criminis alicuius est, filiis impedimento ad honores esse non debet. Deca-  
 11 protos etiam minores annis viginti quinque fieri, non militantes tamen, pridem placuit, quia  
 12 patrimonii magis onus videtur esse. Exactionem tributorum onus patrimonii esse constat.  
 13 Cura frumenti comparandi munus est, et ab eo aetas septuaginta annorum vel numerus  
 14 quinque incolumium liberorum excusat. Eos milites, quibus superuenientibus B. 54, 4, 2  
 hospitia praebere in ciuitate oportet, per uices ab omnibus, quos id munus contingit, suscipi  
 15 oportet. Munus hospitii in domo recipiendi non personae, sed patrimonii onus est. (B)  
 Praeses prouinciae prouideat munera et honores in ciuitatibus aequaliter per uices secan-  
 dum aetates et dignitates, ut gradus munerum honorumque qui<sup>1</sup> antiquitus statuti sunt,  
 iniungi, ne sine discrimine et frequenter isdem oppressis simul uiris et uiribus res publicae  
 16 destituantur. Si duo filii in patris potestate sint, eodem tempore munera eorum B. 54, 4, 2  
 17 pater sustinere non compellitur. Si is, qui duos filios relinquebat, nihil de expedi- (B)  
 dis muneribus alterius filii ex communi patrimonio supremis suis cauit, propriis sumptibus  
 is et munera et honores, qui ei iniunguntur, suscipere debet, quamuis pro altero uiuus pater  
 eiusmodi onera expedierit.
- 4 IDEM libro tertio opinionum. Cura exstruendi uel reficiendi operis in ciuitate munus  
 publicum est, a quo quinque liberorum incolumium pater excusatur: nec si per uim ex-  
 1 tortum munus fuerit, excusationem, quam habet ab aliis muneribus, auferet. Deficientiam  
 facultatis ad munera uel honores qui indicuntur excusatio non perpetua, sed temporalis  
 est: nam si ex uoto honestis rationibus patrimonium incrementum acceperit, suo tempore,  
 2 an idoneus sit aliquis ad ea, quae creatus fuerit, aestimabitur. Inopes onera patrimonii  
 3 ipsa non habendi necessitate non sustinent, corpori autem indicta obsequia soluunt. Qui  
 obnoxius muneribus suae ciuitatis fuit, nomen militiae defugiendi oneris municipalis gratia  
 dedit: deteriorem causam rei publicae facere non potuit.
- 5 SCAEUOLA libro primo regularum. Nauicularii et mercatores olearii, qui magnam partem  
 patrimonii ei rei contulerunt, intra quinquennium muneris publici uacationem habent.
- 6 ULPIANUS libro quarto de officio proconsulis. Rescripto diuorum fratrum ad Rutilium  
 Lupum ita declaratur: 'Constitutio, qua cautum est, prout quisque decurio creatus est, ut  
 ita et magistratum apiscatur, totiens seruari debet, quotiens idoneos et sufficientes omnes  
 contingit. ceterum si ita quidam tenues et exhausti sunt, ut non modo publicis honoribus  
 pares non sint, sed et uix de suo uictum sustinere possint: et minus utile et nequaquam  
 honestum est talibus mandari magistratum, praesertim cum sint qui conuenienter ei et  
 suae fortunae et splendori publico possint creari. sciant igitur locupletiores non debere  
 se hoc praetextu legis uti et de tempore, quo quisque in curiam allectus sit, inter eos  
 1 demum esse quaerendum, qui pro substantia sua capiant honoris dignitatem'. Debitores  
 rerum publicarum ad honores inuitari non posse certum est, nisi prius in id quod debetur  
 rei publicae satisfecerint. sed eos demum debitores rerum publicarum accipere debemus,  
 qui ex administratione rei publicae reliquantur: ¶ ceterum si non ex administratione sint  
 debitores, sed mutuam pecuniam a re publica acceperint, non sunt in ea causa, ut hono-  
 ribus arceantur. plane uice solutionis sufficit, ut quis aut pignoribus aut fideiussoribus  
 idoneis caueat: et ita diui fratres Aufidio Herenniano rescripserunt. sed et si ex pollicita-  
 2 tionibus arceantur. Si quis accusatorem non habeat, non debet honoribus prohiberi, quemad-

F(XYMOG)

<sup>1</sup> qui del. <sup>2</sup> esse ins. (edd.)

1 fingi F<sup>2</sup> | habe'ant F<sup>2</sup> 2 libertinorum  
 F<sup>2</sup> 4 qui'a F<sup>2</sup> 8 praeueri F<sup>2</sup> | id] ad F  
 10 ciuitatibus F<sup>2</sup> 12 opprensus F 14 re-  
 linquebat F 15 supremis F 18 refi-  
 ciendi] perficiendi F<sup>2</sup>: cf. p. 915, 5 19 ex-  
 cusetur F<sup>2</sup> 20 auferret F 29 fratrum

om. F<sup>1</sup> 30 lupum F 31 et sufficientes]  
 sufficientes F<sup>1</sup> 32 tenues F<sup>2</sup> 34 ei] F<sup>1</sup>,  
 rei F<sup>2</sup> 36 hoc] hos F 40 reliquantur]  
 Hal., reliquantur F 41 re] rei F<sup>2</sup> 43 an-  
 de'io F<sup>2</sup> 45 debeat F

- modum non debet is, cuius accusator destiterit. ita enim imperator noster cum diuo patre suo rescripsit. Sciendum est quaedam esse munera aut personae aut patrimoniorum, itidem quosdam esse honores. Munera, quae patrimonii iniunguntur, uel intributiones talia sunt, ut neque aetas ea excuset neque numerus liberorum nec alia praerogativa, quae solet a personalibus muneribus exuere<sup>1</sup>. Sed enim haec munera, quae patrimonii indicuntur, duplicia sunt: nam quaedam possessoribus iniunguntur, siue municipes sunt siue non sunt, quaedam non nisi municipibus uel incolis. intributiones, quae agris fiunt uel aedificiis, possessoribus indicuntur: munera uero, quae patrimoniorum habentur, non aliis quam municipibus uel incolis.
- 7 MARCIANUS libro secundo publicorum. Reus delatus etiam ante sententiam honores petere principalibus constitutionibus prohibetur: nec interest, plebeius an decurio fuerit. sed post annum, quam reus delatus est, petere non prohibetur, nisi per ipsum stetit, quo minus causa intra annum expediretur. Eum, contra quem propter honores appellatum est, si pendente appellatione honorem usurpauerit, coercendum diuus Seuerus rescripsit. ergo et si is, qui honoribus per sententiam uti prohibitus est, lauauerit, abstinere interim petitione honoris debet.
- 8 ULPIANUS libro undecimo ad edictum. Ad rem publicam administrandam ante uicensimum quintum annum, uel ad munera quae non patrimonii sunt uel honores, admitti minores non oportet. denique nec decuriones creantur uel creati suffragium in curia ferunt. annus autem uicensimus quintus coeptus pro pleno habetur: hoc enim in honoribus fauoris causa constitutum est, ut pro plenis inchoatos accipiamus, sed in his honoribus, in quibus rei publicae quid eis non committitur. ceterum cum damno publico honorem ei committi non est dicendum, etiam cum ipsius pernicie minoris.
- 9 IDEM libro tertio de officio consulis. Si quis magistratus in municipio creatus munere iniuncto fungi detrectet, per praesides munus adgnosceri cogendus est remediis, quibus tutores quoque solent cogi ad munus quod iniunctum est adgnosendum.
- 10 MODESTINUS libro quinto differentiarum. Honorem sustinenti munus imponi non potest: munus sustinenti honor deferri potest.
- 11 IDEM libro undecimo pandectarum. Ut gradatim honores deferantur, edicto, et ut a minoribus ad maiores perueniatur, epistula diui Pii ad Titianum exprimitur. Etsi lege municipali caueatur, ut praeferantur in honoribus certae conditionis homines: attamen sciendum est hoc esse obseruandum, si idonei sint: et ita rescripto diui Marci continetur. Quotiens penuria est eorum, qui magistratum suscipiunt, immunitas ad aliquid infringitur, sicuti diui fratres rescripserunt. Reprobati posse medicum a re publica, quamuis semel probatus sit, diuus Magnus Antoninus cum patre rescripsit. Eos, qui primis litteris pueros inducunt, non habere uacationem diuus Magnus Antoninus rescripsit.
- 12 IAUOLENUS libro sexto ex Cassio. Cui muneris publici uacatio datur, non remittitur ei, ne magistratus fiat, quia id ad honorem magis quam ad munera pertinet. cetera omnia, quae ad tempus extra ordinem exiguntur, ueluti munitio uiarum, ab huiusmodi persona exigenda non sunt.
- 13 || IDEM libro quinto decimo ex Cassio. Uacatio itemque immunitas, quae liberis et posteris alicuius data est, ad eos dumtaxat pertinet, qui eius familiae sunt.
- 14 CALLISTRATUS libro primo de cognitionibus. Honor municipalis est administratio rei publicae cum dignitatis gradu, siue cum sumptu siue sine erogatione contingens. Munus aut publicum aut priuatum est. publicum munus dicitur, quod in administranda re publica

<sup>1</sup> excusare (edd.)?

6 iniunguntur F<sup>1</sup> 7 municipibus] muneribus F<sup>2</sup> | intributiones quae] F<sup>2</sup>, in tributione usque F<sup>2</sup> 10 publicorum] publicorum iudiciorum F<sup>2</sup> 13 expedietur F<sup>1</sup> 14 usurpauerit F<sup>2</sup> 16 debebitur F<sup>2</sup> 20 fuerunt F<sup>2</sup> 21 accipiemus F<sup>1</sup> 23 perniciae F<sup>1</sup> 26 ad cognoscendum F<sup>2</sup> 30 perueniantur F<sup>2</sup> 31 praeferentur F<sup>1</sup> 37 ex om. F<sup>1</sup> 38 id ad honorem F<sup>2</sup> 43 honorum municipalis F<sup>2</sup> 44 sumpto F<sup>2</sup>

- 2 cum sumptu sine titulo dignitatis subimus. Uiarum munitiones, praediorum collationes  
 3 non personae, sed locorum munera sunt. De honoribus siue muneribus gerendis cum  
 quaeritur, in primis considerata persona est eius, cui defertur honor siue muneris ad-  
 ministratio: item origo natalium: facultates quoque an sufficere iniuncto muneris possint:  
 4 item lex, secundum quam muneribus quisque fungi debeat. Plebeii filii fami- [B. 54, 4, 11] s  
 lias periculo eius qui nominauerit tenebuntur, idque imperator noster Senerus Augustus  
 in haec uerba rescripsit: 'Si in numero plebeiorum filius tuus est, quamquam inuitus ho-  
 5 'sequatur periculo eius qui nominauit, iure patriae potestatis non potes'. Gerendorum [B]  
 honorum non promiscua facultas est, sed ordo certus huic rei adhibitus est. nam neque 10  
 prius maiorem magistratum quisquam, nisi minorem susceperit, gerere potest, neque ab  
 6 omni aetate, neque continuare quisque honores potest. Si alii non sint qui honores gerant,  
 eosdem compellendos, qui gesserint, conplurimis<sup>1</sup> constitutionibus cauetur. diuus etiam  
 Hadrianus de iterandis muneribus rescripsit in haec uerba: 'Illud consentio, ut, si alii non  
 'erunt idonei qui hoc munere fungantur, ex his, qui iam functi sunt, creentur'. 15
- 15 PAPINIANUS libro quinto responsorum. Etsi filium pater decurionem esse uoluit, tamen P  
 defuncto<sup>2</sup> honores, qui filio decurioni congruentes post mortem patris obtigerunt, ad onus  
 coheredis filii non pertinent, cum ei decurioni sufficientes facultates pater reliquerit.
- 16 PAULUS libro primo sententiarum. Aestimationem honoris aut muneris in [B. 54, 4, 11] P  
 1 pecunia pro administratione offerentes audiendi non sunt. Qui pro honore pecuniam [B] s  
 promisit, si soluere eam coepit, totam praestare operis inchoati exemplo cogendus est.
- 2 3 Inuitus filius pro patre rem publicam saluam fore cauere non cogitur. Defensionem rei  
 publicae quam semel suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet.
- 17 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Sponte prouinciae sacerdotium iterare P  
 1 nemo prohibetur. Immunis ab honoribus et muneribus ciuilibus si decurioni creato filio, s  
 quem habet in potestate, consentiat, in muneribus et honoribus sumptus subministrare  
 filio compellitur.
- 18 ARCADIVS CHARISIUS libro singulari de muneribus ciuilibus. Munerum ciuiliam triplex P  
 diuisio est: nam quaedam munera personalia sunt, quaedam patrimoniorum dicuntur, alia s  
 1 mixta. Personalia sunt, quae animi prouisione et corporalis laboris intentione sine aliquo s  
 2 gerentis detrimento perpetrantur, ueluti tutela uel cura, kalendarii quoque curatio. Et  
 3 quae stura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Tironum  
 siue equorum productio<sup>3</sup> et si qua alia animalia necessario producenda<sup>4</sup> uel res perue-  
 hendae siue persequendae<sup>5</sup> sunt, uel<sup>6</sup> pecuniae fiscalis siue annona uel uestis, personae  
 4 munus est. Cursus uehicularis sollicitudo, item angariarum praebitio personale munus est. s  
 5 Cura quoque emendi frumenti olei (nam harum specierum curatores, quos CΙΤΩΝΑC et  
 ΕΛΑΙΩΝΑC appellant, creare moris est) inter personalia munera in quibusdam ciuitatibus nu-  
 merantur: et calefactio publici balinei, si ex redditibus alicuius ciuitatis curatori pecunia  
 6 subministratur. Sed et cura custodiendi aquae ductus personalibus muneribus adgregatur.  
 7 Irenarchae quoque, qui disciplinae publicae et corrigendis || moribus praeficiuntur: sed et l. 441  
 qui ad faciendas uias eligi solent, cum nihil de proprio patrimonio in hoc munus confe-  
 rant: item episcopi, qui praesunt pani et ceteris uenalibus rebus, quae ciuitatum populis  
 8 ad cotidianum uictum usui sunt, personalibus muneribus funguntur. Qui annonam suscipiunt

F(XYMOC)

<sup>1</sup> quam plurimis (Hal.)?    <sup>2</sup> eo ins. (Hal.)    <sup>3</sup> productio?    <sup>4</sup> perducenda?    <sup>5</sup> prose-  
 quendae?    <sup>6</sup> uelut?

1 sumpto F<sup>1</sup> 4 munere F 5 muneribus]  
 municiribus F<sup>2</sup> | plebei' F<sup>2</sup> 9 potest F  
 13 conplurim'is' F<sup>2</sup> 14 adrhianus F<sup>1</sup> | re-  
 scripserit F 15 hoc munere fungantur ex  
 his qui om. F<sup>1</sup> 17 obtingerunt F | honus F<sup>2</sup>  
 18 relinquerit F 22 saluam] soluam F  
 24 'iuris' epito'ma'rum F<sup>2</sup> 28 charesius F

30 aliqua F<sup>1</sup> 31 kalendari'i' F<sup>2</sup> 32 ha-  
 beatur F 34 pecuniae fiscalis F 35 cur-  
 sus uehicularis F 37 ΕΛΕΓΩΝΑC F 38 ua-  
 linei F<sup>1</sup> 40 hirenarchae F | proficiuntur F<sup>1</sup>  
 41 ad fciendas F<sup>2</sup> 43 ad cotidianum uic-  
 tum usui sunt] cotidianum uictum nauigant  
 (om. ad) F, cotidianum uictum usui (usu C)

uel exigit uel erogat, et exactores pecuniae pro capitibus personalis muneris sollicitudinem  
 9 sustinent. Sed et curatores, qui ad colligendos ciuitatum publicos redditus eligi solent,  
 10 personali munere subiungantur. Hi quoque, qui custodes aedium uel archeotae uel logog-  
 graphi uel tabularii uel xenoparochi (ut in quibusdam ciuitatibus) uel limenarchae uel cu-  
 rationes destinantur, si tamen pecuniam publicam in operis fabricam erogent, et qui faci-  
 5 ciendis uel reficiendis nauibus, ubi usus exigit, praeponuntur, muneribus personalibus ad-  
 11 stringuntur. Camelasia quoque similiter personale munus est: nam ratione habita et ali-  
 mentorum et camelorum certa pecunia camelariis dari debet, ut solo corporis ministerio  
 obligentur. hos ex albi ordine uocari nec ulla excusatione liberari, nisi sola laesi et inu- 10  
 12 tilis corporis et infirmitate, specialiter sit<sup>1</sup> expressum. Legati quoque, qui ad sacrarium  
 principis mittuntur, quia uaticum, quod legatium dicitur, interdum solent accipere, sed  
 13 et nyctostrategi et pistrinorum curatores personale munus ineunt. Defensores quoque,  
 quos Graeci syndicos appellant, et qui ad certam causam agendam uel defendendam eli-  
 14 guntur, labore personalis muneris adgrediuntur. Iudicandi quoque necessitas inter mu- 15  
 15 nera personalia habetur. Si aliquis fuerit electus, ut compellat eos, qui prope uiam  
 16 publicam possident, sternere uiam, personale munus est. Pari modo qui acceptandis siue  
 suscipiendis censualibus professionibus destinantur, ad personalis muneris sollicitudinem  
 17 animum intendunt. Mastigophori quoque, qui agonothetas in certaminibus comitantur, et  
 18 scribae magistratus personali muneri seruiunt. Patrimoniorum sunt munera, quae sumpti- 20  
 19 bus patrimonii et damnis administratis expediuntur. Elemporia et pratura<sup>2</sup> apud Alexan-  
 20 drinos patrimonii munus existimatur. Susceptores quoque uini per prouinciam Africam  
 21 patrimonii munus gerunt. Patrimoniorum autem munera duplicia sunt. nam quaedam  
 ex his muneribus possessionibus siue patimoniis indicuntur, ueluti agminales equi uel  
 22 mulae et angariae atque ueredi. Huiusmodi igitur obsequia et hi, qui neque municipes 25  
 23 neque incolae sunt, adgnosceri coguntur. Sed et eos, qui faenus exercent, etsi ueterani  
 24 sint, tributiones<sup>3</sup> eiusmodi adgnosceri debere rescriptum est. Ab huiusmodi muneribus  
 neque primipilaris neque ueteranus aut miles aliusue, qui priuilegio aliquo subnixus<sup>4</sup>, nec  
 25 pontifex excusatur. Praeterea habent quaedam ciuitates praerogatiuam, ut hi, qui in ter-  
 ritorio earum possident, certum quid frumenti pro mensura agri per singulos annos prae- 30  
 26 beant: quod genus collationis munus possessionis est. Mixta munera decaprotiae et ico-  
 saprotiae, ut Herennius Modestinus et notando et disputando bene et optima ratione de-  
 creuit: nam decaproti et icosaproti tributa exigentes et corporale ministerium gerunt et  
 pro omnibus defunctorum<sup>5</sup> fiscalia detrimenta resarciunt, ut merito inter mixta hoc munus  
 27 numerari debeat. Sed<sup>6</sup> ea, quae supra personalia esse diximus, si hi qui funguntur ex 35  
 lege ciuitatis suae uel more etiam de propriis facultatibus impensas faciant uel annonam  
 exigentes desertorum praediorum damna sustineant, mixtorum definitione continebuntur.  
 28 Haec omnia munera, quae trifariam diuisimus, una significatione comprehenduntur: nam  
 29 personalia et patrimoniorum et mixta munera ciuilia seu publica appellantur. ¶ Siue autem f. 442  
 personalium dumtaxat siue etiam ciuiliu munerum immunitas alicui concedatur, neque 40  
 ab annona neque ab angariis neque a ueredo neque ab hospite recipiendo neque a naue  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> est?    <sup>2</sup> elaeemporia (sic Hal.) et practoria?    <sup>3</sup> intributiones (cf. D. 50, 1, 22, 7: Hal.)?  
<sup>4</sup> est ins. (Hal.)    <sup>5</sup> pro nominibus defunctorum (hoc Cuiacius)?    <sup>6</sup> et ins.

iungunt XMO C, cotidianum usum (usui Y<sup>2</sup>)  
 uictum uigunt Y    2 elegi F    3 subiun-  
 gantur F | aedium uel archeotae F<sup>2</sup>    5 ex-  
 trubenda F    10 ex alui ordine F, πρὸς τὴν  
 τάξιν τοῦ λεγώματος B (apud Cuiacium obs.  
 9, 9)    13 pistrinorum F<sup>2</sup>    15 persona'na-  
 lis F<sup>2</sup>    16 compellet F<sup>2</sup>    17 sternere F<sup>2</sup> |  
 pari a modo F<sup>2</sup>    21 administratis F | expe-  
 diuntur u' elemporia F<sup>2</sup> | pratura] F<sup>2</sup>, ospra-

tura F<sup>2</sup>, ospiratura M<sup>o</sup>l, osparatura M<sup>2</sup>.  
 hospitatura Y<sup>2</sup>, hospatatura Y<sup>2</sup>, hospitatum  
 X, an (sequente spatio uacuo) C, om. inter  
 alia O<sup>2</sup>    24 equiti F    25 uerhe're'di F<sup>2</sup> |  
 qui] F<sup>2</sup>, que F<sup>2</sup>    27 maneribus F<sup>2</sup>    35 mu-  
 nerari F<sup>2</sup>    36 impensus F    37 exigen-  
 dam'tes F<sup>2</sup>    38 hae'c' omnia F<sup>2</sup>    41 uer-  
 hedo F | 'h'ospite F<sup>2</sup>

30 neque capitatione, exceptis militibus et neteranis, excusari possunt. Magistris, qui ciuilium munerum uacationem habent, item<sup>1</sup> grammaticis et oratoribus et medicis et philosophis, ne hospitem reciperent, a principibus fuisse immunitatem indultam et diuus Uespasianus et diuus Hadrianus rescripserunt.

## V.

## R DE UACATIONE ET EXCUSATIONE MUNERUM R

SPE

- 1 ULPIANUS libro secundo opinionum. Omnis excusatio sua aequitate nititur. sed si S praetendentibus aliquod sine iudice credatur, aut passim sine temporis praefinitione, prout cuique libuerit, permissum fuerit se excusare, non erunt, qui munera necessaria in rebus publicis obeant. quare et qui liberorum incolumium iure a muneribus ciuilibus sibi uin- 10 dicant excusationem, appellationem interponere debent: et qui tempora praefinita in ordina- 1 eiusmodi appellationum peragendo non seruauerint, merito praescriptione repelluntur. Qui excusatione aliqua utuntur, quotienscumque creati fuerint, etsi iam ante absoluti sunt, necesse habent appellare. sed si per calumniam et saepius idem aduersarius uexandi gratia eius, quem scit perpetua uacatione subnixum, id facere probatus erit, sumptus litis 15 exemplo decretorum principalium praestare iubeatur ei, quem sine causa saepius inquietauit. Qui in fraudem ordinis in honoribus gerendis, cum inter eos ad primos honores creari possint qui in ciuitate munerabantur<sup>2</sup>, euitandorum maiorum onerum gratia ad colonos praediorum se transtulerunt, ut minoribus subiciantur, hanc excusationem sibi non 3 parauerunt. Quamuis sexaginta quinque annorum aliquis sit et tres liberos [cf. D. 50, 4, 3, 6] 20 incolumes habeat, a muneribus tamen ciuilibus propter has causas non liberatur.
- 2 IDEM libro tertio opinionum. Sextum decimum aetatis annum agentem ad [Pon. 35 a. S] munus sitoniae uocari non oportet: sed si nihil proprie in patria seruatur de mi- [Pon.] noribus quoque annis uiginti quinque ad munera siue honores creandi<sup>3</sup>, iusta aetas ser- 1 uanda est. Numerus liberorum aut septuaginta anno- [Ecloga 37, 44 (Zachariae ius Gr. R. 4, 149)] 25 rum ab honoribus aut muneribus his cohaerentibus excusationem non praestat, sed a muneribus tantum ciuilibus. Adoptiui filii in numerum non proficiunt eorum liberorum, [Ed.] 3 qui excusare parentes solent. Qui ad munera uocantur, uiuorum se liberorum numerum habere tempore, quo propter eos excusari desiderant, probare debent: numerus enim libe- 4 rorum postea impletus<sup>4</sup> susceptis antea muneribus non liberat. Quae patrimoniorum onera 5 sunt, numero liberorum non excusantur. Incolumes liberi, etiamsi in potestate patri suo 6 desierint esse, excusationem a muneribus ciuilibus praestant. Minus audiens immunitatem 7 ciuilium munerum non habet. Quem ita senio et corporis inbecillitate uexari praeses animaduuerit, ut muneri perferendae pecuniae non sufficiat, dimittat et alium constituat. 7a Corporis debilitas eorum munerum excusationem praestat, quae tantum corpore [B. 54, 5, 2] 25 implenda sunt. ceterum quae consilio prudentis uiri uel patrimonio sufficientis in homines<sup>5</sup> 8 obiri possunt, nisi certis et receptis probabilibus causis non remittuntur. Qui pueros [B] primas litteras docent, immunitatem a ciuilibus muneribus non habent: sed ne cui eorum id quod supra uicis sit indicatur, ad praesidis religionem pertinet, siue in ciuitatibus siue in uicis primas litteras magistri doceant. 40
- 3 SCAEUOLA libro tertio regularum. His, qui naues marinas fabricauerunt et ad annonam S populi Romani praefuerint<sup>6</sup> non minores quinquaginta milium modiorum aut plures<sup>7</sup> sin- F(XYMOC)

<sup>1</sup> item] id est (Cuiacius)? <sup>2</sup> cum inter eos ad primos honores qui creari possent in ciuitate numerabantur (hoc edd.)? <sup>3</sup> creandis? <sup>4</sup> a ins. <sup>5</sup> in hoc hominis? <sup>6</sup> praefuerunt (Hal.)? <sup>7</sup> aut quinque pluresue?

1 excusare F 2 horatoribus F 3 h'ospitem F<sup>2</sup> 4 h'adriannus F<sup>2</sup> 6 uocatione ind. F 8 passim F<sup>2</sup> 11 ordinem F 12 appellationem F<sup>2</sup> 15 quem] quae F<sup>2</sup> | id] ut F<sup>2</sup> 16 inquietabit F 26 sed om. F<sup>2</sup>

27 fili' F<sup>2</sup> 28 se] de F<sup>2</sup> 30 postea F<sup>2</sup> 33 inbecillitate F 34 demittat F 35 debilitas F 36 consilium F<sup>2</sup> | in homines] FXC, in honores Y<sup>2</sup>O et marg. X, in honore M, inc. F<sup>2</sup> 38 in'munitatem F<sup>2</sup> 40 uicis] eius F<sup>2</sup>

gulas non minores decem milium modiorum, donec hae naues nauigant aut aliae in earum locum, muneris publici uacatio praestatur ob nauem. senatores autem hanc uacationem habere non possunt, quod ¶ nec habere illis nauem ex lege Iulia repetundarum licet. f. 442'

- 4 NERATIUS libro primo membranarum. Tempus uacationis, quod datur eis qui rei publicae causa afuerunt, non ex eo die numerandum est, quo quis abesse desiit, sed cum 5 quodam laxamento itineris: neque enim minus abesse rei publicae causa intellegendus est, qui ad id<sup>1</sup> negotium uel ab eo reuertitur. si quis tamen plus iusto temporis aut itineris aut in alio<sup>2</sup> loco commoratus consumpserit, ita ea interpretanda erit<sup>3</sup>, ut ex eo tempore uacationis dies incipiat ei cedere, quo iter ex commodo peragere potuisset. 9
- 5 MACER libro secundo de officio praesidis. A decurionatu, quamuis hic quoque honor Sf est, ad alium honorem nullam uacationem tribuendam Ulpianus respondit.
- 6 PAPIANUS libro secundo quaestionum. Hi, qui muneris publici uacationem habent, P ad ea, quae extra ordinem imperantur, compelli non solent.
- 7 IDEM libro trigensimo sexto quaestionum. A muneribus, quae non patrimonii indi- P cuntur, ueterani post optimi nostri Seueri Augusti litteras perpetuo excusantur. 15
- 8 IDEM libro primo reponsorum. In honoribus delatis neque maior annis septuaginta P neque pater numero quinque liberorum excusatur. sed in Asia sacerdotium prouinciae suscipere non coguntur numero liberorum quinque subnixi: quod optimus maximusque princeps noster Seuerus Augustus decreuit ac postea in ceteris prouinciis seruandum esse 1 constituit. Non alios fisci uectigalium redemptores a muneribus ciuilibus ac tutelis ex- 2 2 cusari placuit, quam eos, qui praesentes negotium exerceant. Uacationum priuilegia non 3 spectant liberos ueteranorum. Qui muneris publici uacationem habet, per magi- [B. 54, 5, 7 stratus ex inprouiso collationes indictas recte recusat: eas uero, quae e lege fiunt, recusare 4 non debet. Philosophis, qui se frequentes atque utiles per eandem studiorum sectam (B) contententibus praebent, tutelas, item munera sordida corporalia remitti placuit, non ea, 25 quae sumptibus expediuntur: etenim uere philosophantes pecuniam contemnunt, cuius retinendae cupidine fictam adseuerationem detegunt. Qui maximos principes appellauit et causam propriam acturus Romam profectus est: quoad cognitio finem accipiat, ab honoribus et ciuilibus muneribus apud suos excusatur. 29
- 9 PAULUS libro primo reponsorum. Eos, qui Romae profitentur, proinde in patria sua P 1 excusari muneribus oportere, ac si in patria sua profiterentur. Paulus respondit priuilegium frumentarium negotiatoribus concessum etiam ad honores excusandos pertinere.
- 10 IDEM libro primo sententiarum. Ab his oneribus, quae possessionibus uel patrimonio P 1 1 indicuntur, nulla priuilegia praestant uacationem. Corpus mensurarum<sup>4</sup> frumentum [BS. 54, 5 n. 2 iuxta annonam urbis habet uacationem: in prouinciis non idem<sup>5</sup>. Angariorum prae- (B) 35 statio et recipiendi hospitis necessitas et militi et liberalium artium professoribus inter 3 cetera remissa sunt. Auctis post appellationem medio tempore facultatibus paupertatis 4 optentu non excusantur. Defensores rei publicae ab honoribus et muneribus eodem tempore uacant. 39
- 11 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Sunt munera, quae rei pro- [B. 54, 5, 9 P prie cohaerent, de quibus neque liberi neque aetas nec merita militiae nec ullum aliud priuilegium iure tribuit excusationem: ut sit<sup>6</sup> praediorum collatio uiae sternendae, angariorumue exhibitio, hospitis suscipiendi munus (nam nec huius quisquam excusationem praeter eos, quibus principali beneficio concessum est, habet) et si qua sunt praeterea alia huiusmodi. 45

F(XYMOG)

<sup>1</sup> ad id] it ad?    <sup>2</sup> aliquo?    <sup>3</sup> erunt (edd.)    <sup>4</sup> mensorum (Hal.)?    <sup>5</sup> item (Hal.)?  
<sup>6</sup> est (Hal.)?

8 interpr'aetanda F<sup>2</sup>    9 commutato F    Heimb.)    22 spectant] XYMC, spetant F<sup>2</sup>,  
14 muneribus] muneribus ciuilibus F<sup>2</sup>    16 an-    uetant F<sup>2</sup>, spectat O: leuant proposuit Hoff-  
nis] annum F<sup>2</sup>    18 sub'nixi F<sup>2</sup>    21 prae-    mann | uacationis em habent F<sup>2</sup>    28 roma F  
sentes] δι' ἐλατῶν B (teste Cuiacio apud    35 habent F    42 sternend'um'ae F<sup>2</sup>

- 12 PAULUS libro primo sententiarum. Legato, qui publicum negotium tuitus sit, intra P<sup>1</sup>  
 1 tempora uacationis praestituta rursus eiusdem negotii defensio mandari non potest. Co-  
 mites praesidium et proconsulum procuratorumue Caesaris a muneribus uel honoribus et  
 tutelis uacant.
- 13 || ULPIANUS libro uicensimo tertio ad edictum. Praetor eos, quoscumque in- B. 54, 5 n. E  
 tellegit operam dare non posse ad iudicandum, pollicetur se excusaturum: forte quod in  
 perpetuum quis operam dare non potest, quod in eam uoletudinem incidit, ut certum sit  
 eum ciuilia officia subire non posse: aut si alio<sup>1</sup> morbo laboret, ut suis rebus superesse  
 non possit: uel si quid sacerdotium nacti sint, ut discedere ab eo sine religione non (B)  
 1 possint. nam et hi in perpetuum excusantur. Duo genera tribuendae muneris publici 10  
 uacationis sunt, unum pleni<sup>us</sup>, cum et militiae datur, aliud exigui<sup>us</sup>, cum nudam muneris  
 2 uacationem acceperint. Qui autem non habet excusationem, etiam inuitus iudicare cogitur.  
 3 Si post causam actam coeperit se excusare iudex, si quidem priuilegio, quod habuit ante-  
 quam susciperet iudicium, uelit se excusare, nec audiendus est: semel enim adgnosendo  
 iudicium renuntiat excusationi. quod si postea iusta causa incidit, ut iudex uel ad tempus 15  
 excusetur, non debet in alium iudicium transferri, si cum captione id futurum est alter-  
 utrius. tolerabilius denique est interdum iudicem qui semel cognouerat tantisper exspectare,  
 quam iudici nouo rem rursus iudicandam committere.
- 14 MODESTINUS libro septimo regularum. Ad excusationem munerum defunctus filius non E  
 1 prosit, praeterquam in bello amissus. Eodem tempore idem duas curas operis non ad- 20  
 ministrabit.

## VI.

## R DE IURE IMMUNITATIS R

- 1 ULPIANUS libro tertio opinionum. Qui ob hoc tantum in nauibus sint, ut in eis agendi causa S  
 1 operarentur, nulla constitutione immunitatem a muneribus ciuilibus habent. Per- B. 54, 6, 1 25  
 2 sonis datae immunitates heredibus non relinquuntur. Sed et generi posterisque datae  
 custoditaeque ad eos, qui ex feminis nati sunt, non pertinent.
- 2 IDEM libro quarto de officio proconsulis. Si qui certa condicione muneribus uel hono- S  
 ribus se adstrinxerunt, cum alias compelli non possent inuiti suscipere istum honorem: fides  
 eis seruanda est condicioque, qua ad munera siue honores applicare se passi sunt. 30
- 3 (1) IDEM ex eodem libro. Impuberes, quamuis necessitas penuriae hominum cogat, ad ho- S  
 nores non esse admittendos rescripto ad Uenidium Rufum legatum Ciliciae declaratur.
- 4 (3) IDEM libro quinto. Maiores septuaginta annis a tutelis et mune- Pon. 45, 1. B. 54, 6 n. S  
 ribus personalibus uacant. sed qui ingressus est septuagensimum annum, nondum egres-  
 sus, hac uacatione non utetur, quia non uidetur maior esse septuaginta annis qui annum 35  
 agit septuagensimum.
- 5 (4) MODESTINUS libro sexto regularum. Immunitates generaliter tributae eo iure, B. 54, 6, 3 E  
 ut ad posteros transmitterentur, in perpetuum succedentibus durant.
- 6 (5) CALLISTRATUS libro primo de cognitionibus. Semper in ciuitate nostra se- B. 54, 6, 4 E  
 nectus uenerabilis fuit: namque maiores nostri paene eundem honorem senibus, quem ma- 40  
 gistratibus tribuebant. circa munera quoque municipalia subeunda idem honor senectuti  
 tributus est. sed eum, qui in senectute locuples factus est et ante nullo publico munere  
 F(XYMOG)

<sup>1</sup> alio] tali?

2 praestitutum a F<sup>1</sup> 6 iudicantem F<sup>2</sup> 8 mor-  
 no F<sup>1</sup> 11 sint F<sup>2</sup> 14 suscipereet F  
 15 ut] et F<sup>1</sup> 20 operis non] F<sup>2</sup>, operas  
 (om. non) F<sup>1</sup> | administrauit F 24 eis] his F<sup>2</sup>  
 26 relinquitur F<sup>2</sup> | posterisque F 28 libro  
 bis F<sup>1</sup> 30 qua] Brenem., quas F<sup>2</sup>, qua se F<sup>2</sup>  
 31 idem ex eodem libro] F<sup>1</sup>, del. F<sup>2</sup>. lex no-

bis 4 quasi dig. 3 citatur B. 3, 682 Heimb. et  
 Pon. 45, 3 n., item l. nobis 5 quasi dig. 4 B. 2, 393:  
 cf. Pon. 31, 12, ubi D. 50, 11, 1 citatur tamquam  
 B. 54, 6, 7 | impuberis F<sup>2</sup> 32 benidium F |  
 rufum F<sup>1</sup> 33 maioris F<sup>2</sup> | et] ed F<sup>1</sup> 34 est F<sup>2</sup>  
 38 ut om. F<sup>1</sup> 40 praene ne F<sup>2</sup> 42 qui] qua  
 F: ei δὲ τις ἐν γῆρα εἰρηρῆσαι B (Syn.)

functus est, dici potest non eximi ab hoc onere priuilegio aetatis, maxime si non tam corporis habeat uexationem quam pecuniae erogationem indicti muneris administratio, et ex  
 1 ea sit ciuitate, in qua non facile sufficientes uiri publicis muneribus inueniantur. Legem  
 quoque respici cuiusque loci oportet, an, cum aliquas immunitates nominatim complectetur,  
 etiam de numero annorum in ea commemoretur. idque etiam colligi potest ex litteris  
 2 diui Pii, quas emisit ad Ennium Proculum proconsulem prouinciae Africae. Demonstratur  
 uarie nec abscise numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse  
 ex rescriptis diui Heluii Pertinacis. namque Siluio Candido in haec uerba rescripsit: 'Εἰ  
 'καὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν ἀφίενται τοὺς πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς, ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ ἐκκαί-  
 'δεκα παῖδας ἔχειν διὰ τοῦ βιβλίου ἐδήλωσας, οὐκ ἔστιν ἄλογον, ὥστε συγχωρῆσαι<sup>1</sup> σχολάζειν τῇ  
 3 'παιδοτροφίᾳ καὶ ἀνέσθαι σε τῶν λειτουργιῶν'. ¶ Negotiatores, qui annonam urbis ad- (B) f. 443'  
 iuuant, item nauicularii, qui annonae urbis seruiunt, immunitatem a muneribus publicis  
 consequuntur, quamdiu in eiusmodi actu sunt. nam remuneranda pericula eorum, quin  
 etiam exhortanda praemiis merito placuit, ut qui peregre muneribus et quidem publicis  
 cum periculo et labore fungantur, a domesticis uexationibus et sumptibus liberentur: cum 15  
 non sit alienum dicere etiam hos rei publicae causa, dum annonae urbis seruiunt, abesse.  
 4 Immunitati, quae nauiculariis praestatur, certa forma data est: quam immunitatem ipsi  
 dumtaxat habent, non etiam liberis aut libertis eorum praestatur: idque principalibus con-  
 5 stitutionibus declaratur. Diuus Hadrianus rescripsit immunitatem nauium maritimarum  
 6 dumtaxat habere, qui annonae urbis seruiunt. Licet in corpore nauiculariorum quis sit, 20  
 nauem tamen uel naues<sup>2</sup> non habeat nec omnia ei congruant, quae principalibus constitu-  
 tionibus cauta sunt, non poterit priuilegio nauiculariis indulto uti. idque et diui fratres  
 rescripserunt in haec uerba: "Ἦσαν καὶ ἄλλοι τινὲς ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων καὶ τῶν<sup>3</sup>  
 'σίτων καὶ ἑλαίων ἐμπορευομένων εἰς τὴν ἀγορὰν τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ὄντων ἀτελῶν ἀζιοῦντες  
 'τὰς λειτουργίας διαδιράσκειν, μήτε ἐπιπλέοντες μήτε τὸ πλεόν μέρος τῆς οὐσίας ἐν ταῖς ναυ- 25  
 7 'κλήραις καὶ ταῖς ἐμπορίαις ἔχοντες. ἀφαιρεθῆτω τῶν τοιοῦτων ἡ ἀτέλεια'. Hoc circa uaca-  
 tiones dicendum est, ut, si ante quis ad munera municipalia uocatus sit, quam negotiari  
 inciperet, uel antequam in collegium adsumeretur quod immunitatem pariat, uel antequam  
 septuagenarius fieret, uel antequam publice profiteretur, uel antequam liberos susciperet,  
 8 compellatur ad honorem gerendum. Negotiatio pro incremento facultatum exercenda est. 30  
 alioquin si quis maiore pecuniae suae parte negotiationem exercebit<sup>4</sup>, rursus locuples factus  
 in eadem quantitate negotiationis perseuerauerit, tenebitur muneribus, sicuti locupletes, qui  
 modica pecunia comparatis nauibus muneribus se publicis subtrahere temptant: idque ita  
 9 obseruandum epistula diui Hadriani scripta<sup>5</sup> est. Diuus quoque Pius rescripsit, ut, quotiens  
 de aliquo nauiculario quaeratur, illud excutiatur, an effugiendorum munerum causa imagi- 35  
 10 nem nauicularii induat. Conductores etiam uectigalium fisci necessitate subeundorum muni-  
 cipalium munerum non obstringuntur: idque ita obseruandum diui fratres rescripserunt.  
 ex quo principali rescripto intellegi potest non honori conductorum datum, ne compell-  
 antur ad munera municipalia, sed ne extenuentur facultates eorum, quae subsignatae sint  
 fisco. unde subsistit potest, an prohibendi sint a praeside uel procuratore Caesaris etiam 40  
 si ultro se offerant municipalibus muneribus: quod propius est defendere, nisi si paria fisco  
 11 fecisse dicantur. Coloni quoque Caesaris a muneribus liberantur, ut idoneiores praediis  
 12 fiscalibus habeantur. Quibusdam collegiis uel corporibus, quibus ius coeundi [B. 54, 6, 4

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> οὐκ ἔστιν ἄλογον συγχωρῆσαι σοι (del. ὥστε: Hercher)? <sup>2</sup> si ins. <sup>3</sup> τῶν? <sup>4</sup> si qui  
 maiore pecuniae suae parte negotiationem exercebat? <sup>5</sup> scriptum (similiter edd.)?

1 'onere F<sup>2</sup> 8 dius eluii F<sup>1</sup>, diui elii F<sup>2</sup> 20 qui annonae urbis bis F<sup>2</sup> 21 non] nam F<sup>2</sup>  
 9 λειτουργιῶν F 11 ἀνέσθαι] Hercher, ἀνεῖσθαι F | 22 causta F | nauiculariis' indulto F<sup>2</sup> 23 Ἦσαν |  
 adiubant F 13 'quam' diu F<sup>2</sup> 14 etiam exhortanda praemiis] Brenemannus, etiam et ortanda  
 hanc F<sup>2</sup> 24 ρωμαϊκα F<sup>2</sup> 26 ἡ om. F<sup>2</sup>  
 28 pari'at F<sup>2</sup> 30 negotio F 35 effugen-  
 premii F, etiam ortanda (hortanda Y) praemiis  
 dorum F 39 sed om. F<sup>2</sup> | extenuantur F  
 XYMOG 15 fungantur] fungentur F<sup>2</sup>, fun-  
 41 prop'rius F<sup>2</sup> 42 muneribus] muneribus  
 gerentur F<sup>2</sup> 16 publice F 17 da'ta' est F<sup>2</sup> municipalibus F<sup>2</sup>



- lege permissum est, immunitas tribuitur: scilicet eis collegiis uel corporibus, in quibus artificii sui causa unusquisque adsumitur, ut fabrorum corpus est et si qua eandem rationem originis habent, id est idcirco instituta sunt, ut necessariam operam publicis utilitatibus exhiberent. nec omnibus promiscue, qui adsumpti sunt in his collegiis, immunitas datur, sed artificibus dumtaxat. nec ab omni aetate allegi possunt, ut diuo Pio placuit, qui reprobant<sup>1</sup> prolizae uel inbecillae admodum aetatis homines. sed ne quidem eos, qui augeant<sup>2</sup> facultates et munera ciuitatum sustinere possunt, priuilegiis, quae tenuioribus
- 18 per collegia distributis concessa sunt, uti posse plurifariam constitutum est. Eos, qui (B) in corporibus allecti sunt, quae immunitatem praebent<sup>3</sup> nauiculariorum, si honorem decorationis adgnouerint, compellendos subire publica munera accipi: idque etiam confirmatum uidetur rescripto diui Pertinacis.
- 7 (6) ¶ TARRUNTENUS PATERNUS libro primo militarum. Quibusdam aliquam uacationem E 1.44 munerum grauiorum condicio tribuit, ut sunt mensores, optio uoletudinarii, medici, capsarii, et artifices et<sup>4</sup> qui fossam faciunt, ueterinarii, architectus, gubernatores, naupegi, ballistrarii, specularii<sup>5</sup>, fabri, sagittarii, aerarii, bucularum structores, carpentarii, scandularii, gladiatores, aquilices, tubarii, cornuarii, arcuarii, plumbarii, ferrarii, lapidarii, et hi qui calcem cocunt, et qui siluam infundunt, qui carbonem caedunt ac torrent. in eodem numero haberi solent lani, uenatores, uictimarii, et optio fabricae, et qui aegris praesto sunt, librarii quoque qui docere possint, et horreorum librarii, et librarii depositorum, et librarii caducorum, et adiutores corniculariorum, et stratores, et polliones<sup>6</sup>, et custodes armorum, et praeco, et bucinator. hi igitur omnes inter immunes habentur.

## VII.

## R DE LEGATIONIBUS R

SPAE

- 1 ULPIANUS libro octauo ad Massurium Sabinum. Legatus municipalis si deseruerit legationem, poena adficietur extraordinaria, motus ordine, ut plerumque solet.
- 2 IDEM libro secundo opinionum. Legatus contra rem publicam, cuius legatus est, per alium a principe quid postulare potest. Utrum quis deseruerit legationem an ex necessaria causa moram passus sit, ordini patriae suae probare debet. Cessatio unius legati ei, qui munus ut oportet obit, non nocet.
- 3 (3) IDEM ex eodem libro. His, qui non gratuitam legationem susceperunt, legatium ex forma restituatur.
- 4 (3) AFRICANUS libro tertio quaestionum. Cum quaeritur, an in eum, qui in legatione sit, actio dari debeat, non tam interest, ubi quis aut crediderit aut dari stipulatus sit, quam illud, an id actum sit, ut legationis tempore solueretur.
- 5 (4) MARCIANUS libro duodecimo institutionum. Sciendum est debitorem rei publicae legatione fungi non posse: et ita diuus Pius Claudio Saturnino et Faustino rescripsit. Sed et eos, quibus ius postulandi non est, legatione fungi non posse et ideo harena missum non iure legatum esse missum diui Seuerus et Antoninus rescripserunt. Debitores autem fisci non prohibentur legatione fungi. Si accusatio alicuius publice instituta sit, non est compellendus accusator ad eum legationem suscipere, qui se amicum uel domesticum dicit eius, qui accusatur: et ita diui fratres Aemilio Rufo rescripserunt. Legati uicarios dare non alios possunt nisi filios suos. Ordine unusquisque munere legationis fungi cogitur: et non alias compellendus est munere legationis fungi, quam si priores, qui<sup>6</sup> in curiam F(XYMO C)

<sup>1</sup> auxerunt (cf. D. 27, 1, 17, 2)? <sup>2</sup> ut ins. (Hal.) <sup>3</sup> et del. <sup>4</sup> spicularii? <sup>5</sup> polliones (Hal.)? <sup>6</sup> si qui priores?

6 reprobabit F | inuecillae F 9 praedent F<sup>2</sup> depositarum F<sup>2</sup> 21 bucinator F<sup>2</sup> 24 legatus F<sup>2</sup> 25 adficiatur F<sup>2</sup> 30 idem ex eodem libro] F<sup>2</sup>, del. F<sup>2</sup> 32 in eum F<sup>2</sup> 36 saturnino F<sup>2</sup> 38 debitores] dubitares F 42 alius F

lecti sunt, functi sint. sed si legatio de primoribus uiris desideret personas et qui ordine uocantur inferiores sint, non esse obseruandum ordinem diuus Hadrianus ad Clazomenios 6 rescripsit. Praecipitur autem edicto diui Uespasiani omnibus ciuitatibus, ne plures quam ternos legatos mittant.

- 6 (5) SCAEUOLA libro primo regularum. Legato tempus prodest, ex quo legatus creatus est, 1 non ex quo Romam uenit. Sed si non constat, legatus sit an non, Romae praetor de hoc cognoscit. S
- 7 (6) ULPIANUS libro quarto de officio proconsulis. Filio propter patrem legationis uacatio 7 ne concedatur, imperator noster cum patre Claudio Callisto rescripsit in haec uerba: 'Quod 8 desideras, ut propter legationem patris tui a legatione tu uaces, in interuallis honorum, 10 'qui sumptum habent, recte obseruatur: in impendiis<sup>1</sup> legationum, quae solo ministerio 'obeuntur, diuersa causa est'. Sf
- 8 (7) PAPINIANUS libro primo responsorum. Filius decurio pro patre legationis officium susce- P pit. ea res filium, quo minus ordine suo legatus proficiscatur, non excusat: pater tamen biennii uacationem uindicare poterit, quia per filium legatione functus uidetur. 15
- 9 (8) PAULUS libro primo responsorum. Respondit eum, qui legatione functus est, [B. 54, 9, 8 P intra tempora uacationis praefinita non oportere || compelli rursus ad defendendum publi- f. 444' 1 cum negotium, etiamsi de eadem causa litigetur. 'Imperatores Antoninus et [(B) 'Pon. 25, 9 'Seuerus<sup>2</sup> Augusti Germano<sup>3</sup> Siluano. Legatione functis biennii uacatio conceditur: nec 2 'interest, utrum legatio in urbe an in prouincia agentibus nobis mandata sit'. Pau- [(Pon.) 20 lus respondit eum, qui legatione fungitur, neque alienis neque propriis negotiis se interponere debere. in qua causa non uideri eum quoque contineri, qui cum amico suo praetore gratis consilium participat.
- 10 (9) IDEM libro tertio responsorum. Paulus respondit de eo damno, quod legationis tem- P pore legatus passus est, posse eum etiam legationis tempore experiri. 25
- 1 (10) IDEM libro primo sententiarum. Legatus antequam officio legationis functus sit, in P rem suam nihil agere potest, exceptis his quae ad iniuriam eius uel damnum parata sunt. 1 Si quis in munere legationis, antequam ad patriam reuertetur, decessit, sumptus, [B. 54, 9, 10 qui proficiscenti sunt dati, non restituuntur. 29
- 3 (11) IDEM libro singulari de iure libellorum. Si absentis iniuncta est legatio eamque gra- Pf tuitam suscepit, potest quis et per alium legationem mittere. Qui legationis officio fungitur, licet suum negotium curare non potest, Magnus tamen Antoninus permisit ei pupillae nomine et instruere et defendere causam, licet legationi, quam suscepit, nondum renuntiauerit, praecipue cum participem officii ipsius absentem esse dicebat. 34
- 3 (12) SCAEUOLA libro primo digestorum. Legatus creatus a patria sua suscepta legatione in A urbem Romam uenit et nondum perfecta legatione domum, quae erat in ipsius ciuitate Nicopoli, emit. quaesitum est, an in senatus consultum inciderit, quo prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis uel priuatis rebus obstringi. respondit non uideri teneri.
- 4 (13) PAPINIANUS libro primo responsorum. Uicarius alieni muneris uoluntate sua datus or- \*P dine suo legationem suscipere non admissa biennii praescriptione coetur. 40
- 5 (14) ULPIANUS libro septuagensimo quarto ad edictum praetoris. Qui libera legatione abest, E non uidetur rei publicae causa abesse: hic enim non publici commodi causa, sed sui abest.
- 3 (15) MODESTINUS libro septimo regularum. Is, qui legatione fungitur, libellum sine permissu E principis de aliis suis negotiis dare non potest. 44
- 7 (16) IDEM libro octauo regularum. Eundem plures legationes suscipere prohibitum non est E

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> in intercapedine?    <sup>2</sup> aut Antoninus et Uerus scr. (Cuiacius) aut Seuerus et Antoninus  
<sup>3</sup> et ins.

12 causa bis F<sup>1</sup> 16 responsorum 'paulus' respondit F<sup>2</sup> 20 a paulus legem incipit F 21 lib'ro' espondit F<sup>4</sup> 25 est] es F 27 qu'a'e F<sup>2</sup> 30 de iure libellorum om. F<sup>1</sup> 33 instruere] F<sup>1</sup>, instituere F<sup>2</sup> 39 alieni nu'mu-

neris F<sup>4</sup> 40 suo] sua de F<sup>1</sup> 41 praetoris del. F<sup>2</sup> 44 sui's' F<sup>2</sup> 45 lex 16 continatur antecedenti F | octauo] uiuo F<sup>2</sup> | prohibuitum F<sup>1</sup>

1 praeterea, si<sup>1</sup> et sumptus et itineris compendium suadeat. Ante legationem susceptam si cui negotium moueatur, etiam absens defendi debet: suscepta legatione non nisi iniuncto munere fungatur.

18(17) POMPONIUS libro trigensimo septimo ad Quintum Mucium. Si quis legatum B. 54, 9, 16 K hostium pulsasset, contra ius gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur S legati. et ideo si, cum legati apud nos essent gentis alicuius, bellum cum<sup>2</sup> eis indictum sit, responsum est liberos eos manere: id enim iuri gentium conuenit<sup>3</sup> esse. ita- cf. D. 49, 15, 4 que eum, qui legatum pulsasset, Quintus Mucius dedi hostibus, quorum erant legati, solitus est respondere. quem hostes si non recepissent, quaesitum est, an ciuis Romanus maneret: quibusdam existimantibus manere, aliis contra, quia quem semel populus iussisset dedi, ex 10 ciuitate expulsi uideretur, sicut faceret, cum aqua et igni interdiceret. in qua sententia uidetur Publius Mucius fuisse. id autem maxime quaesitum est in Hostilio Mancino, quem Numantini sibi deditum non acceperunt: de quo tamen lex postea lata est, ut esset ciuis Romanus, et praeturam quoque gessisse dicitur.

## VIII.

R DE ADMINISTRATIONE RERUM AD CIUITATES  
PERTINENTIIUM R

1 ULFIANUS libro decimo disputationum. Quod ad certam speciem ciuitatis<sup>4</sup> relinquitur, S in alios usus conuertere non licet. 19

2 IDEM libro tertio opinionum. Non utique de || exemplo posterioris locationis praeteri- S tarum conductionum, quae suam legem habuerunt, rationem iniri oportet. Quod quis suo q. 96 nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam agere debet. et ideo si decurio subiectis aliorum nominibus praedia publica colat, quae decurionibus conducere non 25 licet, secundum legem usurpata reuocentur. Quod de frumentaria ratione in alium usum conuersum est, sua causa<sup>5</sup> cum incremento debito restituatur: idque etsi contra absentem 25 pronuntiatum est, inanis est querella. ratio tamen administrationis secundum fidem acceptorum et datorum ponatur. Frumentariae pecuniae suo nomine debitor quam primum 30 soluat: necessaria enim omnibus rebus publicis frumentaria pecunia moram solutionis accipere non debet: sed<sup>6</sup> debitores, quos ex eadem causa habet, ad solutionem per praesidem 30 prouinciae compellantur. Ad frumenti comparationem pecuniam datam restitui ciuitati, non compensari in erogata debet. sin autem frumentaria pecunia in alios usus, quam quibus destinata est, conuersa fuerit, ueluti in opus balnearum publicorum, licet ex bona fide datum probatur, compensari quidem frumentariae pecuniae non oportet, solui autem 35 a curatore rei publicae iubetur. Si indemnitas debiti frumentariae pecuniae cum suis usuris fit, immodicae et illicitae computationis modus non adhibetur: id est ne commodiorum 35 moda et usurae usurarum incrementum faciant. Grani aestimationem per iniuriam post emptionem ablati, quae rationibus publicis refertur, curator rei publicae domino restitui 40 iubeat. Si eo tempore, quo nominatus est, idoneus, postea lapsus facultatibus Ep. 3, 21 damnum debitis rei publicae dederit: quia fortuitos casus nullum humanum consilium 40 uidere potest, creator hoc nomine nihil praestare debet. Ius rei publicae (Ep.) B. 54, 10, 2 pacto mutari non potest, quo minus magistratus collegae quoque nomine conueniantur 40 in his speciebus, in quibus id fieri iure permissum est. Actio autem, quae propter ea 40 in collegam decerni solet, ei qui pro altero dependit ex aequitate competit. Quod

F(XYMOC)

<sup>1</sup> si praeterea (Hal.)?

<sup>2</sup> cum del. (dett.)

<sup>3</sup> conueniens (Hal.)?

<sup>4</sup> ciuitati (edd.)?

<sup>5</sup> suae causae (edd.)?

<sup>6</sup> et ins.

6 gentili's F<sup>2</sup> 7 gentium] conuentium F<sup>2</sup>  
9 manere n't F<sup>2</sup> 14 ramanus F 23 colat]  
F<sup>2</sup>, locat F<sup>2</sup> 24 usurpatam F 27 dibitor F

29 h'eadem F<sup>2</sup> 30 p'r'a'estitui F<sup>2</sup> 31 e'ro-  
gata F<sup>2</sup> 33 datu'm F<sup>2</sup>. 41 potes F  
43 competit F<sup>2</sup>

depensum pro collega in magistratu probabitur, solui et ab heredibus eius praeses provinciae iubet.

- 2, 11) IDEM ex eodem libro. Conductore perficiendi operis punito<sup>1</sup> fideiussor, qui pro eo inter- *Sf*  
uenerat, idem opus exstruendum alii locauerat: nec a secundo redemptore opere perfecto  
usurarum praestationem heres fideiussoris recusare non debet, cum et prior causa in bonae 5  
fidei contractu in uniuersum fideiussorem obligauerit, et posterior locatio, quia suum peri-  
1 (12) culum agnouit, solidae praestationi rei publicae eum substituerit. Qui fideius- [B. 54, 10, 2  
serint pro conductore uectigalis in uniuersam conductionem, in usuras quoque iure con-  
2 (13) ueniuntur, nisi proprie quid in persona eorum uerbis obligationis expressum est. Sed si  
in locatione fundorum pro sterilitate temporis boni uiri arbitrato in soluenda pensione cuius- 10  
que anni pacto<sup>2</sup> comprehensum est, explorata lege conductionis fides bona sequenda est.
- 4 (3) PAPINIANUS libro primo responsorum. Curatores communis officii diuisa pecunia, quam *P*  
omnibus in solidum publice dari placuit, periculo uice mutua non liberantur. ULPIANUS:  
prior tamen exemplo tutorum conueniendus est is qui gessit. 14
- (3, 1) IDEM ex eodem libro. Praedium publicum in quinque annos idonea cautione non ex- *P*  
acta curator rei publicae locauit<sup>3</sup>. ceteris annis colonus si reliqua traxerit et de fructibus  
praedii mercedesque<sup>4</sup> seruari non potuerint, successor<sup>5</sup> qui locauit tenebitur. idem in uecti-  
galibus non ita pridem constitutum est, scilicet ut sui temporis singuli periculum praesta-  
1 (2) rent. In eum, qui administrationis tempore creditoribus rei publicae nouatione facta pe-  
cuniam cauit, post depositum officium actionem denegari non oportet. diuersa causa est 20  
eius, qui solui constituit: similis ¶ etenim uidetur ei, qui publice uendidit aut locauit. f. 445'
- 2 (3) Filium pro patre curatore rei publicae creato cauere cogi non oportet. nec mu- [Ep. 19, 24  
tat, quod in eum pater emancipatum, priusquam curator constitueretur, partem bonorum  
3 (4) suorum donationis causa contulit. Pro magistratu fideiussor interrogatus pignora [(Ep.)  
quoque specialiter dedit. in eum casum pignora uidentur data, quo recte conuenitur: uide- 25  
licet postquam res ab eo seruari non potuerit, pro quo intercessit.
- 6 (4) VALENS libro secundo fideicommissorum. Legatam municipio pecuniam in aliam rem *P*  
quam defunctus uoluit conuertere citra principis auctoritatem non licet. et ideo si unum  
opus fieri iusserit, quod Falcidiae legis interuentu fieri non potest, permittitur summam,  
quae eo nomine debetur, in id, quod maxime necessarium rei publicae uideatur, conuer- 30  
tere: siue plures summae in plura opera legantur et legis Falcidiae interuentu id quod  
relinquitur omnium operum exstructioni non sufficit, permittitur in unum opus, quod ciuitas  
uelit, erogari. sed municipio pecuniam legatam, ut ex reditu eius uenatio aut spectacula  
edantur, senatus in eas causas erogari uetuit: et pecuniam eo legatam in id, quod maxime  
necessarium municipibus uideatur, conferre permittitur, ut in eo munificentia eius qui legauit 35  
in inscriptione notetur.
- 7 (5) PAULUS libro primo sententiarum. Decuriones pretio uiliori frumentum, quod<sup>6</sup> annona *Pf*  
1 temporalis est patriae suae, praestare non sunt cogendi. Nisi ad opus nouum pecunia  
specialiter legata sit, uetera ex hac reficienda sunt. 39
- 8 (6) ULPIANUS libro primo ad edictum praetoris. Magistratus rei publicae non dolum solum- *E*  
modo, sed et latam neglegentiam et hoc amplius etiam diligentiam debent.

*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> punito] conuento?    <sup>2</sup> pactum?    <sup>3</sup> snique temporis mercedem a colono exegit *ins.*  
<sup>4</sup> traxerit mercedesque et de fructibus praedii?    <sup>5</sup> non curator *ins.* (cf. *D. 50, 1, 36, 1*)  
<sup>6</sup> quam (cf. *D. 48, 12, 3 pr. 50, 1, 8: Io. Cannegieter*)?

1 praeses *om. F<sup>1</sup>* 3 idem ex eodem libro] *F<sup>2</sup>, del. F<sup>2</sup>. apud Graecos numeros inueni hos: 7 (nobis 9) B. 3, 741 Heimb. — 6 (nobis 10) Pon. 37, 9. — 9 (nobis 11) B. 2, 699. — 9 (nobis 12) B. 2, 692. — ult. (nobis 12) B. 2, 629*  
5 fideiussores *F* 8 quoque 'in' iure *F<sup>2</sup>*  
9 sed si ... 11 comprehensum est] ei δὲ καὶ περὶ τῆς ἀφορίας τὴν συμφωνηθῆ B (*Syn.*) 15 ex eodem libro (*om. idem*) *F<sup>1</sup>, del. F<sup>2</sup>* | e'x'acta

*F<sup>2</sup>* 16 et (et *om. XY<sup>2</sup>M<sup>2</sup>O*) de fructibus praedii (praediis *XM<sup>2</sup>*) mercedes (mercibus *Y<sup>2</sup>*) que (quae *M<sup>2</sup>*, quod *X*, quem *O<sup>2</sup>*) seruari non potuerint (potuerit *F<sup>2</sup>M<sup>2</sup>*, potuerunt *YO*) *FXYMOC* 17 tenebitur *F<sup>2</sup>* 22 curatore *om. F<sup>1</sup>* 25 casu'm' *F<sup>2</sup>* | conuenitor *F<sup>1</sup>* 27 uale'n's *F<sup>2</sup>* | legatum *F<sup>2</sup>* | municipio 'quam' pecuniam *F<sup>2</sup>* 35 municip'ib'us *F<sup>2</sup>* 40 praetoris *del. F<sup>2</sup>*

- 9 (7) PAULUS libro primo ad edictum praetoris. Si filius familias uolente patre [BS. 54, 10 n. E] magistratum gesserit, Iulianus existimauit in solidum patrem teneri in id, quod eius nomine rei publicae abesset.
- 10 (8) MODESTINUS libro octauo regularum. Calculi erroris retractatio etiam post [Pon. 37, 9 E] 1 decennii aut uicennii tempora admittetur. Sed si gratiose<sup>1</sup> expunctae dicentur, [(Pon.) 5] non retractabuntur.
- 11 (9) PAPIRUS IUSTUS libro secundo de constitutionibus. Imperatores Antoninus [B. 54, 10 n. E] et Uerus rescripserunt pecuniae, quae apud curatores remansit, usuras exigendas: eius uero, quae a redemptoribus operum exigi non potest, sortis dumtaxat periculum ad curatores pertinere. Item rescripserunt operum periculum etiam ad heredes curatorum pertinere. [(B) 10] 2 Item rescripserunt agros rei publicae retrahere curatorem ciuitatis debere, licet a bona fide emptoribus possideantur, cum possint ad auctores suos recurrere.
- 12 (9, 3) IDEM eodem libro. Imperatores Antoninus et Uerus rescripserunt operum exactionem [E] 1 (4) sine cautione non oportere committi. Item rescripserunt curatores, si negligenter in distrahendis bonis se gesserint, in simplum teneri, si per fraudem, in duplum: nec ad heredes eorum poenam descendere. Item rescripserunt pecuniam ad annonam destinatam 2 (5) distractis rebus curatorem exigere debere. Item rescripserunt sitonas indemnes esse oportere, 3 (6) qui non segniter officio suo functi sunt, secundum litteras Hadriani. Item [BS. 23, 3, 11 sch. 2] rescripserunt a curatore calendarii cautionem exigi non debere, cum a praeside ex inquisitione eligatur. Item rescripserunt curatorem etiam nomine collegae teneri, si interuenire 5 (8) et prohibere eum potuit. Item rescripserunt nominum, quae deteriora facta [BS. 23, 1, 35] 6 (9) sunt tempore curatoris, periculum ad ipsum pertinere: quia<sup>2</sup> uero antequam curator fieret, idonea non erant, aequum uideri periculum ad eum non pertinere.
- 13 (9, 10) IDEM libro eodem. Imperatores Antoninus et Uerus rescripserunt eum, qui pecuniam [E] publicam magistratus sui tempore et post non paucis temporibus detinuerat, [usuras etiam t. 446] praestare debere, nisi si quid adlegare possit, qua ex causa tardius intulisset. 26

## VIII.

## R DE DECRETIS AB ORDINE FACIENDIS R

SEA

- 1 ULPIANUS libro tertio opinionum. Medicorum intra numerum praefinitum constitutorum arbitrium non praesidi prouinciae commissum est, sed ordini et possessoribus cuiusque ciuitatis, ut certi de probitate morum et peritia artis eligant ipsi, quibus se liberosque suos in aegritudine corporum committant.
- 2 MARCIANUS libro primo publicorum. Illa decreta, quae non legitimo numero decurionum coacto facta sunt, non ualent. 34
- 3 ULPIANUS libro tertio de appellationibus. Lege autem municipali cauetur, ut ordo non aliter habeatur quam duabus partibus adhibitis.
- 4 ULPIANUS libro singulari de officio curatoris rei publicae. Ambitiosa decreta [B. 54, 11, 2] 1 decurionum rescindi debent. siue aliquem debitorem dimiserint siue largiti sunt. Proinde, ut solent, siue decreuerint de publico alicuius<sup>4</sup> uel praedia uel aedes uel certam quantitatem praestari, nihil ualebit huiusmodi decretum. Sed et<sup>5</sup> si salarium alicui decuriones 49

F(XYMOC)

<sup>1</sup> rationes ins.    <sup>2</sup> quae (edd.)?    <sup>3</sup> Ambitiosa ... debent. Proinde, ut solent, siue ... largiti sunt (sic fere Leoninus)?    <sup>4</sup> alicui (u. i.: edd.)?    <sup>5</sup> et del. (Leoninus)

1 praetoris del. F<sup>2</sup> 2 existimabit F 3 abesset om. F<sup>1</sup> 5 bicennii F (em. f) 9 pertinere F<sup>2</sup> 12 emptoribus F<sup>2</sup> 13 idem eodem libro] F<sup>1</sup>, del. F<sup>2</sup> | exactionem F 15 se del. F<sup>2</sup> | diplom F<sup>1</sup> 19 calendarii F<sup>2</sup> 21 quae] quo F<sup>1</sup> 23 erat F 24 idem libro eodem] F<sup>1</sup>, del. F<sup>2</sup> 26 adlegare] F<sup>1</sup>, allegare F<sup>2</sup> | intulisset] inutulis est F<sup>1</sup>, inutu-

lissit (sic: uoluit intulisset) F<sup>2</sup> 33 publicorum] iudiciorum publicorum F<sup>2</sup> 37 ulpianus] F<sup>1</sup>, idem F<sup>2</sup> 39 de publico alicuius uel praedia uel aedes uel certam quantitatem praestari] ἀπὸ τῆς πόλεως τυχὸν ἢ ἀγρὸν ἢ οἶκον ἢ ποσὸν ἢ σιτηρέσιον δοθῆναι [πλην ins.] ἰατροῖς ἢ παιδεγταιῖς B (Syn.)

decreuerint, decretum id nonnumquam ullius erit momenti: ut puta si ob liberalem artem fuerit constitutum uel ob medicinam: ob has enim causas licet constitui salaria.

- 5 CALLISTRATUS libro secundo de cognitionibus. Quod semel ordo decreuit, non oportere *E*  
id rescindi diuus Hadrianus Nicomedensibus rescripsit nisi ex causa: id est si ad publicam  
utilitatem respiciat rescissio prioris decreti. *5*
- 6 SCAEUOLA libro primo digestorum. Municipii lege ita cautum erat: 'ἐὰν τις ἔξω τοῦ *A*  
'συνεδρίου δικάσῃται, τοῦ τε συνεδρίου εἰρησῶ καὶ προσποτινήτω δράχμας γιλιὰς'. quaesitum  
est, an poenam sustinere debeat, qui ignorans aduersus decretum fecit. respondit et huius-  
modi poenas aduersus scientes paratas esse.

## X.

10

## R DE OPERIBUS PUBLICIS R

SE

- 1 ULPIANUS libro secundo opinionum. Curator operum creatus praescriptione motus ab *S*  
excusatione perferenda<sup>1</sup> sicuti cessationis nomine, in qua quoad uiuit moratus est, heredes  
suos obligatos reliquit, ita temporis, quod post mortem eius cessit, nullo onere eos ob-  
strinxit. Curam operis aquae ductus in alio iam munere constitutus postea susceperat. *15*  
praeputere uisus est petere exonerari priore utrisque iam implicitus, quando, si alterum  
tantum sustinere eum oportuisset, ante probabilius impetrasset propter prius munus a se-  
quenti excusationem.
- 2 IDEM libro tertio opinionum. Qui liberalitate, non necessitate debiti, reditus suos in- *S*  
terim ad opera finienda concessit, munificentiae suae fructum de inscriptione nominis sui *20*  
operibus, si qua fecerit, capere per inuidiam non prohibetur. Curatores operum cum ré-  
demptoribus negotium habent, res publica autem cum his, quos efficiendo operi praestituit.  
2 quatenus ergo et quis et cui obstrictus est, aestimatio praesidis prouinciae est. Ne eius  
nomine, cuius liberalitate opus exstructum est, eraso aliorum nomina inscribantur et pro-  
pterea renocentur<sup>2</sup> similes ciuium in patrias liberalitates, praeses prouinciae auctoritatem *25*  
suam interponat.
- 3 MACER libro secundo de officio praesidis. Opus nouum priuato etiam sine principis *S*  
auctoritate facere licet, praeterquam si ad aemulationem alterius ciuitatis pertineat uel ma-  
teriam seditionis praebat uel circum<sup>3</sup> theatrum uel amphitheatrum sit. Publico uero sumptu *S*  
opus nouum sine principis auctoritate fieri non licere constitutionibus declaratur. Inscrubi *30*  
autem nomen operi publico alterius quam principis aut eius, cuius pecunia id opus factum  
sit, non licet.
- 4 MODESTINUS libro undecimo pandectarum. Nec praesidis quidem nomen licebit super- *E*  
scribere. *34*
- 5 || ULPIANUS libro singulari de officio curatoris rei publicae. Si legatum uel [B. 54, 12, 5] *Sf* f. 446'  
fideicommissum fuerit ad opus relictum, usurae quae et quando incipiant deberi, rescripto  
diui Pii ita continetur. 'Si quidem dies non sit ab his, qui statuas uel imagines ponendas  
'legauerunt, praefinitus, a praeside prouinciae tempus statuendum est: et nisi posuerint  
'heredes, usuras leuiores intra sex menses, si minus<sup>4</sup>, semisses usuras rei publicae pendant.  
'si uero dies datus est, pecuniam deponant intra diem, si aut non inuenire se statuas dixe- *40*  
rint aut<sup>5</sup> loco controuersiam fecerint: semisses protinus pendant'. Fines publi- [Ep. 15, 7]  
eos a priuatis detineri non oportet. curabit igitur praeses prouinciae, si<sup>7</sup> qui publici sunt,  
*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> proferenda?    <sup>2</sup> remorentur?    <sup>3</sup> circus uel?    <sup>4</sup> si minus] post sex menses (u. i.)?  
<sup>5</sup> de ins. (u. i.)    <sup>6</sup> aut ins.    <sup>7</sup> si del.

5 recessio *F* 6 erit *F* 8 debeat n't *F*<sup>4</sup> |  
aduersus] aduersu *F*<sup>2</sup>, aduersu *F*<sup>3</sup> 9 esse  
del. *F*<sup>4</sup> 12 opinianum *F*<sup>2</sup> 14 reliquid *F*<sup>2</sup>  
15 alio iam] aliquam *F*<sup>2</sup> 16 priore] priore  
munere *F*<sup>2</sup> | implicitis *F*<sup>2</sup> 19 opinionum  
om. *F*<sup>2</sup> | reditus *F*<sup>2</sup> 35 ulpianus ... publicae

om. *F*<sup>2</sup> 38 praeside m' prou. *F*<sup>4</sup> 39 si mi-  
nus semisses om. *F*<sup>2</sup>: εἰς ὡ μὴνῶν ἐξ ἐλαφρο-  
τέροισ διδοῦσι, μετὰ τὰ ἄτα ἡμικατοστιαίους *B*  
40 si aut non ... 41 fecerint] εἰ ... λέγουσιν  
οἱ κληρονόμοι μὴ εὔρηκέναι στήλας [ἢ] εἰς τὸν  
τόπον φιλομεικείθαι *B* 41 semis'ses *F*<sup>2</sup>

a priuatis separare et publicos potius reditus augere: si qua loca publica uel aedificia in usus<sup>1</sup> priuatorum inuenerit, aestimare, utrumne uindicanda in publicum sint an uectigal eis satius sit imponi, et id, quod utilius rei publicae intellexerit, sequi.

- 6 **MODESTINUS** libro undecimo pandectarum. De operibus, quae in muris uel B. 54, 12, 6 *F* portis uel rebus<sup>2</sup> publicis fiunt, aut si muri exstruantur, diuus Marcus rescripsit praesidem s aditum consulere principem debere.
- 7 **CALLISTRATUS** libro secundo de cognitionibus. Pecuniam, quae in opera B. 54, 12 a *F* noua legata est, potius in tutelam eorum operum quae sunt conuertendam, quam ad inchoandum opus erogandam diuus Pius rescripsit: scilicet si satis operum ciuitas habeat 10 et non facile ad reficienda ea pecunia inueniatur. Si quis opus ab alio factum adornare 10 marmoribus uel alio quo modo ex uoluntate populi facturum<sup>3</sup> se pollicitus sit, nominis proprii titulo scribendo: manentibus priorum titulis, qui ea opera fecissent, id fieri debere senatus censuit. quod si priuati in opera, quae publica pecunia fiant, aliquam de suo adiecerint summam, ita titulo inscriptionis uti eos debere isdem mandatis cauetur, ut quantam summam contulerint in id opus, inscribant. 15

## XI.

## R DE NUNDINIS R

- 1 **MODESTINUS** libro tertio regularum. Nundinis impetratis a principe non Pon. 31, 12 *F* utendo qui meruit decennii tempore usum amittit. 19
- 2 **CALLISTRATUS** libro tertio de cognitionibus. Si quis ipsos cultores agrorum uel piscatores deferre utensilia in ciuitatem iusserit, ut ipsi ea distrahant, destituetur annonae praebitio, cum auocentur ab opere rustici: qui confestim ubi detulerint mercem, tradere eam et ad opera sua reuerti debeant. denique summae prudentiae et auctoritatis apud Graecos Plato cum institueret, quemadmodum ciuitas bene beate habitari possit, in primis istos negotiatores necessarios duxit. sic enim libro secundo<sup>4</sup> πολιτείας ait: Δεί γάρ πλειόνων 25 ἄρα γεωργῶν τε καὶ τῶν ἄλλων δημοιοργῶν καὶ τῶν ἄλλων διακόνων τῶν γε εἰσαζόντων καὶ ἐξαζόντων ἕκαστα· οὔτοι δὲ εἰσὶν ἔμποροι<sup>5</sup>. κομίσας δὲ ὁ γεωργός<sup>6</sup> εἰς τὴν ἀγορᾶν τι ὧν ποιῆ ἢ τις ἄλλος τῶν δημοιοργῶν μὴ ἐπὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἢ κῆ τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἀλλήλας<sup>7</sup>, ἀργίσει τῆς αὐτοῦ δημοιοργίας καθήμενος ἐν ἀγορᾷ; οὐδαμῶς, ἢ δ' ὅς, ἀλλ' εἰσὶν οἱ τοῦτο ὀρώντες ἑαυτοῦς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην. 30

## XII.

## R DE POLLICATIONIBUS R

- 1 **ULPIANUS** libro singulari de officio curatoris rei publicae. Si pollicitus quis B. 54, 13, 1 *S* fuerit rei publicae opus se facturum uel pecuniam daturum, in usuras non conueniatur: sed si moram coeperit facere, usuras accedunt, ut imperator noster cum diuo patre suo 35 rescripsit. Non semper autem obligari eum, qui pollicitus est, sciendum est. si quidem ob honorem promiserit decretum sibi uel decernendum uel ob aliam iustam causam, tene- *F(XYMOG)*

<sup>1</sup> usu? <sup>2</sup> rebus] portibus? <sup>3</sup> aucturum? <sup>4</sup> c. 11. 12 p. 371 Steph. <sup>5</sup> c. 11: Δεί γάρ. Δὴ τὰ οἶκοι μὴ μόνον ἑαυτοῖς ποιεῖν ἰκανά, ἀλλὰ καὶ οἷα καὶ ὅσα ἐκείνοις ὧν ἂν δέονται. Δεί γάρ. Πλειόνων δὴ γεωργῶν τε καὶ τῶν ἄλλων δημοιοργῶν Δεί ἡμῖν τῆ πόλει. Πλειόνων γάρ. Καὶ Δὴ καὶ τῶν ἄλλων διακόνων ποῦ τῶν τε εἰσαζόντων καὶ ἐξαζόντων ἕκαστα. οὔτοι δὲ εἰσὶν ἔμποροι. ἢ γάρ; Ναι. <sup>6</sup> Idem post alia c. 12: "Ἄν οὖν κομίσας ὁ γεωργός <sup>7</sup> ἀλλήλαςθαι Platonis libri

2 uindicand'and'a *F*<sup>6</sup> 3 utilius] utilius esse *F*<sup>2</sup> 4 in muris uel portis (partis *F*<sup>1</sup>) uel rebus publicis] ἐν τοῖς τεῖχεσιν ἢ ταῖς πόρταις ἢ τῷ δημοσίῳ *B* 11 quo om. *F*<sup>6</sup> 15 opus] in'scribant *F*<sup>2</sup> 18 nundinis impetratis a principe] ἐάν τις αἰτήσῃ παρὰ βασιλέως εἶναι

αὐτῷ πανήγυριν ἀποτελεῖν ἦτοι τὴν λεγομένην ἀτέλειαν Ῥομ. 21 utendilia *F*<sup>6</sup> | ciuitate *F*<sup>2</sup> 22 opere' rustici *F*<sup>2</sup> 23 deniqu'a'e *F*<sup>1</sup> 24 primos istis *F*<sup>1</sup> 25 πολιτείας ... 30 ταύτην del. *F*<sup>2</sup> 27 ἐξαζόντων *F*<sup>2</sup> 29 ἀργεί *F*<sup>1</sup> 34 conueniatur *F*<sup>1</sup> 36 est si] aed si *F*<sup>6</sup>

- bitur ex pollicitatione: sin uero sine causa promiserit, non erit obligatus. et ita multis  
 2 constitutionibus et ueteribus et nouis continetur. Item si sine causa promiserit, coeperit  
 3 tamen facere, obligatus est qui coepit. Coepisse sic accipimus, si fundamenta iecit uel  
 4 locum purgauit. sed et si locus illi petenti des|tinatus est, magis est, ut coepisse uideatur. f. 447  
 4 item si apparatus siue impensam in publico posuit. Sed si non ipse coepit, sed cum 5  
 5 certam pecuniam promississet ad opus rei publicae<sup>1</sup> contemplatione pecuniae coepit opus  
 5 facere: tenebitur quasi coepto opere. Denique cum columnas quidam promississet, impe- (B)  
 6 rator noster cum diuo patre suo ita rescripsit: 'Qui non ex causa pecuniam rei publicae  
 'pollicentur, liberalitatem perficere non coguntur. sed si columnas Citiensibus promissisti  
 'et opus ea ratione sumptibus ciuitatis uel priuatorum inchoatum est, deseri quod gestum<sup>2</sup> 10  
 6 'est non oportet'. Si quis opus quod perfecit adsignauit, deinde id fortuito casu aliquid  
 passum sit, periculum ad eum qui fecit non pertinere imperator noster rescripsit.
- 2 IDEM libro primo disputationum. Si quis rem aliquam uouerit, uoto obli- [B. 54, 18, 2] S  
 gatur. quae res<sup>3</sup> personam uouentis, non rem quae uouetur obligat. res enim, quae uoue-  
 1 tur, soluta quidem liberat uota, ipsa uero sacra<sup>4</sup> non efficitur. Uoto autem patres fami- 15  
 15 liarum obligantur puberes sui iuris<sup>5</sup>: filius enim familias uel seruus sine patris dominiue  
 2 auctoritate uoto non obligantur. Si decimam quis honorum uouit, decima non prius esse  
 in bonis desinit, quam fuerit separata. et si forte qui decimam uouit decesserit ante se-  
 positionem, heres ipsius hereditario nomine decimae obstrictus est: noti enim obligationem  
 ad heredem transire constat. 20
- 3 IDEM libro quarto disputationum. Pactum est duorum consensus atque con- [B. 54, 18, 3] S  
 uentio, pollicitatio uero offerentis solius promissum. <sup>6</sup>et ideo illud est constitutum, ut, si  
 ob honorem pollicitatio fuerit facta, quasi debitum exigatur. sed et coeptum opus, licet  
 1 non ob honorem promissum, <sup>7</sup>perficere promissor eo<sup>7</sup> cogetur, et est constitutum. Si quis  
 quam ex pollicitatione tradiderat rem municipibus uindicare uelit, repellendus est a peti- 25  
 25 tione: aequissimum est enim huiusmodi uoluntates in ciuitates collatas paenitentia non  
 reuocari. sed et si deserint municipes possidere, dicendum erit actionem eis concedendam.
- 4 MARCIANUS libro tertio institutionum. Propter incendium uel terrae motum uel aliquam S  
 ruinam, quae rei publicae contingit, si quis promiserit, tenetur. 29
- 5 ULPIANUS libro primo responsorum. Charidemo respondit ex epistula, quam muneris S  
 edendi gratia absens quis emisit, compelli eum ad editionem non posse.
- 6 IDEM libro quinto de officio proconsulis. Totiens locum habet deminutio pollicitationis S  
 in persona heredis, quotiens non est pollicitatio ob honorem facta. ceterum si ob honorem  
 1 facta sit, aeris alieni loco habetur et in heredum persona non minuitur. Si quis pecu-  
 15 niam<sup>8</sup> ob honorem promiserit coeperitque soluere, eum debere quasi coepto opere impe- 35  
 2 rator noster Antoninus rescripsit. Non tantum masculos, sed etiam feminas, si quid ob  
 honores pollicitatae<sup>9</sup> sunt, debere implere sciendum est: et ita rescripto imperatoris nostri  
 3 et diui patris eius continetur. Si cui res publica necessitatem imposuerit statuarum prin-  
 cipi ponendarum, qui non promisit, non eae ei necesse obtemperare rescriptis imperatoris  
 nostri et diui patris eius continetur. 40
- 7 PAULUS libro primo de officio proconsulis. Ob casum, quem ciuitas passa est, si quis Sf  
 promiserit se quid facturum: etsi non inchoauerit, omnimodo tenetur, ut diuus Seuerus  
 Dioni rescripsit.

## F(XYMOO)

<sup>1</sup> rei publicae] res publica (καὶ ἡ πόλις ... ἀρξήται B)? <sup>2</sup> gestum] coeptum (edd.)? <sup>3</sup> quae res] quod (u. i.)? <sup>4</sup> liberat uoto, uota uero ipsa sacra? <sup>5</sup> sui iuris del. (cf. D. 44, 7, 43)  
<sup>6</sup> deserunt quaedam: distinxit fortasse Ulpianus inter pollicitationem ob causam factam et nudam (cf. p. 926, 37) <sup>7</sup> eo del. (edd.): nisi excidit quod coepit <sup>8</sup> non ins. <sup>9</sup> pollicitae (edd.)?

2 et ueteribus om. F<sup>1</sup> 3 iecit] iacuit F mis'it'sum F<sup>4</sup> 24 proficere F | eo] emo F<sup>2</sup>  
 8 rescripserit F 11 oportet o't F<sup>4</sup> 12 pas- 25 pollicitatione m' trad. F<sup>4</sup> 26 huiusmodi F  
 sus F 14 res personam] responso nam F | 28 uel terrae motum om. F<sup>1</sup> 30 cheri-  
 uocentis F<sup>2</sup> | quae] quem F 16 filius ... demo F<sup>1</sup> 33 persona m' F<sup>2</sup> 34 aeris] heris F<sup>1</sup>  
 patris om. F<sup>1</sup> 21 quarto om. F<sup>1</sup> 22 pro- 37 imperatores F<sup>1</sup> 41 passa] possa F<sup>2</sup>, posse F<sup>1</sup>



- 8 ULPIANUS libro tertio de officio consulis. De pollicitationibus in ciuitatem factis iudicium cognitionem esse diui fratres Flauio Celso in haec uerba rescripserunt: 'Probe faciet Statius Rufinus, si opus proscaeni, quod se Gabinis exstructurum promisit, quod tandem adgressus fuerat, perficiat. nam etsi aduersa fortuna usus in triennio<sup>1</sup> a praefecto urbis relegatus esset, tamen gratiam muneris, quod sponte optulit, minuere non debet, cum et absens per amicum ¶ perficere opus istud possit. quod si detrectat, actores constituti, qui legitime pro ciuitate agere possint, nomine publico adire aduersus eum iudices poterunt: qui cum primum potuerint, priusquam in exilium proficiascatur, cognoscent et, si opus perfici ab eo debere constituerint, oboedire eum rei publicae ob hanc causam iubebunt, aut prohibebunt distrahi fundum, quem in territorio Gabiniorum<sup>2</sup> habet'.
- 9 MODESTINUS libro quarto differentiarum. Ex pollicitatione, quam quis ob honorem apud rem publicam fecit, ipsum quidem omnimodo in solidum teneri: heredem uero eius ob honorem quidem facta promissione in solidum, ob id uero, quod opus promissum coeptum est, si bona liberalitati soluendo non fuerint, extraneum heredem in quintam partem patrimonii defuncti, liberos in decimam teneri diui Seuerus et Antoninus rescripserunt. sed et ipsum donatorem pauperem factum ex promissione operis coepti quintam partem patrimonii sui debere diuus Pius constituit.
- 10 IDEM libro primo responsorum. Septicia certamen patriae suae pollicendo sub hac condicione pollicita est, uti sors apud eam remaneat et ipsa usuras semissales ad praemia certantium resoluat<sup>3</sup>, in haec uerba: 'Φιλοτιμοῦμαι καὶ καθιερῶ ἀγῶνα τετραετηρικὸν ἀπὸ μυριάδων τριῶν, τὸ τοῦ κεφαλαιῶ ἀγῆ κατέχοῦσα ἀργύριον καὶ ἀσφαλίζομένη παρὰ τοῖς δεκαπρώτοις ἀξιοχρέως ἐπὶ τῷ τελείῳ με τὸν ἐξ ἑθῶς τριῶν μυριάδων τόκον, ἀγωνοθετοῦντος καὶ προκαθεζομένου τοῦ ἀνδρός μου, ἐπ' ἀγῆς δὲ τῶν ἐξ ἐμοῦ γεννηθῆσομένων τέκνων. χωρὶς δὲ ὁ τόκος εἰς τὰ ἄλλα τῶν θυμηλικῶν, καθὼς ἂν ἐφ' ἐκάστου ἀθλήματος ἢ βοῶν ὀρίσῃ. quaero, an possunt iniuriam pati filii Septiciae, quo minus ipsi praesiderent certaminibus cundum uerba condicionemque pollicitationis. Herennius Modestinus respondit, quo casu certaminis editio licita est, formam pollicitationi datam seruandam esse.
- 11 IDEM libro nono pandectarum. Si quis ob honorem uel sacerdotium pecuniam promiserit et antequam honorem uel magistratum ineat, decedet, non oportere heredes eius conueniri in pecuniam, quam is ob honorem uel magistratum promiserat, principalibus constitutionibus cauetur, nisi forte ab eo uel ab ipsa res publica eo uino opus fuerit inchoatum.
- 12 IDEM libro undecimo pandectarum. In priuatis operibus inuitis his qui fecerunt statuas aliis ponere non possumus, ut rescripto diui Seueri continetur. Cum quidam, ne honoribus fungeretur, opus promississet: honores subire cogendum quam operis instructionem diuus Antoninus rescripsit.
- 13 PAPIRIUS IUSTUS libro secundo de constitutionibus. Imperatores Antoninus et Uerus Augusti rescripserunt opera exstruere debere eos, qui pro honore polliciti sunt, non pecunias pro his inferre cogi. Item rescripserunt condiciones donationibus adpositas, quae in rem publicam fiunt, ita demum ratas esse, si utilitatis publicae interest: quod si damnosae sint, obseruari non debere. et ideo non obseruandum, quod defunctus certa summa legata uetuit nectigal exerceri. esse enim tolerabilia, quae uetus consuetudo comprobatur.
- 14 POMPONIIUS libro sexto epistularum et uariarum lectionum. Si quis sui alienius honoris causa opus facturum se in aliqua ciuitate promiserit, ad perficiendum tam ipse quam heres eius ex constitutione diui Traiani obligatus est. sed si quis ob honorem opus facturum

<sup>1</sup> triennium (Hal.)? <sup>2</sup> Gabinorum (Hal.)? <sup>3</sup> resoluat] rei publicae soluat? <sup>4</sup> ἐκαστῆς (Salmassius)? <sup>5</sup> ob honorem del. (G. C. Treitschke)

1 ulpianus] idem F<sup>2</sup> 2 proue F<sup>2</sup> 3 gavinis F 9 perficere F 10 gaviniorum F 14 coeptum est ... 16 sed post 17 constituit habet F<sup>2</sup>, suo loco restituit F<sup>2</sup> 14 liberati F<sup>2</sup> | fuerunt F<sup>2</sup> | in quintam] quintam F<sup>2</sup> 15 antoninos F<sup>2</sup> 17 debere F<sup>2</sup> 18 responsorum] ad municipalem F<sup>2</sup> 19 praemia F 23 τέκνων om. F<sup>2</sup> 25 praesiderent F<sup>2</sup> 26 herennius modestinus] F<sup>2</sup>, hermogenianus F<sup>2</sup> 39 quae] qui F<sup>2</sup> 40 non debere F<sup>2</sup>

se ciuitate aliqua promiserit atque inchoauerit et priusquam perficeret, decesserit: heres eius extraneus quidem necesse habet aut perficere id aut partem quintam patrimonii relictici sibi ab eo, qui id opus facere instituerat, si ita mallet, ciuitati, in qua id opus fieri coeptum est, dare: is autem, qui ex numero || liberorum est, si heres exstitit, non quintae f. 448 partis, sed decimae concedendae necessitate adficitur. et haec diuus Antoninus constituit. 5

15 ULPIANUS libro singulari de officio curatoris rei publicae. Inter liberos nepotem quoque \*S ex filia contineri diuus Pius rescripsit.

## XIII.

⌘ DE UARIIS ET EXTRAORDINARIIS COGNITIONIBUS ET SI SE  
IUDEX LITEM SUAM FECISSE DICETUR ⌘

10

1 ULPIANUS libro octauo de omnibus tribunalibus. Praeses prouinciae de [B. 54, 14, 1] S mercedibus ius dicere solet, sed praeceptoribus tantum studiorum liberalium. liberalia autem studia accipimus, quae Graeci ἐλευθέρια appellant: rhetores continebuntur, gram-  
2 matici, geometrae. Medicorum quoque eadem causa est quae professorum, nisi quod iustior, cum hi salutis hominum, illi studiorum curam agant: et ideo his quoque extra 15  
3 detur. Medicos fortassis quis accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis uel certi doloris sanitatem pollicentur: ut puta si auricularius, si fistulae uel dentium. non tamen si incantauit, si imprecatus est, si, ut uulgari uerbo impostorum utar, si<sup>1</sup> exorcizauit: non sunt ista medicinae genera, tametsi sint, qui hos sibi profuisse cum praedicatione adfir- 20  
4 ment. An et philosophi professorum numero sint? et non putem, non quia non religiosa  
5 res est, sed quia hoc primum profiteri eos oportet mercenariam operam spernere. Proinde ne iuris quidem ciuilibus professoribus ius dicent: est quidem res sanctissima ciuilibus sapientia, sed quae pretio nummario non sit aestimanda nec dehoneatanda, dum in iudicio honor petitur, qui in ingressu sacramenti offerri debuit. quaedam enim tametsi honeste 25  
6 accipiantur, inhoneste tamen petuntur. Ludi quoque litterarii magistris<sup>2</sup> licet non [B] sint professores, tamen usurpatum est, ut his quoque ius dicatur: iam et librariis et no-  
7 tariis et calculatoribus siue tabulariis. Sed ceterarum artium opificibus siue artificibus, quae sunt extra litteras uel notas positae, nequaquam extra ordinem ius dicere praeses  
8 debet. Sed et si comites salarium petant, idem iuris est, quod in professoribus placet. 30  
9 Sed et aduersus ipsos omnes cognoscere praeses debet, quia ut aduersus aduocatos adean-  
10 tur, diui fratres rescripserunt. In honorariis aduocatorum ita uersari iudex debet, [B. 54, 14, 1] ut pro modo litis proque aduocati facundia et fori consuetudine et iudicii, in quo erat acturus, aestimationem adhibeat, dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur: ita enim rescripto imperatoris nostri et patris eius continetur. uerba rescripti ita se ha- 35  
11 bent: 'Si Iulius Maternus, quem patronum causae tuae esse uoluisti, fidem susceptam  
'exhibere paratus est, eam dumtaxat pecuniam, quae modum legitimum egressa est, repe-  
12 tere debes'. Aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur: non tamen qui pro tractatu, non adfuturi causis, accipere quid solent, aduocatorum numero erunt. Si cui cautum est honorarium uel si quis de lite pactus est, 40  
uideamus, an petere possit. et quidem de pactis ita est rescriptum ab imperatore nostro et diuo patre eius: 'Litis causa malo more pecuniam tibi promissam ipse quoque profiteris.  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> si del. (Hal.)    <sup>2</sup> magistris?

1 discesserit F 3 instituerat 'al' si F<sup>4</sup> 5 et] ad F<sup>1</sup> 9 uariis et] ind. F et sic B (ind. cod. Paris. 1357 et Tipuc.): περί διαφορών και έκτός τάζεως διαγνώσεων (περί διαγνώσεων ind. Coislin.), om. F 11 tribunalibus om. F<sup>1</sup> 12 mercedereius'ibus F<sup>4</sup> 21 philosoph'iat' pro-

fessorum F<sup>4</sup> 25 offerri F<sup>2</sup>: ἐν ἀρχῇ δὲ τοῦς μισθοῦς ἀγῶν δέι παρέχεσθαι B 27 lib'eriis F<sup>2</sup> 31 et om. F<sup>1</sup> 37 egressa est 'eam dumtaxat pecuniam quae modum legitimum' repetere F<sup>2</sup> 42 promissam F<sup>1</sup>

- 'sed hoc ita ius est, si suspensa lite societatem futuri emolumenti cautio polli- <sup>[Ep. 14, 69]</sup>  
'cetur. si nero post causam actam cauta est honoraria summa, peti poterit usque ad pro-  
'babilem quantitatem, etsi nomine palmarii cautum sit: sic tamen, ut computetur id quod  
'datum est cum eo quod debetur neutrumque compositum licitam quantitatem excedat'.
- 13 Licita autem quantitas intellegitur pro singulis causis usque ad centum aureos. Diuus <sup>[B.]</sup> s  
Seuerus ab heredibus aduocati mortuo eo prohibuit mercedem ¶ repeti, quia per ipsum <sup>l. 449</sup>
- 14 non steterat, quo minus causam ageret. Ad nutricia quoque officium praesidis uel <sup>[Ep.]</sup>  
praetoris deuenit: namque nutrices ob alimonia infantium apud praesides quod sibi de-  
betur petunt. sed nutricia eo usque producemus, quoad infantes uberibus aluntur: cete-  
15 rum post haec cessant partes praetoris uel praesidis. Haec omnia si apud praesides pe- <sup>10</sup>  
tantur, uideamus an de mutuis petitionibus possunt praesides cognoscere. et putem debere  
admitti.
- 2 IDEM libro primo opinionum. De usu aquae, de riuis nouis inciuiliter institutis, item <sup>8</sup>  
de equis alienis a sciente possessis fetuque earum, et de damno dato per immissos in  
praedium suum uniuersos homines eos, qui in plurium praedia distribui debuerunt, si <sup>15</sup>  
modo id non ex auctoritate eius qui iubere potuit factum est, praesidem prouinciae doceri  
oportere responsum est, ut is secundum rei aequitatem et iurisdictionis ordinem conue-  
nientem formam rei det.
- 3 IDEM libro quinto opinionum. Si medicus, cui curandos suos oculos qui eis <sup>[B. 54, 14 n.]</sup> s  
laborabat commiserat, periculum amittendorum eorum per aduersa medicamenta inferendo <sup>20</sup>  
compulit, ut ei possessiones suas contra fidem bonam aeger uenderet: inciuiile factum  
praeses prouinciae coerceat remque restitui iubeat.
- 4 PAULUS libro quarto ad Plautium. Diuus Antoninus Pius rescripsit iuris studiosos, qui <sup>E</sup>  
salaria petebant, haec exigere posse. <sup>24</sup>
- 5 CALLISTRATUS libro primo de cognitionibus. Cognitionum numerus cum ex <sup>[B. 54, 14 n.]</sup> E  
uariis causis descendat, in genera diuidi facile non potest, nisi summatim diuidatur. nu-  
merus ergo cognitionum in quattuor fere genera diuidi potest: aut enim de honoribus  
sive muneribus gerendis agitur, aut de re pecuniaria disceptatur, aut de existimatione  
1 alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine quaeritur. Existimatio est dignitatis inlaesae <sup>30</sup>  
status, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro auctoritate legum aut mi-  
2 nuitur aut consumitur. Minuitur existimatio, quotiens manente libertate circa statum  
dignitatis poena plectimur: sicuti cum relegatur quis uel cum ordine mouetur uel cum  
prohibetur honoribus publicis fungi uel cum plebeius fastibus caeditur uel in opus publi-  
cum datur uel cum in eam causam quis incidit, quae edicto perpetuo infamiae causa  
3 enumeratur. Consumitur uero, quotiens magna capitis minutio interuenit, id est cum <sup>35</sup>  
libertas adimitur: ueluti cum aqua et igni interdicitur, quae<sup>1</sup> in persona deportatorum  
euenit, uel cum plebeius in opus metalli uel in metallum datur: nihil enim refert, nec  
diuersa poena est operis et metalli, nisi quod refugae operis non morte, sed poena metalli  
subiciuntur. <sup>39</sup>
- 6 GAIVS libro tertio rerum cottidianarum siue aureorum. <sup>[D. 44, 7, 5, 4. I. 4, 5 pr. B. 54, 14, 5]</sup> 48  
Si index litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus uidetur: sed quia neque  
ex contractu obligatus est et utique peccasse aliquid intellegitur, licet per imprudentiam,  
ideo uidetur quasi ex maleficio teneri in factum actione, et in quantum de ea re <sup>[D.]</sup>  
aequum religioni iudicantis uisum fuerit, poenam sustinebit.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> quod?

1 ita 'ius' est F<sup>1</sup> 5 aureo's F<sup>1</sup> 13 no-  
bis F<sup>2</sup> 14 fetoque F<sup>2</sup> 15 deb'uerunt F<sup>2</sup>  
21 eger F<sup>2</sup> 25 numeru'n's F<sup>1</sup> 27 diui'di' F<sup>2</sup>  
31 ex'istimatio F<sup>2</sup> 33 plebei'u's F<sup>1</sup> | fusti-  
bus] cumstibus F<sup>2</sup> 35 enumerator F<sup>1</sup>

36 a'di'mitur F<sup>2</sup> | deportatorum F<sup>2</sup> 37 'ue-  
nit F<sup>2</sup> 40 cottidianorum F<sup>2</sup> 42 contracta F<sup>1</sup>  
et utique] F<sup>2</sup> cum Inst., utique F<sup>1</sup> cum D. l.  
gen. 43 in factum actione om. Inst.

## XIII.

## R DE PROXENETICIS R

- 1 ULPIANUS libro quadragesimo secundo ad Sabinum. Proxenetica iure licito petuntur. S  
 2 IDEM libro trigensimo primo ad edictum. Si proxeneta interuenerit faciendi [B. 54, 15, 2 S  
 nominis, ut multi solent, uideamus an possit quasi mandator teneri. et non puto teneri, s  
 quia hic monstrat magis nomen quam mandat, tametsi laudet nomen. idem dico, et si  
 aliquid philanthropi nomine acceperit: nec ex locato conducto erit actio. plane si dolo et  
 calliditate creditorem circumuenerit, de dolo actione tenebitur.
- 3 IDEM libro octauo de omnibus tribunalibus. De proxenetico, quod et sor- [B. 54, 15, 3 S  
 didum, solent praesides cognoscere: sic tamen, ut et in his modus esse debeat et quan- 10  
 titatis et negotii, in quo operula ista defuncti sunt ¶ et ministerium qualequale accommo- f. 449  
 dauerunt<sup>1</sup>. facilius<sup>2</sup> quod Graeci ἐρμηνευτικὸν appellant, peti apud eos poterit, si quis  
 forte condicionis uel amicitiae uel adsecurae uel cuius alterius huiuscemodi proxeneta  
 fuit: sunt enim huiusmodi hominum (ut in tam magna ciuitate) officinae. est enim proxe-  
 netarum modus, qui emptionibus uenditionibus, commerciis, contractibus licitis utiles non 15  
 adeo improbabili more se exhibent<sup>1</sup>.

## XV.

## R DE CENSIBUS R

SPE

- 1 ULPIANUS libro primo de censibus. Sciendum est esse quasdam colonias iuris Italici, S\*  
 ut est in Syria Phoenice splendidissima Tyriorum colonia, unde mihi origo est, nobilis re- 20  
 gionibus, serie saeculorum antiquissima, armipotens, foederis quod cum Romanis percussit  
 tenacissima: huic enim diuus Seuerus et imperator noster ob egregiam in rem publicam  
 1 imperiumque Romanum insignem fidem ius Italicum dedit: Sed et Berytensis colonia in  
 eadem prouincia Augusti beneficiis gratiosa et (ut diuus Hadrianus in quadam oratione  
 2 ait) Augustana colonia, quae ius Italicum habet. Est et Heliupolitana, quae a diuo Seuro 25  
 3 per belli ciuilibus occasionem Italicæ coloniae rem publicam accepit. Est et Laodicea  
 colonia in Syria Coele, cui diuus Seuerus ius Italicum ob belli ciuilibus merita concessit.  
 Ptolemaensium enim colonia, quae inter Phoenicem et Palaestinam sita est, nihil praeter  
 4 nomen coloniae habet. Sed et Emisena ciuitati Phoenices imperator noster ius coloniae  
 5 dedit iurisque Italici eam fecit. Est et Palmyrena ciuitas in prouincia Phoenice prope bar- 30  
 6 baras gentes et nationes collocata. In Palaestina duae fuerunt coloniae, Caesariensis et  
 7 Aelia Capitolina, sed neutra ius Italicum habet. Diuus quoque Seuerus in Sebastenam  
 8 ciuitatem coloniam deduxit. In Dacia quoque Zernensium colonia a diuo Traiano deducta  
 9 iuris Italici est. Zarmizegetusa quoque eiusdem iuris est: item Napocensis colonia et Apu-  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> sic ordina et emenda: De proxenetico, qu[amquam] e[st] (sic Hal.) sordidum, solent praesides cognoscere: est enim proxenetarum [gen]us, qui emptionibus uenditionibus commerciis contractibus licitis utiles non adeo improbabili more se exhibent: sic tamen ut et in his modus esse debeat et quantitatis ... u. 14 officinae <sup>2</sup> difficilius (u. u. 10 et in his)?

2 proxeneticis ind. F 3 ad om. F 4 primo om. F<sup>1</sup> 9 proxeneticis F<sup>2</sup> 11 negotio F 13 huiuscemodi F<sup>1</sup> 14 in tam] M<sup>1</sup> edd., tam in FX<sup>1</sup>YM<sup>1</sup>OC, tam X<sup>1</sup> 20 phoenice F<sup>1</sup> 23 sed et berytensis F<sup>2</sup> 24 oratione F<sup>2</sup> 25 augustana F<sup>1</sup>, augustina F<sup>2</sup> | heliupolitana F<sup>2</sup> 28 ptolemensium F 29 ius coloniae dedit iuresque F<sup>1</sup> 30 phoe-

nicæ F<sup>1</sup> 32 sebastenam F<sup>1</sup> 33 in dacia] secundum B (καὶ ἐν Δακίᾳ ἢ τῶν Ζερμηνίων ἀποικία) Cuiacius (obs. 10, 35), indicia F | zernensium] sic F recte, τῶν Ζερμηνίων B: alibi est Tsiernensis statio (C. I. L. III, 1568), Διερνα (Ptolem. 3, 8, 10), Tierna (Peuting.). cf. C. I. L. III p. 248 | trahiano F 34 zarmizegetusa F | colonia] coloniae F<sup>2</sup>

- 10 lensis et Patauisensium uicus, qui a diuo Seuero ius coloniae impetrauit. Est et in Bi-  
 11 thynia Apamena et in Ponto Sinopensis. Est et in Cilicia Selinus<sup>1</sup> et Traianopolis.
- 2 IDEM libro uicensimo octauo ad Sabinum. Uitia priorum censuum editis nouis pro-  
 fessionibus euanescent.
- 3 IDEM libro secundo de censibus. Aetatem in censendo significare necesse est, quia  
 quibusdam aetas tribuit, ne tributo onerentur: ueluti in Syriis a quattuordecim annis  
 masculi, a duodecim feminae usque ad sexagesimum quintum annum tributo ca-  
 1 pitis obligantur. aetas autem spectatur censendi tempore. Rebus concessam immu-  
 nitatem non habere intercidere rescripto imperatoris nostri ad Pelignianum recte expressum  
 est: quippe personis quidem data immunitas cum persona extinguitur, rebus numquam  
 2 extinguitur.
- 4 IDEM libro tertio de censibus. Forma censuali cauetur, ut agri sic in censum refe-  
 rantur. nomen fundi cuiusque: et in qua ciuitate et in quo pago sit: et quos duos nicinos  
 proximos habeat. et aruum, quod in<sup>2</sup> decem annos proximos satum erit, quot iugerum  
 sit: uinea<sup>3</sup> quot uites habeat: oliuae quot iugerum<sup>4</sup> et quot arbores habeant: pratium,  
 quod intra decem annos proximos sectum erit, quot iugerum: pascuia quot iugerum esse  
 1 uideantur: item siluae caeduae. omnia ipse qui defert aestimet. Illam aequitatem debet  
 admittere censor, ut officio eius congruat releuari eum, qui in publicis tabulis delato  
 modo frui certis ex causis non possit. quare et si agri portio chasmata perierit, debeat  
 per censitorem releuari. si uites mortuae sint uel arbores aruerint, iniquum eum numerum  
 inseri censui: quod si exciderit arbores uel uites, nihilo minus eum numerum profiteri  
 2 iubetur, qui fuit census tempore, nisi causam excidendi censori probauerit. Is uero, qui  
 agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager est: agri enim tri-  
 3 butum in<sup>6</sup> eam ciuitatem debet || leuare, in cuius territorio possidetur. Quamquam in  
 quibusdam beneficia personis<sup>7</sup> data immunitatis cum persona extinguantur, tamen cum  
 generaliter locis aut cum ciuitatibus immunitas<sup>8</sup> sic data uidetur, ut ad posteros trans-  
 4 mittatur. Si, cum ego fundum possiderem, professus sim, petitor autem eius non fuerit  
 5 professus, actionem illi manere placet. In seruis deferendis obseruandum est, ut et na-  
 6 tiones eorum et aetates et officia et artificia specialiter deferantur. Lacus quoque pisci-  
 7 torios et portus in censum dominus debet deferre. Salinae si quae sunt in praediis, et  
 8 ipsae in censum deferendae sunt. Si quis inquilinum uel colonum non fuerit professus,  
 9 uinculis censualibus tenetur. Quae post censum editum nata aut postea quaesita sint,  
 10 intra finem operis consummati professionibus edi possunt. Si quis ueniam petierit, ut cen-  
 sum sibi emendare permittatur, deinde post hoc impetratum cognouerit se non debuisse  
 hoc petere, quia res emendationem non desiderabat: nullum ei praeiudicium ex eo quod  
 petiit, ut censum emendaret, fore saepissime rescriptum est.
- 5 PAPIANUS libro nono decimo responsorum. Cum possessor unus expediendi  
 negotii causa tributorum iure conueniretur, aduersus ceteros, quorum aequae praedia tenen-  
 tur, ei qui conuentus est actiones a fisco praestantur, scilicet ut omnes pro modo praediorum  
 pecuniam tributi conferant. nec inutiliter actiones praestantur, tametsi fisco pe-  
 1 cuniam suam reciperauerit, quia nominum uenditorum pretium acceptum uidetur. Qui  
 F(XYMOC)

<sup>1</sup> quae ins. (cf. Dio 68, 33: Cluuerius)    <sup>2</sup> intra (cf. u. 16: edd.)?    <sup>3</sup> quot iugerum sit et ins.  
<sup>4</sup> sint ins.    <sup>5</sup> relato?    <sup>6</sup> in del. (Cuiacius)    <sup>7</sup> quamquam quibusdam personis beneficia?  
<sup>8</sup> datur ins.

1 patauisensium] ΠΑΤΑΒΗΝΩΝ B (apud Cui. l. c.): similiter oppidum appellatur apud Ptolemaeum 3, 8, 7 et in Peutingerana, in titulis autem Potaisa: cf. C. I. L III p. 172 2 apamena] colonia apamena F<sup>2</sup> | trahianopolis F<sup>2</sup> 9 habere] F<sup>2</sup>, debere F<sup>2</sup> | pelignionum F<sup>2</sup> 13 et in quo F<sup>2</sup> 14 aruum] ad (sic) aruum F<sup>2</sup> 15 habeat F<sup>2</sup> 16 pascuia F<sup>2</sup> 19 posset F<sup>2</sup> | chasmatae F<sup>2</sup> 20 aruores F<sup>2</sup> 22 iuuetur

F | probaberit F<sup>2</sup>, prohibet F<sup>2</sup> | is] is F<sup>2</sup> 23 habet in ea ciuitate om. F<sup>2</sup> 25 quibusdam F<sup>2</sup> | extinguan'tur F<sup>2</sup> 30 praesidius F<sup>2</sup> 32 post censum editum] sic Cuiacius (obs. 10, 35) ex B: μετὰ τὸ δοῦναι τὴν ἀπογραφὴν, post cens. edictum F<sup>2</sup> 34 siui F<sup>2</sup> 35 eius F<sup>2</sup> 36 saepissim'a'e F<sup>2</sup> 38 acqu'a'e F<sup>2</sup> 41 practium F<sup>2</sup>

- non habita ratione tributorum ex causa fideicommissi praedia restitunt, actionem ex diui  
 2 Pii Antonini litteris habent, quam legato quoque soluto locum habere uoluit. Pro pecunia  
 tributi, quod sua die non est redditum, quo minus praedium iure pignoris distrahatur,  
 oblata moratoria cautio non admittitur: nec audietur legatarius contradicens ob tributa  
 praeteriti temporis, quod heres soluendo sit et is, qui tributis recipiendis praepositus  
 fuerat.
- 6 CELSUS libro uicensimo quinto<sup>1</sup> digestorum. Colonia Philippensis iuris Italici est. *E*  
 7 GAIUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. Iuris Italici sunt Τρωάς Βήρυτος *E*  
 Δυρράχιον. *9*
- 8 PAULUS libro secundo de censibus. In Lusitania Pacenses et Emeritenses iuris Italici *E*  
 sunt. idem ius<sup>2</sup> Ualentini et Licitani<sup>3</sup> habent: Barcinonenses quoque ibidem immunes  
 1 2 sunt. Lugdunenses Galli, item Uienenses in Narbonensi iuris Italici sunt. In Germania  
 3 inferiore Agrippinenses iuris Italici sunt. Laodicia in Syria et Berytos in Phoenice iuris  
 4 Italici sunt et solum earum. Eiusdem iuris et Tyrionum ciuitas a diuis Seuero et Anto-  
 5 nino facta est. Diuus Antoninus Antiochenses colonos fecit saluis tributis. Imperator 15  
 7 noster Antoninus ciuitatem Emisenorum coloniam et iuris Italici fecit. Diuus Uespasianus  
 Caesarienses colonos fecit non adiecto, ut et iuris Italici essent, sed tributum his remisit  
 8 capitis: sed diuus Titus etiam solum immune factum interpretatus est. similes his Capi-  
 9 tulenses<sup>4</sup> esse uidentur. In prouincia Macedonia Dyrracheni, Cassandrenses, Philippenses,  
 9 Dienses, Stobenses iuris Italici sunt. In prouincia Asia duae sunt iuris Italici, Troas et  
 10 11 Parium. In Pisidia eiusdem iuris est colonia Antiochensium. In Africa Carthago, Utica,  
 Leptis magna a diuis Seuero et Antonino iuris Italici factae sunt.

## XVI.

## R DE UERBORUM SIGNIFICATIONE R

ESPA

- 1 ULPIANUS libro primo ad edictum. Uerbum hoc 'si quis' tam masculos quam B.2.2.1 *E*  
 feminas complectitur. *26*
- 2 PAULUS libro primo ad edictum. 'Urbis' appellatio muris, 'Romae' autem con- B.2.2.2 *E*  
 1 tinentibus aedificiis finitur, quod latius patet. 'Cuiusque diei maior pars' Ρομ. p. 29 et 2  
 est horarum septem primarum diei, non supremarum.
- 3 ULPIANUS libro secundo ad edictum. 'Itinere || faciendo uiginti<sup>5</sup> milia passuum B.2.2.3 *E* f. 450  
 'in dies singulos peragenda' sic sunt accipienda, ut, si post hanc dinumerationem minus *31*  
 quam uiginti milia supersint, integrum diem occupent. ueluti uiginti unum milia sunt  
 passus<sup>6</sup>: biduum eis adtribuatur. quae dinumeratio ita demum facienda erit, si de die  
 1 non conueniat. Eius, qui apud hostes decessit, dici hereditas non potest, quia seruus  
 decessit. *35*

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> quinto *del. (u. i.)*    <sup>2</sup> in Tarraconensi *ins.*    <sup>3</sup> Illicitani (*Cuiacius*)?    <sup>4</sup> Capitolienses  
 (*cf. p. 931, 32 et Ptolemaeus geogr. 5, 16, 8 Αἰλία Καπιτωλίας*)?    <sup>5</sup> uicensa?    <sup>6</sup> passuum (*edd.*)?

1 non habita ratione tributorum] μή ἐπερω-  
 τήσας περὶ τῶν δημοσίων *B* (*apud Cuiacium*  
*obsa. 19, 5*) 2 quam ne legato *F*<sup>2</sup> 3 distra-  
 hetur *F*<sup>1</sup> 4 moratoria *F*<sup>2</sup> 7 uicensimo  
 quinto *F*<sup>1</sup>, quinto decimo *F*<sup>2</sup>: uerum esse ui-  
 censimo *obseruauit Cuiacius coll. D. 36, 1, 33*  
 10 lusitania *F* | pacens'a'es'ed' et emeriten-  
 ses *F*<sup>2</sup> 11 barcinonenses *F*<sup>2</sup> 12 lugdo-  
 nenses *F*<sup>1</sup>, lygdonenses *F*<sup>2</sup> | bienenses *F* |  
 naruonensi *F* 13 agrippinenses *F* | foenice *F*  
 14 iuris italici sunt' et tyriorum *F*<sup>4</sup> | anto-  
 ninus *F*<sup>1</sup> 17 colonis *F*<sup>1</sup> | remis's'it *F*<sup>2</sup>  
 18 interpra'etatus *F*<sup>2</sup> | his] eis *F*<sup>1</sup> 19 cas-  
 's'asdrenses *F*<sup>2</sup> 20 stouenses *F* | iures *F*<sup>1</sup>

21 antiochensia *F*<sup>2</sup> | uticea *F* 22 diuise-  
 uero *F*<sup>1</sup> 24 tituli duo 50, 16. 17 *separati fere*  
*legebantur in uetustiore schola Bononiensi: per-*  
*scripti sunt in quaternionibus olim seorsum*  
*habitis in X (ubi post 50, 15 adest subscriptio*  
*librarii: finito libro reddatur gloria XPisto*  
*uacatque pagina reliqua): separantur a prae-*  
*cedentibus integra paene pagina uacua relicta*  
*in Y, item interstitio maiore in M: continuantur*  
*in OC 29 septem] ἐπὶ Ρομ. secundum*  
*codd. meliores, εἰ B et 'Ρομ. codd. deteriores |*  
*diei non bis F*<sup>2</sup> 33 uiduum *F* | ei's *F*<sup>2</sup>  
 34 quia] qui *F*: διὰ τὸ τελεγεῖται αὐτὸν ἐν  
 δογλείᾳ *B* (*Anon.*)

- 4 PAULUS libro primo ad edictum. 'Nominis' appellatione rem significari Pro- [B.2,2,4] E  
culus ait.
- 5 IDEM libro secundo ad edictum. 'Rei' appellatio latior est quam 'pecuniae', [B.2,2,5] E  
quia etiam ea, quae extra computationem patrimonii nostri sunt, continet, 'cum pecunias  
1 significatio ad ea referatur, quae in patrimonio sunt. 'Opere locato conducto': his uerbis  
Labeo significari ait id opus, quod Graeci ἀποτέλεσμα uocant, non ἔργον, id est ex opere  
facto corpus aliquod perfectum.
- 6 ULPIANUS libro tertio ad edictum. 'Nominis' et 'rei' appellatio ad omnem con- [B.2,2,6] E  
1 tractum et obligationem pertinet. Uerbum 'ex legibus' sic accipiendum est: tam ex legum  
sententia quam ex uerbis. 10
- 7 PAULUS libro secundo ad edictum. 'Sponsio' appellatur non solum quae per [B.2,2,7] E  
sponsus interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque.
- 8 IDEM libro tertio ad edictum. Uerbum 'oportebit' tam praesens quam futu- [B.2,2,8] E  
1 rum tempus significat. 'Actionis' uerbo non continetur exceptio. 14
- 9 ULPIANUS libro quinto ad edictum. Marcellus apud Iulianum notat uerbo [B.2,2,9] E  
'perisse' et scissum et fractum contineri et ui raptum.
- 10 IDEM libro sexto ad edictum. 'Creditores' accipiendos esse constat eos, qui- [B.2,2,10] E  
bus debetur ex quacumque actione uel persecutione, uel iure ciuili sine ulla exceptionis  
perpetuae remotione uel honorario uel extraordinario, siue pure siue in diem uel sub con-  
dicione. quod si natura debeatur, non sunt loco creditorum. sed<sup>2</sup> si non sit mutua pecunia, sed  
sed contractus, creditores accipiuntur:
- 11 GAIUS libro primo ad edictum prouinciale. 'creditorum' appellatione non hi [B.2,2,11] E  
tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes, quibus ex qualibet causa debetur:
- 12 ULPIANUS libro sexto ad edictum. ut si cui ex empto uel ex locato uel ex [B.2,2,11] E  
alio ullo debetur. sed et si ex delicto debeatur, mihi uidetur posse creditoris loco accipi. 15  
quod si ex populari causa, ante litis contestationem recte dicitur creditoris loco non esse,  
1 postea esse. Minus soluit, qui tardius soluit: nam et tempore minus soluitur.
- 13 IDEM libro septimo ad edictum. 'Mulieris' appellatione etiam uirgo uiripotens [B.2,2,12] E  
1 continetur<sup>3</sup>. Res 'abesse' uidentur (ut Sabius ait et Pedius probat) etiam hae, quarum  
corpus manet, forma mutata est: et ideo si corruptae redditae sint uel transfiguratae, 10  
2 uideri abesse, quoniam plerumque plus est in manus pretio, quam in re. 'Desinere' autem  
'abesse' res tunc uidetur, cum sic redit in potestatem, ne amittere eius possessionem pos-  
3 simus. Ob hoc, quod furto pridem subtracta est, abest et ea res, quae in rebus humanis  
non est. 14
- 14 PAULUS libro septimo ad edictum. Labeo et Sabinus existimant, si uesti- [B.2,2,13] E  
mentum scissum reddatur uel res corrupta reddita sit, ueluti scyphi collisi aut tabula rasa  
pictura, uideri rem 'abesse', quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte  
sit positum. item si dominus rem, quae furto sibi aberat, ignorans emerit, recte dicitur  
res abesse, etiamsi postea id ita esse scierit, quia uidetur res ei abesse, cui pretium abest.  
1 'Rem amisisse' uidetur, qui aduersus nullum eius persequendae actionem habet. 14
- 15 ULPIANUS libro decimo ad edictum. Bona ciuitatis abusuie 'publica' dicta [B.2,2,14] E  
sunt: sola enim ea publica sunt, quae populi Romani sunt.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> oportet (u. t.: Cuiusvis alique)? <sup>2</sup> et ins. (dett.) <sup>3</sup> Ulpianus libro (liber cod.) ad edictum  
sexto qui pro aliis ne postulent titulo sexto sic refert: inuenimus apud ueteres mulieris  
(mulieres cod.) appellatione etiam uirgines (uirginis cod.) contineri *Pacati excerpta apud Pi-  
tram spicil. Solem. 1, 281: quamquam hunc locum non huc, sed magis ad D. 3, 1, 1, 5 rethitit  
Boeckingius probabiliter*

1 nominis] FM, nominis uel (uel om. C\*) pe-  
cunio YC, pecuniae XYOC 4 quia] qua  
errore Taur. 13 uerbum oportebit] τὸ ὀνο-  
πέβητ B 19 extraordinario] XOC, exordi-  
nario F, extraordinarie Y, extrahonorario M  
22 hi] habi F<sup>1</sup> 26 recte r' dicitur F<sup>2</sup>

29 quarum p' corpus F<sup>2</sup> 33 ante ob hoc  
incidendum esse intellegitur collata D. 47, 2,  
46 pr.: inciderunt tamen ante abest etiam  
Graeci 36 tabula's rasa F<sup>2</sup>: ἢ canic reppam-  
μένη ζεθεῖσα ἢ χαραθῖσα BS (1, 63 Heimb.)  
39 pr' aetium F<sup>2</sup>

- 16 GAIUS libro tertio ad edictum prouinciale. ¶ Eum qui uectigal populi Romani [B. 2, 2, 14] *E* f. 450' conductum habet, 'publicanum' appellamus. nam 'publica' appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit: ciuitates enim priuatorum loco habentur.
- 17 ULPIANUS libro decimo ad edictum. Inter 'publica' habemus non sacra nec [B. 2, 2, 15] *E* religiosa nec quae publicis usibus destinata sunt: sed si qua sunt ciuitatum uelut bona. 5  
1 sed pecunia seruorum ciuitatum procul dubio publica habentur. 'Publica' uectigalia intellegere debemus, ex quibus uectigal fiscus capit: quale est uectigal portus uel uenialium rerum, item salinarum et metallorum et picariarum.
- 18 PAULUS libro nono ad edictum. 'Munus' tribus modis dicitur<sup>2</sup>: uno donum, [B. 2, 2, 16] *E* et inde munera dici dari mittiue: altero onus, quod cum remittatur, uacationem militiae 10 munerisque praestat<sup>3</sup> inde immunitatem appellari. tertio officium, unde munera militaria et quosdam milites munificos<sup>4</sup> uocari: igitur municipes dici, quod munera ciuilia capiant.
- 19 ULPIANUS libro undecimo ad edictum. Labeo libro primo<sup>5</sup> praetoris urbani [B. 2, 2, 17] *E* definit, quod quaedam 'agantur', quaedam 'gerantur', quaedam 'contrahantur': et actum quidem generale uerbum esse, siue uerbis siue re quid agatur, ut in stipulatione uel nu- 15 meratione: contractum autem ultro citroque obligationem, quod Graeci *συνάλλαγμα* uocant, ueluti emptionem uenditionem, locationem conductionem, societatem: gestum rem significare sine uerbis factam.
- 20 IDEM libro duodecimo ad edictum. Uerba 'contraxerunt' 'gesserunt' non per- [B. 2, 2, 18] *E* tinent ad testandi ius. 20
- 21 PAULUS libro undecimo ad edictum. Princeps 'bona' concedendo uidetur etiam [B. 2, 2, 19] *E* obligationes concedere.
- 22 GAIUS libro quarto ad edictum prouinciale. Plus est in restitutione, quam [B. 2, 2, 20] *E* in exhibitione: nam 'exhibere' est praesentiam corporis praebere, 'restituere' est etiam possessorem facere fructusque reddere: pleraque praeterea restitutionis uerbo continentur. 25
- 23 ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. 'Rei' appellatione et causae et [B. 2, 2, 21] *E* iura continentur.
- 24 GAIUS libro sexto ad edictum prouinciale. Nihil est aliud 'hereditas' quam [B. 2, 2, 22] *E* successio in uniuersum ius quod defunctus habuit. 29
- 25 PAULUS libro uicensimo primo ad edictum. Recte dicimus eum fundum to- [B. 2, 2, 23] *E* tum nostrum esse, etiam cum<sup>6</sup> usus fructus alienus est, quia usus fructus non domini pars, sed seruitutis<sup>7</sup> sit, ut uia et iter: nec falso dici totum meum esse, cuius non potest  
1 ulla pars dici alterius esse. hoc et Iulianus, et est uerius. Quintus Mucius ait partis appellatione rem pro diuiso significari: nam quod pro diuiso nostrum sit, id non partem, sed totum esse. Seruius non ineleganter partis appellatione utrumque significari. 35
- 26 ULPIANUS libro sexto decimo ad edictum. Partum non esse par- [D. 41, 3, 10, 2. B. 2, 2, 24] *E* tem rei furtiuae Scaeuola libro undecimo quaestionum scribit<sup>8</sup>.
- 27 IDEM libro septimo decimo ad edictum. 'Ager' est locus, qui sine uilla est. [B. 2, 2, 25] *E*  
1 'Stipendium' a stipe appellatum est, quod per stipes, id est modica aera, colligatur. idem hoc etiam 'tributum' appellari Pomponius ait. et sane appellatur ab intributione tributum 40 uel ex eo quod militibus tribuatur.
- 28 PAULUS libro uicensimo primo ad edictum. 'Alienationis' uerbum etiam usu- [B. 2, 2, 26] *E*  
*F(XYMO C)*

<sup>1</sup> publici (*Sennetionius*)?    <sup>2</sup> dici (*Grotius*)?    <sup>3</sup> praestat *del.*    <sup>4</sup> munifices (*Budaeus*)?  
<sup>5</sup> ad edictum *ins.*    <sup>6</sup> cuius (*u. i.*)?    <sup>7</sup> seruitus (*Hal.*)?    <sup>8</sup> Scaeuola libro undecimo quaestionum scribit ... nec enim esse partum rei furtiuae partem *D. l. gem.*

1 uectigali' populi *F*<sup>4</sup>    2 'nam' publica appellatio *F*<sup>2</sup>: ἡ γὰρ δημοσία προσηγορία *B* (*Anon.*)  
8 picariarum] *F*: piscariarum *XYMO*, piscariorum *C* et sic uertunt *Graeci* quoque: καὶ τῆς ἀλειᾶς *B*: illam tamen lectionem tuentur testimonia de picariis siluae Silae in Brutiis publice locata *Ciceronis Brut.* 22, 85 et *Dionysii* 20, 6

10 mittiue'l' altero *F*<sup>2</sup>    11 munerisque *F*  
21 concedend'a'o *F*<sup>4</sup>    31 cum] *FXO*<sup>o</sup>*C*<sup>o</sup>, cuius *YMO*<sup>o</sup>*C*<sup>o</sup>    34 pro diuiso] *F*<sup>2</sup>*YMO*<sup>o</sup>*C*<sup>o</sup> cum *BS* (*uol. I p. 64 Heimb.*): ἐκ διηρημένων μερῶν ἡμέτερον, pro diuiso *F*<sup>2</sup>*XM*<sup>o</sup>    40 sane] sine *F*<sup>1</sup>



- caponem continet: nix est enim, ut non uideatur alienare, qui patitur usucapi. eum quoque alienare dicitur, qui non utendo amisit seruitutes. qui occasione adquirendi non utitur, non intellegitur alienare: ueluti qui hereditatem omittit aut optionem intra certum  
1 tempus datam non amplectitur. Oratio, quae neque coniunctionem neque disiunctionem habet, ex mente pronuntiantis uel disiuncta uel coniuncta accipitur.
- 29 IDEM libro sexagensimo sexto ad edictum. Coniunctionem enim nonnum- [B. 2, 2, 27] E<sup>1</sup> quam pro disiun[ct]ione accipi Labeo ait: ut in illa stipulatione 'mihī heredique meo te l. 451 'heredemque tuum'.
- 30 GAIUS libro septimo ad edictum prouinciale. 'Silua caedua' est, ut quidam [B. 2, 2, 28] E<sup>1</sup> putant, quae in hoc habetur, ut caederetur. Seruius eam esse, quae succisa rursus ex  
1 stirpibus aut radicibus renascitur. 'Stipula illecta' est spicae in messe deiectae necdum  
2 lectae, quas rustici cum uacauerint colligunt. 'Noualis' est terra praecisa<sup>1</sup>, quae anno ces-  
3 sanit, quam Graeci νέασιν uocant. 'Integra' autem est, in quam nondum dominus pascendi  
4 gratia pecus immisit. 'Glans caduca' est, quae ex arbore cecidit. 'Pascua silua' est, quae  
pastui pecudum destinata est. 15
- 31 ULPIANUS libro octauo decimo ad edictum. 'Pratum' est, in quo ad fructum [B. 2, 2, 29] E<sup>1</sup> percipiendum falce dumtaxat opus est: ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum ca-  
piendum.
- 32 PAULUS libro uicensimo quarto ad edictum. 'Minus solutum' intellegitur etiam [B. 2, 2, 30] E<sup>1</sup> si nihil esset solutum. 19
- 33 ULPIANUS libro uicensimo primo ad edictum. 'Palam' est coram pluribus. [B. 2, 2, 31] E<sup>1</sup>
- 34 PAULUS libro uicensimo quarto ad edictum. 'Actionis' uerbo etiam persecutio [B. 2, 2, 32] E<sup>1</sup> continetur.
- 35 IDEM libro septimo decimo ad edictum. 'Restituere' autem is intellegitur, qui [B. 2, 2, 33] E<sup>1</sup> simul et causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicii accepti tempore 15  
res ei reddita fuisset, id est et usucapionis causam et fructum.
- 36 ULPIANUS libro uicensimo tertio ad edictum. 'Litis' nomen omnem actionem [B. 2, 2, 34] E<sup>1</sup> significat, siue in rem siue in personam sit.
- 37 PAULUS libro uicensimo sexto ad edictum. Uerbum 'oportere' non ad facul- [B. 2, 2, 35] E<sup>1</sup> tatem iudicis pertinet, qui potest uel pluris uel minoris condemnare, sed ad ueritatem 30  
refertur.
- 38 ULPIANUS libro uicensimo quinto ad edictum. 'Ostentum' Labeo definit omne [B. 2, 2, 36] E<sup>1</sup> contra naturam cuiusque rei genitum factumque. duo genera autem sunt ostentorum: unum, quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte aut pedibus aut qua  
alia parte corporis, quae naturae contraria est: alterum, cum quid prodigiosum uidetur, 35  
quae Graeci φάντασμα uocant.
- 39 PAULUS libro quinquagensimo tertio ad edictum. 'Subsignatum' dicitur, quod [B. 2, 2, 37] E<sup>1</sup> ab aliquo subscriptum est: nam ueteres subsignationis uerbo pro adscriptione uti solebant.  
1 'Bona' intelleguntur cuiusque, quae deducto aere alieno supersunt. 'Detestari' est absenti  
2 denuntiare. 'Incertus possessor' est, quem ignoramus. 40
- 40 ULPIANUS libro quinquagensimo sexto ad edictum. 'Detestatio' est denuntiatio [B. 2, 2, 37] E<sup>1</sup>  
1 facta cum testatione. 'Serui' appellatio etiam ad ancillam refertur. 'Familiae' [B. 2, 2, 38] E<sup>1</sup>  
3 appellatione liberi quoque continentur. Unicus seruus familiae appellatione non continetur:  
ne duo quidem familiam faciunt.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> prosciissa (προσημθεῖσα B: *Budaeus*)?

6 nonnum p<sup>1</sup> quam F<sup>1</sup> 7 disiunctione m<sup>1</sup> ac-  
cipi F<sup>1</sup> 9 gains] Γαιῦ BS. 16, 1, 10 sch. 16,  
Καλλίστρατος BS. 16, 1, 9 sch. 11 11 stipula  
illecta] καλάμη ἀνέλεκτος B | in messe de-  
iectae] ἐν τῷ θέρει ἐρριμμένοι B | necdum  
lectae om. F<sup>1</sup>, uertunt B 13 νέασιν] F<sup>1</sup> cum  
B (Anon.: ἦν οἱ Γραῖκοι νέασιν καλοῦσιν), νεα-

κιν F<sup>1</sup>. cf. gloss. Cyrilliana p. 546 Steph.: νέασιν  
noualis, noualis terra 15 pastui] F<sup>1</sup> XYO,  
pascui F<sup>2</sup>, pascuis YMO<sup>1</sup>C 21 promo F  
30 iudicis F<sup>2</sup> 36 graeci] creci F | φάντα-  
σμα 'τα' F<sup>2</sup> 38 pro adscriptione] ἀπὸ τῆς ὑπο-  
γραφῆς B 41 ad edictum om. F

- 41 GAIUS libro uicensimo primo ad edictum prouinciale. 'Armorum' appellatio [B.2, 2, 39] *E* non utique scuta et gladios et galeas significat, sed et fustes et lapides.
- 42 ULPIANUS libro quinquagesimo septimo ad edictum. 'Probrum' et obprobrium *idem* est. probra quaedam natura turpia sunt, quaedam ciuilitate et quasi more ciuitatis. ut puta furtum, adulterium natura turpe est: enimuero tutelae damnari hoc non s natura probrum est, sed more ciuitatis: nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.
- 43 IDEM libro quinquagesimo octauo ad edictum. Uerbo 'uictus' continentur, [B.2, 2, 41] *E* quae esui potuique cultuique corporis quaeque ad uiuendum homini necessaria sunt. uestem quoque uictus habere uicem Labeo ait: 10
- 44 GAIUS libro uicensimo secundo ad edictum prouinciale. et cetera, quibus [B.2, 2, 41] *E* tuendi curandique corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur.
- 45 ULPIANUS libro quinquagesimo octauo ad edictum. In 'stratu' omne uesti- [B.2, 2, 42] *E* mentum contineri quod iniciatur Labeo ait: neque enim dubium est, quin stragula uestis 14 || sit omne pallium, περιστρωμα. in uictu ergo uestem accipiemus non stragulam, in stratu f. 451' omnem stragulam uestem.
- 46 IDEM libro quinquagesimo nono ad edictum. 'Pronuntiatum' et 'statutum' [B.2, 2, 43] *E* *idem* potest: promiscue enim et pronuntiasse et statuissse solemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi. 'Matrem familias' accipere debemus eam, quae non inhoneste uixit: matrem enim familias a ceteris feminis mores discernunt atque separant. proinde nihil 20 intererit, nupta sit an uidua, ingenua sit an libertina: nam neque nuptiae neque natales faciunt matrem familias, sed boni mores.
- 47 PAULUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. 'Liberationis' uerbum ean- [B.2, 2, 44] *E* dem uim habet quam solutionis. 24
- 48 GAIUS libro ad edictum praetoris urbani titulo qui neque sequantur [B.2, 2, 45] *E* neque ducantur. 'Solutum' non intellegimus eum, qui, licet uinculis lenatus sit, manibus tamen tenetur: ac ne eum quidem intellegimus solutum, qui in publico sine uinculis seruatur.
- 49 ULPIANUS libro quinquagesimo nono ad edictum. 'Bonorum' appellatio aut [B.2, 2, 46] *E* naturalis aut ciuilis est. naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est beatos faciunt: beare est prodesse. <sup>1</sup> in bonis autem nostris computari sciendum est non solum, quae domini nostri sunt, sed et si bona fide a nobis possideantur uel superficialia sint. aequae bonis adnumerabitur etiam, si quid est in actionibus petitionibus persecutionibus: nam haec omnia in bonis esse uidentur. 34
- 50 IDEM libro sexagesimo primo ad edictum. 'Nurus' appellatio etiam ad pronurum et ultra porrigenda est. [B.2, 2, 47] *E*
- 51 GAIUS libro uicensimo tertio ad edictum prouinciale. Appellatione 'parentis' [B.2, 2, 48] *E* non tantum pater, sed etiam auus et proauus et deinceps omnes superiores continentur: sed et mater et auia et proauia. 39
- 52 ULPIANUS libro sexagesimo primo ad edictum. 'Patroni' appellatione et patrona continentur. [B.2, 2, 49] *E*
- 53 PAULUS libro quinquagesimo nono ad edictum. Saepe ita comparatum est, [B.2, 2, 50] *E* ut coniuncta pro disiunctis accipiantur et disiuncta pro coniunctis, interdum soluta pro separatis<sup>2</sup>. nam cum dicitur apud ueteres 'adgnatorum gentiliumque', pro separatione accipitur. 44

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> exciderunt talia: ciuilitate bona nostra sunt ea quae habemus    <sup>2</sup> interdum soluta pro separatis] soluta interdum pro coniunctis, interdum pro separatis?

4 *idem*] *edd. cum B*: ὄνειδος ὄνειδικα τὰ τὸν ἐστὶ, id *F* 5 natura'r' turpe *F*<sup>2</sup> 9 'e'sui *F*<sup>2</sup> 13 octauo *om. F*<sup>2</sup> | stratum' omne *F*<sup>2</sup> 15 uictum *F* | stragula *F* 23 sedto *F*<sup>2</sup> 25 spatium uacuum reliqui propter 23, 3, 54

35 pronuntia'rum *F*<sup>2</sup> 39 auia 'et' proauia *F*<sup>2</sup> 42 quinquagesimo *F* 43 'pro' coniunctis *F*<sup>2</sup> 44 dicitur *F*<sup>2</sup> | gentiliumque' *F*<sup>2</sup> | accipitur *F*<sup>2</sup>

at cum dicitur 'super pecuniae tutelaene suae'<sup>1</sup>, tutor separatim sine pecunia dari non potest: et cum dicimus 'quod dedi aut donauī', utraque continemus. cum uero dicimus 'quod<sup>2</sup> eum dare facere oportet', quoduis eorum sufficit probare. cum uero dicit praetor, 'si donum munus operas redemerit', si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda<sup>3</sup> esse, ex re ergo pro coniunctis habentur: si quaedam imposita sunt, cetera non desi-<sup>5</sup>  
2 derabuntur. Item dubitatum, illa uerba 'ope consilio' quemadmodum accipienda sunt, sententiae<sup>4</sup> coniungentium aut separantium. sed uerius est, quod et Labeo ait, separatim accipienda, quia aliud factum est eius qui ope, aliud eius qui consilio furtum facit: sic enim alii condici potest, alii non potest. sane post ueterum auctoritatem eo peruentum est, ut nemo ope uideatur fecisse, nisi et consilium malignum habuerit, nec consilium ha-<sup>10</sup>  
buisse noceat, nisi et factum secutum fuerit.

54 ULPIANUS libro sexagesimo secundo ad edictum. 'Conditionales creditores' [B. 2, 2, 51] E dicuntur et hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura, uel qui spem ha-<sup>14</sup>  
bent, ut competat.

55 PAULUS libro sexto decimo breuis edicti. Creditor autem is est, qui ex- [B. 2, 2, 52] E ceptione perpetua summoueri non potest: qui autem temporalem exceptionem timet, similis est condicionali creditori.

56 ULPIANUS libro sexagesimo secundo ad edictum. 'Cognoscere instrumenta' [B. 2, 2, 53] E  
1 est relegere et recognoscere: 'dispungere' est conferre accepta et data. 'Liberorum' appel-<sup>11</sup>  
latione continentur non tantum qui sunt in potestate, sed<sup>4</sup> omnes qui sui iuris sunt, | siue L. 42  
uirilis siue feminini sexus sunt<sup>5</sup> exue feminini sexus descendentes.

57 PAULUS libro quinquagesimo nono ad edictum. Cui<sup>6</sup> praecipua [B. 2, 2, 54. BS. 11, 1, 14] E cura rerum incumbit et qui magis quam ceteri diligentiam et sollicitudinem rebus quibus praesunt debent, hi 'magistri' appellantur. quin etiam ipsi magistratus per derivationem a magistris cognominantur. unde etiam cuiuslibet disciplinae praeceptores magistros appel-<sup>15</sup>  
1 lari a monendo uel monstrando. 'Persequi' uidetur et qui satis accepit.

58 GAIUS libro uicensimo quarto ad edictum prouinciale. Licet inter 'gesta' et [B. 2, 2, 55] E 'facta' uidetur quaedam esse subtilis differentia, attamen ΚΑΤΑΧΡΗΜΤΙΚΩΣ nihil inter factum  
1 et gestum interest. Paternos liberos recte uidemur dicere nostros liberos: liberorum liberos non recte nostros liberos dicimus.<sup>19</sup>

59 ULPIANUS libro sexagesimo octauo ad edictum. 'Portus' appellatus est con- [B. 2, 2, 56] E cluius locus, quo importantur merces et inde<sup>7</sup> exportantur: eaque nihilo minus statio est conclusa atque munita. inde 'angiportum' dictum est.

60 IDEM libro sexagesimo nono ad edictum. 'Locus' est non fundus, sed portio [B. 2, 2, 57] E aliqua fundi: 'fundus' autem integrum aliquid est. et plerumque sine uilla 'locum' accipi-<sup>15</sup>  
mus: ceterum adeo opinio nostra et constitutio locum a fundo separat, ut et modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuimus. non etiam<sup>8</sup> magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio: et quaelibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus. nec non et fundus locus constitui potest: nam si eum alii adiunxerimus fundo,  
1 locus fundi efficietur. Loci appellationem non solum ad rustica, uerum ad urbana quoque<sup>18</sup>  
2 praedia pertinere Labeo scribit. Sed fundus quidem suos habet fines, locus uero latere potest, quatenus determinetur et definiatur.

### F(XYMOC)

<sup>1</sup> debuit esse super pecunia tutelaene suae rei (cf. Ulpianus 11, 14, item ad Herenn. 1, 13, 23 et Cicero de inu. 2, 50, 148) <sup>2</sup> quidquid (Krueger)? <sup>3</sup> sententia (dett.)? <sup>4</sup> et ins. <sup>5</sup> ex uirilis sexus liberis ins. (u. i.) <sup>6</sup> quibus (edd.)? <sup>7</sup> unde (Cramer)? <sup>8</sup> enim (edd.)?

3 prouare F<sup>1</sup> 6 uerba om. F<sup>1</sup> 8 'qui' con-  
silio (consilium F<sup>2</sup>) F<sup>2</sup> 9 sane] et sane F<sup>2</sup>  
19 liberorum ... 21 descendentes] παῖδες λέ-  
γονται καὶ οἱ ἀγροῦχοι καὶ οἱ ὑπεροῦχοι (ἐπε-  
ροῦχοι cod.) καὶ οἱ ἐξ ἀρρενογονίας καὶ οἱ ἐκ  
θηλυγονίας κατιόντες B 24 dedit F<sup>1</sup>

26 monstrando F 28 subtilis F<sup>1</sup> 29 libe-  
rorum] F<sup>2</sup>, liberorum nostrorum F<sup>2</sup>XYMOC:  
quasi esset libertorum, uertunt B: οὐ μὴν καὶ  
τοὺς ἀπελεγθέρους τῶν ἀπελεγθέρων: cf. L 105  
h. t. 40 rustica m uerum F<sup>2</sup> 42 defini-  
tur F

- 61 PAULUS libro sexagesimo quinto ad edictum. 'Satiadationis' appellatione in- B. 2, 2, 68 E  
terdum etiam repromissio continebitur, qua contentus fuit is, cui satiadatio debebatur.
- 62 GAIUS libro uicensimo sexto ad edictum prouinciale. 'Tigni' appellatione in B. 2, 2, 69 E  
lege duodecim tabularum omne genus materiae, ex qua aedificia constant, significatur. 4
- 63 ULPIANUS libro septuagensimo primo ad edictum. 'Penes te' amplius est B. 2, 2, 60 E  
quam 'apud te': nam apud te est, quod qualiterqualiter a te teneatur, penes te est, quod  
quodam modo possidetur.
- 64 PAULUS libro sexagesimo septimo ad edictum. 'Intestatus' est non tantum B. 2, 2, 61 E  
qui testamentum non fecit, sed etiam cuius ex testamento hereditas adita non est. 9
- 65 ULPIANUS libro septuagensimo secundo ad edictum. 'Heredis' appellatio non B. 2, 2, 62 E  
solum ad proximum heredem, sed et ad posteriores refertur: nam et heredis heres et deinceps  
heredis appellatione continetur.
- 66 IDEM libro septuagensimo quarto ad edictum. 'Mercis' appellatio ad res mo- B. 2, 2, 63 E  
biles tantum pertinet. 14
- 67 IDEM libro septuagensimo sexto ad edictum. 'Alienatum' non proprie dicitur, B. 2, 2, 64 E  
1 quod adhuc in dominio uenditoris manet: 'uenditum' tamen recte dicitur. 'Donationis'  
uerbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendisse uidetur, siue mortis causa  
siue non mortis causa fuerit.
- 68 IDEM libro septuagensimo septimo ad edictum. Illa uerba 'arbitratu Lucii B. 2, 2, 65 E  
'Titii fieri' ius significant et in seruum non cadunt. 20
- 69 IDEM libro septuagensimo octauo ad edictum. Haec uerba 'cui rei dolus B. 2, 2, 66 E  
'malus aberit afuerit' generaliter comprehendunt omnem dolum, quicumque in hanc rem  
admissus est, de qua stipulatio est interposita.
- 70 PAULUS libro septuagensimo tertio ad edictum. Sciendum est heredem etiam B. 2, 2, 67 E  
per multas successiones accipi. nam paucis speciebus 'heredis' appellatio proximum con- f. 45?  
tinet, ueluti in substitutione impuberis 'quisquis mihi heres erit, idem filio heres esto', ubi 26  
heredis heres non continetur, quia incertus est. item in lege Aelia Sentia filius heres proxi-  
mus potest libertum paternum ut ingratum accusare, non etiam si heredi heres exatiterit.  
idem dicitur in operarum exactione, ut filius heres exigere possit, non ex successione ef-  
fectus. uerba haec 'is ad quem ea res pertinet' sic intelleguntur, ut qui in uniuersum do- 30  
minium uel iure ciuili uel iure praetorio succedit, contineatur.
- 71 ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum. Aliud est 'capere', aliud B. 2, 2, 68 E  
'accipere'. capere cum effectu accipitur: accipere, et si quis non sic accipit, ut habeat.  
ideoque non uidetur quis capere, quod erit<sup>1</sup> restitutus: sicut peruenisse proprie illud  
1 dicitur, quod est remansurum. Haec uerba 'his rebus recte praestari' hoc significant, ne 33  
quid periculum uel damnum ex ea re stipulator sentiret.
- 72 PAULUS libro septuagensimo sexto ad edictum. Appellatione 'rei' pars etiam B. 2, 2, 69 E  
continetur.
- 73 ULPIANUS libro octogensimo ad edictum. Haec uerba in stipulatione posita B. 2, 2, 70 E  
'eam rem recte restitui' fructus continent: 'recte' enim uerbum pro uiri boni arbitrio est. 40
- 74 PAULUS libro secundo ad edictum aedilium curulium. Signatorius anulus B. 2, 2, 71 E  
'ornamenti' appellatione non continetur.
- 75 IDEM libro quinquagensimo ad edictum. 'Restituere' is uide- B. 2, 2, 72. BS. 28, 3, 38 sch. 6 E  
tur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset. 44  
*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> est (*Hal.*)?

6 quod quodam (quodan [*sic*] *F*<sup>2</sup>) modo possidetur] *FXYC* cum *B*: τὸ τρόπον τινὶ νέμωμενον, quicquid (quod *O*) animo (a te *ins.* *M*) possidetur *YMO* 10 hereditatis *F*<sup>4</sup> 17 comprae hendisse *F*<sup>2</sup> 22 aberit] auerit *F* | comprehendant *F*<sup>1</sup> 25 successione m's *F*<sup>4</sup> 26 substitutione m' impuberis *F*<sup>2</sup>

28 's'i *F*<sup>4</sup> 31 ciuili uel iure *om.* *F*<sup>1</sup> 33 cum] ut *F*<sup>1</sup> | sic *om.* *F*<sup>1</sup>: κἀν οὐχ οὕτως τις ἐδέξατο *B* 35 his rebus recte praestari] ἐπὶ τοῦτοις τοῖς πράγμασι τὸ ὀρθὸν (τὸ ὀρθῶς *Syn.*) παρασχέθῃναι ὠμολόγησε *B* 36 uel bis *F*<sup>1</sup> 40 continet *F* 44 habiturus *F*<sup>1</sup>

- 76 IDEM libro quinquagesimo primo ad edictum. 'Dedisse' intellegendus est etiam is, qui permutauit uel compensauit<sup>1</sup>. [D. 40, 12, 19. B. 2, 2, 73 E]
- 77 IDEM libro quadragensimo nono ad edictum. 'Frugem'<sup>2</sup> pro reditu appellari, [B. 2, 2, 74 E] non solum<sup>3</sup> frumentis aut leguminibus, uerum et ex uino, siluis caeduis, cretifodinis, lapidicinis capitur, Iulianus scribit. 'fruges' omnes<sup>4</sup> esse, quibus homo uescatur, falsum esse: non enim carnem aut aues ferasue aut poma fruges dici. 'frumentum' autem id esse, quod arista se teneat, recte Gallum definisse: lupinum uero et fabam fruges potius dici, quia non arista, sed siliqua continentur. quae Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.
- 78 PAULUS libro tertio ad Plautium. Interdum proprietatem quoque uerbum [B. 2, 2, 75 E] 'possessionis' significat: sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est. 10
- 79 IDEM libro sexto ad Plautium. 'Impensae necessariae' sunt, quae si factae [B. 2, 2, 76 E] non sint, res aut peritura aut deterior futura sit. 'Utiles impensas' esse Fulcinius ait, quae meliorem dotem faciant, non<sup>5</sup> deteriorem esse non sinant, ex quibus reditus mulieri adquiratur: sicuti arusti pastinationem ultra quam necesse fuerat, item doctrinam puerorum. quorum nomine onerari mulierem ignorantem uel inuitam non oportet, ne cogatur fundo 15 aut mancipiis carere. in his impensis et pistrinum et horreum insulae dotali adiectum plerumque dicemus. 'Uoluptariae' sunt, quae speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augment: ut sunt uiridia et aquae salientes, incrustationes, loricationes, picturae.
- 80 IDEM libro nono ad Plautium. In generali repetitione legatorum etiam datae [B. 2, 2, 77 E] libertates continentur ex mente legis duodecim tabularum. 20
- 81 IDEM libro decimo ad Plautium. Cum praetor dicat 'ut opus factum restituatur', etiam damnum datum actor consequi debet: nam uerbo 'restitutionis' omnis utilitas actoris continetur.
- 82 IDEM libro quarto decimo ad Plautium. Uerbum 'amplius' ad eum quoque [B. 2, 2, 79 E] pertinet, cui nihil debetur: sicuti ex contrario 'minus' solutum uidetur etiam, si nihil esset 25 exactum.
- 83 LAOLENUS libro quinto ex Plautio. Proprie 'bona' dici non [B. 2, 2, 80. BS. 40, 1, § sch. 1 E] possunt, quae plus incommodi quam commodi habent. 30
- 84 PAULUS libro secundo ad Uitellium. 'Filii' appellatione omnes liberos intellegimus. [B. 2, 2, 81 E]
- 85 MARCELLUS libro primo digestorum. Neratius Priscus tres facere existimat [B. 2, 2, 82 E] 'collegium', et hoc magis sequendum est.
- 86 CELSUS libro quinto digestorum. Quid aliud sunt 'iura praediorum' quam [B. 2, 2, 83 E] praedia qualiter<sup>6</sup> se habentia: ut bonitas, salubritas, amplitudo? 34
- 87 MARCELLUS libro duodecimo digestorum. Ut Alfenus ait, 'urbs' est 'Roma', [B. 2, 2, 84 E] quae muro cingeretur, 'Roma' est<sup>7</sup> etiam, qua continentia aedificia essent: nam Romam non muro tenus existimari ex consuetudine cotidiana posse intellegi, cum diceremus Romam nos ire, etiamsi extra urbem habitaremus.
- 88 CELSUS libro octauo decimo digestorum. Propomodum tantum quisque per [B. 2, 2, 85 E] cunias relinquit, quantum ex bonis eius refici potest: sic dicimus centies aureorum<sup>8</sup> habere, 40  
F(XYMO C)

<sup>1</sup> uel permutauit uel compensauit eo nomine: nam et is dedisse intellegendus est D. l. gem.  
<sup>2</sup> fructum? <sup>3</sup> qui ex ins. (u. i.) <sup>4</sup> res ins. <sup>5</sup> tantum ins. (u. i.) <sup>6</sup> qualiterqualiter?  
<sup>7</sup> est del. (Hal.) <sup>8</sup> fuit sestertium

1 intellegendum F<sup>1</sup> 3 frugem F<sup>1</sup> 4 solum] solum quod F<sup>2</sup>: οὐ μόνον τὸν ἀπὸ πύρων B | uerum et] uerum et quod F<sup>2</sup> 7 fabam] faua F: καὶ τὸ φάβα B 13 non (non F. .. ille non Y<sup>o</sup>, non quae O<sup>4</sup>, om. XI<sup>2</sup>MO<sup>c</sup>C) deteriorem esse non sinant] οὐ μὴν οὐ (οὐ om. Syn.) συγχωροῦσας μὴ (μὴ om. Syn.) εἶναι αὐτὴν χεῖρω B 14 pastinatione F: ὡς ἐπὶ τῆς τοῦ ἀλοῦς φιλοκαλίας ... ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς διδασχῆς τῶν παιδῶν B 22 de-

be'a't F<sup>2</sup> 25 debe're'tur F<sup>2</sup> 27 dic'ti F<sup>2</sup> 28 quam 'in' commodi F<sup>2</sup> 33 quid aliud sunt iura (iure F<sup>1</sup>) ... 34 amplitudo] τὰ δίκαια τῶν ἀγρῶν αὐτοῦ οἱ ἀγροὶ εἰσιν, τοῦτ' ἐστὶν ἡ κάλλοσι, ἡ γεία καὶ τὸ μέγεθος B 36 quae muro cingeretur] ἡ τῷ τεῖχει ζωσμένη B | qua continentia aedificia essent (esset F<sup>o</sup>) F: ἐνθα τὰ περιοικήματα ἐστὶν B 39 propomodum om. F<sup>1</sup>, uertunt B 40 centies aureorum] ἑκατόν-τάκις ἑκατόν χρυσοῦς B

qui tantum in praediis ceterisque similibus rebus habeat. non idem est in fundo alieno legato, quamquam is hereditaria pecunia parari potest. neque quisquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit quidquid ex ea parari potest.

- 89 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. 'Bovae' magis armentorum quam inmentorum generis appellantur. Hoc sermone 'dum nupta erit' primae nuptiae significantur. 5  
 2 Inter 'edere' et 'reddi rationes' multum interest: nec is, qui edere iussus sit, reliquum reddere debet: nam et argentarius edere rationem uidetur, etiamsi quod reliquum sit apud eum, non soluat.
- 90 ULPIANUS libro uicensimo septimo ad Sabinum. Qui 'uti optimae maximae' que sunt aedes tradit, non hoc dicit seruitutem illis debere, sed illud solum ipsas aedes 10 liberas esse, hoc est nulli seruire.
- 91 PAULUS libro secundo fideicommissorum. 'Meorum' et 'tuorum' appellatione B. 2, 2, 88 \*P actiones quoque contineri dicendum est.
- 92 IDEM libro septimo quaestionum. 'Proximus' est, quem nemo antecedit: B. 2, 2, 89 \*P 'supremus' est, quem nemo sequitur. 15
- 93 CELSUS libro nono decimo digestorum. 'Mouentium', item 'mobiliu' appellatione idem significamus: si tamen apparet defunctum animalia dumtaxat, quia se ipsa mouerent, mouentia uocasse<sup>1</sup>. quod uerum est. B. 2, 2, 90 E
- 94 IDEM libro uicensimo digestorum. Uerbum 'reddendi' quamquam significatum<sup>2</sup> habet retro dandi, recipit tamen et per se dandi significationem. D. 31, 21. B. 2, 2, 91 E 20
- 95 MARCELLUS libro quarto decimo digestorum. Potest 'reliquorum' appellatio et uniuersos significare. cf. Ulp. l. 160 h. t. B. 2, 2, 92 E
- 96 CELSUS libro uicensimo quinto digestorum. Litus est, quousque maximus B. 2, 2, 93 E fluctus a mari peruenit: idque Marcum Tullium aiunt<sup>3</sup>, cum arbiter esset, primum constituisse<sup>4</sup>. Praedia dicimus aliquorum esse non utique communiter habentium ea, sed uel 25 alio aliud habente.
- 97 IDEM libro trigensimo secundo digestorum. Cum stipulamur 'quanta pecunia B. 2, 2, 94 E 'ex hereditate Titii ad te peruenerit', res ipsas quae peruenerunt, non pretia earum spectare uidemur. 29
- 98 IDEM libro trigensimo nono digestorum. Cum bisextum kalendis<sup>5</sup> est, nihil refert, utrum priore an posteriore die quis natus sit, et deinceps sextum kalendas eius natalis dies est: nam id biduum pro uno die habetur. sed posterior dies intercalatur, non prior: ideo quo anno intercalatum non est sexto kalendas natus, cum biduum sextum kalendis<sup>5</sup> est, priorem diem natalem habet. Cato putat mensem intercalarem additiciu esse: omnesque eius dies pro momento temporis obseruat extremoque diei mensis 35 Februarii adtribuit Quintus Mucius. Mensis autem intercalaris constat ex diebus uiginti octo.
- 99 ULPIANUS libro primo de officio consulis. 'Notionem' accipere possumus et B. 2, 2, 96 E 1 cognitionem et iurisdictionem. 'Continentes prouincias' accipere debemus eas, quae Italiae iunctae sunt, ut puta Galliam: sed et prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere 39 2 nos oportet, quae modico freto Italia diuisiditur. 'Instrumentorum' appellatione quae (B) f. 453<sup>6</sup>

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> quod noluit sequemur *similiae ins. (u. i.)* <sup>2</sup> significationem *D. l. gem.* <sup>3</sup> fuit esseue debuit idque Gallum Aquilium M. Tullius ait (*cf. n. 4*) <sup>4</sup> *cf. Cicero top. 7, 32: solebat Aquilius ... cum de litoribus ageretur, quae omnia publica esse uultis, quaerentibus iis, ad quos id pertinebat, quid esset litus, ita definire: qua fluctus eluderet* <sup>5</sup> kalendas (*Hal.*)?

1 ceterisqu'a'e F<sup>2</sup> 9 qui'a' uti F<sup>2</sup> | maximaequ'a'e F<sup>2</sup> 10 a'e'des F<sup>2</sup> | ipsas aedes] ipsae sedes F<sup>2</sup> 14 proximus] ἔγγυτερος συγγενής B | quem] qui F<sup>2</sup>: ὃν οὐδέ τις προλαμβάνει B 17 si tamen apparet] FXYMOC<sup>4</sup>, non tamen apparet C<sup>2</sup>: quasi esset nisi tamen apparet uerterunt Graeci: εἰ μὴ ἄρα δείχθῃ B 18 mouerent om. F<sup>2</sup> 25 aliquoru'om F<sup>2</sup> |

communiter F<sup>2</sup> 32 uiduum F 35 diei] dies F<sup>2</sup> 36 mensis autem intercalaris constat ex diebus uiginti octo F<sup>2</sup>: ὁ γὰρ Φεβρουάριος εἰκοσι ὀκτώ ἡμερῶν ἐστίν B | uiginti octo] FXMO (*adscr. al. xxix*) C, xxiiii Y 38 cognitionum F<sup>2</sup> | prouincias F: ἐπαρχίας B 40 qu'a'e F<sup>2</sup>

- comprehendantur, perquam difficile erit separare: quae enim proprie sint instrumenta, 3 propter quae dilatio danda sit, inde<sup>1</sup> dinoscemus. Si in praesentiam personae, [B. 2, 2, 96] quae instruere possit, dilatio petatur (puta qui actum gessit, licet in seruitute, uel qui actor fuit constitutus), putem uideri instrumentorum causa peti dilationem. 4
- 100 IDEM libro secundo de officio consulis. 'Speciosas personas' accipere debemus [B. 2, 2, 97] E clarissimas personas utriusque sexus, item eorum<sup>2</sup>, quae ornamentis senatoriis utuntur.
- 101 MODESTINUS libro nono differentiarum. Inter 'stuprum' et 'adulterium' hoc [B. 2, 2, 98] E interesse quidam putant, quod adulterium in nuptam, stuprum in uiduum committitur. sed 1 lex Iulia de adulteriis hoc uerbo indifferenter utitur. 'Diuortium' inter uirum et uxorem fieri dicitur, 'repudium' uero sponsae remitti uidetur. quod et in uxoris personam non ab- 10 2 surde cadit. Uerum est 'morbum' esse temporalem corporis inbecillitatem, 'uitium' uero perpetuum corporis impedimentum, ueluti si talum<sup>3</sup> excussit: nam et luscus utique uitiosus 3 est. Seruis legatis etiam ancillas deberi quidam putant, quasi commune nomen utrumque sexum contineat. 14
- 102 IDEM libro septimo regularum. 'Derogatur' legi aut 'abrogatur'. derogatur [B. 2, 2, 99] E legi, cum pars detrahatur: abrogatur legi<sup>4</sup>, cum prorsus tollitur.
- 103 IDEM libro octauo regularum. Licet 'capitalis' Latine loquentibus omnis causa [B. 2, 2, 100] E existimationis uideatur, tamen appellatio capitalis<sup>5</sup> mortis uel amissionis ciuitatis intellegenda est. 19
- 104 IDEM libro secundo excusationum. Ἡ τῶν τέκνων προσήγρια<sup>6</sup> καὶ [D. 27, 1, 2, 7. B. 2, 2, 101] E ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται.
- 105 IDEM libro undecimo responsorum. Modestinus respondit his uerbis 'libertis' [B. 2, 2, 102] E 'libertabusque meis' libertum libertae testatoris non contineri.
- 106 IDEM libro singulari de praescriptionibus. 'Dimissoriae litterae' dicuntur, [B. 2, 2, 103] E quae uolgo apostoli dicuntur. dimissoriae autem dictae, quod causa ad eum qui appellatus<sup>7</sup> est dimittitur. 25
- 107 IDEM libro tertio pandectarum. 'Adsignare libertum' hoc est testificari, cuius [B. 2, 2, 104] E ex liberis libertum eum esse uoluit.
- 108 IDEM libro quarto pandectarum. 'Debitor' intellegitur is, a quo inuito exigi [B. 2, 2, 105] E pecunia potest. 30
- 109 IDEM libro quinto pandectarum. 'Bonae fidei emptor' esse uidetur, qui igno- [B. 2, 2, 106] E ruit eam rem alienam esse, aut putauit eum qui uendidit ius uendendi habere, puta procuratorem aut tutorem esse.
- 110 IDEM libro sexto pandectarum. 'Sequester' dicitur, apud quem plures ean- [B. 2, 2, 107] E dem rem, de qua controuersia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti aut quasi<sup>8</sup> sequenti eos qui contendunt committitur. 35
- 111 IAUOLENUS libro sexto ex Cassio. 'Censere' est constituere et praecipere. [B. 2, 2, 109] E unde etiam dicere solemus 'censeo hoc facias' et 'semet<sup>7</sup> aliquid censuisse'. inde censoris nomen uidetur esse tractum.
- 112 IDEM libro undecimo ex Cassio. Litus publicum est eatenus, qua maxime [B. 2, 2, 108] E fluctus exaestuauit. idemque iuris est in lacu, nisi is totus priuatus est. 41

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> in re?<sup>2</sup> eorum del.<sup>3</sup> fregit uel oculum ins. (cf. Gai. 3, 214)<sup>4</sup> legi del.<sup>5</sup> poenas de poena similiae ins.<sup>6</sup> ἀλλὰ ... περὶ τῶν τέκνων· ἡ δὲ προσήγρια αὐτῆς D. l. gem.<sup>7</sup> senatum (u. i.)?

1 propriae F 3 ἴν' ἰσ'ruitute F<sup>2</sup> 11 ue-  
rum ... inuecillitatem bis F<sup>2</sup> 12 ueluti si  
talum excussit (sic) FY<sup>2</sup> cum B: οἷον ἐὰν τὸν  
ἀστράγαλον ἐξέβαλε τις, ueluti si luscus sit  
XMOG et supra u. Y<sup>2</sup> | utique] itaque F<sup>2</sup>: καὶ  
γὰρ ὁ ἑτερόφθαλμος ἐμπᾶθῆς ἐστὶ B 16 pro-  
sus' tollitur F<sup>2</sup> 18 appellatio ... 19 est] τὰ  
κεφαλικά ἐπιτίμια (ἐπιτίμια om. Syn.) θάνατον  
ἀναφύσι καὶ πολιτείας ἐκπτώσιν B 21 εκτι-

νεται F 29 intellegatur F<sup>2</sup> 31 l. 109. 110  
sic se excipiunt in F (item in XYMC, inuerso  
ordine O), nec numeris additis ordo mutatus est  
37 l. 111. 112 inuerso ordine proponunt B |  
iauolens F | censere] Latine B, censeri F  
38 et semet aliquid censuisse] F cum B: καὶ  
τὸ καθ' ἑαυτὸν τί ποτε κεκρικέμαι, et sentiet  
aliquid censuisse Y<sup>2</sup>, et senatum (senatus O)  
aliquid censuisse XYMOG 41 in bis F

- 13 IDEM libro quarto decimo ex Cassio. 'Morbus sonticus' est, cf. Uen. 21, 1, 65, 1. B. 2, 2, 110 E  
qui cuique rei nocet.
- 14 IDEM libro quinto decimo ex Cassio. Soluendo esse nemo intellegitur, nisi B. 2, 2, 111 E  
qui solidum potest soluere.
- 15 IDEM libro quarto epistularum. Quaestio est, fundus a possessione uel agro B. 2, 2, 112 E  
uel praedio quid distet. 'fundus' est omne, quidquid solo tenetur. 'ager' est, si species  
fundi<sup>1</sup> ad usum hominis comparatur. 'possessio' ab agro iuris proprietate distat: quidquid  
enim adprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet aut nec potest pertinere, hoc  
possessionem appellamus: || possessio ergo usus, ager proprietas loci est. 'praedium' utriusque f. 454  
supra scriptae<sup>2</sup> generale nomen est: nam et ager et possessio huius appellationis spe- 10  
cies sunt.
- 16 IDEM libro septimo epistularum. 'Quisquis mihi alius filii filiusue heres sit': B. 2, 2, 113 E  
Labeo non uideri filiam contineri, Proculus contra. mihi Labeo uidetur uerborum figu-  
ram sequi, Proculus mentem testantis. respondit: non dubito, quin Labeonis sententia  
uera non sit. 15
- 17 IDEM libro nono epistularum. Non potest uideri 'minus soluisse' is, in quem B. 2, 2, 114 E  
amplioris summae actio non competit.
- 18 POMPONIUS libro secundo ad Quintum Mucium. 'Hostes' hi sunt, qui nobis B. 2, 2, 115 E  
aut quibus nos publice bellum decreuimus: ceteri 'latrones' aut 'praedones' sunt. 19
- 19 IDEM libro tertio ad Quintum Mucium. 'Hereditatis' appellatio sine dubio B. 2, 2, 116 E  
continet etiam damnosam hereditatem: iuris enim nomen est sicuti bonorum possessio.
- 20 IDEM libro quinto ad Quintum Mucium. Uerbis legis duodecim tabularum his 'uti le- E  
'gasset suae rei, ita ius esto' latissima potestas tributa uidetur et heredis instituendi et  
legata et libertates dandi, tutelas quoque constituendi. sed id interpretatione coangustatum  
est uel legum uel auctoritate iura constituentium. 25
- 21 IDEM libro sexto ad Quintum Mucium. Usura pecuniae, quam percipimus, B. 2, 2, 117 E  
in fructu non est, quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est noua  
obligatione.
- 22 IDEM libro octauo ad Quintum Mucium. Seruius ait, si ita scriptum sit: B. 2, 2, 118 E  
'filio filiisque meis hosce tutores do', masculis dumtaxat tutores datos, quoniam a singulari 30  
casu hoc 'filio' ad pluralem uidetur transisse continentem eundem sexum, quem singularis  
prior positus habuisset. sed hoc facti, non iuris habet quaestionem: potest enim fieri, ut  
singulari casu de filio senserit, deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando  
uoluerit. quod magis rationabile esse uidetur. 34
- 23 IDEM libro uicensimo sexto ad Quintum Mucium. cf. Scaenola apud Gell. 17, 7, 3. B. 2, 2, 119 E  
Uerbum 'erit' interdum etiam praeteritum nec solum futurum tempus demonstrat. quod est  
nobis necessarium scire et cum codicilli ita confirmati testamento fuerint: 'quod in codi-  
'cillis scriptum erit', utrumne futuri temporis demonstratio fiat an etiam praeteriti, si ante  
scriptos codicillos quis relinquat. quod quidem ex uoluntate scribentis interpretandum est.  
quemadmodum autem hoc uerbum 'est' non solum praesens, sed et praeteritum tempus 40  
significat, ita et hoc uerbum 'erit' non solum futurum, sed interdum etiam praeteritum tem-  
pus demonstrat<sup>3</sup>. nam cum dicimus 'Lucius Titius solutus est ab obligatione', et praeteri-  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> ager est species fundi: si (*similiter Hal.*)? <sup>2</sup> rei *ins.* (*edd.*) <sup>3</sup> quemadmodum autem  
hoc uerbum 'erit' non solum futurum, sed interdum etiam praeteritum tempus demon-  
strat, ita et hoc uerbum 'est' non solum praesens, sed et praeteritum tempus significat  
(*Schulting*)?

2 qui cuique rei nocet] ἡ ἐκάστῳ πράγματι  
λυμαινομένη B 3 nomo F 7 iuris pro-  
prietate] quasi esset iure proprietatis, uertunt  
B: τῷ τῆς δεσποτείας δικαίῳ B 9 utriusque  
supra scriptae] ἐκατέρας τῆς προεγραμμένης  
(*praecedunt* νόμῳ ἐτ' ἄγρῳ) B 10 e't' poss. F<sup>2</sup>

14 respondi't non F<sup>2</sup> 22 legasset F<sup>2</sup> 23 rei  
ita] relata F<sup>2</sup>, rei iata (*sic*) F<sup>2</sup>: de re sua  
suae rei Nou. 22, 2, ubi uerba XII tabularum  
uti ... esto citantur *Latine*, fortasse ex hoc  
loco | in'stituendi F<sup>2</sup> 30 a om. F 39 in-  
terpra'etandum F<sup>2</sup> 42 demonstrat'o nam F<sup>2</sup>



tum et praesens significamus: sicut hoc 'Lucius Titius alligatus' est. et idem fit, cum ita loquimur 'Troia capta est': non enim ad praesentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad praeteritum.

- 124 PROCULUS libro secundo epistularum. Haec uerba 'ille aut ille' non solum [B. 2, 2, 120] E disiunctiua<sup>2</sup>, sed etiam subdisiunctiuae orationis sunt. disiunctiuum est, ueluti cum dicimus 'aut dies aut nox est', quorum posito altero necesse est tolli alterum, item sublato altero poni alterum. ita simili figuratione uerbum potest esse subdisiunctiuum. subdisiunctiuum autem genera sunt duo: unum, cum ex propositis finibus ita non potest uterque esse, ut possit neuter esse, ueluti cum dicimus 'aut sedet aut ambulat': nam ut nemo potest utrumque simul facere, ita aliquis potest neutrum, ueluti is qui accumbit. alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neuter esse, ut possit utrumque<sup>3</sup> esse, ueluti cum dicimus 'omne animal aut facit aut patitur': nullum est enim quod nec faciat nec patiat: at potest simul et facere et pati.
- 125 IDEM libro quinto epistularum. Nepos Proculo ꝑ suo salutem. Ab eo, qui [B. 2, 2, 121] E L 64 ita dotem promisit: 'cum commodum erit, dotis filiae meae tibi erunt aurei centum', p<sup>15</sup> tane protinus nuptiis factis dotem peti posse? quid si ita promississet: 'cum potero, doti erunt'? quod si aliquam uim habeat posterior obligatio, 'possit' uerbum quomodo interpretaris, utrum aere alieno deducto an extante? Proculus: cum dotem quis ita promisit: 'cum potero, doti tibi erunt centum', existimo ad id quod actum est interpretationem redigendam esse: nam qui ambiguo loquitur, id loquitur, quod ex his quae significantur<sup>16</sup> sensit. propius est tamen, ut hoc eum sensisse existimem 'deducto aere alieno potero'. potest etiam illa accipi significatio 'cum salua dignitate mea potero': quae interpretatio es magis accipienda est, si ita promissum est 'cum commodum erit', hoc est 'cum sine in-  
'commodo meo potero'.<sup>14</sup>
- 126 IDEM libro sexto epistularum. Si, cum fundum tibi darem, legem ita dixi [B. 2, 2, 122] E 'uti optimus maximusque esset' et adieci 'ius fundi deterius factum non esse per dominum, praestabitur', amplius eo praestabitur nihil, etiamsi prior pars, qua scriptum est 'ut optimus maximusque sit' liberum esse significat eoque, si posterior pars adiecta non esset, liberum praestare deberem. tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud praestare debeam, quam ius fundi per dominum deterius factum<sup>15</sup> non esse.
- 127 CALLISTRATUS libro quarto de cognitionibus. 'Uestis' appellatione tam uiril<sup>is</sup> [B. 2, 2, 123] E quam muliebris et scaenica, etiamsi tragica aut citharoedica sit, continetur.
- 128 ULPIANUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Spa- [BS. 29, 1, 35 sch. 4, 38, 1, 15 sch. 1] E donum generalis appellatio est: quo nomine tam hi, qui natura spadones sunt, item thlibiae<sup>15</sup> thlasiae, sed et si quod aliud genus spadonum est, continentur.
- 129 PAULUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Qui mortui nascuntur, ne- [B. 2, 2, 124] E que nati neque procreati uidentur, quia numquam liberi appellari potuerunt.
- 130 ULPIANUS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam. Lege obuenire heredi- [B. 2, 2, 125] E tatem non inproprie quis dixerit et eam, quae ex testamento defertur, quia lege duodecim<sup>14</sup> tabularum testamentariae hereditates confirmantur.
- 131 IDEM libro tertio ad legem Iuliam et Papiam. Aliud 'fraus' est, aliud 'poena': [B. 2, 2, 126] E fraus enim sine poena esse potest, poena sine fraude esse non potest. poena est noxae<sup>1</sup> uindicta, fraus et ipsa noxa dicitur et quasi poenae quaedam praeparatio. Inter 'multam' autem et 'poenam' multum interest, cum poena generale sit nomen<sup>5</sup> omnium delictorum<sup>15</sup>

<sup>1</sup> idem Graeci (u. i.): legatus?

<sup>2</sup> disiunctiuae (dett. quidem)?

<sup>3</sup> uterque?

<sup>4</sup> cum isa.

<sup>5</sup> generalis sit (del. nomen)?

1 alligatus est] FX<sup>o</sup>YOC cum B: δεδεμένον  
ἐσθρι, allegatus est M, obligatus est X<sup>o</sup> et su-  
pra u. O 9 sed 'et' aut F<sup>2</sup> 10 is] si is F<sup>2</sup>  
12 patitur nullum est enim quod nec faciat

om. F<sup>1</sup> 16 neptiis F<sup>2</sup> 22 eo] ea F 26 uti  
optimus maximusqu'a'e F<sup>2</sup> 30 aliam F  
31 esse] posse F<sup>2</sup> 40 qu'a'e F<sup>2</sup>

coercitio, multa specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est: poena autem non tantum pecuniaria, uerum capitis et existimationis irrogari solet. et multa quidem ex arbitrio eius uenit, qui multam dicit: poena non irrogatur, nisi quae quaque<sup>1</sup> lege uel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est: quin immo multa ibi dicitur, ubi specialis poena non est imposita. item multam is dicere potest, cui iudicatio data<sup>2</sup> est<sup>3</sup>: magistratus solos et praesides prouinciarum posse multam dicere mandatis permissum est. poenam autem unusquisque inrogare potest, cui huius criminis siue delicti exsecutio competit.

- 132 PAULUS libro tertio ad legem Iuliam et Papiam. 'Annulus' amittitur, qui [B. 2, 2, 127] *E*<sup>o</sup> extremo anni die moritur. et consuetudo loquendi id ita esse declarat: 'ante diem decimum 10 'kalendarum', 'post diem decimum kalendarum': neutro enim sermone undecim dies signi-  
1 ficantur<sup>4</sup>. Falsum est eam peperisse, cui mortuae filius exsectus est.
- 133 ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Si quis sic dixerit 'ut [B. 2, 2, 128] *E*  
'intra diem mortis eius aliquid fiat', ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur. 14
- 134 PAULUS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam. 'Anni- [Pon. p. 28 et 1, 13. B. 2, 2, 129] *E*  
culus' non statim ut natus est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente f. 455  
plane, non exacto die, quia annum ciuilliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.
- 135 ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Quaeret aliquis si por- [B. 2, 2, 130] *E*  
tentosum uel monstrosum uel debilem mulier ediderit uel qualem<sup>4</sup> uisu uel uagitu nouum, 20  
non humanae figurae, sed alterius, magis animalis quam hominis, partum, an, quia enixa  
est, prodesse ei debeat? et magis est, ut haec quoque parentibus prosint: nec enim est  
quod eis imputetur, quae qualiter potuerunt, statutis obtemperauerunt, neque id quod fata-  
liter accessit, matri damnum iniungere debet. 24
- 136 IDEM libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. 'Generi' appellatione et neptis [B. 2, 2, 131] *E*  
et proneptis tam ex filio quam ex filia editorum ceterarumque<sup>5</sup> maritos contineri mani-  
festum est.
- 137 PAULUS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam. 'Ter enixa' [Pon. 1 n. 1. B. 2, 2, 132] *E*  
uidetur etiam quae trigeminos pepererit. 29
- 138 IDEM libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. 'Hereditatis' appellatione bo- [B. 2, 2, 133] *E*  
norum quoque possessio continetur.
- 139 ULPIANUS libro septimo ad legem Iuliam et Papiam. Aedificia 'Romae' fieri [B. 2, 2, 134] *E*  
1 etiam ea uidentur, quae in continentibus Romae aedificiis fiant. 'Perfecisse' aedificium is  
uidetur, qui ita consummauit, ut iam in usu esse possit. 34
- 40 PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. 'Cepisse' quis intellegitur, [B. 2, 2, 135] *E*  
quamuis alii adquisiit.
- 41 ULPIANUS libro octauo ad legem Iuliam et Papiam. Etiam ea mulier cum [B. 2, 2, 136] *E*  
moreretur creditur filium habere, quae exciso utero edere possit. nec non etiam alio casu  
mulier potest habere filium, quem mortis tempore non habuit, ut puta eum qui ab hostibus  
remeabit. 40
- 42 PAULUS libro sexto ad legem Iuliam et Papiam. Triplici modo coniunctio [B. 2, 2, 137] *E*  
intellegitur: aut enim re per se coniunctio contingit, aut re et uerbis, aut uerbis tantum.  
nec dubium est, quin coniuncti sint, quos et nominum et rei complexus iungit, ueluti  
*F(XYMOC)*

<sup>1</sup> quaque? <sup>2</sup> et *ins.* <sup>3</sup> undecimus dies significatur (*u. i.*)? <sup>4</sup> qualem *ins.* (*Sennetonius*)  
<sup>5</sup> et neptis tam ex filio quam ex filia ceterarumque (*del.* et proneptis, *item* editorum)?

1 cuius animaduersio hodie pecuniaria est] οὔτινος ἢ ἐπιστροφῆς σήμερον χρηματικὴ ἐστίν *B*  
5 i'm'tem *F*<sup>2</sup> 9 i'uliam *F*<sup>2</sup> 11 neutro] *F*<sup>2</sup> *X*,  
neque utro *F*<sup>2</sup>, neque utroque *Y*<sup>2</sup>, eque utro-  
que *Y*<sup>2</sup> *O*, utroque *MC* | undecim dies signi-  
ficantur] *F*, undecimus (undecima *O*) dies

significatur *XYMOC* cum *B*: οὐ δηλοῦμεν τὴν  
ἐνδεκάτην ἡμέραν 14 aliquid] aliquid *F*<sup>1</sup>,  
aliquid *F*<sup>2</sup> 16 trecensimo *F* 17 temporum]  
tempusrum *F*<sup>2</sup> 20 debilem m'ulier *F*<sup>2</sup> | ede-  
derit *F*<sup>2</sup> 23 quod eis] quos eis *F*<sup>2</sup> 25 et  
papiam *om.* *F*<sup>2</sup> 40 remeabit *F*: ὑποστρέφει *B*

'Titius et Maenius ex parte dimidia heredes sunt', uel ita 'Titius Maeniusque<sup>1</sup> heredes sunt', uel 'Titius cum Maenio ex parte dimidia heredes sunt'. uideamus autem, ne etiam si hos articulos detrahas 'et' 'que' 'cum', interdum tamen coniunctos accipi oporteat, ueluti 'Lucius Titius, Publius Maenius ex parte dimidia heredes sunt', uel ita 'Publius Maenius, Lucius Titius heredes sunt'. Sempronius ex parte dimidia heres esto', ut Titius et Maenius ueniant in partem dimidiam et re et uerbis coniuncti uideantur. 'Lucius Titius (7) ex parte dimidia heres esto. Seius ex parte, qua Lucium Titium heredem institui, heres esto. Sempronius ex parte dimidia heres esto'. Iulianus dubitari posse, tres semisses facti sint an Titius in eundem semissem cum Gaio Seio institutus sit. sed eo, quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, uerisimilius esse in eundem semissem duos coactos et coniunctim heredes scriptos esse.

- 143 ULPIANUS libro nono ad legem Iuliam et Papiam. Id 'apud se' quis 'habere' uidetur, de quo habet actionem: habetur enim quod peti potest. [B. 2, 2, 138 E]
- 144 PAULUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. Libro memorialium Mas- surius scribit 'pellicem' apud antiquos eam habitam, quae, cum uxor non esset, tamen uiuebat: quam nunc uero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. Granus Flaccus in libro de iure Papiriano scribit pellicem nunc uolgo uocari, quae cum eo, cui uxor sit, corpus misceat: quosdam<sup>2</sup> eam, quae uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam ΠΑΛΛΑΚΗΝ Graeci uocant. [B. 2, 2, 139 E]
- 145 ULPIANUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. 'Uirilis' appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum est. [B. 2, 2, 140 E]
- 146 TERENTIUS CLEMENS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam. 'Soceri' appellatione auum quoque et auam uxoris uel mariti contineri respondetur. [B. 2, 2, 141 E]
- 147 IDEM libro tertio ad legem Iuliam et Papiam. Qui in continentibus urbis nati sunt, 'Romae' nati intelleguntur. [B. 2, 2, 142 E]
- 148 GAIUS libro octauo ad legem Iuliam et Papiam. Non est sine liberis, cui uel unus filius unaue filia est: haec enim enuntiatio 'habet liberos' 'non habet liberos' semper pluratiuo numero profertur, sicut et pugillares et codicilli: [B. 2, 2, 143 E]
- 149 IDEM libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. nam quem sine liberis esse dicere non possumus, hunc necesse est dicamus liberos habere. [B. 2, 2, 143 F]
- 150 IDEM libro nono ad legem Iuliam et Papiam. Si ita a te stipulatus fuero: 'quanto minus a Titio consecutus fuero, tantum dare spondes?', non solet dubitari, quin, si nihil a Titio fuero consecutus, totum debeas quod Titius debuerit. [B. 2, 2, 144 E]
- 151 TERENTIUS CLEMENS libro quinto ad legem Iuliam et Papiam. 'Delata' hereditas intellegitur, quam quis possit adeundo consequi. [B. 2, 2, 145 E]
- 152 GAIUS libro decimo ad legem Iuliam et Papiam. 'Hominis' appellatione tam feminam quam masculum contineri non dubitatur. [B. 2, 2, 146 E]
- 153 TERENTIUS CLEMENS libro undecimo ad legem Iuliam et Papiam. Intellegendus est mortis tempore fuisse, qui in utero relictus est. [B. 2, 2, 147 E]
- 154 MACER libro primo ad legem uicensimam. Mille passus non a miliario urbis, sed a continentibus aedificiis numerandi sunt. [B. 2, 2, 148 E]
- 155 LICINIUS RUFINUS libro septimo regularum. 'Proximi' appellatione etiam ille continetur, qui solus est. [B. 2, 2, 149 E]
- 156 IDEM libro decimo regularum. 'Maiore parte anni' possedissee quis intelle-

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> ex parte dimidia *ins.* (*Hotomanus*)    <sup>2</sup> quosdam (*Pacius*)?

1 dimidia here'de's F<sup>2</sup> 7 dimidia'm' heres F<sup>4</sup> |  
heredem heres' institu'to'i F<sup>6</sup> 10 uerisi-  
lius F 16 nibeat F<sup>2</sup> | honestiorem F:  
ΠΑΛΛΑΚΗ ἔστιν ἡ συζῶσα τινι ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ  
νομίμος χωρὶς γάμου· ἢ δὲ ἄπτον τιμιώτερα  
φίλη λέγεται B 17 u'a'ucari F<sup>6</sup> 18 q'u'os-

dam F<sup>6</sup> 20 uirilis appellatione] τῆ τοῦ ἀνα-  
λογοῦντος μέρους προσηγορία B 25 intel-  
gantur F<sup>2</sup> 26 ad legem iuliam et papiam  
om. F<sup>2</sup> 28 plurati'uo F<sup>2</sup> 33 a 'fuero'  
titio fuero F<sup>6</sup>

gitur, etiamsi duobus mensibus possederit, si modo aduersarius eius aut paucioribus diebus aut nullis possederit.

- 157 AELIUS GALLUS libro primo de uerborum quae ad ius pertinent significa- B. 2, 2, 151 E  
 1 tione. 'Paries' est, siue murus siue maceria est. Item 'uia' est, siue semita siue iter est. 4
- 158 CELSUS libro uicensimo quinto digestorum. In usu iuris frequenter uti nos B. 2, 2, 152 Ef\*  
 Cascellius ait singulari appellatione, cum plura generis eiusdem significare uellemus: nam  
 'multum hominem uenisse Romam' et 'piscem uilem esse' dicimus. item in stipulando satis  
 habemus de herede cauere 'si ea res secundum me heredemue meum iudicata erit' et rur-  
 sus 'quod ob eam rem te heredemue tuum': nempe aequae si plures heredes sint, conti-  
 nentur stipulatione. 10
- 159 ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Etiam aureos nummos 'aes' dicimus. B. 2, 2, 153 S
- 160 IDEM libro secundo ad Sabinum. 'Ceterorum' et 'reliquorum' appellatione B. 2, 2, 154 S  
 etiam omnes continentur, ut Marcellus dixit circa eum, cui optio serui legata Marc. 1. 95 h. t.  
 est, ceteri Sempronio: nam temptat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere. 14
- 161 IDEM libro septimo ad Sabinum. Non est 'pupillus', qui in utero est. B. 2, 2, 155 S
- 162 POMPONIUS libro secundo ad Sabinum. In uulgari substitutione, qua ei qui B. 2, 2, 156 S  
 'supremus' morietur heres substituitur, recte substitutus etiam unico intellegitur, exemplo  
 1 duodecim tabularum, ex quibus 'proximus' adgnatus et solus habetur. Si quis ita in testa-  
 mento scripserit 'si quid filio meo acciderit, Dama seruus meus liber esto', mortuo filio  
 Dama liber erit. licet enim 'accidunt' et uiuis, sed uulgi sermone etiam<sup>1</sup> mors significatur. 20
- 163 PAULUS libro secundo ad Sabinum. Illa uerba 'optimus maximusque' uel in B. 2, 2, 157 S  
 eum cadere possunt, qui solus est. sic et circa edictum praetoris 'supremae tabulae' ha-  
 1 bentur et solae. 'Pueri' appellatione etiam puella significatur: nam et feminas puerperas  
 appellat recentes ex partu et Graece παιδιον communiter appellatur. 24
- 164 ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum. Nomen 'filiarum' et in postumam B. 2, 2, 158 S  
 cadere quaestionis non est, quamuis 'postumae' non cadere in eam, quae iam in rebus || hu- f. 456  
 1 manis sit, certum sit. 'Partitionis' nomen non semper dimidium significat, sed prout est  
 adiectum. potest enim iuberi aliquis et maximam partiri: posse et uicensimam et tertiam  
 2 et prout liberit. sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. 'Habere' sicut  
 peruenire cum effectu accipiendum est. 30
- 165 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Uenisse ad heredem nihil intellegitur B. 2, 2, 159 S  
 nisi deducto aere alieno.
- 166 IDEM libro sexto ad Sabinum. 'Urbana familia' et 'rustica' non loco, sed ge- B. 2, 2, 160 S  
 nere<sup>2</sup> distinguitur: potest enim aliquis dispensator non esse seruorum urbanorum numero:  
 ueluti is, qui rusticarum rerum rationes dispenset ibique habitat. non multum abest a 35  
 uilico insularius: <sup>3</sup> autem urbanorum numero est. uidendum tamen est, ipse dominus quo-  
 1 rum loco quemque habuerit: quod ex numero familiae et uicariis<sup>4</sup> apparebit. 'Pernoctare'  
 'extra urbem' intellegendus est, qui nulla parte noctis in urbe est: 'per' enim totam noctem  
 significat. 39
- 167 ULPIANUS libro uicensimo quinto ad Sabinum. 'Carbonum' appella- [D. 32, 55, 7. B. 2, 2, 161 S  
 tione materiam<sup>5</sup> non contineri: sed an 'lignorum'? et fortassis quis dicet nec lignorum: non  
 enim lignorum gratia<sup>6</sup> habuit. sed et titiones et alia ligna cocta ne fimum faciant utrum  
 ligno an carboni an suo generi adnumerabimus? et magis est, ut proprium genus habeat-  
 ur. sulphurata quoque de ligno aequae eandem habebunt definitionem. ad [D. 32, 55, 8. 9  
 F(XYMO C)

<sup>1</sup> erit. etenim accidunt et uiuis: sed uulgi sermone ita? <sup>2</sup> non loco, sed genere] *idem Graeci*: non genere, sed loco? <sup>3</sup> insularius *ins.* <sup>4</sup> cibariis (*cf. D. 32, 99 pr.: Cuiacius*)? <sup>5</sup> si lignum sit paratum ad carbonem coquendas atque conficiendas, ait Ofilius libro quinto iuris partiti carbonum appellatione huiusmodi materiam *D. l. gem.* <sup>6</sup> haec testator *ins. D. l. gem.*

1 diebus *om. F<sup>1</sup>* 15 u'e'tero *F<sup>4</sup>* 16 qua'm rum *F<sup>2</sup>* 33 gener'a'e *F<sup>4</sup>* 37 perno'ctare  
 ei *F<sup>2</sup>* 19 dama's seruus *F<sup>2</sup>* 20 dama's *F<sup>2</sup>* 41 non] id *F<sup>1</sup>* 42 'lignorum' gratia *F<sup>2</sup>*  
 liber *F<sup>2</sup>* 22 supr'a'ema'e *F<sup>2</sup>* 25 fi'alia- 43 ut] a *F<sup>1</sup>*

faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi haec fuit uoluntas. idem et de nucleis oliuarum, sed et de balanis est, uel si qui alii nuclei<sup>1</sup>. D. 32, 55, 1  
D. 32, 55, 10

- 168 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Pali et perticae in numerum materiae redigendi sunt, et ideo 'lignorum' appellatione non continentur. D. 32, 56. B. 2, 2, 162 S
- 169 IDEM libro quinto ad Sabinum. Non tantum in traditionibus, cf. D. 21, 2, 75. B. 2, 2, 163 S sed et in emptionibus et stipulationibus et testamentis adiectio haec 'uti optimus maximusque est' hoc significat, ut liberum praestetur praedium, non ut etiam seruitutes ei debeantur.
- 170 ULPIANUS libro trigensimo tertio ad Sabinum. 'Heredis' appellatione omnes B. 2, 2, 164 S significari successores credendum est, etsi uerbis non sint expressi.
- 171 POMONIUS libro sexto decimo ad Sabinum. 'Peruenisse ad te' recte dicitur, B. 2, 2, 165 S quod per te ad alium peruenit, ut in hereditate a liberto per patronum filium familias patri eius adoptiuo adquisita responsum est.
- 172 ULPIANUS libro trigensimo octauo ad Sabinum. 'Liberti' appellatione etiam B. 2, 2, 166 S libertam contineri placuit.
- 173 IDEM libro trigensimo nono ad Sabinum. 'Collegarum' appellatione hi continentur, B. 2, 2, 167 S qui sunt eiusdem potestatis. Qui extra continentia urbis est, 'abest': ceterum usque ad continentia non abesse uidebitur.
- 174 IDEM libro quadragensimo secundo ad Sabinum. Aliud est promittere 'furem' B. 2, 2, 168 S 'non esse', aliud 'furto noxaque solutum': qui enim dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur, qui furtis noxaque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.
- 175 POMONIUS libro uicensimo secundo ad Sabinum. 'Faciendi' uerbo reddendi B. 2, 2, 169 S etiam causa continetur.
- 176 ULPIANUS libro quadragensimo quinto ad Sabinum. 'Solutionis' uerbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. 'soluere' dicimus eum, qui fecit quod facere promisit.
- 177 IDEM libro quadragensimo septimo ad Sabinum. Natura actionis cf. D. 50, 17, 65. B. 2, 2, 171 S quam Graeci *καρπύνη* appellauerunt, haec est, ut ab euidenter ueris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quae euidenter falsa sunt, perducatur.
- 178 IDEM libro quadragensimo nono ad Sabinum. ¶ 'Pecuniae' uerbum non solum B. 2, 2, 173 S numeratam pecuniam complectitur, uerum omnem omnino pecuniam, hoc est omnia corpora: nam corpora quoque pecuniae appellatione contineri nemo est qui ambiget. 'Hereditas' iuris nomen est, quod et accessionem et decessionem in se recipit: hereditas autem uel maxime fructibus augetur. 'Actionis' uerbum et speciale est et generale. nam omnis actio dicitur, siue in personam siue in rem sit petitio<sup>2</sup>: sed plerumque 'actiones' personales solemus dicere. 'petitionis' autem uerbo in rem actiones significari uidentur. 'persecutionis' uerbo extraordinarias persecutiones puto contineri, ut puta fideicommissorum et si quae aliae sunt, quae non habent iuris ordinarii executionem. Hoc uerbum 'debit' omnem omnino actionem comprehendere intellegitur, siue ciuilibis siue honoraria siue fideicommissi fuit persecutio.
- 179 IDEM libro quinquagensimo primo ad Sabinum. Inter haec uerba 'quanti ea B. 2, 2, 175 S res erit' uel 'quanti eam rem esse parat' nihil interest: in utraque enim clausula placet ueram rei aestimationem fieri.

#### F(XYMOC)

<sup>1</sup> idem ... nuclei] *post alia*: ueluti uirgae carbones nuclei oliuarum, quibus ad nullam aliam rem nisi ad comburendum possit uti: sed et balani uel si qui alii nuclei *D. l. gem.*  
<sup>2</sup> petitio *del.*

4 pertina'cae *F*<sup>2</sup> | numero *D. l. gem.* 14 adquisita *m'* responsum *F*<sup>2</sup> 17 nono *om.* *F*<sup>2</sup> 22 solutis *is* *F*<sup>2</sup> 26 qui] qui id *F*<sup>2</sup> 28 abillationis *F* 30 euidetur *F*: *cf. D. 50,*

*17, 65* 32 numeratam *F*<sup>2</sup> 37 actionis *F*: *ai in rem λρωται σημαίνεσθαι δοκοῦσι B* | uidentur *F*<sup>2</sup> 40 comprehendere *F*<sup>2</sup>

- 30 POMPONIUS libro trigensimo ad Sabinum. 'Tugurii' appellatione omne aedi- [B. 2, 2, 174] S  
1 ficium, quod rusticae magis custodias conuenit quam urbanis aedibus, significatur. Ofilius  
ait tugurium a tecto tamquam tegularium<sup>1</sup> esse dictum, ut toga<sup>2</sup>, quod ea tegamur.
- 31 IDEM libro trigensimo quinto ad Sabinum. Uerbum illud 'pertinere' latissime [B. 2, 2, 175] S  
patet: nam et eis rebus petendis aptum est, quae domini nostri sint, et eis, quas iure  
aliquo possideamus, quamuis non sint nostri domini: pertinere ad nos etiam ea dicimus,  
quae in nulla eorum causa sint, sed esse possint.
- 32 ULPIANUS libro uicensimo septimo ad edictum. Pater familias liber 'peculium' [B. 2, 2, 176] S  
non potest habere, quemadmodum nec seruus 'bona'.<sup>9</sup>
- 33 IDEM libro uicensimo octauo ad edictum. 'Tabernae' appellatio declarat omne [B. 2, 2, 177] S  
utile ad habitandum aedificium, non<sup>3</sup> ex eo quod tabulis cluditur.
- 34 PAULUS libro trigensimo ad edictum. Inde tabernacula et contubernaes [B. 2, 2, 178] S  
dicti sunt.
- 35 ULPIANUS libro uicensimo octauo ad edictum. 'Instructam' autem tabernam [B. 2, 2, 179] S  
sic accipimus, quae et rebus et hominibus ad negotiationem paratis constat.<sup>15</sup>
- 36 IDEM libro trigensimo ad edictum. 'Commendare' nihil aliud est quam de- [B. 2, 2, 180] S  
ponere.
- 37 IDEM libro trigensimo secundo ad edictum. Uerbum 'exactae pecuniae' non [B. 2, 2, 181] S  
solum ad solutionem referendum est, uerum etiam ad delegationem.<sup>19</sup>
- 38 PAULUS libro trigensimo tertio ad edictum. 'Habere' duobus modis dicitur, [B. 2, 2, 182] S  
1 altero iure domini, altero optinere sine interpellatione id quod quis emerit. 'Cautum' in-  
tellegitur, siue personis siue rebus cautum sit.
- 39 IDEM libro trigensimo quarto ad edictum. 'Facere oportere' et hanc signi- [B. 2, 2, 183] S  
ficationem habet, ut abstineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret, et cu-  
raret<sup>4</sup> ne fiat.<sup>25</sup>
- 40 ULPIANUS libro trigensimo quarto ad edictum. 'Prouinciales' eos accipere [B. 2, 2, 184] S  
debemus, qui in prouincia domicilium habent, non eos, qui ex prouincia oriundi sunt.
- 41 PAULUS libro trigensimo quinto ad edictum. Inter 'diuortium' et 'repu- [BS. 28, 7, 4 sch. 2] S  
dium' hoc interest, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest, non recte autem  
sponsa diuortisse dicitur, quod diuortium ex eo dictum est, quod in diuersas partes eunt  
qui diuidentur.
- 42 ULPIANUS libro trigensimo septimo ad edictum. Haec adiectio 'plurisue' non [B. 2, 2, 185] S  
infinitam pecuniam continet, sed modicam, ut taxatio haec 'solidos decem' plurisue' ad  
minutulam summam referatur.<sup>34</sup>
- 43 IDEM libro trigensimo octauo ad edictum. Haec uerba 'quanti eam rem [B. 2, 2, 186] S  
'paret esse' non || ad quod interest, sed ad rei aestimationem referuntur.<sup>f. 457</sup>
- 44 ULPIANUS libro quadragensimo tertio ad edictum. Inter 'donum' et 'munus' [B. 2, 2 n.] S  
hoc interest, quod inter genus et speciem: nam genus esse donum Labeo a donando dictum,  
munus speciem: nam munus esse donum cum causa, ut puta natalicium, nuptalicium<sup>6</sup>.<sup>39</sup>
- 45 IDEM libro quadragensimo sexto ad edictum. Pronuntiatio sermonis in sexu [B. 2, 2, 187] S  
1 masculino ad utrumque sexum plerumque porrigitur. 'Familiae' appellatio qualiter acci-  
piatur, uideamus. et quidem uarie accepta est: nam et in res et in personas deducitur.  
in res, ut puta in lege duodecim tabularum his uerbis 'adgnatus proximus familiam habeto'.  
ad personas autem refertur familiae significatio ita, cum de patrono et liberto loquitur  
lex: 'ex ea familia', inquit, 'in eam familiam': et hic de singularibus personis legem loqui<sup>45</sup>  
F(XYMOO)

<sup>1</sup> tegurium (cf. *Orelli inscr. 1773*: tegurium a solo ... fecit: *Grotius*)?    <sup>2</sup> togam?    <sup>3</sup> omne  
aedificium non utile ad habitandum?    <sup>4</sup> curet (*Sennetionius*)?    <sup>5</sup> solidos decem] *fuit*  
sestertium decem milium    <sup>6</sup> nuptalicium (*Menagius*)?

4 idem t libro F<sup>1</sup>    5 et t'is quas F<sup>2</sup>    35 qua'onti F<sup>3</sup>    42 quidem uarie accepta  
11 aedificium] aedificit F<sup>1</sup>    12 tabenacula F<sup>1</sup>    est om. F<sup>1</sup> | diducitur F<sup>1</sup>    45 inquit F<sup>1</sup>  
27 habent om. F<sup>1</sup>    32 s'e'ptimo F<sup>1</sup>

- 2 constat. Familiae appellatio refertur et ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum aut communi uniuersae cognationis continetur. iure proprio familiam dicimus plures personas, quae sunt sub unius potestate aut natura aut iure subiectae, ut puta patrem familias, matrem familias, filium familias, filiam familias quique deinceps uicem eorum sequuntur, ut puta nepotes et neptes et deinceps. pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet, recteque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat: non enim solam personam eius, sed et ius demonstramus: denique et pupillum patrem familias appellamus. et cum pater familias moritur, quotquot capita ei subiecta fuerint, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrum familiarum nomen subeunt. idemque eueniet et in eo qui emancipatus est: nam et hic sui iuris effectus propriam familiam habet. communi iure familiam dicimus omnium adgnatorum: nam etsi patre familias mortuo singuli singulas familias habent, tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte eiusdem familias appellabuntur, qui<sup>1</sup> ex eadem domo et gente proditi sunt. Seruitutum quoque solemus appellare familias<sup>2</sup>, ut in edicto praetoris ostendimus sub titulo de furtis, ubi praetor loquitur de familia publicanorum. sed ibi non omnes serui, sed corpus quoddam seruorum demonstratur huius rei causa paratum, hoc est uectigalis causa. alia autem parte edicti omnes serui continentur: ut de hominibus coactis et ui bonorum raptorum, item redhibitoria, si deterior res reddatur emptoris opera aut familiae eius, et interdicto unde ui familiae appellatio omnes seruos comprehendit. sed et filii continentur. Item appellatur familia plurium personarum, quae ab eiusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur<sup>3</sup> (sicuti dicimus familiam Iuliam), quasi a fonte quodam memoriae<sup>4</sup>. Mulier autem
- 196 GAIUS libro sexto decimo ad edictum prouinciale. Familiae appellatione et ipse princeps familiae continetur. Feminarum liberos in familia earum non esse palam est, quia qui nascuntur, patris familiam sequuntur.
- 197 ULPIANUS libro quinquagesimo ad edictum. 'Indicasse' est detulisse: 'arguisse' accusasse et conuicisse.
- 198 IDEM libro secundo de omnibus tribunalibus. 'Urbana praedia' omnia aedificia accipimus, non solum ea quae sunt in oppidis, sed et si forte stabula sunt uel alia meritoria in uillis et in uicis, uel si praetoria uoluptati tantum deseruientia: quia urbanum praedium non locus facit, sed materia. proinde hortos quoque, si qui sunt in aedificiis constituti, dicendum est urbanorum appellatione contineri. plane si plurimum horti in reditu sunt, uinearum forte uel etiam holitorum, magis haec non sunt urbana.
- 199 IDEM libro octauo de omnibus tribunalibus. 'Absentem' accipere debemus eum, qui non est eo loci, in quo loco petitur: non enim trans mare absentem desideramus et si forte extra continentia urbis sit, abest. ceterum neque ad continentia non abesse uidetur, si non latitet. Abesse non uidetur, qui ab hostibus captus est, sed qui a latronibus detinetur.
- 200 IULIANUS libro secundo digestorum. Haec stipulatio 'noxis solutum praestari' non existimatur ad eas noxas pertinere, quae publicam exercitationem et coercionem talem habent.
- 201 IDEM libro octagesimo primo digestorum. Iusta interpretatione recipiendum est, ut appellatione 'filii', sicuti filiam familias contineri saepe respondebimus, ita et nepos uideatur comprehendi, et 'patris' nomine auus quoque demonstrari intellegatur.

## F(XYMOG)

<sup>1</sup> quia (dett. quidam)? <sup>2</sup> seruitutum quoque solemus appellare familiam? <sup>3</sup> quodam memoriae] eodem ortae (sic fere Bilderdyk)? <sup>4</sup> respondimus (edd.)?

2 eognitionis F<sup>1</sup> 4 matres familias F<sup>2</sup>  
10 effectum's F<sup>4</sup> 15 de om. F<sup>2</sup> 17 hominibus F<sup>4</sup>  
21 familias F<sup>4</sup> 24 liberos in F<sup>2</sup> 25 patris] patris non matris F<sup>2</sup>: τῷ πατρὶ γὰρ ἀκο-

λογοῦσι B 31 hortus F: καὶ τοὺς κήπους  
λεκτέον τῇ τῶν ἀστικῶν προσηγορίᾳ συμπεριέχεσθαι B 22 est] sit F<sup>2</sup> 35 quo loco petitur F<sup>2</sup> 40 exercitationem] ἐξέτασιν B  
42 primo om. F<sup>1</sup> 44 comprehendendi F<sup>2</sup>

- 02 ALFENUS UARUS libro secundo digestorum. Cum in testamento scriptum [B. 2, 2, 194] S esset, ut heres in funere aut in monumento 'dumtaxat aureos centum' consumeret, non licet minus consumere: si amplius uellet, licet neque ob eam rem contra testamentum facere uideatur.
- 03 IDEM libro septimo digestorum. In lege censoria portus Siciliae ita scriptum [B. 2, 2, 195] S erat: 'seruos, quos domum quis ducet suo usu, pro is portorium ne dato'. quaerebatur, si quis a Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruendi causa, utrum pro his hominibus portorium dare deberet nec ne. respondit duas esse in hac scriptura quaestiones, primam, quid esset 'domum ducere', alteram, quid esset 'suo usu ducere'. igitur quaeri solet<sup>1</sup>, utrum, ubi quisque habitaret siue in prouincia siue in Italia, an dumtaxat in sua cuiusque patria domus esse recte dicitur<sup>2</sup>. sed de ea re constitutum esse eam domum unicuique nostrum debere existimari, ubi quisque sedes et tabulas haberet suarumque rerum constitutionem fecisset. quid autem esset 'usu suo', magnam habuisse dubitationem. et magis placet<sup>3</sup>, quod uictus sui causa paratum est, tantum contineri. itemque de seruis eadem ratione quaeri, qui eorum usus sui causa parati essent? utrum dispensatores, insularii, uilici, atrienses, textores, operarii quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus agris pater familias fructus caperet, quibus se toleraret, omnes denique seruos<sup>4</sup>, quos quisque emisset, ut ipse haberet atque eis ad aliquam rem uteretur, neque ideo emisset, ut uenderet? et sibi uideri eos demum usus sui causa patrem familias habere, qui ad eius corpus tuendum atque ipsius cultum praepositi destinatique essent, quo in genere iunctores<sup>5</sup>, cubicularii, coci, ministratores atque alii, qui ad eiusmodi usum parati essent, numerarentur.
- 04 PAULUS libro secundo epitomarum Alfeni. 'Pueri' appellatio tres significationes habet: unam, cum omnes seruos pueros appellaremus: alteram, cum puerum contrario nomine puellae diceremus: tertiam, cum aetatem puerilem demonstraremus.
- 05 IDEM libro quarto epitomarum Alfeni. Qui fundum uendidit, 'pomum' recepit: nuces et ficos et uasa dumtaxat duracinas et purpureas et quae eius generis essent, quas non uini causa haberemus, quas Graeci τρωζίμοις appellarent, recepta uideri.
- 06 IULIANUS libro sexto ex Minicio. 'Uinaria' uasa proprie uasa torcularia esse placet: dolia autem et serias tamdiu in ea causa esse, quamdiu uinum haberent, cum sine uino esse desinerent, in eo numero non esse<sup>6</sup>, quoniam ad alium usum transferri possent, ueluti si frumentum in his addatur. eandem causam amphorarum esse, ut, cum uinum habeant, tum in uasis uinariis, cum inanes sint, tum extra numerum uinagiorum sint, quia aliud in his addi possit.
- 07 AFRICANUS libro tertio quaestionum. 'Mercis' appellatione homines non contineri Mela ait: et ob eam rem mangones non mercatores sed uenaliarios appellari ait, et recte.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> solere (*Hal.*)? <sup>2</sup> diceretur (*edd.*)? <sup>3</sup> et magis placet] *fuit* et *penn* sui usus causa parata magis placere (*cf. D. 33, 9, 3, 6 cet.*) <sup>4</sup> seruos *del.* <sup>5</sup> iunctores (*Victorius: u. i.*)? <sup>6</sup> cum sine uino essent, desinere in eo numero esse (*similiter edd.*)?

2 *fu'n'ere F<sup>2</sup>* 3 *minu'e's 'res' consumere F<sup>4</sup>*  
 6 *domum] edd. ex u. 9, domo F* | his *F*  
 7 *hominib'us F<sup>2</sup>* 8 *quaestionem F<sup>1</sup>*  
 9 *qu'aeri soleret F<sup>2</sup>* 12 *qui'au'sque F<sup>2</sup>*  
 14 *sui] F<sup>2</sup>, cui F<sup>2</sup>* 15 *su'si F<sup>4</sup>* | *insularii F<sup>2</sup>*  
 18 *quisque 'e'misset F<sup>2</sup>* | *habere't atque eis ad aliquam rem utere'tur F<sup>2</sup>* | *ideomisset F<sup>1</sup>, ideomisset (uoluit ideo emisset) F<sup>2</sup>* 21 *iunctores] F, uictores XYMC, uectores O et sic ex libro R[ogerii] Hugolinus in X: οι στρωγγυοντες και οι δεσμογυντες τα οχηματα B, unde potest uideri excidisse uocabulum stratores ante iunc-*

*tores, quamquam fieri potest, ut duplici modo insolitum iunctoris uocabulum uerterit interpre. cf. glossae p. 483 Steph. ζευκτης iunctor. mihi praeferenda uidetur Victoriana emendatio, maxime propterea quod inter seruos a domino ad corporis cultum destinatos unctor aptius longe ponitur quam iunctor* 22 *numerarentur] numerarentur F<sup>2</sup>, num parentur F<sup>4</sup>* 23 *alfeni epitomarum F<sup>2</sup>* 26 *quarto ad epitomarum F* 27 *ubas F* 31 *transfere'i F<sup>4</sup>* 32 *si om. F<sup>1</sup>* | his 'ad' addatur *F<sup>2</sup>*



- 208 IDEM libro quarto quaestionum. 'Bonorum' appellatio, sicut hereditatis, uniuersitatem quandam ac ius successionis et non || singulas res demonstrat. B. 2, 2, 200 S  
L 458
- 209 FLORENTINUS libro decimo institutionum. 'Coram Titio' aliquid facere iussus non uidetur praesente eo fecisse, nisi is intellegat: itaque si furiosus aut infans sit aut dormiat, non uidetur coram eo fecisse. scire autem, non etiam uelle is debet: nam et inuito eo recte fit quod iussum est. B. 2, 2, 201 S
- 210 MARCIANUS libro septimo institutionum. Is, qui natus est ex mancipiis urbanis et missus est in uillam nutriendus, in urbanis seruis constituetur. B. 2, 2, 202 S
- 211 FLORENTINUS libro octauo institutionum. 'Fundi' appellatione omne aedificium et omnis ager continetur. sed in usu urbana aedificia 'aedes', rustica 'uillae' dicuntur. locus uero sine aedificio in urbe 'area', rure autem 'ager' appellatur. idemque ager cum aedificio 'fundus' dicitur. B. 2, 2, 203 S
- 212 ULPIANUS libro primo de adulteriis. 'Praeuaricatores' eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant et ex parte actoris in partem rei concedunt: a uaricando enim praeuaricatores dicti sunt. B. 2, 2, 204 S  
15
- 213 IDEM libro primo regularum. 'Cedere diem' significat incipere deberi pecuniam: 'uenire diem' significat eum diem uenisse, quo pecunia peti possit. ubi pure quis stipulatus fuerit, et cessit et uenit dies: ubi in diem, cessit dies, sed nondum uenit: ubi sub condicione, neque cessit neque uenit dies pendente adhuc condicione. 'Aes alienum' est, quod nos aliis debemus: 'aes suum' est, quod alii nobis debent. 'Lata culpa' est nimia negligentia, id est non intellegere quod omnes intellegunt. B. 2, 2, 205 S  
15
- 214 MARCIANUS libro primo publicorum iudiciorum. 'Munus' proprie est, quod necessarie obimus lege more imperioe eius, qui iubendi habet potestatem. 'dona' autem proprie sunt, quae nulla necessitate iuris officii et sponte praestantur: quae si non praestentur, nulla repraesentatio est et, si praestentur, plerumque laus inest. sed in summa hoc uentum est, ut non quodcumque munus, id et donum accipiatur, at quod donum fuerit, id munus recte dicatur. B. 2, 2, 206 S
- 215 PAULUS libro singulari ad legem Fufiam Caniniam. 'Potestatis' uerbo plura significantur: in persona magistratum imperium: in persona liberorum patria potestas: in persona serui dominium. at cum agimus de noxae deditioe cum eo qui seruum non defendit, praesentis corporis copiam facultatemque significamus. in lege Atinia in potestatem domini rem furtiuam uenisse uideri, et si eius iudicandae potestatem habuerit, Sabinus et Cassius aiunt. B. 2, 2, 207 S
- 216 ULPIANUS libro primo ad legem Aeliam Sentiam. Uerum est eum, qui in carcere clusus est, non uideri neque 'uinctum' neque 'in uinculis' esse, nisi corpori eius uincula sint adhibita. B. 2, 2, 208 S
- 217 IAUOLENUS libro primo ex posterioribus Labeonis. Inter illam condicionem 'cum dari potuerit' et 'postquam dari potuerit' multum interest: nam posteriorem scripturam uberiorem esse constat, 'cum dari potuerit' artiore et id tantummodo tempus significari, quo primum dari possit. Item ita data condicione 'illud facito in diebus', si nihil praeterea fuisset adiectum, in biduo condicionem impleri oportet. B. 2, 2, 209 S  
15  
Pon. 4, 2, 4 44
- 218 PAPINIANUS libro uicensimo septimo quaestionum. Uerbum 'facere' omnem omnino faciendi causam complectitur dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi. B. 2, 2, 210 P
- 219 IDEM libro secundo responsorum. In conuentionibus contrahentium uoluntatem potius quam uerba spectari placuit. cum igitur ea lege fundum uectigalem munitum B. 2, 2, 211 P  
45  
*F(XYMO)*

<sup>1</sup> fuit a uariando (cf. uol. I p. 83 n. 2)

2 non singulares F: οὐ τὰ καθ' ἑακτόν B. cf. Gai. 2, 97 8 serui's F<sup>2</sup> 11 ager'e' appellatur F<sup>2</sup> 13 qui om. F<sup>1</sup> 20 suum est] suum es F 24 officii et] scripsi, officii sed F. cf. D. 13, 6, 17, 3: officii magis quam neces-

sitatis 28 fufiam] F<sup>1</sup>, fufam F<sup>2</sup> 31 potestate'm' F<sup>1</sup> 32 iudicandae F 38 nam om. F<sup>2</sup> 39 constat'at' cum F<sup>2</sup> 42 septimo om. F<sup>1</sup>

cipes locauerint, ut ad heredem eius qui suscepit pertineret, ius heredum ad legatarium quoque transferri potuit.

- 220 CALLISTRATUS libro secundo quaestionum. 'Liberorum' appellatione nepotes [B. 2, 2, 212] P et pronepotes ceterique qui ex his descendunt continentur: hos enim omnes suorum appellatione lex duodecim tabularum comprehendit. totiens enim leges necessariam ducunt 5 | cognationem singulorum<sup>1</sup> nominibus uti (ueluti filii, nepotis, pronepotis ceterorumue qui ex f. 458<sup>1</sup> his descendunt), quotiens non omnibus, qui post eos sunt, praestitum uoluerint, sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent. at ubi non personis certis, non quibusdam gradibus praestatur, sed omnibus, qui ex eodem genere orti sunt, liberorum appellatione 1 comprehenduntur. Sed et Papirius Fronto libro tertio responsorum ait praedio cum uilico 10 et contubernali eius et filiis legato nepotes quoque ex filiis contineri, nisi uoluntas testatoris aliter habeat: filii enim appellatione saepe et nepotes accipi multifariam placere. Diuus 2 quoque Marcus rescripsit non uideri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem 3 reliquit. Praeter haec omnia natura nos quoque docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo et uoto uxores ducunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis descen- 15 dunt continere: nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros quam filii appellare. etenim idcirco filios filiasue concipimus atque edimus, ut ex prole eorum earumue diurnitatis nobis memoriam in aeuum relinquamus.
- 221 PAULUS libro decimo responsorum. Paulus respondit falsum tutorem eum [B. 2, 2, 218] P uere dici, qui<sup>2</sup> tutor non est, siue habenti<sup>3</sup> tutor datus est sine non: sicut falsum testa- 20 mentum, quod testamentum non est, et modius iniquus, qui modius non est.
- 222 HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum. 'Pecuniae' nomine non so- [B. 2, 2, 214] P lum numerata pecunia, sed omnes res tam soli quam mobiles et tam corpora quam iura 24 continentur.
- 223 PAULUS libro secundo sententiarum. Latae culpae finis est non intellegere id quod P 1 omnes intellegunt. 'Amicos' appellare debemus non leui notitia coniunctos, sed [B. 2, 2, 215] quibus fuerint in iura cum patre familias honestis familiaritatis quaesita rationibus<sup>4</sup>.
- 224 UENULEIUS libro septimo stipulationum. 'Uinculorum' appellatione uel pri- [B. 2, 2, 216] P uata uel publica uincula significant, 'custodiae' uero tantum publicam custodiam. 29
- 225 TRYPHONINUS libro primo disputationum. 'Fugitiuus' est non is, qui solum [B. 2, 2, 217] P consilium fugiendi a domino suscepit, licet id se facturum iactauerit, sed qui ipso facto fugae initium mente deduxerit<sup>5</sup>. nam et furem adulterum aleatorem quamquam aliqua 35 significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset, ut etiam is<sup>6</sup>, qui numquam alienam rem inuito domino subtraxerit, numquam alienam matrem familias corruerit, <sup>7</sup>si modo eius mentis sit, ut occasione data id commissurus sit, tamen oportere 35 eadem haec crimina adsumpto actu intellegi. et ideo fugitium quoque et erroneum non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intellegi constat.
- 226 PAULUS libro primo manualium. Magna negligentia culpa est: magna culpa [B. 2, 2, 218] P dolus est. 39
- 227 IDEM libro secundo manualium. Ex illa parte edicti 'tum quem ei heredem [B. 2, 2, 219] P F(XYMOC)

<sup>1</sup> necessarium ducunt cognationem singularum (*Budaeus*)? <sup>2</sup> eum dici, qui uere (*Bynkershoek*)? <sup>3</sup> tutorem *ins.* (*similiter edd.*) <sup>4</sup> quibus fuerint uincula cum patre familias familiaritatis honestis quaesita rationibus? <sup>5</sup> fugae uitium mentis detexerit? <sup>6</sup> ut etiam is] etiam? <sup>7</sup> numquam alea luserit *ins.*

3 nepotes F<sup>2</sup> 5 docent F 6 nepotes pronepotes F<sup>1</sup> 7 uoluerit F<sup>o</sup> 8 quas F<sup>1</sup> 10 comprahenduntur F<sup>2</sup> | uilico F<sup>2</sup> 14 praeter] propter F<sup>1</sup> 15 du'ncunt F<sup>4</sup> 16 contineri F 17 concepimus F 18 aeuum] aedem F<sup>1</sup> 20 qui om. F<sup>1</sup> | sicut] sicum F<sup>1</sup> 27 quibus fuerint (fuerit X<sup>o</sup>) in (in om. XYMOC) iura ... rationibus] FXYMOC, nec aliter legerunt Graeci: τοὺς ἔχοντάς τι δίκαιον μεθ'

ἡμῶν ἐκ δικάϊου λογισμοῦ καὶ προφάσεως εὐλόγου B 28 appellatio'ne' uel F<sup>2</sup> 29 signifi- can't F<sup>2</sup> 31 domini F<sup>o</sup> | qui] F<sup>1</sup> et f, quin F<sup>2</sup>, qui in XYMO'C, quid in O<sup>o</sup> 32 initium mente deduxerit] FM, uitium mentis deduxerit XYOC 34 nonquam alienam rem F 35 commissurus F 40 tum quem ei (quem mei F<sup>2</sup>) heredem esse oportet] τότε ὄνπερ χρῆ εἶναι κληρονόμον B

- 1 'esse oportet' heredis heredibus bonorum possessio non defertur. Item in substitutione his uerbis 'quisquis mihi heres erit' proximus heres tantum significatur: immo non tantum proximus heres, sed etiam scriptus.
- 228 IDEM libro singulari de cognitionibus. 'Municipes' intellegendi sunt et qui in eodem municipio nati sunt. [B. 2, 2, 220]
- 229 IDEM libro singulari de tacitis fideicommissis. 'Transacta finitane' intelligere debemus non solum<sup>1</sup> quibus controuersia fuit, sed etiam quae sine controuersia sint possessa: [B. 2, 2, 221]
- 230 IDEM libro singulari ad senatus consultum Orfitianum. ut sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita. [B. 2, 2, 221]
- 231 IDEM libro singulari ad senatus consultum Tertullianum. Quod dicimus eum, qui nasci speratur, pro superstitite esse, tunc uerum est, cum de ipsius iure quaeritur: aliis autem non prodest nisi natus. [B. 2, 2, 222]
- 232 GAIUS libro primo de uerborum obligationibus. Haec enuntiatio 'quae sunt pluris aureorum triginta' simul et quantitatis et aestimationis significatiua est. [B. 2, 2, 223]
- 233 IDEM libro primo ad legem duodecim tabularum. 'Si caluitur': et<sup>2</sup> moretur et frustretur inde et calumniatores appellati sunt, quia<sup>3</sup> per fraudem et frustrationem alios uexarent litibus: inde et caullatio dicta est. Post kalendas Ianuarias die tertio pro salute principis nota suscipiuntur. 'Telum' uolgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur, quod mittitur manu: ita sequitur, ut et lapis et lignum et ferrum hoc nomine contineatur: dictumque ab eo, quod in longinquum mittitur, Graeca uoce figuratum ἀπό τοῦ τηλοῦ. et hanc significationem inuenire possumus et in Graeco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant ἀπό τοῦ βάλλεσθαι. admonet nos Xenophon<sup>4</sup>, nam ita scribit: καὶ τὰ βέλη ὁμοίε ἐφέρετο, λόγῳ τοῦ ἐξέματα σφενδόνας, πλείστοι δὲ καὶ λίθοι. et id, quod ab arcu mittitur, apud Graecos quidem proprio nomine τόξευμα uocatur, apud nos autem communi nomine telum appellatur. [L. 4, 18, 5] [B. 2, 2, 224]
- 234 IDEM libro secundo ad legem duodecim tabularum. Quos nos hostes appellamus, eos ueteres 'perduelles' appellabant, per eam adiectionem indicantes cum quibus bellum esset. 1 'Locuples' est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. Uerbum 'uiuere' quidam putant ad cibum pertinere: sed Otilius ad Atticum ait his uerbis et uestimenta et stramenta contineri, sine his enim uiuere neminem posse. [B. 2, 2, 225]
- 235 IDEM libro tertio ad legem duodecim tabularum. 'Ferri' proprie dicimus, quae quis suo corpore baiulat: 'portari' ea, quae quis iumento secum ducit: animalia sunt. 'Fabros tignarios' dicimus non eos dumtaxat, quiigna dolarent, sed omnes qui aedificarent. [B. 2, 2, 226]
- 236 IDEM libro quarto ad legem duodecim tabularum. Qui 'uenenum' dicit, adicere debet, utrum malum an bonum: nam et medicamenta uenena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum esset, mutat. cum id, quod nos uenenum appellamus, Graeci φάρμακον dicunt, apud illos quoque tam medicamenta

F(XYMOG)

<sup>1</sup> idem Graeci (οἷς ἀμφιβήτησις γέρονε B): de ins. (edd.) <sup>2</sup> et del. <sup>3</sup> qui (edd.)?  
<sup>4</sup> Anab. 5, 2, 14 <sup>5</sup> ὁμοῦ Xen. et Inst. <sup>6</sup> δὲ καὶ] sic etiam Inst., δ' ἐκ τῶν χειρῶν Xen.

1 no'n' defertur F<sup>2</sup> | in del. F<sup>2</sup> 11 tertullianum F 12 s'peratur F<sup>2</sup> 14 e'nuntiatio F<sup>2</sup> 18 cabillatio F 20 non minus] adsciu' ex F inferiore loco (u. ad u. 23), nunc hoc loco F, et Inst. | quod manu cuiusdam mittitur sequitur ergo ut Inst. 23 post appellant ins. eoque nomine uolgo quidem id significatur quod ab arcu mittitur sed non minus omne significatur quod cum (fuit opi-

nor cuius, u. ad u. 20) mittitur manu F, quae repetita ex u. 19 seq. recte omittunt Inst. 24 χεροφῶν F | scripsit Inst. 25 arca F<sup>2</sup> 26 apud om. F<sup>2</sup> 28 quod F<sup>2</sup> 30 est F<sup>2</sup> | idoneae F 31 petet F<sup>2</sup> | uerbor'um F<sup>2</sup> 35 suo's corpore F<sup>2</sup> | baiolat F<sup>2</sup>, baiolat F<sup>2</sup> | q'uis F<sup>2</sup> 36 t'ignarios F<sup>2</sup>: τεκτόνας ἱγλων B | digna F<sup>2</sup>, ligna F<sup>2</sup>: τὰ ἱγλα B 37 qu'i' aedificarent F<sup>2</sup> 40 continer'ur F<sup>2</sup>

quam quae nocent, hoc nomine continentur: unde adiectione alterius nomine<sup>1</sup> distinctio fit. admonet nos summus apud eos poetarum Homerus<sup>2</sup>: nam sic ait.

ΦΑΡΜΑΚΑ, ΠΟΛΛΑ ΜΕΝ ἘΘΛΑ ΜΕΜΙΓΜΕΝΑ, ΠΟΛΛΑ ΔΕ ΛΥΓΓΑ.

- 1 'Glandis' appellatione omnis fructus continetur, ut Iauolenus ait, exemplo Graeci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellatur. 5
- 237 IDEM libro quinto ad legem duodecim tabularum. Duobus negatiuis uerbis [B. 2, 2, 228] P quasi permittit lex magis quam prohibuit: idque etiam Seruius animaduertit.
- 238 IDEM libro sexto ad legem duodecim tabularum. 'Plebs' est ceteri ciues sine [B. 2, 2, 229] P  
1 2 senatoribus. 'Detestatum' est testatione denuntiatum. 'Pignus' appellatum a pugno, quia res, quae pignori dantur, manu traduntur. unde etiam uideri potest uerum esse, quod qui- 10  
3 dam putant, pignus proprie rei mobilis constitui. 'Noxiae' appellatione omne delictum continetur.
- 239 POMPONIUS libro singulari enchiridii. 'Pupillus' est, qui, cum impubes est, [B. 2, 2, 230] Pf  
1 desit in patris potestate esse aut morte aut emancipatione. 'Seruorum' appellatio ex eo 14  
fluxit, quod imperatores nostri captiuos nenjdere ac per hoc seruare nec occidere solent. f. 459'  
2 'Incola' est, qui aliqua regione domicilium suum contulit: quem Graeci πάροικον appellant. nec tantum hi, qđi in oppido morantur, incolae sunt, sed etiam qui alicuius oppidi finibus  
3 ita agrum habent, ut in eum se quasi in aliquam sedem recipiant. 'Munus publicum' est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos uniuersosque ciues remque eorum  
4 imperio magistratus extraordinarium peruenit. 'Aduena' est, quem Graeci ἀποικον appellant. 20  
5 'Decuriones' quidam dictos aiunt ex eo, quod initio, cum coloniae deducerentur, decima  
6 pars eorum qui ducerentur consilii publici gratia conscribi solita sit. 'Urbs' ab [BS. 16, 4, 21] urbo appellata est: urbare est aratro definire. et Uarus ait urbem appellari curua- (BS)  
7 turam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet. 'Oppidum' ab ope dicitur, quod eius  
8 rei causa moenia sint constituta. 'Territorium' est uniuersitas agrorum intra fines cuius- 25  
que ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus eius loci intra eos fines  
9 terrendi, id est summonendi ius habent. Uerbum 'suum' ambiguum est, utrum de toto an de parte significat. et ideo qui iuret<sup>3</sup> suum non esse, adicere debet neque sibi comunem esse. 29
- 240 PAULUS ex libris sex libro primo imperialium sententiarum in cognitionibus [B. 2, 2, 231] A  
prolatarum. Cum quaerebatur, an uerbum 'soluti matrimonio dotem reddi' non tantum diuortium, sed et mortem contineret, hoc est an de hoc quoque casu contrahentes senti-  
rent, et multi putabant hoc sensisse, et quibusdam aliis contra uidebatur: secundum<sup>4</sup>: hoc motus imperator pronuntiauit id actum eo pacto, ut nullo casu remaneret dos apud  
maritum. 35
- 241 QUINTUS MUCIUS SCAEUOLA libro singulari ὄρων. In 'rutis' [B. 2, 2, 232. BS. 15, 4, 5 sch. 35] A  
'caesis' ea sunt, quae terra non tenentur quaeque opere structili tectorioe non continentur.
- 242 IAUOLENUS libro secundo ex posterioribus Labeonis. Malum nauis esse partem, arte- \*S  
monem autem non esse Labeo ait, quia pleraeque naues sine malo inutiles essent, ideoque  
1 pars nauis habetur: artemo autem magis adiectamento quam pars nauis est. Inter [B. 2, 2, 235] 40  
'proiectum' et 'immissum' hoc interesse ait Labeo, quod proiectum esset id quod ita proueheretur ut nusquam requiesceret, qualia maeniana et suggrundae essent: immissum autem,  
F(XYMOG)

<sup>1</sup> nominis (edd.)?    <sup>2</sup> *Odyss.* 4, 230    <sup>3</sup> seruum *ins.*    <sup>4</sup> *desunt rationes ab utraque parte prolatae*

5 arborum] *expectamus* glandium uel arboreorum, sed ne muta. non solum B: τῷ ὀνόματι τῶν ἀκρόδρυων (ἀηλοῦται) πάντα τὰ δένδρα, sed etiam *Cyrrilliana glossae p. 373 Steph. sic: ἀκρόδρυον* caecumen rami, *similiterque usurpatur alibi* 6 negatibus F<sup>2</sup>, negatibus F<sup>1</sup> 10 uideri bis F<sup>2</sup> | uerbum F<sup>2</sup> | quod *om. F* 14 desit s't F<sup>2</sup> 16 suum *del. F*<sup>2</sup> 18 monus F<sup>1</sup>

19 tiues F<sup>1</sup> 23 urbem F<sup>1</sup> 27 habet F<sup>2</sup> 30 libris] F<sup>2</sup>, libro's' F<sup>2</sup> 32 sentirent] *Hal.*, sentient F<sup>2</sup> 33 secundum hoc motus] *FM*, secundum hoc titus (titius X) *XOC*, secundum hoc (*om. motus*) Y: ad secundum hoc *notat Hugolinus in X*: in libro R[ogerii] sic, in libro al. ob hec 41 prouehere'tur F<sup>2</sup> 42 suggrundae] *Hal.*, suggrunda F

- 2 quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, ueluti tigna trabes quae inmitteretur<sup>1</sup>. Plumbum, quod tegulis poneretur<sup>2</sup>, aedificii esse ait Labeo: sed id, quod hypaethri tegendi causa poneretur, contra esse. 'Uiduam' non solum eam, quae aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quae uirum non habuisset, appellari ait Labeo: quia uidua sic dicta est quasi uecors, uesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter uiduam dictam esse sine duitate. Straturam loci alicuius ex tabulis factis<sup>3</sup>, quae aestate tollerentur et hieme ponerentur, aedium esse ait Labeo, quoniam perpetui usus paratae essent: neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.
- 243 SCAEUOLA libro octauo decimo digestorum. Scaeuola respondit: semper acceptum est, ut libertorum appellatione etiam hi contineri intellegantur, qui eodem testamento uel posteriore loco manumitterentur, nisi manifeste is, a quo peteretur, contra defuncti uoluntatem doceret peti. B. 2, 2, 234 A
- 244 LABEO libro quarto pithanon a Paulo epitomatorum. Si qua poena est, multa est: si qua multa est, poena est. PAULUS: utrumque eorum falsum est. namque harum rerum dissimilitudo ex hoc quoque apparet, quod de poena prouocatio non est: simul atque enim uictus quis est eius maleficii, cuius poena est statuta, statim ea debetur. at multae prouocatio est, nec ante debetur, quam aut non est prouocatum aut prouocator uictus est: nec aliter quam || si is dixit, cui dicere licet. ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit, quia poenae certae singulorum peccatorum sunt, multae contra, quia eius iudicis potestas est, quantam dicat, nisi cum lege est constitutum quantam dicat. B. 2, 2, 235 A
- 245 POMPONIUS libro decimo epistularum. Statuae adfixae basibus structilibus aut tabulae religatae catenis aut erga parietem adfixae aut si similiter cohaerent lychni, non sunt aedium: ornatus enim aedium causa parantur, non quo aedes perficiantur. idem Labeo ait. Prothyrum, quod in aedibus iterum qui<sup>4</sup> fieri solet, aedium est. B. 2, 2, 236 A
- 246 IDEM libro sexto decimo epistularum. \*Apud Labeonem pithanon ita scriptum est: exhibet, qui praestat eius de quo agitur praesentiam. nam etiam qui sistit, praestat eius de quo agitur praesentiam, nec tamen eum exhibet: et qui mutum aut furiosum aut infantem exhibet, non potest uideri eius praestare praesentiam: nemo enim ex eo genere praesens satis apte appellari potest. Restituit non tantum, qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem<sup>5</sup> condicionemque reddita causa praestet: et tota restitutio iuris est interpretatio. B. 2, 2, 237 A

## XVII.

## R DE DIUERSIS REGULIS IURIS ANTIQUI R

SAPF

- 1 PAULUS libro sexto decimo ad Plautium. Regula est, quae rem quae est breuiter enarrat. non ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat. per regulam *F(XYMO)* [cuius manu antiqua deficit u. 13 in poena est multa] C) B. 2, 2, 1 E

<sup>1</sup> trabesque quae inmitterentur (Cramer)? <sup>2</sup> tegulis interponeretur (= τροναιετα)?  
<sup>3</sup> factam (edd.)? <sup>4</sup> iterum qui] plerumque? <sup>5</sup> non omnino recte *similiae adierit Pomponius* (Ad. Schmidt *interd.* p. 48) <sup>6</sup> restituit non qui solum corpus tantum sed qui etiam omnem rem (cf. l. 35 h. t. al.)?

1 plumbum quod tegulis poneretur] ἢ τὴν κρένην κέποινα μόλιβδος B 2 hypaethri h' rhi F<sup>3</sup> 5 u'a'ecors F<sup>2</sup> 6 straturam] τὰ ποῦλιπα B. cf. *Stattius silu.* 1, 5, 57: strata solo ... tabulata 11 is] eis F<sup>2</sup>, his F<sup>2</sup> | peterentur F | contra 'uoluntate' defuncti uoluntatem F<sup>4</sup> 13 multa est si qua multa est poena est om. F<sup>2</sup> 16 at] aut F: ἐνὶ δὲ τοῦ προθύρου B 17 prouocatur F 19 qui'a' poenae F<sup>2</sup> | si'n'gulo-rum F<sup>4</sup> | eius] F<sup>2</sup>, eros F<sup>2</sup> 20 nisi ... dicat om. F<sup>2</sup>, uertunt B 22 relegatae F 24 ite-

rum qui] FYC, iterum quod X, interdum M. cf. D. 33, 7, 12, 23: prothyrum domus, si uelamen est, instrumento domus continetur | fieri F<sup>2</sup> 26 agitur qu' praes. F<sup>4</sup> 29 apte] XY<sup>2</sup>C, acte FY<sup>2</sup>?, aperte M | restituit non tantum qui solum corpus sed etiam qui omnem rem condicionemque reddita causa praestet] ἀποκαθιστάν δοκεῖ ὁ μὴ μόνον τὸ σώμα τοῦ ζητούμενου, ἀλλὰ καὶ ὅλην τὴν τοῦ σώματος αἰτίαν καὶ τυχὴν διαφορὰ B 30 inter-pretatio F<sup>2</sup> 34 quae rem] quae rem F<sup>2</sup>

lam igitur brevis rerum narratio traditur, et, ut ait Sabinus, quasi causae coniectio est, quae simul cum in aliquo uitata est, perdit officium suum.

- 2 ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Feminae ab omnibus officiis ciuilibus uel [B. 2, 3, 2] S publicis remotae sunt et ideo nec iudices esse possunt nec magistratum gerere nec postu- 1 lare nec pro alio interuenire nec procuratores existere. Item impubes omnibus [Ep. 4, 29] S officiis ciuilibus debet abstinere.
- 3 IDEM libro tertio ad Sabinum. Eius est nolle, qui potest [B. 2, 3, 3. BS. 28, 8, 2 sch. 11] S uelle.
- 4 IDEM libro sexto ad Sabinum. Uelle non creditur, qui obsequitur imperio [B. 2, 3, 4] S patris uel domini. 10
- 5 PAULUS libro secundo ad Sabinum. In negotiis contrahendis alia causa habita [B. 2, 3, 5] S est furiosorum, alia eorum qui dari possunt, quamuis actum rei non intellexerent: nam furiosus nullum negotium contrahere potest, pupillus omnia tutore auctore agere [Ep. 4, 29] S potest. 14
- 6 ULPIANUS libro septimo ad Sabinum. Non uult heres esse, qui ad alium trans- [B. 2, 3, 6] S ferre uoluit hereditatem.
- 7 POMPONIUS libro tertio ad Sabinum. Ius nostrum non patitur eundem in pa- [B. 2, 3, 7] S ganis et testato et intestato decessisse: earumque rerum naturaliter inter se pugna est 'testatus' et 'intestatus'. 19
- 8 IDEM libro quarto ad Sabinum. Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi pos- [B. 2, 3, 8] S sunt.
- 9 ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum. Semper in obscuris [B. 2, 3, 9. Ep. 3, 19] S quod minimum est sequimur.
- 10 PAULUS libro tertio ad Sabinum. Secundum naturam est commoda cuiusque [B. 2, 3, 10] S rei eum sequi, quem sequentur incommoda. 25
- 11 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Id, quod nostrum est, [B. 2, 3, 11. Ep. 3, 15 sch. 14] S sine facto nostro ad alium transferri non potest.
- 12 PAULUS libro tertio ad Sabinum. In testamentis plenius uoluntates testan- [B. 2, 3, 12] S tium interpretamur. 29
- 13 ULPIANUS libro nono decimo ad Sabinum. Non uidetur cepisse, qui per ex- [B. 2, 3, 13] S ceptionem a petitione remouetur.
- 14 POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. In omnibus obligationibus, in quibus [B. 2, 3, 14] S dies non ponitur, praesenti die debetur.
- 15 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Is, qui actionem habet ad rem recipe- [B. 2, 3, 15] S randam, ipsam rem habere uidetur. 35
- 16 ULPIANUS libro uicensimo primo ad Sabinum. Imaginaria uenditio non est [B. 2, 3, 16] S pretio accedente.
- 17 ¶ IDEM libro uicensimo tertio ad Sabinum. Cum tempus in testamento adi- [B. 2, 3, 17] S citur, credendum est pro herede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicuti in stipu- lationibus promissoris gratia tempus adicitur. 40
- 18 POMPONIUS libro sexto ad Sabinum. Quae legata mortuis nobis ad heredem [B. 2, 3, 18] S nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus: aliter atque quod stipulati sumus, nam et sub condicione stipulantes omnimodo eis adquirimus, etiamsi liberatis nobis potestate domini<sup>2</sup> condicio existat.

F(XYMC)

<sup>1</sup> testatus et intestatus del. (Hal.)    <sup>2</sup> domini] demum (A. Faber)?

1 coniectio] κύναεσμος B    2 perdit' offi-  
cium F<sup>2</sup>: ὅστις (ὁ κανὼν) ἀμα τῷ περὶ τι  
πταίται οὐ χμαίνει τὸ ὑποκείμενον B    7 nolle]  
sic XMC cum B: ἐκείνου ἐστὶ τὸ μὴ θέλειν,  
non nulle FY    9 creditor F<sup>2</sup>    11 habita]  
habea F<sup>2</sup>    18 inter'e se F<sup>2</sup>    19 et] est F<sup>2</sup>

24 commoda'm' cui. F<sup>2</sup>    29 interpretamur]  
dett. quidam cum B: ἐρμηνεύομεν, interpretantur  
F<sup>2</sup>XYMC, interpretaentur F<sup>2</sup>    42 transeunt'  
eorum F<sup>2</sup> | pote'state' sumus F<sup>2</sup>    43 stipu-  
latu sumus F<sup>2</sup>    44 post existat repetit' si  
filius familias sub condicione stipulatus eman-

- 19 ULPIANUS libro uicensimo quarto ad Sabinum. Qui cum alio contrahit, uel [B. 2, 3, 19] S est uel debet esse non ignarus condicionis eius: heredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum legatariis contrahit. Non solet exceptio doli nocere his, quibus uoluntas testatoris non refragatur.
- 20 POMPONIUS libro septimo ad Sabinum. Quotiens dubia interpretatio libertatis [B. 2, 2, 20] S est, secundum libertatem respondendum erit.
- 21 ULPIANUS libro uicensimo septimo ad Sabinum. Non debet, cui plus licet, [B. 2, 3, 21] S quod minus est non licere.
- 22 IDEM libro uicensimo octauo ad Sabinum. In personam seruilem nulla cadit [B. 2, 3, 22] S obligatio. Generaliter probandum est, ubicumque in bonae fidei iudiciis confertur in arbitrium domini uel procuratoris eius condicio, pro boni uiri arbitrio hoc habendum esse.
- 23 IDEM libro uicensimo nono ad Sabinum. Contractus quidam dolum malum [B. 2, 3, 23] S dumtaxat recipiunt, quidam et dolum et culpam. dolum tantum: depositum et precarium. dolum et culpam mandatum, commodatum, uenditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelae, negotia gesta: in his quidem et diligentiam. societas et rerum communio et dolum et culpam recipit. sed haec ita, nisi si quid nominatim conuenit (uel plus uel minus) in singulis contractibus: nam hoc seruabitur, quod initio conuenit (legem enim contractus dedit), excepto eo, quod Celsus putat non ualere, si conuenerit, ne dolum praestetur: hoc enim bonae fidei iudicio contrarium est: et ita utimur. animalium uero casus mortisque, quae sine culpa accidunt, fugae seruorum qui custodiri non solent, rapinae, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus praedonum a nullo praestantur.
- 24 PAULUS libro quinto ad Sabinum. Quatenus cuius intersit, in facto, non in [B. 2, 3, 24] S iure consistit.
- 25 POMPONIUS libro undecimo ad Sabinum. Plus cautionis in re est quam in [B. 2, 3, 25] S persona.
- 26 ULPIANUS libro trigensimo ad Sabinum. Qui potest inuitis alienare, multo [B. 2, 3, 26] S magis et ignorantibus et absentibus potest.
- 27 POMPONIUS libro sexto decimo ad Sabinum. Nec ex praetorio nec ex sol- [B. 2, 3, 27] S lemnii iure priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quamuis obligationum causae pactione possint immutari et ipso iure et per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus uel lege uel per praetorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc, cum inchoatur actio, inter eos conuenit.
- 28 ULPIANUS libro trigensimo sexto ad Sabinum. Diuus Pius rescipit [D. 23, 3, 33. B. 2, 3, 28] S eos, qui ex liberalitate conueniuntur, in id quod facere possunt condemnandos.
- 29 PAULUS libro octauo ad Sabinum. Quod initio uitiosum est, non potest tractu [B. 2, 3, 29] S temporis conualescere.
- 30 ULPIANUS libro trigensimo sexto ad Sabinum. Nuptias non con- [D. 35, 1, 15. B. 2, 3, 30] S cubitus, sed consensus facit.
- 31 IDEM libro quadragensimo secundo ad Sabinum. Uerum est neque pacta ne- [B. 2, 3, 31] S

## F(XYMC)

cipatus fuerit, deinde extiterit condicio, patri actio competit, quia in stipulationibus id tempus spectatur quo contrahimus (scilicet D. 45, 1, 78 pr.) X<sup>4</sup> (manu saec. XIV) ex meis solus 5 interpretatio libertatis] ἑρμηνεία ἐλευθερίας B 7 non] no F 9 nulla m cadit obligatio F<sup>4</sup>: οὐκ ἐνεχεται οὐδέ ἐνεχοποιεῖ B 10 bon'a'e F<sup>2</sup> 15 locatum item dotis datio tutelae negotia gesta in his quidem (sic FXYMC) et diligentiam ... 17 recipit] μισθώσεως ἑκμισθώσεως (= locatum conductum) προικός δόσεως καὶ τῆς ἐπιτροπῆς καὶ τῆς διοικήσεως τῶν ἄλλο-

τρίων πραγμάτων· ἐν τοῦτοις δὲ καὶ ἐπιμέλεια. ἢ δὲ κοινῶν δόλων καὶ ἀμέλειαν (significatur diligentia: culpa supra est ῥαθυμία) ἀπαιτεῖ B 18 legem enim contractus dedit] quasi esset naturam contractibus dedit uertitur: φύσιν διδοῦσι τοῖς συναλλάγμασιν B 21 mortisque quae (quaeque F) sine culpa accidunt (accidunt F)] edd. cum Graecis: τὰ τυχηρὰ τῶν ἀλόγων καὶ τῶν χωρὶς ῥαθυμίας θάνατον καὶ τὴν φύγην τῶν ... δούλων B 32 conuenti] F<sup>2</sup>, conuentione F<sup>2</sup> 35 libro sexto D. l. gem. male 39 libro trigensimo quinto D. l. gem. male

- que stipulationes factum posse tollere: quod enim impossibile est, neque pacto neque stipulatione potest comprehendi, ut utilem actionem aut factum efficere possit.
- 32 IDEM libro quadragesimo tertio ad Sabinum. Quod attinet ad B. 2, 3, 32. Ep. 2 sch. 9. 10 *S*  
ius ciuile, serui pro nullis habentur: non tamen et iure naturali, quia, quod ad ius natu-  
rale attinet, omnes ¶ homines aequales sunt. q. 98 f. 461
- 33 POMPONIUS libro uicensimo secundo ad Sabinum. In eo, quod uel is qui B. 2, 3, 33 *S*  
petit uel is a quo petitur lucri facturus est, durior causa est petitoris.
- 34 ULPIANUS libro quadragesimo quinto ad Sabinum. Semper in stipulationibus B. 2, 3, 34 *S*  
et in ceteris contractibus id sequimur, quod actum est: aut, si non pareat quid actum est,  
erit consequens, ut id sequamur, quod in regione in qua actum est frequentatur. quid 10  
ergo, si neque regionis mos appareat, quia uarius fuit? ad id, quod minimum est, redi-  
genda summa est.
- 35 IDEM libro quadragesimo octauo ad Sabinum. Nihil tam naturale est quam BS. 16, 4, 21 *S*  
eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est. ideo uerborum obligatio uerbis tollitur:  
nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur. 15
- 36 POMPONIUS libro uicensimo septimo ad Sabinum. Culpa est immiscere se B. 2, 3, 36 *S*  
rei ad se non pertinenti.
- 37 ULPIANUS libro quinquagesimo primo ad Sabinum. Nemo, qui condemnare B. 2, 3, 37 *S*  
potest, absolueri non potest. 19
- 38 POMPONIUS libro uicensimo nono ad Sabinum. Sicuti poena ex delicto de- B. 2, 3, 38 *S*  
functi heres teneri non debeat, ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset.
- 39 IDEM libro trigensimo secundo ad Sabinum. In omnibus causis pro facto ac- B. 2, 3, 39 *S*  
cipitur id, in quo per alium morae<sup>1</sup> sit, quo minus fiat.
- 40 IDEM libro trigensimo quarto ad Sabinum. Furiosi uel eius, cui bonis inter- B. 2, 3, 40 *S*  
dictum sit, nulla uoluntas est. 25
- 41 ULPIANUS libro uicesimo sexto ad edictum. Non debet actori licere, quod B. 2, 3, 41 *S*  
1 reo non permittitur. In re obscura melius est fauere repetitioni quam aduen-  
ticio lucro. Ep. 8, 18
- 42 GAIUS libro nono ad edictum prouinciale. Qui in alterius locum succedunt, B. 2, 3, 42 *S*  
iustam habent causam ignorantiae, an id quod peteretur deberetur. fideiussores quoque 30  
non minus quam heredes iustam ignorantiam possunt allegare. haec ita de herede dicta  
sunt, si cum eo agatur, non etiam si agat: nam plane qui agit, certus esse debet, cum  
sit in potestate eius, quando uelit experiri, et ante debet rem diligenter explorare et tunc  
ad agendum procedere. 34
- 43 ULPIANUS libro uicensimo octauo ad edictum. Nemo ex his, qui negant se B. 2, 3, 43 *S*  
1 debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impedit. Quotiens concurrunt plures  
actiones eiusdem rei nomine, una quis experiri debet.
- 44 IDEM libro uicensimo nono ad edictum. Totiens<sup>2</sup> in heredem D. 14, 4, 9, 2. B. 2, 3, 44 *S*  
damus de eo quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens  
ex suo. 40
- 45 IDEM libro trigensimo ad edictum. Neque pignus neque depositum neque B. 2, 3, 45 *S*  
1 precarium neque emptio neque locatio rei suae consistere potest. Priuatorum conuentio  
iuri publico non derogat.
- 46 GAIUS libro decimo ad edictum prouinciale. Quod a quoquo poenae nomine B. 2, 3, 46 *S*  
exactum est, id eidem restituere nemo cogitur. 45

*F(XYMC)*

<sup>1</sup> mora (*Hal.*)?    <sup>2</sup> enim *ins. l. gem.*

2 factum] *FXYMC*: pactum legit *interpres*:  
οὔτε ἐκ τοῦτοῦ τοῦ συμφώνου (= neque pacto  
potest comprehendi) ἀγωγῆ ἢ πᾶκτον ἀρμόζει  
(= ut actionem aut pactum efficere possit) *B*  
14 calligatum *F*<sup>1</sup> 19 potest absolueri non

potest] *F*, non potest absolueri potest *XYMC*  
23 per alium morae sit] *F*, alium perhor-  
rescit *XYM*, alium processit *C*: τὸ παρ' αἰτίας  
ἄλλοῦ μὴ γινόμενον *B* 27 fabere *F*<sup>1</sup>  
30 iusta'm' *F*<sup>2</sup> 35 negat *F* 44 quoque *F*<sup>2</sup>



- 47 ULPIANUS libro trigensimo ad edictum. Consilii non fraudulentum nulla obligatio est: ceterum si dolus et calliditas intercessit, de dolo actio competit. Socii mei socius meus socius non est. [B. 2, 3, 47] S [D. 17, 2, 20]
- 48 PAULUS libro trigensimo quinto ad edictum. Quid quid in calore iracundiae uel fit uel dicitur, non prius ratum est, quam si persenerantia apparuit iudicium animi fuisse. ideoque breui reuersa uxor<sup>1</sup> nec diuertisse uidetur. [D. 24, 2, 3. B. 2, 3, 48. Ep. 3, 10 sch. 9] S
- 49 ULPIANUS libro trigensimo quinto ad edictum. Alterius circumuentio alii non praebet actionem. [B. 2, 3, 49] S
- 50 PAULUS libro trigensimo nono ad edictum. Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest. [B. 2, 3, 50] S
- 51 GAIUS libro quinto decimo ad edictum prouinciale. Non uidetur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere. [B. 2, 3, 51] S
- 52 ULPIANUS libro quadragensimo quarto ad edictum. Non defendere uidetur non tantum || qui latitat, sed et is qui praesens negat se defendere aut non uult suscipere actionem. [B. 2, 3, 52] S
- 53 PAULUS libro quadragensimo secundo ad edictum. Cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est. [B. 2, 3, 53] S
- 54 ULPIANUS libro quadragensimo sexto ad edictum. Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse haberet. [B. 2, 3, 54] S
- 55 GAIUS libro secundo de testamentis ad edictum urbicum. Nullus uidetur dolo facere, qui suo iure utitur. [B. 2, 3, 55] S
- 56 IDEM libro tertio de legatis ad edictum urbicum. Semper in dubiis benigniora praeferranda sunt. [B. 2, 3, 56] S
- 57 IDEM libro octauo decimo ad edictum prouinciale. Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. [B. 2, 3, 57] S
- 58 ULPIANUS libro secundo disputationum. Ex poenalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari. [B. 2, 3, 58] S
- 59 IDEM libro tertio disputationum. Heredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus, constat. [B. 2, 3, 59] S
- 60 IDEM libro decimo disputationum. Semper qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur. sed et si quis ratum habuerit quod gestum est, obstringitur mandati actione. [B. 2, 3, 60. Ep. 3, 15] S
- 61 IDEM libro tertio opinionum. Domum suam reficere unicuique licet, dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet. [B. 2, 3, 61] S
- 62 IULIANUS libro sexto digestorum. Hereditas nihil aliud est, quam successio in uniuersum ius quod defunctus habuerit. [B. 2, 3, 62] S
- 63 IDEM libro septimo decimo digestorum. Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, non uidetur moram facere. [B. 2, 3, 63] S
- 64 IDEM libro uicensimo nono digestorum. Ea, quae raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur. [B. 2, 3, 64] S
- 65 IDEM libro quinquagesimo quarto digestorum. Ea est natura cauillationis, quam Graeci *καπιτην* appellant, ut ab euidenter ueris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quae euidenter falsa sunt, perducatur. [cf. D. 50, 16, 177] S
- 66 IDEM libro sexagesimo digestorum. MARCELLUS. Desinit debitor esse is, qui nactus est exceptionem iustam nec ab aequitate naturali abhorrentem. [B. 2, 3, 66] S

*F(XYMC). Petrus 3, 65 = l. 47 pr.: 3, 66 = l. 48 usque ad u. 6 fuisse*

<sup>1</sup> ideoque per calorem misso repudio si breui reuersa uxor est *D. l. gem.*

1 trigensimo] quae hoc loco leguntur in § 1, laudantur ex l. XXXI D. 17, 2, 20 | fraudulentis Y, frauduletis C | obligatio est] FY<sup>2</sup>, est obligatio X Petr., obligationem Y<sup>2</sup> 2 et calliditas intercesserit XYMC, intercessit et calliditas Petr. 5 in om. Petr. 6 apparue-

rit XM Petr. | iudicium] uitium Petr. 8 actione F: ἀφορμή B 22 uenigniora F<sup>1</sup> 25 ut<sup>1</sup> bis F<sup>2</sup> 29 constat i F<sup>2</sup> 39 temere in F<sup>2</sup> 41 cabillationis F 43 perducantur F 45 nactus F<sup>1</sup> | naturalem F<sup>1</sup>

- 67 IDEM libro octagesimo septimo digestorum. Quotiens idem sermo duas sen- B. 2, 3, 67 S  
tentias exprimit, ea potissimum excipitur<sup>1</sup>, quae rei gerendae aptior est.
- 68 PAULUS libro singulari de dotis repetitione. In omnibus causis id obseruatur, B. 2, 3, 68 S  
ut, ubi personae condicio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque de-  
ficiat, ubi uero genus actionis id desiderat, ibi ad quemuis persecutio eius deuenit, non  
deficiat ratio auxilli.
- 69 IDEM libro singulari de adsignatione libertorum. Inuito beneficium non B. 2, 3, 69 S  
datur.
- 70 ULPIANUS libro primo de officio proconsulis. Nemo potest<sup>2</sup> gladii D. 1, 16, 6 pr. B. 2, 3, 70 S  
potestatem sibi datam uel cuius alterius coercitionis ad alium transferre. 10
- 71 IDEM libro secundo de officio proconsulis. Omnia<sup>3</sup>, quaecumque D. 1, 16, 9, 1. B. 2, 3, 71 S  
causae cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt.
- 72 IAUOLENUS libro tertio ex posterioribus Labeonis. Fructus rei D. 22, 1, 49. B. 2, 3, 72 Sf  
est uel pignori dare licere. 14
- 73 QUINTUS MUCIUS SCAEUOLA libro singulari ὄρων. Quo tutela reedit, eo et he- B. 2, 3, 73 A  
reditas peruenit, nisi cum feminae heredes intercedunt. Nemo potest tutorem dare cui-  
quam nisi ei, quem in suis heredibus cum moritur habuit habiturusue esset, si uixisset.  
2 Ui factum id uidetur esse, qua de re quis cum prohibetur, fecit: clam, quod quisque,  
3 cum<sup>4</sup> controuersiam haberet habiturumue se putaret, fecit. Quae in testamento ita sunt  
4 scripta, ut intellegi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent. Nec paciscendo 30  
uec legem dicendo nec stipulando || quisquam alteri cauere potest. f. 462
- 74 PAPINIANUS libro primo quaestionum. Non debet alteri per alterum iniqua B. 2, 3, 74 P  
condicio inferri.
- 75 IDEM libro tertio quaestionum. Nemo potest mutare consilium suum in alte- B. 2, 3, 75 P  
rius iniuriam. 25
- 76 IDEM libro uicensimo quarto quaestionum. In totum omnia, quae B. 2, 3, 76. Ep. 3, 24 P  
animi destinatione agenda sunt, non nisi uera et certa scientia perfici possunt.
- 77 IDEM libro uicensimo octauo quaestionum. Actus legitimi, qui non recipiunt B. 2, 3, 77 P  
diem uel condicionem, ueluti emancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, serui optio, datio  
tutoris, in totum uitiantur per temporis uel condicionis adiectionem. nonnumquam tamen 30  
actus supra scripti tacite recipiunt, quae aperte comprehensa uitium adferunt. nam si ac-  
ceptum feratur ei, qui sub condicione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio in-  
tellegitur, si obligationis condicio extiterit: quae si uerbis nominatim acceptilationis com-  
prehendatur, nullius momenti faciet actum. 34
- 78 IDEM libro trigensimo primo quaestionum. Generaliter cum de fraude dispu- B. 2, 3, 78 P  
tatur, non quid non habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuerit, conside-  
randum est.
- 79 IDEM libro trigensimo secundo quaestionum. Fraudis interpre- B. 2, 3, 79. Ep. 1 sch. 14 P  
tatio semper in iure ciuili non ex euentu dumtaxat, sed ex consilio quoque desideratur.

F(XYMC)

<sup>1</sup> accipietur (Hal.)?

<sup>2</sup> nec enim potest quis D. l. gem.

<sup>3</sup> omnia enim D. l. gem.

<sup>4</sup> quod quis clam eo quocum?

4 beneficio ibi errore Taur. 9 potest<sup>t</sup> F<sup>2</sup>  
11 secundo] primo D. l. gem. 12 non pos-  
sunt expediri D. l. gem. 13 lab'aeonis F<sup>2</sup>  
15 eo 'et' hereditas F<sup>2</sup>: ἐκεῖ καὶ ἡ ἐπιτροπή B  
19 haditurumue F<sup>2</sup> 20 ac] ad F: ἀντὶ μὴ  
γεγραμμένων B | essent] possent F<sup>2</sup> 21 ca-  
ueri F<sup>2</sup> 27 certa] cetera F<sup>2</sup> 28 non om.  
F<sup>2</sup>: αἰ μὴ ἐπιδεχόμενα ἡμέραν ἢ ἀρεσιν B  
29 emancipatio] X<sup>4</sup>MC cum B: ἐπὶ τῆς ἀγρεζ-  
ουσιότητος, emancipatio F, mancipio Y<sup>2</sup>, eman-  
tatio X<sup>2</sup>, emancipio Y<sup>2</sup> 31 suprascriptus F:

αἰ προγεγραμμένοι πράξεις B | tacit'a'e F<sup>2</sup>  
35 primo om. F<sup>2</sup> 36 non quid non habeat  
actor] Balduinus cum B: οὐ πολυπραγμονούμεν  
τί οὐκ ἔσχεν ὁ ἐνάγων, non quid habeat actor  
FXYC, num (non M<sup>2</sup>) quid auctor habeat M  
38 fraudis interpretatio (interpretatio F<sup>2</sup>) ...  
desideratur] ἡ ἀπάτη καὶ ἀποτέλεσμα καὶ σκῆμμα  
ἐπιζητεῖ B, τὴν βλάβην οὐκ ἐκ τοῦ ἀποτε-  
λέσματος ἀλλὰ ἀπὸ τῆς δικαιοῦσεως κανονί-  
ζομεν Ep. schol.

- 80 IDEM libro trigensimo tertio quaestionum. In toto iure generi per speciem derogatur et illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est. [B. 2, 3, 80. Ep. 2, 25]
- 81 IDEM libro tertio responsorum. Quae dubitationis tollendae causa contractibus inseruntur, ius commune non laedunt. [D. 17, 1, 56 pr. B. 2, 3, 81]
- 82 IDEM libro nono<sup>1</sup> responsorum. Donari uidetur, quod nullo iure cogente conceditur. [D. 39, 5, 29 pr. B. 2, 3, 82]
- 83 IDEM libro secundo definitionum. Non uidentur rem amittere, quibus propria non fuit. [B. 2, 3, 83]
- 84 PAULUS libro tertio quaestionum. Cum amplius solutum est quam debebatur, cuius pars non inuenitur quae repeti possit, totum esse indebitum intellegitur manente pristina obligatione. Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secutus sumus. [B. 2, 3, 84]
- 85 IDEM libro sexto quaestionum. In ambiguis pro dotibus respondere melius est. Non est nouum, ut quae semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus exstiterit, a quo initium capere non potuerunt. Quotiens aetatem desiderii naturalis ratio ant dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est. [D. 23, 3, 70. B. 2, 3, 85]
- 86 IDEM libro septimo quaestionum. Non solet deterior condicio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non essent, sed plerumque melior: [D. 2, 3, 86]
- 87 IDEM libro tertio decimo quaestionum. nemo enim in persequendo deterior causam, sed meliorem facit. denique post litem contestatam heredi quoque prospicere et heres tenetur ex omnibus causis. [B. 2, 3, 87]
- 88 SCAEUOLA libro quinto quaestionum. Nulla<sup>2</sup> intellegitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. [D. 45, 1, 127. B. 2, 3, 88]
- 89 PAULUS libro decimo quaestionum. Quamdiu possit ualere testamentum, tamdiu legitimus non admittitur. [B. 2, 3, 89]
- 90 IDEM libro quinto decimo quaestionum. In omnibus quidem, maxime tamen in iure aequitas spectanda est. [B. 2, 3, 90]
- 91 IDEM libro septimo decimo quaestionum. Quotiens dupli iure defertur alicui successio, repudiato nono iure quod ante defertur, supererit uetus. [B. 2, 3, 91]
- 92 SCAEUOLA libro quinto responsorum. Si librarius in transcribendis stipulationis uerbis errasset, nihil nocere, quo minus et reus et fideiussor teneretur. [B. 2, 3, 92]
- 93 MAECIANUS libro primo fideicommissorum. Filius familias neque retinere neque recipere neque apisci || possessionem rei peculiaris uidetur. [B. 2, 3, 93]
- 94 ULPIANUS libro secundo fideicommissorum. Non solent quae abundant uitiare scripturas. [B. 2, 3, 94]
- 95 IDEM libro sexto fideicommissorum. Nemo dubitat soluendo uideri eum qui defenditur. [B. 2, 3, 95]
- 96 MAECIANUS libro duodecimo fideicommissorum. In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda est eius, qui eas protulisset. [B. 2, 3, 96]
- 97 HERMOGENIANUS libro tertio iuris epitomarum. Ea sola deportationis sententia aufert, quae ad fiscum perueniunt. [B. 2, 3, 97]
- 98 IDEM libro quarto iuris epitomarum. Quotiens utriusque causa lucris ratio uertitur, is praefendus est, cuius in lucrum causa tempore praecedit. [B. 2, 3, 98. Ep. 3, 20]

## F(XYMC)

<sup>1</sup> decimo *D. l. gem.*    <sup>2</sup> enim *ins. D. l. gem.*

1 genere *F*    2 directum *F*<sup>2</sup>    15 aequitate  
*F*: ήνίκα τοῦ αἰτούμενου τὸ δίκαιον ὁ φυσικὸς  
 λογισμὸς ... ὑπερτίθεται *B*, εἰὰν τὰ πράγματα ...  
 φυσικὸν ἐπιδέχεται λογισμὸν *Ep.*    16 tempo-  
 randa *F*<sup>1</sup>    19 essent *om. F*<sup>1</sup>    28 spectanda  
 sit *F*: σκοπεῖται *B*    30 successio iu' repu-

diato *F*<sup>2</sup>    31 si *om. F*<sup>2</sup>    32 tenetur *F*  
 34 neque recipere (*factum ex recipere*) *suppl.*  
*F*<sup>2</sup>, uertunt *B*    37 dubita'm't *F*<sup>4</sup>    41 iuris  
*om. F*<sup>2</sup>    44 [lucrum] *F*<sup>2</sup>, lucro *F*<sup>2</sup>: ὁ περὶ τὸ  
 κέρδος τῷ χρόνῳ πρωτεύων *B*

- 99 UENULEIUS libro duodecimo stipulationum. Non potest improbus uideri, qui [B. 2, 3, 99] P  
ignorat quantum soluere debeat.
- 100 GAIUS libro primo regularum. Omnia, quae iure contrahuntur, [B. 2, 3, 100. Ep. 1 sch. 15] P  
contrario iure pereunt. 4
- 101 PAULUS libro singulari de cognitionibus. Ubi lex duorum men- [Πον. 14, 7. B. 2, 3, 101] Pf  
sum fecit mentionem, et qui sexagesimo et primo die uenerit, audiendus est: ita enim  
et imperator Antoninus cum diuo patre suo rescripsit.
- 102 ULPIANUS libro primo ad edictum. Qui uetante praetore fecit, hic aduersus [B. 2, 3, 102] E  
1 edictum fecisse proprie dicitur. Eius est actionem denegare, qui possit et dare. 9
- 103 PAULUS libro primo ad edictum. Nemo de domo sua<sup>1</sup> extrahi [D. 2, 4, 21. B. 2, 3, 103] E  
debet.
- 104 ULPIANUS libro secundo ad edictum. Si in duabus actionibus alibi summa [B. 2, 3, 104] E  
maior, alibi infamia est, praeponeuda est causa existimationis. ubi autem aequiperant<sup>2</sup>,  
famosa iudicia, etsi summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt. 14
- 105 PAULUS libro primo ad edictum. Ubicumque causae cognitio est, ibi praetor [B. 2, 3, 105] E  
desideratur.
- 106 IDEM libro secundo ad edictum. Libertas inaestimabilis res est. [B. 2, 3, 106] E
- 107 GAIUS libro primo ad edictum prouinciale. Cum seruo nulla actio est. [B. 2, 3, 107] E
- 108 PAULUS libro quarto ad edictum. Fere in omnibus poenalibus iudiciis et [B. 2, 3, 108] E  
aetati et imprudentiae succurritur. 20
- 109 IDEM libro quinto ad edictum. Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, [B. 2, 3, 109] E  
cum prohibere potest.
- 110 IDEM libro sexto ad edictum. In eo, quod plus sit, semper inest et minus. [B. 2, 3, 110] E  
1 2 Nemo alienae rei expromissor idoneus uidetur, nisi si<sup>3</sup> cum satisfactione. Pupillus pati  
3 posse non intellegitur. Ubi uerba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum. 25  
4 Mulieribus tunc succurrendum est, cum defendantur, non ut facilius calumnientur.
- 111 GAIUS libro secundo ad edictum prouinciale. Pupillum, qui proximus pu- [B. 2, 3, 111] E  
1 bertati sit, capacem esse et furandi et iniuriae faciendae. In heredem non solent actiones  
transire, quae poenales sunt ex maleficio, ueluti furti, damni iniuriae, ui bonorum raptorum,  
iniuriarum. 30
- 112 PAULUS libro octauo ad edictum. Nihil interest, ipso iure quis actionem [B. 2, 3, 112] E  
non habeat an per exceptionem infirmetur.
- 113 GAIUS libro tertio ad edictum prouinciale. In toto et pars continetur. [B. 2, 3, 113] E
- 114 PAULUS libro nono ad edictum. In obscuris inspici solere, quod uerisimi- [B. 2, 3, 114] E  
lius est aut quod plerumque fieri solet. 35
- 115 IDEM libro decimo ad edictum. Si quis obligatione liberatus sit, [D. 3, 6, 2. B. 2, 3, 115] E  
1 potest uideri cepisse. Non potest uideri accepisse, qui stipulatus potest exceptione [D]  
summueri.
- 116 ULPIANUS libro undecimo ad edictum. Nihil consensui tam contrarium est, [B. 2, 3, 116] E  
qui ac<sup>4</sup> bonae fidei iudicia sustinet, quam uis atque metus: quem comprobare contra 40  
1 2 bonos mores est. Non capitur, qui ius publicum sequitur. Non uidentur qui errant con-  
sentire.

## F(XYMC)

<sup>1</sup> tamen de domo sua nemo D. l. gem. <sup>2</sup> aequiperant] aequae parant infamiam? <sup>3</sup> si  
del. (add.) <sup>4</sup> ac abundat: uidentur ante id quaedam intercidisse

6 sexagesimo et primo die] ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ  
B, καὶ ἑξῆς ἡμέραν Πον. (certe sec. codd. me-  
liores) 13 ubi autem aequiperant seq.] εἰ  
δέ αἱ δύο (ἀγωγαί) ἀτιμοποιοί εἰσι, κἄν διαφο-  
ρον ἔχωσι ποσόν, ἴσαι νομίζονται B 21 nul-  
lum ... 22 potest] FY<sup>2</sup>, idemque reppererunt  
Graeci: οὐδέν ἐγκλήμα ὑπομένει ὁ δυνάμενος  
κωλύσαι καὶ μὴ κωλύων B (quam lectionem

confirmant BS. 60, 5, 2 sch. 5 et 60, 5, 3 sch. 3  
et 60, 6, 37 et 60, 12, 91 sch. 2): pro cum pro-  
hibere dederunt cum prohibere non XY<sup>2</sup>C,  
cum non prohibere M 26 cum defendantur]  
FXYMC neque diuerse B: εἰς τὸ ἐκδικηθῆναι  
37 cepisse accepisse qui stipulatus non  
potest F<sup>2</sup> 39 unodecimo F

- 117 PAULUS libro undecimo ad edictum. Praetor bonorum possessorem heredis B. 2, 3, 117 E  
loco in omni causa habet.
- 118 || ULPIANUS libro duodecimo ad edictum. Qui in seruitute est, usucapere B. 2, 3, 118 E 1. 44  
non potest: nam cum possideatur, possidere non uidetur. 4
- 119 IDEM libro tertio decimo ad edictum. Non<sup>1</sup> alienat, qui dum- D. 4, 7, 4, 1. B. 2, 3, 119 E  
taxat omittit possessionem.
- 120 PAULUS libro duodecimo ad edictum. Nemo plus commodi heredi suo relin- B. 2, 3, 120 E  
quit, quam ipse habuit.
- 121 IDEM libro tertio decimo ad edictum. Qui non facit quod facere debet, ui- B. 2, 3, 121 E  
detur facere aduersus ea, quia non facit<sup>2</sup>: et qui facit quod facere non debet, non uidetur 10  
facere id quod facere iussus est.
- 122 GAIVS libro quinto ad edictum prouinciale. Libertas omnibus rebus fauo- B. 2, 3, 122 E  
rabilior est.
- 123 ULPIANUS libro quarto decimo ad edictum. Nemo alieno nomine lege agere B. 2, 3, 123 E  
1 potest. Temporaria permutatio ius prouinciae non innouat. 15
- 124 PAULUS libro sexto decimo ad edictum. Ubi non uoce, sed praesentia opus B. 2, 3, 124 E  
est, mutus, si intellectum habet, potest uideri respondere. idem in surdo: hic quidem et  
1 respondere potest. Furiosus absentis loco est et ita Pomponius libro primo epistularum  
scribit. 19
- 125 GAIVS libro quinto ad edictum prouinciale. Fauerabiliores rei potius quam B. 2, 3, 125 E  
actores habentur.
- 126 ULPIANUS libro quinto decimo ad edictum. Nemo<sup>3</sup> praedo est, D. 5, 3, 13, 8. B. 2, 3, 126 E  
1 2 qui pretium numerauit. Locupletior non est factus, qui libertum adquisierit. Cum de (D)  
lucro duorum quaeratur, melior est causa possidentis. 24
- 127 PAULUS libro uicesimo ad edictum. Cum praetor in heredem dat actionem, B. 2, 3, 127 E  
quatenus ad eum peruenit, sufficit, si uel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.
- 128 IDEM libro nono decimo ad edictum. In pari causa possessor potior haberi B. 2, 3, 128 E  
1 debet. Hi, qui in uniuersum ius succedunt, heredis loco habentur.
- 129 IDEM libro uicensimo primo ad edictum. Nihil dolo creditor facit, qui suum B. 2, 3, 129 E  
1 recipit. Cum principalis causa non consistit, ne ea quidem quae sequuntur locum habent. 30
- 130 ULPIANUS libro octauo decimo ad edictum. Numquam D. 44, 7, 60. I. 4, 9, 1. B. 2, 3, 130 E  
actiones, praesertim<sup>4</sup> poenales, de eadem re concurrentes alia aliam consumit.
- 131 PAULUS libro uicesimo secundo ad edictum. Qui dolo desierit possidere, pro B. 2, 3, 131 E  
possidente damnatur, quia pro possessione dolus est. 34
- 132 GAIVS libro septimo ad edictum prouinciale. Imperitia culpae cf. D. 9, 2, 8. B. 2, 3, 132 E  
adnumeratur.
- 133 IDEM libro octauo ad edictum prouinciale. Melior condicio nostra per seruos B. 2, 3, 133 E  
fieri potest, deterior fieri non potest.
- 134 ULPIANUS libro uicesimo primo ad edictum. Non fraudantur creditores, cum B. 2, 3, 134 E  
1 quid non adquiritur a debitore, sed cum quid de bonis deminuitur. Nemo ex suo delicto 40  
meliozem suam condicionem facere potest.
- 135 IDEM libro uicesimo tertio ad edictum. Ea, quae dari impossibilia B. 2, 3, 135. Ep. 2, 12 E  
sunt uel quae in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.

## F(XYMG)

<sup>1</sup> neque enim *D. l. gem.*    <sup>2</sup> quia non facit] *requiritur* quae non facere iussus est    <sup>3</sup> enim  
*ins. D. l. gem.*    <sup>4</sup> praesertim *om. D. l. gem., habent Inst.*

3 folia 464. 463 olim transposita sunt culpa  
glutinatoris F: quem ordinem legibus sic dispo-  
sitis 117. 158—199. 118—157. 200 sequuntur  
XYMC et praeterea quotquot innotuerunt libri  
scripti: 9 uidetur facere aduersus ea quia  
non facit] δόκει παρά τὸν νόμον ποιεῖν B

10 et qui non facit F<sup>2</sup> 16 uoci F<sup>2</sup> 23 lo-  
cupretior F: πλογχιώτερος B | factum F<sup>2</sup> |  
adqui'sierit F<sup>2</sup> 27 impari F<sup>2</sup>, imperi F<sup>2</sup>  
31 septimo decimo male *D. l. gem.* 33 pos-  
sidere] possehere F<sup>2</sup> 43 uel que F

- 136 PAULUS libro octauo decimo ad edictum. Bona fides tantundem possidenti [B. 2, 3, 136] *E*  
praestat, quantum ueritas, quotiens lex impedimento non est.
- 137 ULPIANUS libro uicesimo quinto ad edictum. Qui auctore iu- [D. 11, 7, 14, 1. B. 2, 3, 137] *E*  
dice comparauit, bonae fidei possessor est<sup>1</sup>.
- 138 PAULUS libro uicesimo septimo ad edictum. Omnis hereditas, quamuis [B. 2, 3, 138] *E*  
1 postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. - Numquam crescit ex post facto  
praeteriti delicti aestimatio.
- 139 GAIUS libro ad edictum praetoris urbani. Omnes actiones, quae morte aut [B. 2, 3, 139] *E*  
1 tempore pereunt, semel inclusae iudicio saluae permanent. Non uidetur perfecte cuiusque  
id esse, quod ex casu auferri potest. 10
- 140 ULPIANUS libro quinquagesimo sexto ad edictum. Absentia eius, qui rei [B. 2, 3, 140] *E*  
publicae causa abest, neque ei neque alii damnosa esse debet.
- 141 PAULUS libro quinquagesimo quarto ad edictum. Quod contra [D. 1, 3, 14. B. 2, 3, 141] *E*  
1 rationem iuris receptum || est, non est producendum ad consequentia<sup>2</sup>. Uni duo pro [D] f. 464'  
solido heredes esse non possunt. 15
- 142 IDEM libro quinquagesimo sexto ad edictum. Qui tacet, non utique fatetur: [B. 2, 3, 142] *E*  
sed tamen uerum est eum non negare.
- 143 ULPIANUS libro sexagesimo secundo ad edictum. Quod ipsis qui contraxe- [B. 2, 3, 143] *E*  
runt obstat, et successoribus eorum obstat. 19
- 144 PAULUS libro sexagesimo secundo ad edictum. Non omne quod licet ho- [B. 2, 3, 144] *E*  
1 nestum est. In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus. [D. 45, 1, 78 pr.
- 145 ULPIANUS libro sexagesimo sexto ad edictum. Nemo<sup>3</sup> [D. 42, 8, 6, 9. B. 2, 3, 145. Ep. 3, 11] *E*  
uidetur fraudare eos, qui sciunt et consentiunt.
- 146 PAULUS libro sexagesimo secundo ad edictum. Quod quis dum seruus [B. 2, 3, 146] *E*  
est egit, proficere libero facto non potest. 25
- 147 GAIUS libro uicesimo quarto ad edictum prouinciale. Semper spe- [B. 2, 3, 147. Ep. 2, 26] *E*  
cialia generalibus insunt.
- 148 PAULUS libro sexto decimo breuis edicti. Cuius effectus omnibus prodest, [B. 2, 3, 148] *E*  
eius et partes ad omnes pertinent. 29
- 149 ULPIANUS libro sexagesimo septimo ad edictum. Ex qua persona quis lu- [B. 2, 3, 149] *E*  
crum caput, eius factum praestare debet.
- 150 IDEM libro sexagesimo octauo ad edictum. Parem esse con- [D. 43, 8, 2, 42. B. 2, 3, 150] *E*  
dicionem oportet eius, qui quid possideat uel habeat, atque eius, cuius dolo malo factum  
sit, quo minus possideret uel haberet. 34
- 151 PAULUS libro sexagesimo quarto ad edictum. Nemo damnum facit, nisi [B. 2, 3, 151] *E*  
qui id fecit, quod facere ius non habet.
- 152 ULPIANUS libro sexagesimo nono ad edictum. Hoc iure utimur, ut quid- [B. 2, 3, 152] *E*  
quid omnino per uim fiat, aut in uis publicae aut in uis priuatae crimen incidat.  
1 2 Deicit et qui mandat<sup>4</sup>. In maleficio rathabitio mandato comparatur<sup>5</sup>. [D. 43, 16, 1, 12. 14
- 3 In contractibus, quibus doli praestatio uel bona fides inest, heres in solidum tenetur. 40
- 153 PAULUS libro sexagesimo quinto ad edictum. Fere quibuscumque modis [B. 2, 3, 153] *E*  
obligamur, isdem in contrarium actis liberamur, cum quibus modis adquirimus, isdem in  
contrarium actis amittimus. ut igitur nulla possessio adquiri nisi animo et cor- [D. 41, 2, 8
- pore potest, ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum est.

## F(XYMOC)

<sup>1</sup> quia bonae fidei possessor est et dominium habet, qui auctore iudice comparauit *D. l. gem.*  
<sup>2</sup> consequentias *D. l. gem.* (ὁμοία *B*) <sup>3</sup> enim *ins. D. l. gem.* <sup>4</sup> deiecitse autem etiam is  
uidetur qui mandauit *D. l. gem.* <sup>5</sup> rectius enim dicitur in maleficio rathabitioem man-  
dato comparari *D. l. gem.*

3 quinto *om. F<sup>1</sup>* 12 abest] absent *F:* τοῦ  
διὰ πρᾶγμα ἀννόμιον ἀπόντος *B* 23 frau-  
d'are *F<sup>2</sup>* 26 sempem *F<sup>1</sup>* 28 breuis edicti] *F<sup>1</sup>*, breuium *F<sup>2</sup>* 36 qu'i id *F<sup>3</sup>* 42 h'is-  
dem *F<sup>3</sup>* | h'isdem *F<sup>3</sup>* 44 est] *F<sup>2</sup>* cum *l.*  
*gem., om. F<sup>1</sup>*

- 154 ULPIANUS libro septuagensimo ad edictum. Cum par delictum est duorum, B. 2, 3, 154 *F* semper oneratur petitor et melior habetur possessoris causa. sicut fit, cum de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio petitori 'aut si rei quoque in ea re dolo actum<sup>1</sup> sit'. illi debet permitti poenam petere, qui in ipsam non incidit.
- 155 PAULUS libro sexagensimo quinto ad edictum. Factum cuique suum, non B. 2, 3, 155 *F* 1 aduersario nocere debet. Non uidetur uim facere, qui iure suo utitur et ordinaria actione 2 experitur. In poenalibus causis benignius interpretandum est.
- 156 ULPIANUS libro septuagensimo ad edictum. Inuitus nemo rem cogitur de- B. 2, 3, 156 *F* 1 fendere. Cui damus actiones<sup>2</sup>, eidem et exceptionem competere multo magis D. 43, 18, 1, 4 2 quis dixerit. Cum quis in alii locum successerit, non est aequum ei nocere D. 43, 19, 3, 2 3 hoc, quod aduersus eum non nocuit, in cuius locum successit<sup>3</sup>. Plerumque emptoris (D) 4 eadem causa esse debet circa petendum ac defendendum, quae fuit auctoris. Quod cuique pro eo praestatur, inuito non tribuitur.
- 157 IDEM libro septuagensimo primo ad edictum. Ad ea<sup>4</sup>, quae D. 43, 24, 11, 7. B. 2, 3, 157 *F* non habent atrocitatem facinoris uel sceleris, ignoscitur seruis, si uel dominis uel his, qui 15 1 ulce dominorum sunt, ueluti tutoribus et curatoribus<sup>5</sup> obtemperauerint. Sem- (D). Ep. 3, 15 2 per qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet. In con- (Ep) tractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantam in id quod peruenit, uerum etiam in solidum tenentur, hoc est unusquisque pro ea parte qua heres est. 19
- 158 ¶ GAIVS libro uicesimo sexto ad edictum prouinciale. Creditor, qui permittit B. 2, 3, 158 *F* 1483 rem uenire, pignus dimittit.
- 159 PAULUS libro septuagensimo ad edictum. Non ut ex D. 44, 2, 14, 2. B. 2, 3, 159. Ep. 3, 17 *F* pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse<sup>6</sup>.
- 160 ULPIANUS libro septuagensimo sexto ad edictum. Aliud est uendere, aliud B. 2, 3, 160 *F* 1 2 uendenti consentire. Refertur ad uniuersos, quod publice fit per maiorem partem. Absur- 25 dum est plus iuris habere eum, cui legatus sit fundus, quam heredem aut ipsum testa- torem, si uiueret.
- 161 IDEM libro septuagensimo septimo ad edictum. In iure cf. Iul. D. 35, 1, 24. B. 2, 3, 161 *F* ciuili receptum est, quotiens per eum, cuius interest condicionem non impleri, fiat quo minus impleatur, perinde haberi, ac si impleta condicio fuisset. quod ad libertatem et le- 30 gata et ad heredum institutiones perducitur. quibus exemplis stipulationes quoque com- mittuntur, cum per promissorem factum esset, quo minus stipulator condicioni pareret.
- 162 PAULUS libro septuagensimo<sup>7</sup> ad edictum. Quae propter necessitatem recepta B. 2, 3, 162 *F* sunt, non debent in argumentum trahi. 34
- 163 ULPIANUS libro quinquagensimo quinto ad edictum. Cui ius est donandi, B. 2, 3, 163 *F* eidem et uendendi et concedendi ius est.
- 164 PAULUS libro quinquagensimo primo ad edictum. Poenalia iudicia semel B. 2, 3, 164 *F* accepta in heredes transmitti possunt.

*F(XYMC)*

<sup>1</sup> factum? <sup>2</sup> actionem *D. l. gem.* <sup>3</sup> cum enim successerit quis in locum eorum aequum non est nos noceri hoc quod aduersus eum non nocuit in cuius locum successimus *D. l. gem.* <sup>4</sup> ad quaedam *D. l. gem.* <sup>5</sup> ueluti tutoribus et curatoribus *absent a D. l. gem., inserta hic ex iis quae ibi praecedunt* <sup>6</sup> neque enim amplius quam semel res mea esse potest, saepius autem deberi potest *D. l. gem.* <sup>7</sup> in numero error est

7 interp[re]tandum *F*<sup>2</sup> 11 non] *XYMC* cum *D. l. gem.* et *B:* ἐξ ὧν ἕκαστος οὐκ ἐβλάπτετο, om. *F* 14 primo] *F*<sup>2</sup> cum *l. gem., om. F*<sup>2</sup> 15 non a h'abent *F*<sup>2</sup> | sceleris] cederis *F*<sup>2</sup> | ignoscitur] sic nec quicquam mutatum *F* 17 qui] que *F* 18 quibus om. *F:* ἀπὸ λόγου τοῦ τελεγῆσαντος *B* 19 est] *F*, est patiatur *X*, est patiatur *MC*, est conueniatur *Y* adscito extremo uocabulo *l. 199: cf. ad p. 969, 2* 21 demittit *F* 22 septimoagensimo *F*

24 septimoagensimo *F*<sup>2</sup> 25 uendendi *F:* τῷ πηράσκοντι *B* 29 non impleri] sic *F* et μη πληρωθῆναι ex *h. l. affertur etiam BS. 60, 3, 23 sch. 12: πληρωθῆναι B propter D. 35, 1, 24, ubi eadem fere leguntur ex Iuliani L. LV dig. negatione male omissa* 30 condicio] fuisset *F*<sup>2</sup> 33 septuagen[te]simo *F*<sup>2</sup> 35 cui ius] *Hal. cum B: ὁ ἔχων ἐλογίαν δωρεῖσθαι, cuius F* 38 heredis *F*<sup>2</sup>

- 165 ULPIANUS libro quinquagesimo tertio ad edictum. Cum quis possit alienare, B. 2, 3, 165 *E*  
poterit et consentire alienationi. cui autem donare non conceditur, probandum erit nec,  
si donationis causa consenserit, ratam eius uoluntatem habendam.
- 166 PAULUS libro quadragesimo octavo ad edictum. Qui rem alienam defendit, B. 2, 3, 166 *E*  
numquam locuples habetur. 5
- 167 IDEM libro quadragesimo nono ad edictum. Non uidentur data, quae eo B. 2, 3, 167 *E*  
1 tempore quo dentur accipientis non fiunt. Qui in iussu iudicis aliquid facit, non uidetur  
dolo malo facere, qui<sup>1</sup> parere necesse habet.
- 168 IDEM libro primo ad Plautium. Rapienda occasio est, quae praebet benignius respon- *E*  
1 sum. Quod factum est cum in obscuro sit, ex affectione cuiusque capit B. 2, 3, 168. Ep. 3, 19 10  
interpretationem.
- 169 IDEM libro secundo ad Plautium. Is damnum dat, qui iubet dare: eius B. 2, 3, 169 *E*  
1 uero nulla culpa est, cui parere necesse sit. Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.
- 170 IDEM libro tertio ad Plautium. Factum a iudice, quod ad officium eius non B. 2, 3, 170 *E*  
pertinet, ratum non est. 15
- 171 IDEM libro quarto ad Plautium. Nemo ideo obligatur, quia recepturus est B. 2, 3, 171 *E*  
ab alio quod praestiterit.
- 172 IDEM libro quinto ad Plautium. In contrahenda uenditione ambiguum pactum B. 2, 3, 172 *E*  
1 contra uenditorem interpretandum est. Ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res  
salua actori sit. 20
- 173 IDEM libro sexto ad Plautium. In condemnatione personarum, D. 42, 1, 19, 1. B. 2, 3, 173 *E*  
quae in id quod facere possunt damnantur, non totum quod habent extorquendum est,  
1 sed et ipsarum ratio habenda est, ne egeant<sup>2</sup>. Cum uerbum 'restituas' lege D. 22, 1, 33, 4  
inuenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt resti-  
2 tuendi. Unicuique sua mora nocet. quod et in duobus reis promittendi obseruatur. (D) 25  
3 Dolo facit, qui petit quod redditurus est. D. 44, 4, 8 pr.
- 174 IDEM libro octavo ad Plautium. Qui potest facere, ut possit con- B. 2, 3, 174. Ep. 3, 25 *E*  
1 ditioni parere, iam posse uidetur. Quod quis si uelit habere non potest, id repu- (Ep.)  
diare non potest. 29
- 175 IDEM libro undecimo ad Plautium. In his, quae officium per liberas fieri B. 2, 3, 175 *E*  
1 personas leges desiderant<sup>4</sup>, seruus interuenire non potest. Non debeo melioris conditionis  
esse, quam auctor meus, a quo ius in me transit.
- 176 IDEM libro tertio decimo ad Plautium. Non est singulis concedendum, quod B. 2, 3, 176 *E*  
1 per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit maioris ¶ tumultus faciendi. Infinita *f. 468'*  
aestimatio est libertatis et necessitudinis. 35
- 177 IDEM libro quarto decimo ad Plautium. Qui in ius dominiumue alterius suc- B. 2, 3, 177 *E*  
1 cedit, iure eius uti debet. Nemo uidetur dolo exsequi, qui ignorat causam, cur non de-  
beat petere.
- 178 IDEM libro quinto decimo ad Plautium. Cum principalis causa non con- B. 2, 3, 178 *E*  
sistat, plerumque ne ea quidem, quae sequuntur, locum habent. 40

*F(XYMC)*

<sup>1</sup> quia (*edd.*)? <sup>2</sup> is quoque ... in quantum facere potest condemnatur ... immo nec to-  
tum quod habet extorquendum ei puto, sed et ipsius ratio habenda est, ne egeat *D. l. gem.*  
<sup>3</sup> non est iniquum (nam et uerbum 'restituas', quod in hac re praetor dixit, plenam habet  
significationem), ut fructus quoque restituantur *D. l. gem.* <sup>4</sup> *requiritur tale quiddam*: in  
his quae officium per liberas personas desiderant

2 alienatione'i *F*<sup>4</sup> 8 qui parere necesse ha-  
bet] ἀνάγκη γὰρ ἔχει πειθαρχῆσαι *B* 10 ad-  
fectione *errore Taur.* | cuiusquae *F* 11 in-  
terpr'aetationem *F*<sup>2</sup> 12 is damnus] si  
damnandum *F*<sup>2</sup> 13 est n' cui *F*<sup>3</sup> 18 'con-  
trahenda *F*<sup>4</sup> | abiguum *F* 19 interpr'a'e-  
tandum *F*<sup>2</sup> 20 salua est actori *F*<sup>4</sup> 27 con-  
dicion'e'i *F*<sup>4</sup> 30 in his quae ... 31 potest]

τὰ παρὰ τοῦ νόμου ἐπιτεθειμένα τοῖς ἐλεγεθέ-  
ροις ὀφφίκια δοῦλοι πράττειν οὐ δύνανται *B*  
31 debeo] *F*<sup>2</sup>, debet *F*<sup>2</sup> 33 singul'a' con-  
cedendum *F*<sup>2</sup> 36 qui in ius dominiumue  
(dominium uel *F*) alterius succedit] ὁ τίμη  
ἑτέρου δεσποτείαν ὑπερῶν ἢ τὸ δίκαιον *B*  
40 qu'a'e *F*<sup>2</sup> | sequuntur *F*



- 179 IDEM libro sexto decimo ad Plautium. In obscura uoluntate manumittentis [B. 2, 3, 179] fauendum est libertati.
- 180 IDEM libro septimo decimo ad Plautium. Quod in iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset. [B. 2, 3, 180. Ep. 2, 14]
- 181 IDEM libro primo ad Uitellium. Si nemo subiit hereditatem, omnis uis testamenti soluitur. [B. 2, 3, 181]
- 182 IDEM libro tertio ad Uitellium. Quod nullius esse potest, id ut alii cuius fieret, nulla obligatio ualet efficere. [B. 2, 3, 182. Ep. 3, 14]
- 183 MARCELLUS libro tertio digestorum. Etsi nihil facile mutandum est ex sollempnibus, tamen ubi aequitas euidentis poscit, subueniendum est. [D. 4, 1, 7 pr. B. 2, 3, 183]
- 184 CELSUS libro septimo digestorum. Uani timoris iusta exceptio non est. [cf. D. 42, 1, 13 pr. B. 2, 3, 184]
- 185 IDEM libro octauo digestorum. Impossibilium nulla obligatio est. [B. 2, 3, 185]
- 186 IDEM libro duodecimo digestorum. Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolui possit: et cum soluendi tempus obligationi additur, nisi eo praeterito peti non potest. [B. 2, 3, 186. Ep. 3 sch. 12]
- 187 IDEM libro sexto decimo digestorum. Si quis praegnatam uxorem reliquit, non uidetur sine liberis decessisse. [B. 2, 3, 187]
- 188 IDEM libro septimo decimo digestorum. Ubi pugnantia inter se in testamentis iuberentur, neutrum ratum est. Quae rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. [B. 2, 3, 188]
- 189 IDEM libro tertio decimo digestorum. Pupillus nec uelle nec nolle in ea aetate nisi adposita tutoris auctoritate creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est. [B. 2, 3, 189]
- 190 IDEM libro uicesimo quarto digestorum. Quod euincitur, in bonis non est. [B. 2, 3, 190]
- 191 IDEM libro trigensimo tertio digestorum. Neratius consultus, an quod beneficium dare se quasi uiuenti Caesar rescripserat, iam defuncto dedisse existimaretur, respondit non uideri sibi principem, quod ei, quem uiuere existimabat, concessisset, defuncto concessisse: quem tamen modum esse beneficii sui uellet, ipsius aestimationem esse. [B. 2, 3, 191]
- 192 MARCELLUS libro uicesimo nono digestorum. Ea, quae in partibus diuidi non possunt, solida a singulis heredibus debentur. In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustus est quam tutius. [B. 2, 3, 192. Ep. 2, 17] (Ep.) D. 28, 4, 3
- 193 CELSUS libro trigensimo octauo digestorum. Omnia fere iura heredum perinde habentur, ac si continuo sub tempus mortis heredes existissent. [B. 2, 3, 193]
- 194 MODESTINUS libro sexto differentiarum. Qui per successionem quamuis longissimam defuncto heredes constiterunt, non minus heredes intelleguntur, quam qui principaliter heredes existunt. [B. 2, 3, 194]
- 195 IDEM libro septimo differentiarum. Expressa nocent, non expressa non nocent. [D. 35, 1, 52. B. 2, 3, 195]
- 196 IDEM libro octauo regularum. Priuilegia quaedam causae sunt, quaedam personae. et ideo quaedam ad heredem transmittuntur, quae causae sunt: quae personae sunt, ad heredem non transeunt. [B. 2, 3, 196]
- 197 IDEM libro singulari de ritu nuptiarum. Semper in coniunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed et quid honestum sit. [D. 23, 2, 42 pr. B. 2, 3, 197. Ep. 3, 19]
- 198 IAUOLENUS libro tertio decimo ex Cassio. Neque in interdicto neque in certis causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est siue non est. [B. 2, 3, 198]

## F(XYMC)

<sup>1</sup> in numero erratum    <sup>2</sup> quaedam del.

15 soluend'i F<sup>2</sup> 16 praeterito 'rito' peti F<sup>2</sup>  
 20 iuberentur] F<sup>2</sup>, inuenirentur F<sup>2</sup>: τὰ ἐν  
 διαθήκῃ ἀλλήλοισ ἐναντιούμενα B | lege'r' con-  
 firmata F<sup>4</sup> 27 se] si F<sup>2</sup> 28 uibere F<sup>2</sup>

31 uenigiorem interpretaationem F<sup>2</sup> 36 con-  
 stituerunt F 38 expressa non nocent F<sup>4</sup>  
 40 quaedam' causae F<sup>2</sup> | quaedam' per-  
 sonae F<sup>4</sup> 46 'oportet' F<sup>2</sup>

- 199 IDEM libro sexto epistularum. Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non || paruit. B. 2, 3, 199 E f. 465
- 200 IDEM libro septimo epistularum. Quotiens nihil sine captione inuestigari potest, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis. B. 2, 3, 200 E 4
- 201 IDEM libro decimo epistularum. Omnia, quae ex testamento proficiscuntur, ita statum euentus capiunt, si initium quoque sine uitio ceperint. B. 2, 3, 201 E
- 202 IDEM libro undecimo epistularum. Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: parum<sup>1</sup> est enim, ut non subuerti posset. B. 2, 3, 202 E
- 203 POMPONIUS libro octauo ad Quintum Mucium. Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intellegitur damnum<sup>2</sup> sentire. B. 2, 3, 203 E 10
- 204 IDEM libro uicesimo octauo ad Quintum Mucium. Minus est actionem habere quam rem. B. 2, 3, 204 E
- 205 IDEM libro trigensimo nono ad Quintum Mucium. Plerumque fit, ut etiam ea, quae<sup>3</sup> nobis abire possint, proinde in eo statu sint, atque si non essent eius conditionis, ut abire possent. et ideo quod fisco obligamus, et uindicare interdum<sup>4</sup> et alienare et seruitutem in<sup>5</sup> praedio imponere possumus. B. 2, 3, 205 E 15
- 206 IDEM libro nono ex uariis lectionibus. Iure naturae aequum est neminem cum alterius detrimento et iniuria fieri locupletio-rem. B. 2, 3, 206. Ep. 2, 10 E
- 207 ULPIANUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Res iudicata pro ueritate accipitur. D. 1, 5, 25. B. 2, 3, 207 E 20
- 208 PAULUS libro tertio ad legem Iuliam et Papiam. Non potest uideri desisse habere, qui numquam habuit. B. 2, 3, 208 E
- 209 ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Seruitutem mortalitati fere comparamus. B. 2, 3, 209 E 24
- 210 LICINIUS RUFINUS libro secundo regularum. Quae ab initio inutilis fuit institutio, ex postfacto conualescere non potest. B. 2, 3, 210 E
- 211 PAULUS libro sexagesimo nono ad edictum. Seruus rei publicae causa abesse non potest. D. 2, 11, 7. B. 2, 3, 211 E\*

## F(XYMC)

<sup>1</sup> rarum (Hal.)?  
<sup>5</sup> in del. (edd.)


<sup>2</sup> damnum del.


<sup>3</sup> a ins. (edd.)

<sup>4</sup> idem Graeci (u. i.): interim?

2 paruit] prima littera fere tota euanuit, secunda tota, reliquae leguntur in F: pro paruit in l. hac substituitur obtemperat XYMC: eorundem plerique in l. 157, cum post folia duo transposita uocabulum paruit ita iam in codice F legatur, ut eam legem claudere uideatur, ad eam id adiecerunt corruptum in partiatu uel patiatu (u. p. 966 ad u. 19) 3 idem euanuit F 5 idem euanuit F 7 idem euanuit F 8 parum (sic FXYMC) est enim ut non subuerti posset] εἴχερῶς γὰρ ἀνατρέψεται B 9 pomponius euanuit F | quod 'si'

quis F<sup>2</sup> 11 idem euanuit F 13 idem euanuit F 14 qu'a'e F<sup>4</sup> | auire F<sup>2</sup> 15 interdum] ἐσθ' ὅτε B: ἐν τῷ μεταξὺ BS (uol. I p. 31 Heimb.) ex interpretatione 17 idem euanuit F 18 locupletionem F 19 ulpianus euanuit F 21 paulus euanuit F 27 ctum seruus rei publicae causa abesse non potest membrana recisa deficiunt F defueruntque iam aetate Tawrellii: adsunt in XYM (ubi post abesse non ins. prodesse non M\*) C: λογος οὐ δύναιται διὰ πρᾶγμα δημόσιον ἀπολιμπάνεσθαι B





# ADDITAMENTA.

---

I. UARIAE LECTIONES LIBRORUM DETERIORUM AD DIG. LIB. XXXIII TIT. 5 ET LIB. XXXIII TIT. 3	1°
II. UARIAE LECTIONES LIBRORUM DETERIORUM AD DIG. LIB. XXXVI TIT. 1 (l. 1—19. 32—51. 81—85)	15°
III. UARIAE LECTIONES LIBRORUM DETERIORUM AD DIG. LIB. XXXXIII TIT. 16. 31. 32. 33	33°
III. DIGESTORUM EXCERPTA QUAE INUENIUNTUR IN COLLECTIONIBUS CANONUM TRIBUS, IUONIS CAESARAUGUSTANA TRIPERTITA	41°
V. ORDO LIBRORUM IURIS UETERIS IN COMPILANDIS DIGESTIS OBSER- UATUS	50°
VI. INDEX LIBRORUM EX QUIBUS DIGESTA COMPILATA SUNT	59°
VII. INDEX TITULORUM	68°

---



I.

UARIAE LECTIONES LIBRORUM INFRA SCRIPTORUM  
DETERIORUM

(AD DIG. LIB. XXXIII TIT. 5. LIB. XXXIII TIT. 3).

*FWDEQICLSRMH* uide supra I p. 46°.  
*K* = Cantabrigiensis Caio-Gonuillianus cod. 854. 15.  
*O* = Vaticanus Ottobonianus n. 1600 collatus tantum-  
modo ad lib. XXXIII tit. 5.

- p. 119.
- Inscriptiones plenas habent FWKO, sola fare nomina auctorum addita interdum nota l' DEQICLSRMH*
- 18 de optione uel electione legata] legata de opc. uel electione *W*, de opt. leg. *D<sup>2</sup>K*, de elect. prelegata *Q*, om. *D<sup>o</sup>*
- 19 caecilio] cello *DLS*
- 20 eum] ei *K*  
legata *bis K<sup>o</sup>*
- 21 uicesimo] ii *K*  
datur] dabitur *K<sup>o</sup>*
- 22 sed et] sed *L*  
generaliter legato] legato generaliter *CL*  
acciperet] acceperit *P*, accipiet *K*, uelit accipere *H*
- 23 alienum seruum] seruum alienum *LS*
- 24 uidendum est] uidendum (om. est) *W*, uendus est *E<sup>o</sup>*, uidendu est *E<sup>o</sup>*  
consumpsert] consumpsit *L*, cum senserit *K*  
et (et om. *D*) puto non consumi] si id acceptum elegerit (sic) *L*
- 25 cui centum] cui unum centum *S<sup>o</sup>*  
data sit] sit data *C*  
eligentem] eligetem *E*, eligente *DL*  
optionem] *FDBQP<sup>o</sup>KOSR MH*, electionem *WP<sup>o</sup>CL*
- 26 unum numero] unum numero *EQ<sup>o</sup>S*, unum in numero *D*  
habuit] habuerit *DECK*
- 27 libro uicesimo tertio ad sabinum] libro III ad sabinum *xx K<sup>o</sup>*, libro xxv ad sabinum *O*  
ante] an *M*
- 28 elegerit] elegit *D*
- 29 si non] sine *W*, set non *L*
- 30 exhibitis] adhibitis *D*  
legatarius] legauit (sic) *K<sup>o</sup>*  
elegisset] egisset *W*
- 31 cum sciret et] cum sc. *E*, et cum sciret *D*, et cum sciret et *K*
- 32 nec] non *L*  
si fraude heredis sed] *FR MH*, sine fraude heredis sed *LS*, si sup fraude heredis sed *K<sup>o</sup>*, si fraude heredis esset sed (sed om. *K<sup>o</sup>*) *EK<sup>o</sup>*, si fraude heredum esset sed *WC*, si (si om. *I*) in fraudem heredum esset sed *DI*  
etiam si] si etiam *D*
- 33 qualibet] quelibet *DQ*  
euenerit] uenerit *E<sup>o</sup>*, iuenerit *I<sup>o</sup>*
- 34 ne] nec *M*
- 35 eligente] non eligente *H*  
interpelletur] interpelletur *M*, interpellatur *H*  
decernere] discernere *D*, deterere *W*  
debet praetor] praetor debet ut *C<sup>o</sup>*, inc. *E<sup>o</sup>*
- 36 praefinitum] diffinitum *CL*  
actionem] electionem *RM*  
ei non competere... 41 uendiderit inc. *E<sup>o</sup>*  
ergo] igitur *E<sup>o</sup>*  
praeterito] praeterita *L*, praetor *K<sup>o</sup>*
- 37 sed antequam ... 38 die praeterito om. *WE<sup>o</sup>I*
- antequam] tamen antequam *H*, et antequam *RM*  
uindicare] legatarius] legatarius uindicare *O*  
uelit quia] *F*, uelit audietur (audietur *bis E<sup>o</sup>*) quia (quia *bis D<sup>o</sup>*) *DE<sup>o</sup>CKOLSRMH*
- 38 praetor id] id praet. *ORMH*  
quid om. *LS*  
die praeterito (praet. die *LS*) quem] die praeterito quam *Q*, die praeterita quam *K<sup>o</sup>*, die praetor quam *K<sup>o</sup>*
- 39 finierit] finierat *E<sup>o</sup>*, diffiniert *CLSRM*, praefiniit *H*  
heres] heredes *L*  
manumiserit] manumisit *E<sup>o</sup>*, manu *D<sup>o</sup>*  
nonne] ne *K* (*supr. uers.* pro an)  
libertatem] libertate *L*
